
37
37 C
16

DISPUTATIONES
THEOLOGICÆ
In Primam Partem
SUMMÆ THEOLOGIÆ
S. THOMÆ AQUINATIS.
EDITÆ
AB ADMODUM REVERENDO PATRE
FR. PAULO MARIA CAUVINO DE NICÆA
ORDINIS PRÆDICATORUM
SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRO,
Ac in Collegio Caſanatenſi de Urbe
Theologo.
TOMUS SECUNDUS.



ROMÆ . MDCCXIII.

Ex Typographia PAULI KOMAREK in via Curſûs.
SUPERIORUM PERMISSU.

SANCTISSIMO PATRI

AC DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO.

FR. PAULUS MARIA CAUVINUS

Ordinis Prædicatorum Sac. Theologiæ Magister, ac Theologus Casanatensis Sempiternam felicitatem.



UOD SANCTITATEM TUAM immensis propè modum negotiis obseptam denuò audeam interpellare, faciunt tum certa congenitæ humanitatis argumenta, quibus priores meas in tripartitam Angelici Doctoris summam elucubrationes, probatas habere dignatus es, cum ingenui, minimèque ingrati animi mei sensus, qui in eo tum potissimùm elucet, ut cui multum debeas, ei plurimùm debere velis. Hinc ad SANCTISSIMOS PEDES provolutus, alteros meos in S. THOMAM sudores SANCTITATI TUÆ. Nuncupare, nullus dubito: ut opus meum, quamtulum istud cumque sit, tanto nomine præmunitum in lucem securiùs prodire valeat.

ET verò quòd non felix, quid non faustum huic meo in primam partem S. THOMÆ secundo volumini, sperare liceat, cum ejus Patrocinio nitatur, cujus dignitas adeò præcelsa est, ut nihil sub cœlo augustius: Cujus imperium adeò

adeò latè patet, ut nihil in terris diffusum magis: Cujus officium adeò venerandum, ut nihil inter homines sanctius, ne mens ipsa excogitare potis est. Hanc quippè dignitatem vocat S. CYPRIANUS, PETRI CATHEDRAM, Ecclesiam principalem, Ecclesiam, in qua est potentior principalitas. Hanc vocitat S. PROSPER, Caput Pastoralis honoris. Principalem Apostolici Sacerdotii dignitatem. Caput omnium Ecclesiarum. Primam Sedem omnium. Romanum Pontificem appellat Synodus Sinvessana, Sanctissimum Ecclesiæ Catholicæ Episcopum; Sanctissimum, & Beatissimum Patriarcham. LEO PAPA: Universalem Patriarcham. S. AUGUSTINUS: Beatissimum Dominum. Quid plura Concilium Calcedonense eam prædicat Patrem Patrum. Summum omnium Præsulum Pontificem; Summum Sacerdotem. Summum Pontificem, & Principem Episcoporum.

Cyprian. lib. 1. epist. 3. lib. 5. epist. 55. ad Cornel. Sanctus Prosper lib. de ingr. de voc. Gent. lib. 2. cap. 6. in præfat. Concil. Calced. Synuess. tom. 7. Concil. Leo Papa epist. 6. S. Augus. epist. 99. Concil. Calced. act. 3. & 16. & in epist. ad Theod. Imper.

HINC Veteres quam plurimi, iique doctrina percelebres, non tantum Maximo honori verum etiam strictæ Religioni ducebant, quidquam publici facere juris, nisi Romanorum id Pontificum præclarissimis Auspiciis in antecessum consecrarent; rati bonis omninò avibus excipiendos conatus suos, cum Tutelarium ità Numinum clypeo vindicari, ac propitiorum aspectibus syderum illustrari mererentur. Sic Gennadius Massiliensis, librum de fide Gelasio primo dedicavit: Cui Joannes quoque Alexandrinus Patriarcha, Tractatum Apologeticum contra Pelagianos, inscripsit. Sic Possessor Episcopus Affricanus, Commentaria in Epistolas Pauli, Hormistæ dicavit. Sic demum, ut cœteros Missos faciam, Arator Poeta, & Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus; librum Actuum Apostolorum carminibus expressum, Vigilio: Aupertus, Abbas S. VINCENTII in Vulturno, Commentaria in Apocalypsim, STEPHANO III. Godefridus Viterbiensis, Pantheon, seù Chronicon, URBANO III. Joannes Diaconus, vitam S. GREGORII Magni, JOANNI VIII., & inter Propinquiores S. THOMAS AQUINAS, suum continuum, seù Catenam auream, URBANO IV. devoverunt.

SED quorsum, aut percensendis hoc genus Prolusionibus tempus impendere, aut texendis Cathedræ Petri encomiis diutiùs immorari gestiam, cum tot ipsa Præcones, quot ab ipsis Ecclesiæ crepundiis ad hæc usque tempora, fluxerunt secula, nanciscantur? Ad Te BEATISSIMÆ PATER propiùs accedo, qui hanc Cathedram, ità tenes, ità occupas, ità SUPREMI PASTORIS omnibus partibus exornas, ut ingentibus ipsi gloriæ splendoribus præfulgeas. Plura hìc de miris SANTITATIS TUÆ dotibus plura de ingenii nobilitate, plura de præcellenti eruditione, plura de lacteâ eloquentiæ fonte: plura tandem de morum candore; justitia, prudentia, cœterisque eximiis virtutibus plenis tubis decantare possem; Ast ejus es singularis modestiæ, ut hæc non nisi ægrè admodum velis audire; Istud unum, patiare quæso, ut æternis fastis commendem, quòd Orbis in te Christianus, cum majorem in modum suspiciat, ac celebret, nefandi piaculi insimulandus forem ego, qui præpostero id silentio præteritem: vehentissimum, dico, pacis studium, quam universis, ut procures, nullum non lapidem moves: nullamque non operam Navas. Si fidelium pacem inspicias; Deum immortalem? quantum hìc laboris in sumas, quantum Apostolici pectoris exeras virium? noverunt non semel, qui PONTIFICIIS diplomatibus nec morem gerere, nec acquiescere tandem sciant, quæ saluberrima in ipsos fulmina intonuisti, quò eos ad officium revoceares. Noverunt sæpiùs maleferiati Scriptores, qui pravos in vulgus libros, quibus fidelium minùs cautorum mentibus pessimorum errorum venenum afflent, spargere non desinunt; quos sub tutam, inconcussam, irrefraga-

fragabilem aleam vocatos, iis demum censuris castigas, iis Characteribus insignis, ut commisso Tibi Divinitùs Gregi, ampliùs nocere non queant. Noverunt demum Alexandrinæ Ecclesiæ errantes oves, quas in viam pacis, & salutis direxisti, cum earum Patriarcham ad sanam mentem reversum, non ità pridem post ejuratam, detersamque schismatis labem, in Romanæ Ecclesiæ gremium coaptasti.

Quid referam constans illud, laudatissimumque in observandis Prædecessorum tuorum institutis, propositum? quæ adeò Religiosè premis, ac sectaris, ut carni, & sanguini nuncium penitùs remittere videaris. Hinc sacros honores citra personarum acceptionem, dignis tantum, ac de Ecclesia benemeritis sanctè dispensas; Neque Eminentissimum Cardinalem, Nepotem Tuum Hannibalem Albani, ad Cardinalatus fastigium sublimares, nisi insignes ipsius dotes, probata totos ipsos decem annos in Ecclesiæ obsequium molimina, exanthlati pro Sanctæ Sedis juribus labores, vota Principum, Sacri Purpuratorum Senatus supplicationes, Te ad id perficiendum suaderent, flecterentque; scilicet tua id pietas præstitit; BEATISSIMÆ PATER, ut tum pax, cum leges sartæ, tectæque conserventur: De quo illud Machabæorum Lib. 2. cap. 3. jure merito pronunciare possum: Cum Sancta Civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ Pontificis (dicam ego CLEMENTIS XI.) pietatem.

Amplexare igitur, BEATISSIMÆ PATER, hoc gratitudinis in Te, & summæ venerationis meæ pignus: tenue istud quidem si rem ipsam expendas; at maximum si dedicantis profundum Te colendi sensum, & impensum tuas celebrandi laudes, animum perspectum habeas. Faxit Deus Optimus Maximus, ut diuturnam vitam vivas. Hoc siquidem boni optant Principes, qui Te cum præstantissimis retro seculorum Pontificibus conferre non dubitant. Hoc optant probi omnes Christicolæ, qui in Te Magnos Leones, Gregorios, Innocentiosque reflorere asseverant. Hoc optat denique Populus Romanus, qui in Te, & summam sacra faciente, Majestatem: & maximam Homilias personante, facundiam: & raram prolixas supplicationes ducente, pietatem, & pastoralem gliscentes abusus reprimente, sollicitudinem: Quid multa? & studiosam Dei in terris Vicarii munia omnia obeunte, vigilantiam, semper est demiratus. Et verò quidni nobis id sperare fas sit? Cum tot in Cœlis gaudeas Advocatis, quot in Sanctorum Album anno proximè Superiori, solemni Apotheosi adscripsisti; Tum eos inter Sanctissimum Pontificem PIVM V. præ cœteris propitium experieris: quem ut in ore, & corde semper gestasti, bonis documentis jugiter æmularis, majori apparatu in Cœlos intulisti, cunctis benevolentiæ, & honoris argumentis devinxisti, sic spes maxima est, ut potentissimum apud Patrem viventium eum habeas Interpellatorem.

AD

AD LECTOREM.



OLEBIS fortasse benevole Lector, quòd moram traxerit hic posterior Tomus præter spem, qua solicitiùs me illum tibi exhibiturum pollicebar. Sed ut in Superiori monebam, veniam meretur, nam aliis frequentibus studiis pro munere, & debito in obedientiam Sedis Apostolicæ in hoc Casanatensi Collegio adeò distenti sumus, ut veluti furtim tempus arripiam, quo tibi promissum implere valeam. Animum tamen non desero benedicente Deo, opus assumptum ad finem perducendi. Prosequor autem ut ex decursu optimè intelliges, adeò ingentes difficultates, totque in eisdem, quippè mysteriis supremis, & occultissimis, pericula superanda, ut sanè timendum foret, ne in tam profundi pelagi ingressu sub aquis tam vehementibus, inter procellosos tot illidentium fluctuum motus immergeremur, nisi sola fidei veluti cynosura, D. Thoma nauta duceremur: intrepidè tamen vela pandemus sub eo Doctore, ac Ductore, qui fidei prælucente lumine iter diriget, deteget pericula, latebrosa complacabit. Invia verò, & inaccessa adorare præcipiet, ne scrutatores Majestatis opprimamur à gloria. Et illud egregium Hilarii monitum inculcabit, quòd lib. 1. Contra Gent. cap. 5. ex scripsit; *Hæc credendo incipe, percurre, persiste, & si non perventurum sentiam, gratulor tamen profecturum. Qui enim piè infinita prosequitur, & si non contingat aliquando, semper tamen proficiet procedendo.* Quia ut præmittit cap. 2. quamvis ejusmodi studium vires proprias excedat, assumpta tamen ex divina pietate, fiducia ad divinam transfert similitudinem; Et quia hæc est causa dilectionis, ad hoc præcipuè collimat, ut Deo per amicitiam conjungat, eique conjungendo ad immortalitatis regnum tandem deducat. Quamobrem justissimè persuadet nihil esse inter omnes hominum curas horum divinorum mysteriorum studio *perfectius, jucundius, & utilius*; Perfectius quidem, quia per eorum contemplationem, homo magis ad Dei similitudinem accedit; utilius, quia per veritatis notitiam ad veram beatitudinem pervenitur; Jucundius, quia nihil suavius veritate quam omnis homo naturaliter concupiscit, & qua adepta, felicitas invenitur, dicente S. Augustino lib. 10. Confess. cap. 23. *Beata vita est gaudium de veritate*. Quibus succinit Leo Magnus Serm. 9. de Nat. *Nemo, inquit, ad cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus divinis, etiam si multùm proficiat, semper sibi super esse, quod quærat*. Sanè sicut monet Philosoph. lib. 10. Ethic (apud D. Thom. cap. 5. relato) debet homo se ad immortalia, & divina trahere quantum potest; & (ut ait idem 11. de animalibus) quodcunque modicum, quod de substantiis superioribus percipimus est magis amatum, & desideratum omni cognitione, quam de substantiis inferioribus habemus, quantulacunque sit notitia, quam de absconditis pertractandis infra mysteriis habeamus, non parvam nobis utilitatem collatura est; quia nempè (ut concludit ibi D. Tho.) De rebus nobilissimis, quamlibet imperfecta cognitio maximam confert animæ perfectionem. Iterum verò deprecor, ut si nævos aliquos deprehendas, qui (ut in epistola superioris tomi dicebam,) oculos magis offendunt, quàm turbent mentem, aut sensum, non statim de digneris, nec graves correctorem de in curia, sed des veniam Compositori, ob morem abbreviatum scribendi in scholis. Vale.

LICEN-

LICENTIA REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI GENERALIS

Nos FR. ANTONIUS CLOCHE Sac. Theologiæ Professor, Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus, Salutem.

HARUM serie, nostrique authoritate Officii tibi Adm. Rev. P. Fr. Paulo Mariæ Cauvino de Nicæa Provinciæ nostræ utriusque Lombardiæ in Sacra Theologia Magistro, & in Alma Urbe Collegii Casanateosis Theologo facultatem quantum in nobis est, concedimus, ut opus à te compositum, cui titulus *Disputationes Theologicæ in primam Partem Divi Thomæ: Tomus Secundus*, à duobus Ordinis nostri Theologis de mandato nostro revisum, & approbatum Typis mandare valeas, servatis de jure servandis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritui Sancti. Amen. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ super Minervam die 30. Maii 1713.

FR. ANTONIUS CLOCHE Magister Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Regist. fol. 16.

FR. THOMAS MARIA LASCARIS Magister, & Socius.

D. Jo. Micheal Teronius Clericus Regularis Sancti Pauli Barnabita Sacræ Congregationis Indicis Consultor, & Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, & nunc assumptus ad Episcopatum Venusinam.

DE Mandato Reverendissimi Patris Gregorii Selleri Sacri Apostolici Palatii Magistri, summa animi voluptate legi librum compositum ab Adm. Rev. Patre Magistro Cauvino, cui titulus *Disputationes Theologicæ in primam partem D. Thomæ: Tomus Secundus*, in quo solidè, & acutè examinantur ea, quæ in eadem prima parte à quæstione 14. de Scientia inclusivè usque ad 27. de Trinitate à D. Thoma tractantur. Auctor in hoc opere profert de Tasauro suo nova, & vetera elucidando ab antiquis jam dicta, & insuper scholasticam suppellectilem novis speculationibus adaugendo; genuinam Thomisticæ scholæ doctrinam ità propugnat, ut eam non solum adversari, sed etiam convellere demonstret omnium novatorum hæretica figmenta. Hoc autem præstat conjungendo egregiam soliditatem cum summa modestia. Quare censeo opus hoc esse luce dignissimum. Datum Romæ in Collegio SS. Blasii, & Caroli ad Catenarios die 15. Maii 1713.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici

Dominicus de Zaulis Archiepiscopus Theodosiæ Vicesgerens.

MAGNA mentis attentione, ac majori animi voluptate, dum Romæ in Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam, Cathedram vespertinam Casanatensis Collegii S. Thomæ moderarer, librum perlustravi, cujus titulus *Disputationes Theologicæ in primam Partem D. Thomæ: Tomus Secundus* ab Adm. Rev. Patre Magistro Fr. Paulo Maria Cauvino Viro Provinciæ nostræ utriusque Lombardiæ Ordinis Prædicatorum tam merito, nec non Divinis in litteris, ac disceptationibus Theologicis peritissimo. Nec aliquid offendi, quod bonis moribus dissonet, aut orthodoxæ fidei veritates, vel leviter pungat, sed cuncta quæ refert catholicis dogmatibus consona, ac mitificæ Angelici Doctoris sententiæ, atque doctrinæ conformia didici. Quinimmò ea omnia, quæ S. Thomas paucis in quæstionibus perstringit, ità suæ mentis acumine, morem Theologorum scholasticorum sequens, fusè, subtiliter, & dilucidè tractat, ut vix plura subtiliora, ac magis clara desiderari queant. Ideircò opus tanta perspicuitate, ac soliditate doctrinæ fretum, pro mea tenuitate judico typis donandum, à cujus utilitatis participatione fecerut non poterit, qui perlegere eum minimè neglexerit. Prodeat igitur in Scholasticorum Theologorum utilitatem; & Authoris eximii Sapientia, quam in Scholis quondam ex ore ejus junior audivi, calamo nunc magis expolita, universo Thomistarum Scholasticorum cœtui prodesse possit. Datum Genuæ die 13. Februarii 1712.

FR. VICTORIUS MAZZOCCA Sacra Theologiæ Magister in Provincia utriusque Lombardiæ Excathedraticus Vespertinus Casanatensis, & Vicarius apud Moniales Monasterii Spiritus Sancti, nunc Prior Bononiæ in studio generali ejusdem Ordinis Prædicatorum, & antea ejusdem primarius Moderator, seu Regens.

LIBRUM

LIBRUM cui titulus est *Disputationes Theologicæ in primam Partem Divi Thomæ Tomus Secundus* ab Adm. Rev. Patre Magistro Fr. Paulo Maria Gauvino &c, elaboratæ, omni mentis attentione perlegi, & examinavi, nihil dissonum fidei, & moribus minimè contrarium inveni, sed veritates thomisticas juxtà genuinam Sancti Doctris mentem ut illius fidelis discipulus Author modestè exponit, authoritatibus, & rationibus illas roborat; Contrariorumque argumenta rotundè dissolvit, illisque multotiès utitur, ut propriis armis parta victoria illustrior appareat triumphus, Quapropter luce publica dignum censeo (salvo meliori judicio), Datum Romæ in Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam die 3. Februarii 1712.

FR. HYACINTHUS SANTAROMANA Sacræ Theologiæ Magister Cæsaraugustanus Doctor Nuntii Hispaniarum Examinator Synodalis, & Theologus Casanatensis Ordinis Prædicatorum,

---

IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Sellari Sacri Palatii Apostolici Magister, Ordinis Prædicatorum.

TRA-

TRACTATUS PRIMUS
DE SCIENTIA DEI AD Quæst. XIV.

CElebrem materiam aggredimur examinandam, utpotè ad alias gravissimas difficultates tum de voluntate Dei, vel ejus Decretis, & de Divina ibidem Prædestinatione, tum de Gratia, ac de Incarnatione, aliisque materiis theologicis valde necessariam, quam D. Thom. hic 16. articulis absolvit, dividens in quatuor partes, nam primò agit de ejus existentia art. 1., secundò de quidditate, ac proindè de objecto primario, in ordine ad quòd attenditur art. 2., & quomodo illud attingatur art. 3., & utrum sit idem ejus intelligere cum illo, seu cum substantia propria, art. 4., tertiò de objecto secundario, seu de divina scientia in ordine ad illud nempè ad creaturas ab art. 5. ad 13., ac tandem de aliquibus proprietatibus ejusdem scientiæ per tres ultimos, quod totum nos quatuor præcipuis disputationibus comprehendemus juxta præfatum ordinem D. Thomæ &c.

DISPUTATIO PRIMA.

De existentia, & quiditate Scientiæ Dei.



TRia præcipuè inquirimus in hac disputatione. Primum de existentia an rectè probetur à D. Thom. Secundum an sit possibilis substantia spiritualis non intellectiva. Tertium de objecto ejus primario, ubi etiam dicemus de ejus proprietate, an scil. tam respectu objecti primarii, quàm etiam secundarii detur in Deo scientia propriè, & strictè dicta (nam quæ spectant ad deffinitionem, & constitutionem divinæ naturæ supra q. 2. sufficienter resoluta sunt,) & an admitti possit à posteriori, additis in fine aliquibus corolariis.

QUÆSTIO PRIMA.

An ratio D. Thomæ ad probandam scientiam in Deo sit efficax.



DAri scientiam in Deo probat primò D. Thom. in arg. sed contra ex illo ad Rom. 11. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei*. Probat deinde in corp. ex conceptu summæ immaterialitatis. Nam Deus; inquit; est in summo immaterialitatis ergo est in summo cognitionis. De hoc medio, quod assumit D. Thom. scil. immaterialitatis ad inferendam scientiam in Deo est difficultas, nam hanc dari in illo sumpto scientiæ nomine pro cognitione intellectiva certa, & evidente, prout accipitur in presenti, est certum secundum fidem, cum præter allegatum sint alia innumera sacræ Scripturæ testimonia, quæ legenti passim occurrent. Tum quia nisi velimus Deum operari à casu, vel quod ab alio dirigatur in finem sibi præstitum, (quod tamen, ut patet ex terminis repugnat primo agenti, & primo moventi) est necessarium, quod cognoscat finem, propter quem operatur, vel quem intendit, ergo cum non sit alia cognitio in agente pura immateriali nisi intellectiva, hæc erit omninò admittenda in illo. Tum quia ut patet ex superioribus in Deo est ponenda omnis perfectio simpliciter simplex, aliàs non erit ens summè infinitè perfectum at esse intelligentem, & scientem est perfectio simpliciter simplex; cum in sui formali conceptu nullam includat imperfectionem, & melius sit in unoquunque esse scientem, quàm non esse, ergo est scientia in illo. Et quidem perfectissima, cum certum sit omnem in illo perfectionem esse summo, vel modo perfectissimo, *Hujus autem fidei veritas* (ait D. Tho. 1. cont. Gent. cap. 44.) *tantum apud homines invaluit, ut ab intelligendo nomen Dei imponerent. Nam Theos*, ut refert Damascenus lib. 1. c. 11. *quod secundum Græcos Deum significat dicitur à Theaste, quod est considerare, vel videre*. Videatur D. Tho. ubi 7. rationes adducit ad eam probandam, & quia quartam desumptam ex carentia materiæ, seu ex immaterialitate repetit hic existimo esse inter cæteras efficaciorem.

§. PRIMUS,

Statuitur Conclusio.

RAtio D. Tho. efficax, & optima est, & à priori ad probandam existentiam perfectissimæ scientiæ in Deo. Probatur reducendo eam ex D. Tho. ad for-

mam ſyllogiſticam. Immaterialitas alicujus rei eſt ratio à priori quod ſit cognoſcitiva, & ſecundum modum immaterialitatis, quòd ſit cognoſcitiva perfectiùs, vel minus perfectè, ſed Deus eſt ſummè immaterialis, ſive in ſupremo gradu immaterialitatis, cum ſit actus purus, ùt patet ſupra ex qu. 3. ergo eſt ſummè, vel perfectiſſimè cognoſcitivus, ac proindè datur in illo perfectiſſima ſcientia; utraque conſequentia tenet, prior quidem, ut evidenter illata ex præmiſſis, poſterior verò, quia id intelligimus, ut dictum eſt, nomine ſcientiæ: mi. etiam eſt certiſſima, & probata ibidem à D. Tho: ma. verò, in qua eſt difficultas prob. ſimul, & explicatur ex eodem, ſupponendo, quòd nomine immaterialitatis, utpotè importantis in hac linea cognoſcitiva maximam perfectionem non venit aliquid purè negativum, ſive pura negatio materiæ; neque etiam poſitivum præcisè fundans negationem dependentiæ à materia corporea, prout coincidit cum ente omninò ſpirituali, aliàs natura purè ſenſitiva, quæ ens ſpirituale non eſt, non eſſet capax cognitionis, ſed propoſitiva perfectione importante elevationem ſupra modum, & conditionem materiæ, ſeù dicente carentiam totalis immerſionis in illa, quia ut ſtatim dicemus, in tantum aliquid eſt cognoſcens, in quantum natum eſt fieri, & eſſe alia à ſe, quo importatur amplitudo, vel illimitatio oppoſita limitationi materię, nam hæc eſt, quæ limitat, & coarctat, ſeu impedit talem amplitudinem. Hoc ergo ſuppoſito probatur eadem ma. à priori ex D. Tho. ſic, nam cognoſcentia in hoc diſtinguuntur à non cognoſcentibus, quòd hæc nihil habent niſi formam ſuam, cognoſcens verò natum eſt habere formam rei alterius, ſcil. intentionaliter, & repræſentativè, nam ſpecies cogniti eſt in cognoſcente; ſed poſſe ſic habere formam alterius habetur à priori ex meritis immaterialitatis ſumptæ juxtà pręcedentem explicationem, ergo immaterialitas rei eſt ratio, quod hæc ſit cognoſcitiva: præmiſſæ patent ex proximè dictis; ma. quidem ex illo principio, quod in tantum aliquod eſt cognoſcens, in quantum natum eſt fieri, & eſſe alia à ſe, de quo diximus ſupra qu. 12. ad art. 2. mi. verò, quia hoc quod eſt eſſe natum fieri, & eſſe alia à ſe importat amplitudinem, & extenſionem, ut patet ex terminis, ſed immaterialitas, & modus elevationis ſupra materiam dat hanc extenſionem, & amplitudinem, qua ratione Philoſ. relatus hic à D. Thom. inquit 3. de anima text. 37. quod anima eſt quodammodò omnia, nam coarctatio formæ eſt per materiam. Unde formæ ſecundum quod ſunt magis immateriales ſecundum hoc magis accedunt ad quandam infinitatem ergo ex meritis immaterialitatis importantis prædictam elevationem ſupra materiam habetur hoc, quod eſt eſſe natum fieri, & eſſe alia à ſe, ac proindè non tantum habere formam ſuam, ſed etiam alterius ſcil. ſpeciem rei cognitæ, per quam habetur hæc alietas, in quo conſiſtit proprius conceptus cognoſcentis.

Explicatur hoc ex ſuperioribus, & ex D. Tho. hic. Nam juxtà diverſum modum, & gradum immaterialitatis diſtinguuntur, ut vidimus; diverſa genera cognoſcentium. Etenim ſenſus, quià materialis eſt, & organo corporeo affixus, nequit ſpiritualia cognoſcere, neque etiam materialia in univerſali, ſive in abſtractione à materia, & univerſalitate. Intellectus etiam noſter pro hoc ſtatu, quia habet modum eſſendi in materia nequit quiditativè cognoſcere Angelos, quia ſunt omninò à materia ſeparati ergo penes immaterialitatem, ſeu elevationem illius ſupra materiam habetur, ùt à prima radice, quòd ſit aliquod cognoſcitivum, & potens eſſe alia à ſe ſaltem in eſſe intelligibili, quia nempè (& eſt ratio à priori) ſicut limitatio, & coarctatio ad determinatum eſſe, & perfectionem oritur ex materia, & potentialitate, ità amplitudo, & extenſio ad diverſas perfectiones habetur ex immaterialitate, receſſu à potentialitate, & elevatione ſupra materiam.

Explicatur ulterius ex dictis ibidem iterum inductivè, & magis reducendo ad praxim. Nam quia viſus inter ſenſus externos eſt immaterialior ad plura ſe extendit, & ſicut habet objectum minus materiale, ità immutatur per ſpecies immaterialiores, & tamen tam viſus, quam alii ſenſus, quia ſunt potentiæ organo corporali affixæ ſuperantur à quocunque intellectu in immaterialitate objecti, & ſpecierum. Similiter intellectus noſter modo in ſtatu unionis, in quo anima eſt in corpore, ſicut intelligere nequit quidditativè niſi eſſentias rerum materialium, ità nec intelligere poteſt niſi per ſpecies acceptas à phantaſmatibus, & ab eis dependentes in repræſentatione objectorum. Denique ſicut intellectus Angelicus eſt omninò elevatus ſupra materiam, ità habet modum cognoſcendi elevatiorem ſuprà humanum, undè etiam habet objectum independens à materia, ac proindè etiam ſpecies, per quas intelligit, omninò independentes ab illa, ergo rectiſſimè procedit, & à priori D. Tho. quòd Deus eſt ſummè cognoſcitivus, quia eſt ſummè immaterialis, ac proindè quòd immaterialitas importans præfatam elevationem ſuprà materiam ſit vera, & prima radix, quòd aliquid ſit cognoſcitivum, ſivè quod idem eſt, quod aliquid ſit natum fieri, & eſſe alia à ſe &c.

Tandem urgentur hæc omnia magis explicando utramque radicem, coarctationis impeditivam, & illimitationis, ſeù amplitudinis radicativam totius lineæ cognoſcitivæ. Nam materia, quæ eſt prior radix hunc modum habet in recipiendo, quod ſolum in eſſe naturali, & entitativo recipiat formam; immaterialitas verò, quæ eſt poſterior radix, facit ulterius recipere in eſſe intelligibili, & repræſentativo, undè modus proprius cognoſcentis eſt habere objectum, vel recipere illud intentionaliter, & repræſentativè, ſcilicèt recipiendo ſpeciem ejus, ſed hic modus recipiendi eſt ſublimior, ſeù elevatior primo, quia immaterialitas dans hanc elevationem eſt vera radix, ſeù ratio à priori, quòd ſit res cognoſcitiva. Prob. mi. quia hic modus importat amplitudinem, & ſuperioritatem; non enim poſſunt adunari niſi in ſuperiori, quæ diſperſa ſunt, vel uniri non poſſunt in inferiori, ergo ſi quæ in eſſe naturali, vel entitativo conjungi non poſſunt, uniuntur in eſſe intentionali, vel repræſentativo, ſignum eſt, quod hic modus uniendi, vel recipiendi eſt ſublimior, & elevatior. Tum quia videmus materiam non extenſam juxtà quantitatem formæ, quam recipit in eſſe naturali eſſe incapacem recipiendi illam, & tamen exceſſus ferè infinitus objecti ſuprà potentiam cognoſcitivam non impedit hanc quantumvis minimam recipere intentionaliter illud per ſui ſpeciem, vel modiciſſimam, ut patet in viſu recipiente intentionaliter mõtem per ſui ſpeciem eſtò omninò incomparabilis magnitudinis ſit. Et ratio omnium eſt; quia materia; ut inſinuavimus; recipiendo formam ità coarctat, & limitat ad determinatum eſſe, & perfectionem inter proprios limites, ut omninò impediat

pediat egressum ad alienos; undè ut vidimus in primo physic., nequit in communi sententia saltem de lege ordinaria recipi forma in pluribus subjectis; immaterialitas autem, seu natura cognoscentis ità ex opposito ampliat, & extendit formam, seu perfectionem rei cognoscibilis, ut simul existens physicè in ista, fit etiam intentionaliter in cognoscente, immò simul in pluribus cognoscentibus, vel potentiis cognoscitivis, dum plures simul eam percipiunt, vel cognoscunt, ergo ex immaterialitate ut à radice habetur prædictus modus elevatior recipiendi, ac per consequens cognoscendi.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

1. Arguitur ad impugnandum præcipuum fundamentum, cui innititur ratio D. Thom. nempè præfatum discrimen inter cognoscentia, & non cognoscentia, quòd scilicet illa sint nata recipere formam alterius, ac proindè fieri possunt aliud à se hæc verò non,& quia illud habetur ex meritis immaterialitatis, consequenter impugnatur, quod hæc sit ratio cognoscandi. Nam dum dicitur, quòd cognoscens sit ità natum recipere, ac fieri, & esse aliud à se; vel id intelligitur de identitate purè intentionali,vel de recipere per informationem, sive intentionaliter, sive physicè, sed neutro modo videtur posse subsistere idem principium, vel discrimen, ergo nec ratio D. Thom. in illo fundata. Prob. mi. & primò quoad primam partem de recipere, sive intentionaliter,sive physicè per informationem, quia etiam non cognoscentia recipiunt in esse intentionali formam aliarum rerum, ut patet in speculo habente apud se formas objectorum sibi præsentium; & in aere perfuso luce pariter habente omnes species sensibiles, quas objecta sensibilia ex se immittunt. Similiter etiam aqua recipit physicè calorem ignis, & idem aer lucem solis. Præterquamquod objectum cognitum non recipitur in cognoscente secundum esse suum physicum naturale, ut patet, ergo non est proprium solius cognoscentis recipere formam alterius, sive inesse intentionali, sive inesse physico. Deindè prob. quoad secundam partem de recipere per identitatem adhuc tantum intentionaliter, nam in esse physico supponitur id repugnare. Si cognoscens contrapositivè ad non cognoscens, esset natum recipere per identitatem, itaut fieret, & esset aliud à se, Beatus videns Deum fieret, & esset intelligibiliter Deus, sed hoc repugnat; ergo: min. patet ex dictis relata q. 12. art. 2. Tum quia ob summam identitatem inter esse intelligibile Dei, & esse entitativum deberet esse Deus in utroque genere. Tum quia cum esse intelligibile non sit pura denominatio rationis, sed quidam modus essendi realis, & creatura in quocumque modo essendi reali ponatur,semper sit ens per participationem, & dependentiam à Deo, impossibile est, quòd adhuc in puro esse intelligibili habeat identitatem cum Deo, ente per essentiam; nam hac utraqua ratione probatur impossibilitas speciei creatæ quidditativè repræsentantis Deum ergo &c.

Ad hoc neg. mi. ad probationem de recipere, communiter respondetur esse intelligendum de recipere formam alterius, sic ut eandem, & qua fiat alterum, quia ut vidimus in 3. de anima, species tam sensibilia, quàm intelligibilis nihil aliud est, quàm res repræsentata in alio tamen modo essendi,nempè intentionali, vel intelligibili, & hoc modo cognoscens media illa fit res cognita, sicut ait Philos. ubi supra de anima, quod est quodammodo omnia, nam sensus est sensibilia,& intellectus intelligibilia,cujus rationem assignat, quia in sensu sunt species sensibilium,& in intellectu intelligibilium. Cæterum nullum ex non cognoscentibus ità recipit formam alterius, quia vel non recipit eandem sed similem, vel si similem, non tamen cum qua fiat idem, ut contingit in exemplis adductis,nam aqua non recipit eundem prorsus calorē ignis, sed alium ab eo,numero distinctum. Similiter aer quamvis sit natus recipere formas aliarum rerum non solum reales, ut calorem, & lucem, sed etiam intentionales, ut species visibiles, non tamen recipit easdem omninò, nec illis mediantibus fit alia, cum species intentionales recipiantur in illo materialiter, & inesse accidentis, & non immaterialiter, & in esse repræsentativo, nec ut sibi repræsentent, ut fit in cognoscentibus, sed ut medium delativum specierum ad potentiam, cui repræsentativè uniuntur, & cui repræsentant objecta. Et idem est de speculo, quòd licet habeat in se formam lapidis, non tamen fit ipse lapis; cum verò hæc alietas, & identitas in eisdem cognoscentibus habeatur ex vi immaterialitatis, in non cognoscentibus verò impediatur à conditionibus materiæ, optimè assignatur inter illa discrimen, quod priora ità nata sunt recipere formas aliorum, ut transire possint ad esse illorum non faciendo compositionem, sed habendo identitatem intelligibiliter cum illis; posteriora verò non.

Sed hæc solutio habet contra se præcedentem difficilem replicam in beatis. Nam si semel cognoscens ità natum est recipere speciem objecti, & transformari in illud, ut fiat intelligibiliter idem, jam beatus intelligendo Deum, fiet intelligibiliter Deus, quod videtur impossibile,ut dictum est; unde M.Farre hic qu. 1. §. 1. (ubi fatetur hanc replicam, seù difficultatem sibi visam maximā, nec aliquem invenisse, qui non solum non solveret,sed nec proponeret,)existimat propositionem illam, quæ communiter traditur; nempè intellectum intelligendo fieri lapidem in esse intelligibili, temperandam esse, nec esse intelligendam ad hunc sensum, quasi per eam significetur aliqua identitas inter naturam intellectus, & esse intelligibile rei intellectæ; hoc enim, inquit, convincitur esse falsum exemplo, vel instantia adducta, sed tantum potest verificari sic, quòd intelligens lapidem fiat ipse lapis producendo conceptum, qui sit inesse intelligibili lapis, vel intelligat lapidem, itaut ipse lapis per se ipsum inesse intelligibili perficiat illum,& actuet,quod est esse lapidem conceptivè.Habet n. species impressa unire intellectui objectum sic intimè, quòd intellectus vel habet producere conceptum, qui intelligibiliter est ipsum objectum, vel in ipso objecto per modum verbi unito, ut fit in patria, habeat objectum ipsum contemplari; in quo deficit, ut dictum est, prædicta unio speciei intentionalis v.g. cum speculo, quia non unit illi objectum, cujus est repræsentatio, repræsentativè, ut illud cognoscat, cum speculum cognoscitivum non sit, sed tantum materialiter, & entitativè; intellectui autem unit illud formaliter, & in esse repræsentativo, ut intelligendo percipiat, &

hac ratione verificatur, quòd intelligendo lapidem fit lapis, quia ipſa actuali intelligibilitate objecti actuatus producit conceptum, qui lapis eſt, vel in ipſa intelligibilitate objecti ipſum objectum contemplatur; quod eſt fieri idem cum objecto non immediatè, ſed mediatè tantum &c. Ex quibus ad replicam reſpondet, quòd beatus videns Deum non fit intelligibiliter Deus per identitatem, quæ ſit inter naturam intellectus beati, & eſſe intelligibile Dei, ſed per identitatem Dei cum conceptu, vel verbo, quo intelligit Deum, non producto, & ſuperaddito, ſed ſuppleto per ſe ipſum immediatè ab ipſomet objecto illi unito per modum formæ impreſſæ, & expreſſæ, ſeù verbi non ſecundum eſſe naturale, ſed ſecundum eſſe intelligibile, quam doctrinam colligit ex D. Tho. 3. cont. Gent. c. 14. ubi ait. *Quod Deus non poteſt eſſe forma alterius ſecundum eſſe naturale, ſed ſecundũ eſſe intelligibile, quia ſpecies unita intellectui non conſtituit aliquam naturam, ſed perficit ad intelligendum*, In quibus ponderat, quòd cum D. Thom, loquatur de ſpecie formaliter in eſſe intelligibili, quatenùs unit intellectum cum objecto, nec explicet hanc unionem per identitatem objecti cum intellectu, ſed tantum per unionem alicujus purè perficientis, rectè juxtà D. Thom. intelligitur prædicta propoſitio de identitate objecti cum intellectu non immediatè, quæ fit cum natura ejus, ſed mediatè quatenùs actuatur, & perficitur per illud ad producendum conceptum, qui eſt ipſum objectum, vel in illo unito per modum verbi ad illud contemplandum, Deindè infert ex his, quod ſuprà ex parte inſinuavimus, nempè quod ex objecto ſic intelligibiliter unito cum intellectu non fit tertium, nec fit idem, ſed fit unio ſecundum numerum, ex qua non reſultat tertium, undè & dicitur, quod ex intellectu, & re intellecta fit magis unum, quam ex materia, & forma, quia ex his tantum fit unum per compoſitionem, ex illis verò ſic fit unum, quod non fit tertium, ſicut ſimiliter de unione inter extremum Divinum, & humanum in myſterio Incarnationis,

Sed licèt hæc pro more ejuſdem Sapientiſs Magiſtri ſubtiliter dicta ſint, & verificentur in ſenſu expoſito in ſolutione ſuperiori, non videntur tamen plenè, & conformiter ad doctrinam D. Thom. ſuprà art. 4. ejuſdem quæſt. 12. evacuare præſentem difficultatem, Nam D. Thom. ibidem ad probandam impoſſibilitatem viſionis Dei ab intellectu creato per ſua naturalia, recurrit non præcisè ad naturam ſpeciei, quaſi hæc tantum exigat identitatem ordinis, ſeù gradus immaterialitatis cum objecto quidditativè cognoſcibili. ut jam probaverat art. 2. ſed etiam ad naturam ipſius cognoſcentis, quod hæc etiam petat hanc identitatem cum objecto; nam tota vis diſcurſus ejus innititur huic propoſitioni, nempè opportet cognoſcens non eſſe inferioris ordinis objecto naturaliter ab ipſo quidditativè cognoſcibili, ſed ejuſdem, vel ſuperioris ordinis, quod eſt naturam cognoſcentis hoc meritum identitatis habere cum objecto, itàut ſi ſemel intellectus creatus propria virtute naturali intelligens produceret viſionem, deberet eſſe ejuſdem gradus immaterialitatis cum Deo, ac proindè eſſe idem cum illo, vel actus purus; nam ſi cognoſcens non teneretur immediatè habere hanc identitatem, ſed ſolum mediatè per ſui ſpeciem, vel conceptum, non videretur probanda eadem impoſſibilitas viſionis ex parte cognoſcentis, ſed magis ex parte conceptus, vel ſpeciei, quod eſſet repetere difficultatem art. 2. Undè Cajetanus ut inſinuavimus, ad explicandam, & ſuſtinendam præfatam propoſitionem recurrit ad illud principium, in quo importatur natura cognoſcentis, nempè Intantum aliquid eſt cognoſcens, in quantum eſt natum fieri, & eſſe alia à ſe, ad quam naturam recurrit etiam hic D. Thom. in aſſignando diſcrimen inter cognoſcentia, & non cognoſcentia, quod illa ita nata ſunt recipere, ut fiant idem, quia nempè objectum cognitum ſi connaturali modo recipiatur in cognoſcente recipitur ſecundum modum eſſendi ejus (unumquodque enim recipitur ad modum recipientis, ideſt juxta exigentiam illius) ac proinde cognoſcens debet habere identitatem, & convenientiam formalem, vel ſpecificam ex propriis cum objecto, quidquid ſit præcisè de identitate numerica, quam contendit Illuſtriſſimus Gudoii hic, & de qua latè egimus in 3. de anima. In hoc ſiquidem facimus vim, quod non tantum ſit ſtatuenda, aut refundenda identitas ad naturam ſpeciei, vel ex meritis illius, ſed etiam ad naturam cognoſcentis, qua ratione efficaciter probat ibidem D. Tho. præfatam impoſſibilitatem viſionis, quia deberet eſſe identitas inter objectum cognitum, ſive Deum, & cognoſcens, quia hoc petit meritum cognoſcentis, ſi ſemel quidditativè propria virtute cognoſcit objectum, quòd non ſolum ſpecies ſit idem, ſed etiam cognoſcens; & quidem in ordine ad Deum, nemine diſcrepante eſſet etiam numerica, cum identitas in gradu actus puri importet ipſiſſimam naturam Divinam. Salva nihilominus probabilitate ejuſdem ſolutionis, vel modi explicandi, (cui videntur ſatis favere Capreolus in 4. diſt. 49. quæſt. 4.;) Ferrara 3. cont. gent. cap. 52. Medina 1. 2. quæſt. 5. art. 5. & Sylveſt. in conflato quæſt. 12. art. 4.) placet ex ſuperioribus præfatam identitatem ulteriùs explicare reducendo adhuc ad meritum cognoſcentis juxta doctrinam Cajetani prout ſubtiliter, & egregiè eam explicat M. Catalam dub. unico ad art. 4. relatum, nempè quòd licet quodlibet cognoſcens præcipuè intellectivum, de quo modo loquimur; ex immaterialitate, ut radice totius lineæ cognoſcitivæ, habeat, quòd ſit cognoſcitivum, & quod in tantum ſit cognoſcitivum, in quantum eſt natum fieri, & eſſe ſuo modo alia à ſe, & non præcisè ex meritis ſpeciei, non tamen quodlibet meretur habere identitatem in gradu immaterialitatis, aut eſſe ejuſdem naturæ cum illo adhuc in eſſe intelligibili, ſed ſolum quando cognoſcit illud virtute cognoſcitiva, quæ eſt potentia connaturalis ejus, ſeu quando modo ſibi connaturali operandi quidditativa, & perfecta cognitione illud attingit, & tunc verificari ſuperius illud principium, cui innititur ibidem ratio D. Tho. quod cognoſcens non poteſt eſſe ordinis inferioris objecto cognito in modo eſſendi, aut gradu immaterialitatis, intellectum ſcil. de cognoſcente, ut quod, & de virtute cognoſcitiva, quæ eſt potentia ejus connaturalis, ſic enim univerſaliter eſt verum, non poſſe ſic connaturaliter quidditativè, & perfectè attingere objectum, niſi habeat identitatem, aut ſuperioritatem ordinis ad illud.

Hæc verò explicatio, ejuſdemque ratio ſumitur ex eiſdem principiis, quibus D. Tho. probat prædictam propoſitionem, vel principium. Nempè quod nullum cognoſcens creatum, ut dicebamus poteſt ſua naturali potentia intellectiva modo connaturali cognoſcere, niſi prius recipiat ſpeciem aliquam impreſſam

pressam repræsentativam objecti, quia cum intellectus creatus essentialiter sit potentia passiva trahens rem ad se, ejus modus connaturalis intelligendi alia à se, exigit ut priùs fiat in actu per speciem intelligibilem in ipso receptam, unde cum cognitio naturalis fiat secundum quod cognitum est in cognoscente, & cognitum in cognoscente modo connaturali non recipiatur nisi juxta modum essendi cognoscentis, ideò opportet cognoscens, & potentiam cognoscitivam connaturali modo perfectè attingentem objectum nō esse inferioris ordinis, vel gradus in modo essendi, sed habere identitatem formalem in illo.

Ex his facile resp. ad replicam, vel instantiam de beato. Nam cum beatus, seu cognoscens ut quod non eliciat visionem per lumen gloriæ tanquā per potentiam intellectivam sibi connaturalem, sed ut elevationem potentiæ intellectivæ, neque hæc per idem lumen producat visionem modo operandi sibi connaturali, sed modo supernaturali, & excedente connaturalem ejus modum operandi non tenetur habere eandem identitatem cum Deo adhuc in genere intelligibili, sed satis est, quod ex vi unionis Divinæ essentiæ sibi unitæ per modum speciei intelligibilis impressæ, & expressæ sic videndo Deū aliquo modo juxtà sui capacitatem transformetur in illum salvo excessu ex parte objecti in modo essendi, seû grado immaterialitatis.

Ex quibus etiam solvitur tacite instantia de lumine, de qua egimus ibidem, quia licet naturale, aut connaturale sit lumini gloriæ producere visionem, ut principium proximū quo, non tamen ut potentia receptiva, sed ut elevatio ejus ad modum operandi divinum; nec est potentiæ passivæ, seû receptiva objecti, sed potiùs elevat intellectum ad hoc ut objectum per intimam assistentiam, sine receptione, & informatione possit oriri ei, ut species intelligibilis, & tio intelligendi, ideo non debet commensurari, aut esse idem in modo essendi, aut gradu immaterialitatis cum objecto. Hinc iterum etiam fit quod cum idem objectum non recipiatur naturaliter, aut connaturaliter in cognoscentē, nec trahi debet ad modum essendi illius, sed retinens proprium essendi modum fit ei ratio cognoscendi, & ideo etiamsi cognoscens sit inferioris gradus secundum se, tamen ut habet essentiam Divinam, ut rationem cognoscendi potest eum quidditativè attingere de quo D.Th.q.8. de veritate art.7. ad 14.

Secundò arg. Non omne cognoscitivū est immateriale ergo immaterialitas non est ratio àpriori cognoscitivi, ut intendit ratio D. Th. Prob. ant. in natura brutorum, nam hæc cognoscitiva est, & tamen immaterialis non est sed adæquate sensitive, vel materialis, seu nullo constans extremo spirituali, vel immateriali.

Ad hoc vel neg. ant. vel dist. claritatis gratia ex dictis non est immateriale per exclusionem cujuscunque gradus immaterialitatis, seu juxta meritum suæ cognitionis neg., aliter, vel per solā exclusionem supremi gradus, & medii, vel mediorum conc. ed probationē dist. eodem modo mi. immaterialis non est immaterialitate superiorum graduum conc. infimi neg. Nam licet natura sensitiva ita in re habeat esse in materia, aut ab illa dependeat, ut naturaliter extra illam forma ejus constitutive esse non possit, non tamen est adæquatè extra omnem gradum immaterialitatis sufficienter ad fundandam cognitionem infimam, seu rerum in singulari, ut dictum est, quia quatuor ut vidimus ex D.Th. art. illo 4. q. 12. sunt gradus immaterialitatis, licet tres ibi tantum distinguat, comprehendens primū, & secundum sub uno ut advertimus ex Cajetano, & ad hunc pertinet natura sensitiva, sicut & anima rationalis ut eminenter formaliter sensitiva, seu secundum quod est principium potentiarum sensitivarum, qua ratione prout sic, sivè ut est radix sensuum virtualiter distinguitur à se ipsa, ut est rationalis, sufficitque ut ad eundam gradum pertineat, quod præcisè considerata, ut illorum radix non habet, ut possit esse realiter à materia separata, sicut quia in materia est licet à materia non dependeat, constituit gradum distinctum ab Angelis, quamvis ab eadem separata pertineat ad eundem gradum, cū enim sit medium inter Angelos, & animalia participat de utroque extremo. In primo ergo gradu importante recessum ab omni materia, & potentialitate est Deus. In secundo constituto per recessum ab omni materia, sed non à potentialitate, sivè ab omni materia physica sed non à metaphyca sunt Angeli, & anima rationalis, ut rationalis est, vel subsisteos, aut à materia separata. In tertio verò in duos subdiviso, ut in superioribus explicatum est; constituitur natura sensitiva, & iterum anima rationalis, ut sensitiva est, seu radix sensuum. Et hic est sufficiens ad fundandam cognitionem infimam, sivè sensitivam, quia licet secundum rem non importet recessum formæ à materia, aut dependentiam ab illa, sic quod naturaliter extra illam esse non possit, habet tamen quendam elevationem supra illam, aut conditionem ejus sufficienter ad recipiendas formas intentionales aliarū rerū non pure inhæsive, aut materialiter, sed repræsentative, per quas sibi repræsentētur, & cognoscantur objecta repræsentata, saltem in singulari, seû cognitione infima, aut dependente ab organo corporeo in quo distinguuntur, ut dictum est, ab aere, vel à speculo, aut similibus, quæ licet recipere dicantur species intentionales, non tamen in esse intentionali, vel repræsentativo respectu sui, Sed de his latè supra, & in tertio de anima. Et videri etiam potest Illustriss. Godii hic, Gonet, & Eminentiss. Ferrarius, qui sub aliis terminis distinguunt priores propositiones, sed in idem coincidunt.

Tertiò arg. iterum impugnando rationem D. Thom. prout fundatur in discrimine assignato inter cognoscentia, & non cognoscentia, & est replica contra superiora. Nā hoc descrimē videtur implicatoria asserere, & magis inferre oppositum intenti D.Th. seû rationis ejus, ergo; prob. ant. Quia in hoc cōsistit idem discrimen juxtà intentum rationis D. Th., quod cognoscentia quia nata sūt recipere formas aliarum rerū, debent gaudere immaterialitate dante hoc meritum recipiendi illas, ac proindè fundante rationem cognoscitivi, sed hoc est veluti implicantia in terminis, ergo Prob. mi. quia juxtà doctrinam Thomistarum idem est materiale, & receptivum, qua ratione limitant, & distinguunt etiam in creaturis spiritualibus essentiam ab existentia, tamquam quid materiale à formali, quia enim essentia recipit suum esse, vel existentiam, comparatur respectu istius, ut aliquid materiale, ergo quod est magis receptivum erit magis materiale, & non immateriale, ergo si cognoscentia sunt magis receptiva; magis erunt materialia, quam immaterialia.

Ad hoc quod videtur magis æquivocare, quam impugnare prædictū discrimen & rationem D.Th. neg. ant.

ant. Ad probat. neg. mi. Ad ejus probationem disting. in primis, & explico claritatis gratia ant. Idem est esse materiale, & receptivum, sumpto materiali prout dicitur à materia, seu contrapositivè ad immateriale, vel spirituale neg., nam certissimum est (ut etiam innuit argumentum;) tam animam nostram quàm Angelos plura à Deo recepisse, sive in ordine naturali, (ut constat de speciebus præscindendo adhuc ab esse) sive in supernaturali, ut gratiam, aliaque dona supernaturalia estò immateriales sint. Si sumatur materiale pro eodem, quòd passivum, seu determinabile, aut contrapositivè ad ulteriorem actum, vel formam, transeat, vel conc., nam prout sic, ut insinuavimus in primo physicorum, non solum materia, sed etiam forma comparatur ut quid materiale respectu existentiæ, ut ultimi actus simplicitèr. Ex quo tamen non infertur, quòd magis receptivum sit magis materiale juxtà intentum argumenti, prout scil. contraponitur immateriali, immò minus, & magis immateriale, quia ex immaterialitate habet, ut vidimus, quòd sit magis receptivum, seu magis habeat de ratione passivi in recipiendo, cum ex illa habeat, quòd nata sit recipere formas aliarum rerum, quod impedit materia, vel modus recipiendi ejus, qui est coarctare, & limitare, ut non possit recipiens esse alia à se, ut requiritur ad rationem cognoscentis modo explicato. Equivocat ergo arguens, & diminute exprimit rationem receptivi, quasi uno tantum modo contingeret, scil. ad modum materiæ, ut hinc inferat magis receptivum esse magis materiale, cuius totum oppositum contingit, ut probatum est, qua ratione intellectus noster vocatur possibilis, seu patibilis, quia ex sua immaterialitate habet, quòd sit primò natus pati ab objecto, scil. recipiendo formam, seu speciem ejus, qua actuatur, & perficiatur, unde primò, & simpliciter dicitur potentia passiva, quià revera objectû nihil omninò patitur, aut recipit ab intellectu, sed potius intellectus natus est aliquid recipere ab illo, quo fiat in actu ad eliciendam intellectionè circa illud, ut egregiè probat, & declarat Cajet. infra qu. 79. art. 2. Nec tamen ex hac ejus natura, & amplitudine ad recipiendum inferri licet, quòd sit aliquid materiale, ut intendit argumentum, immo omnino oppositum inferendum erat, ut efficaciter ratio D. Th. convincit; Et patet, nam quò plus aliquid abundat de hac ratione receptivi eò ad plures perfectiones recipiendas se extendit, quod planè ex materialitate intenta ab argumentatoriri non potest, sed magis ex immaterialitate, quæ ampliat, & extendit ad sic recipiendum, nam eadem materialitas ut dictum est, limitat, & coarctat ad determinatum esse, & perfectionem.

Secundo respondeti potest distinguendo idem ant. cum laudato Eminentissimo, & ferà in idem coincidit. Idem est esse materiale, & esse receptivum in esse naturali, & ad modum materiæ, conc. intentionalitèr, & repræsentativè neg. nam ideo receptivum dicitur materiale, quia habet modum materiæ, cujus est recipere formam. Unde illud propriè dicitur materiale, quod est receptivum eo modo, quo recipit materia, scil. naturaliter, & entitativè coarctando formam receptam, ut sit hujus, & non alterius; & hac ratione essentia Angeli, licet sit absolute spiritualis, vel immaterialis, quia tamen modo entativo recipit suum esse, & pro pria accidentia se habet respectu eorum, ut quid materiale; e contra vero visus, esto materialis, vel entitativè corporaus sit, quia tamen recipit objectum visibile, seu speciem ejus non entitativè, sed repræsentativè dicitur quodammodo immaterialis, unde ex eo quòd natura cognoscentis intentionaliter recipiat formas aliarum rerum magis infertur, quòd immaterialis sit, quàm materialis, cum prout sic importet illimitationem oppositam modo recipiendi materiæ, cujus est coarctare, ac proinde elevationè supra illam. Utraque ergo solutione infertur, quod in plus se habet ratio receptivi, quam materialis propriè sumpti, nam licet omne materiale sit receptivum, non tamen è contrà, cum detur duplex receptivum scil. modo naturali, & entitativo, & modo intentionali, & repræsentativo, qui cum importet ampliationem, & extensionem contrapositivè ad priorem, magis fundatur in immaterialitate, quàm materialitate unde arg. peccat à superiori ad inferius affirmativè, inferendo determinatum membrum receptivi, nempe materialis ex superiori ratione receptivi.

4. Arg., & est replica contra utramque solutionem iterum impugnando præfatum discrimen, ut fundamentum inferendi immaterialitatem tamquam radicè cognoscitivitatis. Falsum est materiam ita coarctare, ut impediat receptionem intentionalem aliarum formarum, ergo non tenemur ex hoc capite recurrere ad immaterialitatem, ut salvatur, aut habeatur capacitas recipiendi formas aliarum rerum. Prob. ant. quia de facto recipit, vel unitur animæ rationali, sed nihilominus hæc non impeditur à recipiendo intentionaliter formas aliarû rerum, alias non esset cognoscitiva præcipuè in statu unionis, ergo. §. Explicatur hoc. Coarctatio materiæ ad hoc est, ut individualiter limitet in esse naturali, faciendo scil. formam esse hanc & non aliam, munus enim illius proprium est esse principium individuationis, ut dicunt Thomistæ, & latè ostendimus de generatione, sed limitatio individualis non præstat hoc impedimentum ergo; Prob. mi. Tum in eadem anima quæ individualiter ab eadem limitata non posset intentionaliter alias formas recipere, ac proinde nec cognoscere. Tum in quolibet Angelo individualiter limitato, & tamen capaci recipere species alienas. Tum denique quia ad hoc natura cognoscentis indiget illimitatione, ut recipere possit species aliarum rerum etiam specie distinctas ergo magis fundatur in illimitatione specifica, quã individuali, ergo immaterialitas non est radix lineæ cognoscitivæ. Prob. hæc ultima consequentia, quia immaterialitas solum potest esse ratio illiminationis individualis, sicut materia limitationis intra eamdem lineam &c.

Ad hoc vel neg. ant. quantum est ex meritis sui, vel dist. si immersivè recipiat, vel plenè subjiciat formam neg. aliter transeat ant., ad probationem distinguo, & explico mi. recipit, vel unitur animæ rationali, salva utraque hujus elevatione jam insinuata supra illam, aut conditiones ejus conc., aliter neg.; non enim ita recipitur aut unitur materiæ anima rationalis ut excessum sui, vel elevationem amittat, non solum ut rationale est, sed etiam ut est radix sensuum, ut dictum est. Quòd ergo anima rationalis unita materiæ ad huc sit capax intentionaliter recipere alia à se non habet, ut sic dicamus, ex permissione materiæ, sed ex propriis meritis, seu ex propria immaterialitate, qua ita eidè præeminet, aut conditionibus ejus, quòd etiam ut radix sensuum impediri nequeat ab illa, ut contingit in formis non cognoscentium, quæ totaliter in eadem

dem immergantur, unde si præcisa attanderemus ad meritum materiæ haberent omnes coarctari, & impediri, in qua fundatur ratio D. Tho. recurrentis ad immaterialitatem, ut efficaciter statuere possit præfactam amplitudinem, & extensionem necessariamad recipiendum alia à se, ac proinde ad assignandam veram radicem, seu rationem à priori, cur aliquod sit cognoscitivum.

Ad explicationẽ similiter distinguo mi. ut individualitat limitat tantum, vel quantum ad ex se neg. respectu formæ, quæ planè illi non subjicitur, aut totaliter in illa non immergitur, transeat, vel conc. mi. unde quantum est ex se, est ad limitandum, & impediendum obstando receptioni aliarum formarum, itaut quò major est recessus ab illa, eò major est ampliatio, & extensio ad recipiendum intentionaliter, & ad cognoscendum, ut patet inductivè in cognoscentibus, ut dictum est, ac proinde si contingat formam ab eadem, vel ex ordine ad illam individualiter limitatam adhuc esse capacem recipere, hoc aliunde habet ex meritis propriis, quia non planè subjicitur, aut totaliter in illa non immergitur, ut contingit in anima nostra, & in aliis aliorum cognoscentium secundum quod gaudent aliquo gradu immaterialialitatis, ut explicatum est. Ex quibus etiam infertur materiam ex se, non solum determinare formam, ut sit hæc non illa, quod est limitare individualiter (licet plures extra Scholam D. Tho. negentei hoc munus) sed ita claudere illam intra proprios limites, ut faciat alteri io communicabilem, seu quòd sit hujus, & non alterius, quod est est contra naturam cognoscentis, nam dum hæc non impedit, immo exigit receptionem aliarum formarum non obstat eidem alietati, sed magis juvat, ut sit alterius, & consequenter materia ex se opponitur lineæ cognoscitivæ tanquam excedenti propriam conditionem, vel limitationem. Et per hæc patet ad instantiam de eadem anima nostra, & à fortiori de Angelis, ut pote magis elevatis, aut recedentibus à materia.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

Quintò arg. aliquibus instantiis, nam plura sunt entia immaterialia non cognoscitiva, ut voluntas, ejusque operationes, habitus, intellectus agens, vis, aut motio recepta in Sacramentis ad causandam gratiam &c. & alia hujusmodi, ergo immaterialitas non est radix virtutis cognoscitivæ, ac per consequens nec per illam ut rationem à priori rectè eandem probat D.Th.§. Urg. hoc in Angelis cõvenientibus omnibus in eodem gradu immaterialitatis, per recessum à materia, & ab ordine ad illam, & tamen distinctis in gradu seu eminentia cognitionis, ergo vis cognoscitiva oriti nequit à radice immaterialitatis, aliàs componi non posset inæqualitas in uno cum æqualitate in alio &c.

Ad hæc dist. ant. ex Ferr. 1. contra Gent. c. 44. Entia immaterialia, immaterialitate accidentali, & subordinata, conc., substantiali, vel radicali, & non subordinata neg. Vel iterum ex aliis dist. non sunt cognoscitiva, nec pertinent ad ordinem cognoscitivum, vel intellectivum neg., & pertinent ad illũ conc. Itaque quando dicitur quòd immaterialitas est ratio virtutis cognoscitivæ, vel intelligendum est de immaterialitate substantiali, vel radicali, & non subordinata, ita ut varificetur de substantia immateriali, vel subsistente (cum operari sit tantum subsistenti) sicut & de immaterialitate substantiali radicali, ut præoccupetur instantia de personalitatibus, & attributis divinis. Vel si velimus ad alia immaterialia extendere, id intelligendum est non quia teneantur omnia esse formaliter cognoscitiva, sed quia pertinent ad hunc ordinem, vel tanquam passiones consequantes, vel ut aliquid ad cognitionem consequutum, aut prærequisitum, quia non convenit his per se immaterialitas, sed in ordine ad aliud, quatenus sunt, aut instrumenta, aut principia cognitionis, vel effectus, aut passiones cognoscentis, unde eodem modo, quo ais immaterialitas convenit, pariter convenit esse intellectiva, & sic universaliter verificari potest, quòd omne immateriale sit intellectivum, vel quòd immaterialitas sit ratio intellectivi, vel cognoscitivi, scil. vel formaliter, vel ordinativè, quia ordinatur ad intellectivum, vel cognoscitivũ, ut contingit in instantiis adductis, cum distributione tamen accommoda loquendo de radicatis ab illa, quod si sit primum ut est intellectus sit tale formalites, seu intellectivum, & cognoscitivum, si verò primum non sit, ut est voluntas, satis est quòd sit tale prosequutivà, nempe quod prosequatur objectum cognitum, si autem sint aliquod superadditũ, ut habitus tunc deserviunt utrique, potentiæ vel tanquã virtutes ex parte earum, vel ut species ex parte objecti determinando, & fecundando intellectum ad producendam intellectionem, si sit species impressa, & tunc etiã requiritur intellectus agens ad illam producendam, & imprimendam intallectui possibili. Unde non est necessarium, quòd sit cognoscitivus. Vel per modum termini producti, aut conceptus exprimentis, & constituentis objectum in actu secundo intellectum, ut possit intellectus in eodem illud contemplari, & sic verificetur pertinere omnia suo modo ad hunc ordinem, scil. vel formaliter, vel antecedenter, vel consequenter, vel virtualiter, ut est motio illa, seu vis instr mentalis in sacramentis ad causandam gratiam. Quod quidem si ità verificatur in creatis, quantò à fortiori in Deo supremo entitative immateriali, ac per consequens summè intellectivo, & cognoscitivo, ut rectissimè infert, & concludit ratio D. Tho. nisi velimus negare illi hunc supremum gradum intellectivi, cum non sit, præcipuè ibi, assignabilis alia ratio illius.

Horum verò omnium, nempe quòd loquendo de immaterialitate accidentali, & subordinata, non teneantur omnia æqualiter pertinere ad eundem ordinem, ratio sumi potest ex dictis in physicis, quòd sicut accidentia, quia non sunt entia per se, sed magis per se ordinata ad illi deserviendum, vel operandum juxtà illius exigentiam, & indigentiam, non merentur radicem sui intra propriam lineam sed possunt illam habere extra, sicut & specificativum extrinsecum, ità intrà hunc ordinem immaterialitatis, vel intellectivum, quia non sunt per se talia sed instituta ad deserviendum cognoscenti, ut quod seu substantiali, aut subsistanti, eò modo tantum possunt pertinere ad illum, quo idem cognoscens exigit, & indiget, & quia non omnia exigit, nec omnibus indiget, ut sint cognoscitiva formaliter, sed val formaliter, vel aliter, ut explicatum est, ideo nec

non tenentur omnia esse formaliter talia, vel cognoscitiva, sed modis sibi propriis juxta illius indigentiam, & exigentiam,

Ad confirmationem patet ex superioribus, quod licet omnes Angeli conveniant in eodem gradu immaterialitatis, non tamen in modo participandi illum, quia licet omnes recedant à materia, & ab ordine ad illam, (in quo discriminantur ab anima nostra) non tamen æqualiter accedunt ad Deum, primum, & per essentiam immateriale. Unde penes majorem, vel minorem accessum ad illum possunt alii aliis esse immaterialiores, ac proindè magis abundare de cognitione, unde poterat retorqueri.

Sed contra hanc, & principalem solutionem, & præcipuè contra id, quod tangitur de primo radicato instas, Si immaterialitas ità est radix, & juxta excessum illius est excessus in cognoscendo non stabit æqualitas in immaterialitate cum inæqualitate, & multò minus cum defectu totali cognitionis, sed stat prior æqualitas cum posteriori inæqualitate, & defectu illius, ergo nec est radix, nec mensura illius. Prob. mi. in eadam voluntate; nam licet hæc primum radicatum non sit, æque tamen primò, & univocè participat immaterialitatem, ac participet intellectus, non enim est minus essentialiter immaterialis, quam sit intellectus ergo si nihilominus cognoscitiva non est, jam stabit æqualitas in immaterialitate cum inæqualitate, immo cum defectu cognitionis &c.

Urg. hoc. Quià itarum non staret, quod cognoscens crescat in immaterialitate, & minus perfectè cognoscat, ut contigit in anima nostra in statu separationis, in qua habet modum magis immaterialem essendi, & tamen perfectiùs, vel melius intelligit unita corpori quam separata, ut docet D. Th. infra qu. 89. art. 1. quià cum materia sit propter formam, ut ait ibidem in corp. & non è conversò, unio ejus cum corpore est propter bonum sui, ac proindè melius intelligit unita illi quàm extrà. Quod etiam confirmari poterat in aliis formis inferioribus, quarum aliquæ eò majori gaudeant immaterialitate, ut sunt indivisibiles, minùs tamen perfectè cognoscunt, quam aliæ divisibiles, seù minus immateriales, ut patet in serpentibus habentibus animam divisibilem comparativè ad plura animalia habentia formam indivisibilem, ut talpam, ostreas, Conchilia &c. Cum habeant illi omnes sensus internos, & externos, talpa verò careat visu, alia autem tantum habeant sensum tactus, & gustus, & imperfectam phantasiam, careantque memoria, & motu progressivo, ut explicatur in lib. de anima ergò &c.

Ad priorem principalem instantiam respondet Magist. Ferra, quod licet voluntas æque primò, & univocè participet immaterialitatem sibi essentialem per modum rationis genericæ (nam revara essentialiter conveniunt in eodem gradu, ut distinctò ab aliis) non tamen per modum radicis, quatenus non æque primò, & immediate procedunt ab illa, sed per priùs intellectus, quàm voluntas undè intellectus in hoc ordine est primum radicatum, & quia non est inconveniens, quòd radix primo tantum radicato, & non aliis aliquid communicat de sul primaria, aut principali perfectione, optimè stat solum intellectum, ut jam insinuavimus, esse cognoscitivum non voluntatem, quia non quælibet immaterialitas; inquit; cognoscitiva est, sed illa quæ prima virtus est immaterialitatis substantialis. Idque confirmat duplici exemplo, altero in creatis, scil. in rationalitate, quæ tantum habet radicare discursivum in primo radicato, non in aliis, undè sola ejus prime passio est esse discursivum; Deindè in Divinis, ubi licetà Deitate habeatur tota Trinitas, cum omnes Personæ sint æqualiter Deus, non tamen ex hoc licet inferre, quòd omnes tres sint Pater, quia licat æqualiter omnes tres Deus sint, in ordine tamen originis solus Pater est prima persona, & quia est prima aliquod est, quod aliæ non sunt, quia nempè Deitas solam primam Personam facit Patrem.

Sed hæc solutio licet in re verissima sit, & preclare etiam ac subtiliter duplici superiori exemplo illustretur, adhuc tamen difficultas est cur primum radicatum præcipuè in hoc ordine cognoscentium, scil. intellectus, & non posterius, seu voluntas rationem cognoscitivi participet, si semel æqualiter in gradu essentiali immaterialitatis conveninnt, nam major, vel minor recessus ab eadem radice immaterialitatis solum videtur posse conferre ad majorem, vel minorem participationem ejusdem perfectionis cognoscitivæ, non totalem exclusionem posterioris radicati ab illa, ut patet in Angelis, qui, ut dictum est, ex eo quòd magis, vel minus accedant ad primum, vel supremum immateriale, magis quidem, vel minus participant de cognitione, nullus tamen excluditur ab illa. Nam quod etiam in Divinis sit prędictus ordo, quod sola prima persona sit pater, vel generet, hoc essentialiter exigit Mysteriũ Trinitatis, sive trium personarum in unitate essentiæ, quod plane non subsisteret, si Filius, aut Spiritus Sanctus alterum Filium generaret, val aliam personam produceret, sed quod modo eadem radix id tantum exigat in primo radicato, hoc est quod inquiritur, cum etiam si posterius, seu voluntas cognosceret, non propterea fieret multiplicatio in radicatis, ac per consequens nec variatio in radice, sicut fieret in Deitate multiplicatis Personis, sive si sola prima non esset Pater &c.

His tamen non obstantibus sustinendo veritatem solutionis respondetur id esse meritum primi radicati juxta exigentiam, & indigentiam radicis, vel cognoscentis, quod intra sui ambitum, seu intra ordinem intellectualem, vel cognoscitivum habeat radicata, vel potentias diversæ rationis, ut jam insinuavimus, scil. cognoscitivas, & non cognoscitivas, quia immaterialitas accidentalis adhoc instituta est, ut vidimus, ut deserviat substantiali juxta meritũ, vel indigentiã illius, scil. ad cognoscendam, & contemplandam veritatem, eamque emplectendam, & amandam, vel diligendam. Unde primo indiget potentia, quæ trahat ad se object. formando de illo conceptum, in quo naturam ejus contempletur, quod est primum radicatum, sive intellectum necessariò esse cognoscitivum, deinde alia, quæ per modum ponderis trahatur, & inclinetur ad illud prosequendum, & acceptandum, ad quod non requiritur cognitio, sed inclinatio juxta propositionem sibi factam à priori potentia cognoscitiva, ad quæ plura alia requiruntur, ut enumeravimus, ad consequendum hunc finem, & quia ad hujus consequutionem non requiritur ulterius, quod hæc omnia sint cognoscitiva, ità nec voluntas ad idem munus exequendum, ut patet ex dictis, sed tantum quòd suo modo influant, & ad eundem ordinem spectent, ideo ex præcisa vi suæ immaterialitatis altari subordinatæ,

tæ, vel accidentalis, non tenentur participare rationem cognoscitivi, sed primum dumtaxat radicatum scil. intellectus, vel prima potentia in suo ordine. Per quod patet ad instantiam de Angelis nam licet sint omnes cognoscitivi, non tamen quælibet eorum potentia, cum similiter in illis voluntas cognoscitiva non sit, unde poterat retorqueri. Et similiter etiam dicitur ad id, quod aliquo modo retorquetur in alio exemplo in divinis. Nam sicut ibi meritum ejusdem misterii id exigit, pariter exigit hoc ipsum meritum cognoscentis in casu. Ex his in forma dist. & explico mi. Si esset ità radix sine distributione accomode, nec attenta sui indigentia in propriis radicatis, & aliis concurrentibus ad exercitium cognitionis transeat, vel conc., si sit cum tali distributione, & juxtà sui indigentiam in illis neg. Per quod patet ad probationem mi. &c.

Ad confirmationem dist. & iterum explico ant. & minos perfectè; per se, & absolutè loquendo de perfectione cognitionis conc., per accidens, & attento merito, vel conditione cognoscentis neg., & ita contingit in anima nostra in statu separationis, in quo dicitur minus perfectè cognoscere, non quia modus cognoscendi in illo sit minus perfectus ex se, & absolutè loquendo (nam cum sit per immediatam conversionem ad intelligibilia sine conversione ad phantasmata longè perfectior est, ut pote proprius substantiarum separatarum, vel Angelorum, & Dei,) sed quia non est illi ita connaturalis, & proportionatus, cum secundum rationem suæ naturæ sit forma corporis, eique uniatur, *Unde modus intelligendi per conversionem ad phantasmata est animæ naturalis, sicut & corpori uniri, inquit ibi D. Tho., sed esse separatam à corpore est præter rationem suæ naturæ, & similiter intelligere sine conversione ad phantasmata est ei præter naturam, & ideo ad hoc unitur corpori, ut sic operetur secundum naturam suam.*, ut etiam repetit 22. qu. 175. art. 2. in corp. ubi ait. *Ex hoc autem, quod anima corpori unitur tanquam naturalis forma ipsius convenit animæ naturalis habitudo ad hoc, quod per conversionem ad phantasmata intelligat.* Qua ratione in raptu ejus ad divina, quia non mutatur hic naturalis ejus status, licet homo elevetur ab eo, quod est secundum naturam, in id quod est supra naturam non est necessarium, quòd anima sic separetur à corpore, ut ei non uniatur quasi forma, ac proinde, nec quod separetur à modo, vel statu se convertendi ad phantasmata, sed solum quòd auferatur ab illa actualis conversio ad sensibilia, & phantasmata, ne impediatur ejus elevatio in id, quod excedit omnia phantasmata, ut docet ibidem.

Ad aliam instantiam de inferioribus cognoscentibus, sive brutis respondetur tantum convincere de excessu veluti materiali, non formali immaterialitatis prout confert ad formalem rationem cognoscitivi, itaut, quæ sunt indivisibiles, & minus cognoscitivæ superent divisibiles in immaterialitate, seu elevatione supra materiam, quoatom ad hanc conditionem divisibilitatis, non quoad omnem aliam, seu quo ad modum recipiendi, & agendi, ut explicatum est, qui præcipuè attenditur in immaterialitate, prout formaliter confert ad vim cognoscitivam, vel est ratio ejus. Non enim est repugnantia, quòd eadem forma sit sic excedens, & deficiens secundum diversam rationem respectu alterius, si adhuc respectu sui ipsius potest pati hunc excessum, & defectum, ut dictum est, de anima nostra, quæ ut radix sensuum virtualiter distinguitur à se ipsa, ut rationalis est, & pertinet ad gradum inferiorem, vel animæ sensitivæ, quem tamen excedit, ut intellectiva est, pertinetque ad superiorem, vel Angelicum ut separata à materia recipiendo, & intelligendo modo superiori, & Angelico per species, aut similitudines divinitùs impressas, & per conversionem prædictam ad intelligibilia, ut ibidem innuit D. Th. infra art. 2. ad 2.

Ultimò erg. si immaterialitas esset radix intellectivi, vel cognoscitivi non posset in via D. Tho. legitimè probari constitutivum Dei consistere in intelligere, sive quòd intellectualitas sit gradus metaphysicè constitutivus divinæ naturæ, consequens est contra gravissimos Thomistas, ut vidmus; ergo, prob. mi, quia costitutivum rei est prima radix omnium in re constituta, ergo si immaterialitas esset radix, jam intellectualitas supponeret aliam radicem in Deo, ec proinde non posset pertinere ad rationem constitutivi in illo, sive accipiatur pro intelligere formali, sive pro radicali.

Urg. hoc. Quia idem medium immaterialitatis assumptum à D. Tho. non solum opponitur prædicto constitotivo Dei, sed etiam regulis bonæ dialecticæ ergo; prob. ant. nam juxtà illas medium probativum utpote manifestativum rei probandæ debet esse quid notius, cum ignotum non manifestetur per minus notum, sed istud non est quid notius, immo valde minus notum, cum Deum esse intelligentem notissimum sit ex effectibus, gubernatione, providentia &c. immaterialitatem verò esse radicem hujus intelligentiæ valde obscurum sit, unde à pluribus negatur, & difficillimas patitur instantias, ut patet ex dictis ergo, §. Huic arg. variè occurrere possumus juxta diversos modos in superioribus relatos explicandi constitutivum divinæ naturæ, nam sustinendo, quòd intelligere radicale sit constitutivum, & quòd virtualiter distinguatur ab intelligire proximo, sive per modum principii, ut ab intellectu, sive per modum ultimæ actualitatis, vel operationis, ut ab intelligere actuali, facilis est solutio nempe, quòd immaterialitas est radix, seu ratio à priori non intellectualitatis radicalis, sed proximæ, vel ultimæ, unde hæc posterior probatur per illam à priori non radicalis, nam hæc coincidit cum immaterialitate substantiali, & pertinent ad eundem gradum intellectualitatis, licet aliter, & aliter explicatum, sumpta præcipuè immaterialitate secundum quòd activa est, seu secundum quòd potest activè fieri alia à se, non secundum quòd est transcendens formaliter omnia divina, seu secundum quod est radix intelligibilitatis passivæ, quælibet enim formalitas divina est proximè intelligibilis passivè, unde idem gradus sub conceptu immaterialitatis explicatur in Deo per recessum ab omni potentialitate, & sub illo intellectualitatis per habitudinem ad primariam operationem, quæ est intelligere, ac proindè procesus à summa immaterialitate ad intellectualitatem radicalem non est à radice ad radicatum, sed quasi ad effectum formalem à forma, sic quòd constituatur per illam quasi in genere causæ formalis, non quod oriatur ab illa tanquam à radice. Cujus etiam assignatur ratio, quia immateriale positivè explicatum est id, quòd potest fieri alia à se, potens autem fieri alia à se, formaliter est potens intelligere & sic immateriele non est radix intellectualis, sed

ipsum intellectuale, explicatum tamen per recessum à suo contrario, quod est materia. Probat ergo D. Thom. in hac sententia Deum esse summè cognoscitivum, quia est summè immateriale, non sicut proprietas per radicem, sed sicut explicatur radix ratione unius conceptus inadæquati per se ipsum, secundum quod dicit alium conceptum inadæquatum, qua ratione infra q. 50. art. 1. probat Angelos esse incorporeos, & immateriales, quia sunt intellectuales assumendo conceptum intellectualitatis ad inferendum alterum immaterialitatis, unde arg. facto non licet ex ratione D. Th. contra hanc sententiam inferre, quòd intellectivum radicale non sit constitutivum divinæ naturæ.

Similiter est facilis solutio si adhærendo eidem priori sententiæ dicamus, quòd intellectivũ radicale est quidem metaphysicæ constitutivum divinæ naturæ, sed sub hoc conceptu naturæ, quo pacto ex primit ordinem ad operationem, non sub conceptu essentiæ, sub quo dicit ordinem ad esse, & supponendo etiam, quòd iste sit virtualiter distinctus, & prior illo, distinctione, & prioritate, sive adæquata, sive inadæquata, tunc enim dici potest, quòd summa intellectualitas etiam radicalis probatur à priori per summam immaterialitatem pertinentẽ ad rationem essentiæ, non verò naturæ. Unde adhuc prout sic optimè salvatur iotacta ratio D. Thom., quòd intelligere radicale sit costitutivũ divinæ naturæ scil. sub hoc conceptu; vel etiam absolutè, aut sine addito sit constitutivum Dei, esto dicatur oriri ab alio, scil. ab immaterialitate pertinente ad lineã essendi, quia hęc magis est quid transcendens, & cõsequenter pertinere non potest ad lineã differentialem, vel constitutivã.

In alia ergo sententia omnia hujusmodi concludente sub una virtualitate, tam scil. intellectualitatem radicalem, quàm proximam, & ultimam, vel intellectionem actualem, & utrumque etiam conceptum essentiæ, & naturæ, major est difficultas, nam in hac sententia constituitur divina natura unico indivisibili conceptu intellectualitatis omnia hęc comprehendente sine ulla virtuali distinctione, unde difficile est tuoc componere rationem D. Tho. à priori procedentem, ut supponimus, ab immaterialitate ad intellectualitatem, & quòd hęc sit constitutivum Dei, nam prout sic juxta meritum constitutivi metaphysici debet esse primum, non potest autem esse primum, eo ipso quòd supponit aliud primum, & identicè etiam virtualiter ac ultimum, unde esset, & non esset primum. Nihilominus in hoc etiam modo dicendi resp., quòd licet in re, vel ex parte rei conceptæ non sit prioritas inter utramque rationem summè immaterialis, & summè intellectualis, est tamen quoad nos, quia priùs est esse, quàm operari, unde priùs concipimus in Deo ex his, quæ videmus in creatis (ex quibus ascendimus ad divina) rationem summè immaterialis, quàm summè intellectualis; sive priùs concipimus essentiam in ordine ad se ut excludentem omnem potentialitatem, quàm ut connexam cum operationibus; unde potest optimè utrumque componi, & quòd ratio D. Tho. sit à priori saltem quoad nos, & quod adhuc ratio intellectivi sit constitutiva divinæ naturæ, quatenus ex parte rei conceptæ non supponit aliam priorem, & ità ambæ rationes tanquam inadæquatæ concurrent ad constituendam adæquatè naturam divinam, sicut dicitur de differentia essentiali in nobis, quòd constituitur adæquatè per utrumq; conceptum, scil. per esse divisivam generis, & constitutivam speciei, & tamen ex his unus inadæquatus cõceptus est prior alio saltẽ quoad nos. Sub aliis verbis, vel conformiter etiam ad primam poterat hæc solutio explicari sic, quòd sicut infra de Trinitate in eadem opinione dicimus, quòd licet omnia spectantia ad lineam intellectualẽ sint identicè idẽ etiam virtualiter, adhuc optimè salvari processionẽ v. g. verbi non esse immediatè à natura, sed ab intellectu, quatenus esto sint eadem virtualitas non tamen est ab illa sub munere naturæ, utpotè spectantis ad lineam primi, sed sub munere intellectus pertinentis ad lineam proximi, seu præsupponentis nostro imperfecto modo concipiendi alterum primum; ità licet sint eadem virtualitas ratio summè intellectualis, vel cognoscitivi poterit nihilominus salvari, quòd sit constitutiva sub hoc posteriori munere, licet alterum supponat nostro modo concipiendi, quia sub isto specialiter exprimit conceptum, & meritum hujus lineæ scil. fieri alia à se. In forma ergo nego ma. Ad prob. juxtà varios superiores dicendi modos dist., & explicandum est, quomodo immaterialitas sit radix salvo conceptu, vel munere intellectualis, vel intellectivi sive radicalis, sive proximi, vel etiam actualis in ratione constitutivi, ut explicatum est.

Ad confirmationem nego ant., vel etiam soppo. situm illius, quòd regulæ dialecticæ excludant minus notum à toto genere demonstrativo, vel manifestativo, nam licet dicantur excludere à genere definitivo, quia cum definitio sit veluti per modum speculi purè exhibentis, vel exprimentis objectum, debet esse clarior, vel notior definito saltem negativè, ut etiam contingit in relativis, quatenus unum sine alio cognosci non potest, non tamen à probativo, vel discursivo, quod est per inquisitionem, vel penetrationem, & illationem, non per simplicem exhibitionem, vel expressionem, unde rem jam per effectus, vel à posteriori valdè notam, aut manifestatam altiùs, & intimiùs penetrando, manifestat deindè, vel probat à priori per prædicta intimiora, ac proindè magis latentia, aut minus nota. Et ità contingit in casu, nam cum certissimè noverint omnes ex mirabili providentia, ac gubernatione totius mundi non posse Deum non esse summè scientem, altiùs ascendens pro more suo D. Th. ad intima ejus prędicata, alterum eligit, minus quidem apparens, sed efficacissimè inferens hanc veritatem, ut probatum est. Nec ex eo quòd ab aliquibus negetur, aut difficiles patiatur instantias, diminuitur ejus efficacia, nã aliàs quælibet virtus impugnanda esset, & reiicienda, cum versetur circa arduum, & difficilè, immò ex hoc maximè apparet ejus, & virtutis robur, quod non obstantibus tot, ac urgentibus impugnationibus, adhuc maneat inconcussum, & immobile, ut ostensum est &c.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum sit possibilis substantia spiritualis, vel immaterialis non intellectiva.

VIdimus supra rationem D. Tho. specialiter intelligi de immaterialitate substantiali, unde, ut amplius appareat ejus efficacia; hanc difficultatem proponimus, quia etiam ex hoc capite insurgunt

surgunt adversarii contra illam contendentes possibilem esse substantiam spiritualem immaterialem non intellectivam.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

IMpossibilis est substantia spiritualis, vel immaterialis non intellectiva. Est communis consensus Thomistarum, quos etiam sequuntur graviores ex Societate, eamque efficaciter concludit ratio D.Thō: ut statim constabit, & satis etiam constare potest ex dictis. Prob. ergo sic. Adæquata ratio fundans, vel essentialiter inferens rationem cognoscitivi est immaterialitas, ergo non est dabilis substantia spiritualis, vel immaterialis independens in esse à materia (de qua loquimur) non fundans, aut essentialiter non inferens rationem supremi cognoscitivi, seù intellectivi, ac proindè possibilis non est hujusmodi substantia non intellectiva. Hæc posterior consequentia tenet ex priori; prior verò ex regula dialectica, quòd sicut se habet simpliciter ad simpliciter præcipuè in eodem genere, ut in casu, ità secundū quid ad secundū quid Ant. autem latè patet ex dictis. Nullū enim est assignabile cognoscitivum, quod tale non sit ex merito gradus immaterialitatis, io quo constituitur, ità ut juxtà excellentiam, seu superioritatem, & inferioritatem illius non crescat, vel decrescat in gradu cognitionis; etsi ad nullum pertineat, totaliter non decidat ab illo, seu nullo modo cognoscitivum sit, ut patet inductivè. Tum quia ut latè etiam ostensum est, natura cognoscentis in hoc potissimè sita est, & relucet, quòd nata sit esse, vel fieri alia à se modo explicato, sed hoc meritum habet ex immaterialitate, cum non sit aliud assignabile, ex quo possit haberi hæc amplitudo, & extensio, ut probavimus, ergo immaterialitas est radix, vel ratio adæquata fundans, aut inferens essentialiter rationem cognoscitivi.

Explic. & urg. hoc præoccupando solutionem, aut præcipuā vim oppositę sententię. Licet dicamus posse radicem, aut rationem adæquatam illativam alicujus proprietatis, aut prædicati suspendi ab actuali exercitio illius, nunquam tamen subsistere posse cum negatione illius, ergo si semel immaterialitas est radix, aut ratio adæquata essentialiter inferens rationem cognoscitivi, vel intellectivi nunquam erit dabilis substantia spiritualis, vel immaterialis, quæ cognoscitiva, vel intellectiva non sit saltem radicaliter, vel exigitivè, & illativè. Ant. iterum patet inductivè.

Tum quia ut in simili dicimus 3. par. de Justitia commutativa Christi, continentia, vel connexio respectu proprietatis, aut prædicati illati est necessaria ab intrinseco, vel essentialis in radice, vel ratione à priori radicante, vel inferente ergo saltem necessariò, & ab intrinseco exigunt illud, ac proindè impossibile est, quòd salva utriusque essentia possint componi cum negatione talis prædicati, vel proprietatis: utraque conseq. tenet, quia posita negatione illius non solum removetur exercitium, sed etiam exigentia, & continentia, ac per consequens etiam connexio, ergo his remotis, non possunt intrinsecè non variari quoad sui prædicata necessaria, vel essentialia; nam cum essentiæ rerum sint sicut numeri, semel ablato uno tantum ex suis prædicatis statim pereunt, & transeunt ad aliam speciem. Unde ut discurrimus ibidem; licet salva eadem essentia, vel invariata manente radice quoad illud dicatur possa impediri resultantiam alicujus proprietatis, non tamen spoliari etiam continentia, vel exigentia ejus, ut patet etiam in similibus; nam licet iterum dicatur posse accidens impediri à subjecto, & conservari sine illo, non tamen sine ordine per se, vel ab intrinseco ad illud ità ut conservetur cum negatione istius, sive cum ordine per se ad essendum sine subjecto, quod repugnat in terminis, cum nulla res in universum salva sui essentia admittere possit prędicatum oppositum prædicato sibi intrinseco, qua ratione etiam dicimus impossibilem esse qualitatem actu infinitè intensam, quia ex quo qualitas est, habet ab intrinseco esse intensibilem, & remissibilem, & ex quo esset actu infinitè intensa, haberet non posse ampliùs intendi, licèt autem detur posse ab exercitio intensionis, vel ab ulteriori intensione cessare, ut dicitur de gratia animæ Christi, ne esset hæc in perpetuo motu ad majorem, & majorem gratiam tendens, (quod non convenit animæ beatæ,) non tamen quòd possit conjungi cum negatione possibilitatis majoris intensionis, sivè cum hoc, quod est non posse ampliùs intendi, ut importat actu infinita intensio, ergo non est dabilis substantia spiritualis, vel immaterialis, quæ ab intrinseco saltem exigitivè, vel illativè cognoscitiva, vel intellectiva non sit, quidquid sit in actu, vel exercitio.

Secundò etiam ex his probatur principaliter conclusio, & urg. præcedens. Esse cognoscitivum, vel intellectivum formaliter est perfectio de linea operativa, cum cognoscere, & intelligere sint operatio: & licet velint aliqui esse de genere qualitatis, prout tamen sunt actualitas secunda, vel exercitium potentiæ operativæ, (per quod hæc formalitèr reducitur de potentia ad actum,) non possunt non esse saltem eminenter actio, undè etiam dicuntur actus metaphysici, vel perfecti, ergo tenentur omninò juxtà meritum suæ lineæ, vel fundari, vel necessariò connecti cum alia perfectione de linea essendi; sed non est alia assignabilis nisi spiritualitas, vel immaterialitas substantialis, ergo non est possibilis substantia spiritualis, quæ cognoscitiva, vel intellectiva non sit; prob. mi. subsumpta tum ex dictis, tum ex eo, nā quodlibet intellectivum est intellectivum, quia vel est substantia spiritualis, vel immaterialis, scil. independens à materia; vel quia proximè oritur ab illa seu forma independente ab eadem, ut patet in intellectu, nec dabitur instantia in contrarium, non enim anima nostra est intellectiva, quia præcisè sit substantia, aut forma informans materiam, nam aliàs quælibet substantia esset intellectiva; & Angeli, vel etiam Deus non essent intellectivi; nec similitèr intellectus est talis quia præcisè oriatur à forma informāte, aliàs intellectus Angelicus, vel Divinus non essent intellectivi, vel tales essent etiam sensus; sed quia est substantia, vel forma spiritualis, seù immaterialis, vel independens à materia ergo &c.

Explic. & urgetur hoc. Nam cum essentiæ rerum spiritualium, utpotè remotæ à sensibus, ex quibus oritur nostra cognitio sint valdè latentes, ac proindè nec perfectè cognitæ, à posteriori, & ex effectibus, vel inductivè experientia nobis innotescunt sed prout sic cum fide, tum lumine aliquomodo etiam naturæ constat nobis mutuò omnem substan-

tiam ſpiritualem, vel immatarialem, aut independentem à mataria de facto exiſtentem eſſe intellectivam, & omnem eſſe ſpiritualem, vel immaterialem, ergo ità tenemur aſſerera, quòd omnis ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis, aut independena ab illa ſit intellectiva juxta regulam dialecticam à ſufficiente enumeratione partium ad totam collectionem, unde ſi quia videmus omnem ignem de facto eſſe calefactivum (& ſic de aliis) rectè inferimus repugnare ignem non calefactivum, rectè pariter inferendum eſt repugnare ſubſtanſiam ſpiritualem, vel immaterialem, aut independentem à materia non intellectivam; ac proiudè ſpiritualitas, vel immaterialitas ſubſtantialis, & intellectualitas, ità interſe habebunt neceſſariò intrinſecè, aut eſſentialiter connecti, ut impoſſibile ſit poſſe unum conjungi cum negatione alterius, ſed magis erit una adæquata ratio illius, ſicut unum relativum alterius relativi, & impoſſibile conjungi cũ negatione illius.

Dices ità eſſe de facto non tamen de poſſibili, cum nulla videatur aſſignabilis contradictio, quòd non poſſit à Deo produci ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis non operativa operatione ſpirtuali, ſicut nulla eſt, quòd producatur corporea non operativa operatione materiali, ut conſtabit infra, vel aſſignetur, undè connexio inter ſpiritualitatem, vel immaterialitatem ſubſtãtialem, & intellectualitatem erit tantum neceſſaria de lege ordinaria, & diſpenſabilis de potentia abſoluta.

Sed contra hoc eſt, & in primis paritas, quæ inſinuatur, probat etiam de facto, ſuppoſito, quòd eadem ſubſtantia corporea de facto non ſit operativa operatione materiali, undè etiam teneremur aſſerere, quòd de facto, & non tantum de poſſibili, detur ſubſtantia ſpiritualis, & immaterialis, vel independens à materia non operativa operatione ſpirituali, quod repugnat fidei, ut dictum eſt. Deindè ſuppoſito iterum, quòd nulla de facto detur non intellectiva, legitimè inferre poſſumus eſſe connexionem neceſſariam ſaltem ex natura rei, vel naturaliter loquendo, at ex hoc ut dictum eſt, & in primo Phyſ. oſtendimus, legitimè etiam infertur, non poſſe conjugi cum affirmatione prædicati oppoſiti, (quidquid ſit poſſe divinitùs ab altarius ſibi connaturalis exercitio ſeparari.) Unde ut dicebamus ibidem, ſuppoſito quòd materia ex natura rei, vel naturaliter loquendo tantum recipere poſſit unam formam, ſeu in abſentia alteriùs, ac proindè, quòd prout ſic tantum dicat ordinem per ſe ad unam nequit etiam divinitùs fieri, ut dicat ordinem per ſe ad aliam ſimul recipiendam, nr alias teneretur, ſi ſemel deberet eam recipere, ut formam ſubſtantialem, ſivè ut componentem ſimul unum per ſe, quod non reſultat niſi ax extremis per ſe ad invicem ordinatis, quia nempè ſi eam ſimul reciperet, cum ordine per ſe ad illam, deberet conjungi cum negatione prioris ordinis ad unam tantum, ut patet dictis, quod eſt impoſſibile ſalva ejus eſſentia, quæ ſtatim parit variato, aut pereunte aliquo prædicato intrinſeco, ergo ſicut ibi contradictio reducitur ad hoc, quòd diceret, & non diceret ordinem per ſe ad illam, ſed magis reſpiceret, ut formam accidentalem, ut innuimus ex D.Th., ita ſimiliter hic contradictio erit, quòd prædicta ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis eſſet, & non eſſet intellectiva.

Explic., & urg. hoc, nam natura cognoſcentis, ut vidimus, eſt poſſe recipere, vel habere (ut etiam comprehendamus Deum non recipientem, ſed habentem juxtà phraſim pariter D. Th. hic) formam alterius, & fieri alia ſe, ſed hoc propriiſſimè habetur, ut oſtenſum eſt, ab immaterialitate, cum hæc ſola dare poſſit hanc amplitudinem, & extenſionem vel alietatem, ergo talis ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis eſſet, & non eſſet cognoſcitiva, vel intellectiva, cum cognitio intellectiva ſit propria hujus ſubſtantiæ &c.

Ex his etiam prob. 3. Conc. & iterum urgentur ſuperiora. Non eſt dabilis ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis non minùs neceſſariò alevata, aut recedens à materia, quàm quælibet corporea, ergo non eſt dabilis, quæ cognoſcitiva, vel intellectiva non ſit, ant. eſt certum, ut potè per ſe notum ex terminis, ratio enim, vel natura corporei includit eſſentialiter dependentiã à materia, quam excludit ſubſtãtia ſpiritualis; conſequentia verò prob. Quod aliquod ſit cognoſcitivum, & intellectivum provenit ex receſſu tali, vel tali à materia, ſcil. per independentiã per ſe ab illa, vel per altiorem gradum immaterialitatis, ut contingit in anima noſtra, ut rationali, & in Angelis, & à fortiori in Deo per omnimodam immunitatem ab ilia, ſiva tam à materia, quàm ab omni potantialitate, quæ conſtituit gradum actus puri, ergo ſi non eſt dabilis ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis, quæ longè elevatior non ſit qualibet corporea, non erit dabilis, quæ cognoſcitiva, & intellectiva non ſit.

Explic. hoc & præoccupatur ſolutio. Repugnat dari ſubſtantiam ſpiritualam, vel immaterialem ſemel cognoſcitivam, cognitione ſibi non proportionata faltẽ per ſe primò, ergo repugnat dari ſemel cognoſcitivam cognitione non intellectiva; ant. patet, quia cum operari ſequatur ad eſſe debet ipſum cognoſcere eſſe proportionatum cognoſcenti, vel eſſe illius; conſaquentia verò prob. quia ſubſtantia ſpiritualis, & immaterialis, ex eo eſt cognoſcẽs ſpirituala, quia debet eſſe operans, & cognoſcens ſaltem per ſe primò juxta meritum proprii eſſe, ſed cognitio non intellectiva non eſt proportionata ſaltem per ſe primò cognoſcenti ſpirituali, ergo ſi ſemel ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis eſt cognoſcitiva cognitione ſibi proportionata, nequit eſſe cognoſcitiva ſaltem per ſe primò cognitione non intellectiva. Prob. mi. quia nequit cognitio non intellectiva eſſe ſpiritualis, quidquid in oppoſitum aliqui Recantiores dicant per repugnantiam in terminis, nam ſicut nequit dari intellectio, quæ operatio ſenſitiva ſit, aut non ſpiritualis, ità nec eſt dabilis ſenſatio, quæ ſpiritualis operatio, vel non materialis, aut corporea non ſit, nequit enim operatio, & præcipuè vitalis excedere ſuum principium, aut vitam illius. Unde ſicut omnis actio elicita ab intellectu aſt eſſentialiter intellectio, & pertinens ad gradũ vitę intellectivæ, ac proindè ſpiritualis, ità omnis elicita à ſenſu eſt eſſenrialiter ſenſatio, & pertinens ad gradum vitæ ſenſitivæ, ac per conſequens materialis, niſi velimus naturas rerum invertere, & eadem facilitate, qua dicitur aliquid ſpiritualiter ſentire, pariter dicetur aliquid ſenſibiliter intelligere, quæ ſunt vel interminis repugnantia. Secundò quia ſicut intallectio eſt actus eſſentialiter independens ab organo corporeo, ità ſenſatio eſt actus eſſentialiter dependena ab illo, ſed actus ſic dependens nequit eſſe ſpiritualis, ſed aſt eſſentialiter materialis, ut per ſe patet ergo,

Deni-

Denique urgentur hæc omnia (& est alia ratio pro conclusione prosequendo alia via idem medium.) Repugnat substantia spiritualis, val immaterialis, quæ vivens non sit, ergo etiam quæ intallectiva non sit. Consequentia tenet ex dictis, quia nequit esse vivens vita vegetiva, aut sensitiva, seù quòd idem est, vita sibi repugnaute, cum utraque hæc vita materiam requirat, & ab illa dependeat, substantia autem spiritualis sit ab illa totaliter independens, unde sicat substantia corporea nequit vivare vita independente à materia, nec poterit spiritualis vivere vita dependente ab illa, aliàs utraque viveret, & non viveret, cum nequeat vivare, vita quæ sui gradus non sit; aut, verò prob. præoccupando etiam solutionem; quia nulla substantia spiritualis potest esse inferior, sive secũdum genus, sive secundum differentiam aliqua substantia corporea, aut differentia ejus in modo operandi, atsi non viveret, esset illa inferior ergo; mi. constar, quia aliqua substantia corporea utpote vivens vitaliter operatur, sed operari vitaliter perfectius est, quàm non vitaliter, cum moveat se, & non præcise moveatur, ut per se patet ergo: ma. verò prob. quia ut dictum est, oparari debet esse proportionatum modo essendi in actu, ad quem sequitur, cum unum quodque agat in quantum est in actu, sed nulla substantia spiritualis potest esse inferior corporea, sive secundum genus, sive secundum differentiam in modo essendi in actu, nisi velimus quòd in modo isto minus recedat à materia, ac proindè, quòd sit magis depẽdens ab illa quàm corporea, quod implicat in terminis, quià cum penes recessum ab illa, seù à potentia, sumatur major, vel minor perfectio in modo essendi in actu jam esset, & non esset spiritualis, vel immaterialis, si non magis recederet, quàm corporea, ergo rapugnat esse inferior illa in modo operandi, sive secundum genus, sive secundum differentiam.

Quòd si dicas posse Deum aliquam spiritualem producere, quæ nullam habeat operationem, sicut similiter potest corpoream, ut insinuavimus de Cœlo Empyreo. In primis quoad hoc exemplũ jam dictum est, & statim etiam dicemus infra. Deindè obstat idem argumentum loquendo de operatione etiam ut possibili, quia jam non esset vivens, quod impugnatur arg. facto. Præterquam quòd cum vivere sit se movere vidatur impossibile, quod diù saltem careat omni operatione se nullo modo movendo, sivè exteriùs, sivè interiùs; unde Christus Io. XI. ad manifestandam resurrectionem Lazari jussit eum solvi, & quòd sinerent abire, quia ex motu apertè novissent eum vivere ergo &c.

§. II.

Solvitur primum Argumentum difficile.

PRimò principaliter arg. argumento jam insinuato. Possibilis est substantia completa materialis non operativa operatione materiali, ergo possibilis erit completa spiritualis non operativa operatione spirituali, vel intellectiva, quod idem est, ut probavimus, consequentia tenet tum à paritate rationis. Tum quia, ut proximè dicebamus; unum quodque agit in quantum est in actu, unde sicut prob. hic cum D. Tho. quòd Deus est summè, cognoscitivus, vel intellectivus; quià est summè immaterialis, ita prob. infra qu. 25. art. 1. cum eodem, quòd est summè activus, quia est summè in actu, ergo si semel possibilis est substantia corporea complata in actu non operativa intra suam lineam, possibilis erit spiritualis completa non operativa intra suam. Ant, verò traditur à D. Th. in 2. dist. 2. qu. 2. art. 3., ubi docet Cœlum Empyreum non esse de facto operativum &c.

Quòd si dicas D. Tho. aliter sentire infra qu. 66. art. 3. ad 2., ubi docet proprium esse cœlo Empyreo in quantum est supremum inter cœtera corpora, quòd influat sine motu, licet aliàs oppositum senserit, quòd nempè careat omni operatione. §. In contra est, quia licet oppositum ibi sibi videatur probabilius, adhuc tamen fatetur valdè probabile esse quod alibi docuerat, nempè cœlum empyreum non habere influentiam in corpora inferiora, ergo juxtà D. Th, satis etiam probabile erit possibilem esse substantiam spiritualem, vel immaterialem, non operativam operatione spirituali estò oppositum probabilius sit &c.

Ad hoc ut supra, dicimus primò probare etiam de facto, sicut de facto juxtà D. Thom. in secundo relato caret Cœlum Empyreum operatione, quòd tamen est contra fidem, cum juxta illam substantia spiritualis de facto sit creata ad beatitudinem consequendam quæ in Dei visione consistit, ac proindè in operatione intellectiva, ut pater in Angelis, & anima nostra. §. Sed pro omnibus resp. primò dist. ant. possibilis est non operativa proximè, aut radicaliter, neg., actualiter transeat, vel conc. & dist. similitar consequens; in priori sensu neg., in posteriori transeat, vel conc. Unde licet daretur possibilis substantia spiritualis non operativa actualiter, non tamen à toto genere operativi proximè etiam, aut radicaliter, ob rationes assignatas. Hac solutione utuntur mag. Serra hìc in comment. art. 1. & Illustriss. Godoii tract. 3. disp. 22. §. 9., & probabilem reputat Eminentiss. Ferrarius dub. 2. ad ultimum, licet aliam assignet deinde ut sibi probabiliorem, de qua infra. Unde ad D. Tho. relatum ex sententiis dicunt non negare ibi omnem influxum, sed tantum actualem, quià cum istum habere naturaliter nequeat nisi per motum, & Cœlum Empyreum sit immobile, licet quantum sit ex se habeat vim operativam proximam, vel radicalem non taman potest ex defectu motus illam in corpora inferiora exercere. Quod videtur expressè colligi ex eodem in solutione ad secundum, ubi inquit: *Dicendum, quòd lux Cœli Empyrei non est per modum fulgoris irradiantis in alia corpora, & ideo nec etiam illuminationem in alia corpora influit. Cujus ratio est, quia cum sit virtuosissimum, sine lumine solis omnia illuminaret.* Cœterum infra, quia probabiliùs existimat posse revera operari actu sine motu, probabiliùs etiam sustinet esse actu operativum. Ex eo ergo quod est supremum in genere corporum juxta meritum supremi infimi, attingere potest infimum supremi, unde sicut infimum in superiori ordine spirituali, sive infima substantia spiritualis agit sine motu, ita sic agere poterit sine illo Cœlum Empyreum, ac per consequens sine applicatione per motum actu influere in inferiora corpora ut asserit ibi D. Th. dicens. *Probabiliùs tamen videtur dicendũ quòd sicut supremi Angeli, qui assistunt habent influentiam super medios, & infimos, qui mittuntur,*

quamuis ipſi non mittantur ſecundum Dionifiis c.8. Celeſt. Hierarch., ità Cœlum Empyreum habet influentiam ſuper corpora, quæ moventur, licet ipſum non moveatur.

Sed contra hanc ſolutionem tria opponuntur inconvenientia: nam ſi ſemel idem cœlum quantum eſt ex ſe, habet virtutem ad operandum, perpetua carentia operationis eſſet primò violenta; ſecundò miraculoſa, tertiò fruſtranea talis virtus. Primum patet quià cauſa naturalis patitur violentiam, quandò impeditur maximè perpetuò à ſui operatione, vel applicatione ad illam. Secundum, quia ſicut miraculum eſt ſuſpendere reſultantiam proprietatis à radice, ità miraculoſa eſt ſuſpenſio præcipuè perpetua proprii exercitii à cauſa naturali, ſicut enim radix naturaliter inclinatur ad radicandam, aut derivandam ſuam proprietatem, ità cauſa naturalis ad ſuam operationem. Tertium denique quià fruſtrà eſt virtus, vel potentia, quæ nunquam reducitur, nec eſt reducenda ad actum, qua ratione D. Tho. 3. par. qu. 9. art. 1. probat fruſtra in Chriſto fuiſſe animam intellectivam ſi caruiſſet intellectione creata, quæ eſt ejus propria operatio. Et iterum art. 4. probat fruſtraneum pariter fuiſſe intellectum agentem ſi in illo non eſſet ſcientia acquiſita, quia nempè idem intellectus careret tunc propria operatione, ſcil. productione ſpecierum, per quam habetur ſcientia acquiſita. Ex quo etiam infertur, & idem Cœlum quoad ſui ſubſtantiam fruſtrà fuiſſe, ſi perpetuò carere deberet propria operatione; quià ex eo D. Tho. ibidem id infert de anima, & de intellectu agente, quia cum quælibet res ſit propter ſuam operationem, ut dicitur de Cœlo tex. 17. fruſtra ponitur non ſuppoſita ejus operatione &c.

Quod ſi dicas ex eodem nullum ex prædictis inconvenientibus legitimè inferri non quidam primum, quia nullam violentiam patitur cauſa non applicata ſi non operetur, nec debeatur ei applicatio ut contingit in caſu, nam applicatio ad operandum tunc debetur cauſæ, quando operatio eſt propter illam, non verò ſi ſit ob alium ulteriorem, vel altiorem finem, operationes autem Cœlorum non ſunt propter ipſos Cœlos, ſed in miniſterium hominum, undè ceſſante hoc fine ceſſat eorum operatio, & applicatio ad illam, qua ratione poſt diem judicii ceſſabit motus illorum ſine ulla violentia; quià cum ſit ob finem generationis hominum ad implendum numerum electorum, hoc impleto non erit ampliùs neceſſarius talis motus, nec applicatio ad illum. Cœterum operatio Cœli Empyrei juxtà ſententiam, quàm D. Tho. ſequutus eſt in Secundo ſent. neceſſaria nõ eſt adhunc finem, vel miniſterium, & ideo nulla ei infertur violentia, ſi perpetuò careat illa, nec ad eandem applicetur, quia hoc non eſt ei debitum.

Ex quibus etiam fit ſatis ad duo alia inconvenientia quia nec eſt miraculum, quòd cauſa naturalis habens virtutem operativam non operetur, quando non eſt applicata, nec ei debetur applicatio obtinenda tantum per motum juxtà D.Tho. ibidem. Similiter nec eſt fruſtra ejus virtus, vel potentia operativa non reducta, nec reducenda ad actum, quãdo iſte licet ſit finis proximus non tamen eſt propter ipſum Cœlum, nec neceſſarius ad alium ejus finem altiorem, & univerſaliorem conſequendum, ſcil. ad locandum Corpora Beatorum, tanquam ſedem eorum, ad quod magis conducit quies proportionata ſtatui beatorum, quàm motus; Et quamvis etiam potentia operativa illius non conducat ad hunc finem ratione ſui immediatè, conducit tamen ſaltem mediatè, ſcil. mediante ſubſtantia Cœli per ſe requiſita ad prædictam locationem, quatenus eſt neceſſaria ad perfectionẽ ejuſdem ſubſtantiæ. Per quod occurritur utrique inſtãtiæ de anima, & de intellectu agente illius in Chriſto, nam quia finis proximus utriuſque nempè tam perfectio illius, quam illuſtratio phantaſmatum, & productio ſpecierum non eſt finis proximus incompoſſibilis cum altiori fine unionis, ſicut motus, vel applicatio ad illum in Cœlo Empyreo cum ſtabilitate ſtatus, vel quiete beatorum, rectè ibi infertur eſſe fruſtra, non tamen in caſu &c.

Sed licet hæc ſolutio valde ſubtilis ſit, aliquo modo tamen diſplicet eidem Eminentiſs., quia non ſibi videtur ſufficienter vitare hoc poſtremum inconveniens de inutilitate potentiæ operativæ, ſi nunquam ſit reducenda ad actum. Quia inquit, quælibet res petit conducere ad finem univerſalem, & remotum mediante fine proximo, & particulari, ad quem primò, & per ſe ex ſua natura ordinatur, nam finis proximus, & particularis, ad quem aliqua res primò, & per ſe ordinatur ex ſua natura, debet reſpici cum ſubordinatione ad finem univerſalem, ſicut cauſa particularis ſubordinatur cauſæ univerſali; atqui virtus operativa Cœli Empyrei ſi daretur, primò, & per ſe ex ſua natura ordinaretur ad operationem tanquam ad finem ſuum proximum, & particularem, ergo deberet perducere ad finem univerſalem, puta miniſterium hominum mediante ſua operatione, ergo ſi ſemel mediante illa nullo modo conducit ad finem univerſalem quantum ad id, quod importat primò, & per ſe, adeoque quoad illud, quod eſt per ſe primò in ratione virtutis operativæ, eſſet omninò fruſtra. Prob. mi. quia licet illa virtus operativa compleret, & perficeret ſubſtantiam Cœli, non tamen primò, & per ſe ordinaretur ad complendum, & perficiendum ſubſtantiam Cœli ſiſtendo in illa, ſed in ordine ad operationem tanquam ad finem proximum, & particularem. Potentiæ enim, & virtutes operativæ non intenduntur à natura primò, & per ſe ut ſint, ſed ut operentur, ergo virtus operativa Empyrei primò, & per ſe ordinaretur ad operationem tanquam ad ſuum finem proximum, & particularem.

Nec juvat, (ſubdit) exemplum de aliis Cœlis, in quibus poſt diem judicii manent virtutes influendi generationes, & corruptiones in hæc inferiora ſine actuali exercitio, nec tamen fruſtra. §. Non inquam juvat, quià ut aliqua virtus operativa non ſit fruſtrà, requiritur, & ſufficit reduci in actum tempore debito, & quòd mediante ſua operatione conducat ad finem univerſalem, quando debet ſecundum ordinem univerſi, idèò ne virtutes aliorum Cœlorum influendi generationes, & corruptiones in hæc inferiora dicatur manere fruſtra poſt diem judicii, ſat eſt, quòd antequã compleatur numerus electorũ habuerint proprias operationes; at virtus operativa empyrei juxta datam ſolutionem nunquam reduceretur in actum, & nunquam conduceret ad finem univerſalem mediante ſua operatione, ergo fruſtrà primò, & per ſe ordinaretur ad operationem tanquam ad ſuum finem proximum. §. Fateor difficilem eſſe ob hanc replicam, præcadentem ſolutionem, quam licet idem Eminentiſs. non rejiciat, ea tamen in ſua probabilitate relicta, ad aliam recurrit, quam utpote

proba-

probabiliorem juxtà mentem D. Thom. infra statim prosequemur, quia tamen ut dictum est, satis etiam probabilem ibidem fatetur oppositam opinionem à se traditam in sententiis, placet sustinendo datam solutionem in gratiam suorum gravissimorum Autorum respond. eidem replicæ dist. mi. claritatis gratia, ordinaretur ad operationẽ, ut absolutè exequendam neg., ex suppositione conc., & dist. similiter conf. deberet perducere ex suppositione cõc., absolutè neg., immò etiam suppositum, quod in eadem opinione negante illi influxum in inferiora corpora sit Cœlum Empyreum per se ordinatum ad finem universalem ministerii hominum pro statu viæ, ad quem per se requiritur operatio cœlorum per applicationem motus, sed solum ex suppositione, quod esset ejus influxus necessarius ad talem finem. Unde ad probationem dist. eodem modo: sed ad operationem ut absolutè exercendam neg., ex suppositione conc., & ad probationem annexam dist. sed ut operentur juxtà meritum, vel exigentiam substantiæ, aut naturæ, in cujus ornatum producuntur, & cujus sunt proprietates conc., aliter neg. Itaque non est novum quod in aliquo subjecto, vel principio sit virtus influxiva nunquam reducenda ad actum, & tamen non sit frustrà, si tamen sit aliquis ulterior, & altior finis, ad quem per se, vel absolutè ordinetur tale subjectum, & ad cujus consequutionem non sit necessarius actualis influxus propriæ virtutis, licet ex suppositione ordinetur etiam ad alium medio eodem influxu cum sola necessitate complendi, & perficiendi idem subjectum, & fine debito, sublata necessitate actualiter tendendi, vel influendi ad hunc finem. Patet hoc in virtutibus moralibus in Christo, quibus juxtà D. Thom. per se convenit vis moderativa passionum inordinatarum, seu frænare illas in subjecto, in quo sunt, & tamen in Christo ob defectum, & impossibilitatem motus inordinati estò nunquam exercerent hanc vim non tamen dicebantur frustra esse in illo, quià ad hoc satis erat, quod ex propria ratione haberent sic disponere, & perficere appetitum, ut quantum est ex se repellerent ab eo passiones inordinatas si insurgerent, conducendo aliàs ad principaliorem alium finem, scil. ad perficiendum appetitum, ut rectam eliceret electionem in propria materia juxtà regulas prudentiæ naturalis, ut subtiliter advertit, & explicat Mag. Catalam 3. p. qu. 7. ad art. 2. dub. unico ad secundum, & sic ait esse intelligendum D. Thom. dum asserit per se convenire prædictis virtutibus frænare passiones. Similiter in gratia illius utpotè ejusdem rationis cum nostra, erat per modum proprietatis proxima intensibilitas, ac proindè ordinabilitas per se ad motum intentionis ulterioris, eo vel maximè, quòd ratione unionis erat debita Christo omnis gratia possibilis, & tamen non infertur fuisse frustrà præfatam potentiam per se ordinatam ad hunc motum, estò nunquam fuerit actu conjuncta cum illo ob repugnantiam status beatitudinis propriæ animæ, ut in superioribus dictum est, & rectè etiã advertit idem sapientissimus Magister ad art. 11. ibidem dub. unico ad confir. secundi, ne scil. eadem anima esset in perpetuo motu ad majorem, & majorem gratiam contra meritum illius status, Deo illi propterea conferente gratiam summam de lege, seu in summa intentione inter omnes alias, sed tamen in determinata aliqua mensura secundum quod deserviebat ad perficiendum subjectum in ordine ad altiorem finem unionis, & ejusdem beatitudinis; parata, ut sic dicamus, ad conjunctionem sui cum tali motu si opus esset, vel nisi obstaret prædictus status quietis: sic proportionabiliter dicimus in casu, quòd licet Cœlum Empyreum habeat vim, vel potentiam operativam per se, & principaliter ordinatam ad finem quidem universalem ministerii hominum, sed pro statu gloriæ, ad quem magis confert quies, quàm motus non est dicenda frustra ex eo quòd actualiter non exeat in operationem, apta tamẽ exire in illam si opus esset, cum sit idem virtuosissimum, ut ait D. Tho. & aliàs media quiete consequatur principaliorem finem intentum sive ministerium pro statu illo. Et omnium ratio est, quam insinuat Cajetanus art. 4. relato 3. p. §. *Ad primum igitur*. Nempè quòd tunc potentia, vel virtus dicitur frustrà, quando ubi, & in quo non habet, & aliàs debet habere operationem, qua ratione etiam dicimus de intellectu agente in Adamo in statu Innocentiæ, quod estò non abstraheret species, non tamẽ erat frustrà in illo, quia tunc non debebat abstrahere illas, cum intellectus ejus possibilis plenus esset scientia acquisita, & tamen eadem abstractio erat finis proximus illius per se ordinatus ad acquisitionem scientiæ, undè estò perseverasset in illo, & nunquam habuisset actum abstractionis earum adhuc tamen non esset dicendus frustra, quia quantum est ex se poterat abstrahere si opus esset, & aliàs erat debitus ad complementum, & perfectionem naturæ humanæ; sicut & hac ratione etiam dicitur remanere in patria, estò non abstrahat, quia nempè homo est in termino, quod à fortiori videtur militare in casu de cœlo empyreo, cum aliàs deserviat ad ulteriorem finem, ad quem ordinatur finis influentiæ aliorum corporum cælestium, scil. ministerij hominum in via, quibus servit in patria, vel in termino tanquam sedes eorum per modum quietis, & potens esset quantum est ex se servire illis etiam in via, si necessarius esset illius influxus pro hoc statu. Per quod patet ad id quod subditur contra instantiam de alijs cœlis, vel eorum motu post diem judicij, quia non ex eo præcisè salvatur non esse frustra eorum vis influxiva ad generationes hominum, quia aliquando, vel modo influunt ad hunc finem, (nam si aliter Deus produxisset homines se ipso immediatè per creationem, & solum influerent ad alia necessaria pro conservatione vitę eorum adhuc non esset censenda frustra, ut constat in superioribus exemplis,) sed si non influerent, quando, & ubi, vel in quo deberent influere.

Sed deindè juxtà aliam probabiliorem viam, quam sequitur D. Tho. infra, resp. ad idem principale argumentum cum eodem Eminentiss. nego ant. Ad prob., qui existimant D. Tho. severa ibi negare cœlum empyreum esse operativum, facilè se expedient dicendo hìc retractare, quod ibi docuerat, sed quia, ut monuimus ex M. Porrecta 22. quæst. 1. ad art. 2. §. *Præmissæ determinationi* non tam facilè proferendum est retractara, quod alibi tradit nisi ipse moneat, & præcipuè in casu, in quo, ut vidimus, adhuc ut satis probabilem admittit infrà opinionem oppositam de carentia influxus, convenientiùs explicandus est, quòd non neget ibi omnem, sed tantum, influxum, vel operationem in corpora inferiora sublunaria, quæ scil. exercenda est per motum physicum, quod non leviter insinuat, dum ex defectu applicationis ad illum negat esse operativum; cæterum cum sit in illo assignabilis alius influxus *ad aliquod*

quod

quod non transiens, & adveniens per motum (ut inquit in relata solutione ad secundum infrà) *sed fixū, & stabile, puta virtutem continendi, & causandi, vel aliquid hujusmodi ad dignitatem pertinens*; ideo etiam ut probabilius cum eodem asserimus, quod non careat omni influxu, sed saltem influat aliquid ex his in primum cœlum, quod movetur licet ipsum non moveatur; vel aliquid etiam respectu beatorum immittendo species repræsentativas in oculis eorum, quæ est pariter operatio non indigens motu physico, sicut nequa indiget illuminatio.

Sed contra hanc explicationem instas; quia videtur confundere utrumque textum, & quandam contradictionem in illo hujus prim. par. excitare. Nam quod docet infra D. Tho. non est idem quod docuit in sententiis, cum istud appellet probabilios, illud adhuc satis probabile, sed juxtà explicationem datam non posset sic uterque distingui, & sine contradictione, ergo non videtur ad mentem illius subsistens. Prob. mi. quia infra etiam tantum admittit influxum sine prædicto motu; ergo si hunc pariter juxtà explicationem admittit in sententiis non posset sic uterque distingui, ant sine contradictione, dum præsentem appellat probabilius, & illud solum probabile esto sit juxtà illam.

Propter hanc etiam videtur præcedens explicatio, qua utitur idem Eminentiss. pati aliquales difficultatem adeò ut Illustriss. Godoy hìc existimet revera negasse ibi cœlo empiireo omnem influentiam in inferiora corpora, quam postea illi concessit infrà ex eo quod supremum est scil. influera in illa quietem, & perpetuitatem. Sed nihilominus sustinendo eandem explicationem præcipuè, quia ut dictum est; non monet D. Thom. se retractare; Resp. quòd appellat infra satis probabile, quod alii dicunt de carentia totius influxus, undè ait quod *cœlum empireum secundùm quosdam cum sit ordinatum ad statum gloriæ non habet influentiam in corpora inferiora, qua sunt sub alio ordine, utpotè ordinata ad naturalem rerum decursum*. Probabilius tamen sibi videri quod habeat aliquam, ut dictum est. An verò ipse etiam in sententiis velit cum illis nullam omninò habere, præcedens explicatio dicit quod non; salvans prout superius intentum, quod non se retractat, sed magis aperiat mentem suam, distinguendo da hujusmodi influentiis, & aliquam ei concedat, quod non ità expressit inSecundo, ubi tamen asserit esse virtuosissimum, in quo videtur pariter aliquam saltem implicitè, aut virtualiter concedere, licet non eam, quā præter prædictam immissionem specierum ad oculos beatorum, assignat laudatus Eminentiss. in corpora sibi propinqua scil. eorum illuminationem, quam tamen non admittit ibi D. Tho. quia (inquit) *cum sit virtuosissimum, & maximum sine lumine solis omnia illuminaret*. Quomodo autem stet, quod non obstanta hac sui maxima efficacia, quod nobis non appareat per modum fulgoris irradiantis, aut radios nobis visibiles non emittat, explicat infra ibi art. 3. ad 4., scil. quia *habet lucem non condensatam, sicut corpus solis, sed magis subtilem, vel quia habet claritatem gloriæ, quæ non est conformis cum claritate naturali*. In forma ergo claritatis gratia dist. ma. non est idem quoad omnem influxum transeat, vel conc. ant., quoad aliquem neg., undè lii probabile, & probabilius non appellat supra idem, sed supra negare omnem, ut quidam dicunt, & supra concedere aliquem, quem utrobique admittit, salva omni confusione, & contradictione.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

2. Arg. invertendo rationem, vel fundamentum nostræ sententiæ. Ex eo repugnat substantia spiritualis, vel immaterialis non cognoscitiva, vel intellectiva, quia nulla est dabilis non receptiva formæ alterius, sive modo intellectuali, vel in esse repræsentativo, in quo fundatur ratio cognoscitivi, vel intellectivi in eadem substantia, ut dictum est; sed hoc videtur falsum, prob. mi. quia possibilis est substantia spiritualis tantum receptiva propriæ formæ in esse eotitativo, vel naturali, ut patet in essentia Angeli, quæ prout dicit ordinem ad propriam existentiam, & subsistentiam, & cætera sui accidentia spiritualia adhuc spiritualis, vel immaterialis est, & tamen prout sic tantum est receptiva in esse entitativo, vel naturali, nec elevatur in recipiendo supra conditionem materiæ, sed limitatur, & coarctator ad talem naturam in capax communicari alienæ ergo &c.

Ad hoc, quod semel etiam mihi Bononiæ proponebat Vir egregius Congregationis Sancti Pauli, & modo ad Episcopatum meritò promotus, dico in primis asse solvendum à contrariis, tum quia probaret de facto, ut per se patet; tum etiam de impossibili, cum impossibile sit prædictam essentiam, vel naturam Angeli posse alteri creatæ communicari, sive existentiæ ejus, aut subsistentiæ, ut latè ostendimus 3. par. de Incarnatione. Pro omnibus ergo resp. neg. mi. ad prob. neg. ant. Ad probationem annexam, dist. mi. est tantum receptiva modo naturali cum incapacitate recipiendi formas aliarum rerum in esse repræsentativo neg. cum capacitate sic recipiendi illas, ut de facto ab initio recepit conc. nam licet intrà se ipsam, vel in ordina ad sui prædicata connaturalia, aut alia spectantia magis ad ordinem physicum vel realem, quam intentionalem juxta meritum eorum, & quia est adhuc potentialis metaphysicè servet modum recipiendi naturalem, tamen ex quo spiritualis, vel immaterialis est habet capacitatem recipiendi intentionaliter, vel repræsentativè formas extraneas, unde quod formas sibi proprias, vel connaturales, aut similes recipiat in esse naturali non oritur præcisè ex defectu elevationis supra conditionem materiæ in recipiendo, quasi coarctetur ad hunc tantum modum recipiendi, quia modus iste in ordine ad alia propriè oritur, ut vidimus ex meritis materiæ, qua Angelus caret, sed quia ea, quæ sibi propria sunt, vel spectantia magis ad ordinem physicum, vel realem, quàm intentionalem, vel intelligibilem, non habet, nec potest præcisè comparari juxta eorum meritum, & quia actus purus non est secundum modum tantum diminutum, vel repræsentativum, aut secundum habitudinē pure intelligibilem, aut objectivam (quamvis, & hæc etiam possit intentionaliter habere, vel repræsentativè intra se ipsam) unde tenetur aliquomodo ex quo creatura est, sed ut includit potentialitatem, metaphysicam, vel exprimit hanc imperfectionem, habere aliquam affinitatem cum materia, seu coarctationem in modo recipiendi, ita ut non elevetur adequatè supra illam à toto genere recipiendi, aliàs esset actus purus, si neque in ordine ad propriam existen-

ſtentiam, vel ſubſiſtentiam eſſet limitata, aut coarctata in recipiendo illas, aut alia accidentia ſcil. modo natutali, aut ſine habitudine potentiæ paſſivæ in genere reali, vel phyſico, ut patet ex ſuperioribos, & latè in phyſicis oſtenſum eſt.

Sed inſtas. Quamvis eſſentia Angeli purus actus non ſit, ſed potentialis metaphyſicè eſt tamen adæquatè ſpiritualis excludens materiam phyſicam, ergo ſi nihilominus poteſt eſſe capax limitationis, & coarctationis, itaut non elevetur ſupra conditionem materiæ in ordine ad propria accidentia, poterit ſic pariter limitari in ordine ad aliorum perfectiones, vel formas non obſtaote eadem ſpiritualitate; conſeq. tenet, quia ſi ſemel ſpiritualitas ſubſtantiæ ratione ſui ab intrinſeco obſtat limitationi, & petit amplitudinem, & elevatiooem ſupra conditionem materiæ in modo recipiendi rrquiſitam ad rationem cognoſcitivi, & intellectivi, deberet utrobique permittere, aliàs ſignum eſt ex conceptu ſpiritualitatis non exigere illam &c.

Ad hoc iterum patet primò probare etiam de facto, immò & de impoſſibili, ut dictom eſt. Deindè reſp. eodem modo diſtin. & magis explic. ant. eſt adæquatè ſpiritualis per excluſionem cujoſconque corporeitatis, ſive cujuſcunque materiæ tam corporeæ, quàm ſpiritualis conc. aliter nego ant., & conſeq., nam licet ex quo excludit omnem hujuſmodi materiam mereatur indiſpenſabiliter aliquam amplitudinem, vel illimitationem, quod planè negari non poteſt, in eo tamen quod ex meritis creaturæ potentialis eſt, evadere nequit omnem finitatem, & tranſire ad alienos terminos intra lineam naturæ, ſed omninò claudi intrà proprios per exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, & alia hujuſmodi accidentia ſpectantia ad eandem lineam, vel entis cum limitatione recipere, onde ſecundum quod eſt entitativè potentialis, licèt ſpiritualis ſit, magis exprimit intrà hoc forum entis finitatem, & imperfectionem, quam amplitudinem, & illimitationem, quamvis hac deindè privari non poſſit, aut ſine illa produci, ex quo excludit materiam phyſicam, aliàs excluderet, & non excluderet illam, ſi ſemel gaudere non poſſet aliqua elevatione ſupra illius conditionem.

3. Arg. & poteſt eſſe teplica. Poteſt dari ſubſtantia corporea elevata ſopra matetiã, vel conditionẽ ejos in modo recipiendi formam alterius rei, ergo poterit dari ſpiritualis in modo recipiendi illam ſine elevatione, conſ. tenet à paritare, qnia ſicut ſpiritualitas petit amplitudinem, & elevationem ſupra materiam, ità corporeitas limitationem, & elevationis carentiam ſupra illam. Ant. verò patet ex dictis, quia aliquæ ſubſtantiæ corporeæ ſunt cognoſcitivæ, ergo gaudent aliqua elevatione ſupra illam, cum ſit hæc neceſſaria ad rationem cognoſcitivi, ut dictũ eſt.

Urgetur hoc ſicut ſpiritualitas petit elevationem ſupra materiam, ità corporeitas illi oppoſita meretur carere illa, aliàs eidem opoſita non eſſet ergo ſicut hoc non obſtante inter ſubſtantias corporeas datur aliqua elevata, vel cognoſcitiva, & aliqua non, pariter erit dabilis inter ſpirituales, aliqua elevata cognoſcitiva, & aliqoa non. §. Urg. ulteriùs, qoia ſi ſemel hoc ipſum repugnaret ſobſtãtiȩ ſpirituali, maximè ex quo ſpiritualia eſt, cũ dentur plures ſubſtantiæ creatæ non ſic elevatæ nec cognoſcitivæ; ſed ex hoc capite repugnare non poteſt, cum pariter dentur plura ſpiritualia non cognoſcitiva, vel intellectiva, ergo ex nullo capite repugnat.

Ad hoc patet iterum probare de facto, immò etiam de impoſſibili, cum non ſolum dentur de facto corporeæ non elevatæ, ſed quas eſt impoſſibile elevari, vel eſſe cognoſcitivas. Sed deindè neg. conſ., & diſparitas eſt, quia inter gradus immaterialitatis, quos enumeravimus, & à quibus dependet, vel in quibus fundatur tota hæc linea cognoſcitiva, datur aliquis infimus, qui participari poteſt à re corporea, ut dictum eſt, ac proindè dari poteſt ſubſtantia corporea capax elevationis, & cognitionis; cœterum non eſt dabilis, (ut patet ex terminis) ſubſtantia aliqua ſpiritualis, quæ nullu gaudeat immaterialitatis gradu, & conſequenter nulla elevatione, quod eſt illam eſſe impoſſibilem non cognoſcitivam, vel intellectivam. §. Hinc etiam ſub aliis terminis poteſt formari ratio pro concluſione. Ex eo aliqua ſubſtantia corporea eſt cognoſcitiva, quia non qoælibet eſt ità immerſa materiæ, ut ad aliquem gradum immaterialitatis pervenire non poſſit, ſed implicat in terminis, quòd ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis in aliquo hujuſmodi gradu ſibi proportionato non conſtituatur, ergo repugnat, quòd ſit dabilis aliqua non cognoſcitiva, vel intellectiva. §. Ex quibus etiam infertur paritatem ſubſtantiæ corporeæ ad incorpoream, ſeu ſpiritualem, vel immaterialem, fieri non poſſe niſi in præjudicium arguentis; quia inter cooporeas dabilis eſt nullum participans immaterialitatis gradum, quod tamen verificari neqnit de ſpirituali, vel immateriali, aliàs immaterialis non eſſet: ſicut ergo hæc conſ. nulla eſt. Inter ſubſtãrias naturales datur aliqua cognoſcitiva, & alia non, ergo inter ſupernaturales ſi daretur (dabilis eſt aliqua ſupernaturalis cognoſcitiva, cognitione ſupernaturali, & alia nõ; cum impoſſibile ſit, (ut ſupponimus, & patet ex ſuperioribus) intra illum ordinem non eſſe cognoſcitivam cognitione ſupernaturali. Ergo pariter hæc erit nulla. Inter ſubſtãtias cotpoteas datur aliqua cognoſcitiva, alia non, ergo pariter dabitur inter incorporeas, vel ſpirituales alia cognoſcitiva, alia non: Et per hæc patet ad primam confirmationem.

Ad ſecundam reſpon., quòd ſicut dictum eſt in Primo Phyſic. de eadem ſubſtantia ſpirituali, ſcil. anima rationali repugnate illi, quod educatur de potentia materiæ, non præcisè quia ſubſtantia ſit, cũ plures aliæ ſubſtãtiæ edocantur ex illa, nec quia præcisè ſpiritualis ſit, cum educatur gratia, quæ ſpiritualis eſt, ut prob. 1. 2. quæſt. 113. & alibi, ſed quia ſubſtantia ſimul ſpiritualis eſt, ſeù ratione complexi, ſic enim eſt res ſubſiſtens, quæ eſt terminus creationis. Et (idẽ ſimiliter dicitur ſupra de tepugnantia ſubſtãtiȩ ſupetnaturalis, quȩ non præcisè oritur ex conceptu ſubſtantiæ, neque ex altero ſupernaturalitatis, cum in otroque genere, vel ordine dentur res creatæ, ſed ratione utriuſq;) ità dicimus in preſenti repugnãtiã oriri ex quo ſimul ſubſtantia ſpiritualis, vel immaterialis eſt, ſic enim indiſpẽſabiliter importat meritum, vel radicem cognoſcitivi, vel intellectivi.

Sed inſtas. Quia hæc ſolutio videtur diminutè procedere circa conceptum ſubſtantiæ ſpiritualis: hȩc enim non præcisè dicitur comparativè ad unũ extremam, ſcil. cognoſcitivi, vel intellectivi, quod fundare poteſt, ſed etiam ad alterum, ſcil. quantitativi, (cui opponitur,) vel corporei, ergo ſicut ad ſalvandum conceptum ſubſtantiæ corporeæ ſufficit, quòd includat quantitatem, & ſit quid quantificabile, & penetrabile, pariter ad ſalvandum illum in corporeæ, vel ſpiritualis ſatis erit excludere illam, & eſ-

ſe quid inquantificabile, & impenetrabile. Ant. patet qnia ſubſtantia ſpiritualis, vel incorporea dicitur per oppoſitionem ad corpoream &c.

Reſp. primò quidem ut ſupra, etiam probare de facto: ſed claritatis gratia diſt. ant., ſed etiam ad alterum quaſi diſparatè, & præſcindibiliter onum ab alio neg., connexivè, & in ſeparabiliter conc., nam eo ipſo, quòd ſemel excludit quantitatem, & conſequenter materiam, quæ eſt radix illius, non poteſt non habere elevationem ſupra conditionem ejus io modo recipiendi per amplitudi nem, & extenſionem, ad formam, vel perfectionem alterius rei, quod indiſpenſabiliter fundat, vel connectitur neceſſariò cum ratione cognoſcitivi, vel intellectivi. Præterquamquod ſubſtantiæ ſpirituali, utpotè perfectiſſimæ io hoc genere non tantum debent ex natura rei, & ab intrinſeco convenire prædicata negativa per oppoſitionem, & excluſionem ſui oppoſiti tanquam per receſſum à termino à quo, ſcil. impenetrabilitas, & inquantificabilitas, ſed etiam poſitiva ſibi convenientia intra propriam lineam, & per acceſſum ad terminum ad quem, ſeù perfectionem exprimentem ſui excellentiam inter cœteras ſubſtãtias creatas, vel ſupra illas, & præcipuè in ordine ad aliquam nobiliſſimã operationem ſibi proportionatã de linea vitæ, ad quã neceſſariò pertiore debet, ut vidimus; undè impoſſibile eſt dari aliquam, quæ perſiſtat in pura negatione quantitativi, & perſcindat, aut careat ratione cognoſcitivi, vel intellectivi, quę ſola poteſt eſſe operatio proprio gradui immaterialitatis proportionata &c.

Ex his etiam primò inferimus, quòd jam inſinnatum eſt, eſſe manifeſtam contradictionem dari ſubſtantiam ſpiritualem, vel immaterialem non cognoſcitivam, vel ooo intellectivam; quia eſt idem ac dari illam immaterialem, & non immaterialem, quia implicat dari illam immaterialem, ſine elevatione ſupra materiam, ut patet ex terminis, cum ſic eſſe immaterialem importet actualitatem, & conſequenter exceſſum ſopra materiam; actus enim eſt nobiliot materia, ſeu potentia, ſcil. paſſiva, ſuppoſita autem elevatione ſupra illam, iterum implicat illam non eſſe capacem habendi formam alterius rei, nam in hoc maximè conſiſtit eadem elevatio, qoòd non coarctetur, aut limitetur ad modum recipiendi materiæ, ſcil. naturalem, & entitativum, ut latè patet ex dictis, repugnat verò eſſe ſic capacem, & non eſſe cognoſcitivam, vel intellectivam juxtà ſuperius illud principium, quòd in tantum aliquod eſt cognoſcens in quantum eſt natum fieri, vel eſſe aliud à ſe, ſcil. per receptionem formæ, vel perfectionis ejus, ut dictum eſt, quod totum provenit ex merito immaterialitatis ſummè Deo convenientis, nt probat ſupra D. Thom. quæſt. 7. Et in hoc maximè fundatur efficacia rationis D. Th. ad inferendam rationam ſummè cogooſcitivi, & intellectivi in Deo.

Hinc inferimus ſecundò, (ut pariter in ſuperioribus inſinuavimus.) Non eſſe idem formaliter, vel adæquate hæc tria, ſcil. eſſe immareriale, capax recipiendi, vel habendi fotmam alterius, & eſſe cognoſcitivum, ſed ſaltem inadæquatè, vel formaliter diſtingui, licet dicantur idem tadicaliter, vel præſuppoſitivè, ità nt optimè poſſit unum infetri ex alio juxtà diverſos modos explicaodi, & conſtituendi naturam divinam in via D. Th. probabiles, & relatos in ſuperiori qu. ſine ulla petitione principii. §. Tertiò inferimus ineptam eſſe, & magis obſcurare, aut evertere rationem D. Thom. quàm explicare, interpretationem illam, quorundam Recentiorum extra Scholam Div. Thom., quod nomine immaterialitatis intelligat perfectionem, materiæ verò imperfectionem utpotè omnium imperfectiſſimæ. Tum quia eſt manifeſtè contra textum hic, & ſupra qu. 12. art. 2., nam ſecundum diverſum gradum immaterialitatis, prout iſte importat ex propriis talem, vel talem receſſum à materia, & tantam proinde, ac tantam amplitudinem ad habendam formam, vel perfectionem alterius diſtinguit hanc lineam cognoſcitivam, vel intelligibilem in diverſos gradus cognitionis, & repreſentationis, nt patet ex inductione, qua utitur utrobique: Certum eſt autem, quòd hæc diverſitas non habetur præciſè ex communi, aut tranſcendenti conceptu perfectionis, aliàs omnis divina perfectio, vel ſimpliciter ſimplex fundaret lineam cognoſcitivam, vel eſſet ratio, quòd aliqua res ſit cognoſcitiva.

Quòd ſi dicatur D. Tho. loqui non de communi perfectione, ſed in particulari, vel determinata; Tenebatur explicare quænam ſit iſta perfectio, aliàs facit D. Tho. diminutum, vel potius diſſimulat ejus mentem, quæ procnldubio ità clara eſt in textu, nt non indigeat tali explicatione ad ſui confuſionem potius, quam manifeſtationem. Eò vel maximè, quòd D. Tho. ad rem ſuam utitur terminis propriis, ſeù in particulari exprimentibus determinatam perfectionem, quam aſſumit explicandam, unde videtur incongruum, velle illum interpretari ſecundum acceptionem terminorum communium perfectionis, & imperfectionis, quaſi ſibi obſcura, aut ignota eſſet eorum proprietas. §. Tum quia cap. illo 44. ex contra Gent. apertè diſtinguit inter hæc duo vocabula immaterialitatis, & perfectionis, & ex proprietate utrinſque diverſimodè probat Deum eſſe intelligentem, ex priori quidam ratione quarta. Ex poſteriori verò ratione quinta, quia nempè illi nulla poteſt de eſſe perfectio ïntee quas potiſſima eſt ratio intellectivi, ergo non eſt confundendum de mente ejus medium immaterialitatis, quod aſſumit hic cum medio perfectionis, quo diſtinctè utitur etiem ibi, niſi velimus utramque illam rationem coincidere, vel eſſe eandem, & ſolum otioſè, aut verboſè multiplicari, quod eſt alienum à tanto Doctora. Eò vel maximè, quod optimè noverat non eſſe prorsùs terminos ſynonimos ſcil. idem in re eſſe perfectu, & immateriale, vel cognoſcitivum, cũ plura ſint perfecta ex ſuo genere, vel ſpecie utpote ex eiſdem nullo eis deficiẽte, ut vivens vegetativum, & ſpecies plantarum, quæ tamen immaterialia, vel cognoſcitiva non ſunt. Unde non tam eſſet illum interpretari, quàm corrumpere.

Præterquam quod, nt jam innuimus, D. Thom. aſſumit medium immaterialitatis ad inferendam ſpecialiter præ aliis rationem intellectivi, vel cognoſcitivi; ſed immaterialitas prout ſic ſpecialiter inferens non coincidit in Deo cum ratione ſummè perfecti, cum ex iſta æque omnes inferantur in illo, ut patet ex terminis; benè enim valet. Deus eſt ſummè perfectus ergo ſapiens, volens, miſericors &c. ergo non eſt, nec poteſt eſſe ad mentem ejus talis interpretatio.

Ex quibus maoifeſtè patet non ſuſtineri media

eadem

eadem interpretatione efficaciam rationis D. Tho., aut quod procedat, ut explicatum est, à priori, sed magis debilitari, & illudi, quià licet ex prædicta ratione summè perfecti inferatur ratio intellectivi, vel cognoscitivi, non tamen infertur hæc ut vidimus, ex præcisa ratione perfecti, & quamvis daremus inferri ex illa non tamen à priori, sed magis è contra; non enim valet, est coguoscitivum, quia est perfectum, ut patat in exemplis adductis; sed potiùs quia est cognoscitivum est perfectom, nam natura; quæ ad genus cognoscitivum pertinet, à priori probatur, quòd est perfecta, quia est cognoscitiva; constat autem ex dictis in logicis, ad discursum à priori non satis esse, quod sit quomocunque ex præmissis estò veris, & notioribus (hoc enim etiam convenit demonstrationi à posteriori) sed quod sint ulterius causa, vel ratio formalis conclusionis. Objectiones quæ poterant opponi facilè solvuntur ex dictis, & videri potest Illustriss. Godii hic infine disputationis 22.

QUÆSTIO TERTIA.

Quod nam sit objectum formale, vel specificativum primarium intellectus, seù scientiæ, aut cognitionis Divinæ.

Supponimus distinctiones supra de visione, & alibi in logicis traditas de objecto in formale, & materiale, primarium, & secondarium, motivum, & terminativum, specificativum, & extensivum, vel adæquatum à tota latitudine objecti, & difficultas modo specialiter est de formali primario, quod nempè primò, & per se attingitur à potentia, scil. ratione sui, cœtera verò ratione illius, Et iterum de formali terminativo, à quo sumitur species cognitionis, sicut in universum omnis motus specificatur à suo termino formali, aliquid etiam dicturi de motivo, de quo adhuc est lis an detur respectu intellectus divini, sicut nec desunt, qui omninò negent ad intra rationem objecti verè, & propriè, seù specificativi, ut statim dicemus.

§. PRIMUS.

Præmissa ratione specificativi, vel objecti verè, propriè in Deo, referuntur sententiæ.

Aliqui Recentiores cum Herice hic tract.1. disp.4., & sequenti negant in objecto divino respectu suæ cognitionis rationem specificativi, seù objecti verè, & proprie, nam licet admittant in illo rationem cogniti, & intellecti, ob defectum tamen distinctionis saltem virtualis omninò requisitæ, ut contendunt; inter ipsum, & intellectionem existimant non posse ibi reperiri veram rationem objecti, nam cum objectum; inquiuot; debeat mensurare realiter cogoitionem, & ratio mensuræ non exerceatur sine reali distinctione, saltem virtuali, ut aliquid sit objectum alicujus cognitionis requiritur indispensabiliter, quòd saltem realiter virtualiter à cognitione distinguatur, cum verò talis distinctio inter naturam, & divinam cogoitionem non admittatur, nec potest admitti in illa vera ratio objecti specificantis divinā cogoitionem, onde licet habeat rationem intellecti, non tamen rationem objecti: sicut similiter dicunt plures ex nostris costituentes eandem naturam per intelligere actuale, quod licet istud habeat rationem ultimæ actualitatis, non tamen rationem actionis sub qua costituere non posset, ut ex eisdem explicatum est in superioribus, itaut sicut juxtà hunc modum diceodi in plus se habat ratio actionis, quàm ultimæ actualitatis, sic quod omnis actio sit ultima actualitas, non tamen è contra, ità in plus et iā se habet ratio bjecti, quàm intellecti; sic quòd omne objectom habeat rationem intellecti, non tamen è contra &c.

Mag. Ferre hic qu.2. §.1. videtur aliquo modo cædere huic difficultati. Quià licet in sententia, quam supra sustinuit, assignante summam immaterialitatem, seù intelligere radicale; per modum gradus substantialis pro constitutivo diviuę naturæ, asserat cum cœteris Theologis optimè defendi contra præfatos Recentiores rationem objecti specificativi, quià cum in ista non habeat divina cognitio cōstituere naturam, debet ab illa virtualiter distingui, ac per consequens inter primò intellectum, & intellectionem salvetur distinctio virtualis sufficienter ad rationem objecti specificativi, ut Herice desiderat; cœterum in alia priori senteotia, quæ statuit pro constitutivo intellectionem actualem, ac proindè identificante virtualiter omnia ejusdem lineæ, scil. intelligentem, intellectum, speciem intelligibilem, intelligere, & ipsum objectum, quod primò intelligitur, ità difficile esse inquit, veram rationem objecti specificantis divinam cogoitionem in Deo reperiri, ut tandem ccdiderit non posse huic cognitioni assignari vera ratio objecti, licet assignetur ratio intellecti per summam idantitatem, quæ licet à nobis non possit intelligi nisi per modum objecti, non tamen infertur, quòd sit propriè objectum specificans, sicut dictum est in eadem sententia de ultima actualitate actionis, quæ licet à nobis concipi non possit nisi per modom actionis, non tamen sequitur, quod sit actio, unde ad sustinendam communem sententiam affirmantem ibi veram rationem objecti concludit, vel esse recurrendum ad priorem, quæ docet intelligere per modum radicis esse constitutivum Dei vel ad aliam, quòd supra etiam examinavimus, statuentem idem constitutivum in esse à se.

Nihilominus quià, ut vel idem sapientiss. Mag. semel adversum me olim arguens pro sui munere primi Moderatoris contra communem sententiam, dum subirem examen pro ingressu ad hoc Collegium Minervitanum, & responderem juxtà probabilem inter Thomistas, reposuit debitum satisfaciendi in alia etiam Thomistica probabili, (cui nitebatur ejus argumentum) quando agitur de sententia communi (quid quid sit de probabilibus extraneis) na quasi videamur incompossibilia docere; placet in eadem opinione aliorum gravissimorum Thomistarum simul prædicta omnia identificante virtualiter, hanc etiam communem sustinere, & utramque ex ejusdem Mag. doctrina componere,

quàm supra insinuavimus, & tradit infra de Trinitate; nam licet inter illa admittatur identitas etiam virtualis, adhuc tamen est diversitas munerum sufficienter ad salvandam in Deo prædictam rationem objecti, & specificativi. Etenim quòd objectum intelligibile distinguatur à cognitione, & quòd hæc dicat ordinē transcendentalē, & dependentiam ab objecto tanquam à causa formali extrinseca, potius est de imperfectione, quam de ratione formali objecti, & intellectionis, unde sicut in superioribus dicebamus, potest eadem natura, vel essentia divina gerere vicem speciei impressæ, & expressæ, ac proinde esse actus, vel forma intrinseca respectu intellectus beatorum in genere intellegibili sine omni imperfectione, & subordinetione ed illum, vel ad egens, cujus est actus, quià hæc imperfectio, vel subordinatio non est de ratione formali, vel essentiali speciei intelligibilis, vel actus, aut formæ in hoc genere, sed magis de ratione imperfectionis, ut contingit in creatis, ità pariter sine omni imperfectione, aut debito respectus transcendentalis, & dependentiæ, vel distinctionis ex parte cognitionis veram habere rationem objecti specificantis, quia non specificat ex indigentia actionis ad dandum illi esse, cum sit summè actualis, sed magis ex fœcunditate intelligentiæ, quæ illi verè, & propriè convenit; undè sicut dicebamus, & ipse explicat infra, adhuc salvatur, quòd processio divina verè immediatè sit ab intellectu, & non à natura, estò non ad sit ineadem sententia inter hæc duo distinctio virtualis, quia adhuc verificari potest, quòd sit immediatè ab illo sub munere intellectus, & non sub illo naturæ, ita pariter salvari poterit vera ratio objecti specificativi in eadem natura respectu intellectus, vel cognitionis, estò inter illa non ad sit virtualis distinctio, nec sit necessarie in entitate summè actuali, ut dictum est, quia adhuc verificari potest, quòd sit eadem ratio in illa sub munere naturæ, & non sub illo intellectus, vel cognitionis.

Ratione ergo ex his probatur eadem communis sententia. In natura, val objecto divino respectu cognitionis divinæ nihil deest pertinens ad formalem, vel essentialem rationem objecti, ergo non est ei deneganda. Prob. ant. Quià si quid deesset maximè distinctio ad respectum transcendentalem, vel dependentiam ex parte cognitionis requisita, sed hæc non obstat, ergo. Prob. minam si loquamur de reali, hæc magis pertinet, (ut dictum est, & statim etiam ulterius constabit) ad imperfectionem, quam ad ejus rationem formalem; si verò de virtuali; vel probabilissimè Invenitur, ut patet etiam ex dictis, vel non est necessaria, sed sola sufficit diversitas munerum, ergo; prob. ent. qooad henc postremam part., nam ad rationem formalem objecti ut vel ipsum vocabulum sonat, requiritur, & sufficit, quòd sit aptum terminare, vel attingi per actum cognitionis, nam distinctio, & alia quæ opponuntur, magis sunt, ut vidimus, de imperfectione, quàm de ratione formali illius, ergo cum sola diversitate munerum sine distinctione etiam virtualè salvari potest vera ratio objecti.

Urg. totum hoc, & simul iterum prob. idem ant. Ex eo in nobis, vel in intelligente creato requiritur distinctio, & respectus transcendētalis, ac proinde dependentia, quia ejus potentia, vel cognitio indiget accipere eb objecto, (cum nullum intelligens creatū contineat in se omnē rationē veri,) ac proindè specificativo per modū causę formalis intrinsecę, vel extrinsecæ, cujus influxus selveri nequit sinè aliqua distinctione, aut respectu transcendentali, vel dependentia sed intelligens increatum non intelligit ut eliqoid accipiat per dependentiam ab objecto cum in nulle linea sit deficiens, sed actuatissimum, vel actus purus, ergo ut intelligat se ipsum per modum objecti, non est necessaria prædicta distinctio, aut respectus, vel dependentie.

Explic. ulteriùs hoc ipsum. Nam ideò in intelligente creato, & ejus pot entia, vel cognitione est necessaria distinctio, & respectus dependentiæ, quià cum non habeat identicè, vel non habeat objectum intra, utpotè potentiale, & deficiens; in quolidet genere tenetur tendere ad habendum, & accipiendum eb illo, sed intelligens increatum jam habet, & perfectissimè possidet seipsum, ut intelliget se per modum objecti, ergo non indiget distingui, aut tendere, vel dependere à se ipso in ratione objecti. Quælibet enim res tendit ad sui perfectionem, quando non habet, quiescit verò quando habet, sicut aut em non emittit hæc rationem perfectionis ex eo quod habeatur sive per acquisitionem, vel per possessionem, sive per identitatem, ità nec amittit objectum rationem objecti ex eo quod identicè habeatur ab intelligente, unde vel tenentur prædicti Recentiores negare in natura, vel objecto divino rationem intellecti, vel negare non possunt rationem objecti in illo. Et per hæc patet ad objectiones jam insinuatas, quæ in contrarium afferri poterant, Vid. D.Th. hic art.5. ad 3., & Primo c. Gent. c.48. ratione secunda.

His præmissis est duplex sententia extreme, & altera veluti media. Prima extrema asserit non solum verum divinum, sed etiam creatum pertinere ad objectum primarium, & immediatum, vel specificativum, licet divinum sit principale, adæquatum tamen comprehendit utrumque, sivè est verum abstrahens à creato, & increato, vel ex utroque coalescens, sicut in simili dictum est in Primo physicorum, quod utrūque mobile scil. substātiale, & accidentale pertinet quidem ad objectum specificativum Philosophiæ, sed primum est principale. Ita durandus in primo dist.35. qu.1. n.9., & referuntur pro eadem ibidem Ocham qu.3., Gabriel art.2., & sequitur Albiz hic tract.1.disp.5, sect.9.

Secunda extrema limitat ad solum divinum per modum naturæ, aut radicis attributorum, sivè ad naturam divinam, ut virtualiter ab illis distinctam. Ità Illustris. Godii hic §.7. Corneyo, Salmant., Andreas à Cruce, quos sequitur Eminentiss. Ferrarius hic disp.7.dub.1.in 2. parte conclus. Gonet. supra de attributis disp. 2. art.5. §.2. conclus. 3., & ex PP. Societatis Vasquez, Suarez, Granadus, & Alarcon, & defendunt eam communiter Disci. puli Scoti.

Tertia, & veluti media sistit quidem in vero divino, sed simul extendit ad attributa, licet sit aliqual etiam discrimen inter Autores hujus sententiæ, nam alii adhuc limitant ad absolnta, alii verò extendunt etiam ad relativa, sive ad Deum, ut comprehendit absolutum, & relativum. Ita Mag. Serra hic ed art.2. Io. à Tho. disp.17. art.1. Mag. Ferre §.2. licet hi duo posteriores, primus art.2., hic verò §.4. loquendo de objecto formali quo, seù de ratione sub qua, vel motive determinent ad solam

essen-

essentiam; quod etiam innuit ibidem in comment. Mag. Serra.

§. II.

Statuitur prima Conclusio.

1. Objectum primarium, & immediatum, vel specificativum divini intellectus, vel cognitionis non est verum abstrahens à creato, & increato, ità ut verum creatum nullo modo pertineat ad objectum primarium illius. Est expressa D. Tho. hic art. 5. præcipuè ad tertium, ubi sic concludit. *Unde non opportet, quod ipsum intelligere divinum, vel potiùs ipse Deus specificetur per aliud, quam per essentiam divinam.* Et clarius Primò Cont. Gent. c.48. Ubi sic incipit. *Ex præmissis apparet, quòd Deus primò, & per se solù se ipsum cognoscit.* Nec interpretari potest de objecto principali, quia si semel verum creatum pertineret ad objectum primarium divini intellectus, vel cognitionis, deberet primò, & per se attingi ab illa. In hoc enim distinguitur primū, & immediatum à secundario, quòd illud primò, & per se attingitur à potentia, & istud solum mediatè, & ratione primarii, ut patet ex terminis, ergo si intellectus, vel cognitio Divina juxtà D. Thom. primò, & per se tantum terminatur ad verum increatum istud solum pertinebit de mente illius ad objectum primarium. Idque etiam clarissimè constat ex rationibus, quas ibid. adducit.

Nec refert, quod in 3. inferat primò sic. *Si igitur Deus intelligit se, & aliud à se quasi principale objectum habebit plures operationes intellectuales. Quia lii principale,* non sumitur per comparationem præcise ad minus *principale*, sed ad integram rationem primarii, & specificativi, ut patet, ex ultima ejus cons., quia sic ibidem concludit dicens. *Restat igitur nihilâ Deo esse cognitum quasi primò, & per se intellectum, nisi suam essentiam.* Ubi apertè excludit omne aliud à Deo ab adæquata ratione primò intellecti, & ad hoc tendūt omnes ejus rationes juxtà meritū tituli ajusdē c. Nempè *quod Deus primò, & per se seipsum cognoscit.* Cui respondet affirmativè. Immò nec concluderat intentum ejusdem rationis, quod est ab inconvenienti inferre pluralitatem operationum in Deo, si aliter intelligeretur. Nam hæc legitimè infertur ab objecto semel primo, & per se intellecto, undè si semel verum creatum pertinet ad illud, erit respectu illius assignanda peculiaris, ac proportionata operatio intellectualis, sicut assignatur respecto cujuscunque alterius specificativi, ut patet inductivè, quod tamen est impossibile in Deo respectu creaturæ, cum nullam possit habere operationem, quæ sua substantia non sit, ut infert ibid.

Denique D. Tho. ex eo excludit verum creatum à ratione primò intellecti, quia aliàs deberet specificari ab illo, ut statim etiam constabit, sed hæc ratio militat de adæquata ratione objecti primarii, & non tantum principali, ut patet inductivè in quolibet scibili, & latè vidimus in Primo physicorum in sententia afferente utrumque mobile substantiale, & accidentale pertinere ad objectum primarium, licèt alterum principalitèr, scil. primum, alterum minus principaliter pertineat ad illud ergo &c.

Ex his ergo, & ex eodē D. Th. prob. primò ratione concl. Si verum creatum, vel abstrahens à creato, & increato esset per se primò intellectum ab intellectu Divino, sivè pertineret ad objectum primarium illius deberet intellectus, vel cognitio Divina specificari ab illo, consequens est impossibile, ergo sequit verum creatum, vel abstrahens ab utroque, sivè quod permissivè se habet, ut sit creatum, vel increatum, esse objectum primarium intellectus, vel cognitionis Divinæ; ma. est commune axioma Philosopho; & Theologorum, ut ostendimus in 2. de anima, quòd potentiæ, habitus, & actus specificantur ab objecto formali, vel primario, cum istud sic veluti finis, sine quo salvari nequeunt, pereunte enim objecto, scil. primario, vel formali perit potentia, vel habitus, & actus, ut patet inductivè, sive in naturalibus, sive insupernaturalibus. Mi. etiam est certa, & probari solet ex eo, quòd dare specificationem potentiæ est in illam exercere veram, & propriam causalitatem, ac proindè dependentiam à se ipso, sed implicat in terminis, quòd aliquod creatum possit esse vera, & propria causa alicujus perfectionis Divinæ, aut hanc dependere ab illo, cum omnis Divina perfectio sit talis per essentiam, & sit Deus causa totius entis creati per attingentiam entis in quantum ens, qua ratione etiam solus Deus creare potest, ut alibi ostensum est, quod iterum in terminis repugnat puræ creaturæ, nam aliàs posset esse causa sui ipsius, cum contineatur sub ente, ut sic, ut quid producibile à causa attingente illud, ergo impossibile est aliquid creatum, vel permissivè se habens ad creatum, & increatum esse objectum specificativum intellectus, vel cognitionis Divinæ.

Sed hæc probatio, nisi aliquid addatur, videtur pati difficultatem in eo, quòd, ut superiùs insinuavimus, si semel ad rationem specificativi requiritur indispensabiliter vera causalitas jam non posset ad intra assignari specificativum, aut salvari in natura, aut vero Divino per se primò intellecto vera ratio objecti, aut specificativi respectu ejusdem intellectus, vel cognitionis, cum omnis vera causalitas sit releganda respectu Dei.

Aliter ergo prob. eadem mi. (per quod etiam sustineri potest, aut reduci ad legitimum sensum, vel sui efficaciam eadem probatio, & simul etiam probari ma.) si intellectus, aut cognitio Divina per se primò attingeret, ac proindè speciē caperet ab objecto, vel vero creato, aut permissivè se habente ad utrumque scil. creatum, & incratum, Divina essentia in ratione veri non contineret omne verum, (& idem est de voluntate, ut constabit infra, si per se primò tenderet ad volitum creatum, aut permissivè se habens ad utrumque,) consequens est alienum, aut repugnans Deo, ergo nequit intellectus, aut cognitio Divina per se primò attingere, vel specificari à vero creato, aut permissivè se habente ad utrumque:) mi. est certa, & ma. prob. si verū creatum, aut permissivè ad utrumque se habens pertinet ad objectum primarium, vel specificativum, jam verum Divinum non adæquat, aut implet lineam objectivam primariam, & specificativam, ut patet ex terminis; nam si adæquaret, aut impleret, non posset aliud extrà, vel ab illo distinctum ingredi primariò, aut specificativè illam, ut etiam patet inductivè in cæteris objectis, nam hac ratione prædictum mobile accidentale, (& sic de aliis) pertinet ad objectum primarium, & specificativum Philosophiæ, quia aliud substantiale non adæquat mobilitatē radicalem, quæ in communi sententia constituit objectum primarium, & specificativum illius,

illius, nam mobilitas proxima est passio demonstranda de illo, ut ostendimus in eodem Primo Physicorũ, ergo si semel verum creatum, aut permissivè se habens ad illud primariò, & specificativè intrat objectum intellectus, aut cognitionis divinæ, verum increatum, seu essentia Divina in ratione veri erit in linea primaria, vel specificativa illius.

Ex his etiam reduci potest ad efficaciam, aut sustineri ad intentum superior probatio. Nam licet ad objectum, vel specificativum identicè idem cum potentia, vel ejus cognitione, (ut est verum increatum respectu intellectus, aut cognitionis divinæ) non sit necessaria vera, aut propria causalitas, sed sufficiat attingibilitas, vel actualis terminatio modo explicato, secus ad creatum, & distinctum, vel permittens illud, quia cum nequeat istud dare esse specificativum, aut terminare præcisè per identitatem, tenetur terminare, aut dare illud per veram, & propriam causalitatem. Nec enim reduci potest ejus specificatio ad præcisum influxum causæ virtualis, vel rationis formalis, ut reducit eam M. Ferre hìc ad salvandum rationem objecti in vero increato respectu ejusdem intellectus, & cognitionis divinæ, & ut nos etiam in superioribus dicebamus de immutabilitate respectu æternitatis ad hanc ex illa inferendam tanquam per causam, scil. virtualem, vel rationem formalem, quia nempè si aliqua esset assignabilis causa, hæc esset; nam influxus iste seu causa virtualis, aut formalis ratio petit etiam identitatem, vi cujus impeditur, ne veram possit exercere rationem causæ, quæ tamen identitas reperiri nequit inter extremum creatum, & increatum, unde si semel verum creatum daret speciem cognitioni, vel intellectui divino daret illam per veram, & propriam causalitatem, quod est impossibile.

2. Prob. concl. alia ratione, quæ est quinta ibidem D. Tho. Implicat, quòd verum creatum sit perfectio cognitionis, vel intellectus divini, at si pertineret ad objectum primarium, seu esset per se primò intellectum ab illo esset ejus perfectio, ergo nequit pertinere ad lineam ejus primariam objectivam: ma. est certa, quia aliàs Deus in se non esset summè infinitè perfectus, si aliud extra esset ejus perfectio: mi. vero prob. ex eodem, nam secundum hoc intellectus est perfectus, quòd intelligit in actu, quod fit per hoc quod est unum cum per se intellecto, ut in superioribus explicatum est, ergo si semel verum creatum pertinet ad objectum primarium intellectus Divini, seu est primò, & per se intellectum ab illo erit ejus perfectio.

3. Iterum ex eodem prob. & est veluti ratio à priori, Id per se primò est intelligibile ab intellectu divino, cujus species per se primò repræsentatur, sed hoc est tantum verum increatum, ergo istud solum est objectum primarium, vel per se primò intellectum ab illo, ma. constat, quia operatio proportionatur formæ, seu principio sui, itaut eam excedere non valeat, sicut nec effectus suam causam, sed species intelligibilis est forma fœcundans intellectum ad intelligendum, cum ut sæpè dictum est, ex potentia, & objecto; (cujus species intelligibilis est virtus illam fœcundans per modum intellectualis seminis) paritur notitia, ergo sicut nequit intelligere, nisi quod per illam repræsentatur, nec poterit per se primò intelligere, nisi quod per se primò repræsentatur: mi. vero prob. id per se primò repræsentat species, cujus per se primò est virtus fœcundans intellectum ad intelligendum, sed species repræsẽtans intellectui divino nequit per se primò esse virtus fœcũdans ad intelligendũ verum creatum, ergo non est per se primò repræsentans illud, sed tantum increatum, ma. patet, quia, ut dictum est, est virtus objecti ad fœcundandum intellectum, ut intelligat, aut pariat notitiam ejus; mi. vero prob. species repræsentans intellectui divino nequit esse virtus, aut forma creata, sed tantum increata, sive essentia divina, & impossibile etiam est Deum intelligere, aut constitui intelligentem per speciem, aut formam creatam, sed forma increata nequit esse virtus per se primò fœcũdans ad intelligendum verum creatũ ergo; prob. mi. quia virtus per se primò fœcundans ad intelligendum debet esse proportionata cũ objecto, cujus per se primò est virtus repræsentativa, aliàs non posset esse per se primò repræsentativa illius, aut fœcundare ad per se primò intelligendum illud, ut patet ex terminis, sed forma increata, vel essentia divina, nequit esse per se primò virtus proportionata cũ vero creato, sed tantũ cum increato, cũ in qualibet linea Deus infinitè excedat creaturam, & implicet in terminis, quòd sit per se primò proportio inter actum purum, & ens potentiale, quale est creatura, cum inquocunque genere, vel modo assandi reali ponatur creatura sit semper ens per participationem, ut dictum est, & in nullo Deus possit non esse actus purus ergo &c.

Huic arg. posset primò dici verum creatum posse ab intellectu divino, utpotè infinito, immediatè attingi, aut penetrari in se ipso sine indigentia speciei mediatè tantum illud repræsentantis, seu secundariò, ut nos dicimus, sive mediante divina essentia per se primò repræsentante increatum. §. Sed hæc solutio, & doctrina constabit infra non posse subsistere, & in majus inconveniens incidere adversarios, dum putant alterum media illa evadere, quia, ut dicemus infrà, recursus ad immediatam penetrationem objecti extra in se ipsis independenter à decreto, seu à divina essentia determinata per decretum, ut medio, vel specie manifestante illud, (in quo fundant Recentiores suam scientiam mediam,) manifestè infert inæqualitatem in hac linea inter prædicata divina, sive excessum in Deo ut intellectivo à se ipso ut intelligibili, si semel ut intellectivus se extendit ad objectum, ad quod non se extendit ut intelligibilis, sive in ratione speciei repræsentantis, quod est alienum. Sed de his infrà, ubi ostendemus alia à se non posse à Deo cognosci, nisi in se ipso, & non extra in se ipsis.

Dices ergo 3. rationi factæ tantum convinci, quòd sola essentia divina possit esse objectum per se primò intellectum, *ut quo*, non verò *ut quod*, quia cum species impressa sit solum objectum cognitum, *ut quo*, non *quod*, ex eo quod sola forma increata, seu eadem essentia possit esse species repræsentans intellectui divino, tantum infertur, quòd illa sola, seu verum increatum sit per se primò intellectum, *ut quo non quod*, & hoc solum esse intentum D. Tho., dum excludit aliud à Deo à ratione per se primò intellecti ab illo, ut colligitur ex eodem in Primo dist. 35. quæst. 1. art. 2. in corp. Ubi ait, *Similiter intellectum primum est ipsa rei similitudo quæ est in intellectu, & est intellectum secundum, quod est ipsa res, quæ per similitudinem illam intelligitur. Si ergo consideretur primum nihil aliud intelligit Deus nisi se, quia non recipit species rerum, per quas cognoscit, sed per essentiam suam cognoscit, quæ est similitudo om-*

nium

niuas rerum, sed si accipitur intellectum secundum, sic non tantum se intelligit, sed etiam alia, quod etiam repetit solutione ad 1. &c.

Sed hæc solutio excluditur arg. facto, & apertè est contra literam D. Tho. cap. illo 48. relato, nec aliquid oppositum docet hoc posteriori loco, ut statim constabit. Impugnatur ergo sic. Non stat solam divinam essentiam esse per se primò intellectam, ut objectum formale quo sive illam solam esse speciem impressam non exclusis creaturis, seu vero creato à ratione per se primò intellecti, ut objecti quod, ergo si sola essentia divina est per se primò intellecta, *ut quod*, illa etiam sola, seu verum in creatum erit per se primò, intellectum, *ut quod*. Prob. ant., quia species impressa, ut dictum est, debet esse proportionata cum per se primò intellecto, *ut quod*, sed divina essentia nequit hanc proportionem habere cum vero creato ut ostensum est, & per se patet ergo non stat illam solam esse objectum per se primò intellectum, *ut quod*, non excluso vero creato à ratione objecti per se primò intellecti, *ut quod*.

Explicatur, & Urg. hoc. Nam species repræsentans objectum, seu repræsentatio illius per speciem fit, vel ratione similitudinis, vel ratione identatis, ut latè constat ex superioribus, sed repræsentatio divinæ essentiæ respectu veri creati nec potest esse per se primò per identitatem, ut patet, nec per similitudinem, ut ostensum est, cùm hæc similitudo attendatur penes convenientiam in gradu immaterialitatis (loquendo de quidditativa, & primaria repræsentatione objecti,) quam impossibile est esse inter essentiam divinam, & verum creatum, qua ratione, ut vidimus, jam communiter tenent Theologi impossibilem esse speciem creatam quidditativè, & immediatè repræsentantem Deum, ergo exclusa creatura, seu vero creato à ratione objecti primò intellecti, *ut quod*, pariter excludenda est à ratione objecti primò intellecti, *ut quod*.

Quod verò attinet à D. Tho. mirum est, quòd velint id esse intentum illius, nam ratione prima prædicti cap. 48. assumit hanc ma. *Illa enim res solum est primò, & per se ab intellectu cognita, cujus specie intelligit*. Sed hæc non intellecta de objecto quod, esset veluti nugatoria, & falsa, nam redderet hunc sensum, quòd res quæ sui specie ab intellectu cognoscitur, est objectum *quo*, seu species, cum hæc sit cognitum, *ut quo*, ac proindè quod intellectum, ut *quo*, sit intellectum, ut *quo* quod est nugatorium, & falsum, cum res per speciem repræsentata non sit objectum *quo*, sed *quod*, ut per se patet ergo.

Tum quia (& magis explicatur præcedens replica) D. Tho. ad inferendum sui intentum, nempè quod solus Deus est objectum per se primò intellectũ, subsumit hanc mi., *quod id quo Deus intelligit nihil est aliud, quam sua essentia*, ut probaverat c. 46. antecedente, sed hæc etiam mi., nisi supponatur aliquo modo distinctum id, quod intelligitur, & id quo intelligitur, iterum esset nugatoria, & falsa ob eandem rationem, quia fieret sensus identicus, si nempè Deus in ratione intellecti omninò sumatur pro sua essentia in ratione speciei, seu objecti quo, nam esset idem ac dicere, quod id, quo Deus intelligit, est id quo intelligit, ergo idem omninò concluderet per idem, quod est alienum à tanto Doctore.

Tum quia in superiori cap. 46., ad quod se refert in hac mi., dum ait, *ut supra probatum est*, expressè tractat de objecto quo, seu de specie probans Deum per nihil aliud intelligere, quàm per suam essentiam, ergo nisi velimus otiosè multiplicare, aut repetere idem quæsitum, dum cap. 48. sequenti concludit Deum esse objectum à seipso per se primò intellectum, de objecto *quod* necessariò intelligendus est, ut etiã evidenter patet ex titulo utriusque capitis, nam superioris 46. hic est, *quod Deus per nihil aliud intelligit, quam per suam essentiam*. Posterioris verò, *quod Deus primò, & per se solum se ipsum intelligit*. Sed isti, ut patet ex terminis non sunt omnino idem, & prior manifestè inquirit de objecto quo, seu de specie, ergo posterior intelligendus est de *quod*, ut vel leviter consideranti constabit etiam ex rationibus utriusque capitis, ne in re tam manifesta immoremur.

Nec oppositum docet in Primo relato, immò apertè in primis docet, quod dicimus in superioribus, dum expressè asserit, quod id, quod per speciem, seu similitudinem ejus intelligitur est quid ab illa distinctum, seu intellectum *quod*, nam speciem vocat intellectum primum, ergo dum præmittit c. 48. quod id, quòd per speciem divinam, seu per divinam essentiam primò per se intelligitur est solus Deus, solus Deus erit juxtà D. Tho. per se primò intellectum. Deinde quod ibidem tradit, [ut facile apparet ex litera,] id præcisè est, quod docet cap. illo 46. nempè solam divinam essentiam habere rationem speciei intelligibilis in Deo, seu esse primum intellectum, & licet subdat, quòd id, quod per illam intelligitur non solum sit Deus, sed etiam alia à se, non tamen dicit quòd alia à se veniant æquè per se primò in hac ratione objecti quod, quã vocat intellectum secundum, immò efficaciter excludit illa per primum dictum, seu per id, quod ait, eandem essentiam solam habere rationem primi intellecti, seu rationem speciei intelligibilis, vel similitudinis, per quam illa intelligit, ut patet ex dictis, cum nequeat per illam per se primò repræsentari, ac proinde nec per se primò intelligi, nisi verum increatum, ut probatum est.

Explic. & Urg. totum hoc ex his, quæ supra tradidimus de visione, & subtiliter explicat ibidem Mag. Catalan dub. 3. ad art. 8. Nam hoc versatur discrimen inter essentiam ut repræsentantem Divina, & ut repræsentantem alia, seu creaturas visibiles ex vi visionis illius, quòd alia non solum repræsentet, aut sit ratio cognoscendi illa, ut species intelligibilis, sed etiam ut medium, vel objectum prius cognitum, Divina verò tantum ut species intelligibilis, sivè ut idem objectum cum se ipsa, & ut aliquid ejus, ergo licet Deus cognoscat se, & alia à se per solam suam essentiam, non tamen æquè primò, vel primariò, & immediatè, sed cum distributione accomoda, scil. se ipsum primariò, & immediatè, alia verò tantum secundariò, & mediatè, sicut similiter dicitur de Angelo, qui licet eodem actu, quo intuetur suam essentiam, dicatur etiam cognoscere proprietates, nõ tamen æquè immediatè, & per se primò, sed primariò essentiam, & proprietates consequenter, ita ut essentia non solum ut species intelligibilis sit ratio cognoscendi proprietates, sed etiam ut objectum prius cognitum, quod à fortiori militat in casu, cum proculdubio magis distent in ratione objecti, vel intelligibilis, creaturæ

à Deo,

à Deo, quam proprietates ab essentia in Angelo; unde omninò salvandus est ordo primarii, & secundarii inter Deum cognitum per suam essentiam, & creaturas cognitas per illam. Quæ est etiam alia optima ratio pro conclusione.

§. III.

Statuitur secunda Conclusio.

Salva probabilitate oppositæ sententiæ dicimus secundò objectum primarium terminativum ex parte rationis quæ, seu ex parte rationis attactæ, & cognitæ ab Intellectu divino non esse solam essentiam, sed cœtera etiam divina tam absoluta, quam relativa, ità ut hæc etiam pertineant ad rationem objectivam primariam terminativam, & non sola essentia quasi adæquatè eam constituens. Consultò dicimus ex parte rationis, *quæ*, seu rei attactæ, aut cognitæ, & repræsentatæ per speciem, per modum objecti, *quod*, nam loquendo de primario *quo*, sive prout explicat rationem speciei, sic certum est, ut rectè advertit à S. Tho. hic §. *Prima difficultas*, non pertinere ad illam relationes, immò nec attributa, sed sola essentiam, nam sola illa ut dictum est, habet rationem objecti *quo*, vel speciei repræsentantis. Sed difficultas est, an legitimè ex hoc inferatur primariò tantum se ipsam repræsentare, ac proinde primariò cognosci, cœtera verò divina tantum mediatè. vel secundariò, ut dicunt Autores secundæ sententiæ, an verò etiã trahat illa ad primariam repræsentationem per modum objecti *quod*, ex eo quod divina sunt, ut sustinent Posteriores relati, & favet Mag. Catalam ubi supra, & dub. 2. ibidem in solutione secunda ad primum, & solutione etiam ad secundum, & videtur magis conformis doctrinæ Thomisticæ supra de visione, & infra de Trinitate contra illam Scoti plura inferentis contra Thomistas ex eadem ratione secundarii in attributis, vel relationibus divinis. De mente autem D. Thom. non satis constat, nam licet certum sit, ut vidimus, ab eodem excludi creaturas à ratione primaria objectiva, sive per modum objecti *quæ*, sive *quod*, non tamen ità expressè determinat de his perfectionibus divinis, quamvis rationes ejus videantur non leviter urgere in favorem nostræ conclusionis, ut attentè consideranti, & ab oppositis argumenti facilè constare poterit.

Ratione prob. primò ex discrimine proximè assignato. Nam hoc versatur discrimen inter verum creatum, & increatum, quodcumque sit, quod divina essentia respectu illius est ratio cognoscendi non solum, ut species intelligibilis, sed etiam ut objectum priùs cognitum, respectu verò istius tantum ut species, ut suppono ex communi consensu, quia nempè illud est aliquid extraneum, istud verò idem cum illa, & ut aliquid ejus, sed ex hoc rectissime infertur illud tantum, & non istud pertinere posse ad lineam secundariam in ratione objecti, ergo salvo eodem discrimine nequeunt attributa, sive absoluta, sive relativa pertinere ad lineam objectivam secundariam. Prob. mi. quià ex hoc legitimè infertur, quod hæc omnia divina pertineant ad eandem intelligibilitatem objectivam cum essentia, nam hac ratione non indigent habere illam ut rationem cognoscendi per modum objecti prius cogniti, sed tantum per modum speciei, in quo maxime discriminantur à creaturis; at non stat convenire in eadem intelligibilitate objectiva, & pertinere ad distinctam lineam objectivam, sive cum ordine objecti primarii, & secundarii, ut patet ex terminis, ergo supposito eodem discrimine optimè infertur ad lineam primariam omnia pertinere.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio ex alio discrimine, quod assignat idem laudatus Mag. solutione relata ad secundum, Nam hoc iterum est discrimen in essentia divina inter se ipsam ut communicabilem notionaliter, & paternitatem; & inter se ipsam ut habet rationem speciei intelligibilis respectu sui, & ut habet eam respectu relationum (& à fortiori respectu aliarum absolutorum,) quòd quia priori modo est inter utramque distinctio licet non realis saltem virtualis, non tamen posteriori, potest communicari filio non communicata paternitate, non tamen potest communicari, vel uniri intellectui, ut ratio videndi se ipsam, non communicata, vel non unita, ut est ratio videndi relationes, & consequenter alia divina, ergo nequit in hac ratione constituere distinctam intelligibile cum aliis divinis per modum primarii, & secundarii, Prob. consequentia, quia ad hoc esset necessaria prefata distinctio, sicut necessaria est ad priorem præcisivam communicationem &c.

Urg. ulterius ex eodem ibidem præoccupando iterum solutionem recurrentem ad distinctionem virtualem inter eandem essentiam, & attributa, vel relationes. Nam ideo prior communicatio sui potest esse præcisiva, non verò posterior, quià hæc fit sub eodem indivisibili conceptu excludente omnem distinctionem etiam virtualem, non verò posterior, quià esse rationem videndi convenit essentiæ sub indivisibili conceptu absoluto cõmuni tribus relationibus, ergo (quid quid sit sub alia ratione, vel consideratione,) in ratione intelligibilis non ponit in numerum cum aliis divinis itaut admittere possit ordinem primarii, & secundarii.

Denique urgeri, & explicari poterat ex eodem dub., & concl. relatis ad art. 2 alio simili in divinis. Nam licet eadem essentia aliquo modo distinguatur ab aliis divinis, & hæc etiam inter se, & præcipuè relationes, vel personæ; nihilominus quia sub eodem indivisibili, & communi conceptu effectivè concurrunt ad extra, omnis earum efficientia indivisibilis est, & communis toti Trinitati non solum ex parte principii, aut rationis agendi, quæ semper est una, & eadem in omnibus personis, sed etiam ex parte effectus, quià necessariò, & æqualiter est ab omnibus illis, ergo quia pariter eadem essentia sub eodẽ indivisibili conceptu omnia divina repræsentat, ejus repræsentatio non solum erit una, & eadem, vel æqualis ex parte sui in ratione speciei, & rationis videndi, sed etiam ex parte objecti, sive omnium divinorum excluso quocunque ordine primarii, & secundarii non obstante tali distinctione.

Dices, his omnibus, quòd licet essentia Divina sic diuersimodè repræsentet verum creatum, & increatum, & illud sub eodem conceptu, adhuc tamen, ut virtualiter distincta ab attributis necesse est ut primò, & per se repræsentet se ipsam, alia vero divina ratione sui, si semel sola illa habet rationem speciei, unde licet omnia conveniant in ratione intelligibilis

gibilis divini, non tamen æquè primò, & per se, sed sicut existunt ratione essentiæ, & supponunt eam per se primò existentem, ità pariter sunt intelligibilia ratione illius, eamque supponunt per se primò intelligibilem &c.

Sed contra hoc est. Quia hæc solutio probat tantum divinam essentiam vel esse objectum primarium motivum, vel primarium per modum objecti quo, aut rationis formalis cognoscendi, non tamen adæquatè à tota linea primarii, sive quo, sive quod: nam esse præcisè cognoscibile ratione alterius, nisi aliquid superaddatur, non extrahit illud à linea adæquata primarii, vel specificativi, ergo ex præciso illo capite non sunt attributa excludenda ab illa saltam per modum objecti quod, vel terminativi; Prob. ant. Nam conclusiones de facto attinguntur ratione principiorum, & tamen objectum adæquatum primarium, vel specificativum intellectus, vel habitus scientifici non sunt sola principia, sed etiam pertinent ad illud conclusiones; immò, (ut vidimus in logicis;) non spectant principia ad idem lumen scientificum, nisi ut sunt rationes inferendi conclusiones, ut dictum est etiam supra de principiis fidei in ordine ad lumen theologicum, ergo ex eo quod attributa dicantur intelligibilia ratione essentiæ non rectè infertur esse secundariò intelligibilia.

Explic., & urg. hoc. Nam attributa, vel sunt intelligibilia ratione solius essentiæ communicando in eadem intelligibilitate, & immaterialitate, vel distincta, & sibi propria, sed neutro modo excludi possunt à ratione objecti primarii, vel specificativi ergo: mi. quoad secundam partem, quam contendit Illustriss. Godoy, cui tamen displicet prædicta solutio, aut ratio, (qua aliqui utuntur ad probandam oppositam sententiam) quoad suppositum illius, ex eo quod licet actualitas existentiæ, una, & eadem sit in omnibus attributis, & relationibus, eò quod omnia existunt per existentiam essentiæ, actualitas tamen entitativa multiplicatur in illis, virtualiter quidem in attributis, & realiter in relationibus, nam prout distincta ab illa existentiæ est idem cum entitate, & attributa, & relationes ratione illius, quod superaddunt essentiæ sunt entitates reales; & entitas virtualiter multiplicatur in attributis, & in relationibus realiter: constat autem, quod immaterialitas non consistit in actualitate existentiæ, sed in actualitate essentiæ, vel entitatis, ergo attributa, & relationes non sunt immaterialia formaliter ratione solius essentiæ, quam transcendentaliter claudunt, sed etiam ratione illius, quod superaddunt essentiæ sic impugnat suppositum solutionis, licet fateatur posse habere vires, & quidem efficacem in hac suppositione, quod non multiplicetur immaterialitas, ac proindè, nec intelligibilitas in attributis, & relationibus, quam tamen reputat falsam; Unde quoad eandem secundam partem (stante adverso istius supposito, quod utraque multiplicetur.) videtur prædicta ma. minus posse subsistere, ut vel ipse oppositæ sententiæ præcipuus defensor ultrò consentit, adeout prædictam solutionem, vel rationem omittat convictus ex superiori argumento de illius insufficacia. Prob. ergo sic. Supposita distincta immaterialitate, & intelligibilitate in attributis, & relationibus, jam non sunt formaliter talia ratione solius essentiæ, ergo optimè pertinare possunt ad objectum primarium, & specificativum, sicut hac ratione dicimus mobile accidētale in probabilissima sententia Thomistarum pertinere ad objectum primarium, & specificativum Philosophiæ, quia ex propriis, secundum quod distinguitur à substantiali habet mobilitatē radicalem, & non est tale ratione solius substantialis, ut latè ostendimus in. Primò Physicorum. Tum quia intelligibilitas illa attributorum est intelligibilitas actus puri, & summè in se identificata cum essentiali, & aliquid ejus, qua ratione non indigent ad sui manifestationem, [ut dictum est] essentia ut objecto, vel medio prius cognito, sed tantum, ut specie, sed nequit pertinere ad lineam secundariam respectu intellectus, & cognitionis summè actualis, ut statim à fortiori etiam constare poterit ex paritate intellectus creati respectu sui objecti.

Deindè prob. eadem mi. quoad primam partem, quod sit eadem, inqua idem Illustriss. fatetur habere efficaciam. Quia non stat habere eandem intelligibilitatem, & non pertinere ad idem objectum, estò intelligibilia, & cognoscibilia sint ratione illius, ut à fortiori patet in exemplo allato conclusionum respectu principiorum, cum sint solum, ut dictum est ratione illius, ut speciei cognoscibilia. Tum quia, ut subtiliter docet infra D. Thom. qu. 42. ar. 4. ad 1. ex D. Hilario 9. de Trinitate non licet arguere minoritatem in Filio, estò aliquomodo Pater autoritate donātis sit, aut dici possit major, quia unum, & idem esse donatur, ergo supposita eadē intelligibilitate in attributis nequit legitimè inferri minoritas, [ut sic dicamus] objectiva, seu ratio secūdarii in illis, estò ab illa, seu ratione illius intelligibilia, aut cognoscibilia sint.

Denique impugnatur solutio, & urgentur hæc omnia. Unum præcisè terminare cognitionem ratione alterius non arguit illud excludi à ratione adæquata primarii terminativi, ergo ex eo quod attributa, & relationes dicantur terminare divinam cognitionem ratione essentiæ non rectè infertur pertinere ad objectum illius secundarium. Prob. ant. Ex hoc tantum convinci potest, quòd sola essentia per se primò terminet, non tamen quod sola illa adæquet vel impleat rationem objecti primarii terminativi, ergo non convincitur cætera Divina terminantia ratione essentiæ pertinere ad objectum secundarium cognitionis Divinæ; prob. ant. ratio objecti primarii terminativi non adæquatur ex solo objecto per se primò, aut ratione sui terminante, sed ex omnibus communicantibus in eadem primaria ratione objectiva, ut iterum patet in superiori exemplo conclusionum, & principiorum, & inductivè in quolibet scibili constituto ex eisdē conclusionibus, & principiis, ergo cognoscibilitas ratione alterius præcisè non arguit rationem secundarii in objecto cognito, & maximè in divino, & actu puro, ut ulteriùs dicemus ratione seq.

2. Prob. concl., & urg. præcedens ratio cum suis replicis. Intellectus Divinus non est minus universalis in sui primaria tendentia, vel specificativa in ordine ad intelligibile Divinum, & sibi proportionatum, quàm sit creatus in sua, sed hic habet pro sui primario, vel specificativo intelligibile abstrahens à creato, & increato, ergo divinus à fortiori habebit intelligibile divinum abstrahens ab essentiali, & attributali, seu comprehendens utrumque: ma. videtur certa, quia licet intellectus divinus utpotè summè actualis nequeat primariò, & specificativè se extendere ad omne id, ad quod se extendit creatus utpotè potentialis, & ideò indigens accipere speciem ab omni eo, quod potest primarium sui tendentiam terminare sive creatum, sive increatum sit, non debet

D tamen

tamen majoram amplitudioem habere in ordine ad omne intelligibile summè actuale, quale ast omne divinum sibi proportionatum, & ideotificatum, & in eadem immaterialitate, & intelligibilitate commonicans cum esseotia, ut aliquid ejus, ut dictum est; ma. verò latè constat ax soperioribus, & ex communi jam doctrina Thomistarum extendente iotellectum creatum secuodum sui habitudioem specificativam, vel coaptatiooem esseotialem ad ens, ut sic, ac proindè etiam ad Deum clarè visum modo explicato ex D. Tho. locis relatis ergo.

Explic., & urg. hoc Quæ convanioot in eadem intelligibilitate, & immaterielitate pariter conveniont in eadem ratione objecti primarii, vel specificativi, sed omnia Divina sic conveninnt, ergo pariter conveoiunt in eadem ratiooe objectiva primaria, vel specificativa saltam per modum objecti terminetivi. Mi. patet Inductivè, nam ratio objectiva (de qua est sermo) attenditur secuodum meritum, vel mensuram intelligibilitatis, & iotelligibilitas, secundum mensnram immaterialitatis; ma. vero etiam constat ex dictis, nam sive dicamus habere attributa propriam, aut distinctam immaterialitatem, sive eandem cum essentia, objectivè tamen, & repræsantativè uniuntur sub uoo, & eodem conceptu non admittente latitudioem primarii, & secundarii in ratione objecti terminativi, ut ostensum est ergo.

Dices ex doctrina Doctissimi Recentioris esse discrimen, quòd intellectus divinus cum non ex indigantia, sed ax summa sui perfectione, & actualitate tendat ad objectum sui primarium, vel specificativum, oon tenetur primariò, vel specificativè tendere ad omne summè actuale, ut sunt omoia divina, sed solum ad illud, quod ità est summè actuale in linea entis, quod absque distiociooe virtuali, sit suum esse per se subsistens, sive ad illud quod est proportionatum ad fundandum esse intelligibile divinum, adeoque esse intelligibile per modum actus purissimi, cujus scil. intelligibilitas proxima, & formalis sit suum intalligi, sicut idem intellectus est suum intelligere, hoc autem est sola essentia Divina, quæ sola est ens ità actuale in lioea eotis, ut sit suum esse absque distiotione virtuali, ac per consequens illa sola erit primarium intelligibile, quia verum, sau esse iotelligibile sequitur eos, ut ejus passio. Cæterum intellectus creatus, quod ità se extendat ad universale intelligibile abstrahens à creato, & iocreato licèt hoc ei conferat ad maximam sui dignitatem, id tamen etiam oritur ex sui indigentia, quia cum, ut io superioribus dicebamus ex D. Tho., & Cajet. infra qu. 79. ar. 2., primò, & simpliciter sit potentia passiva, (quia revera objectum nil omninò patitur, aut recipit ab iotellectu, sed potius intellectus natus sit pati, & recipere ab objecto aliquid, quo fiat in actu ad eliciendam intellectionem) tenetur se extendere specificativè ad omne id, à quo potest per se primò recipere, & perfici. ut est idem intelligibile ut sic in eadem santentia, unde ex hac ejus extensiona non est inferreuda similis amplitudo specificativa, vel primaria respectu intellectus divini in ordine ad omnia divina, vel ad intelligibile divinom abstrahens ab essentiali, & attributali, sive absolutò, & relativo, sed attendendum est meritum essentiæ, in ratione entis tali modo summè actualis, ut requiritur ad objectum formale primariom iotellectus di. vini &c.

Sed hæc solutio licet egregia, & valdè subtilis sit, non videtur tamen evadere vim argumenti facti, Nam quamvis essentia sit per se primò, aut sola illa tale ens summè actuale, vel immateriale, aut iotelligibile, sive fundans intelligibile divinum, alia oihilominus divina communicaot io eadem immaterialitate, & intelligibilitate, & sunt immediatè repræsentabilia in ratione objecti quod, vel terminativi, ut dictum est ergo sicut hac ratione intellectus creatus (salvo aliàs discrimine ab increato) se extendit specificè ad omoia in eadem sui ratione specificativa, communicantia, estò aliàs tam longè inter se distantia, optimè poterit intellectus divinus primariò, aut specificativè terminare ad omne intelligibile Divinum, Ant. patet ex dictis. Nam omnia divina conveniunt io eodem indivisibili gradu actus puri, & sub eodem conceptu repræsentaotur in ratione objecti ab ipsa essentia, ut specie intelligibili, ut explicetom est. Cons. verò etiam constat quia stante eadem identitate in gradu, & repræsentabilitate per speciem divinam, non videtur assignabilis ratio sufficiens ad dandam latitudinem primarii, & secundarii, ut iterum patet superiori exemplo priocipiorum, quia licet ista per se primò, & sola illa ut sunt rationes inferendi siot talia in rationa objecti scientifici, & fundent scibilitatem cooclusionum, non tamen eadem sola sunt objectum formale, vel primarium, vel specificativum scientiæ, ergo nec sola essentia erit objectum primarium, & specificativum intellectus, aut cognitionis divinæ.

§. IV.

Solvuntur Argumenta contra primam Conclusionem.

1. Arg. fundemẽto Durandi (& simul invertitur posterior ratio concl. 2.) Quò aliqua potentia est perfectior, eo habet universalius objectum, sed intellectus divinus est perfectissimus, ergo habat objectum universalissimum, ac per consequens ens abstrahens à creato, & increato, & non præcisè increatum: utraque cons. patet ax terminis, mi. est certissima, & ma. constat etiam inductivè, & ratio est, quia quò est perfectior est etiam universalior, sed quò est univarsalior habet objectum univarsalius ergo. Tum quia ut arguebamus iu favorem secundæ conclusioois ex eo intellectus cratus habet objectum universalissimum, quia est cæteris perfectior, & universalior ergo.

Urg. hoc quia quò est perfectior exigit perfectius objectum, sed illud quò est universalius est perfectius, aliàs idem intellectus creatus non haberet objectum cæteris perfectius ergo si intellectus divinus est infinitè perfectior, ac proindè cæteris uoiversalior non erit limitandus ad solum intelligibile divinum, sed extendendus ad verum abstrahens à creato, & increato.

Ad hoc dico in primis, quòd loquendo in subjecta materia sive de objecto primario, vel specificativo, de quo modo loquimur; videtur ab omnibus solvandum, nam si semel id, ad quod universalior, aut perfectior potentia se extendit, debet esse primum, & specificativum objectum illius, jam nullum poterit assignari respectu ejusdem, objectum extensivum distinctum à specificativo, sed utrumque erit perpetuò confuodedũ, quod est contra booam Metaphysi-

phisicam, quia cum potentia, ut dicebamus, sit per se primò nata perfici à sui objecto primario vel specificativo, si semel quid distinctum est, & certum sit non esse per se primò natam perfici à quocunq;, ad quod se extendit, tenentur omninò utrumque distinguere, alterum veluti principale, & primarium, alterum vero secundarium, quod dicit ordinem ad illud, ut in superioribus explicatum est. Ex quo evidenter infertur non posse intellectum divinum respicere aliquid distinctum, vel creatum, vel permissivè se habens ad illud tanquam sui objectum primarium, & specificativum.

Pro omnibus ergo dist. ma. Eò universalius habet objectum specificativum, vel extensivum conc., præcisè specificativum, aut primarium nego: immò ex sui maxima perfectione, & actualitate (ut in casu) impeditur habere illud non quidem à tota sui latitudine, sed primaria, vel specificativa, quia nempè teneretur aliquid perfectionis accipere ab illo, utpotè realiter distincto; nec essentia divina, ut dictum est, contineret in ratione veri omne verum, si semel in vero, vel intelligibili divino sistere non posset intellectus divinus tanquam in sui primario objecto, vel specificativo quod est alienum.

Ex quo poterat iterum distingui ma. cum Illustriss. Godoy hic §.4.& aliis. Eò universalius in continendo, conc., in prædicando nego, nam ex quo intellectus divinus est perfectior tantum inferri potest, quòd habeat objectum, seu verum universalius per modum continentiæ, & causalitatis, quòd nempè contineat, & causet omne aliud verum, quod est verissimum, non tamen per modum prædicationis, quòd nempè latiùs prædicetur, scil. tam de ente creato, quam increato, quale est abstrahens ab utroque; hoc enim summè ejus perfectioni, vel actualitati repugnat, ut dictum est. Unde hoc ipsum, quod est immaterialitatis infinitæ, & in actu puro debet ei correspondere intelligibile primarium, & ejusdem immaterialitatis, nam primarium objectum est illud, quod primò, & per se correspondet, & coaptatur potentiæ, & ejus actui, ac proindè est ejusdem rationis cum illa, siquidem perficit, vel specificat illam, & non supponit aliud magis primarium, quod illi correspondeat; constat autem, quod intelligibilitas creaturæ, ut fundatur in entitate creata est limitata, & finita, unde impossibile est immediatè, & per se correspondere intellectui, vel intellectioni immaterialitatis, & perfectionis infinitæ, qualis est divina. Per quæ patet ad ea quæ afferuntur in probationibus utriusq; præmissæ, & ad paritatē intellectus creati.

Ad confirm. similiter dist. mi. Quò universalius in prædicando nego, in continendo, vel causando conc. & neg. conseq., quia intelligibile divinum semper est universalius hoc posteriori modo, & per exclusionem totius potentialitatis, quam non excludit altera universalitas se extendens ad intelligibile creatū, quod potentiale est. Unde prior universalitas fundatur in potentialitate, posterior vero in actualitate.

Sed instas. Illud universale est perfectius, quod est magis abstractum abstractione formali, sed ens in communi ut abstrahit à creato, & increato, est magis abstractum abstractione formali, ergo est perfectius. Ma. patet inductivè in objectis scientiarum, & ex dictis in logicis, & in Primo Physicorum, & alibi, quia cum abstractio formalis sit abstractio formæ à materia, vel actus à potentialitate, quò est major hæc abstractio, eò est major immaterialitas, & actualitas, ac proindè ma. perfectio. mi. verò probatur quia ens sic in communi abstrahens à creato, & increato est objectum Metaphysicæ, sed objecta scientiarum constituuntur abstractione formali, ut ibidem explicatum est; consistit enim illorum abstractio in immaterialitate passiva, quæ relinquitur in illis ex vi abstractionis activæ, qua per intellectum depurantur à materia, quæ impedit eorum cognitionem ergo.

Urg. hoc, Nam ens sic abstractum, seu commune creato, & increato nequit in nostra sententia præscindere objectivè à perfectionibus suorum analogatorum, sive utriusque extremi analogati, ergo magis abundat de perfectione. Prob. conf. quia eo ipso, quod objectivè non præscindit, actu formali continet perfectiones utriusque, ergo magis abundat de perfectione, conf. tenet, quia ens increatum actu formaliter tantum continet perfectiones divinas, ergo abstrahens ab utroque magis abundat de perfectione.

Huic instantiæ in subjecta materia neg. in primis suppositum ma.; quòd respectu entis divini possit dari abstractio formalis, uam cum sit actus purus nulla potest in illo supponi materia, aut potentialitas, à qua abstrahatur, unde duplex illa abstractio, quam assignavimus in physicis scil. potentialis, qua totum potentiale abstrahit à suis inferioribus, vel partibus subjectivis, & alia formalis, qua abstrahit forma à materia, solum potest admitti respectu entis creati.

Deindè claritatis gratia dist. mi.; est magis abstractum abstractione formali, positiva respectu utriusque nego, positiva respectu creati, & negativa respectu increati conc.; Ad prob. dist. mi. constituuntur abstractione formali, positiva, vel negativa conc., præcisè positiva neg., ut enim explicavimus in logicis inter scibilia sicut datur aliquod tam minimæ entitatis, ut nullam includat, vel concernat materiam nisi solam denominationis, ut est ens rationis; aliud vero tantæ actualitatis, ut sit actus purissimus scil. Deus; utrumque in ratione scibilis, illud nempè logici, & istud Metaphysici dicitur abstrahere ab omni materia negativè, quatenus nullam important, tamen alterum propter maximam sui imperfectionem, alterum vero propter summam sui actualitatem, unde scientiæ, quæ tractant de illis, considerant puram rationem formalem objectivam, ut logica rationem directivi operationum intellectus, & Metaphysica communem rationem entis secundum rationem explicitam, non attendendo in illis ut terminantibus sui tendentiam, aliquam potentialitatem. Unde licet eadem ratio communis entis objectiva Metaphysicæ sit ratio formalis, ac proindè veluti forma respectu utriusque extremi etiam increati non tamen physica, vel metaphysica respectu istius, sed purè objectiva, cum nulla sit ista potentialitas à qua possit abstrahi.

Ad confirmationem nego conf. ad prob. dist., continet actu formali explicito, quasi puram tantum explicet perfectionem utriusque neg., implicito cum explicita potentialitate, & determinabilitate, conc., nam prout sic tantum explicat rationem communem essendi determinabilem per utramque rationem creati, & increati, quas contrapositivè ad gradum genericum, actu implicitè includit, non quidem eminenter, sed magis explicitè potentialiter, cum explicet rationem determinabilis cum inclusione extremi potentialis, per quod ut tale contrahitur, in quo maximè differt abente increato, quod constitutivè formaliter importat rationem en-

tis actualissimi, utpotè divini, unde quidquid continet etiam de perfectione creata, eminenter actualissimè continet sine omni potētialitate, sive physicè, sive logicè, aut metaphysicè, ac proindè infinitè superat in perfectione prædictum ens in communi.

2. Arg. (& potest esse replica) Ens ut sic, sive commune creato, & increato, sive abstrahens ab illis est verum cognoscibile primariò, & ratione sui, ergo ità cognoscitur ab intellectu divino, ant. constat quia ità de facto cognoscitur ab intellectu creato; conseq. vero prob., quia intellectus divinus omnia cognoscit secundum quòd sunt cognoscibilia, ergo si ens ut sic est verum cognoscibile primariò, & ratione sui, de facto ità cognoscitur ab intellectu divino, Ant. constat, quia perfectissimè omnia cognoscit, ergo cognoscit, ut sunt cognoscibilia.

Ad hoc ex dictis dist. ant., est primariò cognoscibile, & ratione sui respectu cujuscunque intellectus neg., respectu intellectus, qui potest perfici ab illo conc., & neg. consequentiam, nam cum intellectus divinus sit actualissimus, & nullo modo perfectibilis ab aliquo creato, vel objecto intelligibili sicut est intellectus creatus, (qui ut dictum est, per se primò, vel simpliciter est potentia passiva nata perfici, aut specificari ab objecto;) nequit omnino per se primò, aut specificativè respicere aliquod intellegibile creatum, unde solū respectu intellectus creati potest ens ut sic esse per se primò, aut ratione sui intelligibile, & tantum secundariò, sive ut aliquid contentum in primario, sive in vero increato respectu divini. De quo adhuc infra inquirendo an possit Deus creaturas immediatè in seipsis cognoscere, in quo fundantur Autores scientiæ mediæ.

Sed instas. Ab intellectu divino attingitur per se primò principale analogatum entis ut sic, scil. verum increatum, ergo etiam ab illo est attingibile primariò, & ratione sui ens ut sic. Prob. consequentia quia inferiora contenta sub aliquo objecto attinguntur ratione objecti, vel ratione superioris objectivæ continentis, ergo si ab intellectu divino attingitur per se primò analogatum principale entis ut sic, à fortiori, & istud erit per se primò attingibile ab illo.

Urg. hoc primò. Si intellectus divinus per se primò solum attingeret verum increatum Scientia Dei subalternaretur scientiæ metaphysicæ, consequens est alienum ergo. Prob. ma. quia objectum scientiæ Dei subalternaretur objecto metaphysicæ; cum verum increatum tanquā principale analogatum contineatur sub ente ut sic, quod est objectum metaphysicæ ergo.

Secundò. Nem ens, seu verum ut sic, sicut & quodlibet verum creatum licet sit analogatum minus principale includitur tamē essentialiter in principali, & primario objecto intellectus divini scil. in ente, vel vero divino ergo neutrū potest esse objectum secundarium illius. Ant. constat quia creatū cōtinetur essentialiter sub ente ut sic, & utrumque sicut in universum quælibet creatura includitur essentialiter in ente increato. Consequentia verò prob. quia objectum secundarium non includitur essentialiter in primario, aliàs per se spectaret ad illud ut patet, ergo non stat verum increatum per se primò attingi ab intellectu divino; & tantum secundariò creatum, vel ens ut sic.

Huic instantiæ cum suis confirmationibus, sicut & principali arg. iterum dico in primis esse solvendum ab omnibus, quia etiam probaret non esse in scientiis, vel potentiis distinguendum, vel assignabile objectum secundarium, vel extensivum distinctum à primario, vel specificativo, sed utrumque esse perpetuò confundendum in illis, quod tamen est falsum, ut patet in intellectu nostro, & eadem scientià metaphysica respectu suorum objectorum, quorum neutrum per se primò, aut specificativè importat ens commune anti reali, & rationis, (ut explicatur in metaphysicis,) sed illud tantum secundariò, vel extensivè; & tamen per se primò, aut suo modo ratione sui est intelligibile, scil. à logica, cujus est specificativum; & deindè etiam dicitur per attributionem, aut dependentiam à principali analogato, quod est ana reale objectum primarium metaphysicæ, & includitur etiam aut continetur sub ente ut sic, quod est objectum intellectus. Per quod etiam solvitur aliud argumentum, nempè quòd ad objectum adæquatum potentiæ, vel scientiæ debet pertinere omne illud, quod attingitur ab illis. Solum enim probat pertinera, vel ad primarium specificativum, vel ad secundarium, aut extensivum, scil. juxtà meritum sui, vel juxta illud scientiæ, & potentiæ.

Resp. ergo ad instantiam neg. conseq., ad prob. dist. ex superioribus ant. si attingantur secundum sibi propria formaliter, & expressè neg., si ut confunduntur à ratione superioris conc., & neg. cons. quià ens divinum, quod est principale analogatum non attingitur ab intellectu divino, ut confunditur à ratione entis ut sic (sic enim attingitur à metaphysica, vel ab intellectu nostro ut in superiori tractatu de visiona explicatum est) sed secundum sibi propria, seu secundum rationem purissimam actus, qua transcendit omnia divina, quæ non convenit enti ut sic, utpote potentiali, ut dictum est.

Ad primam confir. neg. ma., ad prob. dist. & simul explico ant. subalternaretur objecto metaphysicæ stricta, ant propria subalternatione neg., largè accæpta pro aliquali continentia, ut nēpè confundi potest sub illa ratione entis in communi transeat, vel conc., sed hoc non satis est ad veram, & propriam subalternationem unius scientiæ respectu alterius, aliàs quælibet scientia deberet verè, & propriè subalternari metaphysicæ, unde requiritur ulterius, quòd subalternata accipiat principia à subalternante, ex quibus suas conclusiones deducit, ac proindè sit imperfectior illa, & ità exigat objectum contentum, vel inferius ad illud superioris scientiæ, quòd nequeat alàs continera illud nobiliori continentia, quæ repugnant verificari de divina scientia, & illius objecto respectu metaphysicæ, & objectū illius, sivè entis ut sic, nam neque accipit principia ab illa, sed ex divina essentia, In eaque cognita, ut specie intelligibili cognoscit immediatè omnia divina, & cognita etiam ut objecto, immediatè, vel secundariò omnia creata, ut dictum est · nec ullo modo imperfectior est, sed infinitè illam excedene; Et licet ens divinum dicatur in prædicando inferius ente ut sic, quia nempè istud prædicari potest de quocunque sui analogato, sive creato, sive Increato, est tamen superius actualitate, & causalitate, & consequenter perfectiori continentia, cum omnia inferiora ejus eminentissimè contineat, & producere possit.

Ad secundam, quæ potest esse replica, & retorqueri

queri contra precedentem immediatam doctrinam & solutionē, respondetur distinguendo claritatis gratia ent. continetur effectivè, seu tanquam in principio effectivo, à quo omnia inferiora analogata essentialiter dependent conc., objectivè, ut communicans in eadem immaterialitate, & intelligibilitate neg. ant., & conseq.: Ad illius prob. dist. eodem modo ant., non includitur essentialiter objectivè, seu ut communicans in eadem ratione formali cum primario conc. aliter neg. præcipuè in subjecta materia, in qua primarium, utpotè primum eos simpliciter, & actualissimum est terminus à quo essentialis dependantiæ omnium inferiorum ad eos ut sic: ex quo tamen nequit inferri primaria attingibilitas in illo respectu intellectus divini, sed quòd solum necessariò attingatur, secundariò tamen juxtà meritum objecti potentialis, & extranei, vel distincti à linea divinitatis.

Val poterat de isto etiam distingui cum Illustriss. Godii hic ad tertium, quòd si sumatur secundum omne id, quod implicitè includit, tunc dici potest quòd cognoscatur ab eodē intellecto divino partim primariò, scil. secundum sui principale analogatum, quod est Deus, partim verò secundariò, prout nempè includit creaturas: si autem accipiatur secundum id præcisè, quod explicat, tunc non cognoscitur omninò primariò, nec propriè secundariò ab eodem.

§. V.

Solvuntur Argumenta contra secundam.

PRimò, & principaliter arg. ex Illustriss. Godii hic §. 7. Illud est objectum formale primarium alicujus potentiæ, quod ratione sui ab illa attingitur, & cætera ratione illius, sed essentia divina, ut virtualiter distincta ab attributis ratione sui attingitur ab intellectu divino, attributa verò, & relationes ratione essentiæ, ergo hæc sola est objectum primarium terminativum: ma. prob. simul, & expl. Nam quia ens reale ut sic ratione sui attingitur à nostro intellecto, alia verò sub illo contenta attinguntur ratione illius, ans reale ut sic est objectum ejus formale specificativum, vel primarium nostri intellectus. Similiter quia coloratum lucidum ut sic ratione sui attingitur à potentia visiva, hoc autem, & illud coloratum ratione lucidi colorati, lucidum coloratum ut sic est objectum formale primarium potentiæ visivæ, & sic de aliis potentiis, & habitibus, ergo; mi. autem pro prima parte constat, Nam essentia divina ratione sui est species, qua illam intellectus divinus intelligit. Tum quia essentia divina est summè proportionata cum intellectu divino, nec excogitari potest, quid illi desit, ut ratione sui attingatur ab illo.

Quod autem ratione essentiæ attingantur alia ab intellectu divino prob. primò. Nam quia divina essentia est infinita simpliciter in ratione speciei non solum est ratio cognoscendi se ipsam per modum speciei, sed etiam creaturas, & omnia alia, quæ cognoscuntur à divino intellectu, sed etiam in ratione objecti cognoscibilis, & repræsentabilis est infinita simpliciter, ergo non solum est ratio objectiva cognoscendi seipsam, sed etiam omne objectum cognoscibile ab illo.

Secundò. Quia namque ens reale ut sic ratione sui cognoscitur à nostro intellectu, & aliàs per transcendentiam includitur in omni entitate creata est illi ratio sufficiens cognoscendi quamlibet entitatem creatam, sed divina essentia, ut distincta ab attributis ratione sui cognoscitur ab intellectu divino, & aliàs transcendentiam omnem perfectionem, & formalitatē divinam, sive relativam, sive absolutam, ergo est ratio objective cognoscendi omnem divinam formalitatem intellectui divino.

Tertiò. Nam ratio, ob quam in opposita sententia ens divinum commune per transcendentiam logicam omnibus prædicatis divinis hoc habet, quòd ratione sui hujusmodi prædicata divina attingantur à divino intellectu, est quia in illis per intimam transcendentiam imbibitur, sed divina essentia, ut ab attributis distincta etiam includitur per intimam transcendentiam in attributis, & relationibus, licet non logica, sed physica transcendantia (de quo agit infra de Trinitate qu. 38.) ergo ratione illius possunt attributa, & relationes attingi ab intellectu divino.

Quarto. Nam ideo divina essentia est intellectui divino ratio ex parte objecti cognoscendi creaturas, quia illas continet eminenter, sed etiam continet eminenter attributa, & relationes, ergo est ratio intellectui divino terminationis ad illa. §. Denique quid quid non ratione sui, sed ratione essentiæ repræsentatur intellectui divino per speciem, qua redditur ad intelligendum fœcundatus, non ratione sui, sed ratione essentiæ cognoscitur, sed attributa, relationes, & creaturæ non ratione sui, sed ratione essentiæ ræpræsentantur intellectui divino, ergo ratione essentiæ non sui cognoscuntur ab illo. Conf. tenet, & ma. constat, nam idem ordo servatur in terminando cognitionem, ac terminando repræsentationem, unde quia ens rationis non per propriam speciem, sed per speciem antis realis secundariò repræsentatur, non primariò, sed secundariò ab intellectu nostro cognoscitur, nec alia ratione creaturæ secundariò cognoscuntur à Deo, nisi quia secundariò repræsentantur per speciem, qua divinus intellectus intelligit ergo; mi. autem prob., nam species, quæ non est per se primò ordinata ad repræsentandum, sed ad essendum, primò repræsentat se, alia autem ratione sui, vel quia eminenter, aut radicaliter continet, vel quia in illis intimè includitur, vel quia cum eis identificatur, sed divina essentia, ut distincta ab attributis, (quæ sola est species, qua divinus intellectus intelligit,) non est per se primò ordinata ad repræsentandum alia, (hæc enim ordinatio est imperfectio soli anti intentionali cōveniens,) ergo primò repræsentat se ipsam alia autem ratione sui, vel quia illa eminenter continet nempè creaturas, vel ratione continentiæ radicalis, vel ratione transcendentiæ, ut attributa, & relationes, & consequenter hæc omnia non ratione sui, sed ratione essentiæ repræsentantur intellectui divino.

Expl. hoc ex eodem, & arg. primò. Quia nemque substantia Angeli non est species per se primò ordinata ad repræsentandum, primariò repræsentat seipsam proprio intellectui, proprietates autem, & cæteras perfectiones non ratione illarum, sed ratione sui: sed divina essentia non est ordinata per se primò ut repræsentet, ergo per se primò repræsentat seipsam, attributa verò, & relationes, & siquæ

sunt

sunt aliæ divinæ formalitates non ratione illarum, sed ratione sui, ut in illis inclusæ transcendentaliter, vel ut illa radicaliter continentis repræsentat intellectui divino.

Confir., & urg. secundò. Quia creaturæ cognitæ à Deo non uniuntur ratione sui ut species cum divino intellectu, non repræsentantur ratione sui, sed ratione essentiæ, sed attributa, & relationes non uniuntur ut species ratione sui, sed ratione essentiæ divinæ, ergo non ratione sui, sed ratione essentiæ repræsentantur.

Denique confir. Quia si attributa, & relationes ratione sui repræsentantur per speciem, qua divinus intellectus intelligit, & non ratione essentiæ, quâ transcendantaliter claudunt, vel in qua radicaliter continentur non solum essent objectum formale terminativum, sed etiam motivum, hoc non admittitur etiam à contrariis, ergo. Prob. sequela. Ad rationem objecti motivi non exigitur, quod se ipso uniatur per modum speciei, nec quòd causet efficienter speciem impressam sui, sed sufficit, quòd ratione sui repræsentetur per speciem, ut constat in uno Angelo, quatenus ab alio cognito, qui absque dubio obtinet rationem objecti motivi, & tamen nec unitur per se ipsum intellectui alterius, ut species, nec efficienter causat speciem sui residentem in illo, sed à Deo immediatè infunditur, ut cum Div. Tho. docent communiter Theologi infra qu. 55. ar. 2. & 56. art. 2.; sed ideò solum sortitur rationem objecti motivi, quia ratione sui repræsentatur per speciem à Deo infusam, ergo si attributa, & relationes ratione sui pro eo, quod addunt essentiæ repræsentantur per speciem, qua divinus intellectus intelligit, non solum sunt objectum formale terminativum, sed etiam motivum intellectus divini &c.

Ad hoc quod est unicum ejusdem Doctissimi Viri fundamentum, ut ab eodem latè proponitur expositum, patet ex superioribus causalem assumptam in ma. non esse adæquatam nisi aliquid superaddatur, unde cognoscibilitas, & repræsentabilitas attributorum ratione divinæ essentiæ, quam in favorem mi. sic fusè probat., & confir., non videtur sufficiens ad excludendum à toto genere primarii (quidquid sit de primario per modum objecti quo, vel motivi) si semel communicant in eodem indivisibili gradu immaterialitatis, & consequenter intelligibilitatis cum divina essentia, in quo infinitè distant à creaturis, utpotè potentialibus, & non tantum ab illa distinctis, sed etiam ut extraneis à tota linea divinitatis, vel actus puri, & propterea, ut vidimus, non tantum comparatur divina essentia, ut species respectu earum, sed etiam ut objectum prius cognitum, ac proindè meritissimè extrahuntur ab adæquata linea objecti primarii, sive ut *qua*, sive *quod*, aut terminativi. Et licet alia prædicata divina dicantur habere distinctam immaterialitatem, vel intelligibilitatem, sicut, & entitatem, veluti materialiter sumptam (præter quàm quòd est perpetuò immaterialitas actus puri) non tamen formaliter, vel in ratione objecti, aut repræsentabilis, quia immaterialitas, vel intelligibilitas, aut cognoscibilitas pro formali non sequitur ad entitatem quomodocunque, ut patet in ente rationis, quantitate &c., quæ licet sint quid diminutum, vel secundum quid, tamen sunt cognoscibilia, vel scibilia simpliciter, & pertinere possunt ad lineam objecti primarii; sed ut subsistat in casu conceptus repræsentationis, qui unus est, & indivisibilis respectu essentiæ, ut speciei repræsentantis eadem divina, ut explicatum est, qua ratione supra de visione ad argumentum contendens posse absque contradictione videri essentiam non visis attributis, quiâ nempè distinguuntur inter se, saltem virtualiter, & contra dictio debet esse ejusdem de eodem formaliter, & virtualiter, respondemus, quòd licet ita sit materialiter gaudere tali distinctione, formaliter tamen, & in ratione objecti indivisibiliter uniri sub eadem ratione videndi, immo etiam ex hoc ipso contendit Scotus contra Thomistas posse solam essentiam videri aliis divinis non visis, quià sola illa habet rationem objecti primarii, alia verò divina secundarii. (Quid quid iterum sit, quod insufficienter probet ex hoc capite cum primarium videri nequeat omninò, sine secundariò, si in ratione objecti habeat necessariam connexionem cum illo ut ibidem ostensum est.) Nihilominus Adversariis faciliùs occurrimus, & statuta ibi, & alibi nostra principia fortiùs sustinentur si omnia hujusmodi divina ad lineam objecti primarii saltem terminativi reducimus, & solas creaturas ad secundariam tanquam pertinentes ob latissimum discrimen relinquimus. §. In forma, ergo ad argumentum, vel neg. ma., vel claritatis gratia dist., & simul explico illam, & cætera ratione illius, illud solum neg., illud & cætera, quæ communicant in eadem immaterialitate, & intelligibilitate, vel gradu illius, & repræsentantur ut idem cum illo, & ut aliquid illius sub eodem indivisibili conceptu conc., & dist. mi., attributa, & relationes ratione essentiæ cognoscuntur, & repræsentantur hoc posteriori modo, conc. aliter neg. Unde ad omnes illius probationes dicimus ità esse, quòd alia divina cognoscuntur, & repræsentantur ratione essentiæ non tamen ut aliquid extraneum, aut deficiens ab immaterialitate objectiva, sed ut aliquid illius, & ut idem objectum cum illa per modum actus purissimi licet secundum peculiares sui conceptus non adæquent eandem immaterialitatem, & intelligibilitatem objectivam. §. Ex quo solum inferri poterat, ut dictum est, quòd sola essentia habeat rationem objecti *quo*, vel motivi, non tamen adæquati terminativi, vel quod sola essentia per se primò terminet intra hanc lineam terminativam primariam, non tamen adæquate, quia ut ostensum est; lii per se primò non præcisè dicitur relativè ad secundariò, sed vel ad secundariò, si nempe aliud, quod cognoscitur, vel attingitur ratione alterius per se primò attacti, deficiat ab eadem immaterialitate, vel intelligibilitate objectiva, vel non communicet omninò cum illo intra eundem gradum, ut sunt in casu omnia alia à Deo; vel ad rationem alterius intra eandem tamen immaterialitatem, vel gradum illius ut sunt attributa, & relationes, sicut dictum est de majoritate Patris in ratione donantis, quæ non arguit minoritatem in Filio accipiente, quia non accipit cum defectu, & dependentia, ut accipiunt creaturæ, sed cum omnimoda identitate in essendo, unde solum potest inferri ordo intrà eandem lineam objectivam, non per modum primarii, & secundarii, sed per se primò, & non per se primò, sed ratione alterius intra eandem primariam, ob identitatem, vel æqualitatem immaterialitatis, & intelligibilitatis; sicut intra lineam essendi tantum infertur ordo, non majoris, & minoris, sed originis vel habendi à se, & ab alio ob.

iden-

identitatem ipsius esse, quod communicatur Filio à Patre, ut subtilissimè ubi supra insinuat D. Thom. & patet etiam in exemplo sæpè relato de principiis respectu conclusionum in ratione scibilis.

Ex quo etiam inferimus, quòd argumentū videtur peccare à superiori ad inferius affirmativè, quia cognoscibilitas, vel repræsentabilitas unius ratione alterius habet præfatā latitudinem duorum extremorū, & non, unius tantū sicut illam habet accipere esse ab alio, quod quidem videtur à fortiori urgere contra eos, qui non agnoscunt distinctam immaterialitatē in attributis ab illa essentiæ, sicut communiter fatemur utrobique eandem existentiam, qua primò denominatur existens, vel existit essentia, & ratione illius attributa, non per modum iterum primarii, & secundarii, vel alicujus obliqui sed ordine quodam ad tollendam confusionem nostro modo concipiendi inter eadem divina intra hanc lineam præcipuè à toto genere existendi.

Et per hæc etiam patet disparitas inter cætera cognoscibilia, quæ ex eo, quod ratione alterius cognoscuntur, dicuntur pertinere ad lineam secundariam; id enim contingit, quia deficiunt, vel non communicant in eadem omninò immaterialitate objectiva, saltem quoad modum participandi, ut contingit in Angelis, ut dictum est. Unde eorum essentia, ut dicebamus; non solum ut species intelligibilis est ratio cognoscendi proprietates, sed etiam ut objectum priùs cognitum, quod non contingit in essentia divina respectu aliorum divinorum, sed tantum respectu creaturarum, & ideò mirum non est si dicantur pertinere ad objectum secundarium cognitionis eorum, sicut pertinent creaturæ ad secundarium cognitionis divinæ.

Et per hæc etiam patet ad cætera, & ad confirmationes in favorem ejusdem mi., & argumenti. Nam quod specialiter dicit in prima, quòd essentia divina non sit per se ordinata ad repræsentandum, sed ad essendum; militat præcipuè in ordine ad objectum extraneum, vel creatum, à quo divina cognitio, ut dictum est, speciem capere non potest, unde non tantum repræsentat ut species, ut vidimus; sed etiam ut objectum prius cognitum, ac proindè, ut aliquid extrà lineam divinitatis, vel cognoscibile extraneum, & ut liberè repræsentabile pro hoc, vel illo statu juxtà meritum decreti ad dandum, vel non dandum illi esse, ut ostendimus infra, & in hac qu. & ad 59., Cæterum Divina cum sint idem, & aliquid sui, intra eandem immaterialitatem actus puri, nata sunt per illam primariò repræsentari saltem in ratione objecti terminativi, unde etiam comparatur ad illa tantum ut species, & non objectū priùs cognitum, in quo etiam est discrimen, ut dictum est, ab essentia Angeli, & suas proprietates quæ utpotè accidentia sunt extra lineam essentiæ, ac proindè quid magis pertinens ad lineā secundariam, unde essentia comparatur ad illas, ut dictum est; non tantum ut species, sed etiam ut objectum priùs cognitum.

Ex his etiam ad secundam nego causalem, sed quia sunt aliquid extraneum, nec pertinent ad eandem immaterialitatem, nec sub eodem conceptu repræsentantur, ac proindè nec uniri possunt, (quāvis hoc præcisè non obstet ut dictum est) nec repræsentari, ut aliquid pertinens ad lineam primariam.

Ad 3. similiter dicimus non sufficienter excludi attributa à linea primaria, vel immediata, in ratione saltem objecti terminativi, sed ulteriùs requirebatur non pertinere ad eandem immaterialitatem, & identitatem conceptus, ut explicatum est.

2. Etiam principaliter arg. argumento jam insinuato ex alio jam relato doctissimo iterum, atquè Eminētiss. Viro, & potest esse replica. Sola essentia, ut virtualiter distincta ab attributis, & relationibus est per se primò intelligibilis à divino intellectu, ergo objectum formale primarium terminativum istius est ipsa sola, conseq. patet, & ant. prob.; non minus essentia divina est perfectissima in linea existibilis, quàm in linea objecti intelligibilis, sed ob sui perfectionem in linea entis existibilis essentia divina primò, & per se existit per divinum esse; attributa verò, & relationes existunt ratione essentiæ, ut primò, & per se existentis, ut communiter docetur à Thomistis infra de Trinitate, ergo pariter sola essentia est primò, & per se intelligibilis per divinum intelligere, cætera verò intelliguntur ratione essentiæ.

Confirmat hoc, & explicat (ut inquit) à priori, Objectum formale primarium terminativum divini intellectus est illud, quod ità est summè actuale in linea entis, quod absque distinctione virtuali sit suom esse per se subsistens, hoc est sola essentia Divina, ut patet ex dictis, ergo, prob. ma. objectum formale divini intellectus est illud ans, quod est proportionatum ad fundandum esse intelligibile divinum, adeoque esse intelligibile per modum actus purissimi, cujus scil. intelligibilitas proxima, & formalis sit suum intelligi, sicut intellectus divinus est suum intelligere, sed hoc esse nequit nisi ens ità actuale in linea entis, ut sit suum esse absque distinctione virtuali, nam verum, seu esse intelligibile sequitur ens, cujus est passio, ergo quod non est suum esse in actu ultimo essendi absque distinctione virtuali nequit primò, & per se fundare esse intelligibile divinum, quod absquè distinctione virtuali est ipsum intelligi.

Ad hoc patet ex dictis, quòd præcisa cognoscibilitas, vel repræsentabilitas ratione alterius non est sufficiens maximè in divinis, ut dictum est, ad subtrahendum à linea primarii aliquod ex illis, nam sive eandem habeant immaterialitatem, ut videtur argomentum supponere ex paritate existentiæ, quæ est eadem indivisibiliter in omnibus divinis; sivè distinctam, ut contendit ubi suprà Illustr. Godnii, in nullo tamen eorum est deficiens, aut declinans à ratione actus purissimi, ac proindè nec deficere potest à ratione objecti primarii per descensum ad lineam secundarii, nam linea objectiva sequitur meritum immaterialitatis, ut fatemur omnes; unde non stat, quòd omninò conveniant sine ullo defectu, ant obliquitate, ut sic dicamus, in purissima ratione actus, & non conveniant in eadem ratione objecti saltem primariò terminativi; & licet essentia dicatur ratio cognoscibilitatis, vel repræsentabilitatis eorum non tamen quasi extraneæ, sed suæ, seu perpetuò divinæ in nullo à sua deficientis, sed communicantis in eodem indivisibili gradu purissimi actus, & sub eodem conceptu indivisibili, (ut explicatum est,) omnia illa repræsentando, non secundum latitudinem speciei, & objecti priùs cogniti ut contingit respectu creaturarum ab eadem immaterialitate deficientium, sed præcisè per modum speciei, ut aliquid sui, & ut objectum summè conveniens cum se ipsa, unde ex eo quòd illa sola sit species repræsentans, vel ratio cognoscendi per modum speciei, tantum inferri potest, ut dicebamus; quod illa sola habeat rationem objecti primarii per modum motivi, vel objecti, quo

non

non tamen quòd impleat illa sola rationem objecti primarii à toto genere illius, sicut (ut in simili vidimus ex D. Thom.) ex eo quod solus Pater sit principium non de principio dans esse Filio dicatur quodammodo major juxtà D. Hilarium, scil. authoritate Donantis, non tamen infertur aliqua, vel minima minoritas respectu ejusdem Filii, quia idem omninò esse sine ullo minimo defectu communicat illi: sicut ergo in linea essendi ex hac majoritate nulla in divinis inferri potest minoritas, nec pariter in linea cognoscibili, vel objectiva ex primitate illa essentiæ inferri potest obliquitas aliqua, vel ratio secundarii in illis, si semel etiam ità est, ut tangitur in confirmatione argumenti, quòd verum, seu intelligibile, vel cognoscibile sequitur ens &c.

Ex his ad arg. poterat primò negari suppositũ ant. quòd in ratione objecti gaudeant distinctione virtuali, ut supra etiam insinoatũ est ex M. Gatalam, nã licet inter essentiam ut communicabilem, & paternitatem v. g. sit virtualis distinctio non tamen inter eandem ut habet rationem speciei intelligibilis respectu sui, & ut habet eam respectu relativorum, quià sub eodem conceptu indivisibili, sub quo est ratio videndi se ipsam, est etiam ratio videndi relationes, & consequenter cætera divina ad eandem illius lineam absolutam spectantia, quia esse rationem videndi, ut dictum est, convenit essentiæ sub conceptu absoluto communi tribus relationibus, ac proindè omnibus divinis, quod videtur ab omnibus Thomistis concedendum, si semel velimus magis repugnare communicari essentiam intellectui, ut rationem videndi seipsam, quin communicetur ut ratio videndi relationes, quam communicari notionaliter Filio non communicata paternitate; aut nisi iterum velimus, ut supra, posse à beatis unum divinum videri alio non viso, distinctione virtuali impediente contradictionem, quæ debet esse ejusdem de eodem formaliter, & virtualiter.

Sed deindè ex his claritatis gratia dist. ant. Sola essentia divina est per se primò intelligibilis à divino intellectu, per modum objecti *quo*, vel motivi conc. à toto genere primitatis objectivæ, vel per modum objecti *quod*, aut terminativi neg., ad prob. similiter dist. mi. per se primò existit, per modum rationis existendi, aut ut *quo* conc. à toto genere existendi, aut ut *quod* modo, quo infra explicatur de Trinitate nego, sicut enim, ut proximè iterum dicebamus ex D. Tho., licet Pater sit principium dans esse Filio, nulla tamẽ arguitur obliquitas in hoc genere respectu Filii, nec ulla potest argui respectu aliorum divinorum ex eo, quòd dicatur natura, vel essentia ratio existendi, vel cognoscendi respectu eorum, cum sit perpetuò idem esse, & eadem intelligibilitas, vel immaterialitas, & quamvis esset aliquo modo distincta, ut contendit Illustris. Godoy, est tamen omninò conveniens in eadem purissima actualitate divini gradus immaterialitatis, quod satis est pertinere ad lineam primariam saltem terminativam, ut probatum est. Et patet ibidem in linea subsistendi, quæ licet sit distincta, vel multiplicatur relativa non tamẽ cum aliqua obliquitate, vel ordine primarii, & secundarii à toto genere subsistendi.

Ad confirm. (quæ potest adhuc esse replica) dist. eodem modo ma. terminativum adæquatum, vel à toto genere terminativi primarii, nego, inadæquatum, vel per modum rationis terminandi, vel cognoscendi conced. Ad probat. distin. similiter ma. objectum formale *quo*, vel motivum conc., *quod*, vel primarium adæquatum neg., & dist. mi. sed hoc, scil. formale *quo*, vel motivum conc. *quod*, vel primarium adæquatum nego, nam cum cætera divina ut sæpe dictum est, communicent in eadem porissima actualitate objectiva, sub eadem repræsentatione divinæ essentiæ, ut speciei, & sub eodem indivisibili conceptu non possunt jure excludi à toto genere primarii saltem in ratione terminandi; sicut quia in eodem lumine scientifico communicant conclusiones scibiles cum principiis, esto ab istis fundetur earum scibilitas, jure excludi nequeunt à ratione adæquata objecti specificativi scientiæ.

3. Arg. ex eodem, (& coincidit cum superioribus, & adhuc potest esse replica,) & ex aliis. Sola essentia divina est primò, & per se repræsentabilis per speciem, qua divinus intellectus intelligit, attributa vero, & relationes repræsentantur ratione ejusdem essentiæ in quantum scil. in ea radicaliter continentur, & sunt realiter idem, ergo sola essentia divina est primò, & per se intelligibilis à divino intellectu, patet cons., quia objecta eundem ordinem servant in terminando cognitionem, quem habent in terminando repræsentationem speciei intelligibilis, qua divinus intellectus fœcundatus intelligit; propterea creaturæ sunt objectum secundarium divini intellectus, quia secundariò repræsentantur ut tradit D. Th. Primo cont. gent. cap. 49. Antec. in quo est difficultas prob. species intelligibilis, qua divinus intellectus intelligit est sola essentia divina ut virtualiter à cæteris distincta, sed hæc non repræsentat primò, & per se nisi seipsam, cætera vero ratione ejusdem essentiæ, ergo, prob. ma. sicut divinus intellectus, est simpliciter infinitus in linea intelligendi, ita essentia divina in linea repræsentandi, ergo sicut in Deo intellectus divinus non simplicissimus etiam virtualiter se extendit ad omne intelligibile, ità una species etiam virtualiter ad omne repræsentabile, sed hæc species nulla alia formalitas divina jure esse debet, quàm essentia divina, quæ cũ contineat radicaliter, vel virtualiter eminenter omnia est sufficiens ratio repræsentãdi omnia ergo species intelligibilis &c. Prob. mi. species intelligibilis, quę primò, & per se non est ordinata ad repræsentandum, sed ut sit, primò, & per se repræsentat se ipsam alia vero solũ in quantum cum ipsa connectuntur, ut patet de substantia Angeli, quę est species intelligibilis Angeli ad intelligendum se ipsum, hæc enim, quia non est per se primò ordinata ad repræsentandum, sed ad essendum, primariò repræsentat id, quod ipsa primò est, & secundariò repræsentat, quæ secundariò pertinent ad suum esse, puta sua accidentia, sed essentia divina, quæ ut probatum est, est species intelligibilis, qua Deus intelligit, non est ordinata, primò & per se ad repræsentandum, sed ad essendum, ordinatio enim ad primò, & per se repræsentandum est imperfectio propria entis intentionalis, & diminuti, ergo species intelligibilis, qua Deus intelligit primò, & per se repræsentat solam essentiam divinam.

Ad hoc patet etiam ex dictis solũ concludere posse divinam essentiam primò, & per se tantum repræsentare se ipsam, ut rationem formalem cognoscendi vel modũ objecti *quo*, non adæquati ut *quod*, vel adæquati primarii, quia ut toties dictum est, sub eodem indivisibili conceptu, sub quo est ratio videndi, aut cognoscendi se ipsam, est etiam cognoscendi alia divina, unde nequit esse ibi latitudo, vel ordo primarii, & se-

& secundarii à toto genere primarii. §. In forma ergo dist. ant. sola essentia est primò, & per se repræsentabilis, à toto genere primitatis, vel objecti primarii, nego, primarii *quo*, vel ut ratio videndi conc. Ad prob. nego, suppositum ma., quòd prout sic, seu in hoc genere repræsentativo, aut intelligibili, vel objectivo distinguatur virtualiter, ut ostensum est, undè ad illius probationem dicimus ità esse, quòd una in se simplicissima se extẽdat ad omne repræsentabile, sicut unus simplicissimus intellectus divinus se extẽdit ad omne intelligibile, negamus tamen, quòd sit idem ordo primarii, & secundarii ad alia intelligibilia, & repræsentabilia divina respectu ipsius, & intellectus, sicut est ad intelligibilia creata, ob latum discrimen, & rationes adductas. Vel aliàs dicamus, quòd non tantum comparetur, ut species ad illa ut ad objectum secundarium, sed etiam ut objectum priùs cognitum, sicut comparatur ad creatoras, & essentia Angeli ad suas proprietates, ut explicatum est, quod non est admittendum, nisi velimus non tantum se habere eadem divina, ut aliquid secundarium, sed etiam ut extraneum, sicut se habent intelligibilia creata respectu illius, vel proprietates, aut accidentia angelica à linea essentiali, vel substantiali, ut dictum est. §. Nec refert, ut dicebamus, quòd sit essentia Divina per se primò nata ad essendum, non præcisè ad repræsentandum, nam etiam alia Divina sunt per se primò nata ut repræsententur saltem per modum objecti terminativi ob prædictam identitatem in immaterialitate, & indivisibilitate conceptus sub quo ab illa repræsentantur, eò vel maximè quòd in Deo idem est esse, & intelligere, nec ibi est *aliquod* quasi extraneum, ut contingit in creaturis: qua ratione quod per se primò est ut sic scil. substantia, nequit per se primò esse ordinatum ad operandum, seu principium per se primò, vel immediatè operativũ, quia operatio in creatura, utpotè accidens comparatur ut aliquid extraneum, & ignobilius, à quo substantia, vel ens per se sine præjudicio proprii conceptus, vel perfectionis speciẽ capere non potest, ut aliàs teneretur, si esset per se primò, vel immediatè operativa; cæterum ex opposito in Deo sicut quia actio ibi est substantia potest immediatè esse à principio substantiali, salvo omni conceptu ejus, ità & essentia Divina sine sui detrimento poterit immediatè, vel primariò alia repræsentare, quidquid sit in ordine ad intelligibile creatum, nam solum in ordine ad istud infertur incõveniens specificationis, vel propriæ perfectionis præjudicium, si semel illud primariò, vel immediatè repræsentaret, quia nempè est aliquid extraneum, ad quod nullũ Divinum potest hanc habitudinem dicere salvo sui conceptu, ut etiam constabit infrà. Per quod patet ad cætera adducta in argumẽto.

Sed contrà hæc omnia instas ex doctrina ejusdem in solutione ad confirmationem tertii. Licet omnia Divina conveniant in eadem ratione, & conceptu visibilis absolutè, non tamen in ratione visibilis primò, & per se, ergo ex identitate conceptus, vel etiam immaterialitatis saltem in gradu non rectè infertur identitas primariæ cognoscibilitatis, & repræsentabilitatis de omnibus illis; ant. supponit ex rationibus adductis in utroque superiori argumento. Tum quia si semel ob eandem indivisibilitatem, & identitatem pertinent ad eandem rationem primarii terminativi, poterit etiam inferri, quòd pertineant ad eandem motivi, vel si est latitudo non obstante eadem identitate, quòd non pertineant ad illam motivi, ut nos cum aliis ejusdem nostræ sententiæ admittimus, poterit illa non obstante salvari, quòd nec pertineant ad illam terminativi; & revera intuitu distinctionis virtualis, qua distinguuntur ab essentia videtur salvari primum, ac proindè, nec erit deneganda inter illa in hoc genere, sed magis virtute ejusdem salvari etiam poterit secundum.

Urg. hoc ex eodem ibidem assumendo discrimen inter eadem divina, & creaturas. Nam licet ità sit non posse illa pertinere ad objectum secundarium, eo modo quo pertinent istæ, salvo nihilominus jure Divinitatis eorum, seu infinito excessu supra istas, adhuc optimè possunt pertinere ad lineam secundarii, ergo, prob. ant. quia licet pertineant ad lineam secundarii, adhuc tamen stat latissimum discrimen inter utrumque secundarium creatum, & increatum, ergo, Prob. ant. quia objectum verè, & propriè secundarium potentiæ, vel habitus, aut actus non est quodcunque pertinens ad lineam secundarii, sed quod non includit ex se, vel in se intrinsecè objectum formale primarium, sed ab eo realiter distinguitur, ut patet de proximo respectu charitatis, & de eisdẽ creaturis respectu intellectus divini; sed attributa, & relationes includunt in se per summam identitatem, & trãscendentiam realem, ipsam essentiam divinam, ergo, licet non possint ex eodẽ jure divinitatis eo modo pertinere ad secundarium, quo creaturæ, scil. rigorosè, aut verè, & propriè, non tamen extrahi ab adæquata linea secũdarii, nempè per modum objecti materialis contenti intrinsecè sub objecto formali: sicut album, & nigrum dicuntur objecta materialia visus, quia continentur intrinsecè sub lucido colorato ut sic, quod est objectum per se primò visibile, vel sunt proprietates metaphysicæ, aut modi intrinseci objecti formalis quapropter (inquit) dici possunt objectum primarium, prout istud dici potest omne, quod contradistinguitur ab objecto verè, & propriè secundario, quod scil. attingitur ratione alterius à se realiter distincti &c.

Huic instantiæ dist. eodem modo ant., non tamen visibilitatis primariæ, nego, primariæ motivæ, vel rationis videndi, ut explicatum est concedo, Ad illius probationes, quas primò supponit, jam sufficienter responsum est. Ad aliam verò quæ superadditur, nego sequelam, quia optimè stat posse aliqua pertinere ad lineam objectivam primariam, non tamen eodem modo, ut patet iterum in superiori exemplo principiorum, & conclusionis, undè licet ex identitate in immaterialitate, vel ratione formali objectiva, & indivisibilitate conceptus rectè inferatur convenientia in ratione primaria, ut etiam patet in pluribus scibilibus communicantibus in eadem formali ratione objectiva, ut dictum est, de mobili substantiali, & accidentali, non tamen eodem modo, vel æquè principaliter, nam cum divina essentia sit radix omnium, & sola obtineat rationem speciei, eadem sola pertinebit ad lineam primariam per modum motivi, vel objecti *quo*, aut rationis videndi, quia tamen alia divina communicant in eadem immaterialitate, & repræsentabilitate, nec minimum ab illa declinantes, aut diminutè, vel confusè, aut deficienter in illa communicantes, sicut contingit in exemplis in confirmatione adductis, excludere nequit à toto genere primarii alia divina sola illa eandem implente, qua ratione similiter principia, quia fundant scibilitatem conclusionum sola obtinẽt munus rationis formalis, quia tamen conclusiones communi-

municant in eadem formali ratione excludi nequeūt à toto genere primariæ scibilitatis, solis principiis illam adæquantibus. Quidquid sit, quod distinctio virtualis aliàs esset sufficiens, si semel in hac ratione objectiva, vel repræsentativa admitti posset, sicut admittitur inter illa, veluti subjectivè, vel materialiter, & nihil aliud obstaret secundariæ eorum attingibilitati.

Et per hæc etiam patet ad confirmationem, nam licet creaturæ potissimè excludantur à ratione objecti primarii cognitionis Divinæ, quia sunt aliquid extraneum, & distinctum non includens in se objectum formale primarium, hinc tamen ulteriùs excludendæ sunt à toto genere primarii quomodocunque, quia nulla via communicare possunt in eadem formali ratione primaria objectiva, ut similiter contingit in objecto secundario charitatis, sive proximo,& aliis hujusmodi,in quo summoperè deficere possunt omnia alia exempla potentiarum actū, & habituum &c. in creatis; cæterum ubi est summa æqualitas, communicatio, & identitas maximè in linea objectiva communi omnibus, ut adest in divinis, admitti nequit hæc latitudo à toto genere primarii per distinctionem primarii, & secundarii, sed de his iterum §. seq. Alia argumenta, quæ infra etiam tanguntur de Trinitate, & supra etiam insinuata sunt de visione, videri possunt apud M. Io. à S. Thom. hic §. ult. & apud Mag. Ferre.

§. VI.

Corolarium circa objectum motivum divinæ cognitionis.

Ex dictis inferimus solam essentiam esse objectum formale quo,seu motivum Divinæ cognitionis. Nam sola essentia, ut vidimus, per modum speciei intelligibilis est ratio videndi omnia Divina, ergo sola illa est objectum formale quo, vel motivum cognitionis divinę,hoc enim est munus istius objecti,ut cætera ratione sui attingantur juxtà eorum conditionem, ut explicatum est, vel secundariò, aut extensive, si nempè in ratione formali, vel objectivà nō communicant cum illo, vel adhuc primariò, scil. à tota linea primarii, si communicant, ut contingit in casu, essentia Divina se habente tantum ut ratione videndi, vel cognoscendi per modum speciei intelligibilis, non objecti priùs cogniti, ut utroque modo se habet respectu creaturarum. Idque patet inductivè discurrendo per omnia objecta potentiarum creaturum.

Explicatur hoc. Quia ut in superioribus dicebamus, Objectum formale *quo*, seu ratio videndi omnia divina per modum speciei intelligibilis vel motivi debet esse quid commune,& primū in linea cognoscibilium,aliàs non posset ratione sui ea repræsentare, & movere ad illa videndum, sed hoc tantum convenit Divinæ essentiæ, ut per se patet, nam cætera divina; vel non sunt quid commune, ut relationes, vel non sunt, aut non concipiuntur ut primum,ut alia absoluta; Tum quia in ipsa essentia continentur relationes saltem eminenter virtualiter tanquam in fundamento, & radice, ergo essentia per se est sufficiens ratio videndi non solum se ipsam,sed etiam relationes, ac proindè etiam cætera divina, sicut & est sufficiens ratio videndi creaturas, quæ tantum continentur eminenter in Deo. Tum quia, ut vidimus, cognitio, qua Pater producit Verbum est intuitiva essentiæ,& personarum, & tamen certum est relationem Filii, & Spiritus sancti non concurrere ullo modo ut speciem intelligibilem, aut rationem eliciendi talem cognitionem, ergo sola essentia est ratio sic videndi omnia, ac proindè sola illa erit objectum formale *quo*, seu primarium specificativum motivum. Eò vel maximè, quòd relationes, & attributa non constituunt rationem intelligibilitatis, intelligebilitas enim sequitur entitatem immediatè, non proprietates,seū attributa talis entitatis,unumquodque enim est intelligibile in quantum est ens, esse autem objectum per modum speciei convenit ratione intelligibilitatis &c.

Quod si dicas attributa, & relationes non ratione solius essentiæ, sed ratione illiùs, quod superaddunt essentiæ habere actualitatem entitativam,ac proindè propriam immaterialitatem, & intelligibilitatem, ut censet Illustris. Godoy ubi supra, quia nempè actualitas entitativa(inquit)prout distincta ab actualitate existentiæ est idem cum entitate, attributa autem, & relationes ratione illius, quod superaddunt essentię sunt entitates reales,& entitas multiplicatur virtualiter in attributis, & realiter in relationibus, & consequenter vel debent ingredi rationem etiam objecti quo,seu formalis motivi respectu cognitionis sui, vel adæquatè subtrahi à linea primaria objectiva etiam per modum objecti *quod*, sola essentia implente illam.

Respondetur in primis, hinc potius ab eodem, & ab aliis ejusdem sententiæ, vel ei consentientibus inferendum esse,non posse sic distingui peculiarem immaterialitatem, & intelligibitatem illis convenientem, ut contradistinguuntur ab essentia, nisi velint tot esse species impressas in Divinis, quot sunt attributa, quod nullus Theologorum admittit. Nam ex eo essentiaDivina dicitur habere rationem speciei intelligibilis, vel impressæ respectu sui, quia se ipsa est intelligibilis ratione propriæ immaterialitatis, ergo si unumquodque attributum est intelligibile ratione immaterialitatis sibi peculiaris, & non immaterialitatis solius essentiæ, quodlibet erit species intelligibilis, vel impressa respectu cognitionis sui.

Sed deindè pro omnibus admisso adhuc eodem modo dicendi resp. id non sufficere ad multiplicandā rationem speciei intelligilis, vel impressæ in divinis ad multiplicationem attributorum, sed esse munus solius essentiæ. Tum quia ut dicebamus in ratione cognoscibilis non ponunt formaliter, nec virtualiter in numerum cum essentia, sed sub eodem indivisibili conceptu sine distinctione virtuali repræsentantur, ac proindè non est necessitas multiplicandi rationem speciei, quam ipsi essentiæ negare non possumus, ut probavimus, sed tantum materialiter se habere prædictam eorum immaterialitatem, non formaliter, & specificativè per modum objecti *quo*, sicut in simili insinuavimus in Primo Physicorum, quod non quæcumque immaterialitas in objecto attendenda est in ordine ad specificandum, sive quæ illi tantum materialiter convenit, sed quæ habetur ex vi abstractionis à materia, ut ibidem explicatum est; unde nec est attendenda hìc in ordine ad specificandum per modum objecti quo immaterialitas, secundum quam dicuntur virtualiter distingui ab illa essentiæ, sed secundum quam indivisibiliter conveniunt indivisibilitate etiam virtuali,

quæ

quæ soli essentiæ primò, & per se aut ratione sui convenit, ac proinde sola illa habebit rationem speciei intelligibilis sofficienter ad repræsentandum seipsam, & cœtera divina. Tum quia ratio speciei intelligibilis in divinis juxtà meritum cognitionis Dei omnium indivisibiliter comprænhensivæ, debet esse, ut dictum est, quid commune, & primum, quod nequit aliis divinis, vel eorum peculiari immaterialitati, aut intelligibilitati ut distinctæ ab illa essentiæ convenire.

Si verò ad hæc dicas, quòd superaddita prædicta peculiari immaterialitate in illis, & semel admissa in Deo, (ut revera admittitur,) scientia à priori respectu suorum, attributorum, obstare nequeat prædicta indivisibilitas cognitionis divinæ, cum non repugnet scientiæ à priori, quod una specie impressa repræsententur principia, & alia specie repræsentur conclusiones, ut patet in scientia de homine, per quam à priori scimus esse risibilem, disciplinabilem &c. in qua scientia diversis speciebus cognoscimus hominem ab eis, quibus cognoscimus esse risibilem, disciplinabilem &c. Undè nec repugnabit eadem scientia, & immaterialitate admissa, quòd alia specie cognoscat Deus suam essentiam, & alia cognoscat sua attributa.

Resp. ex dictis, quòd cum in divinis, ut vidimus, non sit repræsentatio per modum speciei, simul & objecti prius cogniti respectu alicujus prædicati divini, sicut respectu creaturarum, sed tantum per modum speciei cum summa identitate objectiva, & gradus immaterialitatis, non est sic strictè accipienda scientia à priori, ut possint distinctis speciebus repræsentari id, quod se habet ut radix, & id quod se habet ut radicatum, vel proprietas, ut contingit in creatis, esto admittatur ibi peculiaris immaterialitas, vel intelligibilitas in radicatis, seu in opinione admittenta illam quia est eadem in omnibus per modum actus purissimi, si valimus esse divinam, sed quia salva adhuc eadem summa actualitate, est ordo non penes primariom, & secundarium à tota latitudine primarii, ut dictom est, sed radicis, vel à priori, & radicati sine omni defectu, vel minoritate, ut sic dicamus; objectiva, sofficienter ad fundandam præfatam scientiam, ut explicabitur infra, sicut est ordo originis, seu producentis, & producti in linea personali sine omni pariter defectu, vel minoritate intra illam ob identitatem ipsius esse ut dictum est.

Sed contra hæc adhuc instas. Nam ad rationem objecti formalis motivi, vel specificativi non sufficit, quòd sit quid commune, in quo omnia divina ob identitatem realem cum illis cognoscantur, sed debet esse aliqua ratio communis objectiva, sub qua esdem divina cognoscantur, ut patet in cœteris objectis formalibus specificativis; at essentia divina sub ratione essentiæ, seu radicantis alia divina non importat hanc rationem formalem objectivam, sub qua omnia illa cognoscantur, sed magis sub ratione entis divini, nam illud est, quod formaliter dicitur de omni divino, non essentia, vel munus radicis, quod tantum identicè convenit cum illis, ergo non essentia, sed ens divinum erit objectum formale quo, seu motivum specificativum divinæ cognitionis.

Respondist, claritatis gratia mi. sub ratione essentiæ inadæquatè sumptæ transeat, adæquate neg., nam sumpta adæquatè non præcisè importat munus radicantis, sed etiam rationem entis per se primò, & ratione sui summe immaterialis, & actualis, quod formaliter convenit omnibus divinis, suo tamen ordine ut dictum est, sive originativè, vel derivativè ab illa, sicut dicimus de existentia, quæ primò habet convenire eidem essentiæ, deindè cœteris divinis secundum ordinem, unde sive habeant, vel non habeant peculiarem immaterialitatem, quia tamen habent derivativè ab illa, & eadem ratio entis sommè immaterialis primò essentiæ convenit, hæc sola obtinet rationem formalis specificativi per modum objecti *quo*, vel motivi, licet non extrahantur alia divina ab adæquata ratione primarii, seu objecti specificativi ut *quod*, ex eo quòd habeant convenientiam formalem cum illa in eadem ratione entis, vel gradus summè immaterialis, & actualis.

Ad hæc tamen omnia in alio modo dicendi non multiplicante prædictam immaterialitatem peculiarem in attributis, sed quod ab ipsissima immaterialitate, qua divina essentia dicitur immaterialis, pariter attributa dicantur formaliter immaterialia, responderi potest, & salvari præsta ratio objecti motivi in sola essentia, quam frequentiùs, & jam communiter videntur defendere Thomistæ, quia hæc habet illam omninò à se, sive primò, & omnibus modis, attributa verò ratione essentiæ, licet habeant eandem formaliter, quã habet essentia. §. Naque huic formali identitati in ratione immaterialis obstat, quòd sint ab alio, nampè ab essentia, quia ut subtiliter explicat hic Mag. Farre §. 5. esse ab alio in subjecta materia stat dupliciter, vel tanquam à radice, vel tanquã a forma ordine quodam de nominante, alterum scil. primò, alterum verò ratione illius primò denominati, *quod* tamen communicat eandem sui formam, & ideo intra lineam istius, non est ordo radicis, & radicati, sed habiti ab uno primò, & per se, vel à se, & habiti ratione alterius, vel ab illo: & utriusque exemplum habetur ibi in linea subsistendi, & existendi. Primum quidem in relationibus divinis, quæ dicuntur subsistere à subsistentia absoluta, radicaliter tamen non formaliter, quia nempè subsistentiæ, scil. relativæ, quibus relationes habent formaliter subsistere, radicantur in subsistentia absoluta. Secundum in existantia, quæ non multiplicatur in divinis, unde dicuntur per istam existere attributa, non quasi radicaliter itaut existantia, qua existunt, comparetur ad existentiam, qua existit natura tanquam radicatum ad radicem, aliàs multiplicaretur in illis, sicut multiplicatur subsistentia, sed formaliter, quià nampè eadem existentia, qua primò existit essentia, deinde existunt attributa; sic pariter immaterialitas, qua primò essentia dicitur formaliter immaterialis, formaliter etiam attributa dicuntur immaterialia, itaut immaterialitas essentiæ non comparetur ut radix ad immaterialitatem attributorum, sed ut forma primò denominans essentiam, & deindè attributa, & ideò ista in hac ratione dicuntur esse ab alio non tanquam à radice, sed tanquam à forma, quod non tollit rationem objecti motivi in sola essentia, sed magis confirmat, quia illam habet ut dictum est, primò & ratione sui, alia verò non aliam habent quasi ratione sui, sed eandem, & hanc adhuc ratione essentiæ, per quòd etiam orgetiùs sustinetur principalis conclusio, quòd etiam attributa pertineant ad rationem objecti primarii saltam *quod*.

 Sed

Sed instes. Quia non stat summam immaterialitatem essentiæ sic formaliter transcendere attributa, & non multiplicari ad eorum multiplicationem, ergo nequit eadem indivisibiliter esse in omnibus illis; Prob. ant. quia quod transcendit formaliter modos, multiplicatur juxta eorum distinctionem in illis, ut patet in ente respectu suorum inferiorum, seu modorum, sive substantiæ, & accidentis, multiplicato realiter ad eorum multiplicationem, ergo si prædicta immaterialitas est formaliter transcendens saltem secundum rationem multiplicabitur in illis, conf. tenet, quia attributa comparantur ad essentiam ut modi ratione distincti.

Resp. neg. ant. ad prob. dist. ent, Quod transcendendit formaliter transcendentia potentiali, ut est illa entis conc., summè actuali ut in casu neg., quia transcendens priori modo accipit aliquam actualitatem à modis, aliàs potentiale non esset, & ideo nequit indivisibiliter suam rationem servare in illis. Posterius vero ut in casu, ex quo summè actuale est, non solum accipere nequit immò potius communicat illam suis attributis, undè optimè potest eadem indivisibiliter perseverare in illis, suo tamen ordine, ut dictum est. Sicut ergo eadem essentia, vel natura divina quia communis est tribus personis, non communicate universali, & potentiali, sed summè actuali eadem indivisibiliter, sive secundum suum esse omninò unum perseverat in omnibus illis, ita pariter summa ejus actualitas, vel immaterialitas, quia communis est, vel transcendens formaliter communitate non universali, & potentiali, sed perfectissima, eadem indivisibiliter communicatur omnibus attributis sine omni multiplicatione etiam virtuali, vel secundum rationem.

Denique instas contra principalem resolutionem. Cognitio qua Deus intuetur seipsum, habet essentialiter pro objecto specificativo formali Deum ut in se est, sed Deus ut in se est non dicit solã essentiam, sed etiam attributa, ergo omnia pertinent ab objectũ formale, & non sola essentia. §. Urg. hoc, & præoccupatur solutio de objecto formali *quo*, & *quod*. Quia nullum est prædicatum reale conveniens naturæ divinæ, ut in se est, quod realiter aliis divinis non conveniat, sed specificare divinam cognitionem etiam per modum objecti formalis *quo*, est prædicatum reale, ergo non soli essentiæ, sed aliis etiam divinis convenit.

Urg. ulterius totum hoc. Nam divina cognitio non solum est intuitiva, sed etiam comprehensiva Dei, ergo nequit habere pro objecto divinam naturam præcisivè ab aliis divinis secundum aliquem modum attingibilitatis sui, ac proinde nequit sola illa venire per modum objecti formalis *quo*.

Tertiò demum, & urg. præcedens. Quia eadem cognitio, ut comprehensiva pleniùs, ac strictiùs ad seipsam trahit naturam divinam, quam ut purè quidditativa, sed ut purè quidditativa nequit esse ad illam inadæquatè, aut præcisivè ab aliis divinis, ut latè suprà de visione ostensum est, ergo minus poterit ut comprehensiva habere illam pro objecto specificativo inadæquatè, aut præcisivè ab illis.

Resp. dist. ma. pro objecto specificativo à toto genere specificativi *quo*, & *quod* conc., *quo tantum*, vel inadæquatè neg. §. Ad primam confirmat, (quæ potest esse replica) dico in primis essa ab omnibus solvendem, nam eliàs deberet omnibus convenire esse radicem attributorum, esse speciem intelligibilem, & sic de aliis, quæ tamen soli naturæ dicuntur convenire; unde dist. ma. quod aliis non conveniet identicè conc., formaliter virtualiter neg. §. Ad secundam, (quæ potest esse iterum replica) dist. consequens pro objecto in ratione terminandi, vel etiam specificandi, ut *quod* conc., ut *quo* neg., nam aliàs non solum alia divina, sed etiam creaturæ saltem possibiles etiam secundum illud esse objectivum, quod habent distinctum à divina essentia, vel Omnipotentia deberent ingredi specificativum formale divinæ cognitionis, ut comprehensiva est, cum nequeat divina essentia, vel Omnipotentia comprehendi, illis vel omnibus habentibus necessariam connexionem cum divina essentia, vel Omnipotentia non terminantibus, ut supra de visione ostensum est, & late adhuc infra de Trinitate constabit; unde licet omnia ista exigat cognitio Dei ut comprehensiva ad sui terminationem, non tamen ad specificationem, nã ad primũ satis est ut dicant ordinem, vel necessariò connectantur cum objecto specificativo; ad secundum verò ulteriùs requiritur convenientia in formali ratione objectiva, vel immaterialitate saltem ad specificandum *ut quod*, nam ad rationem specificativi *ut quo* ulteriùs, requiritur quòd se habeat per modum rationis formalis videndi vel manifestandi seipsum, & alia ut dictum est, quod soli essentiæ convenit, (ut vidimus) sicut, & ratio speciei intelligibilis.

Ad Tertiam similiter dist. ma. pleniùs in ratione terminandi, conc., specificandi neg., & dist. mi. nequit esse ad illam inadæquatè, vel præcisivè ab aliis, in ratione terminandi, conc., specificandi neg. nam supra de visione non inquiritur de objecto illius in ratione specificandi, sed terminandi. nempè an possit videri essentia non visis attributis, vel unum sine alio, vel una persona sine alia, & in hac ratione dicimus esse impossibilem visionem præcisivam, vel inadæquatam ut ibidem ostendimus, quidquid sit, quòd Dei cognitio quidditativa, vel etiam comprehensiva possit præscindere in ratione specificandi, ut modo asserimus,

§. VII.

Expeditur altera difficultas. Andetur in Deo scientia strictè, & propriè, & respectu suorum objectorum.

Difficultas est non solum de veritatibus creatis, sed etiam de suis attributis, an detur verè, & propriè, aut strictè scientia in Deo, nam dari in illo scientiam sumptam pro cognitione certa, & evidente absque ulla imperfectione constat sufficienter ex dictis ab initio; sed quod detur propriã, & strictè contrapositivè ad communiter, non ad metaphorice, sive absque metaphora negat Vasquez tom. 1. in p. p. disp. 85. c. 7. n. 48., & supra disp. 4. c. 4. n. 9. Alii verò tantum negant respectu suorũ attributorum, seu per respectum ad se ipsum, aut de his, quæ pertinent ad se; concedunt verò respectu creaturarum, ità ex nostris Magallanes p. 1. c. 2. sequutus Ferrariam Primò contra Gent. c. 25., & Herveum quod lib. 2. qu. 2. quibus ad hæsit Nazar. hic controv. 2. concl. 1.: Hi enim præcipuè negant dari in illo de suis attributis. Alii verò etiam communiter Thomistæ affirmant tam de attributis, quam de cœ-

de cœteris veritatibus creatis. Unde in horum favoram sit.

Conclusio affirmativa cũ M. Io. à S. Tho. hic disp. 16, art. 3. Illustriss. Godoy disp. 23. M. Ferrè tract. 4. q. 1. §. 3. & alii quos sequitur Eminentiss. Ferrerius dub. 2. sumitur ax D. Tho. art. 1. ad 2. quod sic procedebat. *Scientia cum sit canclusionum est quadam cognitio ab alia causata, scil. ex cognitione principiorum, sed nihil causatum est in Dea, ergo scientia non est in Deo.* Ecce fundamentum oppositæ sententiæ negantis hujusmodi scientiam strictè dictam. Cui respondet; tunc scientiam conclusionis causari ex cognitione principiorum, quando est imperfecta, & indiget pluralitate cognitionum, sive quando principia, & cõclusiones diversis cognitionibus attinguntur, quod non cõtingit in eo, qui unico, & indivisibili actu ex parte sui utrumque attingit, undè solum probari poterat non esse in illo scientiam his seclusis imperfectionibus, non tamen quòd ab illo scientia strictè dicta excludenda sit. Verba D. Thom. sunt: *Dicendum, quòd ea, quæ sunt divisim, & multipliciter in creaturis in Deo sunt simpliciter, & unitè, ut supradictum est*, (scil. qu. 3. art. 4.) *Homo autem secundum diversa cognita habet diversas cognitiones, nam secundum quod cognoscit principia dicitur habere intelligentiam; Scientiam verò secundum quod cognoscit conclusiones; Sapientiam secundum quòd cognoscit causam altissimam; Consilium, vel prudentiã secundum quod cognoscit agibilia. Sed hac omnia Deus una, & simplici cognitione cognoscit, ut infra patebit* (scil. ar. 7. hujus q.) *Unde simplex Dei cognitia omnibus istis nominibus nominari potest, ità tamen, quòd ab unoquoque eorum, secundum quod in divinam prædicationem venit secludatur quidquid imperfectionis est, & retineatur quidquid perfectionis & secundum hoc dicitur Job. 12. apud ipsum est sapientia, & fortitudo, & ipse habet consilium, & intelligentiam.* Sic D. Tho. Ex quibus manifestè patet, quòd sicut sapientia est circa altissimam causam; (& sic de aliis) ita scientia est circa conclusiones, ergo sicut divina cognitio, quæ est circa altissimam causam verè, & propriè est sapientia, & non tantum communiter, aut metaphoricè, nisi velimus omnem hujusmodi cognitionem Deo in proprietate denegare, (quod videtur alienum,) pariter cognitio, quam habet de conclusionibus verè, & propriè, aut strictè scientia erit.

Ex hac etiam doctrina D. Tho. ne fiat æquivocatio, & ut efficaciter probetur conclusio, adverto, quòd dum ex conceptu definitivo scientiæ dicimus, quòd est rem per causã cognoscere, dupliciter id contingere potest, uno modo ex parte cognoscentis, quando scil. causæ cognitio est causa cognitionis effectus, & tunc est certum Deum non cognoscere per causam, quia omnia Deus una, & simplici cognitione cognoscit, ut ait D. Tho., unde etiam infra art. 7. ad 2. inquit, quòd *Deus non cognoscit per causam quasi prius cognitam effectus incognitos, sed eas cognoscit in causa*, qua ratione excludit discursum in illo, sicut excludimus in Angelis, ut explicatur infra; neque hoc requiritur ad rationem scientiæ strictè dictæ, nec pertinet ad rationem scientiæ ut sic, vel abstrahentis à creata, & increata, sed magis pertinet ad ejus imperfectionem, sicut similiter dicimus de potentia deficiendi, quod non est de ratione liberi ut sic, vel abstrahentis à creato, & increato, ità esse quòd possit non esse, sed tantum pertinet ad liberum creatum, vel potentiale. Alio modo ex parte rei cognitæ nempè cognoscendo unum esse causam alterius itaut causa cognita sit ratio formalis cognoscendi effectum, eadem tamen realiter, & simplici cognitione, & hoc modo Deus verè, & propriè, seu formalissimè, ac perfectissimè à parte rei cognoscit effectum per causam, quod negari non potest, cum illum cognoscat omni modo, quo cognoscibilis est, aliàs non comprehenderet, nec perfectè cognosceret, & hoc sufficere ad rationem scientiæ strictè sumptæ statim constabit. Hoc supposito,

Ratione prob. concl. Ad scientiam strictè acceptam requiritur, & sufficit, quòd sit cognitio certa, & evidens per causam, sed Deus hanc habet certissimam, & clarissimam de creaturis, ergo & scientiam strictè dictam: ma. patet ex definitione scientiæ tradita à Phil. 2. post scil., quòd scire est rem per causam cognoscere, quoniam illius est causa, & quòd impossibile est aliter se habere: mi. quòd habeat certissimam, & clarissimam non est dubitandum, nisi iterum velimus Deum non habere cognitionem perfectissimã de illis. Quod verò habeat per causam sufficienter ad scientiã strictè sumptam prob. quia sufficit habere per causam objectivè, ut explicatum est, sed Deus hanc habet perfectissimè, ergo habet quoad omnia requisita ad sciantiã strictè sumptam: mi. iterum certissima est ex dictis: ma. verò prob. Tum in Angelis, in quibus est verè strictè scientia cum sola cognitione per causam, & discursum objectivum non formalem, & priùs cognitam.

Tum quia (si etiam negent de Angelis): sicut de ratione scientiæ est cognitio effectus per causam, vel conclusionum per principia, ita de ratione electionis est volotio medii propter finem, ità enim se habent in intellectu respectu principii, & conclusionis, sivè causæ, & effectus, intelligentia, quæ est circa principia, & scientia, quæ est circa conclusionem, sicut in voluntate respectu medii, & finis, intentio, quæ est circa finem, & electio, quæ est circa media, sed de ratione electionis non est esse propter finem tam objectivè quàm subjectivè, seu ex parte volentis prius volitum, scil. per distinctam tendentiam, seu volitionem causantem electionem medii, datur enim in Deo vere ratio formalis intentionis finis, & electionis mediorum, unico, & simplici actu tendente ad utrumque, & solum objective ad unum propter aliud, sive ratione alterius, ergo pariter dabitur vera ratio scientiæ tendentis ad effectum per causam, vel ad conclusionem per principia uno, & simplici realiter actu cum sola diversitate, aut causalitate, vel illatione objectiva.

Urg. totum hoc. Ex eo esset id necessarium ex parte cognoscentis, quia scientia non est simplex cognitio objecti, sed illative ex alio, vel per aliud, ut patet ex superiori ejus definitione, sed ad habendũ verè, & propriè hunc conceptũ cognitionis illativæ nõ requiritur aliqua causalitas, vel illatio subjectiva, vel ex parte actuum cognoscentis, sed sufficit objective, vel ex parte objectorum, cognoscendo unum esse causam, vel rationem alterius, ergo cum hæc perfectissime habeatur in Deo ut dictum est, verè, & propriè erit in illo ratio scientiæ. Prob. mi. ex eo sic desideratur in nobis ex parte cognoscentis hæc causalitas, vel illatio per distinctum actum, quia intellectus humanus nequit uno simplici statim penetrare meritum, & connexionem utriusque, undè indi-

indiget ex parte sui discurrere, & inferre unum ex alio, ut parveniat ad infallibile judicium scientificum, ergo causalitas, & illatio ex parte cognoscentis magis pertinet ad imperfectionem scientiæ, quàm ad conceptum ejus quidditativum.

Urg. ulterius, & expl. hoc. Nam cognito perfectè objecto, ut infallibiliter inferibili ex alio, ut causa vel ratione à priori, perfectè habetur totum, quod desiderari potaſt ad verum, & proprium conceptum scientiæ, ut iterum patet ex eadem illius definitione, sed potest sic cognosci, immo perfectiſſimè cognoscitur à Deo quælibet veritas creata sine ulla causalitate, vel illatione formali, vel ex parte sui ut patet ex dictis cum perfectiſſimè cognoscat, (utpote comprehendens) omni modo, quo cognoscibilis est, abstractis imperfectionibus, ergo sine ista optime salvari potest in Deo verus, & proprius conceptus scientiæ. Unde rectè Phylos. in definiendo illam solum dixit, quod scire est rem per causam cognoscere non limitando ex parte cognoscentis, nec ad discursum formalem, quia revera non poterat sic limitare, nisi deprimendo ejus conceptum quidditativum, & reducendo illum ad cognitionem imperfectam, cum id solum desiderari poterat ob imperfectionem cognoscentis, quod tamen derogat ejus dignitati, cum sit perfectiſſime cognitio.

Et quidem si lumen attingens immediate principia, & in illis conclusiones, seu attingens conclusiones, verè dicitur lumen principiorum ex quo ista immediate attingit, cur lumen immediate attingens conclusiones, seu attingens illas ratione principiorum, non poterit verè dici lumen scientificum? Sic enim denominatur sceintia ab attingentia conclusionum, sicut intelligentia, quæ est lumen principiorum, ab attigentia illorum.

Difficultas ergo solum poterat esse ex parte objecti, an revera ex parte istius possit assignari talis ordo objectivus per viam causalitatis respectu omnium veritatum creatarum tam secundum illarum essentias, quàm secundum proprietates, & etiam respectu illarum, ut in singulari existentium, & præcipue militat de essentiis rerum, quæ sunt prima prædicata non supponentia aliud primum, ex quo inferri possint, vel aliquam, ex qua dependeant, cum puram important connexionem, vel habitudinem necessariam terminorum antevertentem omnem influxum causalitatis divinæ, ac proinde licet Dei cognitio perfectiſſima sit, & omnia attingat eo modo, qua cognoscibilia sunt, cum tamen non omnis veritas creata, sit objectivè cognoscibilis per viam causalitatis, non videtur posse in illo salvari respectu illarum vera ratio scientiæ, estò ad illam sufficiat sola illatio causalis objectiva.

Nihilominus hanc vere reperiri in omnibus illis probatur primò de eisdem essentiis ex his quæ latè de Cœlo, & mundo, & alibi dicta sunt. Nam veritas creata quæcunque sit, verè est aliquid de linea entis ab alio per participationem in eo statu, in quo reperitur, aliàs quid creatum non esset, vel potentiale, quod implicat in terminis, ergo de omnibus verificari debet causalitas objectiva saltem signatè, sic enim essentialiter dependent à Deo, & in ipso eminenter continentur, ut in causa efficienti, finali, & exemplari, Unde D. Tho. infra qu.21. art.4. in corp. docet, quod hominem esse hominem est propter divinam bonitatem, sicut habere animam rationalem est ad hoc, quòd sit homo, ac proinde divina bonitas est ejus causa finalis, & in 15. art. 3. ad 2. ait, quòd eorum, quæ neque sunt, neque erunt, neque fuerunt Deus habet idæam non secundum quod idæa significat exemplar, sed solum secundum quod significat rationem; Idæa autem sub utraque rationem causæ, & hic etiam art. 5. & 6. asserit Deum veritates creatas cognoscera in se ipso ut causa, & principio perfectè illas continente.

Quod verò id sufficiat, nempe prædicta dependentia signata, patet in proprietatibus earum in statu possibilitatis in quo axircitè non dimanant, & consequanter nec exercitè dependent ab illis, & tamen sunt demonstrabiles per illas. Ex quo etiam manet probatum de proprietatibus, cum earum essentia sit causa efficiens, subjectiva, & finalis illarum, sive effectivè illas ut propria radix de river, sustentet, & in sui ornatum, vel finem efficienter ab illa dimanent.

De contingentibus etiam prob. quia licet non habeant causam infallibilem creatam, habent tamen infallibilem increatam, cujus intentio deficere non potest, ergo non deest respectu Dei medium infallibile causans, & infallibiliter inferens illas secundum habitudinem ad causam primam, licet deficere possint, aut contingenter se habeant in ordine ad proximam, vel creatam.

Deindè prob. conclus. de attributis, de quibus adhuc est major difficultas, & negant, ut vidimus, aliqui etiam ex nostris: & sumitur primò ex D. Th. hic art. 16. in corp., ubi præmissis variis scientiæ divisionibus, tandem concludit, quòd Deus de se ipso habet scientiam speculativam tantum, quia nempè ipse operabilis non est, de omnibus verò aliis habet scientiam speculativam, & practicam; sed de his in doctrina ejus, ut suppono injam communi consensu Thomistarum negari non potest scientia strictè dicta, ergo nec poterit de mente ejus negari de attributis, nam sub nomine scientiæ speculativæ, quam agnoscit respectu attributorum, interpretari velimus, vel accipere pro cognitione altiſſima, eadem atiam facilitate quis alterã similiter interpretabitur de creaturis quod est negare in doctrina ejus scientiã strictè dictam in Deo, quod videtur alienum, & contra jam communem consensum ejus discipulorũ &c.

2. Prob. ratione ex dictis destruendo præcipuum fundamentum oppositæ scientiæ. Ex eò nequit admitti in Deo ratio scientiæ strictè dictæ respectu suorum attributorum, quia respectu eorũ nequit dari cognitio per causam, sed hæc ratio non obstat, ergo, ma. est eorũ fundamentum, quia cum ad intrà non detur ratio causæ, & causati, (aliàs non esset Deus secundum omnia sui prędicata ens à se, vel per essentiam) non potest salvari proprius conceptus scientiæ, qui est per causã procederetmi. vero prob. nam ad salvandum conceptum scientiæ strictè acceptum, vel à priori, de quo modo loquimur, non est necesſè recurrere ad causam strictè talem, seu formalem, quæ nempè realiter influat in effectum, sed sufficit habere virtualem, sive rationem formalem, vel à priori, idest rationem, quæ possit reddere propter quid, sive sit causalitas, sive non, sive sit distinctio actu, sive non, sed hæc habetur in Deo respectu suorum attributorum, ergo sufficientiſſimè habetur, quod desiderari potaſt ad rationem scientiæ strictè dictæ, vel à priori: mi est certa quia immutabilitas v. g. est ratio à priori illativa æternitatis, & ratio intellectivi, alterius volitivi, & sic de aliis: ma. vero prob.: Tum exemplo

Theo-

Theologiæ, quæ est verè, & propriè scientia de Deo demonstrans à priori de illo ejus attributa, ut jam cõmuniter docent Theologi. Tum altero etiã Metaphysicæ, quæ pariter est scientia strictè de ente, probans à priori ejus proprietates, ut iterum suppono in communi sententia, & tamen neutre procedit per causam verè, & realiter influentem, sive non formalem sed tantum per virtualem, seu rationem à priori, cum nec attributa Divina, nec passiones entis habeant causam sui realiter influxivam. Tum quia ut dicebamus, ideò requiritur ad scientiam strictè, & à priori processus per causam, quia cum importet judicium deductum ex alio per viam necessariæ connexionis, ac per consequens illetivè indeficiens, ut patet ex ejus integra definitione ex aliis ejus particulis, petit necessariò aliquid potens fundare hanc necessariam connexionem, cui innititur infallibilitas scientiæ, sicut infallibilitas fidei Thologicæ testimonio Divino, ac proinde exigit causam, quæ possit hanc infallibilem connexionem cum sui effectu fundare; sed sine causa formeli, vel realiter influente, cum sola ratione dicente propter quid, haberi potest, immo habetur hæc necessaria connexio, vel infallibilitas illativa unius prædicati cum alio, ergo sola causa virtualis, seu ratio formalis dicens propter quid respectu alterius est sufficiens ad salvandum conceptum scientiæ strictè dictæ; mi. constet; quia ubi est ratio à priori, & propter quid, non potest non esse necessaria connexio.

Ex quo manifestè patet nullo modo esse restringẽdam prædictam rationem causę ad rationẽ causę exercentis veram causalitatem cum distinctione reali, vel actuali ab affectu, vel altero extremo ad fundãdam in illo veram rationem sciti, aut veram, & strictam rationem scientiæ ex parte cognoscentis, quia per accidens se habet ratio hujusmodi causalitatis, & distinctionis, scil. realis, vel actualis, nam quod necessariò desideratur, est connexio infallibilis, & à priori, quià sine ista haberi nequit prædictum judicium infallibile, benè verò sine tali causalitate, vel distinctione, ut patet in utroque exemplo, unde verè etiam Deus per essentiam suam cognoscit eadem sui attributa, non tanquam per causam in re formalem, sed per rationem à priori infallibiliter connexam cum illis, ratio enim propter quam Deus est summè necessariò unus, summè necessario bonus &c. est ipsa sui essentia, quæ est pelagus infinitum, seu subsistens in ipsa plenitudine essendi, ac proinde radix omnium divinorum.

Dices esse discrimen inter Theologiam nostram, & illam Dei, quam habet de suis attributis, quòd licet nostra non procedat per causam formalem in essendo, procedit tamen per causam, quæ est formaliter talis in cognoscendo, quia nempe procedit cum discursu formali, sic quòd cognitio unius prædicati divini est formaliter causa cognitionis alterius, & hoc modo etiam procedit metaphysica, dum probat de ente suas passiones; cœterum divine cognitio respectu attributorum neutro modo procedere potest per causam neque in essendo, cum omnia sint, ut dictum est, ens à se, vel per essentiam; nec in cognoscendo, cum sit una simplex, & indivisibilis, & ideo non potest salvari in illa vera ratio scientiæ respectu illorum, quia saltem omnino requiritur alter modus procedendi per causam, nam hac ratione salvatur vera ratio scientiæ in nostre Theologia, & Metaphysica.

Sed contra hoc est. (Et primis ut dicebamus) sic procedere per causam in cognoscendo, magis reducitur ad imperfectionem scientiæ in nobis, quàm ed rationem scientiæ ut sic, quia nempe non possumus simplici intuitu, vel judicio penetrare illativè veritatem rei scitæ, sed indigemus motu intellectuali ab una, vel ex una ad aliam cognitionem procedere. §. Deinde, quia sic procedere per causam in cognoscendo, non tam est proprium scientiæ à priori, quin conveniat etiam scientiæ à posteriori, ergo nequit per id salvari ratio scientiæ à priori in Theologia, & Metaphysice, sed tantum per hoc, quòd procedunt per rationem à priori, hæc enim est vera ratio fundens hanc scientiam, & non id, quod est commune utrique, ac proinde ex defectu causæ in cognoscendo non est Deo neganda scientia à priori suorum attributorum. Præterquem quòd discursus formalis, sive in cognoscendo, aut ex parte cognoscentis non est necessrius ut vidimus, ad scientiam strictè, sed sufficit virtualis, vel objectivus, neque etiam requiri potest major ex parte cognitionum causalitas, quàm ex parte scibilis in objecto inter essentiam, & proprietatem, sed ut constat ex dictis ex parte istius sufficit virtualis, sive ratio illativa dicens propter quid, ut patet in objecto, vel scibili Theologico, & Metaphysico, ergo.

§. VIII.

Solvuntur Argumenta.

PRimò Arg. præcipuo fundamento oppositæ sententiæ ad probandum non dari in Deo scientiam strictè. De ratione hujus scientiæ est discursus, sed in Deo nõ datur cognitio per discursum, ergo non datur in Deo scientia strictè, ma. sumitur ex illius definitione, cum sit cognitio habita per discursum. §. Dices, vel neg. ma., loquendo de scientia, ut sic abstrahente à creata, & increata, quid quid sit de humana; vel distinguendo ut supra, scil. esse discursum formelem, aut virtualem, vel objectivum, non formalem, vel subjectivum.

Sed contra primam solutionem est, quòd nulla datur scientia, quæ discursiva non sit formaliter, ut in nobis, vel virtualiter, ut in Deo, & Angelis, ergo signum est esse de ratione illius ut sic ab utreque abstrahente, quòd sit cognitio per discursum. Secundò ex his contra secundam; nam de ratione scientiæ ut sic est cognitio per discursum, ergo de ratione scientiæ formaliter talis, vel strictè est cognitio per discursum formalem telem, vel strictè. Tertiò quia de ratione scientiæ est esse per demonstrationem, sed demonstratio dicit discursum formalem, ergo. Quartò, quia aliàs non distinguimus lumen scientificum, vel illetivum à lumine principiorum, vel pure intuitivo; nam istud in Deo, & Angelis, non solum attingit principia, sed etiam conclusiones, vel effectus in causis, & principiis, aliàs non esset comprehensivum illorum, ergo cum virtualis discursus consistat in attingentia effectuum in causa, vel conclusionum in principiis non est sufficiens ad salvandum in Deo, vel Angelis scientiam strictè, contrapositivè ad intelligentiam, seu intellectum, vel lumen principiorum.

Ad hoc cui præcipuè innititur opinio Vasquez, & & qui etiam simili utitur tertia parte de Incarnatione,

ne, (ut ibidem ostendimus) ad prabandnm satisfactinnem Christi non posse esse de toto rigore justitiæ, quia nempe ad hanc requiritur esse ad alterum suppositum juxtà Phil. 5. Ethic. c. 1. & 6., & in Christo sit unum tantũ, unde non poterat hęc conditio verificari respectu sui. Resp. bene ibi primò dictum esse, quòd non est de ratione essentiali scientiæ ut sic, quòd sit cognitio per discursum, hoc enim tantum competit cognitioni humanæ, & de hac loquitur Phil., dum eã definit, sicut & de satisfactione, quæ inter puros homines exarcetur, intelligendũ esse diximus loco relato Æthic. nam solum utrobiq; loqui potuit, secundũ quòd puro lumine naturę scrutari poterat, unde sicut ascendendn ad satisfationem Christi solo lumine fidei, aut thsologico cognitam, nullum potest ex doctrina ejus fieri argumentum ad excludendum strictum rigorem ab illa, supposita unione supernaturali duarum naturarum in eadem persnna ejus, ità ut nequeat legitimè inferri, quòd prædicta realis alteritaa suppositurũ sit de essentiali rationa justitię, ut sic quia nempè idem realiter, ut eminenter, aut virtualiter duplex est, scil. secundum quòd terminat natnram humanam, & divinam cum sola reali diversitate naturarum, & voluntatum, perfectissimè omnia perficiat, quæ possunt agere supposita realiter distincta, ità in casu licet scientia humana ob sui imperfectionem, vel cognoscentis ad attingendam sciantificè scientia strictè conclosionem, indigeat pluralitate cognitionum, quia nempè motus ejus scientificus, vel illativus fit per transitum de potentia ad actum, & cum limitatione, vel imperfectiona luminis ex parte cognoscentis, non tamen licet hinc inferre id esse de ratione scientiæ ut sic, vel scientiæ superiori lumine, vel Theologico cognitæ, qualis est illa Dei, vel Angelurnm, quæ ob sui aminentiam, vel perfectionem, & amplitudinem luminis, potest statim utrumque scil. conclusionem, & principia sine tali mntu, aut transitu saltem ex parte cognoscentis de una ad aliam cognitionem, sed una, & simplici realiter omnia perfectillimè, nempe omnem effectum, vel conclusionem in sua causa, & principiis, & ex vi earum penatrare.

Sumitur solntio ex D. Thom. hic art. 7. & qu. 2. de veritate art. 1. ad 4. Ubi ait. *Id quod in Deo est absque omni imperfectione, in creaturis cum aliquo defectu invenitur; propter hoc opportet, ut si aliquid in creaturis inventum Deo attribuatur separemus totum, quod ad perfectionem pertinet, ut solum maneat hoc, quod perfectionis est, quia secundum hoc tantnm creatura Deum imitatnr. Dico igitur, quod scientia, quæ in nobis invenitnr habet aliquid perfectionis, & aliquid imperfectionis. Ad perfectionem enim pertinet certitudo ipsins, quia quod scitur certitudinaliter cognoscitur; sed ad imperfectionem pertinet discursus intellectus à principiis ad conclusiones, quarum est scientia, hic enim discursus non contingit, nisi secundum quod intellectus cognoscens principia cognoscit in potentia tantum conclusiones, si enim actu cognosceret non esset ibi discursus, cum motus non sit nisi exitus de potentia ad actum. Dicitur ergo in Deo scientia ratione certitudinis de rebus cognitis, non autem ratione discursus prædicti, qui nec etiam in Angelis invenitur, ut dicit Dyonis.*

Ad replicam verò contta hanc, vel primam solutionem dato transeat ad antec. vel neg. conseq. nam sicut prædicta satisfactio licet naturaliter, aut regulariter inter homines ita fiat scil. inter personas realiter distictas, non tamen indè infertnr id esse de conceptu essentiali justitiæ, ita nec inferri potest esse de conceptu essentiali scientiæ discursus, licet sine aliquo formali, vel virtuali dicatur regulariter non exerceri, nam ad summnm inferri posset, quod est conditio ejus, vel fortè (à quò modo præscindimus) ut contractę ad scientiam humanam, non de ratione scientiæ ut sic, vel contractæ ad Divinam, vel angelicam sicut dicitur de eadem alteritate suppositnrum respectu rigorosæ satisfactionis, quòd est conditio ejus naturaliter inseparabilis, non tamen de ratione ejus ut sic, vel contractæ ad theandricam, vel illam Christi.

Vel deindè dist. conseq. Est de ratione illins primò, & per se, nego, est cõseqnenter, vel permissivè conc., nam sicut etiam de ratione intellectionis non est, (ut vidimus supra de visione) quòd sit primò, & per se productiva termini, vel verbi, sed tantum ex consequenti, vel permissivè, ut in nobis viatoribus; ità nec ast de ratione scientiæ primò, & per se, qnòd sit discursiva, sive formaliter, sive virtualiter verè, & prupriè prout importat aliquem transitum, vel motum ob rationam proximè datam à D. Thom., sed tantum ex consequenti, vel permissivè, ut in nobis, & propterea etiam dixi transeat, quia nec omnes admittunt discutsum adhuc virtualem in Deo verè, & propriè dictum.

Ad primam autem replicam contra posteriorem solutionem dist. ant., est per discursum formaliter, vel virtualiter talem conc., formulem præcise neg. ant., & conseq., nam sicut ad formalem denominationem effectus non requiritur causa formaliter talis, sed sufficit, quòd sit eminentar, vel virtualiter, sicut sol dicitur producere calorem formaliter, cum tamen non sit formaliter, sed tantum virtaliter calidus, quia nempe sufficit habere virtutem producendi illum, non denominationem, cum non producat ex vi denominationis, sed virtutis, ut etiam patet in Deo infinitos effectus producente sine formali eornm denominatione, ità pariter ut dicatur scientia formeliter non ast necessarium, quòd sit cognitio per discursum formalẽ, aut per formalem demonstrationem acquisita, sed satis est, quòd per virtualẽ, non enim est cognitio scientifica, aut acquiritur per discursũ, val demonstrationem ex merito denominationis illius, sed ex merito ejus efficaciæ, & virtutis. Unde sicut non valet, scire est rem per causam cognoscere, ergo si causa tantum virtualiter est causa, tantnm erit virtualiter scira, ita non valee scientia est cognitio per discursum, vel per demonstrationem acquisita, ergo si discursus, vel demonstratio est tantum virtualis, pariter scientia erit tantum virtualis. Et ratio ast (præter proximè assignatam, scil. quòd non influunt præcisè ex vi denominationis, sed efficaciæ, & virtutis;) quia sicut particula *per causam* communiter explicatur de causa formali, vel virtuali, ita ut detur intelligi, quòd scite verè, & propriè, & formaliter est rem per veram causam cognoscere, vel formalem, aut rationem dicentem, *propter quid*, ità cum dicitur scientia est cognitio per discursum, vel per demonstrationem acquisita, intelligendum ėst per discursum, aut damonstrationem formalem, vel virtualem, non determinatè formalem. Per quod patet etiam ad secundam, seu tertiam in ordine.

Ad ultimam nego sequelam, non enim quicunque intuitus simplex est lumen principiorum, sed

tan-

tantum, vel qui attingit veritates illas, quæ quia primæ sunt ratione sui attinguntur, hoc enim in nobis dicitur habitus principiorum, qui non se extendit ad conclusiones, sed sistit in principiis; vel qui si eminens sit, & identificet sibi, vel simul sit lumen conclusionum, vel scientificum, se extendit quidem ad illas non ut cognitas ex vi principiorum, (sic enim attingit illas sub ratione, vel munere luminis scientifici) sed tantum in principiis, vel absolutè non illativè etiam ex parte objecti.

Sed instas. Nam simplex intuitus, qui dicitur lumen principiorum in Deo est comprehensivus, ergo non tantum attingit principia, sed omnia etiam contenta in principiis, omni modo quo cognoscibilia sunt, ac proindè nequit admittere lumen distinctum scientificum strictè dictum. Ant. est certum aliàs divinus non esset; utraque etiam cons. tenet, prima quidem ex conceptu comprehensionis, posterior verò, quia præter alias rationes videretur superfluum.

Resp. dist., & explic. claritatis gratia ant., est comprehensivus, ità ut nihil illum lateat, vel omittet cognoscendum, conc., ità ut attingat omnia sub ratione ejusdem luminis, nego, quia non est sibi debitum sic attingendi, undè satis est, quòd identicè sic attinget, idest quòd identificet sibi omne aliud lumen, sub quo contenta in principiis, vel in causa cognoscibilia sunt, scil. lumen sapientiæ, scientiæ &c. Non tamen quòd sub præciso sui munere, & sub omni ratione cognoscibilitatis ea attingat, ut in simili patet in aliis attributis, quæ licet actus purus sint, non tamen tenentur formaliter, vel explicitè ex proprio sui conceptu, ut distinguitur unum ab alio, importare omnem aliam actualitatem, sed quòd tantum illam sibi identificet, quidquid deindè sit; an distinguatur idem lumen ab aliis virtualiter, an secundùm solam diversitatem munerum, (de quo infra,) non tamen infertur alia esse superflua, aut non admittenda secundum propriam rationem luminis, aliàs superflua esset nec admittenda vera ratio Sapientiæ in Deo, quod videtur alienum, unde sicut quia plura contenta sunt cognoscibilia per altissimam causam, est vera ratio Sapientiæ in Deo, quia pariter plura cognoscibilia sunt, sive ad intra, sive ad extra ex vi principiorum, vel causæ erit vera ratio scientiæ.

2. Etiam principaliter arg. (& potest esse replica) De ratione scientiæ strictè est primò terminari ad conclusiones, sed nulla divina cognitio primò, & per se terminari potest ad illas, sive ad intra respectu attributorum, sive ad extra respectu creaturarum, ergo nulla potest esse in illo strictè scientifica. Ma. constat, tum quia illud est meritum scientiæ contrapositivè ad lumen principiorum; tum quia primò, & per se versetur circa veritates inferibiles, tanquam circa proprium objectum, ut distinguitur ab objecto prioris luminis, nam etiamsi istud, ut dictum est, se extendat ad conclusiones, primò tamen, & per se respicit principia formaliter ut principia, seu veritates primas, aut immediatas, ergo cum qualibet potentia, vel virtus sive moralis, sive intellectualis petat per se respicere proprium objectū, scientia strictè talis habebit primò, & per se terminari ad conclusiones: minor autem quoad veritates creatas patet ex dictis, & constabit infrà, aliàs divina cognitio deberet specificari ab aliquo creato; quoad increatas verò, vel attributa probatur, quia divina cognitio primò attingit essentiam, vel naturā, & in illa attributa sicut & prædictas veritates creatas, ergo.

Ad hoc omissis variis solutionibus, quas hìc ex Salmanticensibus, & M. Albelda adducunt, & impugnant Illustriss. Godoy §. 2. ad 2. & M. Ferre §. 6. ad primum; respondetur primò ex his, quæ tradidimus in lib. Post., & supra in proœmialibus, dist. ma. Ad conclusiones, omissis principiis, ut cognitis secundum se, vel absolutè, aut *ut quod* transeat, vel conc., ut quo, vel ut ratio sunt inferendi, nego, quia ut docet D. Thom. 1. 2. qu. 8. art. 3: potentia eodem actu fertur in objectum, & in rationem formalem ejus, unde *primò aliquis intelligit principia secundum se* (inquit, scil. per lumen principiorum) *postmodum autem intelligit ea in ipsis conclusionibus, secundum quòd assentit conclusionibus propter principia*, sumpto tamen *illi propter*, ut explicatum est, juxta meritum, vel conditionem cognoscentis, vel subjectivè importante causalitatem, & pluralitatem cognitionum ex parte illius, ut contingit in nobis ob imperfectionem cognoscendi; vel tantum objectivè, ut in Deo, nempè uno cognito, ut dicente *propter quid*, vel rationem à priori respectu alterius, undè non deprimitur ex hac parte divina scientia, sive ad intra respectu attributorum, sive ad extra respectu creaturarum, quia non attinguntur immediatè ratione sui omisso objecto primario, vel extra se ipsum, loquendo de creaturis, sed tantum secundario, ut statim dicemus, & ratione veri divini.

Secundò resp. dist. mi. nulla divina cognitio sub omni sui munere, aut formalitate, conc., sub aliqua, nego, maximè loquendo de attributis, & primaria tendentia, seu terminatione, nam creaturæ non sunt capaces primariò terminandi, sed tantum secundariò, ut dictum est, ex quo tantum infertur, quòd respectu illarum scientia Dei primariò scientia non sit, sed tantum secundariò, non enim est debitum scientiæ etiam in nobis, quòd sit per se primò attingentia, vel immediata omnium conclusionum, vel omnis veritatis scitæ, aut à se ipsa demonstratæ, sed tantum suo ordine, vel secundum distributionem accommodam, scil. mediata, vel immediata, secundum quòd immediatè, vel mediatè sunt tantum attingibiles ab ille, scil. supposita, aut prævia attingentia objecti primarii. Neque etiam inconveniens est, quòd divina cognitio sub aliqua sui formalitate, aut munere primariò tendat ad conclusiones præcipuè sui ordinis, vel divini, quia licet sit infinita, vel comprehensiva, non tamen, ut dictum est, tenetur sub omni ratione explicitè se extendere ad omne verum Divinum tam essentiale, quam attributale, secū dum quòd eidem correspondet sub distincta formalitate; sed intra suā, licet teneatur sibi omne identificare, ut patet in aliis attributis, sic enim sufficienter excluditur omnis ratio limitationis, & potentialitatis.

Vel poterat sub aliis terminis iterum distingui eadem mi. Nulla divina cognitio, ut cognitio divina est absolutè transeat, vel conc., ut scientifica est, nego quoad primam partem de attributis, & sub distinc, ut supra quoad secundam de creaturis; primariò transeat iterum, vel conc., secundariò, nego. Itaque divina cognitio, ut divina cognitio est absolutè, quo pacto correspondet primò, & per se intellectui divino, respicit juxta superiorem probabilem modum dicendi solam essentiam divinam, ut vero scientifica est determinatè, habet per se respicere attributa, & cætera prædicata divina virtualiter distincta ab essentia, nec non etiam creaturas saltem secundariò, ut dictum est, quod non derogat excel-

lentiæ cognitionis divinæ, cum sub nulle sui ratione prout sic extrahatur à specificativo divino, si tantum secundariò se extendat ad scibile creatum in ratione scientiæ, & ad aliquod divinum de linea secundaria in ratione cognoscibilis juxtà eandem sententiam, de primaria tamen in ratione scibilis juxtà meritum lineæ scientificæ, quæ non respicit prædicate prime, & per se nota, seu quæ correspondent intellectui, eut lumini principiorum, ut est divina essentia, sed posteriore, vel inferibilia ex primis, ut sunt attributa, ac cœtera divina prædicata ab eadem virtualiter distincta, aut etiam creaturæ in ratione scibilis secundarii, nam id, quod est materiale, aut secundarium respectu potentiæ, sive intellectus, aut ejus operetionis, ut cognitio est absolutè, potest esse formale, & primarium respectu ejusdem operationis, aut cognitionis, ut est talis determinate, vel scientifica, ut patet ex superioribus, & ex dictis in Primo Physicorum, quod enim est formale respectu actus, vel habitus, est materiale respectu potentiæ, & quod iterum ast formale respectu actus, est materiale respectu habitus ob mejorem emplitudinem vel meritum unius respectu alterius.

Que ratione (ut dicebamus ex D.Tho. infra q.77. ar.3. & q.79. ar.7. Si potentia aliqua secundum propriam rationem respiciat ut objectum aliquam rationem, in qua multa genere, vel specie diversa conveniant, talis potentia non diversificatur specie secundum diversitatem differentiarum, eut modorum contrahentium, quia nempè illa diversitas per accidens, & materialiter se habet respectu potentiæ, & multa illa sub eadem ratione contenta non respiciuntur per se essentialiter à potentia ut diversa sunt (sic enim respiciuntur ab habitu, vel actu) sed ut conveniunt in ratione communi, quæ est ratio quæ adæquata specificativa potentiæ.

Ex quo etiam fit (& hoc obiter dictum sit ad explicandam hujusmodi diversitatem in modo attingendi objectum juxta meritum cognitionis, & simul etiam virtualem multiplicationem virtutum intellectualium in Deo salva unitate intellectus,) quòd quia intellectus noster, ut inquit D. Thom., est netus omnia fieri per se, & assentialiter respicit ut objectum communem rationem entis, secundum nullã differentiam entium multiplicatur specie, quia quæcunque multiplicitas contente sub ratione entis per accidens, & materialiter se habet respectu illius, quamvis respectu habituum, vel actuum formaliter sa habere possint, & illus specificare; unde quia idem intellectus non respicit primò, & per se substantiam, nec accidens, nec ens naturale, nec supernaturale, sed omnia, ut conveniunt in ratione entis, licet hæc sit tantum una analogicè, & diversitatem implicitam includet, quia tamen hæc diversitas per accidens, & materialiter se habet respectu illius in ratione objecti terminativi habitudinis intellectus, non ut multiplex, sed ut una illam terminat, & secundum quid, & fundamentaliter distincta à propriis rationibus inferiorum, ideò in retione objecti terminativi, & specificantis simpliciter est una, quia tali modo nata est concipi, & non aliter est objectum specificans.

Ex quibus etiam facilè explicari potest, quomodò salva unitate intellectus divini distingui possint virtualiter, aut saltem secundum diversitatem numerum virtutes intellectuales, scil. simplex intelligentia, sapientiæ, scientiæ, ars, prudentia & reliquie sicut in nobis, quod est formale respectu unius, aut respectu illorum est materiale respectu alterius, aut respectu intellectus, ità proportionabiliter in Deo, unde sufficienter habent, ut possint multipliceri secundum prædictam diversitetem immultiplicato intellectu.

Sed instas. Si divina cognitio etiam ut scientifica posset immediatè terminari, aut per se ad conclusiones aut proprietates præcipuè creatas, simul posset de se ipso habere scientiam à posteriori, scil. ex cognitione effectuum devenire ad cognitionem causæ, sive sui, consequens non admittitur, ut suppono in jam communi sententia Thomistarum, cum repugnet in aliqua sui cognitione incipere à cognitione effectuũ. Tum quia scientiæ de Deo à posteriori, cum sit abstractiva, & quoad an est, dicit imperfectionem, ergo. Sequela patet, quia sicut cognitio effectus per causam est à priori, ità cognitio causæ per effectum est à posteriori; at si divina cognitio, ut scientifica sic terminaret ad creatures inciperet ut talis ab illis, nam prout sic juxtà superiores solutiones habet pro objecto veritates mediatas, seu conclusiones, ergo ab istis sic cognitis posset devenire in cognitionem sui, quod est habere cognitionem à posteriori de seipso.

Urg. hoc. Nam ex cognoscibilibus creatis aliqua non sunt capacia terminandi cognitionem scientificam, ut contingentia, vel singularia existentia, alia verò terminant illam, quatenùs attingitur earum radix, vel essentia, ut sunt proprietates, vel conclusiones, quià ob necessariam connexionem cum illa habent veritatem infallibilem in ratione scibilis, sed divina cognitio ut scientifica terminare nequit ad essentias rerum. ergo. Prob. mi. quia scientia, sapientia, & intellectus principiorum in Deo concipiuntur à nobis ad instar similium perfectionum in creaturis, sed scientia in nobis non versetur circa essentias rerum, sicut nec circa contingentia, aut res in singulari existentes, ergo circa nullam veritatem creatam potest versari scientia Dei.

Resp. ad instantiam, nego ma. ad prob. dist. mi. ità cognitio causæ per effectum est à posteriori, per affectum ut primariò cognitum, seu tanquem motivum, aut objectum formale quo assentiendi veritati scitæ circa causam, conc., tantum secundariò, vel non ut motivum, nego, & dist. mi. si sic terminaret, scil. primariò, & ut ad motivum, vel objectum formale assentiendi veritati scitæ circa se ipsum, conc., si ut ad secundariò tantum cognitum, & nullo modo ut motivum formale sui, nego. Deus ergo potest quidem à priori terminare saltem secundariò per sui cognitionem scientificam ad veritatem scitam circa creaturam, quia revera habet se ipsum, ut motivum, vel objectum formale quo assentiendi, quia tamen nequit è contra habere creaturam, seu intelligibile creatum, ut motivum, vel objectum formale quo assentiendi veritati divinæ, ideò nec potest habere scientiam à posteriori, seu sic scientificè incipere ab illis respectu cognitionis sui, unde licet cognitio creaturarũ ex vi cognitionis sui, ut causæ earum, à qua dependent sit sufficiens ad salvandam in Deo scientiam à priori de illis, non tamen cognitio sui ex vi cognitionis, aut repræsentationis creaturarum, sufficiens est ad habendam cognitionem à posteriori de se ipso.

Ad confir. dist. me. præcipuè quoad 1. p., non sunt capacia terminandi cognitionem creatam conc., omnem neg., & dato transeat ad secundam, neg. dein-

deinde mi. Ad ejus prob. dist. ma. concipiuntur ad instar &c. exclusis earum imperfectionibus conc. aliter, neg., & concessa mi, neg. conseq., nam quòd scientia nostra non se extendat ad essentias rerum, vel singularia existentia oritur ex sui imperfectione, & limitatione, quia nampè intellectus noster non penetrat essentiam divinam, sive Deum ut est causa essentiæ creaturarum, nec iterum decreta divina, ex quibus contingentia, & in singulari existentia habent respectu Dei suam certitudinem quamvis etiam lumen scientificum in nobis aliquo modo etiam ad hæc omnia se extendat, ad essentias quidem ut sunt formalis ratio inferendi suas proprietates, licet non secundum se, vel ut dicunt veritates immediatas, (quo pacto terminant lumen principiorum,) & singularia etiam, vel contingentia secundum rationem eorum in communi, seu quidditatem ut alibi explicatum est: cœterum scientia Dei, utpotè immunis ab hujsmodi imperfectionibus optimè potest ad eadem se extendere, & ad proprietates earum creatæ ratione etiam illins, non præcisè ut in se, sed ut eminentes contentæ in divina essentia, sicut in simili infra qu.23. art.4. explicant aliqui decretum executivum gloriæ adultorum, quòd sit actus justitiæ distributivæ, licet non moveatur ab eorum meritis secundum se; sed ut contentis in divina essentia; & idem similites de amore ejus amicabili ad creaturas rationales, quòd licet affectus Dei moveri non possit ab earum bonitate strictè, vel secundum se, benè tamen ut contenta in bonitate divina.

Sed ut jam innuimus ne fiat æquivocatio, dom dicitur bonitatem, vel veritatem creatam terminare cognitionem, vel amorem divinum, ut contentam in divina, particula hæc reduplicativa non sic intelligenda est, quasi reduplicet rationem formalem cognoscendi, & amandi respectu Dei, vel ex parte cognoscentis, & amantis (quia à nollo bono, vel vero creato potest specificari cognitio, vel volitio divina ut dictum est, & constabit infra) sed solum ex parte objecti, quatenus ex parte illius cognoscit essentias creatas esse causas proprietatum; vel solam magis conditionem, quòd nempe nequeunt sic terminare, nisi ut contentæ in bonitate, vel essentia divina, & non quasi extra, ut explicatus infra.

§. IX.

Corolarium ex dictis circa scientiam à posteriori in Deo.

PRimò colligimus non esse in Deo admittendam scientiam à posteriori, qua seipsum cognoscat per suos effectus. Est jam communis consensus Thomistarum, licet videatur aliqualiter dissentire Mag. Serra hic ar.1. dub.1. ad 1.5. An vero in Deo, ubi licet fateatur communiter id negari, post mudum tamen nititur ab eadem subtrahere omnem imperfectionem, & consequenter non esse à Divino intellectu excludendam. Sumitur nihilominus ex D. Th. pluribus suæ doctrinæ locis, nam qu.2. de veritate ar.2. ad 2. inquit; *Non quasi essentiam suam ex aliis rebus cognoscens.* Et in Primò ad Annibal. dist.3.q.2. ar.1. incorp., docet beatos non cognoscere Deum per creaturas. Et ad 2. de Angelo ait. *Dicendum, quòd quamvis cognoscat divinâ bonitatem relucere in creatura non tamen ex creatura venit in Creatorem, sed è converso.* Et iterū de veritate q. relata ar.1. ad 5. quod tale erat. *Omne quod scitur, scitur per aliquid magis notum sed Deo non est aliquid magis, & minus notū, ergo in Deo scientia esse non potest.* Resp. quòd licet ex parte subjecti, & attento modo cognitionis non sit aliquid magis, & minus notum, ex parte tamen objecti est unum altero notius, quod intellectus divinus cognoscit, ut supra etiam insinuavimus; & deindè sic concludit. *Unde & quantum ad istum ordinem, qui potest attendi in divina cognitione ex parte cognitorum, etiam salvatur in Deo ratio scientiæ, ipse enim præcipuè omnia per causam cognoscit.*

Ex quibus fit argumentum. Juxtà D. Tho. Deus ex parte sui, vel modi cognoscendi non cognoscit seipsum ex aliis rebus, nec minus excellenter, quàm Angelus, nec per aliquid magis notum, sed Angelus non sic cognoscit Deum, ergo nec Deus ita cognoscit seipsum, ergo nec à posteriori. Præmissæ sunt D. Tho., & prior conf. tenet ex illis. Posterior verò prob. Quia id totum desideratur ad scientiam à posteriori, scil. non solum ex parte objecti, sed etiam ex parte subjecti, aut cognitionis causam per effectum cognoscere tanquam per aliquid notius, ergo si hic modus cognoscendi nequit juxtà D. Tho. Deo concedi, nec poterit in illo admitti scientia à posteriori.

Prob. ant. quod secundam partem (nam quoad primam supponitur) quia juxtà D. Thom. procedere per aliquid notius requiritur ad cognitionem scientificam ut sic ut patet posteriori loco relato, nam id contendit argumentum in majori, ut concludat non dari scientiam in Deo, cum non possit ex parte sui esse aliquid notius, & tamen non negat illam ma., sed hoc non obstante ostendit, quo modo adhuc salvetur scientia in illo, quatenus idem ordo procedendi requisitus ad scientiam salvator in divina cognitione ex parte cognitorum, quià uempe omnia cognuscit per causam, & conseq. per aliquid notius; sed in scientia à posteriori nequit alligari aliquid notius ex parte objecti qualiter à D. Tho. explicatus in scientia à priori, quam ibi sustinet in Deo scilicet ex parte objecti recurrens ibi ad medium, quod est causa à priori, ergo si esset admittenda scientia à posteriori in Deo, deberet admitti per aliquid notius ex parte subjecti, aut cognitionis divinæ, quod negat D. Tho., & juxtà rei veritatem negandum est, cum respectu sui nullum verum ad extrà possit esse notius Deo.

Urg. totum hoc. Juxtà D. Tho., & veritatem ad salvandum conceptum scientificæ cognitionis à posteriori requiritur processus per causam, vel ex parte cognitionis, vel ex parte cognoscentis, at Deus nequit sic procedere, ergo nec scientificè à posteriori, mi. est certa; ma. verò prob. quia scientia à posteriori ut suppono apud omnes, nequit esse per causam ex parte objecti, cum ex parte illius sit per effectus ad causam, nisi velimus invertere conceptum illius quidditativum, prout constituit membrum contra distinctum à scientia à priori, quam adhuc tuetur ibi D. Tho. in Deo, quia verè ex parte objecti cognoscit unum esse causam alterius, ergo procedere scientificè à posteriori est procedere per causam, vel ex parte cognitionis, vel ex parte cognoscentis.

Quòd si dicas non esse necessarium ad rationem scientiæ ut sic, quòd procedat per causam, sed id tantum desiderari ad scientiam à priori, de qua speciali-

cialiter verificantur definitiones traditæ in libris Posteriorum exigentes processum per causam. §. In contra est primò, quia de conceptu processus semel scientifici est, quòd fit ex notioribus, aliàs nec esset manifestativus intra eandem lineam veritatis illatæ, cum hæc sit intra illam, utpote contenta, & latens in præmissis, ergo debent istæ esse notiores, sicut definitio manifestans definitivè definitum petit intrà hanc lineam esse notior illo, ergo debent esse causæ aliquo ex prædictis modis, nam & hac ratione sunt notiores, & postulat scientia ex illis ut notioribus procedere.

Tum quia præmissæ, (ut patet ex terminis) habent excedere conclusionem, sed excedunt in quantum sunt causæ, ergo earum influxus ad illam debet esse per modum causæ,

Tum quia ut communiter fatemur, & ut explicatur in lib. Posteriorum in hoc una differt ab alia, quòd scientia a priori procedit per causam à priori in essendo, vel formalem, vel virtualem, aut per rationem formalem ut patet ex superioribus, à posteriori verò per causam in cognoscendo, scil. ex parte subjecti, vel cognitionis, cum ex parte objecti, utpote procedens per effectus, àam in essendo non habeat, qui tamen possunt deservire per modum causæ in cognoscendo quatenus subjectum illuminator, & infert ex illis existentiam causæ eorum, ergo si semel admittitur scientia à posteriori debebit sic procedere ex illis, nempè per causam ex parte sui, quod Deo repugnat.

Tum quia credibile non est, quòd Phil. tam exactè exponens materiam hujus lineæ scientificæ in prædictis definitionibus solam scientiam à priori comprehendere voluerit, non curans de scientia à posteriori, ejusque definitionem omittat, cum tamen definibilis sit, unde valde diminutè procederet.

Nec refert, quòd altera potissima sit, ac proinde ad illius naturam explicandam totus sit, & maximè immoretur. §. Nam hæc etiam plurimum confert ad forum scientificum, unde etiam valde necessarium erat illius conceptum quidditativum explicare, sicut quamvis substantia, vel ens per se potissimum sit in genere entis, quia tamen accidentia plurimum deserviunt in hoc genere, non omisit eorum naturas in cœteris prædicamentis explicare.

Sed instasex M. Serra (per quòd etiam potest fieri satis præcedenti arg.) quòd licet repugnet Deo seipsum per aliam speciem cognoscere, quàm per suis essentiam, nullam tamen imperfectionem importat cognoscere seipsum per medium extrinsecum, sicut nec cognoscere creaturas, per medium extrinsecum illis, scil. per suam essentiam, & etiam sibi, nempe per illarum essentias saltem ut in propria essentia contentas, ut supra etiam insinuavimus, ergo nullum erit inconveniens admittere in illo scientiam à posteriori utentem medio extrinseco effectuum ad cognitionem sui.

Urg. hoc ex eodem. Quia nulla est imperfectio, quòd cognoscat per media probabilia, quæ aliquid de ipso concludunt, ergo nulla erit cognoscere per media extrinseca, quæ aliquid de se ipso inferant. Et ratio utriusque est, quia sicut medium probabile licet ex se non importet infallibilem, vel evidentem attingentiam objecti, seu immobilitatem cognitionis illius, non tamen illam ex sua ratione formali excludit ex parte subjecti ut patet in eo, qui habens scientiam de aliquo objecto, attingit medium probabile illius, ità scientia à posteriori licet non attingat quod quid est rei, non tamen id excludit, ut similiter patet in habente scientiam à priori de illo, ergo sicut attingentia medii probabilis, quia alteram infallibilem, val medii immobilis non excludit, nullam importat imperfectionem in illo, sed magis perfectionem sine imperfectione, dum sine præjudicio suæ scientiæ simul videt objectum scitum tantum probabiliter concludi per aliud medium, ità scientia à posteriori, quia alteram non excludit, sive scientiam rei quoad quid est, nullam importabit imperfectionem in habente alteram à priori, sed magis perfectionem sine imperfectione, scil. cognitionem rei quantum ad an est, non excludendo attingentiam illius quoadquid est, dum simûl illam attingit quoad utrumque per utriusque cognitionem, quæ procul dubio perfectio quædam est, & sufficiens ut sit formaliter eadem scientia à posteriori in Deo,

Expl., & urg. ulteriùs poterat totum hoc ex his, quæ supra in proæmialibus insinuavimus de nostra Theologia, nam sicut hæc sive in sua ratione formali includat evidentiam, sive non includat juxta modum illum probabilem, nihilominus quia ex eadem non excludit, sive (quod idem est) in eadem non includit obscuritatem, licet non excludat, non importat imperfectionem, sed magis perfectionem sine imperfectione, unde eadem specie licet modo stet simul cum fide in via, stabit simul in beatia cum clara visione in patria, qua ratione prædictum medium probabile (ut proximè dicebamus) stare potest simul non solum cum fide de eadem conclusione, sed etiam cum cognitione per medium demonstrativum in habente scientiam de illo, quia nempe ex sua ratione formali non excludit evidentiam ex parte subjecti, & ideo non tollit, quin intellectus, in quo est, habeat per medium demonstrativum evidentiam ejusdem conclusionis, ita pariter quia scientia à posteriori licet in sua ratione formali non includat attingentiam *quod quid est*, sive quidditatis rei, quia teman illam non excludit perpetuò erit perfectio quædam sine imperfectione, ac proinde erit formaliter in Deo, cum in illo utpote summè, vel infinitè perfecto admitti debeat esse formaliter omnis perfectio non importans imperfectionem.

Huic instantiæ, quæ subtilis, & aliquo modo difficilis est, dicimus primò quòd videtur ab omnibus solvenda, quia posset etiam inferri Deum non tantum cognoscere creaturas, vel alia à se in se ipso, sed etiam in seipsis, cum hæc pariter cognitio ex sua ratione formali non excludet priorem, ut constat in Angelis plura per visionem cognoscentibus intra, & extra illam, vel Verbum per cognitionem vespertinam, quod tamen nullus Thomistarum admittit, ut patebit infra.

Secundò iterum videtur solvenda retorquendo paritatem assumptam, Quia licet dicamus Deum cognoscere se per medium extrinsecum, non tamen se per illud cognoscit extrinsecè, seu quasi extra se ipsum, ergo licet pariter diceretur se per effectum, aut per medium à posteriori cognoscere, non tamen infertur se cognitione, aut scientia à posteriori cognoscere. Et eodem modo opponi poterat altera paritas de eo, qui per medium probabile cognoscit objectum jam à se per demonstrationem cognitum, quòd licet per tale medium cognoscat, non ta-

tamen sequitur, quòd opinativè, aut cognitione probabili cognoscat.

Pro omnibus ergo resp. dist., & explico ant. se ipsum per medium extrinsecum, ut motivum aut rationem cognoscendi ex parte sui, vel cognitionis, ut in superioribus explicatum est neg., ex parte objecti cognoscendo illud conducere, aut conducere posse ad sui cognitionem tamquam motivum, aut rationem cognoscendi, vel medium ex parte cognoscentis imperfecti transeat, vel conc., sicut similiter dicimus de eo, qui ut supra, cognita jam conclusione per medium demonstrativum iterum cognoscit illam per probabile non utitur illo quasi motivè ex parte sui, sed quia videt illam per idem medium tantum probabiliter inferri, & solum motivè ex parte non habentis demonstrationem de illa. Et deinde neg. conseq., quia scientia à posteriori non dicit præcisè cognitionem causæ inferendæ per effectum purè objectivè, sed tanquam per causam in cognoscendo, qui importat etiam modum illativum ex parte cognoscentis, vel cognitionis ejus incipiendo à creatura, quod Deo repugnat &c.

Sed instas. Nam supra saltem probabiliter admisimus cum Illustriss. Godoy, & aliis scientiam à priori in Deo etiam respectu proprietatum creatarum per earum essentiam, non quia utatur hec tanquam motivo respectu sui, sed quia eam objectivè attingit ut causam illativam à priori suarum proprietatum, ergo poterit pariter admitti scientia in illo à posteriori, etsi solum objectivè attingat effectum, ut causam in cognoscendo respectu sui, sicut enim sic objectivè tantum incipere à creatura non dicit imperfectionem, nec impedit scientiam in illo à priori, nec dicet imperfectionem sic objectivè tantum incipere à posteriori, nec impediet alteram scientiam; Et ratio utriusque est, quia sic objectivè incipere, nihil aliud est, quàm judicare de merito utriusque objecti, quòd illa est causa in re, & illativa à priori, hæc vero in cognoscendo, & illativa à posteriori, quod nullam importat imperfectionem in cognoscente, immò perfectionem, ut in eodem jam habente demonstrationem de conclusione ut ab ipso etiam judicativè cognita secundum quòd dependet à medio probabili, unde sicut discursus, vel causalitas objectiva sufficit ad salvandam priorem scientiam à priori in Deo, ità sufficiet ad salvandam alteram à posteriori in illo.

Resp. neg. conseq., & discrimen sumitur ex superiori doctrina D. Thom., quia cum ad scientiam quæcumque sit, requiratur causalitas, seu processus per aliquid notius, & essentia creata respectu suarum proprietatum sit etiam ex parte objecti, vel secundum se quid notius illis, immò juxta modum illum probabilem prout contenta in essentia divina sit etiam ratio cognoscendi ex parte actus divini, cum creatura prout in Deo sit ipsa creatrix essentia, sufficienter salvari potest conceptus scientiæ à priori in illa de proprietatibus creatis per earum essentias, per solum discursum objectivum juxta prædictum modum dicendi, quia semper salvatur ibi processus à priori per aliquod notius, cognoscendo scil. essentiam secundum se per ex parte objecti ut illativam suarum proprietatum, & præcipuè, ut præcontentam in essentia divina, quia prout sic non infert intellectum divinum incipere ab aliquo creato. Cæterum cum effectus ex parte objecti, vel secundum se non habeat hoc meritum excedendi suam causam, tanquam aliquid notius illa, sed solum ut medium in cognoscendo, attingentia ejus purè objectiva quæcunque sit, nequit esse scientifica, unde si semel deservit, ut medium scientificum, hoc solum potest contingere ex parte cognoscentis imperfecti, nam solum relativè ad illum potest deservire ut aliquid notius, ac proinde indispensabiliter importat imperfectionem ex parte cognoscentis, vel cognitionis illius Deo repugnantem, scil. quòd daretur aliquid notius respectu sui, & consequenter quòd ab illo ut sic inciperet ejus cognitio in tali modo scientificè procedendi. Et per patet hæc ad alia, quæ subduntur ibidem.

Sed instas, Sicut effectus debet esse aliquid notius in ratione medii scientifici respectu causæ, ità causa, seu essentia debet esse aliquid notius à priori respectu suarum proprietatum, ergo si quia nullum creatum potest esse aliquid notius respectu divinæ cognitionis, non potest hæc esse scientifica à posteriori in Deo, quia nullum pariter creatum potest esse quid notius respectu illius, nec poterit esse scientifica à priori de illis.

Resp. neg. conseq., quia ut dictum est, essentia creaturarum ex parte objecti, vel secundum se, habet hoc meritum, ut sit quid notius, & ratio à priori, tum quia consequenter prout contenta in Deo, potest esse ratio ex parte cognitionis divinæ, cæterum effectus cum id non habeat secundum se, tantum habere poterit ex parte cognoscentis ob illius imperfectionem, vel limitationem in cognoscendo, secundum quam incipit ab effectu, quando non potest statim, vel immediatè penetrare causam.

Sed adhuc instas. Quamvis essentia creata præcisivè à sui continentia in Deo non possit esse ratio ex parte actus divini, saltem tamen potest esse per nos ut contenta in illo sine omni imperfectione ex parte Dei, ergo licet pariter effectus præcisè secundum se non possit esse ratio ex parte ejusdem actus, saltem tamen poterit esse ut contentus in divina essentia.

Urg. hoc. Nam quando dicimus essentiam creatam ut contentam esse rationem ex parte actus divini, vel sit reduplicatio supra illam secundum esse indistinctum, quod habent ab essentia, vel secundum objectivum, & proprium, quo ab eadem distinguitur; si primum, jam magis essentia divina erit ratio, quàm essentia creata, quia de illa prout sic specialiter verificatur, quòd sint ipsa creatrix essentia; si verò dicatur secundum, tunc vel non evitatur prædictum inconveniens, aut imperfectio, ob quam excluditur scientia à posteriori in Deo, scil. quòd aliquod creatum sit ratio cognoscendi ex parte Dei, vel cognitionis ejus, & consequenter quòd ab aliquo creato incipiat divina cognitio; vel si id salvari potest sine omni imperfectione respectu scientiæ à priori, pariter salvari poterit sine omni respectu alterius à posteriori.

Resp. eodem modo, quòd cum essentia creata id habeat secundum se, scil. quod sit ratio à priori, optime potest apparere etiam ut talis in essentia divina, ac proinde sicut hæc est ratio à priori respectu actus divini pariter essentia create ut sic contente potest attingi ut talis, vel aliquo modo etiam deserviens prout sic ex parte illius, cæterum effectus cum id non habeat secundum se, nec potest apparere in illa ut sic deserviens ex parte actus, nisi supposita indigentia ex parte cognoscentis assumatur

matur ut medium notius in cognoscendo, quod Deo repugnat.

Ad confir., quæ videtur paulò subtiliùs impugnare prædictum modum dicendi resp., quòd adhuc sumpta posteriori modo, secundum esse distinctum, ut contentum tamen in illa, adhuc potest aliquo modo deservire ex parte actus, quia non habet prout sic etiam objectivè influere nisi ex vi manifestationis divinæ essentiæ prius visæ, vel in qua ut visa manifestatur, & cognoscitur ut ratio illativa à priori suarum proprietatum, unde sicut divina essentia ut illam manifestans est prima ratio in Deo cognoscendi se ipsum, & alia creata, ita essentia creata, ut manifestata, vel visa in essentia divina, & ex meritis illius ut primò, & adæquatè manifestantis omnia juxta eorum conditionem, & meritum, est aliquo modo ratio ex parte actus cognoscendi illius proprietates. Ex quo patet nunquam incipere Deum à creatura respectu alicujus scibilis, nec divini, nec creati.

Ex his etiam solvitur alia objectio desumpta ex perfectissima cognitione, quam habet Deus de creaturis, quia cum eas comprehensivè cognoscat, attingit omnes habitudines transcendentales, quas habent ad seipsum, ac proindè cognoscit se ipsum ut earum dependentiæ terminum, quod est se ipsum cognoscere per creaturas comprehensivè cognitas, nam hac ratione Angelus cognoscendo seipsum, Deum in se ipso, & per se ipsum cognoscit, quia ejusdem substantia Angeli in ratione affectus dicit habitudinem transcendentalem ad illum.

Resp. enim ex proximè dictis id tantum militare respectu cognoscentis creati, qui non tantum signatè, vel judicativè cognoscit effectum relativè ad causam, sed etiam motivè, & in exercitio ex effectu ut motivo, vel ratione cognoscendi procedere potest ad cognitionem causæ, non tamen respectu intellectus divini, qui nunquam incipit à cognitione effectuum, sed illum dumtaxat cognoscit in se ipso, ut priùs cognito, unde seipso viso, videt simul seipsum, ut terminum illarum habitudinum, non tamen ex illis cognitis iterum procedit ad cognitionem sui nec per discursum objectivum, cum ex parte objecti non habeant hoc meritum, (ut dictum est,) cum secundum se non sint aliquid notius ex parte illius respectu causæ; nec per virtualem subjectivum, cum non possit consequenter assumi ut ratio cognoscendi, ex parte actus ut explicatum est. Per quod etiam patet ad id quod subditur de Angelo, qui potest imperfectè incipere à seipso, & tendere ad cognitionem Dei.

Sed adhuc est difficultas an saltem per sua attributa possit habere scientiam à posteriori de se ipso: Cui tamen similiter resp. negativè, nam licet ita sit, quòd hæc etiam perfectissimè cognoscat, & in illis se ipsum, quatenus sunt sibi summè identificata, & natura Divina in ratione prædicati divini transcendentis sit de eorum essentia, non tamen quasi ex illis, ut motivo, aut ratione cognoscendi, sive objectivè, sive ex parte actus procedat ad cognitionem sui, ut causæ eorum virtualis, cum revera ex parte objecti non sint causa, seu ratio formalis essendi, sed magis quid radicatum, nec possint consequenter esse medium in cognoscendo respectu sui cum non sint aliquid notius. Tum quia ut in superioribus de visione explicatum est; cum in divinis non sit assignabilis ratio cognoscendi alia divina, quasi priùs cognita sit ratio, aut medium cognoscendi illa, sed solum per modum speciei intelligibilis, & sola divina essentia obtineat hoc munus, non possunt ullo modo attributa esse ratio, aut medium in Deo ad scientificè procedendum respectu sui, sed magis ex ipsa natura Deitatis primò incipit à sui natura, vel essentia, ut ratione videndi per modum speciei intelligibilis se ipsam, & cætera divina, unde solum admitti potest in illa scientia à priori non à posteriori.

§. X.

Aliud Corolarium circa distinctionem scientiæ, vel Sapientiæ, & aliarum virtutum intellectualium in Deo.

Dico scientiæ, vel Sapientiæ, quæ in Deo scientia semper procedit, aut considerat causam altissimam, cum omnia cognoscat per se ipsum, & ratio illi cognoscendi sit essentia divina, ut dictum est, constat autem quòd Sapientia in hoc formalissimè consistit, quòd altissimam causam consideret, unde scientia in Deo formalissimè est Sapientia, licet enim, (ut ait D. Tho. in Primo dist. 35. qu. 1. ar. 1.) omnis Sapientia sit scientia, sed non è contra, illa tamen scientia, & sola est Sapientia, quæ causas altissimas considerat. Tum quia Sapientia idem est, quòd perfectissima scientia, sed scientia Divina non potest non esse perfectissima, ergo est formaliter sapientia.

Difficultas verò est an eadem scientia divina, vel divina sapientia in exercitio, vel per modum actus secundi distinguatur ab aliis virtutibus intellectualibus, tum inter se, tum ab intellectione absolutè sumpta, seu constitutiva Divini intellectus, quam alii etiam, ut vidimus, contendunt esse simul constitutivam Divinæ naturæ.

Cujus resolutionem infetimus ex dictis affirmando cum Illustris. Godoy disp. 27. M. Serra dub. 2. ad art. 2. concl. unica, & aliis Discipulis D. Thom. contra Suarez in Mataph. disp. 30. sect. 15. n. 33. & alios Recentiores Societatis. Quia nempè, ut insinuavimus, habent distincta objecta formalia, nempè intellectio absolutè sumpta essentiam Divinam sub ratione intelligibilis absolutè, scil. præscindendo ab omni modificatione, vel restrictione; sub ratione simplicis intelligentiæ, vel luminis principiorum eandem essentiam, ut est veritas per se nota; ut verò scientia attingit illam, ut est ratio attributorum, vel creaturarum; in ratione vero artis, & prudentiæ, ut est recta ratio agibilium, ergo licet conveniant omnes intra lineam divinæ intellectionis quoad substantiam, ità ut hæc secundum rem, vel substantiam non multiplicetur etiam virtualiter in plura partialia attributa, sicut nec multiplicatur intellectus, cujus est constitutiva, bene tamen secundum proprias rationes formales, quibus respiciunt diversa objecta formalia, nam licet hæc ut explicavimus, comparativè ad divinum intelligibile, ut sic, vel absolutè sumptum, quod correspondet divinæ intellectioni, vel intellectui divino per illam constitutu, materialiter se habeant, ac per cõsequens non sufficiant ad illum etiam virtualiter multiplicandum, ac proindè nec intellectionem divinã prout sic quoad substantiam, bene tamen facta comparatione inter

ter se secdum proprias rationes formales, sicut proportionabiliter dictum est de particularibus intelligibilibus, vel scibilibus quoad hanc partem in nobis, quòd licet materialiter se habeant comparativè ad ens ut sic, quod est objectum specificativum intellectus, non tamen comparativè inter se, nam prout sic, ut dictum est, distinguuntur in plura formaliter intelligibilia, & specificant habitus, vel principia formaliter, imò etiam realiter distincta ob limitationem virtutis intellectivæ; in quo distinguuntur à virtutibus intellectualibus in divinis, quæ ob eminentiam, & summam perfectionem, vel actualitatem intelligentis, nequeunt multiplicare intellectū, vel intellectionem divinam quoad substantiam, vel rem etiam virtualiter, unde nec admittuntur in Deo hujusmodi virtutes intellectuales per modum habitus, ut docet hìc D. Thom. ar. 1. ad 1. dicens. *Scientia*, & sic de aliis, *Non est qualitas in Deo, vel habitus, sed substantia, & actus purus*. Quod etiam docuit Primo cont. gent. cap. 56. & 92. ratione 2. & qu. 1. de potentia ar. 1. ad 4., quia nempe ex sua ratione formali importat limitationem, seu realem distinctionem sui à potentia, cujus ast habitus tanquam à passivo receptivo sui secundum rem, ut docet D. Th. ibidem ad ar. 4. & est forma, vel actus realiter medians inter potentiam, & actum ut docet ibi ad 14., & per modum accidentis, ut tradit idem relato c. 92. Nam si supernaturalis sit, petit potentiam carentem realiter virtute proportionata cum actu, ut patet ex superioribus de visione. Si verò naturalis, ordinatur ex sua natura ad dandam potentiæ facilitatem, & promptitudinem ad actum, ad quem de se facilis, & prompta, non erat, ut ibidem explicatum est, quæ de se postulant ut patet ex terminis, præfatam distinctionem, seu limitationem, ac proindè imperfectionem repugnantem Deo, non tantum ortam materialiter ex illo, ex quo scil. creatus est, sed ex quo formaliter, sivè ex sui ratione formali, aut ex quo habitus est, ut verè intandit D. Tho. hic ad 1. dum concedit Deo scientiam, & negat habitum, quia imperfectus est; non posset autē sic concedere, & negare, si iste solum diceret imperfectionem ex quo creatus est, quia tunc nullum esset discrimen inter illum, & scientiam, unde posset utrumque Deo competere ex sua ratione formali, & neutrum cum illis imperfectionibus, cum quibus reperiuntur in creaturis. Sed hæc obiter dicta sint ad explicandam prædictam distinctionem inter virtutes intellectuales in Deo, & quomodo admitti possint in illo, scil. per modum simplicis attributi, vel perfectionis attributalis sine omni imperfectione. Et videri potest Illustris. Godoy hìc disp. 24. §. 8.

Obiicies primò. Eadem indivisibiliter intellectio constitutiva divini intellectus est simul scientia, vel sapiētia, & omnis alia virtus intellectualis, ergo non tenemur distinguere istas virtualiter sive inter se, sive ab eadem intellectione, conseq. tenet, quia non tenemur multiplicare sine necessitate. Ant. prob. primò, quia non est dabilis intellectio certa, & evidens in singulari, quæ altera ex illis virtutibus non sit, ut constat in nobis.

2. Quia eadem intellectio, utpotè compræhensiva divinæ essentiæ est perfectissima, & infinita cognitio, ergo illam attingit omnibus modis, quibus est cognoscibilis, ac proindè secundum omnem rationem, qua correspondet prædictis virtutibus, aliàs non comprehenderet illam.

3. Quia semel illam attingens, saltem attingit ut veritatem per se notam, cum ratione sui immediatè eam attingat sine medio realiter, aut virtualiter à se distincto, ergo saltem est simplex intelligentia.

4. Denique quia intellectio divina, cum sit constitutiva divini intellectus, debet indivisibiliter esse, quod est idem intellectus, sed hìc indivisibiliter est omnis virtus intellectualis, ergo & intellectio constitutiva illius indivisibiliter erit omnis hujusmodi virtus. Prob. mi. quia divinus intellectus indivisibiliter est in actu 2., (cum sit actus purus) quidquid est creatus in actu primo, sed hic in primo indivisibiliter est simplex intelligentia, scientia &c. ergo.

Urg. totum hoc. Divina Idæa non dividitur in diversa attributa secundum diversitatem, & multitudinem idæarum, vel ideatorū, ergo nec Dei cognitio, aliàs eadem facilitate dicatur etiam, quòd divina scientia distinguatur in diversa attributa secundum diversitatem scientiarum, scil. Metaphisicæ, Physicæ &c. quod non conceditur.

Ad hoc patet ex dictis aliud esse, quòd eadem intellectio ad omnia objecta se extendat prædictarum virtutum, sive attingat essentiam nullam omissa ratione, qua eisdem correspondet; aliud verò, quòd omnis hujusmodi ratio sit formale motivum, aut ratio attingendi respectu sui, quia, ut dicebamus, quæ formaliter se habent in ordine ad inferiora, materialiter se habent respectu superioris, unde sufficiunt quidem ad illa distinguendum tam inter se, quàm à superiori; non tamen quòd istud ità ad eadem se extēdat, ut utramq; earū distinctionem exhauriat, ut patet in nostro intellectu, qui licet ad omnia objecta scientiarum se extendat, ità ut ad eorum multiplicationem non multiplicetur, non tamen ex hoc impedit distinctionem illarum inter se, & à se ipso.

In forma ergo nego ant. ad prob. dist. ant. quæ altera ex illis non sit, identicè, & materialiter, vel adæquatè in re conc., formaliter, & secundum proprias earum rationes, ut inadæquatè à nobis concipitur, nego, quia licet in re ità sit, quòd licet intellectio constitutiva divini intellectus, (vel naturæ juxtà plurium sententiam,) sit omnis hujusmodi virtus, ut docet D. Tho. hic ar. 1. ad 2. non tamen ut præcisivè attingibilis est, scil. ut cognitio divina est absolutè, sic enim habet objectum formale distinctū ab illis, ut dictum est, scil. divinam essentiam sub ratione intelligibilis modo divino absolutè præscindendo ab omni modificatione, vel determinatione, aut restrictione, sicut habent eædem virtutes inter se. unde optimè potest ab illis distingui, sicut distinguuntur eædem inter se. Sicut similiter dicimus de intellectione creata, quæ si sumatur absolutè, vel præcisivè ab omni sui differentia, vel modo, quo reperitur contracta à parte rei, neque est simplex intelligentia, nec scientia &c. sed præcisè importat attingentiam objecti intelligibilis modo creato præscindendo ab hoc, vel illo determinato modo attingendi, scil. Intelligentiæ, scientiæ &c.

Ad secundam dist. utrumque consequens, debet attingere omnibus modis, & secundum omnem rationem formaliter, & specificativè neg., materialiter & identicè, vel ex parte rationis quæ conc., nam quamvis hoc posteriori modo nullam omittat, non tamen prout sic tenetur specificari ab illis, aut eas formaliter respicere, ita ut sint illi formalis ratio attingendi, nam specificativè, & formaliter sola essentia divina modo divino, & absolutè cognoscibilis

lis est formale ejus objectum, & ratio attingendi, ut dictum est, unde satis est ad salvandam ejus perfectionem, & infinitatem, vel rationem comprehensivi, quòd cognoscat illam esse veritatem per se notam radicem, attributorum, causam creaturarum, rationem agibilium, & factibilium, nullam omittendo in ratione cognoscibilis, non tamen respiciendo illas, ut sui formale objectum specificativum. sicut dicebamos de intellectu nostro, vel ejus cognitione absolutè sumpta, quòd attingens ens in tota sui latitudine non est necessarium, quòd specificativè, & formaliter se extendat ad omnem illius differentiam contrahentem illud ad hanc, vel illam rationem scibilis, sed quòd cognoscat illud fundare omnem hujusmodi scibilitatem, qua specificativè correspondet particularibus sui habitibus, vel virtutibus.

Ad tertiam similiter dist. attingit ut veritatem notam, lii ut reduplicante rationem formalem attingendi neg., reduplicante rationem materialem, seu ex parte rationis quæ, & modum exercitè attingendi, seu non per aliud conc., quia ut sæpè dictum est, quod est formalis ratio respectu inferiorum, materialiter se habet ad superius, ob ejus universalitatem, vel amplitudinem.

Ad quartam dist. mi. indivisibiliter est omnis in re, vel identicè conc., formaliter, aut secundum particulares habitudines, quibus respiciunt suum objectum formale nego; ad prob. iterum dist. quid quid est creatus in actu primo, per se primò, & de formali conc., de materiali neg., & dist. mi. hic in primo est simplex intelligentia, formaliter neg. materialiter; vel extensivè conc., nam licet ex eo quòd respiciat ens in communi, habeat intellectus noster (ut dictum est) idem indivisibiliter se extendere ad actus suorum habituum, vel virtutum, & propterea dicatur indivisibiliter potentia simpliciter intelligendi, sciendi &c. non tamen respicit eos formaliter, & specificativè, sic enim respicit intellectionem creatam sub communi ratione cognitionis intellectivæ absolutè, sicut pariter respicit solam rationem communem entis, ut natam speciali modo attingi ab intellectu creato, ut supra de visione explicatum est, scil. ipsam entitatem, & intelligibigibilitatem realem entis analogam, ut fundat relationem rationis mensuræ ad intellectum humanum ut ad mensuratum sistendo ibi tanquam in sui formali specificativo; sic ergo similiter dicimus de intellectione, aut intelligere divino secundum quòd est constitutivum intellectus divini per se primò, & metaphysicè, quòd non debet formaliter esse aliqua ex eisdem virtutibus, sed materialiter, vel per se secundò: quòd verò dicitur de divino intellectu, & intelligere in ordine ad virtutes intellectuales, similiter dicendum est de divina voluntate, & volitione in ordine ad appetitivas, vel effectivas, scil. misericordiam, justitiam &c.

Ad confir. patet etiam ex dictis ibidem de visione: nam ideæ secundum quòd multiplicantur in Deo, non multiplicant ibi perfectionem formaliter existentem in illo, sicut multiplicant virtutes intellectuales, diximus nanquam dupliciter ideam posse considerari in divinis, primò ut est attributum, sive ut dicit perfectionem formaliter existentem in Deo, & sic non est multiplex, sed una inadæquata singulis creaturis, quæ non est aliud, quàm ipsa essentia divina ut imitabilis ab illis, unde ut adæquatum ideatum non respicit hanc, vel illam creaturam secundum propriam rationem, sed omnes ut conveniunt in una ratione entis creabilis, vel exemplati, & ideo primarius terminus à quo specificatur respectus rationis, quem in obliquo intrinsecè connotat, est communis ratio entis creabilis, singulæ verò creaturæ secundum proprias rationes sunt terminus secundarius. Secundò considerari potest ut dicit eandem essentiam, ut objectum cognitum ut imitabile secundum determinatum gradum, vel modum à qualibet creatura, & sic multiplicantur quidem plures ideæ, alia hominis, alia bonis &c. sed non dicuntur plura attributa, quia & si divinam essentiam esse examplar imitabile à creaturis dicat perfectionem, tamen quòd cognoscatur ut imitabilis ab una secundum unum gradum determinatum, ab alia secundum alium non dicit novam perfectionem adhuc ratione distinctam, sed tantum addit novum respectum rationis ad exemplatum: cœterum virtutes intellectuales, ut per se patet, important perfectionem formaliter existentem in Deo, & ideò optimè possunt multiplicari, & distingui in diversa attributa tam inter se, quàm ab intellectu, vel cognitione divina absolutè sumpta, non tamen idea divina secundum diversitatem prædictam idearum; concesso ergo ant. neg. conseq. ob discrimen adductum.

Ad id, quod subditur similiter respondetur, quòd cum particulares illæ scientiæ in suo formali conceptu importent imperfectionem, scil. respectum, vel objectum specificativum creatum abstrahendo à tali, vel tali materia aliam concernendo, qua ratione distinguntur inter se, ut explicatum est in Physicis, nequeunt admitti in Deo per modum attributi, quod importat perfectionem formaliter existētem in illo, ac proindè nec divina scientia intra suam lineam multiplicari potest in plura attributa secundum diversitatem earumdem scientiarum nec esse formaliter aliqua ex illis, & licet metaphysica dicatur abstrahere ab omni materia, sicut similiter logica, illa tamen permittit in suo objecto realem potentialitatem, cum agat etiam de ente reali creato; hæc vero abstrahit ab omni ob sui, & objecti specificativi imperfectionem, ut dictum est in logicis; unde sola Theologia, quæ per se formaliter respicit quid divinum pro objecto, affirmari poterit de divina scientia ita ut sit formaliter talis, vel sciētia, non tamē nostra, quia hæc saltem pro hoc statu permittit obscuritatem divinæ Theologiæ, vel scientiæ repugnantem. Unica ergo erit scientia in Deo, utpotè habens unicum objectum primarium, scil. divinam essentiam modo explicato, in quo sub unico lumine omnia alia cognoscit altiori modo, quàm scientiæ, quæ in nobis diversæ sunt.

Ex his etiam inferimus non sufficere ad salvandam prædictam distinctionem virtutum intellectualium in Deo, vel ad illas multiplicandum in diversa attributa intra eandem lineam cognitionis quendam modum, quem excogitavit P. Laurentius à S. Theresia in suo spicilegio, quia non multiplicat perfectionem absolutam intra illam, sed tantum purum respectum rationis, ut statim constabit. Dicit enim, quòd scientia v. g. (& sic proportionabiliter de aliis) est virtus intellectualis virtualiter distincta ab aliis, & etiam ab intellectu divino, & intellectiona metaphysicè illius constitutiva non sumendo scire quoad substantiam, sed quoad modum rectitudinis

dinis derivatum in intellectione divina à regulatione suprema essentiæ divinæ, & consistentam in veritate formali indefectibili, unde distinguit illas non quoad substaotiam, sed quoad modum rectitudinis ejusdem divinæ cognitionis secundum varias regulatiooes, itaut non distinguantur in esse cognoscibili, fundando scil. distinctam substantialiter cognitiooem, sed tantum in esse regulabili regulatione ipsius cognitionis, itaut fundent plures passivas regulationes derivatas in illis ab essentia divina tanquam suprema regulæ.

Cœterum hic modus, ut consideranti constare poterit, tantum superad lit, aut multiplicat prædictas virtutes secundum respectum rationis, vel terminationis ad objectum respectu cognitionis divinæ, qui sicut non est sufficiens ad multiplicandam ideam in plura attributa, ità nec erit sufficiens ad multiplicandam divinam cognitiooem, seù iotra illius lineam plures virtutes tanquam plura attributa. Etenim veritas formalis, (& sic de aliis secundum proprias cujuslibet regulationes passivas) addere nequit supra actum divinæ cognitionis perfectionem aliquam absolutam, cum cognitio (ut patet ex Dialecticis) sit vera ex eo quòd est conformis objecto attingendo illud sicuti est, ac proindè divina cognitio utpote verissima etiam quoad substantiam habet jam prout sic omnem perfectionem absolutam, & realem, quam importat veritas formalis in illa, ergo solum potest scientia superaddere ad illam purum respectum rationis, vel terminationis ad instar cujusdam relationis ad objectum, & consequenter nequit ratiooe veritatis virtualiter, vel attributaliter distingui ab intellectu, & intellectione, aut cognitione illius constitutiva, vel etiam ab aliis similem tantum importantibus respectum. 5. Tum quia non stat semel esse indistinctas in esse cognoscibili quoad substantiam cognitionis, & esse distinctas in esse regulabili quoad modum passivę regulationis derivatum ab essentia, ergo vel in utroque esse distinguuntur, vel in nullo. Prob. ant., quia essentia divina non minus est infinita, & comprehensiva, nec minus procedit modo infinito, & comprehensivo in uno, quàm in alio, ergo si eadem etiam virtualiter sufficit pro cognoscendo omni divino sine earum distinctione in esse cognoscibili, eadem virtualiter sufficiet pro omni illo regulando.

Ex quibus etiam facilè solvitur ejus fundamentum, nam licet pariter recurrat ad distinctionem objectorum, non tamen hæc sufficienter assignat ad distinguendum attributaliter hujusmodi divina, nam assignat distinctum per hoc, quòd de ratione virtutis intellectualis est per se primò respicere io actu, & in objecto id, quod est per se difficile potentiæ, sed hoc est quid distinctum, & sublimius à ratione inspecta à potentia secundum se, ergo de ratione virtutis intellectualis est respicere distinctum objectum ab illa, ac proindè scientia &c. in Deo, habebunt distinctum objectum ab intellectu, & cognitione illius constitutiva, sicut & inter se, utpote importaotes distinctum arduum, & difficile.

Cœterum hæc ratio quidquid sit, quòd militare possit in nobis imperfectè cognoscentibus, & in quibus virtutes intellectuales sunt per modum habitus, qui adhuc dicuntur deservire, scil. ad vincendas difficultates formales, quas intellectus limitatus incutrit in progressu, vel profectu cognitionis, non tamen in intellectu divino perfectissimè, & comprehensivè cognoscente. Unde impugnatur sic. Difficultas, quæ esse potest in actu virtutum intellectualium, (ut ait D. Tho. 2.2.qu.129. art. 2. io corp.) coosistit in ad inventione medii rationis, sed hæc, ut patet, militara non potest respectu intellectus perfectissimi, & comprahensivi, ut est divinus, ergo virtus intellectualis io Deo nequit esse ad vincendam aliquam difficultatem, ac proindè nec ex ratione difficilis, & ardui importare obiectum distinctum ab objecto iotellectus ejus, aut cognitionis absolutè constitutivæ illius.

Secundò quia ut etiam docet D. Th. p. 2. q. 40. ar. 8. ad 1. ratio ardui non consistit in quocunq; etiam difficili, & non nisi adhuc per alterius auxilium obtinendo, sed præterea requiritur, quòd secundum statum communem, & legem assequutio ejus sit impedibilis: *Illa enim inquit, in quibus homo nullum impedimentum timet quasi jam non reputantur ardua*, qua ratione, nec in beatis, nec in Christo ponitur spes, aut actus ejus respectu gloriæ corporis, sed tantum desiderium, quia habita gloria animæ, in qua virtualiter præhabetur illa corporis, assecutio illius est inimpedibilis, etiam si eam non sic assequutus Christus, nec assequuturi essent beati, nisi post gravissimam hic tolerantiam passionum, sed in casu, cognito objecto ut est, ut revera cognoscitur ab intellectu divino, cognitione sui absoluta ut dictum est,) non solum non est arduum, aut difficile, sed necessarium, & inimpedibile cognoscere modum rectitudinis, aut veritatis formalis, ergo ex hoc præcisè capite attingendi modum istum non erit necessaria virtus intellectualis superaddita in Deo ad cognitionem absolutam. Immò neque etiam in nobis est necessarius habitus ad præcisè attingendum modum conformitatis cum objecto quoad aliquod sui prædicatum semel habito judicio quoad substantiam de illo per ejus causam, nam semel cognito, aut formato judicio de homioe, quòd est ritibilis, quia est rationalis, absque difficultate sequitur eadem conformitas, aut veritas formalis in tali actu, vel judicio, ac proinde ad attingendum in isto prædictum modum rectitudinis, vel conformitatis non tenemur superaddere virtutem intellectualem ad cognitionem absolutam.

Ex his etiam inferimus, quod jam superiùs insinoatum est, scil. prædictas virtutes in Deo non ità distingui virtualiter, quasi superaddant aliam rationem cognitionis à cognitione absoluta, quia cum hæc, utpotè infinita, sit veluti transcendens, non minus, quàm eos transcendat omnem sui passionem, scil. unum, verum, bonum &c. sicut istæ oon distinguntur inter se, vel ab ente, quasi superaddant aliam rationem entis ab illo, seo à toto genere entis, sed important ipsum idem absolutè ens cum diverso respectu, & connotatione secundum propriam unius cujusque lineam, vel propriam rationem formalem, ita similiter distinguuntur eædem virtutes inter se, & à cognitione absolutè sumpta, quatenus important eandem omninò quoad substantiam cum diverso respectu, & connotatione secundum cujuslibet meritum, vel propriam rationem, qua illam contrahunt, aut determinant non per modum alicujus extraoei, sed in ipsa ejus substantia per modum alicujus imbibiti ad hanc, vel illam lineam, aut perfectionem attributalem jam intimè inclusam, & expressivè, vel explicativè, aut connotativè superadditam, ut etiam in superiori-

rioribus explicatum est. In quo valdè distinguitur intellectio divina à creata, quòd hæc etiam realiter multiplicari dicitur quoad substantiam intellectionis in actu simplicis intelligentiæ, scientiæ, & aliarum virtutum intellectualium, non tamen substantia divinæ intellectionis quoad rationem intellectionis absolutè sumptæ, ità ut prout sic nec virtualiter multiplicari dicatur. §. Cujus etiam ulteriùs potest assignari ratio, nam sicut intellectio creata specificat intellectum creatum prout communis omni intellectioni creatæ, scil. simplici intelligentiæ, scientiæ &c. ità divina specificat divinum prout communis intelligentiæ, cœterisque virtutibus intellectualibus divinis; at non prout communis communitate rationis, cum neque intellectus, quem specificat, & metaphysicè constituit, sit nous indivisibilis, non habens hanc communitatem pluribus attributis, ergo ut communis illis communitate rei, ac proindè etiam virtualiter in eis indivisa.

Tum deniqsquia si in divino intellectu non admittuntur plures intellectiones virtualiter distinctæ in ipsa substantia intellectionis faciliùs defenditur mysterium Trinitatis quòd duæ sint tantum processiones in illo, altera Verbi per intellectum, altera Spiritus Sancti per voluntatem, quia ut infra cum D. Tho. qu.27. art.5. ad 3. docent communiter Theologi: *Deus unico simplici actu omnia intelligit, & omnia vult, unde in eo non potest esse processio verbi ex verbo neque amoris ex amore, sed est in eo solum unum verbum perfectum, & unus amor perfectus*, inquit D. Tho. At hæc dualitas processionum non poterit ità salvari multiplicatis intellectionibus virtualiter in ratione intellectionis divinæ absolutè sumptæ ut patet, cum sicut modo per unam dicitur productum Verbum, v.g. per essentialem, similiter dicent esse ab illo esse productum alterum per attributalem, sive per simplicem intelligentiam, & sic de aliis &c. Eò vel maximè, quòd ad multiplicandum hujusmodi processiones non esset necessaria distinctio realis, sed sufficeret virtualis inter easdem intellectiones, sicut sola virtualis sufficit inter intellectionem, & volitionem ad multiplicandam utramque processionem amoris, & Verbi, sicut & ad distinguendum realiter utriusque terminum, scil. Filium, & Spiritum Sanctum, unde ad vitandas ejus modi instantias necessarium est unam admittere tantū absolutè intellectionem divinam quę ità adæquatur cum uno Verbo perfectissimè omnia exprimente, sicut divina fœcunditas adæquatur, & manifestatur in prædictis duabus processionibus, earumque terminis ut concludit ibi D. Tho.

Ex quibus etiam inferri potest probabilitas alterius modi dicendi plurium Recentiorum inter Thomistas, scil. dari in Deo discursum tantum eminentialem, aut fundamentalem, quatenus uno simplici actu, vel cognitione attingit quidquid nos per plures actus, & discursus cognoscimus, ita ut solum dicatur eo modo discursiva ejus cognitio, quo est multiplex, & cum tantum sit multiplex juxta alterum priorem, eminentialiter, aut fundamentaliter non virtualiter, pariter erit tantum discursiva eminenter, quia idem simplicissimus ad plura inter se realiter distincta se extendit, ad quæ nos multiplici tantum pervenimus, nam eminentia ejusdem cognitionis supplere potest, sine indigentia discursus formalis, vel virtualis, quid quid formalis præstat in nobis, aut virtualis si admittatur in Angelo.

Ratio verò hujus illationis est. Quia ad verum, & proprium discursum duo requiruntur, scil. duæ intellectiones inter se distinctæ in ipsa substantia cognitionis absolutæ respectu principii, & conclusionis, & quòd una ex altera colligatur, ergo sicut ad discursum formalem requiruntur duæ formaliter distinctæ, ad discursum virtualem requiruntur duæ distinctæ virtualiter, ergo si in Deo non dantur plures cognitiones virtualiter distinctæ quoad substantiam cognitionis absolutè sumptæ, nec poterit dari discursus virtualis verè, & propriè. Ant. constat ex his, quæ contra Suarez, & Vasquez docent communiter Thomistæ 3. p. q.11. ad art.3. potuisse Christum per scientiam infusam intelligere cum discursu proprio, quia ad istum prædicta duo requiruntur, & sufficiunt, & utrumque potuit habere Christus in eadem scientia, nempè per illam à posteriori per effectus tam naturales, quam supernaturales cognoscere Deum quoad an est ut prob. ibidem. Et ex his etiam videtur salvari in Deo perfectior modus comprehendendi principium si semel in vi ejusdem cognitionis absolutæ, & quoad substantiam etiam virtualiter indivisæ attingit in illo conclusiones cum eodem connexas, quod non videtur sic facilè explicari posse in opposita sententia. Sed hæc probabiliter dicta sint salvis superioribus.



DISPU-

DISPUTATIO SECUNDA.

De Scientia simplicis intelligentiæ.



Quæritur in hac Disputatione inquirimus, alia successivè inferenda, quæ cum his connexionem habent. Primum de objecto, sive ad quæ se extendat, & quomodo. Secundum de altero modo cognoscendi illud, unde primum est an cognoscat per illam creaturas possibiles in se ipso ut in causa, secundum an etiam in se ipsis. Tertium de divisione illius, an sit adæquata divisio scientiæ Dei in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Quartum de ejus causalitate, & quomodo, ubi etiam de potentia executiva, an sit virtualiter distincta ab intellectu, & voluntate.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum Deus cognoscat creaturas possibiles in se ipso, seu in sua essentia tanquam in causa.

§. PRIMUS.

Præferuntur quædam necessaria ad resolutionem.

Supponimus in communi consensu Theologorum contra Aureolum Deum cognoscere omne objectum creatum, & creabile non solum secundum illud esse, quod habeot indistinctum ab illo, quod est tantum cognoscere essentiam, vel eminentiam suam, in qua, ut dictum est, omnis creatura secundum idem esse est ipsa creatrix essentia, sed etiam secundum esse distinctum, seu proprium, & particulare, quod singulæ habent in se ipsis, vel habere possunt nisi velimus ejus scientiam non esse summè, & infinitè perfectã, & tantum sistere in ipso intelligibili primario, vel divino, quod est alienum, nam aliàs etiam in producendo creaturas veluti à casu procederet si semel non priùs cognosceret. Quomodo enim potest aliquid intendi non priùs cognitum? Exequi autem aliquid non priùs intentum est operari à casu, scil. præter intentionem, qua ratione ostendimus 3. par. contra Suarez non rectè distingui de remedio peccati inter motivum quoad intentionem, & executionem, quasi fuerit motivum quoad hunc ordinem, non priorem, sic enim fuisset executum à casu, unde commone est omni agenti intellectuali operari propter finem intentum, ac proindè cognitum. Idque etiam læderet divinam providentiam, nec posset pro cujuslibet merito, vel demerito, præmium largiri, & infligere pœnam, cum non possit Judex pro æquitate procedere incognita causa.

Hoc totum egregiè, ac subtiliter explicat D. Tho. prout de more lect. 3. ad Hebr. 4. ad illa Verba. *Et non est ulla invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem est nobis sermo.* Ubi inquit. Ostendit, quòd illud, quod secundùm naturam est invisibile, non est occultum Deo. Quod enim aliquid non videatur à nobis, hoc est, quia simplicius, & subtilius est oculo nostro sive corporali, sive intellectuali, sicut sunt substantiæ separatæ, quas in vita ista videre non possumus; divino autem intellectu nihil est simplicius, vel subtilius, ergo nulla creatura est invisibilis in conspectu ejus. Sed numquid cognoscit in universali tantum, sicut quidam voluerunt (scil. Alguezel, & Averroes, ut in direct. Inquisit. 2. p. q. 4.) non. *Sed omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus.* Per oculum autem intelligitur vis cognoscitiva, intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signanter autem dicit in plurali *oculis* propter diversitatem intellectorum, quia non cognoscit unum tantum, sed etiam multitudinem, dicit etiam *nuda, & aperta.* Dupliciter enim cognoscitur aliquid, uno modo in superficie, alio modo in profundo, sicut homo nudus videtur in superficie, non autem vestitus. Videtur autem in profundo, quando viscera ejus deteguntur; sed omnia Deo manifesta sunt, etiam quæ videntur à nobis in superficie. Nihil enim est extra, quod impediat cognitionem Dei, sicut vestis impedit, ne videatur homo, & ideò dicit *nuda* Job. 26. nudus est infernus coram illo. Dicit etiam aperta, *quia* nihil est ità occultum in re, quod Dei cognitionem effugiat.

Sed contra Abacuc primo *Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & aspicere ad iniquitatem non poteris.* Non ergo omnia nuda sunt. Respondeo dicendum (en non solum explicatio, sed etiam conclusio præsentis suppositi) quòd in Deo est essentia simplicis intelligentiæ, & scientia approbationis, primo modo cognoscit omnia etiam mala, & ea quæ non sunt. Secundo modo cognoscit bona, quantum ad ea, quæ sunt. Sed de his infra. Tandem sic concludit ad ultima verba Apostolica id, quod insinuavimus de Deo Judice remunerante, & premiante. *Consequenter ostendit* perfectionem autoritatis ipsius cum dicit. Ad quem est nobis sermo. Ista vero authoritas est authoritas judicandi Act. 10. Ipse est qui constitutus à Deo Judex vivorum, ac mortuorum. Ad istum ergo est nobis sermo, ut sic, reddamus rationem de operibus nostris. 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari opportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. Hæc D. Thom. Quæ placuit afferre non solum ad veritatem suppositi, sed ut simul etiam constet, quàm graviter erraverint, qui vel præfatam scientiam in Deo negant, vel tantum concedunt de rebus in uni-

versali, de quo D. Thom. hic art. 6., & lib. 1. cont. gent. cap. 50.

Hoc supposito difficultas est de modo cognoscendi, an Deus cognoscat creaturas in se ipso tanquam in causa, & medio priùs cognito, nam (ut vidimus supra de visione) id negat Vasquez hic disp. 60. cap. 2. & 3. quem plures Recentiores sequuntur ex defectu scil. ordinis, seu relationis ad illas; sed communiter affirmant Thomistæ, quibus etiam consentiunt. Molina, Suarez, & alii. Dicimus verò, ut medio priùs cognito, quia ut ibidem insinuavimus, cum duplex sit medium ducens in cognitionem alterius, scil. *quo*, sive species impressa, quæ etiam vocatur medium incognitum, quatenus non priùs cognita, sed ut ratio cognoscendi ducit in cognitionem illius; aliud verò *quod*, seu cognitum, quia sic conducit priùs cognitum: & hoc iterum sit duplex, nempè *ex quo* sive conducens medio discursu, ut quando ex causa procedimus ad cognitionem effectus, vel è contra; & *in quo* quando sine discursu per simplicem cognitionem attingitur utrumque, sicut in speculo viso dicitur utrumque repræsentari, quamvis, ut dicemus infra ex D. Thom. magis per modum causæ, quàm speculi se habeat essentia divinæ: non est modo difficultas de *medio quo*, nam de illo egimus, & latè ibidem ostendimus esse divinam essentiam. Nec etiam de altero *ex quo*, quia ut patet ex dictis, Deus non procedit per formalem discursum ex uno ad aliud, sed tantum de medio *in quo*, ita ut essentia divina non tantum conducat ad earum cognitionem per modum speciei intelligibilis, ut medium *quo*, seu ut formalis ratio cognoscendi, ut contingit respectu aliorum divinorum, sed etiam *ut quod*, sive tanquam causa, & objectum priùs cognitum, prioritate saltem ex parte modi cognoscendi, vel eminentiali per æquivalentiam, scil. ad nostrum intellectum qui regulariter alia priori cognitione cognoscit causam, & per hanc cognitam descendit ad cognitionem effectus.

Pro quo iterum suppono ad præsentis, & aliarum difficultatum theologicarum resolutionem præcipuè in materia de prædestinatione, quòd licet Deus se ipsum, & omnia alia cognoscat, & velit ab æterno, eodem simplicissimo actu intellectus, & voluntatis sine ulla prorsus distinctione reali, aut ex natura rei inter actum utriusque inter se, aut etiam ut terminatur ad unum objectum, & se ipsum, ut terminatur ad aliud, & ideò nulla prioritas ex natura rei reperiatur in actu divini intellectus, & voluntatis respectu quorumcunque objectorum, quia prioritas realis imaginabilis non est sine distinctione reali, nihilominus quia talis simplicissimus Dei actus, ut dictum est, ad plura inter se realiter distincta se extendit, dicitur, vel est eminenter, aut virtualiter, vel fundamentaliter multiplex, & ideò nostro modo intelligendi eundem Dei actum, ut terminatum ad unum objectum ratione ratiocinata distinguimus à se ipso, ut terminatur ad aliud, & priùs ratione concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, & penes hunc modum concipiendi, diversa signa, aut instantia distinguunt Theologi prioritatis, & posterioritatis in actu divini intellectus, & voluntatis circa res cognoscendas, vel producendas. Sicut autem distinctio rationis in tali actu ex distinctione objectorum inter se attenditur, & sumitur, ita etiam diversa signa, aut prioritates in eodem actu non debent pro libito fingi, sed ex prioritate, & dependentia objectorum inter se, quam vel habent ex natura rei, aut ex divino beneplacito, assignare tenemur; sic nempè ut objectum, quod est causa alterius priùs ratione dicatur volitum à Deo, quàm illud cujus est causa, & per consequens prius ratione cognitum scientia visionis. Ita Capreol. in 3. dist. 1. qu. unicae ar. 2. in principio. Sed cum causæ sint sibi invicem causæ, & id, quod in uno genere est causa alterius, in alio genere ab eo dependeat, & sit posterius, ideò etiam comparatione divinæ voluntatis, idem respectu ejusdē in uno genere causæ consideratur, ut priùs volitum, in alio verò ut posterius, v. g. in genere causæ formalis visio beata D. Petri fuit priùs volita à Deo, & prævisa, quàm intellectus ipsius, sed in genere causæ materialis, & efficientis, priùs voluit, & prævidit ut futurum ejus intellectum, quam visionem, & neutrum voluit sine altero.

Diximus ex ordine, quàm habent objecta inter se ex natura rei, vel ex divino beneplacito, quia non est necessarium hujusmodi ordinem, & dependentiam convenire eis ex natura rei independenter à divino beneplacito, ut credidit Vasquez 3. par. de Incarnatione disp. 11. cap. 2. Nam Incarnatio ut ipse fatetur, non habet ex natura rei dependentiam à remedio peccati, & tamen priùs intelligitur volitum idem remedium in aliquo genere causæ, quàm Christus, & Incarnatio, sufficit ergo quòd ex divina ordinatione unum ab altero dependeat. Obiter hæc posteriora de divina volitione dicta sint ad explicandam prædictam prioritatem, & ordinem objectorum respectu divinæ cognitionis, cum similiter militent de volitione in ordine ad præfatas difficultates suis in locis examinandae.

§. II.

Statuitur Conclusio.

Deus cognoscit creaturas in se ipso tanquam in causa vel objecto prius cognito. Est expressa D. Tho. de veritate qu. 20. ar. 4. ubi ex professò probat creaturas potiùs videri in Deo ut in causa, quàm ut in speculo; & supra qu. 12. ar. 8., & hic ar. 5. ubi Cajet., & communiter ejus interpretes (uno, vel altero excepto cum Vasquez) idem docent, & Ferrare 3. cont. Gent. c. 49. Et sumitur etiam ex D. Dionis. cap. 7. de Divinis Nominib. jam superiùs relato, ubi ait. *Divina mens ab omnibus segregata cognitione secundum omnium causam in se ipso omnium scientiam praeccipit:* & infra, *si secundum unam causam Deus omnibus existentibus esse tradit secundum eandem causam scit omnia, sicut, ex se ipso existentia, & quæ in ipso præexisterunt &c. & sæpè repetit scire Deum omnia per unam causa continentiam.*

Ex quibus prob. concl. cum D. Thom. hic ar. 6. In Deo perfectè continentur omnes creaturæ ut effectus in causa, ergo eas cognoscit in se ipso, ut in causa, ac proindè etiam, ut in objecto priùs cognito. Ant. est certum, cum revera sit causa dans cuilibet esse, ergo eas continet, & quidem perfectiori modo, quàm qualibet causa creata contineat suum effectum, nisi velimus causam dare esse, quod non præcontinet, aut quòd Deus non sit causa perfectior qualibet creata, quod implicat; conseq. verò prob. Perfectissimè aut comprehensivè cognoscens aliquam causam tenetur necessariò cognoscere omnes effectus virtualiter, aut eminenter contentos in illa sicut

eut comprehensivè cognoscens aliquod principium teneatur necessariò cognoscere omnes cognitiones in illo contentas, quia objectum non comprehenditur omnibus non cognitis virtualiter, & eminenter in illo contentis, & præcipuè loquendo de cognitione comprehensiva Dei summè infinita, ergo vel Deus non comprehendit se ipsum, quod est alienum, vel in se ipso ut in causa cognoscit omnes creaturas.

Urg. hoc. Non stat perfectissimè cognosci, aut comprehendi causam creatam non cognitis illius effectibus in ea ut in causa, ergo non stabit perfectissimè cognosci, aut comprehendi Deum à se ipso, omnibus creaturis ut illius effectibus in se ipso ut in causa non cognitis; sicut ergo causa creata semel, aut perfectissimè cognita est sufficiens ratio cognoscendi illius effectus in se ipsa ut in causa, à fortiori causa increata, vel Deus comprehensivè à se ipso cognitus erit sufficiens ratio cognoscendi creaturas in se ipso ut in causa. §. Dices ex Vasquez id non oriri ex defectu aliquo ex parte Dei, sed discrimen esse magis sumendum ex illius perfectione, quia nempè causa increata est res omninò absoluta, & ideò ut in se visa, vel cognita non potest esse ratio cognoscendi aliquem suum effectum, quia res absolute non potest esse medium ad cognoscendū alia à se distincta; creata autem cum relatione reali referatur ad suos effectus, potest ex opposito, ut cognita conducere ad illos cognoscendos. Et hoc est totum fundamentum, quo à priori satis probasse existimat nihil creatum posse videri in Deo ut in causa, aut objecto cognito.

Sed hæc solutio, aut ratio, ut in superioribus dicebamus, non solum est insufficiens ad innovandam opinionem rejectam à Scholis, sed omnino insubsistens. Etenim non solum falsum est, ut vidimus, rem absolutam, ut absolutam non posse esse medium manifestans rem distinctam, quod prædictus Autor non probat, sed supponit, ut totum fundamentum suæ opinionis, sed rectè sentientibus apertè constat id præstari non posse à relativo ut relativo respectu sui termini, quia nequit relativum cognosci, nisi simul, aut priùs natura cognoscatur terminus illius, unde hic potius dicaretur medium ad cognoscendum relativū. Quamobrem si semel assignabile est medium, quod ut priùs cognitum ducit in cognitionem alterius, necesse est illud esse aliquid absolutum. Ut ergo aliquod objectum cognitum ducat in cognitionem alterius satis est, quòd illud eminenter, aut virtualiter contineat, & quòd talem habeant, ut dictum est, connexionem inter se, ut unum ex alio emanare possit, aut produci ex merito ejusdem continentiæ.

Ex quo ut supra iterum impugnetur solutio. Illud est ratio cognoscendi effectum in causa à priori, quod est ratio essendi, sed ratio essendi non est ordo realis causæ ad effectum, sed continentia illius, ergo cum perfectiori modo contineantur effectus in causa increata, quam in creata non solum non impeditur illa ex sui perfectione, sed perfectiùs conducet ad eorum cognitionem, scil. non tantum quoad communes rationes, in quibus conveniunt, sed etiam quoad propriam specificam, & individualem, quibus differunt, cum secundùm omnes contineantur in Deo ut in causa efficiente, & exemplari, & sit omnium creaturarum finis; mi. est certa, nam aliàs Deus non posset dare esse creaturæ cum non dicat realem ordinem ad illas; ma. etiam manifestè prob.; quia illud est ratio cognoscendi effectum à priori in causa, quod est ratio necessariæ connexionis, emanationis, & dependentiæ in essendo illius à causa, sed id non est ordo realis ad illum, sed eminentialis, vel virtualis continentia illius, ergo non ordo, sed virtualis, vel eminentialis continentia est ratio cognoscendi; mi. iterum est certa, aliàs Deus non haberet, unde faceret sibi dependentem creaturam nec eam producere posset, si ordo, qui in Deo non est ad illam, faceret effectum dependentem à causa, & producibilem ab illa, & non virtualis, aut eminentialis continentia. Ma. etiam per se patet, quia ut sit necessaria connexio, vel dependentia unius ab alio satis est ut cognitio unius ducat in cognitionem alterius, nisi velimus destruere omnem scientiam, vel discursum scientificum innixum necessariæ connexioni provenienti ex continentia unius in alio, sive proprietatum in essentia, sive effectuum in causa.

Urg. hoc. Quia ut proximè, & supra insinuavimus, ex relatione ad effectum potiùs impeditur causa ut sic, scil. ut relationem dicens à ratione medii conducendi à priori ad cognitionem effectus, ergo non ad ordinem, sed ad præcontinentiam recurrendum est ut dicatur à priori conducere ad illius cognitionem. Probatur antec. quia ut relationem dicens, ut vidimus, non potest priùs cognosci, quàm effectus, nam relatio cognosci nequit nisi priùs, aut simul cognoscatur ejus terminus specificativus, ergo tantum abest, quòd relatio sit ratio cognoscendi effectum in causa ut in objecto, & medio priùs cognito, quin potiùs impedit hanc rationem medii à priori, unde dum nos, vel Angeli per causam creatam, ut medium priùs cognitum à priori cognoscimus effectum, non per relationem causæ ad effectum, sed per ejus propriam actualitatem absolutam, quæ eminenter, vel virtualiter illum continet, ducimur in cognitionem illius.

Nec solvitur hæc ratio, si dicatur relationem causæ ad effectum esse transcendentalem: Nam neque hæc, ut dictum est, cognosci potest, non priùs, aut simul cognito ejus termino adæquato specificativo, unde potentiæ cognoscitivæ, & appetitivæ, quæ non sunt causæ efficientes suorum objectorum, & consequenter non continent illa virtualiter, licet dicant ad illa relationem transcendentalem, non sunt medium priùs cognitum ducens ad eorum cognitionem, sed potiùs ratione hujus relationis habent non posse quidditativè cognosci non priùs, aut simul cognito earum objecto specificativo. Ex quo sumitur satis efficax argumentum ad confirmandam superiorem replicam, quòd nempe potentia productiva non ex relatione, sed ex virtuali continentia effectus in illa habeat ut medium priùs cognitum ducere à priori in cognitionem illius.

Unde etiam poterat totum hoc urgeri sic. Causa ut causa, utpote medium deserviens scientiis à priori, habet meritum ducendi à priori in cognitionem effectus, et nequit istud habere ex relatione transcendentali ad illum, ergo habet ex eminentiali, vel virtuali illius continentia. Prob. mi., quia ut dicat relationem transcendentalem ad effectum magis explicet rationem effectus, quàm causæ, quia ut dictum est, in ratione relativi transcendentalis respicit illum ut terminum sui specificativum. Unde ordo transcendentalis importat dependentiam, ut patet in eisdem potentiis respectu suorum objectorum,

enm, ec proinde magis respicit illum ut causam sni, quàm ut effectom, unde prout sic potiùs ducit ut medinm à postariori, qoàm à priori &c.

Secundò prob. conclusio dastruēdò iterum pręcipuū fundamentum oppositę santentię desumptū ex eodem conceptu entis omninò absoluti, seu necessarii, & independentis ab omni creatnra; nam ex hoc etiam capita putat Vasquez non tantum defica re ordinem Dei ad illas, sad etiam connexionem necessariam cnm illis, ac proinde ob utriusque defectnm non posse ullo modo divinam essentiam, ut madium quod à priori per modum causæ, val objecti priùs cogniti dncere in cognitionam earum. Prob. ergo sic; licet ex prædicto conceptn recte inferatur defectus ordinis, vel selationis, non tamen necessariæ connexionis cum illis, ergo est omninò insubsistans idem fundamantum. Prob. ant. Optimè stat Deum esse ens summè absolutum, sive omninò necessarium & independens, & tamen esse necassariò connexum cum creatnris, ergo: prob. ant. primò, tnm in relatione necessariò cum altera connexa, & independenter ab illa. Tum in principiis necessariò connexis cnm suis conclusionibns, & idependentibus ab illis. Tnm in essentia respectu suarum proprietatum, cum quibus ut possibilibus necessariò connectitur, & tamen in rationa principii est independens ab illis ergo.

Secundò. Quia non obstante summa Dei necessitate, & independentia adhuc potest divina essentia assa sufficiens ratio cognoscendi creaturas, ut madium quo, scil. ut species intelligibilis impressa, vel expressa, ut suppono ex eodem Vasquez, sed inter speciem repræsentaniem, & objectnm repræsentatum requiritur necessaria connexio, nisi valimus, quòd à casu, & contingenter illud repræsentat, quod est alianum præcipue à divina essentia semel repræsentante illas ergo.

Tertiò. Connexio necessaria non solum componitur cum ente summè abloluto, sive necessario, & independente, sad omnino desideratnr ad illius subsistentiam, ergo: prob. ant.; de conceptu entis sic absoluti, necessarii, & independantis est esse ens per essantiam, sed ens per essentiam non salvatur sine connaxione necessaria cum creatnris, ergo: Prob. mi. Conceptus entis per essentiam, utpotè fontis totius essa, sive subsistentis in plenitudine esseodi explicatur sic. Est necessariò formaliter omne id, quod est intra Deum, siva omne divinum; & aminenter, omna id, quod potest esse extra Deum, sive omne ens creatum, vel creabile, nt patet ex terminis, ergo salvo ejus conceptu subsistere neqnit sine præfata connexione, unde tantum abest, quòd deprimat hæc connexio conceptum entis summè absoluti, siva necessarii, & independentis, quin potiùs omninò desideretur ad illum.

4. Ex his prob. idam principale antec. Non obstante iterum aadem summa necessitate, & independentia continet Deus eminenter, vel vittualiter creaturas, sed hæc continentia in causa, vel virtute productiva salvari non potest sina necessaria connexione cum illis, argo; ma. videtur certa, & constat ex dictis, quia aliàs non posset date illis esse, cum repugnet causam efficientem producere effectum, quē non præcontinet: mi. verò prob., quia implicat virtus productiva semal continens effectum absqua possibilitate illius, ergo est necessaria connexio cum illo. Prob ant., quia implicat existentia actionis absque existentia effectus, eò vel maximè quòd in eorum santentia, actio consistit in dependentia effectus à causa, ut vidimus in Physicis, ergo pariter implicabit virtus productiva, vel præcontentiva illius absque ajus possibilitata, nisi velimus admittere existantiam affectus non prævia possibilitate illius, quod implicat in terminis: Tum quia impossibile in nulla cansa aminenter continatur argo.

Urg. totum hoc. In Deo datnr virtus craativa, ergo potest aliqua creare, ergo aliqua sunt creabilia, aliàs erit de subjecto non supponente talis virtus. Sed in bona conseq. ex destructione consequentis infertur dastructio antacedentis, ut suppono ex dialecticis, ot si sol est, dies est, sed, dies non est, argo sol non est: ergo ex destructiona creabilinm, vel possibilium dastruitur virtus creativa, vel omnipotentia Dei, ac proindè est necessaria connexio cum illis.

Dices, quòd ubi deest respectus transcendantalis non potest esse præcontinentia per modum prædicati intrinseci, ac proindè nec necessaria connexio ab intrinseco, sed tantum pura excrinseca terminatio, aut purus respectus rationis conditionaliter conveniens essentiæ, vel Omnipotentiæ, scil. ex suppositione, quòd creaturæ sint possibiles, vel non rapugnent.

Sed hæc solutio videtur in primis destruere se ipsam; nam statuit necessariam connaxionem, quàm conatur evertere, unde impognatur primò sic: nam quamvis Deus sit ens summè necessarium, & independeos ab omni creato non tantum absolnto, sed atiam conditionato, nihilominus potest juxta solutionem habere connexionem saltem cum conditionato ax suppositiona quòd scil. sit possibile, vel non repugnet, sed hæc est connaxio nacessaria, ergo salva eadem summa necessitate, & independentia stare potest hujosmodi connaxio illius cum ente creato. Prob. mi. Nam hæc hypothetica conditionalis; si homo ast possibilis, potest fieri à Deo est vera veritate objecti creati cum sit de prædicto subjecto, seu de extremis creatis, sed hæc importat necessariam connexionem inter Deum, & tale objectum creatum, ergo si semel admittitur connexio saltem cum conditionato, admittenda est necessaria cum illo, vel cum ente creato salva eadem independentia. Prob. mi. quia supposita possibilitate rei quæcunque sit, tenemur fateri, quòd Deus non solum possit, sed quòd necessariò possit producera illam, quia si eadem supposita Deus non posset, jam non esset Deus, quia non esset omnipotens, cum da rationa formali omnipotentis sit posse producere omne possibile, sub conditione, aut suppositione possibilitatis ejus, ut fatentur etiam Contratii, ergo eadem supposita negari non potest necessaria connexio.

Explic. & urg. hoc. Quodlibet prædicatum divinum utpotè increatum, & actus purus ast magis nacessarium, quam quodlibet creatum, sed supposita revelatione alicujus futuri negari non potest connexio necessaria divinæ veritatis cum tali futuro, nisi velimus Deum posse mentiri, aut falsum dicere, quod asset negare se ipsum, ac proindè Deum non esse Denm, ergo salva iterum summa necessitate, ac independentia potest esse necessaria connexio Dei cum creatura.

Secūdò Impugnatur solutio, & præoccupatur replica ejus de connexione necessaria tantum extrinseca, vel purè terminativa, (quam tamen præcedens præcipuè confirmatio satis efficaciter evertit.) Optimè stat Deum tantum continere possibilia, supposita con-

conditione possibilitatis, & nihilominus talem continentiam esse prædicatum intrinsecum, & absolutè Deo conveniens, ergo si continentia intrinseca, & absolutè conveniens causæ non stat sine connexione necessaria, & intrinseca cum possibilitate effectus, hæc erit admittenda in Deo cum possibilitate creaturarum. Conf. tenet ex solutione data, nam hac ratione negat eandem connexionem, quia putat prædictam continentiam non esse intrinsecam, & absolutè convenientem ex eo, quòd tantum affirmatur de Deo ex suppositione conditionis possibilitatis; Ant. verò prob., quia licet conditio possibilitatis requiratur ad continentiam, non tamen est aliquid antecedens, sed subsequens ad rationem entis per essentiam, ut probatum est, ergo non facit Deum continere quasi extrinsecè, & terminativè, sed intrinsecè, & absolutè, nisi velimus, quòd Deus sit ens per essentiam, sive fons totius esse, extrinsecè tantum, & respectivè, non verò intrinsecè, ac proindè, quòd sit tantum Deus extrinsecè, & terminativè, non intrinsecè, & absolutè, cum eo modo sit Deus, quo est ens per essentiam, vel subsistens in ipsa plenitudine essendi, ex quo habet fundare, aut radicare omnem possibilitatem creaturarum, unde non debemus imaginari, quòd quia non stat continentia sine eadem conditione possibilitatis, aut non repugnantiæ, quòd hæc debeat præintelligi præcontinentiæ, itaut priùs intelligatur aliquid esse possibile, aut non repugnare, & postmodum præcontineri à Deo, vel ab ejus Omnipotentia, quia hæc possibilitas, vel non repugnantia oritur, ut dictum est, à ratione entis per essentiam, nisi iterum velimus, quòd aliquid de linea creaturæ præcedat forū entis increati, & sit consequenter de linea entis independentis ab alio, vel à Deo, quod implicat in terminis, ergo Deum, vel ejus Omnipotentiam continere possibilia est prædicatum Deo conveniens ex ipsa natura rei, ac proindè intrinsecum, & non ex aliqua suppositione extrinseca, quæ possit Deo non convenire ipso perseverante.

Explicatur, & urgetur hoc. Nam possibilitas, vel non repugnantia creaturæ duo exigit, nempè connexionem prædicatorum, & causam potentem in re ponere talem connexionem, sed repugnat hanc causam id posse sine præcontinentia illius, ergo talis possibilitas, vel non repugnantia ad existendum oritur à priori ex Dei præcontinentia. Itaque verissimum est Deum non præcontinere nisi ea, quæ non repugnant, falsum tamen esse ad sic præcontinendum expectare extrinsecam positionem non repugnantiæ eorum, nisi iterum velimus Deum non esse à priori fontem totius esse, aut dari aliud primum de linea entis revocando aliquam reliquiam Manicheismi, ergo à se ipso Deus, & ex sua natura habet continere possibilia, sicut à se ipso, & absolutè habet esse omnipotens.

Tertiò impugnatur admisso adhuc quòd non conveniret illi præcontinentia nisi ex suppositione quòd possibilia absolutè sint. Quia nequit hinc legitimè inferri prædictam continentiam non esse prædicatum sic ab intrinseco conveniens, ut perfectio illius absolutè non sit, ergo, Prob. ant. quia creaturas possibiles esse possibiles non est aliquid, quod potuit esse, & potuit non esse: fundant enim possibilia ex immobili, aut necessaria connexiona terminorum propositiones æternæ veritatis, ergo Deum præcontinere illas non est prædicatum potens convenire, & non convenire, sed necessariò, & absolutè, vel ex vi terminorum conveniens, ac proindè illo ablato non perseveraret Deus sicut modo est, idest cum omni sua perfectione intrinseca, quam modo habet, quod est habere necessariam cum illis connexionem, Prima conf. tenet, quia secundum Vasquez Omnipotentia necessariò præcontinat creaturas ex suppositione quòd possibiles sint, ergo si non possunt non esse possibiles, non potest Deo non convenire eorum præcontinentia.

Quòd si adhuc dicas ex eodem ita esse, quòd præcontinere creaturas possibiles non potuit Deo non convenire; sed quia non ità convenit, quòd absolutè conveniat ex vi terminorum Deitatis, sed tantum ex eadem suppositione conditionis possibilitatis creaturarum, unde censenda non est perfectio intrinseca illius, sed tantum respectus rationis.

Sed hæc solutio præterquamquòd sufficienter excluditur argumento facto. Ex hoc enim, ut dictum est, habet derivare, vel inferre omne possibile, ex quo est ens per essentiam sive fons à priori totius esse, & ipsum subsistens in plenitudine essendi, ad quam pertinet possibilitas creaturarum, utpotè de foro entis, sive extremi contradictorii ad non ens, sed esse ens per essentiam non est respectus rationis in Deo, sed perfectio omninò intrinseca absolutè, & ex vi terminorum conveniens, ergo sic intrinsece pariter conveniet præcontinentia earum.

Deindè ulteriùs impugnatur urgendo superiora. Ex eo quòd sic illi conveniat præcontinere, tantum infertur, quod sit perfectio intrinseca absoluta à reali respectu, non à reali, vel necessaria connexione cum illis, sed nulla est imperfectio ponere in Deo perfectiones non absolutas ab hac connexione, ergo nec erit imperfectio ponere in illo præcontinentiam possibilium tanquam perfectionem intrinsecam; prob. mi. evertendo iterū præcipuum ejus fundamentum. Perfectionem Divinam sic esse connexam non facit illam dependere à creaturis, sed magis creaturas à se ipsa, ergo salva omnimoda independentia Dei à creaturis optimè stat esse necessariò connexam cum illis. Prob. ant. quia id oritur, ut dictum est, ex eo quòd est ens per essentiam, vel fons totius esse, ergo nullam arguit dependentiam in Deo, sed magis creaturæ ab illo.

Explic., & urg. hoc. Nam hoc principium, quod assumitur 3. par. qu. 1. ar. 1. ad probandam convenientiam, seu possibilitatem, vel non repugnantiam Incarnationis, nempè de ratione summi boni est quòd se aliis summo modo communicet: Si intelligatur de communicatione per modum actus primi, communiter à Theologis admittitur adhuc sensum, quòd sit perfectio intrinseca summi boni, sine qua non subsisterat summum bonum, sed nihilominus summum bonum sic esse aliis à se communicativum necessariò connectitur cum non repugnantia talis summæ communicationis, ut patet ex terminis, ergo salva omni perfectione Dei stare potest hæc necessaria connexio illius cum creaturis.

Idem argumentum fit de aliis divinis perfectionibus. Nam attributum misericordiæ, (& sic de aliis hujusmodi) perfectio intrinseca est Dei, sic quòd illa deficiente, non subsisteret Deus, & tamen intelligi nequit Deo convenire non supposita creaturæ non repugnantia, ergo non est contra perfectionem intrinsecam connexio necessaria cum creaturis, ac proindè summa necessitas, vel omnimoda independentia non opponuntur huic connexioni, sed tantum re-

relationi reali, vel transcendentali ad illas, quę est relatio dependentiæ. 5. Ratio omnium est quia in plus, vel ad plura se extendit dependentia, quàm connexio, nam licet omnis dependentia importet connexionem non tamen è contra, quia licet connexio præcipuè necessaria importet hoc, quòd non possit unum sine alio subsistere, vel intelligi, hoc tamen non sufficit ad statim constituendam unius cum alio, vel mutuam, utriusq; dependentiam, ut patet in ordine operativo, nam ut supra, vel alibi dicebamus, intelligi nequit, quòd Deus concurrat ad actionem meam vitalem nisi etiam ego concurram ad illam, & tamen nullus dicet Deum ex hoc dependere à creatura: & ratio deindè est quia dependentia non stat sine indigentia, ut per se patet, immò specialiter oritur ex illa, sed connexio non ex hoc præciso capite infertur, sed ex aliis etiam nullam importantibus imperfectionem, vel dependentiam, immò potiùs maximam perfectionem in altero extremo connexo, scil. vel ex summa fæcunditate, & bonitate illius, ut in casu, & superioribus exemplis Incarnationis, misericordiæ, & similibus, ut explicatū est, vel ex subordinatione alterius extremi ad illud, & ex natura effectus, vel actionis, ut constat in proximo relato ordine operativo.

Undè fundamentum ejusdem Authoris, vel oppositæ sententiæ peccat in fallacia à superiori ad inferius affirmativè. Nempè est necessariò connexum, ergo dependens, sicut est Animal, ergo rationale, quæ utrobique conseq. nulla est: Ex quibus etiam poterat ulteriùs distingui ad tollendam æquivocationem duplex connexio, altera à posteriori, altera à priori, quæ est iterum duplex, scil. positivè, ut relativi transcendentalis à suo termino, vel objecto, & negativè, ut relativi prædicamentalis à sui puro termino; licet autem necessaria connexio unius cum alio à priori positivè, importare dicatur dependentiam ab illo, vel in ratione effectus à causa, vel specificabilis ab objecto, vel termino sui specificativo, utpotè orta ex indigentia alterius extremi dependentis, non tamen altera à posteriori, val etiam à priori purè negativè, ut patet ex logicis in puris relativis prædicamentalibus, ut purè prædicamentalia sunt, cum non sit major ratio de uno, quàm de alio, & ęquè mutuò se inferant, & interimant, nec sit inter illa prout sic exercitium causalitatis, quod importat dependentiā, sed puri respectus, ut ibidem explicatum est; Illa verò à posteriori, ut est Dei cum creatura, quatenus ista repugnante statim arguitur defectus fæcunditatis, vel bonitatis in illo, tantum abest, ut dictum est, quòd importet imperfectionem, vel dependentiam, aut subordinationem ex parte Dei, quin potiùs ex maxima illius perfectione oriatur, & solam faciat dependentiam in creatura, quatenus participara potest de summa illius bonitate, ex eo quòd in sinu suæ Omnipotentiæ contineatur. Undè ex parte Dei vocatur connexio eminentialis continentiæ, & ex parte creaturæ connexio dependentiæ.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

PRimò Arg. ex D. Tho. Primo cont. Gent. c. 57. in fine, ubi in solutione objectionū contrariarum inquit, *Quod ejus essentia se habet ad alia, non sicut principium ad conclusiones sed sicut species* ad res cognitas. Hic etiā ar. 7. ad 2. ait quod *Deus non cognoscit effectus per causam prius cognitam, sed in causa*; ergo apertè sentit divinam essentiam, tantum manifestare creaturas ut rationem cognoscendi per modum speciei intelligibilis non per modum causæ, vel objecti prios cogniti.

Sed facilè respondetur ex eodem ibidem. Utrobique enim inquirit an sit cognitio, vel scientia Dei discursiva, unde ad hujus intentum asserit essentiam Divinam non se habere ut principium, vel causam priùs cognitam manifestantem conclusiones, vel effectus, scil. per viam illativam, cum quo optimè stat, quòd Deus adhuc cognoscat in illa, ut principio, & causa, vel objecto priùs cognito per modum judicii, ut apertè docet idem S. Doctor ibidam, nam priori loco, ut ostendat nullum esse inconveniens, quòd scientia Dei careat discursu, post alteram rationem adductam in verbis relatis in argumento subdit. *Tum ex hoc, quod inconveniens fortè aliquibus videretur, si Deus syllogizare non posset, habet enim syllogizandi scientiam tanquam indicans, & non syllogizando discurrens*. Undè quod priùs ait non se habere, ut principium, sed ut speciem, non est ad excludendum quamcunque manifestationem per modum principii, & causæ priùs cognitæ, sed ut conducentis ad aliquid incognitum, vel minus notum, qui est modus procedendi discursivus. Id totum exprimit D. Thom. tum verbis relatis, cum habitudo principii ad conclusiones sit habitudo per modum processus ex magis noto ad minus notum, & repræsentatio per modum speciei, sit per modum simplicis intuitus non successiva, aut illativa unius ex alio quasi incogniti ex cognito. Tum deindè ex verbis initii ejusdem cap., ubi super eandem anthoritatem 4. ad Hæbr. inquit. *Omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus, quæ enim ratiocinando scimus non sunt secundum se nobis nuda, & aperta, sed ratione aperiuntur, & nudantur*. Quod etiam repetit in posteriori loco hìc, ubi non præcisè ait quòd Deus non cognoscat per causam effectus, sed quod non congnoscat per illam *quasi priùs cognitam effectus incognitos*, & ideò statim subdit, *sed eos cognoscit in causa*. Ut detur intelligi, quòd ipse non negat absolutè, sed quòd non cognoscat in illa sic priùs cognita tali modo, scil. tanquam aliquid incognitum, qui est modus discursivus, ut ait loco superiori ex contra Gent. & denotatur hìc per illam particulam *per*, scil. per causām, quæ indicat modum progressivum repugnantem perfectioni Divinę scientiæ, cui omnia nuda, & apesta sunt ut ait Apost., non aperianda, & nudanda per rationem discursivam, ut subdit D. Thom.

Præterquamquòd cum Divina essentia per modum speciei non possit æquè primò, & immediatè repræsentare Deum, & creaturas, sed primò, & per se, vel immediatè Deum, & secundariò creaturas, ut supra ostensum est, & constabit etiam infrà; ex eo quòd dicat essentiam divinam repræsentare illas per modum speciei, non rectè infertur excludere repræsentationem illius per modum causæ, vel objecti priùs cogniti, nam solum id inferri poterat respectu aliorum intelligibilium ad intra, ut in superioribus explicatum est, cum cœtera divina sint aliquid ejus, undè non possunt supponere essentiam, ut rationem cognoscendi per modum rei cognitæ, ut dictum est, sed tantum ut speciem intelligibilem.

Sed de mente D. Th. præcipuè in his locis juxtà expositionem adductam nullo modo est dubitandum, nisi

nisi velimus sibi ipsi manifestè contradicera, cum in relata qu. 20. de veritata art. 4. in corp. expresè asserat, ut jam innuimus, modum essendi creaturarum in Deo *magis assimilari illi mada, quo* effectus sunt in causæ, & conclusiones in principio, quàm modo illi, quo formæ sunt in speculo; & quod in illo prout verbum illos comprehendat: & dum hic iterum eit eas cognoscere in essentia divina, ut in causa, non est suspicandum, quòd retractaverit, sed solum quòd superaddat modum, quo ut in causa priùs cognoscat, scil. non quasi eliquid incognitum sivè per discursum, sed sine illo, ut patet etiam ax ultimis verbis solutionis, *unde ejus cognitia est sine discursu*; sic concludit D. Tho. Par quod manifestè patet solum velle se excludere assentiam divinam à ratione medii manifestautis per discursum, non adæquatè ab omni ratione medii. Quod etiam expressit in Primo dist. 33. quæst. 1. art. 3. ad 4. *Illud, per quod babetur scientia corta de aliqua re potest esse medium ad concludendum rem, & sic se babet essentia divina ad concludendum esse rerum*, Ecce quòd expresè admittit in illa rationem medii scientifici, quæ non est pura ratio medii quo, vel per modum speciei, nam hæc uon est præcisè ad cognitionam scientificam, sed ad quamcunque, vel cujuslibet objecti cognoscendi, licet quia cognitio Dei, ut dictum est, non ast per discursum, non sit madium scientificum *ex quo*, sed magis *in quo*, & ideò Primo cont, Gent. ubi supra ait se habere, ut speciem, non per exclusionem totius medii *quod*, sed tantum *quo*.

Sed instas ex eodem in Primo ad Anibal. dist. 35. qu. unica art. 4. ad 3. ubi inquit, *Quòd quamvis sit maxima dissimilitudo inter Deum, & creaturas considerata proprietate naturali utriusque, tamen secundum modum repræsentationis est expressiva similitudo in quantum repræsentat creaturas, & hæc non prima requiritur ad cognitionem*. Ex quibus arg. sic. D. Thom. ibi secundum repræsentationem ad cognoscendum distinguit alteram secundum similitudinam in esse, vel proprietate naturali, alteram secundum similitudinem in esse intentioneli; sed negat priorem, quæ est per modum causæ, & hanc solum posteriorem concedit, quæ est per modum speciei, sive similitudinis intentionalis, ergo hæc sola juxtà D. Tho. est admittenda in Deo.

Urg. hoc. Ex eodem. Quia ut aliquid ducat in cognitionem effectus per modum causæ cognitæ, necesse est ut sit similis effectui, nam repræsentatio, ut patet ex dictis, fit per viam similitudinis, sed Deus non est similis creaturæ, ut docet idem supra qu. 4. art. 3. ad 4., ubi ait. *Quod licet aliquo modo concedatur*, quòd creatura sit similis Deo, nullo tamen modo concedendum ast, quòd Deus sit similis creaturæ, quia ut dicit Dyon. 9. cap. de divinis nominibus, in his, quæ unius ordinis sunt recipitur mutua similitudo, non autem in causa, & causato. Dicimus enim, quòd imago sit similis homini, & non è converso, & similiter dici potest aliquo modo, quòd creatura sit similis Deo, non tamen quòd Deus sit similis creaturæ, ergo nequit convenire repræsentatio per modum causæ.

Resp. ex eodem D. Tho. infra qu. 57. art. 7. Quòd licet inter Deum, & creaturam non possit esse similitud o secundum naturam, seu per cōvenientiam formalam in propriis prædicatis cum illa, ut creatura ast, potest tamen essesicut inter superius, & inferius, sicut habet sol cum igne. *Et per huuc madum* (inquit) *in Deo est similitudo omnium, & quantum ad formam, & quantum ad materiam, in quantum in ipsa præxistit ut in causa, quidquid in rebus invenitur*. Ubi non tantum indicat similitudinem per modum causæ sufficiantar ad repræsentandum, & cognoscendam creaturam ut effectum, sed etiam fundamentum istius similitudinis, & cognitionis, vel repræsentationis, scil. earum præcotinautiam, ex que inferimus nostram conclusionem, & idem etiam docet de veritete qu. 4. art. 4. ad 2.

In forma, ergo ad argumentum factum dist., & explic. mi. quoad primam partem, nagat priorem quantum ad convenientiam formalem in propriis prædicatis conc., sic enim est maxima dissimilitudo, ut ait ibidem, & subtiliter explicat supra qu. 4. relata, sed hæc non est præcisè per modum causæ, vel superioris cum inferiori, sed magis secundum naturam, ut ait infra qu. 57. Negat omnem etiam per modum causæ præcontinentis, nego, cum expressè eam ibidem infra affirmet; & hæc est sufficientissime, immò est ratio à priori ad cognoscendum effectum in causa, , ut medio quòd, vel objecto priùs cognito, ut patet ex dictis, qua rationa de speciebus Angelicis subdit ibidem, quod quia *sunt quadam* derivatæ similitudines à divina essentia sunt similitudines rerum non solum quantum ad formam, sed etiam quantum ad materiam.

Et per hæc etiam patet ad confirmationem, nam licet Deus non possit esse similis creaturæ priori similitudine, ut egregiè explicat ibi D. Tho., benè tamen posteriori, quamvis supra loco relato non præcisè loquatur de similitudine, sed magis de assimilatione, quam nullo modo potest habere cum illa, (quia assimilatio supra similitudinem addit hoc, quod est accipere aliquid ab alio, qua ratione licet personæ divinæ possint mutuò dici similes, non tamen mutuò assimilari, sed tantum, quæ accipit ab alia, ut Filius, Patri, & Spiritus Sanctus Patri, & Filio, & non è converso, ut tradit D. Thom. in Primo dist. 19. qu. 1. ar. 2. dicans, *quòd quia bonitas est pleni in qualibet divinarum personarum, qualibet persona potest dici similis alii, sed quia una persona accipit ab alia, & non è conversa, ideò persona accipiens potest dici assimilari personæ, à qua accipit, & non è conversò*: Unde in his in quibus est motus, (ut in nobis) assimilari, supra similem esse, ponit quandam motum, & accessum ad unitatem qualitatis, nam unum esse simile alteri nihil aliud est quàm habere qualitatem illius: in his verò in quibus nullus est motus, ut in divinis, loco motus est acceptio prout dicitur unum ab alio accipera, *undè non potest esse assimilatio, nisi secundum rationem acceptionis*, inquit ibi D. Thom. Ex quo infert mutuam illam similitudinem inter personas divinas, non tamen assimilationem. Quia ergo Deus nihil accipere potest à creatura potest tamē hæc præxistere in illo ut in causa, quidquid in creatura invenitur, concedit illi infra D. Thom. aliquam similitudinem, lergo, scil. modo per modum superioris cum inferiori, non tamen assimilationem, vel strictam etiam similitudinem, aut formalem convenientiam secundum naturam, ut dictum est, da quibus loquitur supra, & præcipuè de assimilatione.

Secundò arg. (& iterum urg. præcedens) Essentia divina est absoluta ab omni re creata, nec ad aliquam refertur relatione reali transcendentali, vel prædicamentali, ergo nequit aliqua creatura videri in illa

visa, ut in causa, vel objecto prius cognito. Aot. est certum, cum sit omninò independens ab illis, conf. verò prob. Quia res absoluta, ut absoluta, quæ in suo esse formaliter nec est alia, nec ejusdem rationis cum illa, sed omninò dissimilis non potest ferre videntem illam in cogitionem alterius dissimilis, ergo.

Urg. hoc nam omne absolutum potest cognosci, alio non cognito, ad quod nullam dicit relationem, sed magis est quid disparatum, vel infinitè distans ab illo, & dissimile, sed Deus in ratione causæ ità se habet respectu creaturæ, ut per se constat, cum finiti ad infinitum sit distantia infinita, & dissimilitudo, ergo potest se ipsum videre non cognita creatura in se, ut in causa.

Ad hoc dicimus primò, ut supra magis esse inferendum oppositum cum medium à priori ducens in cognitionem alterius nequeat esse quid relativum, ut ostensum est, onde nisi velimus negare omne medium à priori, tenemur necessariò recurrere in assignando illud ad aliquid absolutum. Resp. ergo neg. cons., quia licet in se absolutissima sit, quia tamen creaturas omnes continet eminenter, ut causa efficiens, & exemplaris, ut vidimus, optimè potest repræsentare, & ducere, ut causa, vel objectum prius visum in earum cognitionem.

Vel iterum resp. dist. ant. ex dictis; est omninò absoluta, & non connexa neg. necessariò connexa, conc., & neg. conf., quia ut docat ut sic, sive ut medium à priori priùs cognitum non tenetur dicere relationem ad illas, ut dictum est, sed magis impeditur ab ista, unde solum requiritur, & sufficit, quod sit necessariò connexa, quam connexionem ei negare non possumus, ut latè ostensum est.

Ad confirmat, similiter dist. ma., omne absolutum tum à relatione, quã à connexione transea, vel conc. ma., à relatione, sed non à connexione, nego ma., & dist. mi. Deus ità se habet per carentiam relationis conc. connexionis necessariæ neg., quia aliundè, ut vidimus, suntur relatio realis, & præcipuè transcendentalis, aliunde connexio, undè non est necessarium quòd ubi est connexio sit etiam relatio, vel è contra ubi non est relatio, nec sit etiam connexio, nam hæc omninò salvatur sine omnimoda dependentia, immò oritur, ut dictum est, ex somma sui perfectione, vel fœcunditate non tamen relatio transcendentalis.

Sed instas connexio necessaria unius cum alio explicatur sic, quòd unum subsistare non potest altero pereunte, vel sine illo, sed hæc est propriè relatio transcendentalis, ut patet in relativis transcendentalibus, ergo vel non est Deus absolutus à relatione transcendentali ad creaturas, vel est etiam absolutus à connexione necessaria cum illis.

Urg. hoc. Non potest semel admitti connexio necessaria unius cum alio, scil. Dei cum creatura non admissa dependentia illius ab ista, sed hæc importat relationem transcendentalem, ut dictum est, & patet in eisdem relativis transcendentalibus, ergo ubi est necessaria connexio est etiam relatio transcendentalis. Prob. ma. semel admissa eadem connexiona, sicut possibilitas creaturarum exigeret Omnipotentiam Dei, ita hæc exigeret possibilitatem creaturarum, sed mutua coexigentia arguit mutuam dependentiam in extremis se mutuò coexigentibus, ergo non stat eadem connexio sine dependentia, §. Resp. ex dictis ad instantiam dist. ma. Non potest subsistere sine illo à priori, vel à posteriori, seu tanquam à signo conc. semper à priori neg., & deindè concessa mi. neg. cons. quia connexio Dei cum creatura non est cum illa, ut à priori, sed tanquam à signo à posteriori, quæ nullam omninò arguit dependentiam in Deo, immò maximam perfectionem, quia nempe oritur ex eo, quòd Deus est principium totius esse, ac proindè inferens ex summa sui fœcunditate earum possibilitatem, unde sola creatura gravari potest hujusmodi dependentia, vel relatione transcendentali, aut dependentiæ ad Deum. Non est ergo confundenda hæc relatio cum connexione, quia nomine istius relationis, nisi velimus instituere quæstionem de nomine, & patet in prædictis relativis transcendentalibus, intelligitur ordo imbibitus in aliqua re, quæ ex sua natura ordinatur ad aliud, ut ab eo aliquid accipiat, vel perficiatur ut etiam explicatum est in logicis, semper enim imperfectum ordinatur ad perfectum, ut accipiat perfectionem, aliàs non compararetur ut imperfectum, seò perfectibile per illud, qua ratione causa creata dicit ordinem transcendentalem ad suum effectum, quia nempè illum producendo perficitur quatenus transiens de potentia ad actum accipit de novo actualitatem actionis, & pervenit ad ultimum actum in linea operativa, & conservat in effectu suam speciem, & manifestat suam virtutem cujus manifestatio non parum confert ad sui splendorem, & intrinsecam utilitatem, quia ut ait Div. Thom. 1. p. qu. 23. art. 8. ad 2. Deus utitur causis mediis, ut ordinis pulchritudo servetur in rebus, & etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet; unde sic deserviens divinæ providentiæ maximam contrahit perfectionem, cœterum pura connexio, si scil. non est à priori, sed tantum à posteriori, & ut à signo ut contigit in casu non est ut extremum connexum, scil. Deus accipiat aliquid, vel perfectionem à creatura, sed potius ut eam conferat illi, & ideo sine omni dependentia salvari potest ex parte Dei, vel sine relatione transcendentali mutua ex parte utriusque extremi, ut etiam patet in scibili, quod licet in quantum scibile necessariò connectatur cum scientia, non tamen realiter refertur ad illam, sed sola scientia refertur realiter ad se ipsum, quia hæc connectitur, ut aliquid accipiat ab illo, scil. suam specificationem vel perfectionem, & non è contra.

Et per hæc etiam patet ad confir., ad quam neg. ma., ad illius prob. claritatis gratia dist. ma., sicut ex æquo neg., altera à priori, scil. possibilitas, altera à posteriori scil. Omnipotentia conc., & deinde vel neg. absolutè mi. ut patet in eisdem relativis mutuò se exigentibus, cum mutuò se inferant, & interimant formaliter, ut talia, sive ut relativa sunt, & tamen verè, & propriè ad invicem non dependent, cum sint simul natura, & cognitione. Vel dist. mutua exigentia orta ex indigentia conc. aliter neg., quia, ut dictum est, si ex parte unius extremi sit ex indigentia, ex parte verò alterius ex fœcunditate ad dandum esse, & perfectionem alteri, ut in casu, tunc solum ex parte indigentis potest esse dependentia, non ex parte alterius, ut patet ex terminis. Et evidenter instatur in superioribus exemplis, & in radice respectu suarũ proprietatum, & sic de aliis &c. quæ prout sic non dependet ab illis, sed magis è contra, & tamen exigit illas. Quòd si inter relativa contendere velint aliquam dependentiam, hoc est, in quantum mutuò dicuntur se specificare, supposito quòd relatio terminetur ad oppositum relativum, quòd tamen est ex

ma-

magis confiderate in ratione mutuæ causæ, & effectus, quàm in ratione puri relativi, vel termini ceterorum Omnipotentia, cum tota sit, ut communis tribus personis ad dandum esse, & omnem perfectionem creaturis, nullo modo specificari potest, sicut nec aliquid accipere ab illis, sed tantum à divina essentia ut diversimodè imitabili, vel participabili ab eisdem, qua ratione, ut dictum est, nullo modo Deus assimulari potest creaturis. Quæ adeò per se nota, & manifesta sunt, ut mirum valde sit potuisse aliquem ex contrariis Scotistam, aliàs Virum doctum, contrà hujusmodi doctrinam indignari.

Tertiò arg. ad idem, & adhuc est replica. Inter mediū cognoscendi, & rem cognitam debet esse necessaria connexio, sed non potest hæc esse inter ens summè, vel magis necessarium, & minus necessarium ut se habent Deus, & creaturæ etiam quantum ad sui possibilitatem, ergo non potest divina essentia esse medium ducens in earum cognitionem. Prob. mi. Tum quia si esset necessaria connexio, esset æqualis necessitas, una mutuò se inferrent, & interimerent, ut contingit in relativis. Tum quia sicut necessarium excedit contingens, ità magis, & à fortiori summè necessarium excedit minus necessarium, vel creatum, aut creabile, sed nequit esse connexio necessaria inter ens necessarium, & contingens, ergo nec poterit esse inter summè, & minus, vel finitum necessarium. Eò vel maximè, quòd longè infinitè major est distantia inter necessarium increatum, & creatum, quàm inter necessarium creatum, & contingens.

Huic arg. Alii negant suppositum, quòd creaturæ possibiles sint minoris necessitatis, quàm Deus, quia dicunt, vel suam possibilitatem habent à Deo, aut ejus Omnipotentia, vel à se ipsis, si primum, ergo erunt æqualis necessitatis, quia tunc earum possibilitas consistet in hoc, quod sit Deus, vel ejus omnipotentia potens illas producere: si secundum à fortiori erunt tantæ necessitatis, nam ideo esse Dei est omninò necessarium, quia est à se ipso independenter à quolibet alio, ergo si pariter creaturæ habent suam possibilitatem à se ipsis independenter ab alio extrinseco, erunt ejusdem necessitatis.

Alii verò distinguunt de illis, & dicunt, quòd si considerentur in se, & ex intrinsecis suis terminis nequeunt habere eandem necessitatem cum Deo, si verò considerentur, ut illatæ, sive ut inferuntur ex necessitate Dei, aut ejus Omnipotentiæ, tunc sunt ejusdem necessitatis, quia eadem necessitate, qua Deus est ens per essentiam, vel Omnipotens infert illas esse possibiles.

Alii verò distinguunt de necessario, & secundum quòd opponitur contingenti, qua ratione dicit id, quod non potest non esse, & deindè in ordine ad sua principia, tam intrinseca, quàm extrinseca; loquendo de illo priori modo, dicunt creaturas possibiles esse possibiles, ejusdem omnino necessitatis esse, ac Deum esse, vel Omnipotentiam esse, secus tamen posteriori modo, quia non posse, non esse convenit Deo omninò à se, creaturas autem possibiles non posse non esse possibiles convenit dependenter à Deo. Insuper principia intrinseca necessitatis possibilium tantum sunt non repugnentia intrinseca terminorum, in Deo autem est quid positivum, nempè esse ipsum esse per essentiam.

Cæterum hujusmodi solutiones licet sufficienter salvent prædictam connexionem Dei cum creatura possibili, non tamen videntur subsistere in eo, quòd ponunt æqualem, vel eandem necessitatem possibilitatis illius cum Deo, quia non obstante quecunque ejus immobilitate perpetuò est, (ut vidimus, & statim iterum dicemus) necessitas alicujus de linea indigentis, ac proinde dependentis ab alio, & connexi connexione à priori, seu per locum intrinsecum respectu Dei, ergo est indispensabiliter minor, nec potest habere æqualem firmitatem in essendo cum Deo, eò vel maximè, quòd prædicatum necessitatis non consistit in indivisibili, sed suscipit magis, & minus, constat autem in bona metaphysica nullum prædicatum habens latitudinem, seu suscipiens magis, & minus posse æqualiter dici secundum eandem rationem de Deo, & creaturis, cum de illis indispensabiliter dicatur potentialiter, vel dependenter ab alio, nisi velimus non esse de linea participationis, sed entis per essentiam, quod est alienum; de Deo autem à se, & secundum rationem actus puri, unde creaturas possibiles esse possibiles quantumvis indefectibilis necessitatis sit, semper tamen est dependens ex necessitate Dei, vel ejus Omnipotentiæ, proinde impossibile est, quòd sit tantæ, aut æqualis necessitatis cum Deo.

Nec refert, quod ait prima solutio, quòd si semel habent suam possibilitatem à Deo, vel ejus Omnipotentia, tam necessarium erit illas esse possibiles, ac Deum esse, vel esse Omnipotentem; immò potiùs oppositum inferendum est, quia si ab illo habent, dependenter habent, & potentialiter, non quidem ad deficiendum in non esse, sed ad accipiendum, vel emanandum ab eodem fonte totius esse cum dependentia, & limitatione, vel defectu à ratione actus puri, vel ab ipsa plenitudine essendi, in qua Deus, ut dictum est, est ipsum subsistens, ad quem subsistentiam impossibile est pervenire creaturam, aliàs creatura non esset. Per quod patet etiam ad secundam, & tertiam. Nam licet non posse non esse dicatur de illa Indefectibiliter, non tamen independenter, aut quasi originativè à se ipsa tanquam primo principio sui esse, unde licet illa negatio, aut carentia defectibilitatis aliquo modo in indivisibili consistat, potest nihilominus adhuc dici major, vel minor ex parte causæ, vel originis, sicut dicimus infra de pœna damni, in materia de vitiis, & peccatis, (& sic de aliis ut de veritate &c. quæ dicuntur in indivisibili consistere) quòd licet ut præcisè importat privationem, vel carentiam visionis Dei sub puro conceptu, aut formalitate privationis, vel ex parte termini dicatur non suscipere magis, & minus, sed esse æqualis in damnatis, nihilominus secundum quòd causatur ex pluribus, vel gravioribus peccatis; (qua ratione importat quandam tristitiam, vel cruciatum pertinentem ad eandem pœnam damni ut complementum illius:) non est eadem in illis, sed major, & minor prout ibidem explicatum est. Unde poterat etiam retorqueri, nam secundum prædicata, tam intrinseca, quàm extrinseca juxta solutionem non est tantæ necessitatis sicut Deus, ergo nec est tantæ secundum habitudinem ad non non esse. Prob. conseq. Quia ideo dicit talem oppositionem, vel habitudinem ad contingens, quia habet talia prædicata intrinseca, & extrinseca, ergo si hoc posteriori modo non potest esse tantę necessitatis cum Deo, nec poterit priori modo.

Aliter ergo resp. ut supra neg. mi. ad primam

prob. neg. ant., & ad prob. illius annexam dist., mutuò se interrent, & interimerent ex æquo, vel mutuò à priori, & per subordinationem unius ad aliud neg., aliter conc., nam defectus creaturę, ut dictum est, solum tanquam signum, & à posteriori, vel per locum extrinsecum infert defectum Omnipotentiæ, quia nempè creatura repugnante deficeret prædicatum intrinsecum continentiæ illius in Deo, quod quidem convenit illi non ex merito creaturæ, sed ex summa sui fœcunditate, quæ est principium totius esse, unde hac deficiente licet arguatur defectus creaturæ à priori, & tanquam per locum intrinsecum, non tamen è contra, ac proinde nulla imperfectio, vel subordinatio, aut dependentia inferri potest ob hanc necessariam connexionem ex parte Dei, sed solum ex parte creaturæ.

Ad secundam neg. conseq. Quia necessaria connexio inter necessarium, & contingens repugnat ex terminis salvo utriusque conceptu, nam contingens est, quod potest absolutè non esse, vel deficere, sed implicat aliquid deficere non pereunte, aut deficiente extremo, vel termino suę necessariæ connexionis ut per se patet, ergo vel iste non esset quid necessariū, vel idem contingens non esset contingens, seu extremum defectibile, quia supposito altero necessario, sive indefectibili, ipsum quoque salva sui connexione necessaria cum illo necessè est perseverare; cœterum si ambo extrema fiot necessaria, licet unum alterum excedet intra hanc lineam necessitatis, perpetuò subsistit utriusque necessitas, ac proindè nullum præjudicium infert necessaria connexio inter illa.

Sed adhuc instas. Nam si daretur talis connexio inter Deum, & creaturas possibiles orta ex summa illius fœcunditate, vel ex ejus eminentiali continentia, sequeretur, quòd non tantum deficeret Deus, pereunte adæquatè earum possibilitate, vel collectione, sed etiam si vel minima, ut musca, vel formica deficeret, conseq. videtur alienum, imò indignum, ut quilibet facilè concipiet, nempè quòd tanta sit connexio inter Deum, & muscam, quòd si hæc redderetur impossibilis, jam non maneat Deus amplius Omnipotens, sed pereat virtus ejus creativa ergo.

Urg. hoc. Quamvis hoc, vel illud possibile fieret impossibile, adhuc manerent alia possibilia, ergo adhuc maneret Deus, vel ejus Omnipotentia, ant. supponitur, & consequentia etiam tenet, quia possibilitas creaturarum infertur, ut dictum est, ex Omnipotentia, sive ex Deo, ut principio, & fonte totius esse, ergo non stabit perseverare aliquod possibile, non perseverante Deo, vel Omnipotentia ejus.

Respondetur, præter superiorem distinctionem, scil. à priori, & à posteriori, qua posset utraque præmissa iterum distingui, nego absolutè mi., nam non solum non est absurdum, nec indignum, sed omninò necessarium, si velimus secundum principia bonæ Metaphysicæ ac Theologicæ discurrere, & oppositum non nisi contra ista concipi, vel affirmari potest. Nam certissimum est quòd prædicatum continentiæ effectuum in causa, vel proprietatum in sua radice est prædicatum essentiale utriusque, & quòd variato, aut pereunte aliquo prædicato intrinseco, vel essentiali in qualibet re, aut ei superaddito petit species, vel essentia ejus, sunt enim essentiæ rerum sicut numeri, quibus si fiat additio, vel subtractio alicujus unitatis perit species, & fit transitus ad aliam; cũ autem certissimum pariter sit, quòd in Deo non solum contineantur creaturæ in communi, sed singulæ etiam quoad omnia cujuslibet prædicata, & quoad omnem, vel minimam portionem entis, (nisi iterum velimus aliquam ex his ab alio primo principio esse, vel à se ipsis, & non à Deo, quod est hæreticum) tenemur fateri, quòd vel minima pereunte varietur intrinsecè aliquod divinum prædicatum, ac proindè non maneat amplius Deus sicut modo est, nam qui modo est est omninò immutabilis, ut dicitur Malach. 3. v. 6. *Ego enim Dominus, & non mutor*. Nec propterea, ut dictum est, refunditur ex hoc ad illum aliqua subordinatio, aut dependentia vel minima imperfectio, imò perfectio summa, quia id non oritur quasi à priori ab intrinseco, sed eo quod est fons, vel principium totius esse, se extendens ad omnem sinum illius, itaut nihil omninò latere possit, aut subtrahi ab ejus eminentiali continentia, aut non derivari, vel emanare ab hoc fonte.

Ex quo iterum patet (& præoccupatur solutio, vel replica) omninò repugnare, vel esse de subjecto non supponente conditionalem illam, quòd contineat, aut teneatur continere ex suppositione quòd non repugnent, quasi ejus continentia pendeat ab aliquo extrinseco, nam ex merito suæ plenitudinis in essendo infert ab intrinseco, ut dictum est, omnem possibilitatem rerum, undè absolutè continet, & se extendit ad omne non implicans, & non ex suppositione, quòd non implicet. Possibilitas enim, vel impossibilitas creaturæ intra ambitum possibilium non sunt prædicata, quæ contingenter adveniant, sed sicut possibilia impossibile est, quòd non contineantur in Deo, vel ejus Omnipotētia, ità impossibile est, quòd in illa contineantur impossibilia, ac proindè otiosum est recurrere ad suppositionem conditionis non repugnantiæ, vel possibilitatis creaturæ. Videtur hoc namque derogare supremæ, vel independenti, sive eminentiali continentiæ totius esse, in qua primò radicaliter fundatur possibilitas creaturarum, unde ex eodem capite, scil. entis omninò absoluti, independentis, & summè necessarii, quo putant contrarii eludere nostram sententiam, vel D. Thom., impugnant suam. Nam si ità est, quòd sit Deus omninò absolutus, independens, & summè necessarius, (scil. in qualibet linea, ut suppono) jam non poterit, nec indigebit expectare aliquod extrinsecum, aut quasi pendere ab illo, ut contineat, aut producere possit aut etiam cognoscere, (sicut dicemus infra) ad quod tam sæpè ipsi recurrunt in affirmando hujusmodi perfectiones de illo, sed quòd absolutè hæc illi conveniant independenter ab omni extrinseco de quo quoad rem D. Thom. infra qu. 25.

Ex his ergo patet nullum omninò esse inconveniens, quod pereunte musca, aut repugnante non maneret amplius Omnipotentia ejusdem rationis sicut modo est, licet sono verborum videatur simplicibus, & rudibus inferri aliqua offensio, veritas tamen præferenda est, & nunquam deserenda ob inane quodcunque offendiculum, quamvis, & ineptum esset, ne dicam ridiculum hæc superiora, vel theologica, [quorum incapacia sunt,] eisdem proponere. Jam enim dictum est, id non oriri ex aliqua subordinatione, aut dependentia Dei à creatura sed magis è contra. Sumitur autem hæc principalis solutio ex D. Thom. qu. 2. de veritate ar. 3. ad 11. ubi ait. *Dicendum, quòd quamvis si à linea diminuatur punctus in actu, nihil depereat de linea quantitate, si tamen diminuatur à linea, quod non sit à puncto terminabilis*

bilis periret linea substantia; similiter etiam est de Deo, nenenim aliquid Deo deperit, si eius creatura ponantur non esse, deperit tamen perfectioni ipsius, si auferatur ab eo potestas producendi creaturam. Ecce quomodo constat quòd si creaturæ, vel aliqua earum redderetur impossibilis auferretur à Deo potestas eas, vel illam producendi, nam modo de facto supposita musca, vel qualibet alia creatura possibili est potestas in Deo producendi illam, si autem redderetur impossibilis creatura non posset amplius affirmari de illo talis potestas, nisi velimus, quòd sit in Deo potestas producendi impossibilia, quod est alienum. Quamvis de his moneat D. Thom. qu.25. infra proximè relatus, *Convenientiùs dici, quòd ea non possunt fieri, quàm quòd Deus non possit facere*, quia nempè, ut ibidem præmittit, non oritur id propter defectum divinæ Omnipotentiæ, sed quia non possunt habere rationem factibilium, neque possibilium, unde nec sub illa continentur. Supposito verò quòd modo esset possibilis (ut supponimus de musca, vel formica) & fieret deindè impossibilis supponendum simul est priùs contineri, ac proindè variandum esse omninò aliquod prædicatum divinum intrinsecè, scil. ejus continentiam, quod est intrinsecè mutari Deum, Constat autem, quòd admissa, vel minima mutatione intrinseca in illo, impossibile sit manere ampliùs Deum.

Ad Confir. similiter respondetur neg.ant.nã si semel deficiente aliquo possibili non manet aut variatur intrinsecè Deus, vel Omnipotentia ejus, & eo, vel ea intrinsecè in aliquo sui prædicato variata (cum vsriari in nullo possit, vel augeri) manere amplius non potest, aut variatur totus Deus, in quo omnia possibilia tanquam in fonte continentur, impossibile est, quòd aliquo semel deficiente quoad sui continentiam in Deo, quòd possint alia perseverare, non secus ac si exsicato aliquo rivulo exsicaretur integrè fons, impossibile est quod non exsicentur cæteri rivuli ab eodem fonte emanantes; vel sicut in simili etiam dicimus, quòd pereuntè fide unius articuli in aliquo fideli, necesse est perire, seu deficere in illo respectu omnium, quia cum sint omnes indivisibiliter à Deo dictati impossibile est, quòd semel discredens uni adhæreat aliis propter testimonium divinum, quod est integrè eam deficere, cum nulla potentia, vel habitus subsistere possit, deficiente ejus ratione formali.

Sed contra hanc solutionem, & superiores iterum instabis. Conceptus Divinæ Omnipotentiæ consistit in eo, quòd possit producere omne possibile, sed istæ perpetuò subsistit etiam si aliquod, vel omnia possibilia evaderent impossibilia, ergo adhuc omnibus pereuntibus subsisteret Omnipotentia Dei. Prob.mi. adhuc verificaretur Deum posse procedere, quia (ut vidimus ex D. Thom. infra ar.3. relato qu. 25. impossibilitas productionis nunquam refundenda est ad defectum virtutis Divinæ, sed ad repugnantiam ex parte termini, dum ait, quòd convenientiùs dicitur id non posse fieri à Deo, quàm Deum non posse facere; sicut in simili dicimus de aliis perfectionibus Divinis, ut de æternitate v. g., quòd semper de illa (& sic de aliis in propria linea) verificatur posse se extendere ad physicè ambiendum omnem creaturam ante earum productionem, estò repugnet non futuras physicè eidem coexistera ante illam, sive ante sui futuritionem, quia non oritur id ex defectu suæ amplitudinis, sed ex defectu illarum, quia non pertinent prout sic ad suam lineam, scil. durationis sic ut pertinent futuræ ergo.

Explic., & Urg. hoc, Quia perfectio intrinseca Dei, vel ejus Omnipotentiæ sufficienter salvatur per potestatem conditionatã producendi quodlibet, scil. sub conditione, quòd sit possibile, sed posita etiam absoluta impossibilitate omnium, adhuc salvaretur hujusmodi potestas conditionata producendi omnes creaturas sub conditione, quòd essent possibiles, ergo; minor patet in eadem æternitate si absolutè Deus decrevisset nullam creaturam producere, ac proindè nullam fore futuram, vel nullam pertinere ad sui lineam durationis: ma. verò prob. à simili in genere moris, sive de linea boni, sive de linea mali; nam salvatur in peccato (ut explicatur 3. par. de Incarnatione) vis conditionata destruendi etiam effectivè, sive physicè Deum, esto impossibile sit destrui posse; quia scil. quantum est ex se destrueret illum si esset destruibilis: similiter in operibus Christi salvatur valor simpliciter infinitus per virtutem merendi præmiũ infinitum, si esset possibile, ut traditur ibid. Et tandem aliis omisis, nam in natura angelica immultiplicabili solo numero sive intra eandẽ speciem etiam de potentia absoluta, admittimus universalitatem adhuc cum fundamento, (ut latè ostendimus in Logicis) ex eo quòd quantum est ex se, seu ex conceptu naturæ, sive inadæquatè conceptæ non repugnat respicere plura solo numero distincta, si essent possibilia, sed nihilominùs est de ratione universalis aptitudo ad essendum in multis, & prædicari de illis, ergo licet de conceptu Omnipotentiæ sit posse producere omnes creaturas, optimè poterit salvari per potestatem conditionatam producendi illas, si essent possibiles, ac proindè non erit necessarium, quòd deficiat deficiente uno, vel etiam omnibus possibilibus, sicut non dicitur deficere in ordine ad chimeram, estò sit hæc omninò impossibilis.

Resp. ad instantiam neg. mi. Quia ut ait D. Tho. ubi supra de veritate qu.2. licet non auferatur à Deo potestas producendi creaturas ex eo, quòd ponantur non esse, benè verò si ponantur impossibiles esse postquam possibiles sunt ut etiam ex eodem infra q.25. ostensum est, quia prout sic variatur intrinsecè, seu diminuitur ejus continentia, cum modo de facto intrinsecè contineat, & postea non contineret nisi velimus, ut dictum est, quòd contineat impossibilia, sive id, quod non continetur intra ambitum illius, vel intrà forum entis, & pertinet ad contradictorium non entis, ut sunt impossibilia, unde ex eodem D. Th. dicimus ità esse, quòd in ordine ad ea quæ contradictionem implicant, (de quibus loquitur in assignando talem modum profarendi) convenientiùs est dicere non posse fieri à Deo, quàm non posse Deum facere illa, quia nunquam de illo est affirmanda, vel minima impotentia, quæ est de genere imperfectionis, non tamen hinc inferenda est aliqua potestas positiva etiam conditionata producendi aliquid impossibile sub conditione quòd esset possibile. Tum quia hanc expressè negat ibidem dum ait, id quod non habet rationem factibilis, neque possibilis non subditur Divinæ Omnipotentiæ, *quia* nempè, inquit, *ea, quæ contradictionem implicant sub Divina Omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem.*

Tum quia virtus conditionata, (ut dicemus infra) talis censenda est, qualis est conditio, sub qua ponitur, ergo si conditio est omninò implicatoria ex termi-

terminis, (ut est præsens impossibilium, si essent possibilia,) non potest nisi impossibiliter affirmari. Stant ergo optimè hæc duo quòd nunquam sit convenientar loquendo refundendus defectus ax arte Dei, vel ad Divinam Omnipotentiam, & taman quòd non sit de illo affirmanda potestas producendi impossibilia, sub conditiona, quòd essent possibilia, nam primum ax sono saltem verborum derogat infinitati ejusdem virtutis, & redolet aliquam impotentiam in Deo, secundum verò non, quia ad illam affirmandam requiritur continentia, quæ illi convenire non potest respectu impossibilis, ex præcisa conditione, quòd esset possibile, cum sit conditio, ut dictum ast, omninò impossibilis, unde impossibile est, quòd det meritum continendi illud, & quia ut atiam vidimus, & egregiè explicat D. Tho. eadem qu. infra 25., quæ Deus semel continet, absolutè continet, & indapendenter ab omni extrinsaco, immò ex sua continentia infert possibilitatem cujuscunque extrinseci.

Ad id verò quod subditur de aliis perfectionibus divinis patet ex superiori doctrina D. Tho. de veritata, nam aliud est quod actu v.g. æternitas non extendatur ad aliquid possibile intra suã lineam, aliud verò quòd salvetur potestas se extendendi ad aliquid repugnans ax terminis intra eandem lineam durationis. Primũ non præjudicat ejus infinitæ amplitudini, sad integrè adhuc salvatur talis perfectio in Deo, nam sufficit, quòd quantum est ex se possit sa extendere ad illud si semel extraheretur à statu possibilitatis, transeundo ad illũ futuritionis, quia revara quodlibet possibile est capax transire ad illũ Deo dacernenta producere illud, secundum verò verificari non potest, supposita implicantia ex parte termini, ut patet in simili lineæ adducto à D. Tho. non quidem ob defectum ejusdem perfectionis, ut dicimus in casu, cum sit simpliciter infinita in sua linea, sed quia terminus ut supponitur, nequit habare rationem mensurabilis intra illam, unde poterant hujusmodi instantiæ retorqueri:

Ex his etiam patet ad confir. unde nag. ma. nam potentia activa causæ fundatur in ipso esse illius, prout formaliter, vel aminenter continet perfectionem effactus, nisi velimus causam posse preducere effectum, quem non præcontinet. Et hinc iterum patet manifesta implicantia de eadem potastate, & continentia sub conditione, quòd esset possibile, quia cum conditio sit impossibilis ex terminis, ac proindè implicet posse varificari, pariter impossibilis arit talis potestas, vel continentia; non enim modo loquimur da possibili, vel impossibili quomodocunque sive in ordine ad aliquam causam creatam, vel limitatam, sed in ordine ad Omnipotentiam Dei, quod est esse possibile, vel impossibile absolutà, vel ex habitudine repugnante, vel non repugnante terminorum, quatenus prædicatum rapugnat, vel non repugnat subjecto ut axplicat infra D. Thom. relata qu. 25 ex Arist. 5. Metaph. text. 17., unde semel repugnans, implicat non repugnare, & consequenter implicatoria est etiam conditio possibilitatis ejus. Per quod apertè constat non posse ullo modo attandi prædictam potastatem, & continantiam Dei in ordine ad talem conditionem imò indignum videri, quòd attendatur, vel affirmetur in ordine ad illam, cum ex hoc capite magis sit neganda, quàm affirmanda. Aliàs similitèr posset affirmari de Deo potantia ad peccandem sub conditione quòd peccatum non repugnaret sanctitati divinæ; nam sicut dicitur, quòd potest producara atiam impossibile si non repugnaret, pariter posset peccare si non repugnaret, & sic de aliis, quæ sunt aliena.

Ad primam probationem de peccato doctissimus Thomista, qui subtilitar prout da more prædictam vim in peccato insinuat, non videtur omninò consonè id asserere ad aliud infra de Trinitate, ubi impugnat præsentem virtutam conditionatam Omnipotentiæ ex eo quòd implicat, ut dicebamus virtus productiva sub conditione omninò impossibili, cum sit talis censenda, qualis ast virtus sub qua ponitur. Nihilominus eadam admissa responderi potest primò esse discrimen, quòd virtus productiva in Dao, sive ejus Omnipotentia taliter affirmanda est de illo, sicut affirmatur quodlibet ejus attributum, vel perfectio, ac proindè independenter ab omni axtrinseco, & præcipuè à conditione omninò impossibili, vel chimerica, qualis est præsens possibilitatia raspectu absolutè impossibilis, sed adæquatè ex intrinsecis ipsius Dei, cæterum valor, vel efficacia rei in moralibus non præcisè sumitur ex merito illius, sed dapendanter ab aliquo extrinseco, sive ab extrinseca hominum æstimatione, vel impositiona ut patet inductivè, unde specialiter loquendo de parfecta vi conditionata peccati, cum idem Sapientiss. Mag. velit istud in ratione ostensæ essa simpliciter infinitum, non mirum est si ejus naturam ità adversam exageret, ut non solum judicat essa in Deo tanquàm in subjecto morali, sed quòd atiam effectivè, sau physicè illum destrueret, si samel in se asset sic dastruibilis, quidquid sit, quòd magis redoleat modus iste loquendi odium sanctum contra peccatum, quàm assertionem ejusdem virtutis in illo sub tali conditione impossibili.

Deindè etiam dicimus, quòd cum prædicta vis in peccato sit per viam intrinsecæ oppositionis, & incompossibilitatis, quàm extramè habet cum sanctitate Divina non est præcisè fundata super conditionam aliquam extrinsecam, sed ex propriis omninò eam destrueret, si asset destruibilis.

Ad secundam de operibus Christi nag. suppositum, quòd virtus intrinsecè infinita meritoria consequens earum valorem moralem detur in ordine ad præmium cathegorematicè infinitum in esse physico, cũ enim istud sit impossibile, & impossibile continari non possit nec in causa physica, nec morali, nequit admitti in illis talis virtus, sed tantum admittitur in ordine ad prēmium majus in infinitum syncategorematicè, quod non repugnat, & insuper etiã ad infinitum cathagoramaticà in esse morali, ut est Incarnatio alterius personæ Divinæ, ut dicimus ibidem.

Ad ultimam resp., quòd ut etiam in logicis explicatum est, eo modo, quo aidam naturæ conceditur universalitas, assignatur etiam terminus huic non repugnans, scil. secundùm rationem tantum, & non secundùm rem, ut etiam innuit argumentum; nam licet aadam natura utpotè substantia completa spiritualis, capax non sit in re multiplicationis tantum numaricæ, ac proindè nec physicè, nec metaphysicè possibilia sint plura individua angelica solo numero distincta intra eandam speciem, concipi tamen possunt ut non repugnantia ex vi conceptus naturæ inadequatè sumptæ, seu ut præcisæ à sua singularitate, à qua præscindi potast, [ut vidimus ibidem] cum non sit de conceptu ejus dafinitivo, & præcipuè logicè, cum ad metaphysicum magis pertineat, quàm ad logicum, pertingere ad ejus radicem, à qua oritur impossi-

possibilitas ejusdem multiplicationis, & non ex præciso conceptu speciei, seu generis, & differentiæ, de quibus specialiter agit logicus, & aliàs eadem natura utpote potentialis, & non actus purus fit etiam indifferens in esse objectivo, unde rectè potest intellectus noster sic inadequatè concipiens illam denominere cum fundamento in re sic concepta universalem secundum rationem tantum. Cæterum Omnipotentia divina cum Deo conveniat non præcisè secundum aliquem nostrum conceptum inadæquatum, sed verè secundum rem utpote causæ universalissimæ secundum rem, essentialiter importat potestatem producendi, ut absolutè possibilia in re, ut docet D. Thom. ubi supra, & non sub aliqua conditione impossibili, vel chimerica absolutè repugnantis, ut est possibilitas creaturæ semel impossibilis, ut dictum est.

Unde etiam poterat retorqueri. Nam sicut universalitas secundum rem, quæ dicit aptitudinem ad essendum, & prædicandum de multis absolutè possibilibus secundum rem admitti nequit in natura absolutè immultiplicabili secundum rem, sive in ordine ad multa absolutè impossibilia secundum rem, ità quia virtus operativa conveniens Deo causæ universalissime secundum rem est potestas producendi omnia ut absolutè producibilia in re, admitti non poterit in ordine ad absolutè impossibilia in re. Et per hæc patet ad id, quod subditur de chimera, quia hæc nunquam fuit aliquid contentum in Deo, sicut quodlibet aliud possibile, unde nihil deperit ex ejus impossibilitate. §. Sed contra hanc solutionem, & superiores instas ulteriùs in gratia Christi, & nostra, vel etiam Angelorum. Nam in ille Christi, sufficienter salvatur virtus radicandi virtutem pœnitentiæ, vel filiationem ad optivam Dei si semel subjectum esset capax, esto in re omninò capax non sit, cum sit ab intrinseco impeccabilis, & filius naturalis ut communiter fatentur Thomistæ de impeccabilitate, & cæteri omnes catholici de filiatione. Similiter in nobis, & in Angelis habet sufficienter vim radicandi justitiam commutativam quantum est ex se, si pariter pura creatura esset capax offerre Deo æquale, vel ex eadem justitia, quod tamen ab eisdem judicatur in re impossibile, ergo cum impossibilitate conditionate possunt sufficienter salvari hujusmodi virtutes sine ulla contradictione. Ant. quoad utramque partem constat, quia est ejusdem speciei in Christo, & in nobis, & Angelis, tam physicè, quàm metaphysicè, quidquid sit moraliter, ut supponitur ex 3. par. qu. 7. ad ar. 1 r., ergo.

Resp. neg. conseq. ad intentum in subjecta materia, & disparitas est, quia conditio possibilitatis intra lineam impossibilium est absolutè impossibilis, ut dictum est, & chimerica, vis autem radicandi in gratie præfatas virtutes, vel fundandi filiationem adoptivam, non respicit terminum impossibilem, immò de facto existentem licet non in omni individuo, in quo est gratia ob ejus incapacitatem, quod non tollit earum absolutam possibilitatem, ac proinde non est virtus radicandi sub conditione omninò impossibili, immò absolutè possibili, licet per accidens in hoc, vel illo subjecto purificari non possit ob ejus incapacitatem, non tamen in omni, cum de facto in aliis habeat radicare, vel fundare, & ideò adhuc in illis salvatur sufficienter, quòd quantum est ex se radicare posset, & de facto gratia puri hominis radicaret justitiam commutativam, si ejus humanitas assumeretur à Verbo, & gratia Christi pœnitentiam, si humanitas separaretur ab eodē Verbo, unde hujusmodi virtutes non dicuntur proprietates, gratię, quia semper inseparabiliter gratiam comitentur, sed quia proprium est gratiæ tales virtutes posse tribuere subjecto capaci, sicut similiter potentiæ sensitivæ dicuntur proprietates animæ rationalis, sive hominis, ut sensitiva est, non quia inseparabiliter sint ab ipsa, sed quia est proprium animæ esse principium, à quo fluant, si subjectum sit dispositum ad eas recipiendas, unde nec in qualibet parte corporis ab ea diminant ob defectum organi requisiti, & per accidens ex corruptione organi sæpe corrumpuntur in parte, in qua erant.

Similiter etiam dicimus de filiatione adoptiva Dei, quòd ex natura rei consequitur gratiam, non quia inseparabiliter eam comitetur, sed quia proprium illius est eam fundare supposita capacitate subjecti, scil. in supposito extraneo, quale non erat Christus, cum esset persona divina, immo cum eadem filiatio sit tantum relatio nō est effectus formalis primarius nec secundarius gratiæ, licet in ea fundetur, sicut relatio similitudinis non est effectus albedinis, sed eam sequitur ut fundamentum. Non fuit etiam novum miraculum, quòd separaretur à gratia in Christo, sed necessariò consequitur talis separatio ex vi unionis humanitatis ad Verbum.

§. IV.

Solvitur ultimum Argumentum, & specialis difficultas.

ULtimò arg. (& est replica contraria superiore) sumpto fundamento ex doctrina insinuata D. Th. qu. sæpe relata 25. infra. Nam ibi expressè, ut vidimus, fatetur impossibile non subdi divinæ Omnipotentiæ non propter defectum potentiæ divinæ, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis, ut inquit ibidem, & propterea concludit convenientiùs dici, quòd fieri non possit à Deo, quàm quòdDeus non possit facere. Ex quo fit argumentum, secundum D. Tho. nihil est impossibile ex defectu potentiæ divinæ ad illud producendum, sed tantum quia ob implicantiam terminorum non est producibile, ergo si ponatur lapidem transire de possibili in impossibilem non est inferendum Omnipotentiam, vel Deum aliquid amittere de sua antiqua posse, conseq. tenet, quia aliàs non solum reduceretur ejus improducibilitas ad implicantiam terminorum, sed etiam ad defectum ex parte Dei, si semel diminuitur, aut tollitur posse Dei, itaut ampliùs non possit istud de illo affirmari, post prædictum lapidis transitum de possibili in impossibilem.

Ad hoc patet ex dictis, quòd aliud est loqui de impossibili absolutè, quod nunquam fuit, nec potuit esse intra statum possibilitatis ob absolutam repugnantiam habitudinis terminorum, ob quam subtrahuntur ab ambitu, vel continentia ipsius Omnipotentiæ, aliud verò de impossibili tantum ex suppositione, scil. quòd ex possibili transiret in impossibilem. Primum, ut dictum est de chimera, intactum omninò relinquit posse Dei, itaut nec minuat, nec tollat illud, quia nempe nunquam fuit contentum in illo,

illo, neque in ejus Omnipotentia, unde reducitur ejus improducibilitas tanquam ad rationem veluti à priori ad eandem implicantiam habitudinis terminorum, & nullo modo ad defectum virtutis divinæ, & ideo de hoc loquendo ut dictum est, & ait D.Tho. convenientiùs dicitur non posse fieri à Deo, quàm Deum non posse facere, quia cum ob eandem implicantiam non subdatur ejus Omnipotentiæ, ex parte Dei est de subjecto non supponente. Cæterum si loquamur de altero impossibili, sive conditionato, vel ex suppositione, cum istud supponatur aliquando fuisse intra ambitum eminentialis ejus continentiæ, non posset hec intrinsecè non variari supposito transitu de possibili in impsibile, ac proinde etiam non variato posse Dei, cum ante illius transitum verè contineretur in illo, utpote tunc producibile à Deo, ac proindè tunc Deus verè illud producere posset post transitū verò nec continere amplius posit, nec consequēter producere, unde in hac suppositione non solū teneremur asserere, quòd istud non posit fieri à Deo, sed quòd nec Deus posit ampliùs illud facere, immò nec Deus ipse subsistere, ut probatum est, & consequenter nec ejus Omnipotentia.

Ex his patet recta intelligentia doctrinæ D. Tho., quàm superiùs etiam insinuavimus, nam cum loquatur de verè impossibili, seu absoluto, nunquam ejus impossibilitas refundi debet ad defectum virtutis divinæ, ut ait D.Th., & patet, quia ut dicebamus, est de subjecto non supponente respectu talis impossibilis, unde non potest pati aliquem defectum respectu illius, sed refundenda est ad implicantiam præfatæ habitudinis, ut verè eam refundit D.Th., & proindè convenientiùs ait esse dicendum quòd non potest fieri quàm quòd Deus non posit facere. At si daretur impossibile, semel priùs possibile tunc non ex sola implicantia ex parte illius, sed etiam ex defectu continentię ex parte Dei arguenda esset, vel inferēda ejus improducibilitas, quia tunc non esset ampliùs quid contentum in Omnipotentia divina cum priùs contineretur in illa, ut insinuat etiam ibidam D.Th., ut constat ex dictis, cum ex continentia, vel non continentia arguat posse, vel non posse.

In forma ergo ad argumentum factum, neg.cons., quia si supponatur sic transire de possibili in impossibilem supponendum est etiam fuisse priùs contentum, & posteà non contineri, quod est diminui, vel variari intrinsecè ejus continentiam, ac proindè manare ampliùs Deum Omnipotentem, sicut modò est, quod est præcipuum intentum ad stabiliendam connexionem necessariam Dei, vel ejus omnipotentiæ cum possibilibus, ac proindè eorum cognoscibilitatem in illo tanquam in causa. Tria ergo admitti debent, duo nempè respectu possibilis, vel impossibilis absolutè, tertium verò respectu utriusque conditionatè, vel ex suppositione, quòd possibile transiret in impossibile.

Primum quòd respectu absolutè possibilis sit in Deo continentia, ac proindè vera, & positiva potestas producendi ex parte sui, & consequenter etiam non repugnantia ex parte possibilis, orta ejus possibilitate, vel non repugnantia à Deo, ut fonte totius esse.

Secundum quòd respectu impossibilis absolutè duo pariter concurrunt, alterum ex parte illius, scil. implicantia terminorum, vel eorum habitudinis, velut ratio à priori improducibilitatis illius, alterum, quòd supposita tali implicantia non sit in Deo continentia, nec proindè potestas, quia ad impossibile non se extendit virtus productiva, licet; ut dictum est, convenientiùs exprimatur istud non posse, per non posse passivum, quàm activum, ne videatur esse defectus ex parte virtutis divinæ, quæ cum infinita sit, implicat non posse in ipsam refundi.

Tertium denique respectu possibilis absolutè, & impossibilis ex suppositione, seu conditionatè, quòd respectu illius est absolute continentia, & potestas in statu possibilitatis illiùs, esset verò deindè defectus utriusque si transiret in impossibile, ac proindè mutatio intrinseca in Deo, unde longè diversa ratio est de hoc impossibili, & de impossibili absolutè, nam istud nunquam supponere potuit continentiam sui in Deo, ac proindè nec posse, secus alterum ex suppositione, & ideò ex hoc tantum potest inferri variatio intrinseca in divinis, non verò ex illo.

Ex his, & superioribus solvi potest altera difficultas, quàm Mag. Ferre hic §. 2. ad 4. num. 1177. appellat maximam, nempè quòd si implicant alterius impossibilis, scil. absolute, seù chimeræ v. g., non oritur quasi à priori ex eo, quòd Deus non potest chimeram producere, seù ex non posse Dei, nec similiter possibilitas lapidis v. g. non orietur à priori ex eo, quòd posit lapidem producere, quia sic comparatur implicantia chimeræ ad defectum potentiæ respectu productionis, sicut possibilitas ad posse Deum producere illum, unde si primum non reducitur ad defectum potentiæ in Deo, nec reducetur hoc posterius ad posse Dei producere, quod tamen, ut vidimus, admitti nequit, aliàs possibilitas rei non orietur ex Deo, sed à se ipsa, unde si semel ex Deo independenter est, ità poterit non esse independeter ab illo, ac per consequens ex non esse possibilitatis creaturarum, non poterit inferri non esse Dei.

Urgeri potest ex eo, quòd sicut ex parte creaturæ est implicantia habitudinis in impossibili absolutè, ità est non repugnantia ejusdem habitudinis in absolutè possibili, ergo sicut in Deo non posse producere supponit priorem implicantiam, pariter posse producere in illo, supponet posteriorem non repugnantia, ergo sicut iterum quia supponitur primum, nullus arguitur defectus in Deo ex non esse impossibilium, nec arguetur ex non esse possibilium.

Nec videtur juvare, quod dicitur de continentia, nam sicut alterum non continet, quia est implicantia ex parte illius prædictæ habitudinis, ex opposito continebit alterum, quia non est ex parte ejus talis implicantia, ergo sicut prior habitudo respectu non producere est veluti à priori, pariter erit sic à priori posterior, ac proinde nullibi arguetur defectus in Deo ex non esse creaturæ, sive possibilis, sive impossibilis.

Denique inquiro, cur ex continentia arguitur à priori, posse tam activum, quàm passivum, scil. tam posse producere ex parte Dei, & posse produci, seù possibilitas, vel non repugnantia ex parte creaturæ, & non ità à priori arguitur ex non continentia non posse tam activum, quàm passivum; aut si è contra ex passivo magis infertur veluti à priori activum, pariter ex passivo in linea possibilium non sit etiam inferendum activum.

Resp. ergo primò quòd creaturæ, sive impossibiles, sive possibiles ad Deum duplicem habere habitudinem possunt, vel secūdum duplicem considerari, scil. vel in ordine ad illum secundū quòd est ens per essentiam, vel in ordine ad ejus virtutē operativam,

sive

siva Omnipotentiæ, priori modò semper supponunt, vel inferuntur à priori ab ipso Deo, nam ex eo, quòd Deus est ens per essentiam, ut vidimus, ex hoc in se ipso est id, quod Deus est, & id quod extra Deum esse potest, ac proindè est omnia possibilia, unde habetur veluti per resultantiam possibilitas rerum in se ipsa, & sic Deus à priori per se ipsum, & in se ipso habet scientiam omnium possibilium, quam non haberet, si ipse possibilia saltem virtualiter non esset, vel eminenter, ut principium, & fons totius esse non contineret. Similiter etiam ex eo quòd Deus non est id, quod se ipsum participare non potest, sequitur impossibilitas chimeræ in se ipsa, & aliorum implicantium.

Secundo verò modo, sive secundum posteriorem habitudinem dicuntur aliquomodo procedere, quia ex eo quòd Deus est ens per essentiam talis est ordo nempè primò intelligitur, quòd Deus est id, quod est Deus, & omnia alia, quibus non repugnat factio, vel creatio, deindè requiritur Omnipotentia potens ad omnia, quæ non implicant; similiter ex eodem capite, negativè procedendo talis est ordo, quòd ex quo pariter Deus sit ens per essentiam, sive subsistens in ipsa plenitudine essendi sive formaliter, ut est ipse Deus, sive virtualiter, & eminenter, ut est omne id, quod potest esse extra Deum, quasi implens (ut sic dicamus) prout sic eandem plenitudinem, seu hoc extremum entis contradictorium ad non ens, scil. formaliter, vel derivativè, ut principium, & fons totius esse, primò intelligitur Deum non esse id, quod Deus non est, nec id, quod Deum participare non potest, & ad hoc sequitur impossibilitas in se ipsa chimeræ, & aliorum implicantium, & deindè non esse in Deo potentiam ad ea, quæ repugnant productioni; nam sicut affirmativè procedendo statim à priori, & immediatè inferuntur à Deo possibilia, & post modum Omnipotentia, ità procedendo negativè similis ordo statui debet, semper à priori incipiendo à Deo, non tamen quòd in tota serie istius ordinis, præcedere aliquo modo non possit creatura, sive possibilis, sive impossibilis, seu repugnantia, vel non repugnantia illius respectu ejus Omnipotentiæ, quoad posse, vel non posse, unde sicut ista non est vera, hoc est possibile, quia Deus potest illud facere, ità ista non est vera, hoc est impossibile, quia Deus illud non potest facere. Et Similiter sicut ista est vera, lapis est possibilis, quia Deus virtualiter, vel eminenter est lapis, ità & hæc est vera, chimera non est possibilie, quia Deus nullo modo nec formaliter, nec virtualiter est chimera, unde omnia reducuntur in Deum, sive quia est, sive quia non est, & sic si supponamus ea, quæ possibilia sunt non esse possibilia, ponemus Deum non esse illa, & sic ponemus Deum, non esse Deum, quod est Deum necessariò esse connexum cum possibilibus.

Hunc ordinem, & modum dicendi primò quoad possibilia videtur insinuare D. Thom. qu. 25. relatu in corp. illis verbis. *Esse autem Divinum, super quod ratio divinæ potentiæ fundatur est esse infinitum non limitatum ad aliquod genus entis, sed præcontinetur sub possibilibus absolutis respectu quorum Deus dicitur Omnipotens*. In quibus, ut patet primò assignat esse divinum, quod quia infinitum est nec limitatum ad aliquod genus entis præhabet in se totius esse perfectionem, quod idem est ac esse id, quod est Deus, & omne id, quod potest esse extra Deum; ex quo deindè infert rationem possibilium, & tandem quod respectu illorum habeat Deus rationem Omnipotentis. Ex eo ergo, quòd esse Divinum sit infinitum sequitur, quòd præcontineat omnem rationem entis, & ex hoc, quòd præcontineat, quòd inferat absolutam possibilitatem rerum, & quia hæc est objectum alicujus virtutis productivæ infinitæ, infertur, quòd respectu illius dicatur Omnipotens.

Quoad impossibilia verò dum paulò antea eodē modo loquitur de possibili, & impossibili absolutè, dicis. *Possibile autem, vel impossibile absolutè dicitur ex habitudine terminorum. Possibile quidem quia prædicatum non repugnat subjecto, ut socratem sedere. Impossibile verò absolutè, quia prædicatum repugnat subjecto, ut hominem esse asinum*. Et deindè post superiora verba relata de possibili, pariformiter prosequitur de opposito impossibili *Nihil autē repugnat rationi entis nisi non ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis absoluti, quòd subditur Divinæ Omnipotentiæ: quòd implicat in se esse, & non esse simul. Hoc enim Divinæ Omnipotentiæ non subditur, non propter defectum Divinæ potentiæ, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis. Quæcunque igitur contradictionem non implicant sub illis possibilibus continentur respectu quorum dicitur Deus Omnipotens. Ea verò, quæ contradictionem implicant sub divina Omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem*. Ecce ferè idem ordo respectu impossibilium absolutè, nempè quòd ex eo, quòd subtrahuntur à ratione entis, & consequentur ab esse divino rationem possibilis habere non possunt, sed magis implicantis contradictionem, & ex hoc quòd implicant subdi nequeunt Divinæ Omnipotentiæ.

Responderi tamen potest secundò eidem principali difficultati esse discrimen inter utramque lineam possibilium, & impossibilium absolutè, quòd quia hæc posterior est de linea defectibili, prior verò de linea efficientis, seu boni, & perfectionis à tota sui latitudine, & inconveniens non sit, quòd in linea defectibili habeat creatura rationem primi, non tamen in illa efficientis, vel boni, aut entis, qua ratione dicimus voluntatem creatam esse primum deficiens in linea moris, & probabiliter ex hoc motivo non posse ejus peccatum remitti, aut deficere illa non retractâte, sicut nec aliquid in linea entis Deo nō suspendente concursum, quia nempè non est primum in ista, & independenter à primo aliquid deficere non possit; ideò non posse Dei licet aliquomodo videatur inferri à priori ex defectu, vel implicantia habitudinis terminorum ex parte impossibilium, non tamen posse illius ex non implicantia ejusdem habitudinis ex parte possibilium, quia hæc intelligi nequeunt, non supposita eorum continentia in divina Omnipotentia. Quod etiam insinuare videtur D. Thom. de primis quidem, verbis supra relatis dum subdit, *unde convenientiùs dicitur, quòd ea non possunt fieri, quàm quòd Deus facere non possit*. Ubi videtur refundi defectus producendi quasi à priori ad implicantiam ex parte creaturæ, ex qua antecedenter infert non contineri sub Divina Omnipotentia. De possibilibus verò, dum priùs ait, quòd ratio divinæ potentiæ fundatur supra esse divinum, & non præcisè super possibilitatem derivatā ab esse divino, ergo sicut præcedit istud eandem possibilitatem, pariter & illam præcedat Omnipotentia, ne etiam videamur aliquod prædicatum de linea creaturæ anteponere divinis prædicatis per emanationem, & prædicationem de illo, quod non videtur conveniens,

& ob id fortè laudatus Mag. hanc difficultatem appellavit maximam. §. Sed tamen quacunque via procedamus perpetuò utrumque subsistit, & quòd ex impossibilitate absoluta creaturæ nihil deperea ex in Deo, cum nunquam supponi possit continentia, vel posse Divinum, ut dictum est, respectu illius; & quòd ex opposito respectu possibilium supponi debeat continentia absoluta, non respectivè, vel conditionata, aut pendens ex aliqua suppositione, ex qua etiam debeat pendere ejus connexio cum illis, ac proindè necessaria non sit, sed ea deficiente adhuc Deus persistere possit, & dici Omnipotens sicut priùs, quia supposita semel possibilitate rei debet omninò intrinsecè, & absolutè contineri, & fundari in Deo primo ente, aut fonte totius esse, unde si per impossibile aliquod possibile transiret inimpossibile, inferenda est infallibiliter mutatio, & defectus intrinsecus in Deo ex mutatione, & defectu continentiæ præsuppositæ in illo.

§. V.

Expeditur quæsitum additis in fine quibusdam Corolariis.

PRocomplemento, & pleniori notitia hujus, & sequentis quæstionis inquires, in quo medio, vel attributo Divino cognoscat Deus in se ipso creaturas possibiles. Huic difficultati D. Thom. qu. 2. de veritate ar. 8. in fine in corp. respondet. *Quorundam quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, quæ, scil. Deus nunquam facere disposuit, habet quidem speculativam cognitionem. Et quamvis dici possit, quòd intuetur ea in sua potentia, quia nihil est quod ipse non possit, tamen accommodatiùs dicitur, quòd intuetur ea in sua bonitate, quæ est finis omnium, quæ ab eo fiunt, secundum scil., quòd intuetur multos alios modos communicationis propriæ bonitatis, quàm sit communicata rebus existentibus, quia omnes res creatæ ejus bonitatem æquare non possunt, quantumcunque de ea participare videantur.* Hæc D. Thom. Ex quibus constat, quòd medium, in quo Deus cognoscit creaturas possibilas sit magis divina bonitas, quàm præcisa Omnipotentia, vel aliud attributum. Quid autem nomine Divinæ bonitatis intelligat D. Thom., respondet Magister Ferre esse perfectionem Divinam, non solum, ut dicit essentiam Dei, sed etiam alia attributa, ex quibus pendet possibilitas creaturarum, nam ut Deus istas producere posit; requiritur primò essentia Dei, quæ est causa primordialis earum præcontinens in se ipsa omnem perfectionem essendi tanquam in eminentissima forma, deindè requiritur scientia practica, & speculativa, per quamvis proxima, & exequutiva posit dirigi ad exequendum; requiritur etiam amor inclinans ad operandum, & ipsa vis exequutiva, quæ Omnipotentia dicitur; unde ab omnibus istis possibilitas illarum dependet, ac proindè, ut eas Deus in se ipso perfectissimè comprehendat, opportet, ut ad hæc omnia inspiciat, & quia non est attributum, vel perfectio magis universalis, quàm divina bonitas, quæ formaliter omnibus aliis divinis convenire dicitur, ideò quamvis ad cognitionem perfectam possibilium requiratur cognitiu Omniporentiæ, dicit D. Tho. quòd accommodatiùs cognoscat illa in divina bonitate, quæ est finis omnium, quàm in Omnipotentia. Ex quibus etiam dici potest, quòd veluti proxima, & immediata ratio manifestandi possibilia sint omnia hujusmodi attributa, & præsertim Omnipotentia, à qua immediatè dependent in ratione producibilis; prima, vel primordialis divina essentia, adæquata verò eadem bonitas, cujus specialiter sunt, vel esse possunt participationes. De his etiam videtur à Jo. à S. Thom. hic disp. 23. art. 2. num. 21. & 22.

Ex his pariter solvitur alia instantia Vasquez, quòd nempè si Deus cognosceret illa in Omnipotentia, ex istius ablatione non tolleretur per locum ab intrinseco scientia, ac proindè nec omnis alia divina perfectio antecedens Omnipotentiam, quia prius per locum ab intrinseco non tollitur ablato posteriori, cum tamen si Deus eadem cognosceret in se ipso ut Omnipotente tolleretur earum cognitio à Deo per locum ab intrinseco ex ablationes Omnipotentiæ. §. Dicimus namque primò, quòd Omnipotentia non est adæquatum, nec accomodatiùs repræsentans, ut ait D. Tho.

Secundò quòd Omnipotentia non est præcisè accipienda pro formali, sed pro Omnipotentia radicali, sive pro ipsa essentia divina, quæ est fontale principium totius imitabilitatis in creatoris, unde etiam ut causa earum exemplaris sortitur aliquo modo rationem imaginis, ut tradit infra D. Th. qu. 93. ar. 5. ad 4., qua ratione salvat dictum illud (nempè quòd Deus fecit hominem ad imaginem suam, non esse præcisè referendum ad personam filii, qui aliàs dicitur imago in divinis, sed ad totam Trinitatem, quia nempè etiam divina essentia est imago Dei, secundum quòd imago ponitur pro exemplari.

Tertiò quia admisso etiam quòd Omnipotentia acciperetur pro formali adhuc optime posset inferri per locum intrinsecum defectus scientiæ ex defectu Omnipotentiæ, quia licet hanc præcedat scientia in genere causæ directivæ quatenus eam regulat, Omnipotentia tamen dicitur præcedere scientiam in genere causæ objectivæ, quæ mutua prioritas in diverso genere non repugnat. Et ideò adhuc rectè salvari possunt hæc duo, nempè quòd Deus in sua Omnipotentia formali cognoscat creaturas, & tamen non obstante, quòd scientia præcedat Omnipotentiam, ex hujus defectu per locum ab intrinseco deficiat scientia Dei, in qua instat prædictus Author.

Ex dictis colligimus primò perfectissimam cognitionem Dei in se ipso tanquam in causa, vel objecto priùs cognito respectu omnium possibilium etiam in particulari ex duplici veluti capite indispensabiliter inferri, scil. ex plena, seu perfectissima eorum continentia in illo, sive in ejus essentia eminenter continente omnes effectus per modum causæ efficientis, & exemplaris non tantum, ut dictum est, quoad rationes communes, in quibus conveniunt, sed etiam quoad propriam specificam, & individualem uniuscunque. Et deindè consequenter ex connexione necessaria, quæ priorem continentiam ex parte Dei, & dependentiam ex parte creaturæ infallibiliter importat, quia ut dicebamus, ex virtuali, aut eminentiali continentia effectus in causa provenit necessaria connexio emanationis, aut dependentiæ ejus ab illa. Id autem, ut vidimus est ratio cognoscendi effectum in causa, ex quo provenit hujusmodi connexio emanationis, & dependentiæ illius, cum id, quod est ratio essendi sit ratio cognoscendi.

Hinc

Hinc solvi possunt aliquæ aliæ instantiæ. Quòd v. g. in causa universali non sunt cognoscibiles effectus in particulari, & quòd scientia perfectissime rei est per propria illius principia, seu secundum ejus rationem propriam, quia scientia est ex propriis secundum Philosophum, essentia autem divina non est propria ratio creaturarum, cum nequeat idem esse propria ratio multorum, & diversorum. Et quòd etiam intellectus angelicus est causa omnium cognitionum à se ipso producibilium, & necessariò connectitur cum earum possibilitate, sicut quælibet causa ut nos dicimus, connectitur necessariò cum possibilitate sui effectus, & tamen Angelus comprehendens illum non cognoscit omnes illos; deberet autem cognoscere omnes creaturas possibiles, ad quas sunt prædictæ cognitiones terminabiles. Denique quia in Deo licet sit continentia omnium creaturarum secundum esse virtuale, non tamen secundum formale, unde deberet in se ipso tantum cognoscere secundum prius esse, non secundum posterius.

Sed facilè solvuntur ex doctrina Corolarii sumpto discrimine inter præfatam continentiam Dei, & cæteras causarum creaturarum; nam ille Dei utrumque habet ad inferendam adæquatam, seu perfectè comprehensivam possibilium cognitionem, scil. secundum omnem earum cognoscibilitatem, ut dictum est, in quo deficiunt continentiæ aliarum causarum. Etenim sol licet contineat plures effectus diversæ rationis non tamen secundū id, in quo distinguuntur, sive secundum proprias particulares rationes, sed tātum secundum aliquid commune, in quo cōveniunt; Similiter intellectus Angeli, est tantum causa inadæquata omnium suarum cognitionum possibilium, nam præterea requiruntur species, quæ respectu possibilium non admittuntur in illo, Cœterum Deus est adæquatissimè continens, & causans se solo, non indigens determinari ab aliquo extrinseco, sicut sol à virtute v. g. quæ est in hac, vel illa planta, & intellectus à virtute objecti, scil. à specie, & idcò in se ipso potest sufficientissimè omnia comprehendere.

Nec refert quòd dicatur tantum continere secundum esse virtuale, non formale, nam aliud est modus continendi, (& hìc est virtualis, & eminentialis absque omni imperfectione), aliud verò res contenta, & hanc verè, & propriè continet secundum omne sui formale esse, sicut & omne illud producit, cum secundum omnia quæ habet de linea entis sit participatio Dei. Quamvis ergo creaturæ secundum propriū formale esse, ex quo dicunt imperfectionem potentialitatis, limitationis &c. non dicantur contineri formaliter in Deo quoad modum, scil. continendi, sed solum virtualiter, & eminentialiter, secus tamen in ratione rei contentæ, nam reverà secundum suum esse formale continentur in illo, sicut calor secundum suum esse formale dicitur contineri in sole licet non formaliter, sed virtualiter, vel causaliter, aliàs daretur aliquid de linea entis non contentum in Deo, ac proindè nec producibile ab illo, quod est alienum.

Ex quo etiā patet adhuc perfectissimè salvari scientiam in Deo respectu possibilium, aut creaturarum, estò non procedat per propria earum, ut rationem à priori cognoscendi, quia dum illa omnia eminenter, ac perfectissimè continet, perfectissimè etiam potest totum scibile earum manifestare; unde quod dicitur scientiam procedere ex propriis rei scitæ, vel scibilis, intelligitur de scientia limitata, vel adæquata cum tali scibili, non de eminenti, & excedente illud, sicut est scientia Dei respectu totius scibilis creati, ad hanc enim sufficit, quòd sit per propriam rationem inadæquatam, & excedentem, & licet non possit idem accipi, ut propria ratio adæquata diversorum, potest tamen accipi, ut ratio excedens, & inadæquata singulorum, sicut in superioribus dicebamus de æternitate, quòd potest esse mensura excedens, & inadæquata respectu singulorum futurorum, unde etiam antequam sint in se ipsis possunt physicè mensurari per illam seu esse illi, vel in illa physicè præsentia, licet deindè in suis differentiis temporum mensurentur etiā per propriam durationem, & itā essentia divina accipitur ab intellectu divino, ut propria ratio cujuscunque prout est diversimodè imitabilis, & participabilis ab illis, de quo D. Th. Primo cont. Gent. c. 54. dicens. *Quod cum nobiliora in entibus sint minus exemplaria (ut dixit Clemens Phylosophus apud Dyonis. 5. c. de Divinis Nominibus) Divina essentia in se nobilitates omnium entiū comprehendit non quidem per modum cōpositionis ut supra ostensum est* (scil. c. 31. cōpositionis) *sed per modū perfectionis, forma autem omnis tam propriæ, quā communis secundum illud quòd aliquid ponit perfectio quædam est, non autem imperfectionem includit, nisi secundū quòd deficit à verò esse. Intellectus igitur divinus id quod est proprium unicuique in essentia sua comprehendere potest intelligendo, in quo ejus essentiam imitatur, & intelligendo, in quo à sua perfectione deficit unumquodquè; utpotè intelligendo essentiam, ut imitabilem per modum vitæ, & non cognitionis accipit propriam formam plantæ, si vero, ut imitabilis per modum cognitionis, & non intellectus, propriam formam animalis, & sic de aliis. Sic igitur patet, quòd essentia divina in quantum est absolutè perfecta potest accipi, ut propria ratio singulorum, unde per eam Deus propriam cognitionem de omnibus habere potest*. Quòd etiam paucis repetit hìc ar. 6. ad 3. ubi ait. *Dicendum quòd idem non potest accipi, ut ratio diversorum per modum adæquationis, sed divina essentia est aliquid excedens omnes creaturas, undè potest accipi, ut propria ratio uniuscujusque secundum quod diversimodè est participabilis, vel imitabilis à diversis.*

Colligimus secundò quòd etiam si admitteremus solam connexionem conditionatam Omnipotentiæ cum possibilibus ut dicunt contrarii, ità ut ex defectu possibilitatis eorum non esset inferendus defectus Omnipotentiæ, adhuc tamen juxta eorum principia non tollitur quin Deus à se cognitus sit sibi ratio cognoscendi illa. Nam veritas conditionata conditione impleta transit in absolutam, ergo si semel est connexio conditionata Omnipotentiæ cum illis, quatenus est essentialiter determinata ut possit creaturas producere si sint possibiles, cum de facto supponantur absolutè possibiles, de facto eadem Omnipotentia erit medium sufficienter connexum ad earum cognitionem, eò vel maximè, quòd sicut essentia divina tanquam species impressa, vel expressa essentialiter determinata ad repræsentandum, & intellectus, vel cognitio distinctè ad cognoscendum ut possibiles, si sint possibiles, & ut impossibiles, si sint impossibiles, ut ipsi fatentur, pariter divina Omnipotentia, quia est essentialiter determinata tanquam virtus ad producendum, optimè poterit ut objectum cognitum esse sufficiens medium cognoscendi illas, ut à se producibiles si sint

possibiles, vel ut improducibiles, si sint impossibiles modo superiùs explicato,

Tertiò Colligimus solum de Deo verificari specialiter, quòd alia in se ipso cognoscat tanquam in causa, quia cum illi repugnet alia extra se cognoscere per speciem à sua essentia distinctam, & illa ejus essentia repræsentare non possit, nisi illa eminenter per modum causæ contineat, in quo deficit intellectus creatus etiam angelicus plura cognoscens per proprias illorum species, unde non omnia cognoscit Angelus in se ipso, sicut Deus ut etiam tradit Dionis. c.7. de divinis nominibus dicens. *Etenim si secundum unam causam Deus omnibus existentibus esse tradidit, secundum eandem causam sciet omnia, & non ex existentibus sumet ipsorum cognitionem.*

Quartò Colligimus, quòd quia Deus ex summa sui perfectione, qua est ens per essentiam, sive subsistens in ipsa plenitudine entis, solum eminere potest in hac linea, seu in hoc extremo contradictorio entis, quamvis juxta superiorem illum modum dicendi cognoscat etiam impossibilia in se ipso à priori ut explicatum est, non tamen propriè ut in causa, cum impossibile sit ea in illo, ut in causa contineri, sicut continentur possibilia, sed magis per modum objecti cogniti, nam sicut cognitus à se ipso ut ens per essentiam est sibi ratio cognoscendi omnia, quæ possunt esse extra illum, sive eadem possibilia per modum causæ cognitæ, quia prout sic est Deus, & omnia, quæ possunt esse extra Deum, ità pariter cognitus prout sic, quia cognoscitur non posse esse, quæ dicunt repugnantiam terminorum, dicuntur in se ipso, ut objecto cognito cognosci impossibilia, non tamen ut in causa, cum neque habeant in illo, nec habere possint idæam. Et juxta etiam præfatum modum dici potest, quòd similiter cognoscat peccata in se ipso veluti à priori non immediatè per modum causæ eorum, cum ea causare non possit, sed per modum objecti cogniti, quatenus cognitus ut sanctitas, vel bonitas per essentiam est sibi ratio cognoscendi non posse esse id sive eminenter, sive causaliter, quod repugnat sanctitati, vel divinæ bonitati, ac per consequens peccata quamvis juxtà D. Thom. q.2. de veritate q.15. ad 1., & hic art.10. ad 2., & 3., & in corp. dicantur cognosci etiam in se ipso ut in causa mediatè, non quia causet, aut causare possit, sive immediatè, sive mediatè, sed quia est causa boni, per cujus idæam dicitur cognoscere illa. Et ità etiam dici potest de ente rationis, quòd illud cognoscat mediatè in se ipso, quatenus est causa intellectus creati potentis formare illud, præcipuà in opinione, quæ id negat intellectui divino; in alia verò, quòd cognoscat in se ipso ut causa per resultantiam, quatenus consequuntur, aut resultant ad perfectissimam propriæ essentiæ cognitionem ut diversimodè imitabilem, & participabilem à creaturis, ut explicatum est in logicis de respectibus idæalibus.

Ultimò tandem Colligimus, quòd quia scientia Dei, ut jam insinuavimus, præcipuè ut est practicè directiva concurrit ad productionem rerum, in illa etiam prout sic dicitur propriè cognoscere possibilia, quid quid sit de illa ut præcisè speculativa, nam sicut Deus constituitur potens ad earum productionem per Omnipotentiam, tanquam per rationem formalem, seu per virtutem proximam operativam, ità per scientiam ut dirigentem, voluntatemque ut moventem compleri dicitur in ratione potentis, ac proinde sicut propriè cognoscit illa in Omnipotentia pariter cognoscit in scientia, quidquid sit an distinguantur attributaliter, vel non, nam Omnipotentia in via Scoti est indistincta à voluntate, in frequentiori verò sententia inter Thomistas est indistincta ab intellectu, hic verò inter eos etiam probabiliter est attributum distinctum à scientia; & juxtà iterum probabilem aliorum modum dicendi, Omnipotentia est potentia executiva distincta ab intellectu, & voluntate ad utramque consequuta, sed de hie infra, nam dicunt aliqui etiam non esse quidem attributum distinctum à scientia ut executiva, seu practicè practica, bene tamen speculativa, & practice directiva, qui ergo in ratione attributi non distinguunt à scientia, dividunt hanc in triplicem conceptum, scil. contemplationis, directionis practicæ, & virtutis executivæ, & sub hoc ultimo in illa constituunt Omnipotentiam, unde sicut Deus illa cognoscit in Omnipotentia, pariter cognoscit in scientia, quamvis etiam, ut dictum est, ea propriè cognoscere possit in ista adhuc sub altero conceptu directionis practicæ, licet sub isto dicatur ab illa distingui. Et ex his colligitur etiam quo modo utraque hæc causalis verificari possit sufficienter ad occurrendum cuidam replicæ Vasquez, nempè quòd Deus sit Omnipotens, quia omnia scit, & omnia sciat, quia est Omnipotens, nam in priori fit appellatio supra complementum, in posteriori verò supra rationem à priori objectivam. §. Quod si contra hæc inferas jam debere in Deo admitti scientiam, vel cognitionem reflexam supra sui scientiam, vel cognitionem, si semel in scientia cognita videt possibilia, sicut in Omnipotentia.

Respondetur ex superioribus, quòd aliter comparatur essentia Divina ad sua attributa, & aliter ad creaturas, nam ad istas non præcisè sehabet ut ratio videndi per modum speciei intellegibilis, sed etiam per modum objecti priùs cogniti, ad cætera verò divina, quæ sunt idem objectum cum essentia, & ut aliquid ejus, tantum gerit munus speciei, unde eadem visa videntur omnia, ac proindè est cognitio, vel scientia sine indigentia cognitionis reflexæ supra illam, sive qua cognoscat se cognoscere, & immediatè supra cognitionem feratur. Unde cognitio luminis principiorum, qua attingit Deus suam essentiam, vel est indistincta ab ipsa, quia nempè, ut plures sustinent, constituit essentiam, vel immediatè terminatur ad illam, ac per consequens ad omnia attributa Dei, inter quæ est cognitio, cognitio autem scientifica, ut vidimus, non multiplicatur in plura attributa virtualiter juxtà diversitatem attrib. itorum, sed unica sufficit ad cognoscendum omnia, & consequenter intellectû, & scientiam. Unde licet Deus cognoscat se cognoscere non tamen admittenda est in illo reflexa cognitio, etiam in ordine ad possibilia, quia licet respectu istorum ulterius se habeat ut objectum priùs cognitum, eadem tamen cognitione, qua directè immediatè attingit omnia divina, mediatè in istis, scil. radicaliter in essentia, & proximè in attributis, sive in scientia, & Omnipotentia, (ut explicatum est, & constabit etiam infra) attingit alia extra se &c.



QUÆ-

QUÆSTIO SECUNDA.

An Deus alia à se non solum cognoscat in se ipso tanquam in causa, vel objecto priùs cognito, sed etiam immediatè in se ipsis, seù independenter à divina essentia ut repræsentante per modum causæ, vèl objecti priùs cogniti.

Quæstionem aggredimur, ex qua maximè pendet positio, vel exclusio scientiæ mediæ, nam plures ex societate advertentes in divina essentia præcisè secundum se indifferenter repræsentante alia à se, non posse ex extremis futuris magis unum apparere, quàm aliud, proinde nec certò cognosci prout sic à Deo, conati sunt alium modum cognoscendi constituere in illo, scil. immediatè in se ipsis, ut explorare possit media eadem scientia utpote infinita, quodnam ex illis certò eventurum sit ante omnem determinationem, ex quo eandem stabiliri posse contendunt distinctam à simplici intelligentia, & visione, de quibus tamen infra, nam solum inquirimus in præsenti de hoc alio modo cognoscendi possibilia, quem communiter negant Thomistæ sumpto fundaméto ex Patribus, (ut statim dicemus, præcipuè Dyonis., August., & D.Th., adeò urgentibus in hac re, ut Suarez, Valentia, Granado, & alii fateantur non posse id negari de mente illorum, ac proinde omnes interpretationes Vasquez esse ab illa alienas.

Sed ne fiat æquivocatio adverto, quòd dum inquirimus an Deus illa immediatè cognoscat in se ipsis, non fit sensus ex parte rei cognitæ, quia ut vidimus supra, cum perfectissimè omnia penetret, quæ habent in se ipsis, certissimum est sic in se ipsis à Deo cognosci, idest non tantum secundum esse, quod habent in illo, sed etiam secundum esse formale, quod habent in propria natura extra Deum; sed difficultas est de modo cognoscendi tenente se ex parte cognoscentis, itaut unicum medium cognoscendi sit solus Deus ut cognitus à se ipso, & nullo modo possit quasi exire extra se ipsum in modo cognoscendi, scil. terminando immediatè ad creaturas, seu ad verum creatum.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio, & simul probatur Authoritate Sanctorum, & D. Thom.

Non est admittanda in Deo cognitio possibilium immediatè in se ipsis, sed solum in se ipso. Est communis Thomistarum, quibus etiam adhærent plures ex Scotistis Mastrius, & Braucatius, & alii apud eosdem, & ex Societate Molina, Albertinus Tannarus, & alii contra alios ejusdem Societatis Erice, Franciscum de Lugo, Nicolaum Martinez, Jacobum Pratelium &c. qui tamen divisi sunt inter se. nam alii tenent cognosci à Deo in se ipsis solum terminativè, alii vero etiam motivè, non quidem physicè, quasi immitant in Deum speciem intelligibilem, qua cognoscantur, sed tantum motione intentionali.

Sumitur autem primò conclusio, ut vidimus, ex de Dionis. cap. 7. de divinis nominibus, ubi expressè ait: *Non secundum visionem singulis se immittit, sed secundum causæ continentiam scit omnia*. Quia scil. cognoscendo unam causam continentem omnia, cognoscit omnia, ut explicat D. Tho. Et infra ibidem *divina sapientia se ipsam cognoscens, scit omnia*. Et rursus, *Deus ea, quæ sunt nescit rerum notitia, sed sui*. Et utitur exemplo luminis, quòd si esset cognoscitivum non aliter cognosceret tenebras, quàm à se ipso cognito, quia nempè tenebræ cognoscuntur per lumen, sicut privatio per formam, & mala per idæam boni, ut dictum est. Quæ planè intelligi nequeunt in puro sensu materiali, vel concomitanter, sed formali quatenus, ut ostensum est, in se ipso cognito cognoscit omnia, ac proindè concludit, non scientia existentium, sed sui, potissimum enim recurrit D. Dyon. ad continentiam, quæ est formalis ratio cognoscendi effectum in causa.

Idem docet D. Augustinus in lib. 83. qq. quæst. 46. dicens, *sacrilegum esse asserere, quòd Deus exeat extra se aliquid cognoscendum*, quod explicans D. Th. hìc ad 1. *ait quòd verbum Augustini dicentis, quòd Deus nihil extra se intuetur ut est sic intelligendū quasi nihil quod sit extra se intueatur, sed quia id, quod est extra se ipsum non intuetur nisi in se ipso*. Unde etiam in fine corp. sic concludit, *sic igitur dicendum est, quòd Deus se ipsum videt in se ipso, quia se ipsum videt per essentiam suam; alia à se videt non in ipsis, sed in se ipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso*. Quod non solum repetit art. 6., sed expressè docet non aliter cognoscere creaturas nisi in se ipso, quia explicans hoc, quod est cognoscere illas in se ipso ait, quia perfectè cognoscendo se ipsum debet omnia cognoscere, quæ in se ipso præcontinentur ut effectus in causa, quod est ejus cognitionem nullo modo terminari ad illas immediatè, sed solum mediante se ipso ut objecto cognito. Et idem docet Primo cont. Gent. c. 49. ubi probat Deum primò cognoscere se, deinde alia à se, & hæc non nisi in essentia sua visa. Unde sic concludit. *Colligendo igitur has duas conclusiones apparet Deum cognoscere seipsum quasi primò, & per se notum, alia verò sicut in essentia sua visa*. Quod non solum probat superiori auctoritate D. Dion. sed etiam Sac. Script. subdens. *Cui sententiæ attestari videtur Scripturæ authoritas nam in psal. 101. de Deo dicitur respexit de excelso Sancto suo, quasi de seipso excelso alia videns*. §. Adeò urgēt Adversarios istæ authoritates ut præter id, quod jam, insinuavimus, relatus Pratelius hic c. 3. num. 95. licet conetur explicare hujusmodi illas, tandem nihilominus subdit fatendum esse Dyon., & Thomam non parum faventem sententiæ neganti Deum cognoscere res possibiles directè in se ipsis, quam cum Thomistis valdè probabiliter tuentur Molina, Suarez, Valent. cont. Ocham, aliosque Nominales &c.

Adhuc tamen respondet cum aliis ad Dyon. solum velle Deum nosse creaturas notitia, quā habet ex se, idest ex intrinseca sui determinatione, & ex se motivo formali, saltem negativè nullo modo ab alio, quod est directè cognoscere illas in se ipsis non motivè, sed tantum terminativè.

Eodemque sensu (subdit) intelligendi sunt Au-

gustinus

gustinus, aliique PP., & S. Tho. hic ar. 5., & cont. Gent. c. 46. & 49. Quos etiam explicat de notitia, qua Deus in se ipso novit res, ut possibiles, aut quòd solum velint scientiam, qua Deus novit se, & qua novit alia à se non esse duas diversas scientias, sed unam, & eandem.

Sed specialiter ad S. Thom. ait, quòd non velit creaturas directè non cognosci per species proprias, cum in eodem ar. dicat. *In se ipso cognoscitur aliquid, quando cognoscitur per propriam speciem adæquatam ipsi cognoscibili. In alio autem videtur id, quod videtur per speciem continentis.*

Sed hæ solutiones, (ut supra etiam relati ex eadem Societate fatentur) subsistere non possunt. Et in primis quod attinet ad D. Dionys. apertè excluditur ex textu. Nam duo dicit, & quòd secundum visionem Deus non se immittit singulis, & quoad ea, quæ sunt noscit non rerum notitia, sed sui; sed per utrumque manifestè excluditur quæcunque cognitio immediata Dei ad creaturas sive motivè, sive tantum terminativè, ergo. Prob. mi. primò quoad primam partem. Nam secundum visionem se immittere objecto non est ab eo accipere speciem, quia accipere speciem, est potiùs objectum se immittere cognoscenti, scil. eam illi immittendo, ergo est immediatè versari circa illud saltem terminativè.

Secundò quoad secundam, quia si semel immediatè, & primariò terminaretur ad illas in se ipsis, non tantùm cognosceret Deus notitia sui, sed etiam propria creaturarum, nam illa est propria notitia objecti, quæ immediatè, & primariò terminatur ad illud, quod autem immediatè cognoscitur in se ipso, immediatè & primariò attingitur, ut patet ex terminis, sed hoc expressè negat Dionis., com sensus illius propositionis sit exclusivus de cognitione propria, nam de impropria est de subjecto non supponente in Deo, qui omnia perfectissimè, ac proinde propriissimè cognoscit, ergo omnem immediatam, tam motivè, quàm terminativè rejicit à Deo.

Explic. hoc. Nam loquens D. Dionis. de notitia propria, (cum Deus utpotè perfectissimum cognoscens alterius capax non sit) negat creaturas à Deo cognosci rerum notitia, at si directè immediatè in se ipsis semel cognosceret, verè, & propriè eas cognosceret notitia rerum, & non tantum sui ut probatum est, ergo negat omnem immediatam de illis & non tantum in hoc, vel illo sensu.

Explic. ulteriùs nam si illius sensus non esset adequatè exclusivus non sufficienter explicaret modum eas cognoscendi, cum sit alius ab ipso non expressus ut dicit prædictus Author, ergo nisi velimus esse diminutum, quando ex professò tradit modum quo Deus eas cognoscit, tenemur asserere quòd non agnoscat alium modum cognoscendi.

Denique impugnatur. Quia ut supra insinuavimus ex eodem textu: (& est ratio omnium) nam ex eo affirmat cognoscere non rerum notitia, sed sui, quia in tantum cognoscit, in quantum continet ut patet ex illis verbis, *sed secundum causa continentiam scit omnia*, at si immediatè in se ipsis cognosceret, non præcisè ratione sui, ut continentis, sed extra ratione earum cognosceret ut patet ex terminis, nam quod immediatè inse ipso cognoscitur, non mediante alio prout sic, ut continente cognoscitur, ergo solam mediatam de illis in Deo notitiam admittit.

Ex his etiam convincitur de D. Augustino, nam si Deus immediatè in se ipsis cognosceret in sic cognoscendo exiret extra, quia modus iste cognoscendi in se ipsis est oppositus, vel distinctus à modo cognoscendi in se ipso, ut supponimus, cum de modo isto sit quæstio, sed hunc negat Augustinus, non hoc, vel illo sensu, sed absolutè, nisi iterum velimus hunc etiam S. P. diminutè, & insufficienter procedere, dum tradens modum, quo eas cognoscit Deus, sine exceptione negat cognoscere extra se ipsum, & tamen per istum Authorem, & alios datur revera exceptio, ergo verè negat omnem cognoscendi extra, ac proinde omnem immediatam.

Quod vero attinet ad D. Th. quamvis nec minimum possit esse dubium, cum tam clarè loquatur locis relatis, ut mirum sit adhuc velle dubitare de mente ejus, opponimus ulteriùs primò de veritate quæst. 2. art. 3. ad 5. obi expressissimè loqoitur ut rectè etiam advertit à S. Thom. hic, nam ait ibidem. *Aliquid intelligitur dupliciter, uno modo in se ipso, quando scil. ex ipsa re intellecta, vel cognita formatur acies intuentis, alio modo videtur aliquid in alio, quo cognito, & illud cognoscitur, Deus ergo se ipsum tantum cognoscit prout in se ipso, alia verò cognoscendo essentiam suam, & secundum hoc Philos. inquit, quòd Deus tantum se ipsum cognoscit.* Quid clariùs apud D. Thom.

Secundò impugnatur solutio ex ipsis met verbis D. Thom., quæ referuntur in illa, & tam apertè ni fallor concludunt intentum, ut iterum mirum sit velle eis uti ad illum explicandum, imò eisdem manifestè videtur prædictum Authorem destruere propriam explicationem. Nam D. Tho. inquit ibi tunc aliquid cognosci in se ipso, quando cognoscitur per propriam adæquatam speciem ipsi cognoscibili, at, juxtà explicationem, & D. Thom. creatura non cognoscitur à Deo per speciem illi adæquatam, ergo juxtà explicationem, & D. Thom. non cognoscitur à Deo in se ipsa; ma. ast D. Thom., mi. verò patet, quia juxtà explicationem, & D. Thom. species, per quam cognoscitur à Deo non est species propria creaturæ, sed species continentis Dei; at species adæadæquata cognoscibili creato non est species increata sive species Dei continentis, (scil. divina essentia utpotè in infinitum excedens quodlibet objectum creatum,) sed tantum creata, sive propria ipsius creaturæ, ergo si juxta explicationem vult D. Thom., quòd non cognoscatur creatura à Deo per speciem propriam creaturæ, sed per increatam, sive sui ipsius continentis, manifestè juxta etiam explicationem vult, quòd non cognoscatur à Deo in se ipsa, sed in se ipso.

Dices ex his solum inferri, quòd non cognoscantur creaturæ immediatè in se ipsis motivè, quod ast, cognoscere per proprias earum species, sive adæquatas, non tamen negat cognoscere illas immediatè in se ipsis per puram terminationem immediatam cognitionis illius.

Sed hæc solutio iterum involuit ferè repugnantiam in terminis, & excluditur eadem superiori replica, unde impugnatur primò sic, & est optima ratio pro conclusione. Quia repugnat immediatè terminare cognitionem, seu immediatè cognosci in se ipso à Deo, quod immediatè in se ipso non repræsentatur, sed mediatè, & in alio, vel in divina essẽtia, nam cum ex intellectu media specie, & objecto tanquam ex principio adæquato intellectionis pariatur notitia objecti, eo modo aliquid cognoscitur à Deo,

quo

quo repræsentatur, ergo si creaturæ non repræsentantur immediatè in sa ipsis per propriam speciem intellectui divino immediatè in sa ipsis ab illo non cognoscuntur.

Quòd si dicas adhuc immediatè repræsentari per essentiam divinam, licet non repræsententur per propriam, nàm sicut eminenter immediatè continet, ità optimè potest immediatè repræsentare. Vel quòd possint etiam immediatè cognosci, estò non repræsententur immediatè per aliquam speciam, cum intellectus se ipso completus, ut est divinus, sine concursu speciei rem possit immediatè intelligere, nam sic intelligere objectum sine dependentia, vel indigentia cōcursus speciei, est magna perfectio non deneganda intellectui increato, utpotè perfectissimo; intelligit namque per summam fœcunditatem ex se ipso non per indigentiam.

In oppositum est contra primum, quòd supra expendimus de visione, & iterum de objecto intellectus, vel scientiæ divinæ, & paulò anteà etiam insinnavimus, nempè quòd licet essentia divina respectu omnium divinorum sit ratio cognoscendi tantum per modum speciei intelligibilis, non tamen respectu creaturarum, sed ad istas etiam sa habet, ut objectum priùs cognitum, quia non sunt aliquid sui sicut attributum, vel cœtera divina, ergo nequeunt immediatè repræsentari sicut ista, aliàs nullus esset ordo inter intelligibile creatum, & increatum in ratione repræsentabilis, si utrumqua venit immediatè, quod videtur alienum.

Unde impugnatur sic. Non potest aliquid repræsentari à divina essentia immediatè, quod non est per identitatem aliquid sui, aliàs creatura non esset, sed ens increatum, ergo immediatè non repræsentatur per illam. Prob. ma. non potest aliquid immediatè repræsentari ab essentia divina, quod non habet eandem intelligibilitatem, sive omni alio eminentiorem, sed non illa creatura, sed solum quod est aliquid divinæ essentiæ per identitatem habet hujusmodi intelligibilitatem, aliàs verum creatum magis esset intelligibile divinum, quam creatum, ergo nulla creatura est immediatè repræsentabilis ab illa Prob. ma. quia repræsentatio fundatur in intelligibilitate, & hæc in immaterialitate, ut in superioribus explicatum est, ergo nequit immediatè ab illa repræsentari, quod non est conveniens in intelligibilitate, & immaterialitate cum illa.

Urgetur hoc. Id nequit esse immediatè repræsentabile, & cognoscibile à Deo, quod non est primariò repræsentabile, & cognoscibile ab illo, sed nullum intelligibile non divinum est primariò repræsentabile, aut cognoscibile ab illo, ergo nullum est ab eodem immediatè cognoscibile. Ma. patet, quia hi duo termini *secundariò*, *& immediatè* sunt repugnantes, nam alter supponit primum, scil. secundariò, ut per se patet; alter verò non, cum *immediatè*, idem sit, ante quod non est aliquod prius, quod mediet, nisi velimus abuti terminis: mi. verò prob. quia omne intelligibile extra Deum est aliquid derivatum ab illo, ergo nullum non divinum potest esse de linea primaria.

Urgetur ulteriùs, & explicatur totum hoc. Quod est immediatè repræsentatum à divina essentia debet cum illa convenire in eodem gradu immaterialitatis, sed id, quod non est aliquid sui per identitatem, non potest sic convenire in tali gradu, cum gradus ejus sit gradus actus puri repugnans creaturæ, utpotè essentialiter potentiali, ergo. Prob. ma., quia, ut dictum est, quod immediatè repræsentatur, repræsentatur primariò, sed quod primariò repræsentatur ab essentia divina debet cum illa convenire in eodem gradu, cum sit primum intelligibile non derivatum, vel non supponens aliud primum ergo.

Deniqua iterum urgentur hæc omnia, nam si essentia divina immediatè repræsentaret aliquid intelligibile non divinum, sive distinctum à Deo, vel ab omni eo, quòd non est aliquid sui, in ratione speciei repræsentativæ non adæquaret sa ipsam in ratione intelligibilis, & cognoscibilis, sive in ratione objecti repræsentabilis, conseq. videtur alienum, cum in utraque ratione sit infinita simpliciter aliàs non esset compræhensiva, ergo. Prob. ma., quia aliquid extra pertineret ad immediatum, & consequenter ad primarium ejus repræsentabile, & intelligibile non repræsentatum mediante se ipsa, ut objecto repræsentato, ergo in hac linea sive ut repræsentativa non adæquaret se ipsam in ratione objecti repræsentabilis. Contra verò secundum solutionem, quòd intellectus divinus possit immediatè attingere intelligibile creatum, non prius repræsentatum per aliquam speciem, seu divinam, statim dicemus.

§. II.

Ratione Probatur Conclusio.

Ex immediatè dictis, & sumptis ex Div. Thom. locis relatis prob. principaliter conclusio. Nullum intelligibila non divinum potest immediatè repræsentari ab essentia divina, ergo nullum ex illia potest immediatè in se ipso cognosci à Deo Antec. cum consequentia patent ex superioribus replicis. Nam eo modo possunt creaturæ à Deo, cognosci, quo repræsentantur per sui speciam, scil. per essentiam divinam, qui intel igit, ergo quæ nequeunt per hanc immediatè repræsentari in se ipsis, nec poterunt immediatè in se ipsis à Deo cognosci.

Huic rationi ut supra, dupliciter occurrunt contrarii, vel neg. ant., quia adhuc contra superiores replicas existimant posse hæc duo benè componi, scil. secundariò tantum repræsentari, & repræsentari immediatè, unde licet creaturæ non dicantur repræsentari primariò, sed istud sit solum intelligibile divinum, ut specificativum, & proportionatum eidem essentiæ, vel intellectui divino, nihilominus possunt adhuc repræsentari immediatè, unde dicunt essentiam divinam habere duo immediatè repræsentata, alterum primarium, à quo specificatur, & est ipse Deus, alterum secundarium, & est creatura, & sic non oportet, quòd solum mediatè cognoscatur in illo ut primario repræsentato, & cognito, sed etiam potarit immediatè cognosci in se ipsa.

Vel deinde neg. conseq., quia possunt immediatè attingi à Deo sine eo quòd priùs repræsententur per aliquam speciem, quia nempe ejus intellectus, utpote infinitus, est ex se summè completus in hoc genere, & huic solutioni plures Recentiores videntur libentiùs adhærere, quia faciliùs putant hac via sustineri scientiam mediam.

Sed contra primam, quatenus superaddit prædictam compossibilitatem *secundariò*, *& immediatè*, repræsentati, instatur præter superiora sic. Eo modo tan-

tantum possunt repræsentari, quo continentur, sed non continentur sufficienter ad immediatam sui repræsentationem, ergo non repræsentantur immediatè, ma. est per se nota, mi. verò prob., quia creaturæ, ut creaturæ solum possunt contineri, ut effectus in sua causa æquivoca, scil. virtualiter, vel eminentialiter, sed hæc continentia non est ad immediatam repræsentationem, sed tantum ad mediatam, ergo: ma. constat, quia essentia divina non est species impressa creaturarum, quasi instituta ob rerum repræsentationem, (hoc enim esset ponere maximam imperfectianem in Deo) sed solum eas repræsentat, quatenus continet in esse entis, & non in puro esse intentionali; at creaturę, ut creaturę solum continentur tanquam in causa ęquivoca in infinitum excedente, ergo: mi. etiam est certa, quia causa non repręsentat effectum nisi ut quod cognita, ac proindè solum mediatè, cum non sit instituta ad repræsentandum ut species immediatè, quæ ad hoc est ut repræsentet sui objectum, ut in superioribus, & in 3. de anima explicatum est.

Explic. hoc, & præoccupatur solutio. Nam licet dicamus aliquas perfectiones creaturarum, utpote simpliciter simplices, sive in suo conceptu formali nullam involuentes imperfectionem contineri formaliter in Deo, id tamen non sufficit ad formalem, & immediatam repræsentationem creaturæ ut creatura est, ergo creatura ut creatura est nunquam potest ab essentia divina repræsentari formaliter, & immediatè, sed solum eminenter, & mediatè tanquam à causa, vel objecto priùs cognito, & repræsentato. Prob. ant. quamvis aliquæ perfectiones ex quibus coalescunt creaturæ sint formaliter præcontentæ, nulla tamen est creatura, ut creatura est non habens admixtam aliquam imperfectionē, cum nulla sit actus purus; sed ad formalem, & immediatam repræsentationem creaturæ ut creatura est non sufficit repræsentare id, quod perfectionis est in illa, sed integrè quid quid invenitur in eadem, aliàs erit deficiens repræsentatio, cum tota non appareat, ergo cum creatura prout sic, sive secundum omnia, quæ habet, in Deo formaliter contineri non possit, sed tãtum virtualiter, vel eminenter, infertur manifestè non posse à divina essentia immediatè repræsentari.

Secundò impugnatur etiam principaliter eadem prior solutio. In Deo nequit admitti repræsentatio creaturarum, quæ divinæ cognitioni proportionata non sit, sed immediata earum repræsentatio in se ipsis secundum propriam cognoscibilitatem divinæ cognitioni proportionata non est, ergo nequit in illo admitti. Prob. mi., cognitio divina est perfectissimè comprehensiva earum, at immediata earum repræsentatio non est proportionata huic divinæ comprehensioni ergo. Prob. mi. Quia per sui continentiam in Deo, & mediante illo perfectiùs cognosci, & comprehendi possunt ergo. Prob. ant. Tum quia cognoscuntur in illo secundum utramque earum cognoscibilitatem, scil. sui ex parte rei cognitæ, & eminentiùs ut in causa, cum eminentiùs, & perfectiùs reluceant in illa, quàm in se ipsis, nisi velimus, quòd manifestatio illa licet mediata in Deo, vel ejus essentia in ratione repræsentativi intra se ipsam infinitè clarior non sit quacunque manifestatione immediata in se ipsis extra Deum, sicut enim eminentissimè continet secundum earum vel minimum prædicatum, ut dictum est, ità in se ipso perfectissimè repræsentat.

Tum quia cognitio habita de illis seorsim in se ipsis, & non in Deo, aut per illum tanquam per causam non est cognitio earum per altissimam causam, ergo non est cognitio perfectissimè comprehensiva illarum, seu propria Dei. Ant. est certum, cum solus Deus sit causa altissima. Conseq. verò etiam tenet, quia cognitio rei per causam altissimam proculdubio est perfectior qualibet alia non habita per eandem altissimam causam ergo.

Explic. hoc evertendo præcipuum oppositæ sententiæ fundamentum. Nam licet ita sit, quòd possit creatura comprehensivè cognosci per sui immediatam repræsentationem, cum ex se fundare possit cognoscibilitatem perfectam in suo genere, & patet in Angelo comprehensivè cognoscente plures ex illis per species immediatè repræsentativas earum, non tamen sic comprehendi potest ab intellectu divino, aut fundare talem cognoscibilitatem proportionatè ad illum per immediatam sui repræsentationem, quia nulla est dabilis cognitio in Deo, quæ summè perfecta non sit, sive qua major, aut perfectior ex cogitari possit, hæc enim sola est propria Dei, nec ullo modo per aliam minus perfectam intelligere potest, quia semper intelligit per summè perfectam, in quo differt intellectus divinus à creato, qu a isto magis, & minus perfectè rem cognoscere potest, non tamen divinus, ergo licet creatura utroque modo cognoscibilis sit non tamen à Deo, si altera in se ipsa imperfectior est ut probavimus.

Secunda autem solutio, recurrens ad immediatam attingentiã creaturarum sine prævia repræsentatione speciei, visa est facilior P. Martinez, & aliis ad evadendam efficaciam rationis adductæ ex D. Thom. ubi supra, præcipuè ex cont. Gent. c. 49., & hic art. 5. sed tamen videtur primò contra communem consensum Theologorum (paucis exceptis) asserentium Deum intelligere tam se ipsum, quàm creaturas mediante specie intelligibili nam in omni cognitione, necesse est priùs ratione saltem uniri cum intellectu objectum, aut per se ipsum, aut per aliquam similitudinem impressam, quàm quòd cognoscatur. Est enim ut insinuavimus communissimum principium, quòd ex intellectu, & re intellecta paritur notitia, at non ex re intellecta, ut non unita, ergo ut unita, ergo vel per se ipsam, vel per sui simil.tudinem, cum cognitio fiat per viam assimilativam, ut latè ostenditur infra de Trinitate, qua ratione etiam probatur processionem Verbi Divini esse generationem non illam Spiritus Santi, quæ est per viam impulsivam.

Deinde rejicitur manifestè arg., vel posteriori explicatione adducta. Quià nulla potest assignari contradictio, cur Deus in se ipso, ut priùs repræsentato per suam essentiam, & cognito, mediatè creaturas cognoscere non possit, immo oppositum ferè implicat in terminis, nam manifesta contradictio est, quòd sicut omne esse creatum continetur in esse increato, vel divino, omne intelligibile creatum fundatum supra esse non contineatur in increato, vel divino, nisi velimus aliquod creatum à Deo efficienter non esse, cum nulla causa efficiens producat effectum, quem non præcontinet, sed supposita hac præcontinentia implicat Deum in se ipso non solum non cognoscere creaturas, sed aliter cognoscere, quàm in seipso, ergo nullo modo possunt cognosci immediatè in se ipsis, sive per immediatam repræsentationem, aut à fortiori per nullam. Prob. mi. ex proximè,

mè, & fusatiùs dictis. Quia ratio continendi, (ut vidimus ex Dionys. & ex communi consensu, & efficaciter ostendit ibidem D. Thom.) est ratio cognoscendi, sed implicat Deum perfectissimè se ipsum cognoscare, & non penatrare omne contentum in enta, & intelligibili divino, vel aliter illud intelligere, cum cognitio semel divina sit summè perfecta, qua perfectior, ut dictum est, dari non possit, nec ulla alia sit ità perfecta, ut probavimus; ergo supposita eadam continentia intelligibilis, & antis creati in increato, non solum Deus cognoscet illud in isto, ut priùs repræsentato, & cognito, sed impossibile est aliter cognoscare.

Tertiò etiam principaliter impugnatur deducendo ad aliud gravius inconveniens. Si Deus immediate attingeret verum, aut intelligibile creatum non prius repræsentatum saltem mediatè per essentiam divinam sequeretur Deū in ratione intellectivi excedere se ipsum ut intelligibilem, consequans est alienum, ergo non sic immediatè illud attingit. Mi. est certa, quia inter divina prædicata non est inæqualitas, vel excessus, cum quodlibet sit infinitè perfectum, infinitum, & actus purus. Sequela vero, sive ma. prob., quia ut intellectivus se extenderet ad aliquod objectum, ad quod non se extenderet ut intelligibilis, sive in ratione repræsentativi, ratio enim intelligibilis, est de linea repræsentativa, & objectiva, ergo si semel immediatè attingeret verum, aut intelligibile non divinum, sive creatum non priùs per se ipsum, aut per suam essentiam repræsentatum, ut intellectivus excederet se ipsum, ut intelligibilem. §. Ex quo etiam efficaciter urgentur præcedentes replicæ. Nam supposito semel, (ut omninò admittendum est) quòd repræsententur per divinam essentiam, impossibile est quòd iu se ipso ut priùs repræsentato, & cognito non cognoscantur. Hoc verò etiam supposito (ut necessariò iterum supponandum est) impossibile est, quòd aliter cognoscantur, ut probavimus, ac proinde etiam quòd seorsim immediatè in se ipsis repræsententur, sive primariò, sive secundariò ad terminandam sui cognitionem.

Ex his potest iterum probari principaliter, & simul impugnari eadem solutio, prosequendo alia via præcedentem rationem. Sicut divina essentia in ratione speciei repræsentantis nequit excedere se ipsam in ratione objecti repræsentabilis, sed omninò sub utraque ratione adæquatur cum se ipsa ut probatum est contra Authores primæ solutionis admittentes ejus repræsentationem etiam respectu creaturarum, ita pariter Deus in ratione intellectivi adæquetur omninò cum se ipso in ratione intelligibilis, ut enim insinuavimus tam intellectualitas, quàm intelligibilitas intrinseca Dei fundatur in summa ejus immaterialitate, & actualitate, quæ est summè, & infinitè perfecta, unde nequit ibi esse latitudo inter magis, & minus perfectū peues excessum, vel inæqualitatem; at juxta solutionem traditam Deus sub una ratione excederet se ipsum sub alia, ut probatum est, ergo sicut repugnat salva adæquatione essentiæ in ratione repræsentativi cum se ipsa in ratione repræsentabilis, sive in ratione objecti, immediata repræsentatio creaturarum per eandem essentiam, pariter repugnabit salva posteriori adæquatione intellectivi cum intelligibili divino, immediata attingentia illarum non prævia earundem repræsentatione per divinam essentiam.

Semel mihi hoc argumentum proponenti Bononiæ respensum fuit distinguendo de actu primo, & secundo, nempè quòd quantum est ex sa, vel ex parte actus primi sit sufficiens ad repræsentandum omne intelligibile creatum, quid quid sit dainda, quòd quia intellectus divinus utpote ex se summè completus, ut dictum est, non indigeat earum repræsentatione, sed possit independenter ab illa in actu secundo illas immediatè attingere, quod nullum arguit defectum respectu sui in esse intelligibili, quasi in hac ratione Deus superet se ipsum prout intellectivus per immediatam illarum attingentiam non prævia repræsentatione per essentiam, quia id non oritur ex aliquo defectu ex parte ejus, sed ex pura non indigentia ex parte intellectus ob summmam illius perfectionem, & complementum ex se ipso in hoc genere; sicut in similibus sæpe etiam nos dicimus satis esse ad vitandum defectum ex parte Dei, quòd possit quantum est ex se, licet actu non præstat aliquid, vel non se extendat, defectu orto aliunde, vel ab extrinseco, ut quòd immensitas Dei non se extendat ad locum futurum, vel etiam æternitas ad creaturam non contentam intra aliquam durationis differentiam, vel nondum futuram, nec existentem, nec præteritam; & in subjecta etiam materia, quòd divina essentia, ut nos dicimus, non repræsentet immediatè illam.

Sed contra hanc solutionem militant primò superiores replicæ, & obstat meritum ut vidimus, hujus lineæ intelligibilis, petit enim unionem objecti cum potentia ad pariendam notitiam, scil. per se ipsum immediatè, vel per sui similitudinem, ergo cum intelligibile creatum nequeat se ipso immediatè uniri intellectui Divino ob sui defectum, vel infinitam distantiam in gradu immaterialitatis, ut supra insinuavimus, & latè de visione explicatum est, tenetur priùs uniri per aliquam præviā speciem non quidem creatam ob eundem defectum, sed per increatam, vel essentiam divinam, nam debet in universum repræsentari objectum per similitudinem, vel speciem proportionatam intelligenti.

Secundò. Non minus Deus ut intellectivus debet adæquare se ipsum ut intelligibilem in actu secundo, quàm se adæquet in primo, ergo si inconveniens est, quòd non se adæquet in primo, pariter inconveniens erit, quòd non se adæquet in secundo. Prob. aut. Quia Deus non minus est summè infinitè perfectus in actu secundo sub una ratione, quàm sit sub alia, ergo non minus debet se adæquare ut intellectivus in actu secundo ut intelligibilem, quàm se adæquet in primo.

Explic., & urg. hoc. Nam quòd ut intelligibilis, sive in ratione repræsentantis se extendat in actu secundo ad creaturas, nec est repugnantia ex parte sui, nec ex parte creaturarum, ergo sive defectu, vel excessu repugnante ex parte sui ut intellectivi supra se ipsum ut intelligibilem nequit admitti, quòd se extendat ad illas sub priori ratione in actu secundo, & non se extendat sub posteriori, ant. constat, quia in essentia divina continentur adæquatè similitudines, seu species omnium creaturarum, sicut continentur & ipsæ quoad omnem earum entitatem, & intelligibilitatē, ergo sicut sunt repræsentabiles per propriam speciem, ità pariter, & longè perfectiùs per increatam, vel essentiam divinam. Conseq. vero prob. Quia repugnat ex terminis, quòd ens infinitum simpliciter in aliqua linea, actu non se extendat ad omnem terminum illius nulla assignabili repu-

gnantia contra illius extensionem, ergo si ex neutro capite repugnat essentiam divinā repræsentare creaturas, non poterit salva ejus infinitate actu non se extendere ad illas repræsentandum, ac proindè non poterit Deus ut intellectivus, sine excessu illi repugnante supra se ipsum ut intelligibilem, illas immediatè attingere non prævia earum repræsentatione per essentiam divinam.

Ex his patet exempla adducta favere huic replicæ, & magis militare contra solutionem; nam ut in superioribus dicebamus, ex eo immensitas non se extendit ad locum futurum, nec æternitas ad creaturam purè possibilem, quia non pertinent ad propriam lineam, scil. loci, vel durationis, differentiæ enim durationis sunt præsens præteritum, & futurum, & illæ loci sursum, deorsum, dextrorsum &c. Similiter, ut probatum est, cum non sint aliquid divinæ essentiæ, pertinere nequeunt ad immediatam illius repræsentationem, unde & non nisi mediante se ipsa ut objecto priùs cognito repræsentari possunt, aliàs ut dictum est, in ratione repræsentantis non adæquaret se ipsam in ratione objecti repræsentabilis, cœterum quia à toto genere divinæ repræsentationis ob eandem rationem, scil. quia divina essentia infinita est in hoc genere, non excluduntur, salva hac eadem sui infinitate subtrahi non possunt hoc posteriori modo à sui repræsentatione, scil. mediata. Unde etiam vel tantum mediatè attingi possunt ab intellectu divino, vel nonnisi per excessum in Deo ut intellectivo supra se ipsum ut intelligibilem, tam in actu primo, quàm secundo immediatè attinguntur, quod est alienum.

Ultimò tandem prob. concl. ratione jam insinuata, & desumpta ex D. Tho. ubi supra ex cont. Gent. Si divina essentia, vel cognitio immediatè repræsentaret, vel terminaretur ad creaturas deberet ab illis specificari consequens est falsum ergo. Prob. ma. Quia essent objectum primarium totale, vel partiale divinæ cognitionis, ergo deberent ingredi specificativum illius, conseq. tenet ex superioribus, & ex his, quæ latè expendimus in lib. de anima, nam ab objecto primario sumitur specificatio potentiæ, habitus, & actus, cū habitudo ad illud sit illis essentialis, utpote eorū finem; ex quo etiam patet mi. prioris syllogismi, cum impossibile sit divinam cognitionem respicere aliquod creatum tanquam sui finem, & ideo rectè ut supra dixit Augustinus, non posse Deum in cognoscendo exire extra, scil. cognoscere aliquod creatum immediatè in se ipso, & non mediante Deo ut causa, vel objecto priùs cogito. Ant. verò prob. Quia tunc inter creaturas, & Deum nihil mediaret, ut objectum priùs cognitum, ergo in ratione cogniti à Deo, si semel immediatè cognoscuntur, & non mediante aliquo divino priùs cognito, pertinent ad lineam primariam respectu divinæ cognitionis.

Expl., & urg. hoc. Quia cum objectum potentiarum habituum, & actuum sit eorum finis, ac proinde pertineant ad habitudinem essentialem, si semel aliquid extra Deum esset immediatè intelligibile, vel etiam volibile, aut amabile, & non mediante intelligibilitate, aut amabilitate divina, signum esset divinam essentiam in linea veri non continere omne verum, & in linea boni omne bonum, sed hoc est alienum ab ejus infinitate in utraque linea, ergo nequit dari verum, aut intelligibile non divinum immediatè in se ipso repræsentabile, & cognoscibile ab essentia, & intellectu divino,

§. III.

Solvuntur Argumenta.

PRimò Arguitur præcipuo fundamento oppositæ sententiæ, & videtur fundari in D. Thom. hic ar. 10. ad 4. dicente *quòd cognoscere aliquid per aliud est imperfecta cognitionis si illud sit cognoscibile per se.* Ex quo fit argumentum, Deus perfectissimè cognoscit creaturas possibiles, ergo cognoscit illas immediatè in se ipsis. Prob. conseq., nam juxtà D. Tho. objectum per se immediatè cognoscibile si tantum cognoscatur per aliud, imperfectè cognoscitur, sed creaturæ possibiles sunt per se immediatè cognoscibiles, cum habeant propriam intrinsecam cognoscibilitatem, ergo si Deus tantum in se ipso, vel mediantè divinitate cognosceret, & non immediatè in se ipsis, imperfectè cognosceret.

Explic., & urg. hoc., (& præoccupatur solutio) Deus cognoscit creaturas omni modo, quo sunt cognoscibiles, aliàs non comprehenderet illas, cum objectum non comprehendatur, ut vidimus, non cognito quantum cognoscibile est, ergo si creaturæ sunt utroque modo cognoscibiles, utroque modo debent à Deo cognosci, aliàs divina cognitio non adæquaret earum cognoscibilitatem, unde tantum abest, quòd detrahatur divinę cognitioni per immediatā earum attingentiam, quin potiùs detraheretur illis immediatè non cognitis.

Urgetur ulteriùs exemplificando in aliquibus veritatibus creatis, sive absolutis, sive conditionatis, quæ ità gaudent immediata cognoscibilitate, ut non stet semel objici intellectui, & immediatè illis non assentiri independenter ab omni alio priùs manifestante, ut homo est homo, & Petrus existit, si existit, & similes identicę. Nā istę ità sunt per se notæ, ut à nullo medio dependeant ad immediatam sui cognoscibilitatem, vel assensum, nam hac ratione illis immediatè noster intellectus assentitur sine omni medio, & principio probativo, ergo à fortiori earum veritatem immediatè attinget intellectus divinus in infinitùm excedans quodcunque lumen intellectuale creatum.

Ad hoc cum suis confirmationibus patet ex dictis magis procedere ex fallacia non causæ, ut causæ, quòd cognoscere objectum omni modo, quo cognoscibile est, loquendo etiam de objecto extra, seu distincto à cognoscente, de quo modo loquimur, procedat ex radice perfectionis ipsius cognoscentis, imò magis ex imperfectione illius, quia nempè cum non contineat in se omne verum est potens moveri, & indiget specificari, sive aliquid accipere in hac linea ab aliquo extrinseco, quod intellectui divino utpotè infinito in eadem omninò repugnat.

Pro omnibus ergo, & primò ad D. Thom. dicimus loqui ibi de cognitione, quæ attingit aliquid creatum, sic enim fatemur, quòd esset imperfectio respectu talis cognoscentis, scil. creati, si utroque modo non attingeret, sed altero tantum, scil. per aliud, quia cum possit utroque attingere, deficiens & diminuta esset ejus cognitio non attingens illud etiam immediatè in se ipso; cœterum id non militat respectu cognoscentis divini, quia cum ex summa sui perfectione in nullo sit objectivè deficiēs à ratione intellectivi intra se ipsū, vel intra proprium intelligibile

bile divinum, nullum alind extra illud est potens immediatè attingere, vel ab illo moveri, cum aliàs medio eodem divino infinitè perfectius illud attingat, ut dictum est, ac proinde nulla potest esse imperfectio respectu illius, imò maxima esset, & excessus, ut vidimus, supra se ipsum, ut intelligibilem, si immediatè cognoscaret.

Ex his facile resp. ad argum. neg. conf. imò totum oppositum erat inferendum, quia non stat, quòd perfectissimè cognoscat, & non cognoscat comprehensivè, & per altissimam causam, quod est solum cognoscere in se ipso, & mediante se ipso, & non immediatè in se ipsis, qui non est modus oppositus summæ perfectioni cognoscendi, & æqualitati inter rationem intellectivi, & intelligibilis, & summæ etiam adæquationi inter rationem repræsentantis,& repræsentabilis respectu assentiæ, ut probatum est. Ad ejus probat: disting., & explic., ut supra, ma., imperfectè cognoscitur ab intelligente creato; vel si solum cognoscatur per aliud medium creatum, conc., & sic intelligitur, ut vidimus, D. Thom. Ab intelligente divino, & per medium increatum, nego, & sub eadem distinctione distincta mi. nego consequentiam.

Ad primam confirmat: disting. antec. quo sunt cognoscibiles à se ipso conc., ab intellectu creato nego, & ad probat: annexam, nego suppositum, quòd ex parte rei cognitæ non attingat, imò in infinitum non excedat omnem ejus cognoscibilitatem, nam in se ipso non solum omnia attingit, quæ possunt creaturæ convenire, sed longè, & infinitè perfectiùs, quàm si immediatè attingeret, imò tunc deficeret ejus comprehensio non attingendo per altissimam causam, quidquid sit ex parte modi cognoscendi Deo repugnantis, ut dictum est, unde etiam nego conf., & iterum suppositum illius.

Ad secundam nego pariter suppositum, quòd id oriatur ex defectu cognoscibilitatis ex parte objecti, sed ex eadem summa perfectione ex parte cognoscentis, & extraneitate intelligibilitatis creatæ, quæ non est capax immediatæ repræsentabilitatis respectu intellectus divini salva ejus perfectione, unde parum refert, quòd sint aliàs veritates per se notæ; hoc enim militat respectu intellectus creati, qui potest illas utroque modo cognoscere, unde respectu illius supposita eadem capacitate sic cognoscendi, ad perfectionem deinde pertinet, ut utroque cognoscat. §. Ex quibus quoque infarimus cum D. Thom. cap. 49. ex 1. Cont. Gent. relato, quòd respectu intellectus divini nullum verum creatum est per se notum sicut nec intelligibilitate creata, sed sola intelligibilitate divina, si valimus esse perfectam adæquationem in illo inter utrumque genus intelligibile, & repræsentabile activum, & passivum, unde ratione tertia ait. *Apparet* (scil. ex dictis) *Deum cognoscere se ipsum quasi primò, & per se notum, alia verò sicut in essentia sua visa*. Unde sicut respectu illius non est per se repræsentabile, nec intelligibile, ità pariter nec per se notum, sed solus Deus est sibi ipsi species, & per se notus, alia verò solum per aliud, scil. per essentiam Divinam: Et hæc est propria perfectio Divinæ Sapientiæ, sive perfectissimus modus cognoscendi Dei, quod quidquid cognoscit, & habet causam, (ut est omnis veritas creata) cognoscat, ut vidimus, per altissimam causam, unde hac omissa, & immediatè divina cognitio terminata ad intelligibile creatum, comprehensiva non esset, ac proindè nec perfectissima. Ex eodem ergo capite, ex quo putant promovere divinam perfectionem in cognoscendo, quod nampè ex quo Deus perfectissimè omnia cognoscit, cognoscat creaturas omnimodo, quo cognoscibiles sunt, eam deprimunt, imò destruunt, cum repugnet intellectui divino modus iste cognoscendi intelligibile non divinum, nam solus intellectus creatus, utpotè ex sua radice potentialitatis imperfectus, nec habens plenitudinem veri intra se ipsum, potest ut dictum est, à vero extrinseco aliquid accipere, vel specificari, & per creatam speciem illud intelligere, ac proindè tenetur ad idem (ut in superioribus dicebamus) habere coaptationem essentialem, seu habitudinem potentiæ, ut ad sui specificativum.

Sed contra hujusmodi principalem solutionem instas. Ex eo quòd divina cognitio immediatè terminetur ad intelligibile creatum non infertur debere specificari ab illo ergo. Prob. ant. ex D. Thom. hic ar. 5. ad 3. ubi ait, quòd tunc cognitio, sive intelligere specificatur à suo objecto, quando istius species, sive forma intelligibilis se habet ut principium cognitionis, sed ex eo, quòd divina cognitio immediatè terminetur ad verum creatum non infertur quòd species, seu forma intelligibilis istius se habeat, ut principium ejusdem cognitionis divinæ, ergo neque quòd specificetur ab illo Prob. mi., quia Deus perpetuò illud intelligit, vel per suā speciem increatam, scil. essentiam divinam, vel immediatè penetrat illud ex sui infinitate, & perfectione in intelligendo, sine indigentia speciei repræsentantis.

Urgetur hoc: quia stat terminatio immediata objectiva sine aliquo influxu, vel causalitate efficienti, vel formali, ergo sine specificatione per modum objecti. Conf. tenet, quia per hoc distinguitur hæc posterior specificatio à relativa, sua per modum puri termini, quòd hæc est pura terminatio ordinis, vel connexionis alterius relativi sine aliquo influxu, vel causalitate, & ideò dicitur unum relativum magis specificari ad aliud, quàm ab alio. Ant. verò prob. quia stat eadem terminatio sine dependentia, ergo sine influxu, vel causalitate, conseq. iterum tenet, quia dependentia importat causalitatem, ut explicatum est in physicis, qua ratione in divinis non est dependantia, quia nulla est causalitas. Ant. verò prob. quià idem objectum, seu verum creatum, nec esset prædicatum intrinsecum constitutivum Dei, nec immittarat speciem in illius intellectum, ergo terminaret sine dependentia ex parte cognitionis. Ant. est certum, & conf. prob. simul, & explicatur: quia duobus tantum modis contingere potest hujusmodi terminatio, vel specificatio cum dependentia, nempè vel quia intrinsecè constituit illud, ut homo specificari dicitur per animal rationale; Vel quia unius prædicata causantur ab alio, saltem mèdiatè, ut in subjecta materia, quatenus immittendo sui speciem causat mediatè prædicata illius intrinseca, ergo si neutro modo habet immediatè terminare, sine ulla depēdentia terminabit illam, ac proindè per modum puri cogniti, seu objecti nudè terminantis ordinem intrinsecè constituentem sine ulla imperfectione ex parte ejusdem cognitionis, qui est tertius modus specificationis sine dependentia.

Respond. neg. anteced. Ad probat. ex D. Thom.; vel nego mi., vel dist., non infertur quòd se habeat nec teneatur se habere nego, præcisè se habeat transeat, nam ex quo quid creatum est, impossibile est, quòd sit, aut possit esse principium actionis divinæ,

ex quo verò est objectum sic immediatè cognitum tenetur esse principium illius, quia non stat immediatè ratione sui cognosci, & quod non moveat, vel se ipso immediatè, aut media sui specie, & sic finis respectu illius, ac proinde quòd non specificetur ab illo, ut constabit infra, & patet ex dictis, & docet ibi D. Thom., ubi etiam ex eo asserit posse Deum cognoscere alia à se sine eo quòd specificetur ab illis: *Quia* inquit *ipsum intelligere non specificatur per id, quod in alio intelligitur, sed per principale intellectum*, scil. vel in quo alia intelliguntur, vel quod immediate intelligitur ratione sui, qua ratione negat intelligere creatum posse immediatè cognosci à Deo. Hæc ergo duo componi nequeunt, quòd aliquid sit ratione sui immediatè cognitū, & quòd mediatè, vel immediatè non sit principium cognitionis, & consequenter specificativum illius, nam objectum primò, & per se, vel immediatè repræsentatum per speciem est principium cognitionis, scil. mediatum ratione sui, & immediatum ratione suæ speciei, quæ utpotè virtus objecti primò, aut per se, sive ratione sui immediatè repræsentati concurrit ad cognitionem, ut latè ex superioribus constat.

Ad confirm. neg. ant. Ad prob. neg. iterum antec. Ad illius prob. dist., & explico ant., nec esse specificativum per modum causæ formalis extrinsecæ neg., non esset præcisè altero ex relatis duobus modis transeat; nam præter illos est necessariò admittendus alter modus specificationis tanquam à causa formali, qui salvari nequit sine dependentia, nam ad rationem objecti formalis, vel ratione sui immediatè cogniti, & intentionaliter moventis non sufficit pura terminatio ordinis, vel connexionis intrinsecè constituentis, sed est necessaria terminatio cum causalitate objectiva, & finali, ut infra iterum constabit ex D. Tho., quæ etiam reducitur ad causam formalem extrinsecam, nec sine cognitionis dependentia ab objecto salvari potest. Patet hoc tum ex communi consensu logicorū, & metaphysicorū. Tum in objecto primario motivo intellectus Angeli, quod illum causat, & ab illo immediatè specificatur, illius verò intellectio mediatè, non quidem ut à causa immitente species, quibus Angelus intelligit (cū habeat illas per infusionem à Deo, ut ostendimus infra de Angelis in frequentiori, & vera sententia) nec tanquam à constituente intrinsecè ut per se patet, ergo solum tanquam à causa formali, vel etiam finali, ut statim dicemus.

Tum denique quia in hoc distinguitur primarium formale, vel ratione sui immediatè attactum à materiali secundario, & nullatenus motivo, quia istud modo statim explicando terminare potest sine influxu causativo actus, non verò illud, unde non sufficit illi pura terminatio ordinis, aut connexionis intrinsecè constituentis, sed necessaria est eidem causalitas formalis extrinseca, ratione cujus cognitio illi subordinetur, & ab illo accipiat esse, & propter illud existat ut finem.

Sed contra hujusmodi solutiones instas retorquendo hoc posterius discrimen inter objectum primarium, & secundarium: nam cognitio immediatè objecti si tantum secundaria sit non est necessarium, quòd causetur, vel specificetur ab illo, sed divina cognitio licet immediatè dicatur terminari ad objectum, vel verum creatum, non tamen ut ad objectum primarium, sed secundarium, ergo non erit necessarium, quòd illud causet, moveat, vel sit principium illius, ac proindè nec illam specificet, ma. patet ex eodem discrimine, tum in actu charitatis, qui licet immediatè terminetur ad proximum, quia tamen hæc est tendentia secundaria, sive ut ad secundarium objectum, non causatur, nec specificatur à bonitate illius, sed tantum à divina; mi. verò etiam constat, quia verum creatum, utpote de linea potentiali, seu antis per participationem est omninò de linea consequenti respectu cognitionis divinæ, nam aliàs non esset ab alio.

Tum quia repugnat in terminis, quòd ens, vel intelligibile per participationem, vel ab alio in aliqua linea, vel modo essendi reali, (qualis est linea intelligibilis, cum non sit pura denominatio rationis, ut patet ex dictis supra de visione) veniat ex æquo, vel primariò cum ante, vel intelligibili in creato.

Tum quia non est idem terminare immediatè cognitionem, & terminare illam primariò, sicut nec idem est terminare immediatè subsistentiam, vel personalitatem, & terminare illam primariò, ut patet in humanitate in Christo respectu subsistentiæ Verbi, quæ licet immediatè uniatur illi, aut formaliter eam terminet, non tamen primariò. Et ratio utriusque est, quia ad terminandam immediatè sufficit, quòd adsit propria, & intrinseca determinabilitas, sive cognoscibilitas in objecto, ut revera adest in creaturis; & capacitas, vel non repugnantia in natura, quia tamen juxta meritum subjecti naturæ terminabilitas est de linea primaria respectu terminantis, tantum est terminatio secundaria, ergo &c.

Ex his etiam, & ex alio simili Omnipotentiæ, & essentiæ divinæ urgetur instantia. Quamvis personalitas Verbi uniatur immediatè humanitati, eamque formaliter terminet, quia tamen unitur, & terminat tantum secundariò, non accipit speciem ab illa, sed magis à natura divina primariò terminata.

Similiter Omnipotentia divina, quamvis immediatè possibilia respiciat, non tamen ab illis speciem capit, sed ab essentia divina, ut diversimodè imitabili à creaturis. Similiter hæc quamvis illas immediate virtualiter contineat, non tamen specificatur ab illis, ergo licet pariter divina cognitio immediatè respiciat, aut terminetur ad intelligibile creatum, quia tamen secundariò terminatur ad illud, non habebit ab eodem specificari &c.

Urg. ulteriùs ex his, quæ insinuavimus in logicis, & physicis, nam licet potentiæ, vel habitui possit correspondere duplex objectum materiale quod, sive ex parte rationis quæ, alterum primarium, alterum secundarium, non tamen duplex specificativum, vel duplex formale quo, aut ex parte rationis sub qua, alterum primarium, & alterum secundarium, sed omnes actus procedentes à potentia, vel habitu, sive primariò, sive secundariò procedant, debent habere idem formale specificativum, ergo cum formale specificativum divinæ cognitionis sit ipse Deus, sive summa ejus immaterialitas, omnes ejus actus, sive primarii, sive secundarii habebunt idem formale specificativum, scilicet summam, vel increatam illius immaterialitatem, ac proindè actus divinæ cognitionis quamvis immediatè terminetur ad creaturam, non tamen specificabitur ab illa, sed à summa Dei immaterialitate.

Denique etiam dato debere ex immediata terminatio-

natione aliquo modo specificari ab illa, non tamen tanquam à specificativo intrinseco, sed tantum extrinseco, sed non videtur hoc repugnate divinæ cognitioni ergo. Prob. mi. sicut eadem cognitio est superior,& nobilior omni intelligibili creato, ità actio vitalis quolibet objecto non vitali, & ens reale quolibet diminuto, val rationis, sed nihilominus vitalis actio tanquam à specificativo extrinseco specificatur ab aliquo non vitali, ut patet in visione respectu colorati, & scientia realis ab ente rationis ut patet in Logica, ergo nec repugnabit divinam cognitionem extrinsecè tantum specificari ab intelligibili creato.

Et poterat etiam exemplificari ex opposito. Quia non magis distat intellectus, vel cognitio divina ab intelligibili creato quam distet intellectus, vel cognitio creata ab intelligibili divino, sed potest hæc (ut vidimus supra) respicere intelligibile divinum intra ambitum specificativi suæ potentiæ saltem extrinseci, ergo & cognitio divina intelligibile creatum, ut specificativum tantum extrinsecum.

Huic instantiæ patet primò ex dictis esse repugnantiam in terminis, quòd divina cognitio semel immediatè terminet, sive non mediantè intelligibili primario, vel divino, val non in illo ad intelligibile secundarium, vel creatum, & quòd divina, vel perfectissima sit, cum (ut ostendimus,) cognitio intelligibilis creati ratione sui, & immediatè in se ipso,& non in Deo altissima illius causa,nec per illam,comprehensio il.ius divina nō sit,nec suprema scientia, aut sapientia,ut decet intellectum divinum.

Sed præterea dist., & explico ma. si tantum secundaria sit, supposito ejus objecto secundario terminante ratione sui, & immediatè, ut contendit opposita sententia, nego, si terminet solum mediante primario, & in illo, ut dicimus nos, transeat, vel conc., & dist. mi., sed secundarium, ratione tamen sui, & non mediantè primario, vel in illo, conc., aliter, nego, nam Contrarii non dicunt terminari ad secundarium quomodocunque, sed immediatè, & ratione sui, vel propriæ cognoscibilitatis intrinsecæ; nam in hoc fundant, ut vidimus, propriam sententiam; non stat autem, quòd objectum quodcunque sit semel terminet ratione sui, & immediatè cognitionem, & non moveat, causet,& specificet illam; hac enim ratione movet, causat, & specificat eam primarium; quidquid sit, quòd comparativè ad rationem formalem potentiæ, vel habitus dicantur hujusmodi objecta partialia, val materialia, quæ stant sub illa, materialiter tantum specificare, ut explicatum est in physicis, cum id, quod formaliter se habet ad actum materialiter se habeat ad potentiam, vel habitum præcipuè quando attingitur sub eadem ratione formali ejusdem potentiæ, vel habitus,de quo Div. Thom. 2. 2. quæst. 25. art. 1. ad 2., & 3., sed tamen utcunque specificent, repugnat omninò divinam cognitionem aliquid accipere, seu speciem à creatura.

Ex his etiam fit satis ad primam probat. de actu secundario charitatis terminante immediatè ad proximum; dicimus enim ex D. Thom. ibidem in corp., quòd ideò bonitas proximi, quam secundariò respicit charitas, vel actus ejus, non dat illi distinctam speciem, scil. formalem à primario, seu à terminante immediatè divinam bonitatem, quia ratione istius terminatur ad illum, ratio namque diligendi proximum amore Charitatis Deus est, hoc enim debemus in proximo diligere, ut in Deo sit, ait ibi D. Thom., cœterum si terminaretur immediatè ad illum ratione propriæ bonitatis intrinsecæ, & non ratione Divinæ,esset amor specie distinctus ab illo charitatis, ut explicat ibidem ad primum: unde poterat hæc paritas retorqueri.

Dixi actum charitatis immediatè terminatum ad proximum, seu ad objectum secundarium, non dare speciem distinctam formalem, quia nempè attingitur sub eadem ratione formali divinæ bonitatis; nam dare materialem distinctam à primario, vel ab ea, quam dat materiale primariom suppono ex dictis ibidem, & ex bona metaphysica, quia sicut nequeunt multiplicari habitus non multiplicato specie objecto, pro formali quidem in ordine ad se ipsos; pro materiali verò comparativè ad potentiam, cujus sunt habitus, (cum id, ut jam insinuavimus, quòd materialitar se habet ad illam, vel est insufficiens ad multiplicandū illam,formaliter se habeat ad habitum, & sit sufficiens ad multiplicandum illum, unde immultiplicata potentia potest multiplicari habitus intra illam,vel sub illa,ut patet inductivè;) ità nequeunt multiplicari actus non multiplicato similiter eorum objecto specificè;pro formali scil. in ordine ad se ipsos, pro materiali autem in ordine ad habitus, unde non stat, quòd actus semel immediatè terminetur ad aliquod objectum, & speciem saltem materialem non capiat ab illo, quidquid sit de formali intra totam latitudinem, vel ambitum ipsius habitus, vel formalem rationem ejus, quod perpetuò est contra immediatam terminationem divinæ cognitionis ad creaturam, quomodocumque eam explicare velint.

Ad aliud verò exemplum subsistentiæ Verbi,& ad duo posteriora primæ confirmationis, scil. essentiæ, & Omnipotentiæ divinæ. Resp. esse latum discrimen inter immediatam illam terminationem personalitatis divinæ, continentiam essentiæ divinæ, & vim productivam Omnipotentiæ ex una parte, & terminationem immediatam cognitionis divinæ ex alia, quòd in illis Deus se habet, ut perficiens creaturam, sive est habitudo perfectivi ad perfectile, quæ non est rapugnans, immò maximè illi conveniens, summè enim, vel infinitè perfecta est humanitas per immediatam unionem Verbi ad se ipsum, & creaturæ totum suum esse, sive existentiæ, sive futuritionis,sive possibilitatis,& universum bonum, quod habent, vel habere possunt, à Deo habent, vel habituræ sunt, quia nempè hæc omnia continat, & est potens dare illis, cœterum terminatio immediata cognitionis ejus ad objectum creatum est ad accipiendum, ut dictum est, quod est alienum à summa sui actualitate, & independentia.

Sumitur solutio ex D. Th. infra q. 25. art. 2. ad 2. & q. 77. ar. 3., ubi docet hoc esse discrimen inter potentiam productivam, & cognoscitivam, quòd prior non comparatur ad sui terminum, vel effectum, ut ad finem, sed magis ipsa est finis illius, habitudo verò posterioris ab objectum, cum sit ad illud tanquam ad regulam, & mensuram sui, est ad illud, ut ad finem, nam finis est mensura eorum, quæ sunt ad finem, unde est habitudo tanquam ad specificativum, seu à quo ipsa, & ejus cognitio speciem capit tanquam à causa, vel ratione à priori, quia si cognitio accipiatur, ut est actio, respicit objectum primò, & per se, vel immediatè ratione sui cognitum, ut motivum potentiæ ad sui cognitionem, adeo-

adeoque ot principium , vel rationem cognoſcendi; ſi verò ſumatur ut paſſio , vel ut motus eſt, neceſſariò reſpicit illud , ut finem, ſeu ut bonum , vel perfectivum ſui , nam finis , & bonum idem ſunt, onde objectum ſic cognitum eſt bonum perfectivum cognoſcentis , ſiquidem cognitio otpote actus immanens non ordinator ad perficiendum terminum, ſed magis ipſum cognoſcens mediante cognitu, qua ratione ot cognitum ſit perfectio ejus trahit illud intra cognoſcentem, media ſui ſpecie expreſſa,ideoque objectum eſt finis, ad quem exprimendum ordinetur primò , & per ſe , ac per conſequens , à quo ſpecificatur cognitio, quod plane non militat de Omnipotentia , vel potentia productiva ad extra , ſive virtualiter diſtinguatur, vel non, ab intellectu, & voluntate, tum quia hæc ot dictum eſt, eſt ad dandum eſſe effectui , non ad accipiendum ab illo; tum quia ejus actio utpote tranſiens, non ordinatur , ut effectus quaſi redundet in cauſam , ſive ut ſit perfectio agentis , ſed magis è contra ut effectus perficiatur ab agente , & propterea priori loco, ait D. Tho. *Quòd etiamſi potentia Dei nullum effectum produceret non eſſet fruſtra , quia fruſtrà eſt , quod ordinatur ad finem, quem non attingit. Potentia autem Dei non ordinatur ad effectum ſicut ad finem, ſed magis ipſa eſt finis ſui effectus*: in poſteriori verò inquit : *Potentia ſecundum illud , quod eſt potentia* (ſcil. ſecundum habitudinem ad objectum) *ordinetur ad actum , unde oportet rationem potentiæ accipi ex actu, ad quem ordinatur, & per conſequens oportet, quòd ratio potentiæ diverſificetur ut diverſificatur ratio actus , ratio autem actus diverſificatur ſecundum diverſam rationem objecti , omnis enim actio , vel eſt potentiæ activæ , vel paſſivæ . Objectum autem comparatur ad actum potentiæ paſſivæ , ſicut principium, & cauſa movens. Color enim in quantũ movet ad viſionem, eſt principium viſionis. Ad actum autem potentiæ activæ comparatur objectum ut terminus , & finis , ſicut augumentativæ virtutis objectum eſt quantum perfectum, quod eſt finis augumenti . Ex his autem duobus actio ſpeciem recipit , ſcil. ex principio , vel ex fine , ſeu termino . Differt enim calefactio ab infrigidatione , ſecundum quòd hæc à calido , ſcil. activo ad calidum, illa autem à frigido ad frigidum procedit , unde neceſſe eſt , quòd potentiæ diverſificantur ſecundum actus , & objecta ita D. Tho.*

In quibus , ut patet , non ſolum confirmet totam præcedentem doctrinam,& diſcrimen adductũ inter utramque potentiam , ſcil. productivam , & cognoſcitivam , ſive immanentem , & tranſeuntem , ſed ite manifeſtis exemplis declarat , ut videatur non poſſe ſubſiſtere , quòd immanens , vel cognoſcitive , aut ejus actio , ſemel immediatè ſit ad aliquod objectom ratione ſui terminans,& quòd iſtud ad eandem non moveat , & illam ſpecificet .

Ad alteram confirmat. de duplici objecto materiali non formali jam dictum eſt , quòd primò repugnat divinam cognitionem habere verum creatum tanquam ſui ſpecificativum etiam materiale,nam aliàs divina eſſentia ſaltem ex parte rationis quæ , in ratione veri non contineret omne verum , nec adæquaret prout ſic , vel in ratione ſpecificativè objectom formale , ſeu rationem formalem ſub qua divinam , ſive ſummam Dei immaterialitatem , ſi ſemel verum creatum non attingeretur ſub iſta ratione primarii materialis divini,ſed immediatè ratione ſui, ut patet cum ratio ſub qua in plus ſe extenderet , quàm ratio quæ.

Deindè , quia ſicut ot vidimus ex D. Tho. , non ſtat quòd amor terminetur ad proximum ratione ſui immediatè , vel ſecundum propriam bonitatem, & non ſit diſtinctus formaliter ab amore charitatis , vel non attingatur ſecundum diſtinctam rationem formalem , ita nec ſtabit , quòd Dei cognitio terminetur ad creatum immediatè ratione ſui,& ſecundum propriam intelligibilitatem intrinſecam , & non ſecundum divinam , vel in illa , & non attingat illam ſub diverſa ratione formali,aut non ſit diſtincta ſpecificativè formaliter à ſe ipſa ut terminante ad intelligibile divinum .

In forma ergo diſt. , & explic. mi. , ſive ſecundaeiò tendant , ratione tamen primarii , vel in illo attingatur ſecundarium conc. , ſi iſtud attingatur immediatè ratione ſui ſecundum propriam intrinſecam intelligibilitatem , & non ratione primarii , vel in illo , ut in caſu , nego mi. , & conſequentiam .

Ad ultimam neg. mi. ad prob. patet ex ſuperioribus , & ex logicis ad utramque paritatem , unde neg. conſeq. & diſparitas manifeſta eſt,quia implicat in terminis, quòd ens increatum , ſuo per eſſentiam, à quo derivat omne ens ut à fonte totius eſſe aliquid accipiat ab extra , aliàs non eſſet in ſe , (ut ſæpe dictum eſt)ipſum ſubſiſtens in plenitudine eſſendi, ſed deficiens in illo , quia ut dicebamus , eſſe intelligibile , in quo habetur hæc ſpecificatio , non eſt pura denominatio rationis , ſed quidam modus eſſendi realis, unde non haberet Deus plenè in ſe ipſo, quod pertinet ad hoc genus,ſi à creatura in illo poſſet aliquid accipere . Cœterum quodlibet creatum cum ſit potentiale , & deficiens, ſive per participationem in quocunque modo eſſendi reali concipiatur licet unum alterũ excedat in uno genere poteſt tamen ab illo aliquid accipere in alio , unde licet viſio excedat colorem in ratione vitalis, vel in eſſe entis , & ſcientia realis , ſeu rationalis , in ratione realitatis , vel qualitatis ens rationis,poſſunt tamen objectivè, ſive in ratione viſibilis , & ſcibilis aliquomodo excedi ab illis , nam cum quodlibet coloratum natum ſit videri , & quodlibet ſcibile ſimpliciter, ab aliqua ſcientia ſpecificativè attingi , vel ſpecificare illam , nec detur potentia non vitalis ad illud videndum , nec ſcientia rationis ad iſtud explicandum , tenetur potentia vitalis, & ſcientia realis, (quibus aliàs non repugnat ſpecificari ab aliquo extrinſeco,) per ſe reſpicere viſibile non vitale , & ſcibile non reale . In caſu autem nec verum intelligibile finitum , aut creatum eſt per ſe natum attingi immediatè ab intellectu,vel intellectione divina,neque iſta eſt capax ab intelligibili ad extra aliquid accipere, ſeu ſpecificari ut oſtenſum eſt, & ideo impoſſibile eſt , quòd poſſit immediatè attingere verum , aut intelligibile non divinum.

Secundò arg. (& poteſt eſſe replice) Poſſunt creaturæ ratione ſui immediatè terminare divinam cognitionem ſine omni imperfectione ex parte Dei , ergo non eſt illi deneganda hæc immediata earum cognitio. Probatur ant.,quia imperfectio in hoc conſiſtit, ut patet ex dictis, vel quia Deus deberet exire extra,vel quia ejus cognitio non eſſet perfectiſſima , ſed poſſunt ſic immediatè attingi ſine omni hujuſmodi imperfectione , ergo. Prob. mi. Quia poſſunt ſic immediatè attingi tantum , ut *quod* , id eſt ſola imme-

immediatione objecti, ut *quod*, sive non per propriam sui speciem, sed per essentiam divinam ut speciem earum repræsentativam, non cognito aliquo divino, ut *quod*, at tunc nulla infertur ex prædictis imperfectionibus, ergo sine omni poterunt sic attingi, ma. constat, quia nulla est repugnantia, quòd aliquid immediatè ratione sui, sive per propriam intelligibilitatem terminet cognitionem non per sui speciem, sed alterius, ut patet in ente rationis cognito à nostro intellectu immediatè, & ratione sui, hoc est cognitione non priùs adens reale terminata, non per speciem sibi propriam, sed per speciem entis realis; & etiam in attributis divinis immediatè terminantibus cognitionem divinam, non quidem sine essentia repræsentante illa, sed sine eadem terminante illam ut quod, sive tantum media essentia ut priùs repræsentata, cum præter simplicem notitiam, qua Deus primò, & per se suam essentiam cognoscit, & in illa sua attributa, admittatur, ut vidimus, cognitio eorum scientifica ad illa in se ipsis immediatè terminata, hoc est absque media essentia talem terminante notitiam, nec immediatè illa repræsentante, sed media se ipsa priùs repræsentata cognoscuntur immediatè à Deo, sicut cognoscitur immediatè prædictum ens rationis media specie entis realis priùs repræsentati: mi. autem prob. Quia eò ipso, quòd cognoscitur ex vi essentiæ divinæ, & repræsentationis ejus, jam non cognoscitur extra, nec dependenter ab aliquo extrinseco, nec omittitur causa prima, ergo nulla infertur ex prædictis imperfectionibus.

Urg. hoc. Ideo potest immediatè terminari ad attributa, & non ad essentiam, quia eorum cognitio est distincta ab illa essentiæ, sed etiam illa creaturarum est distincta à cognitione sui, ergo poterit etiam ad illas immediatè terminari. Prob. mi. tum quia distinctio cognitionum sumitur penes distinctionem objectorum, sed magis distinguitur verum creatum ab increato, quam unius increati ab alio increato, ergo. Tum quia ita videtur sentire D. Tho. in Primo dist. 27. quæst. 2. art. 3. ad 3. ubi inquit: *Non enim deest cognitio absoluta sui ipsius, nec etiam cognitio absoluta creaturarum, nec etiam cognitio comparata secundum quòd cognoscit se esse causam illarum, quamvis istæ tres cognitiones non differant realiter in ipso, sed ratione tantum, & ideo non exigitur ad intellectum Verbi secundum quòd eo intelligitur Pater dixisse seipsum, respectus ad creaturas, sed secundum quòd eo intelligitur creaturas dixisse, & ideo Verbum absoluti, & cum respectu ad creaturas intelligitur*. In quibus videtur apertè tradere cognitionē distinctam creaturarum immediatè in se ipsis ab illa Dei in se ipso, & ab illa sui respectiva, sive ut causa creaturarum.

Ad hoc neg. ant. ad prob. neg. mi. ad prob. neg. ma. ad prob. dist. ant. nulla est repugnantia respectu intellectus, vel intellectionis capacis specificari ab aliquo extrinseco transeat, vel conc. incapacis omninò, qualis est divina neg. unde ad primam prob. vel exemplum de ente rationis jam dictum est posse intellectum creatum specificari ab illo. Præterquam quòd, ut vidimus in logicis, non desunt, qui negant utramque speciem impressam, & expressam, respectu entis rationis immediatè ad illud terminatam, & consequenter cognitionem illius immediatè in se ipso, unde poterat iuxtà hunc modum dicendi retorqueri: juxta verò alium concedentem speciem expressam, & cognitionem immediatam illius, negantem tamen impressam adhuc est discrimen, quia prout sic licet in rectò terminet talem cognitionem nihilominus cognoscitur ad instar entis realis primariò repræsentati per eandem impressam, itaut saltem in obliquo attingatur ens reale; Deus autem nequit creaturas sic immediatè cognoscere ad instar sui in obliquo tantum terminantis earum cognitionem; hæc enim ut patet ex dictis est valde imperfecta, & aliena à perfectissimo, vel comprehensivo modo ejus cognoscendi, secundum quem nunquam potest deserere se ipsum ut primam, & altissimam causam à priori, & in recto cognitam, nam cognitio immediatè attingens, vel repræsentans creaturam, solum imperfectè potest repræsentare Deum cum intelligibile creatum infinitè distet à divino, ac proinde nec terminari immediatè ejus cognitio ad illas mediatè repræsentatas, sicut potest nostra ob sui imperfectionem terminari immediatè ad ens rationis mediatè repræsentatum per speciem entis realis, hoc namque est necessarium ad immediatam terminationem alicujus mediatè repræsentati, ut talis cognitio saltem in obliquo terminetur ad objectum, ad cujus instar cognoscitur, aut immediatè repræsentatur.

Ad aliam paritatem de immediata terminatione, vel cognitione attributorum in se ipsis, etiam patet discrimen, quod cum communicent, ut explicatum est, (utpote aliquid essentiæ) in eadem intelligibilitate, & immaterialitate illius, nullum sequitur ex prædictis inconvenientibus, ut patet. unde optime poterit juxta probabilem modū, ut supra, divina cognitio immediatè terminari ad illa, *ut quod*, essentia terminante immediatè, *ut quo*, itaut species per se primò repræsentans essentiam, sit principium cognitionis terminatæ ad attributa, quod contingere nequit respectu creaturarum, quia cum ex opposito non sint aliquid essentiæ, sed intelligibile extraneum non potest respectu illarum mediate tantum, *ut quo*, sed oportet, quòd etiam præcedat, seu mediet intelligibile divinum, *ut quod*, utpotè identificatum, & importans eandem intelligibilitatem, cum essentia, & consequenter nunquam poterit esse transitus immediatus cognitionis divinæ ad creaturam, quamvis etiam non desint, qui prædictā immediatam terminationem ad attributa in se ipsis concedere nolint, ut vidimus, & tunc cessat adæquatè vis argumenti.

Ad confirm. patet primò ex his non esse causalem saltem adæquatam, sed quia ob discrimen adductum nullum sequitur inconveiens, ut dictum est ex immediata terminatione ad attributa, sicut sequitur ex immediata ad creaturas.

Sed præterea juxta præfatum modum dicendi dist. ma. quia est distincta utcunque, aut purè præcisive, sive secundum terminationem præcisivam, & non præcisivam, neg. objectivè specificè, sive distinctione essentiali, conc., nam juxta eundem modum attributa possunt immediatè terminare, quia intra propriam lineam modo explicato important rationem objectivam, veluti specificè distinctam, quod nequit convenire intelligibili creato respectu cognitionis divinæ, unde illius cognitio in Deo solum dicitur distingui distinctione solius terminationis, vel exercitii secundum præcisionem, & non præcisionem, quatenus actus ille ut terminatur ad Deum dicitur præscindere à se ipso ut terminatur ad creaturas, seu à ter-

à terminatione sui ad illa, prout tamen terminatur ad creaturam imbibit terminationem ad Deum, ratione cujus ad creaturas terminatur, & de hac distinctione loqu tur ibi D.Th., ut advertit Illustris. Godoy hic §. 9. in fine ex Capreolo in Primo dist. 35. qu. 2. art. 2. ad 1. Aureoli contra 1. concl. ubi docet scientiam Dei, & scientiam creaturarum in Deo distingui secundum præcisionem, & non quasi disparatè, aut secundum terminationem distinctam specificè, vel essentialiter, ex quo modo distinctionis inferri nequit, quòd cognitio creaturarum terminetur immediatè ad illas, sed magis oppositum, quòd nequeat ad illas terminari, nisi priùs adæquatè immediatè terminetur ad intelligibile divinum, & ratione illius mediatè deindè ad illas, quia nempè scientia Dei, utpote à sola essentia, vel intelligibili divino specificabilis solum potest immediatè importare cognitionem sui specificativi, ac proinde solius essentiæ, vel ejusdem intelligibilis increati, addendo terminationem ad creaturas, ut objectum mediatum, & secundarium, unde nec potest dici duplex cognitio, sed una simplicissima, qua juxtà modum sui perfectissimum intelligendi comprehendendo primariò & immediatè se ipsum cognoscit mediatè omne aliud intelligibile secundarium cum se ipso connexum, nec est possibilis alia divina cognitio primaria, aut secundaria, quæ immediatè terminatur vel specificetur ab objecto creato.

§. ULTIMUS.

Corolaria ex dictis.

Colligimus primò discrimen inter lumen, vel cognitionem increatam, & creatam, quæcunque sit, quòd ad perfectionem istius pertinet attingere objectum omnibus modis, quibus cognoscibile est, non tantum ex parte objecti, sed etiam ex parte cognoscentis, tum quia non habet ad intra plenam, & eminentem repræsentationem, & continentiam illius in propria intelligibilitate, sicut habet Deus. tum quia non repugnat illi specificari ab aliquo extrinseco, sicut repugnat lumini, vel cognitioni divinæ. Tum quia non tenetur habere eandem adæquationem in ratione repræsentationis, & cognitionis cum se ipso in ratione objecti repræsentabilis, & intelligibilis, vel cognoscibilis, sicut tenetur habere Deus cum propria sui, seu divina intelligibilitata, unde sive sit lumen angelicum, sive scientiæ infusæ animę Christi, si semel alia à se immediatè nō cognosceret ad imperfectionem, vel limitationem sui in cognoscendo refunderetur, quod tamen inferri nequit in Deo cum illa cognoscendo tantum in se ipsis ex parte cognoscentis, vel modi cognoscendi adhuc perfectiùs cognoscat, utpote eminentiùs, & infinitè clariùs repræsentata, & cognita in increata sui intelligibilitate, quàm si immediatè cognosceret in se ipsis, immò non sine maxima sui imperfectione ob meritum proprii luminis omninò absoluti, & independentis ab omni intelligibili extrinseco, eadem cognosceret, ut explicatum est.

Quòd si præter superiora dicas non posse lumen, vel scientiam supernaturalem creatam, sive eandem infusam animæ Christi se immediatè extendere ad omnem veritatem creatam, non se pariter immediatè extendente ad illam scientia, vel cognitione divina, cum sit hujus formalis participatio, qua ratione supra probavimus nostram Theologiam simul esse practicam, & speculativam, quia nempè est formalis participatio scientiæ Dei, quæ est simul utrumque.

Vel sicut non obstante, quòd eadem creata sit adæquatè supernaturalis potest nihilominus se extendere ad res naturales, ut supponitur ex 3. parte qu. 11. ar. 1. nec tenetur adæquari cum ente supernaturali juxta D. Tho. ibidem, licet ab hoc solo specificetur, poterit pariter divina immediatè ad veritatem creatā se extendere, nec tamē tenebitur adæquari cum intelligibili divino, saltem ex parte rationis, quæ, vel objecti quod, estò à solo divino specificetur. Imò sicut stat supernaturalem creatam ad intelligibile naturale se extendere sine eo quòd specificetur ab illo, poterit pariter ad creatū se extendere divina sine eo quòd specificetur ab illo, ac proinde salva sui summa perfectione poterit immediatè illud attingere; & ratio utriusque est, quia in tantū eadem supernaturalis creata non tenetur specificari à naturali, quià non attingit illud sub ratione, aut motivo formali naturali, sed supernaturali, à quo solum specificatur habitus, vel scientia, aut cognitio supernaturalis, non ab objecto materiali, ergo cum pariter divina sic possit attingere creatum, scil. sub motivo, vel ratione formali increata non tenebitur specificari ab illo.

Præterquamquòd sicut quia creaturæ sunt cognoscibiles abstractivè ante decretum, & intuitivè post decretum, admittitur duplex modus cognoscendi illas nempè abstractivè, & intuitivè sine omni imperfectione, quia pariter sunt cognoscibiles in se ipso, & in se ipsis, poterit duplex iste modus cognoscendi admitti in illo, exclusa omni imperfectione.

Respond. ad prioram quidem instantiam neg. ant. ad prob. annexam dicimus primò posse eadem probari scientiam supernaturalem creatam posse simul esse etiam comprehensivam non solum totius intelligibilis creati, sed etiam divini, sicut est scientia, vel cognitio divina, cujus est participatio, quod est alienum: unde pro omnibus resp. ut in superioribus, quòd licet dicatur participatio ejus formalis non tamen adæquata, sed deficiens, & potentialis, unde non tenetur habere illam eminentiam in attingendo objecta extra se ex parte modi cognoscendi, vel cognoscentis, sicut divina. Per quod etiam patet ad id quod dicitur de nostra Theologia, quæ est etiam deficiens in simultate utriusque rationis non convenientis ei æqualiter, vel primariò sicut divinę, ut ibidem in proœmialibus explicatum est, unde nec est purè intuitiva, sed discursiva, quod repugnat scientiæ Dei, ut explicatum est.

Ad 2. de scientia infusa sa extendente ad res naturales possumus duplici via occurrara juxta ea, quæ probabiliter insinuavimus in Primo physicorum ex M. Ferre Tract. 4. de Charitate quæst. 8. §. ad 2., ubi distinguit duplicem scientiam infusam in Christo, alteram naturalem, & alteram supernaturalem, primam dicit terminare ad ens naturale, secus verò secundam, immo hac ratione assignatur præcedens naturalis, ne dicatur hæc posterior per immediatam terminationem ad objectum naturale specificari scientiam supernaturalem ab illo, & tunc potest retorqueri, nam si neque scientia, vel cognitio creata semel ordinis superioris, vel supernaturalis nequit

nequit immediatè terminari ad objectum inferioris, vel naturalis, minùs à fortiori poterit scientia, vel cognitio increata ad verum creatum.

Juxta verò alterum modum dicendi, quem sequitur Illustriss. Godoy, & Mag. Catalam 3. p. ubi supra dub. 1. quòd ad idem naturale se extendat supernaturalis infusa, nec præter naturalem acquisitam detur alia naturalis infusa, tunc dicimus, ut supra esse latum discrimen, quòd cum creato omnis sit potens specificari ab aliquo extrinseco, non est tala inconveniens, quòd ut ad objectum pure materiale sub ratione, & motivo formali supernaturali immediatè se extendat, sumpta specificatione pro formali ab aliquo supernaturali, & solum materialiter terminetur ad aliquod naturale, quod tamen omnino divinæ cognitioni repugnat ut ostensum est, cum nec formaliter, nec materialiter possit immediatè exire ad aliquid extra, sed omnis immediata attingentia, sive motivè, sive terminativè debet adæquari ad intra, vel consumari in intelligibili divino. Eò vel maximè, (& est aliud discrimen,) quòd omnis repræsentatio respectu intellectus divini debet fieri per speciem increatam, sive ejus essentiam omninò adæquatam in ratione repræsentationis, vel repræsentantis cum intelligibili divino, vel increato in ratione repræsentati, & ideo impossibile est, quod excedat illud per repræsentationem immediatam alicujus ad extra ut sepè dictum est, cum tamen prædicta scientia infusa res naturales non attingat per species supernaturales, sed per naturales infusas, quod non repugnat habitui supernaturali, ut patet in Fide, & Theologia, unde poterat iterum retorqueri, quòd sicut hęc per species naturales objectum naturale attingere potest, ità scientia, vel cognitio divina posset intelligibile creatum attingere per speciem creatam, quod est alienum,

Vel poterat etiam dici ex doctrina ejusdem Illustris., (& aliquo modo in idem coincidit,) quòd naturalia attinguntur ratione alicujus supernaturalis, scil. potentiæ obedientialis, docet enim Christum ratione istius à priori, & comprehensivè cognovisse per scientiam supernaturalem omnia naturalia, & hoc modo videntur solum attingi in medio supernaturali saltem terminativo, ex quo magis concluditur nostrum intentum, quòd etiam creaturæ attingantur in medio increato, scil. in divina essentia, à qua tamen ut dictum est, nequeunt immediatè repræsentari.

Secundò ex his, & iterum ex superioribus colligimus, quòd in nobis, vel in intelligente intellectuali creato repugnet potentiam, habitum, & speciem, vel actum immediatè terminari, vel primò & per se ad objectum secundarium, non tamen in Deo. Tum quia in nobis omnia prædicta, utpote potentialia possunt ab aliquo extrinseco aliquid accipere, secus tamen in Deo. Tum quia in nobis nec verificatur id de primaria repræsentatione, vel attingentia, sed tantum secundaria, ut patet tum in Theologia secundariò tantum terminante in pluribus sui conclusionibus immediatè ad creaturas, tum in intellectu nostro sic similiter terminante ad ens rationis per cognitionem logicalem, tum in specie entis realis secundariò repræsentante idem ens rationis, ex qua habetur tunc cognitio immediata de illo, quæ tamen repugnant intellectui divino, sicut & ejus increatæ speciei, vel cognitioni respectu creaturarum, cum nec possit hæc partiri, ut dictum est, in primariam respectu intelligibilis divini, & secundariam respectu illarum, sicut dantur in nobis actus secundarii immediatè ad objecta secundaria, sed uno simplici, & indivisibili actu, quo per se primò, & immediatè cognoscit Deus verum increatum, mediatè tantum, & secundariò cognoscit creatum, unde ex nullo capite potest immediatè, & specificativè esse ad istud, sed adæquatè prout sic consumatur ad intra, seu sistit in intelligibili divino, & solum ratione istius priùs cogniti terminare possint creaturæ cognitionem divinam, nam ut constat ex superioribus, & statim iterum dicemus, cum objectum motivum intellectus divini sit solus Deus, seu essentia divina tam respectu cognitionis sui, quàm respectu aliorum, solus Deus potest esse primum, & immediatè cognitum à se ipso & ratione sui priùs cogniti esse ratio cognoscendi cætera, quia objectum motivum intellectus primò, & immediatè determinat ad cognitionem sui, & deindè per se ipsum ut cognitum, ut ratio cognoscendi alia, sicut principia ut cognita sunt ratio assentiendi cōclusioni, & creaturę pariter ut cognitę ducunt in cognitionem Dei, quia pro hoc statu sunt objectum motivum nostri intellectus, cum invisibilia Dei per ea, quę facta sunt, modo in via conspiciantur.

Tertiò hinc colligimus non posse creaturas esse objectum formale motivum divini intellectus ad earum cognitionem, sive physicè, sive intentionaliter, ideſt nec motione physica, nec intentionali. Primum est certum nisi velimus, quòd possit creatura physicè producere speciem in illo ut requiritur ad objectum physicè motivum, quod est alienum. Secundum verò, quod est contra aliquos Recentiores; etiam ex superioribus, quia si rectè loqui valimus, & non ludere verbis, objectum intentionalter motivum est, quod unitum intentionaliter potentiæ, vel est causa realis cognitionis ejus, si ab ea realiter distinguitur, vel saltem est ratio cognoscendi à priori, si sit indistinctum ab illa; hoc enim sonat motivè se habere, scil. esse principium motus, sed in nullo genere potest creatura sic motivè influere per modum causæ realis, aut rationis à priori per identitatem cum divina cognitione ad illam, aliàs intelligibile creatum, vel excederet, aut saltem æquaret perfectionem divinæ cognitionis, cum nulla cognitio in universum excedere possit perfectionem intelligibilem motivi formalis cognoscendi, utpote determinativi, vel specificativi illius, quæ ratione motivo existente probabili non potest cognitio, vel assensus eidem innixus esse certus, vel infallibilis, nam motivum determinat potentiam ad cognitionem, ergo cū propria intelligibilitas motivi creati sit quid finitum pariter divina cognitio illi innixa deberet esse finita, determinativum enim trahit illud, quod determinat, ad sui conditionem, ut patet inductivè; sive in genere intentionali, ut in exemplo adducto, sive in physico, ut in forma trahente materiam ad sui speciem physicam, sive in metaphysico, ut in rationali trahente animal ad speciem metaphysicam hominis, & sic de aliis, quod tamen repugnat in terminis respectu cognitionis divinæ in infinitum excedentis quodlibet intelligibile creatum.

Tum quia, si semel præter cognitionem creaturarum mediatam in se ipso daretur in Deo alia, vel distincta immediata illarum in se ipsis ob motivum creatum, esset hæc longe inferior, seu minùs perfecta priori procedente per increatum saltem ex

parte modi cognoscendi, cum ab cognitio, vel scientia sit perfectiur, quò per principia, vel motiva perfectiora procedit; immò esset positivè imperfecta, cum motivum creatū sit imperfectius increato, quin etiam positivè imperfectum, utpotà potentiale, ac proindè posset Deo convenire modus positivè imperfectus cognoscendi, quod iterum est alienum. Id totum etiam insinuat D. Thom., infra qu. 108. ar. 6. ad 3. ubi hoc discrimen assignat inter cognitionem, & amorem comparativè ad superiora, & inferiora cognita, & amata, quòd quia *cognitio*, inquit, *est secundum quòd cognita sunt in cognoscente, amor autem secundū quòd amans unitur rei amatæ; superiora autem nobiliori modo sunt in se ipsis, quàm in inferioribus, inferiora verò nobiliori modo sunt in superiori, quàm in se ipsis, & ideo inferiorum quidem cognitio præeminet dilectioni, superiorum autem dilectio, & præcipuè Dei præeminet cognitioni.* En quomodo creaturarum immediata cognitio in se ipsis tam motivè, quam terminativè, longè imperfectior sit, quàm cognitio earum in Deo, cujus etiam rationem à priori assignat, quia nempè cum inferiora nobiliori modo sint in superiori, quam in se ipsis, & cognitio fiat secundum quòd cognita sunt in cognoscente, in infinitum excedit cognitio creaturarum in Deo immediatam earum cognitionem in se ipsis, ac proindè impossibile est posse hanc admitti in illo, & præcipuè ob motivum creatum salva ejus summa perfectione in cognoscendo, tum ex parte cognoscentis, tum ex parte modi cognoscendi.

QUÆSTIO TERTIA.

Utrum divisio scientiæ Dei in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis sit adæquata.

DE duplici scientia dubitari potest an mediet inter utramque assignatam, scil. de altera respiciente futura conditionata, quam contendunt Patres Societatis, & de illa approbationis, quā nos etiā Thomistæ admittimus. De priori latè disputabitur infrà, de posteriori verò est specialiter sermo in præsenti, nā M. Vincētius noster Asturicēsis de grat. a Christi q. 6. dub. 1. existimat non esse confundendā cum altera earum, sed verè mediare inter illas.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

PRæfata divisio est adæquata, ita ut nulla detur media inter utramque. Est jam communis consensus antiquorum Theologorum, & cæterorum Thomistarum, imò etiam loquendo de priori media consentiunt plures ex societate, nam Suarez, ut dicemus infra; eam comprehendit sub scientia visionis, Vasquez verò sub altera simplicis intelligētiæ. §. Prob. Terminus utriq; correspondens non admittit mediū, ergo nec scientia sic divisa, conseq. tenet, quia hæc divisio datur pœnes terminum, nam ex parte Dei, ut dictum est, est unus simplicissimus actus; ant. verò prob. Nam terminus sunt res prout aliquando exituræ in re, vel prout nunquam exituræ, seu prout antevertunt omnem actum liberum divinæ voluntatis, seu ut sistunt intra limites suæ possibilitatis, sed inter rem, ut sic aliquando exituram, & nunquam exituram non datur, neque est assignabile medium, ergo.

Dices dari futurum, ut futurum, sicut enim est triplex veluti status, scil. possibilitatis, futuritionis, & existantiæ, ita triplex assignari debet objectum, scil. præsens, futurum, & possibile, ac proindè sicut datur simplex intelligentia respectu possibilium, & visio respectu præsentium, vel existentium, ita etiam admittenda est scientia approbationis in ordine ad futura ut futura, quæ sunt à Deo, se solo, vel immediatè per se ipsum producanda, vel mediis causis secundis, unde est scientia connotans decretum, quo divina voluntas approbat, & efficacitat vult objectum scitum.

Sed contra hoc est. Quia ut latè ostendimus in superioribus ex communi consensu Thomistarum. Nullum futurum in universum, est futurum respectu Dei, sed quodlibet est sibi realiter præsens in æternitate, ergo nullum ut tale respectu sui, est cognoscibile ab illo, ac proindè prætar scientiam simplicis intelligentiæ respectu possibilium, & visionis respectu præsentium non tenemur assignare alteram approbationis, tanquam mediam respectu futurorum. Itaque sicut de qualibet re tantum varificarī potest, vel quòd antevertat omne decretum de illius futuritione, & tunc est purè possibilis; vel quòd supponat illud, & tunc est physicè præsens respectu æternitatis, seu in se ipsa existens rsspectivè ad eandem mensuram, qua mensuratur intuitus Dei, quidquid sit in ordine ad propriam durationem in sua differentia temporis obtinendam, respectu cujus solum dicitur, vel est futura, ergo respectu Dei, vel cognitionis ejus non est assignabile medium per modum futuri inter possibile, & præsens sive in se ipso existens.

Urgetur hoc: quia, ut constabit infrà, & explicatum est in logicis; duo importat futuritio rei, scil. non existentiam ejus in hoc instanti, scil. in propria mensura, & determinationem, aut præparationem illius in causa, ut existat in sequenti, sed respectu æternitatis, qua mensuratur esse Dei, & ejus cognitio intuitiva nequit dari hæc successio, cum sit infinita, & tota simul in linea durationis, ad quam pertinent præsens, & futurum, ergo nec futuritio, sed tantum præsentia, vel existentia.

Urgetur, & explicatur ulterius hoc ipsum. Nam æternitas utpotè infinita, & tota simul in sua linea, scil. durationis, ambit simul quidquid semel intrat hanc lineam, ac proindè omnem differentiam temporis pertinentem ad illam, ut sunt præsens, præteritum, & futurum, ergo licet respectu istius, utpotè entis successivi, una pars sit post aliam, aut una futura respectu alterius, non tamen respectu Dei, vel ejus mensuræ, aut cognitionis.

Undè etiam argumentur sic. Non minus est de ratione æternitatis, quòd sit tota simul, quàm de ratione temporis, quòd sit ens successivum, ut patet ax conceptu quidditativo utriusque, sed quia istud est successivum repugnat illi habere omnam sui differentiam simul præsentem, & non unam successivè post aliam, aut non futuram respectu alterius, ergo quia æternitas est mensura esse Dei, & cognitionis ejus repugnabit illi habere aliquid non præsens, vel successivum, aut futurum intra hanc lineam, ergo non

erit

erit assignabile medium in cognitione divina, quæ tantum respiciat futurum, ut futurum respectu sui.

Dices ità asse, quòd in re respectu Dei nihil est futurum, sic quòd non possit illud cognoscere scientia visionis, quia nullum est instans, in quo res non videatur à Deo existere in sua differantia temporis, cœterum de sic existentibus non tantum habet Deus notitiam intuitivam, ut in se sunt, sed etiam ut sunt in suis causis, qua ratione habent tantum meritum futuri, ac proindè optimè potest assignari in illo cognitio futuri, ut futuri distincta à simplici notitia, vel intelligentia terminante ad purè possibilia, & ab illa visionis terminante ad existentia, sive ut in se sunt.

Sed hæc solutio nequit in primis sustineri in viaD. Th. Tum quia cognitio Dei (ut latè ostensum est) nequit immediatè terminare ad creaturas, sed tantum immediatè in se ipso, & solum mediatè ad illas, undè non est ex hac parte assignabile medium cognitionis, quasi detur cognitio intuitiva in illo respectu creaturæ præsentis, vel existentis, ut cognitæ in se ipsa, & altera respectu illius ut cognitæ in sua causa, sed est una, & eadem stando in principiis D.Th. Tum deindè, quia juxtà pariter doctrinam illius, ut in superioribus dicebamus; cognitio futurorũ præcisé, ut sunt in causa, vel in decreto, & non ut sunt jam præsentia in æternitate non est intuitiva propriè, quia ad hanc non sufficic, ut vidimus, quòd cognoscatur res cum sua existentia, & omnibus circumstantiis evidenter, sed ulteriùs requiritur, quòd res cognita sit jam præsens realiter in duratione, in qua est cognitio, nisi velimus, ut dictum est, immutare definitiones rerum; notitia namque intuitiva (ut vidare licet in Mag. Soto ibidem relato 1. par. introduct. Summul. cap. 6. lect. 2.) sic definitur, est cognitio rei præsentis realiter, abstractiva verò est cognitio rai absentis duratione.

Ex quibus etiam impugnatur sic nam videre rem in causa, sive in essentia Divina, vel intelligitur, ut jam determinata per decretum, vel non; si hoc secundum non pertinet ad visionem, sed ad simplicem intelligentiam, ut dictum est; si primum, vel iterum intelligitur præcelivè à præsentia illius in æternitate, & tunc nec etiam pertinet ad cognitionem intuitivam reduplicativè ut sic, ut patet ex utriusque definitione, sed magis ad abstractivam; nec cognoscitur res præcisà futura, ut futura (tum prout talis intret jam lineam durationis;) sed magis, ut præsens tantum objectivè, ergo si velimus, quòd cognoscatur futura, ut futura, seu ut pertinens ad hanc lineam, tenetur omninò cognosci, ut sibi non præsens realiter, sed hoc est impossibile respectu Dei, ut probatum est, ergo nullo modo est cognoscibilis ab illo per cognitionem mediam, & distinctam à visione terminantè ad præsens, unda sicut non datur media inter intuitivam, & abstractivam, nec dabitur inter simplicem intelligentiam, & visionem, divisio namq; tradita ab antiquis de scientia Dei in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis correspondet divisioni notitię in intuitivã, & abstractivã.

Quòd si obiter dicas in favorem alterius scientiæ mediæ, (da qua infra,) quòd licet non detur medium in esse rei inter objectum absolutè existens, & absolutè non existens, datur tamen in esse cognoscibili, quia potest optimè dari cognitio terminans ad objectum, nec ut absolutè existens, nec ut absolutè non existens, sed tantum, ut existens conditionatè, ideft positis quibusdam conditionibus, ac proindè dabitur scientia media inter simplicem intelligentiam, & visionem. Prob. conf. quia prior terminatur ad possibilia, posterior verò ad absolutè existentia in aliqua differentia temporis, ergo terminans ad futura conditionatè erit media.

Sed contra hoc est primò ex D. Thom. hic ar. 9. Futura quæcunque sint sufficienter cognoscuntur per alteram ex prædictis duabus, ergo superfluè recurritur ad aliam pro aliquo cognoscendo. Prob. ant.; futura quæcunque sint, vel sunt de numero eorum, quæ absolutè aliquando erunt, vel quæ nunquam erunt, sed juxta D. Thom. priora cognoscuntur per visionem; posteriora verò per simplicem intelligentiam, argo nullum est cognoscibile per aliam mediam mi. constat ex eodem in corp. nam de prioribus ait, *Quadam licet non sint nunc in actu, tamen erunt, & ista dicitur Deus scire scientia visionis*, & rationem reddit ut supra. *Quia cum intelligere Dei, quod est ejus esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens totum tempus comprehendit, præsens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia, quæ sunt in quecunque tempore, sicut in subjecta sibi præsentialiter*. De posterioribus vero subdit. *Quadam verò sunt, quæ sunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, & respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentia*.

Urg., & explic. hoc nam futura conditionatè, vel sunt de numero eorum, quę aliquãdo absolutè erunt, supposita, scil. conditione absolutè implenda; vel nunquam absolutè erunt, eadem nunquam implenda, sed priora cadunt sub visione, ut patet ex D. Tho., posteriora verò sub simplici intelligentia, cum supposita conditione absolutè non implenda, nec sunt; nec erunt, nec fuerunt, sed tantum essent si poneretur conditio, quæ tamen si absoluté implenda non est, extrahere nequit à linea non existentium, sive de præsenti, sive de præterito, sive de futuro, ergo non est sufficiens ad trahendum ad lineam mediam in esse cognoscibili, vel objecti, sicut non est sufficiens ad trahendum in esse rei, ac proindè nulla alt assignabilis scientia media pro illis. §. Præterquamquòd si semal respectu illius, estò conditio absolutè implenda non sit, assignabilis est scientia media ab utraque distincta pariter assignari poterit respectu possibilium, cum etiam de istis verificari possit, quòd existant conditionatè, si vellet Daus aa producare. Cœterum, cum (ut in superioribus dicabamus) conditionata talia censenda sint, qualis est conditio, sub quibus ponuntur, non poterit aliquod eorum habere majorem rationem existentis, quàm habeat conditio ejus, ergo si hæc nunquam est absolutà implenda, ac proindà sit tantum de numero eorum, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, non poterit illius conditionatum esse de alia linea, quàm objectiva, aut simplicis intelligentiæ, cujus objectum, ut ait Div. Thom., sunt ea, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, ut etiam explicabitur infra.

Denique poterat impugnari eadem solutio præcipuà in opinione eorum, qui eam reducunt ad sciantiam simplicis intelligentiæ. Quia si prædicta scientia se extendaret ad futura conditionata, potuisset Verbum Divinum non procedere ex cognitiona aliquorum, ex qua de facto procedit, sed ex cognitione aliorum ex qua de facto non procadit, sed hoc est alienum à processionibus divinis omninò immutabilibus,

libus,ergo non cadunt ſub eadem ſcientia.Prob.conſ. ſimul cum ma. quia, ut docent Contrarii,pro innata libertate noſtræ voluntatis potuerunt eſſe alia futura ſub conditione, & non eſſe ſic futura ea, quæ de facto futura ſunt, ſed ut communiter docent Theologi Verbum divinum per ſe procedit ex cognitione eorum, quæ dicitur ſimplicis intelligentiæ, & quæ præcedit decretum liberum Divinæ voluntatis, ergo ſi talis ſcientia ſe extendit ad futura conditionata, potuiſſet non per ſe procedere ex cognitione aliquorum,ex qua de facto procedit,ſed aliorum, ex qua de facto nõ procedit.Sed de his latè diſputatione ſequente.Et quod attinet ad hunc modũ dicendi reducentem prædictam ſcientiam ad ſimplicem intelligentiam, cum hic etiam ſit probabilis inter Thomiſtas, aliquid etiam dicemus ob hanc inſtantiam, §. ſequenti, & §. ultimo.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. ex D. Thom. de veritate qu. 3. ar. 3. ad 8. ubi videtur admittere triplex hoc genus ſcientiæ enumerando mediam approbationis præter illam viſionis, & ſimplicis intelligentiæ. Ait namque quòd *ſimplex ſcientia dicitur non ad excludendum reſpectum ſcientiæ ad ſcitum, qui inſeparabiliter omnem ſcientiam comitatur, ſed ad excludendam admixtionem ejus,quod eſt extra genus notitiæ, ſcil. exiſtentia rerum, quam addit ſcientia viſionis, vel ordo voluntatis ad res ſcitas, quam addit ſcientia approbationis*, ergo hæc juxta D. Thom. diſtinguenda eſt ab utraque ſcil.viſionis,& ſimplicis intelligentiæ, aliàs fruſtra eam enumeraret inter illas. Tum quia futura conditionata libera, ſeu ſemel dependentia à decreto Dei, aut poſt aliquam illius approbationem cognoſcuntur in iſto, ergo cum prout ſic juxta ſuperiorem illius doctrinam hìc ar. 9. non cognoſcantur per ſimplicem intelligentiam, nec per viſionem terminantem ad rerum exiſtentias pro aliqua differentia temporis,ut docet ibidem,ſolum erunt cognoſcibilia per ſcientiam approbationis, quam aſſignat inter utramque.

Ad hoc dico in primis, quòd in via D. Thom. eſt ſolvendum ex omnibus, quia cum in eadem non detur ſcientia in Deo purè,vel adæquatè ſpeculativa, nequit illa ſimplicis intelligentiæ excludi à toto genere futuritionis rerum, ac proindè nec dari intra iſtud præter ſcientiam viſionis alia media ut diſtincta ab utraq;:conſtitue ondo tertiam,& coarctando ſimplicam intelligentiam ad lineam purè ſpeculativã, viſionem verò ad purè practicam, vel exiſtentiæ, & illam approbationis ad purè futura,ſive ad future, ut futura, nam expreſſè infra qu.15. ar.3. ad 2. de illa ſimplicis intelligentiæ, quæ nempe eſt eorum, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt, dicit eſſe practicam ſaltem in virtute, quod etiam præmiſerat hìc ar. 16. ad primum dicens: *Quòd ſcientia Dei eſt cauſa non quidem ſui ipſius, ſed aliorum, quorundam quidem actu, ſcil. eorum, quæ ſecundum aliquod tempus fiunt, quorundam verò virtute, ſcil. eorum, quæ poteſt facere, & tamen nunquam fiunt.* Eo quomodo ſimplicem intelligentiam non concludit intra lineam purè ſpeculativam, ex quo ut conſtabit infra, hæc eadem ſcientia poſſibilium eſt cauſa rerum in virtute, ſcil. quæ reſpicit effectum,tantum ut poſſibilem, & habet vim producendi illum, aliàs non eſſet practica in virtute, ut ait D. Tho., licet non habeat applicationem in virtute; & hinc etiam inferri poteſt,quomodo ſe extendere poſſit ad future conditionata conditione nunquam implenda, nam prout ſic, ut dictum eſt, juxta meritum ſuæ conditionis nunquam implendæ non extrahuntur à tota linea poſſibilium, ſeu eorum, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt, circa quæ verſatur ſimplex intelligentia, ut docet idem Angelicus; ſuperaddita autem conditio nunquam abſolutè implenda, non magis verificari poteſt de aliis poſſibilibus, quàm de eiſdem conditionatis quantum attinet præcisè ad meritum objecti ſub illa, quid quid ſit, (ut dicemus infra) quòd prout ſubeſt alicui actui voluntatis, non dicatur purè poſſibile, unde eadem ratione deberet iterum partiri ſcientia Dei, ut vidimus,in aliam mediam intra lineam eorumdem poſſibilium, unde non poteſt eadem conditio dare meritum futuritionis ſufficienter ad conſtituendam aliam mediam pro eiſdem futuris, ut contendunt Contrarii, nec mediam approbationis pro futuro, ut futuro intra Scholam D.Tho.

Pro omnibus ergo juxta ſuperiorem probabilem modum, quòd reducatur ad ſimplicem intelligentiam, de quo infra; reſpond. quòd dum ibi ait ſimplicem notitiam, ſeu intelligentiam excludere ordinem voluntatis ad res ſcitas, intelligendus eſt de ordine ad illas, ut abſolutè producendas, & non conditionatè, quæ ſimpliciter producendæ non ſunt; illæ enim poſſunt optimè eſſe objectum ſimplicis intelligentiæ, quia cum de futuris conditionatis non detur in Deo decretum ut abſolutè producendis, non eſt neceſſarium ad aliam ſcientiam practicam,vel ab illa diſtinctam recurrere, ut cognoſcantur à Deo. Pro aliis verò exiſturis, ſive exiſtentibus pro ſtatu futuritionis eorum ſufficit ſcientia viſionis cum ſola diverſitate munerum, ſcil. approbationis, & contemplacionis, ſive factivi, & contemplativi, quia cum ſcientia viſionis ſit ſcientia exiſtentium, & hæc non præſupponantur exiſtere ad ſcientiam Dei, opportet, quod per illam fiant, & facta ſpeculentur: cum verò cauſet res per decretum divinæ voluntatis, quod intelligitur ſuperaddera ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ prout ſic, ſive ut connotat,vel importat hanc applicationem,vel determinationẽ decreti dicitur ſcientia approbationis; ut verò rem factam, vel exiſtentem ſpeculatur, ſcientie viſionis. Unde non tenemur præter hæc duo munera ejuſdem ſcientiæ aſſignare tertiam mediam, quæ reſpiciat præcisè futura, ut futura pro hoc ſui ſtatu futuritionis, vel approbationis, quie prout ſic ut dicebamus ex D. Thom. hìc ar.9. reſpectu Dei non habent rationem futuri, ſed præſentis phyſicè in ejus æternitate, ſtatim enim ac ingrediuntur ſtatum futuritionis (præcipuè ad habendum eſſe,) utpote pertinentis prout ſic ad lineam durationis, pariter ingrediuntur illam æternitatis, quæ eſt ſuprema menſura, tota ſimul ac infinita ejuſdem lineæ, unde nequit reſpectu illius eſſe aliquid futurum, vel præteritum, ſed tantum præſens, ac proindè, nec reſpectu cognitionis, aut ſcientiæ divinæ, cujus eſt menſura.

Sed inſtas, quia D. Tho. ibi ait ſimplicem notitiam excludere ordinem ad res ſcitas, quem addit utra-

utraque cognitio approbationis, & visionis, ergo nullo modo se extendit ad futura libera, sive absolutè, sive conditionatè talia. Conseq. tenet, quia ista importat ordinem qui ad illam supperadditur per decretum divinæ volontatis de eisdem futuris, unde supponit ibidem non esse scientiam approbationis, cum scientia de eisdem futuris liberis, utpote supponens idem decretum, sit scientia approbationis.

Resp. vel neg. conseq., vel dist. consequens, sive conditionatè talia, conditione nunquam, vel absolutè non implenda neg. implenda absolutè conc., & hunc ordinem, quem ista importat, tantum vult esse extra notitiam, seu simplicem intelligentiam, nec propterea eam confundimus cum scientia approbationis simpliciter tali, de qua loquitur ibi, & coincidit ut dictum est, cum illa visionis, quia hæc sub munere approbationis simpliciter talis, non respicit quæcunque conditionata, sed quæ efficaciter vult Deus absolutè esse, hoc enim sonat approbare simpliciter, nam conditionata conditione nunquam ponenda, tantum dicuntur approbari secundum quid, cum magis velit absolutè non esse, unde rectè dicimus ad hæc se extendere simplicem intelligentiam practicam in virtute, qua possent produci, si efficaciter voluisset Deus ea absolutè esse.

Secundò arg. (& est replica prosequendo præcedentem instantiam. Nam in sententia Thomistarum veritas futuri conditionati nunquam absolutè ponendi in re, ut est v.g. illud Luc. 10. si in Tyro, & Sydone facta fuissent, quæ facta sunt in te, in cinare, & cilicio, pœnitentiam egissent; solum cognoscitur à Deo in decreto absoluto determinente pœnitentiam Tyriorum ex suppositione prædicationis, & miraculorum Christi, ergo ad hæc conditionata non se extendit simplex intelligentia, nam hæc excludit à se omne decretum divinæ voluntatis, ergo cum nec cognoscantur scientia visionis, cum per hanc tantum cognoscat Deus, quæ aliquando erunt, jam erit assignanda media, vel approbationis.

Huic instantiæ, quoad id, quod tangit de scientia medie in favorem PP. Societatis dicemus opportunè infra, ne eadem repetamus; quoad eliam verò approbationis, juxtà doctrinam proximè insinuatam respond. neg. primam conseq. ad illius prob. annexam dist. excludit omne decretum divinæ voluntatis in ordine ad rem ut absolutè producendam conc. conditionatè tantum, conditione nunquam absolutè purificanda neg., nam simplex intelligentia, cum purè speculativa non sit, sed aliquo modo, vel in virtute practica, ut ait D. Th. ubi supra, ac proinde suo modo libera, non sistit in purè possibilibus, sed etiam se extendit ad futura non absolutè producenda, sed conditionatè conditione nunquam absolutè ponenda in re, unde non tenemur recurrere pro his cognoscendis ad aliquam mediam, sive inter liberam, & necessariam, ut contendunt laudati Patres, sive inter simplicem intelligentiam, & visionis, ut vult Asturicensis.

Sed contra hanc solutionem, cui favent Illustrifs. Godoy hic disp. 29. §. 4. nu. 44., & sequentibus, & Eminentifs. Ferrarius dub. 3. ad replicam contra instantiam, iterum instas ex M. Ferre qu. 4. §. 4. ex superiori autoritete, nam ibi expressè docet simplicem intelligentiam esse talem per exclusionem existentiæ, quam addit scientia visionis, & exclusionem ordinis voluntetis, quem eddit scientie approbationis, ergo cum in via Thomistica cognoscantur præfeta conditionata à Deo in decreto divinæ voluntatis, contra D. Th. affirmatur cognosci per simplicem intelligentiem.

Quòd si iterum dicatur à simplici intelligentia tantum excludi à D. Tho. actum divinæ voluntatis decretantem absolutè de productione rei ut absolutè producendæ, & non purè conditionatè conditione nunquam implenda,

Reponit eandem litteram D. Thom., in qua habetur, quòd simplex notitia dicitur ad excludendam admixtionem ejus, quod est extra genus notitiæ, sed uterque actus voluntatis est extra genus notitiæ, cum uterque sit actus absolutus voluntatis divinæ, ergo sustineri nequit præcedens explicatio ad mentem D. Tho.

Secundò quia scientia, quæ actum voluntatis supponit, est scientia approbationis, sed juxta Div. Thom. hæc est distincta à simplici intelligentia, ergo contra Div. Thom. illorum cognitio reducitur ad simplicem notitiam, vel intelligentiam &c.

Resp. utrique instantiæ, quòd sicut simplex intelligentia cum fundamento in D. Tho., ex eo quòd aliquo modo practica est, potest optimè partiri in necessariam simpliciter in ordine ad objectum principale, sive purè possibile, & in liberam in ordine ad objectum aliquomodo liberum, vel cadens sub actu divinæ voluntatis, ità scientia approbationis dividi potest in simpliciter talem prout nempè simpliciter approbat, seù efficaciter vult rem absolutè esse, & in talem secundum quid, prout nèmpè vult rem magis absolutè non esse, & solum esse ex suppositione conditionis nunquam implendæ, licet verò D. Tho. priorem distinguat à simplici intelligentia, non tamen posteriorem, aliàs esset hæc omninò extrahenda à ratione liberi, vel practici, quod ipse non admittit, sed magis oppositum tradit, unde adequatum illius objectum non est purè necessarium vel possibile, sed etiam liberum, vel futurum sub conditione nunquam ponenda in re, sive quod extra causas non existit, nec sit absolutè exstiturum, ac proindè de conceptu ejus, sive simplicis notitiæ ut sic erit solum, quòd sit abstractiva termineta ad objectum physicè extrà causas non existens, sive nunquam absolutè ponendum in re. Quòd etiam videtur satis conforme utrique definitioni traditæ cognitionis intuitivæ, & abstractivæ, quòd nempè hæc sit rei absentis duratione, illa verò reipræsentis realiter, scil. in duratione, in qua est cognitio; certum est autem, quòd objectum nunquam absolutè ponendum, seù à Deo volitum sub conditione nunquam absolutè ponenda, est magis absens, quàm præsens, unde non videtur posse extrahi à toto genere cognitionis abstractivæ, sive simplicis intelligentiæ, sed tantum prout necessaria est, vel terminata ad simpliciter necessarium, vel possibile.

Sed non quiescit Mag. Ferre, sed ulteriùs instat contre prædictam definitionem. Nam actus voluntatis divinæ absolutus, & efficax, quo decernit de productione rei si ponatur conditio, actus approbationis simpliciter est & dicitur, ergo scientia, qua per talem actum absolutum, & efficacem determinatur, non secundum quid, sed simpliciter scientia approbationis appellanda est.

Urget. hoc ipsum. Hæc approbatio divinæ voluntatis eo non esset simpliciter talis, quia efficax non esset,

eſſet, ſicut voluntas ſalvandi omnes homines non eſt approbatio ſimpliciter, quia non eſt actus divinæ voluntatis efficax, neque enim Deus vult ſalutem omnium hominum ex omni parte, ſed tantum attenta ſua infinita miſericordia, & conditione rationalis naturæ, quæ capax eſt viſionis ſupernaturalis Dei, & ad illam habendam ordinata, ſed prædictus actus voluntatis divinæ, quo Deus decernit ſalutem Tyriorum, ſi poneretur conditio miraculorum, & prædicationis Chriſti eſt actus efficax, & abſolutus divinæ voluntatis, quo vult abſolutè, & efficaciter quòd ſi talis conditio ponatur in re fiat converſio, ergo ſcientia illi innixa non eſt cenſenda ſcientia approbationis tantum ſecundum quid, ſed ſimpliciter.

Urget. ulteriùs, nam dato adhuc, quòd ſit ſolum ſecundum quid, nihilominùs magis reducenda eſt ad membrum, quod eſt ſcientia approbationis ſimpliciter, quàm ad illud, quòd nullo modo eſt approbationis; ſed ſimplex intelligentia nullo modo eſt approbativa, ſed magis oppoſita, vel condiviſa ſcientiæ approbationis, ergo ſcientia ejuſdem conditionati potius eſt reducenda ad ſcientiam viſionis, quæ eſt ſimpliciter approbationis, quàm ad ſimplicem intelligentiam.

Quòd ſi ex doctrina ejuſdem Illuſtriſs. dicatur ut ſupra, quòd de conceptu ſimplicis notitiæ ut ſic, ſive abſtrahentis à libera, & neceſſaria ſolum eſt eſſe abſtractivam terminatam ad objectum phyſicè extra cauſas non exiſtens, ac proindè opponi ſcientiæ viſionis, quia hæc intuitiva eſt, illa verò abſtractiva, intra cujus ambitum continetur idem conditionatum nunquam abſolutè ponendum in re, unde potiùs ejus ſcientia reduci debet ad ſimplicem intelligentiã, quàm viſionis. §. Iterum inſtat; nam ſcientia prædicti conditionati, quamvis ſimpliciter intuitiva non ſit, eſt tamen intuitiva ſecundum quid, ergo magis ad viſionem, quàm ad ſimplicem intelligentiam reducenda eſt. Prob. ant. Nam poſito decreto abſoluto, & efficaci de converſione Tyriorum ſub præfata conditione eſtò in re non exiſtat, neque extitura ſit abſolutè eorum converſio, tamen de facto & abſolutè verum eſt, quòd ſi talis prædicatio fieret, ſequeretur converſio, ergo hæc converſio conditionata, ratione hujus veritatis, qua de facto, & abſolutè verum eſt, quòd Tyrii converterentur, ſi apud illos prædicaſſet Chriſtus, accipiet exiſtentiam ſecundum quid, ratione cujus licet non poſſit terminare ſcientiam intuitivam ſimpliciter talem, poterit terminare talem ſecundum quid.

Explicat hoc in chimera de facto confiſta: nam quamvis hæc in æternitate non exiſtat ratione ſui, tamen ratione exiſtentiæ, quam habet actus confingens illam in æternitate ſufficienter exiſtit, ſic quòd Deus de tali chimera notitiam habeat intuitivam, ergo licet idem conditionatam de facto ratione ſui, vel in ſe ipſo non exiſtat, quia tamen poſito decreto de illius exiſtentia ſi ponatur conditio, hæc veritas abſolutè exiſtit videlicet de facto, & abſolutè verũ eſt, quòd ſi ponatur conditio prædicationis, ponetur in re converſio, ſufficienter exiſtet ut poſſit terminare notitiam intuitivam reductivè, & ſolum ſecundum quid.

Nec valet dicere (ſubdit,) quòd chimera actualiter conficta de facto exiſtit exiſtentia conficta, illud autem futurum conditionatum, de facto nec exiſtit exiſtentia conficta, nec vera, unde poteſt illa, non itud terminare intuitivam;

Non quidem valet, inquit, quia exiſtantia conficta, cum vera exiſtentia non ſit, de facto exiſtere non valet, ergo ſolum habet exiſtentiam per aliud hoc eſt, quià actus confingens de facto exiſtit; ſed etiam converſio Tyriorum quamvis de facto non exiſtat, tamen veritas illa abſoluta, quæ cauſatur ex poſitione decreti efficacis de illorum converſione ſi ponatur Chriſti prędicatio, de facto exiſtit, vi cujus de facto Deus præfatum conditionatum cognoſcit, ergo ratione illius ſufficienter exiſtet, ut per ſcientiam intuitivam ſecundum quid cognoſcatur.

Denique ex his impugnat præfatam ſententiam Nam per ſcientiam prædictam nihil producitur de facto; aſſerit enim D. Thom. de illa pluribus in locis, quòd tantum eſt cauſativa in virtute, & in potentia, non autem de facto; ſed per ſcientiam prædicti conditionati aliquid cauſatur de facto, quòd ante illam tantum erat poſſibile, ergo non eſt ſimplex intelligentia. Prob. mi. Ante poſitionem decreti de eorum converſione ſub tali conditione ſolum poſſibile erat, quòd ſi fierent miracula in Tyro Tyrii converterentur, poterat enim utrumque verificari ità eſſe, & non eſſe; at poſito decreto, de facto, & abſolutè eſt verum, quòd Tyrii convertentur ſi in Tyro fiat prædicatio Chriſti, ergo per ſcientiam tali decreto innixam de facto producitur aliquid, quod ante illud ſolum erat poſſibile.

Antequam ſolvantur hujuſmodi inſtantiæ, quibus idem ſapientiſs. Mag. reddit valdè probabilem ſententiam oppoſitam de reductione ejuſdem ſcientiæ ad illam viſionis, & ſatis favet Mag. Gaſpar Catalam dub. 1. de auxiliis concl. 2. ob argumentum ſupra inſinuatum §. 1. in fine. Adverto nihil aliquale hoc diſſidium inter noſtros obſtare communi Thomiſticæ contra alteram mediam à PP. Societatis propugnatam, quia ſive reducatur ad ſcientiam viſionis, ſive ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ liberam, dum tamen conſtet eſſe libetam ſimpliciter jam non per ſcientiam mediam, ſed per liberam ſimpliciter prædicta conditionata erunt cognoſcibilia.

Sed ſuſtinendo etiam priorem modum dicendi reſpond: ad poſteriores inſtantias, ad illam quidem quòd prædictum decretum, vel actus divinæ voluntatis ex eo quòd eſt abſolutus, vel efficax ex parte ſubjecti ſit approbatio ſimpliciter, negatur hoc ipſum, quia ſi ſimul eſt conditionatum ex parte objecti, conditione nunquam abſolutè implenda, ut explicatur infrà de voluntate Dei, magis eſt reprobatio ſimpliciter, quàm approbatio, ut jam inſinuavimus, & inquit Illuſtriſs. Godoy num. 50., nam id ſolum dicitur Deus approbare ſimpliciter, quod abſolutè decernit exiſtere, id verò quod ſolum ſub conditione efficaciter vult, præcipuè conditione nunquam abſolutè implenda (quæ duo quomodo deindè componantur opportunè ibidem) non approbat ſimpliciter, imò ſimpliciter reprobat, cum decernat, quòd abſolutè nunquam exiſtat, quia approbare, vel reprobare dicitur Deus, cui communicare vult, vel non communicare exiſtentiam, ac proindè approbatio ſimpliciter talis convertitur cum ſcientia viſionis, non verò, quæ ſolum eſt talis ſecundum quid, vel abſtrahens ab utroque.

Ad primam Confirm. quidquid ſit de voluntate antecedente reſpectu ſalutis omnium, (de qua latè infra) nego cauſalem, ſed quia licet ſit efficax ex parte ſubjecti, dum tamen ſimul decernit da nunquam

quam absolutè dando existentiam, nec conditionem absolutè implendam, magis reprobare dicitur, ut dictum est, quàm approbare.

Ad secundam juxtà solutionem ibi traditam neg. mi. ad prob. annexam dist. ut supra, simplex intelligentia est magis opposita, & condivisa scientiæ approbationis simpliciter talis conc., secundum quid, vel abstrahentis à tali simpliciter, & à tali secundum quid neg. ant., & conseq., nam hæc ut ibidem insinuatur, magis pertinet ad scientiam abstractivam, quàm ad intuitivam.

Ad replicam neg. ant. loquendo de scientia intuitiva propriè, aut rigorosè, nam hæc non est de objecto absolutè non extituro, sed de existente pro aliqua differentia durationis, vel de præsenti in æternitate. Ad prob. dicimus fieri aliquo modo ibi æquivocationem, vel transitum à veritate dicti ad ipsum objectum dictum, seu à præsentia illius magis intentionali, quàm reali, aut physica, ad præsentiam istius realem, seu in duratione, in qua est cognitio, ut requiritur ad notitiam intuitivam, nam dū dicitur, quòd de facto & absolutè verum est, quòd conversio Tyriorum verificaretur, si Christus prędicaverit, duo veniunt, vel secundum duplicem præsentiam, scil. eadem veritas dicti, & ipsum dictum, sive conversio eorum sub tali conditione; si utrumque accipiatur secundum præsentiam intentionalem, vel objectivam, transeat, quòd accipiat existentiam secundum quid, vel de eodem genere, sicut accipit chimera, sed cū discrimine, quòd de veritate non affirmatur, quòd existat, vel sit extitura sub cōditione, sed absolutè, quia ità de facto, & absolutè id est verum dicere, ut ait replica; sed de dicto, vel de conversio ne nequit sic absolutè affirmari, quòd est vel sit extiturū, immò quòd absolutè non sit extiturum, cum nequeat aliter affirmari, quàm juxta meritum suæ conditionis absolutè non implendæ, unde quantum attinet ad præsentiam, quæ requiritur ad notitiam intuitivam, scil. realem, vel physicam, aut durationis, magis venit per modum objecti negationis, quàm affirmationis prout sic positum sub tali conditione, à qua etiam non dependet veritas, & chimera, sicut conversio, nam illa est necessaria, seu necessariò affirmabilis, hæc verò impossibilis, unde non considerantur secundum aliquam existentiam de futuro, sed tantum de præsenti in sua linea, vel intentionali, aut etiam in æternitate, qua ratione dicuntur cognosci per scientiam visionis.

Per quod etiam patet ad replicam contra solutionem, & discrimen, quod in ea subdit inter veritatem, & chimeram, vel inter utriusque existentiam, nam licet ita sit, quòd altera, vel chimera sit purè conficta, sicut & ipsa chimera, quæ repugnat ex terminis, secus verò illa veritatis, cum verè affirmetur cum fundamento, adhuc tamen magis dicitur hæc de linea intentionali, vel objectiva, quàm de reali, vel physica, & in hoc dicuntur convenire, quidquid sit ex parte fundamenti, vel objecti, altero omninò, vel absolutè repugnante à parte rei, altero non, sed tantum ex suppositione conditionis absolutè non implendæ.

Ad ultimam tandem replicam, quòd per scientiam simplicis intelligentiæ, vel notitiæ nihil de facto producatur, similiter respondetur ita esse, sed tamen ut libera est intrat jam lineam practicam, ac proindè dici potest productiva in virtute, & ideo potest ut sic se extendere ad aliquid de hac linea, quòd quia tamen pendet à conditione nunquam absolutè implenda, & hac ratione magis simpliciter reprobatur, ut dictum est; quàm approbetur, ad notitiam abstractivam pertinet potiùs, quàm ad visivam. Unde in forma dist., & explico mi. ut supra, per scientiam conditionati aliquid causatur de facto in ratione effectus, vel existentis neg. in ratione veri, vel objecti conc., & hoc tantum convincit ejus probatio, nam aliud est hoc esse verum, quòd existeret conversio, si existeret prædicatio Christi, aliud verò quòd communicetur per hoc aliquid de linea existenntiæ, immò, ut dicebamus, cum decernat Deus, quòd absolutè nunquam existat, simpliciter reprobatur in ratione existendi, unde licet aliquomodo intret hanc lineam in eo quòd cadit sub actu voluntatis, nec dicatur prout sic manere sub puro statu possibilitatis antevertente omnem illius actum, quia tamen cadit sub illo ex suppositione conditionis nunquam absolutè ponendæ in re, magis est absens, vel non existens in hoc genere, quàm præsens, ac proindè insufficiens ad terminandam visionem.

Sed contra hæc omnia adhuc instas: nam D. Tho. hic, & alibi objectum simplicis intelligentiæ perpetuò ait solum esse possibilia prout sunt in potentia Dei, sed prædicta futura sunt jam in decreto, & non non præcisè in potentia ejus ergo.

Secundò, quia ut dicebamus Verbum divinum per simplicis creaturarum, quæ dicitur secundum possibilia intelligentiæ, ergo non se extendit ad futura conditionata. Prob. conseq., quia aliàs, ut dictum est potuisset non procedere ex cognitione aliquorum, ex qua de facto procedit, sed ex cognitione aliorum, quia potuissent esse alia futura ergo.

Respond. ad primam D. Thom. intelligendum esse de objecto principali, & de simplici intelligentia, & non præcisè, ut aliquomodo libera. Per quod etiā resp. ad secundam ità esse quòd procedit specialiter ex illa ut necessaria est, seu ut versatur circa circa objectum illius principale, aut primarium, sive possibilia ut sunt in potentia Dei, sic enim immobilis omninò subsistit ejus processio. Hæc tamen probabiliter dicta sint juxta præfatum modum.

§. III.

Corolaria ex dictis.

PRimò colligimus ex opposito modo dicendi etiam satis probabili, reduci præfatam scientiam conditionatorum ad simplicem intelligentiam. Quia ejus objectum, sive eadem conditionata, cum sint de numero eorum, quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, directè habent aliquid spectans ad lineam simplicis intelligentiæ, scil. possibilitatem, non sic verò directè aliquid spectans ad illam visionis, scil. existentiam, vel præsentiam durationis, nisi tantum in decreto, ut explicatum est, quæ non sufficit ad visionem ut vidimus, ergo ad simplicem intelligentiam reducenda est.

Explic. hoc: nam futura conditionata in ratione objecti magis habent de eo, quod pertinet ad simplicem intelligentiam, quàm ad visionem, nam sunt de his, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, licet aliquid

aliquid addent quatenus sunt sub actu voluntatis, sed hoc totum magis pertinet ad simplicem intelligentiam, quàm ad visionem; ergo: prob. mi. nam hæc additio non facit illa actu præsentia, nec in se ipso, nec in æternitate, sed faceret si poneretur conditio absolutè non ponenda; sed scientia visionis, sive primariò, aut directè, sive secundariò, aut indirectè non se extendit extra limites præsentium, ut patet, ex illius definitione contrapositivè ad illam notitiæ abstractivæ, ergo totum quod important videtur pertinere ad simplicem intelligentiam.

Secundò juxtà eundem modum colligimus simplicem intelligentiam non dici ex eo, quòd adæquatè sumpta, vel secundum utrumque munus necessariæ, & liberæ omnem excludat admixtionem, vel actum voluntatis, aut ordinem illius ad objectum volitum, vel scitum, sed quia ex parte subjecti, vel Dei excludit admixtionem cum decreto, vel actu divinæ voluntatis de volendo absolutè, & simpliciter ponere rem in esse, ex parte verò objecti admixtionem cum exercitio absolutè essendi in actu physicè extra causas, unde adhuc benè potest ex parte utriusque aliquam admixtionem admittere sufficienter ad se extendendum ad idem objectum conditionatum, nam non excludit ex parte Dei decretum ordinans tale futurum esse secundum quid, & sub conditione, & consequenter etiam neque ex parte objecti existentiam conditionatam, sicut in simili dicitur de simplici complacentia, vel amore, qui non dicitur talis, quia ex parte subjecti amantis excludat omnem actum intellectus, & ex parte objecti omnem ordinem ad existentiam, nam in sententia saltem jam communi Thomistarum, ut ostendimus, purè possibilia reduplicato hoc statu non sunt capacia terminandi amorem, vel actum divinæ volitionis, sed quia ex parte intellectus non importat judicium practicum imperans executionem absolutam talis finis, & ex parte objecti eundem finem cum omnibus circumstantiis ut efficaciter consequendum per media, & ideò sicut amor iste adhuc meritò nominatur simplex, ità etiam prædicta notitia conditionatorum, nominari meritò poterit simplex intelligentia, quia non respicit existentiam, quæ ponetur, sed quæ poneretur si adesset conditio, quæ tamen absolutè non erit, unde objectum sic futurum magis adhuc manet intra concipientem, quàm extra, quod pertinet ad simplicem intelligentiam, non ad visionem ut docet D. Thom. hic ar. 9., & in 3. dist. 14. quæst. 1. ar. 2. quæst. 2. dicens, *quæ sunt in potentia, non actu dicitur Deus cognoscere simplici intelligentia, quia intelligentia est concipere etiam ea, quæ non sunt extra concipientem*. Et repetit qu. 2. de veritate ar. 9. ad 2. *Per scientiam visionis Deus non dicitur scire, nisi quæ sunt extra ipsum*.

Pro quo adverto, quòd semel admisso decreto conditionato in Deo, duo, (ut jam insinuavimus) distinguenda sunt, alterum de præsenti, scil. decretum, alterum de futuro, scil. eventus rei quomodocunque futuræ. Primum libenter conceditur cognosci per scientiam visionis, cum sit realiter præsens, sed secundum per illam simplicis intelligentiæ, quia cum eventus absolutè non sit ponendus in re magis est intra concipientem, & realiter absens, quàm extra & præsens, ut requiritur ad visionem, qua ratione in simili D. Tho. qu. 2. de veritate ar. 1. ad 2. ait. *Quòd præscientia Dei secundum hoc propriè præscientiæ nomen habet, quòd eventum respicit, qui futurus est, ordo enim ad eventum est in præsenti, unde de eo est magis scientia, quàm præscientia*.

Tertiò ex his sequitur Deum se ipsum, & omnes sui intrinsecas perfectiones tantum cognoscere scientia visionis, quia licet quidditates rerum dicantur solum cadere sub scientia simplicis intelligentiæ, vel cognosci cognitione quidditativa terminante ad prædicata essentialia, in hoc tamen illa Dei distinguitur ab aliis essentiis rerum, quòd de conceptu ejus, & cujuslibet divinæ perfectionis est existentia exercita, nam cuilibet repugnet indifferentia ad esse, & non esse, ac proindè etiam absentia in mensura propriæ æternitatis, ergo solum possunt attingi per scientiam visionis, cujus objectum est existens, & præsens in duratione, in qua existit cognitio.

De aliis verò quidditatibus creaturarum possibilium, quæ aliquando erunt, vel conjungentur cum existentia, dicimus ex opposito cognosci per simplicem intelligentiam, quia cognoscuntur cognitione quidditativa, seu terminata ad prædicata essentialia, inter quæ non est in creaturis existentia, vel præsentia durationis, sed accidit illis. Solum, ergo possunt esse objectum scientiæ abstractivæ, vel simplicis intelligentiæ, unde homo, vel aliud hujusmodi objectum, de quo decrevit dare illi aliquando existentiam, duplici scientia dicitur à Deo cognosci, scil. simplici scientia, vel necessariæ, quatenus terminatur ad ejus prædicata essentialia, seu necessariò illi convenientia pro priori ad decretum, & scientia visionis quatenus cognoscit illum ut dependentem ab eodem in ratione futuri, vel existentis in sua differentia temporis respectivè ad æternitatem, ac proindè ut præsentis in duratione, in qua existit cognitio, unde sicut in signo decreti, in quo jam concipitur ut absolutè futurus, & præsens præsentia durationis, tantum potest terminare cognitionem intuitivam, vel visionem, ità in priori ad illud & nudè acceptus secundum sua prædicata essentialia, præcisivè à futuritione, vel positiva non futuritione, seu ab existentia, vel non existentia solum est capax secundum ista, vel secundum suam quidditatem terminare simplicem intelligentiam, vel liberam cognitionem, nam priora prædicata futuritionis, vel non futuritionis, seu existentiæ, vel non existentiæ, aut ordinis, vel positivi non ordinis ad illam conveniunt solum ex meritò decreti de liberè ponendo, vel non ponendo rem in esse, unde non intrant prædicata necessaria creaturæ, sed accidunt illi.

Eadem etiam ratione per simplicem intelligentiam dicuntur cognosci omnia impossibilia, entia rationis, & peccata possibilia, quia prout sic solum important aliquid de linea quiditativa, vel necessaria sine ulla præsentia de linea durationis. Secus verò si loquamur de entibus rationis, vel peccatis, quæ suo modo existunt in aliqua differentia temporis, nam prout sic ob hanc præsentiam dicuntur attingi per scientiam visionis.

Quartò colligimus creaturas omnes non solum existentes, sed etiam præteritas, & absolutè futuras pariter cognosci per visionem, quia omnes prout sic sunt saltem physicè, vel realiter præsentes in æternitate secundum illam virtualitatem, quæ coilibet correspondet, & est præsens pro sui differentia

entia temporis de præsenti, vel futuro, aut præterito, cum simul omnem ambiat, & faciat sibi præsentem, ut dictum est, & non successivè, exclusa omni futuritione, & præteritione respectu sui.

Difficultas tamen est etiam inter Thomistas circa negationes, & privationes, nam Cajetanus existimat, quòd negationes entium, quæ nunquam sunt in actu, sed tantum in potentia, sive quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, ut est negatio v. g. alterius mundi possibilis, & similium, cognoscantur simplici intelligentia, cæteras verò rerum, quæ aliquando sunt actu, ut est negatio existentiæ Anti-Christi in hac differentia temporis, in qua nondum est, cognosci per scientiam visionis. Ratio est quia negatio cognoscitur per affirmationem, scil. rei, cujus est negatio, & sequitur illius naturam, sua genus, vel conditionem in essendo, & cognoscendo, sed priora entia cognoscuntur simplici intelligentia, posteriora verò per visionem, ergo eorum negationes debent eodem modo cognosci. Hac ratione convincitur etiam de negationibus futurorum conditionatorum conditione nunquam absolutè implenda, ut patet ex dictis, cum ista pariter nunquam actu sunt.

Cajet. adhæret Eminentiss. Ferrarius, quia nempé existentia negativa, vel remotiva conveniens negationi non est verè, & propriè existentia, immò in rigore loquendo non est esse, sed magis non esse formæ, quod à nobis significatur ad modum entis, ergo sicut negationes, & privationes tantum abusivè, & impropriè dicuntur existere exercitè, ità abusivè, & impropriè ratione sui videri, unde non non sunt propriè visibiles, nisi ratione subjecti positivà existentis, in quo sunt, vel ratione entis positivè oppositi, quod verè, & propriè existit in aliqua differentia temporis.

Alii verò ut Illustriss. Godoy disp. 3. s. 1. & Mag. Gonzales disp. 39. apud eundē sect. 2. n. 13. & M. Ferre hic q. 4. §. 7. tenent oppositum, quia licet sit nihil ptout opponitur enti reali positivo, est tamen quid reale negativum, cū realiter existat absq; ullo intellectus nostri negotio (inquit idem Illustriss. nu. 8.,) ergo sicut ob istam rationem quatenus possibilis terminat notitiam abstractivam, ità pariter quatenus existens eo modo, quo est capax existantiæ, terminare poterit intuitivam.

Salvo nihilominus hoc posteriori modo dicendi in sua probabilitate, ac subtilitate, crediderim priorem Cajetani esse conformiorem doctrinæ Div. Thom., & communi, quam insinuat in sui fundamento, & subtiliter etiam tangit eruditissimus Mag. Piccinardus lib. 7. de approb. Doctrinæ D. Th. qu. 1. ar. 5. ad 3., ubi statuit hoc discrimen inter negationes rerum absolutè futurarum, & futura conditionata comparativè ad eorū decreta, quòd res absolutè futuræ comparantur ad suas negationes sibi inhærentes, ut subjectum ad formam, futura verò cōditionata ad decreta conditionata, conditione scil. absolutè non implenda, (de quibus loquitur ibi,) ut causa effectiva ad effectum, constat autem, subdit idem, non posse intuitivè comprehendi subjectum, quin inhærens eidem forma videatur, benè verò potest intuitivè videri causa efficiens ut sic, quin intuitivè videatur effectus quilibet contentus in ipsa, & ideò infert non posse intuitivè videri futura absoluta, quin videantur negationes in ipsis, & tamen intuitivè videri posse decreta conditionata, quin futura conditionata scientia intuitiva videantur à Deo.

In quibus ut patet cognoscibilitatem, vel visibilitatem negationum regulat penes illam subjecti, & meritò, quia juxtà communem doctrinam cum negatio sit magis per modum recessus ab ente, quàm ens utpote remotio ejus, non videtur mereri, nec exigere præcisè ratione sui præsentiam in duratione, in qua est cognitio, ut requiritur ad cognitionem intuitivam, ut probatum est, ergo nisi subjectum, cujus existentiæ est negatio, sit de numero præsentium, & visibilium, nec poterit eadem esse præsens, vel visibilis.

Ex his formatur ratio, vel explicatur idem fundamentum Cajetani. Non potest negatio terminare cognitionem intuitivam non terminante illam subjecto, cujus existentiæ est negatio, sed alter mundus possibilis, seu res, quæ nunquam actu est, non terminat illam, ut ostensum est, ergo nec ejus negatio poterit eam terminare. Prob. ma. quia ad terminandam cognitionem intuitivam, ut latè in superioribus probatum est, & patet ex utriusque cognitionis intuitivæ, & abstractivæ definitione, requiritur præsentia in duratione, in qua est cognitio, sed hujusmodi præsentia videtur ex terminis repugnare negationi ratione sui, vel præcisivè à subjecto, aut præsentia illius, cum sit magis per modum recessus, & fugæ ab ente, & præsentia ejus in duratione, quàm ens, ergo non terminante re, cujus existentiæ est negatio, non poterit hæc terminare visionem.

Urg. hoc. Ex D. Thom. ubi supra de veritate; nam juxta D. Tho. per scientiam visionis Deus non dicitur scire, nisi quæ sunt extra ipsum, sed negatio non videtur posse esse extra Deum, vel se ipsum concipientem, independenter à subjecto, vel re non existente extra, cujus existentiæ est negatio, ergo negatio rei, quæ nunquā est actu extra, non est visibilis, vel scibilis à Deo per eandem scientiam; mi. iterum patet, quia cum sit essentialiter remotio ipsius esse, magis est per modum fugæ, & recessus ab esse extra independenter ab eadem re, quàm accessus ad illud, unde magis petit ex sui natura præcisivè ab illo non esse extra, quàm esse.

Ex quibus etiam videtur fieri satis præcipuo fundamento insinuato oppositi modi dicendi, quia licet dicatur aliquomodo existere, existentia scil., negativa, vel remotiva, quia tamen modus iste existendi nempè realiter negativè, magis est per modum fugæ, & recessus ab esse, sive remotionis ejus, nequit sine sui subjecto fieri præsens, vel apparere in duratione, in qua est cognitio, sive non apparente, vel non præsente illo in eadem, ac proinde nec terminare visionem, illo non terminante. Per quod etiam occurri potest ad ea, quæ opponit M. Ferre. nam tendunt ad dandam illi aliquam præsentiam in decreto, quæ non sufficit ad cognitionem intuitivam ut dictum est.

Instas tamen adhuc ex eodem contra rationem, vel consequentiam Cajetani, nempè negatio cognoscitur per suum positivum, ejus positivum cognoscitur scientia abstractiva, vel simplici intelligentia ergo pariter negatio cognoscitur per illam. Contra quam instat sic in eadem materia. Etenim negatio futuritionis possibilium cognoscitur per suum positivum, sed suum positivum cognoscitur per scien-

M tiam

tiam necessariam, ergo etiam prædicta negatio cognoscitur per istam. Præmissæ sunt veræ, & consequens est falsum, nam Deus negationem futuritionis possibilium cognoscit in decreto libero, quo determinat nunquam futura, eadem possibilia. §. Secundò illam instat in hac alia; Deus cognoscit possibilia ratione suæ Omnipotentiæ, sed Omnipotentiam cognoscit intuitivè, ergo possibilia cognoscit intuitivè.

Ad primam dicimus primò, quòd videtur ab eodem solvenda, nam ipse ut vidimus, docet simplicem intelligentiam non se extendere ad futura conditionata conditione absolutè non implenda, unde scientiam eorum liberam reducit ad visionem, ac proinde simplicem intelligentiam statuit intra limites scientiæ necessariæ, ex quo instat modo contra rationem Cajetani ad inferendum prædictas negationes pertinere ad scientiam visionis. Sed hæc instantia videtur militare contra jam communem doctrinam Thomistarum, nam ex præcisa ratione liberi in decreto, seu cognoscibilis in illo intendit deinde inferre rationem visibilis, seu objecti scientiæ visionis, cum tamen jam communiter ex superiori definitione cognitionis intuitivæ, & ex principiis D. Thom. hic non sufficiat quæcunque ratio liberi, vel cognoscibilis in solo decreto, ut sæpè dictum est, ad objectum ejusdem visionis.

Unde poterat similiter ejus discursus instari sic: Decretum de non dando esse, vel futuritionem possibilibus, quæ nunquam sunt, cognoscuntur per scientiam visionis ut patet ex dictis, & suppono in communi sententia saltem inter Thomistas, sed prædictæ negationes supposito eodem decreto, cognoscuntur ex vi illius, seu ut jam liberæ in illo, ergo ut sic cognoscibiles in illo cognoscuntur per visionem. Præmissæ sunt veræ, & tamen consequentia juxta præfatam jam communem doctrinam est nulla.

Resp. ergo neg. duplex suppositum in ejus instantia contentum, nempè quòd prout superiùs explicatum est, simplex intelligentia sit adæquatè necessaria, & nullo modo libera sub omni sui munere; & deinde, quòd positivum negationis sumptum non purè negativè, aut ut purum possibile, seu in signo antevertente decretum de non dando illi esse, sed ut jam cadit suo modo sub isto, non induat aliquam rationem liberi, per modum scil. positivè exclusi ab esse, ac proindè prout sic tantum cognoscatur per simplicem intelligentiam sub præciso munere necessariæ, seu per scientiam, ut purè necessariam, nam cum transeat ex vi decreti à statu puræ non repugnantiæ, seu indifferentiæ ad esse; & non esse, ad determinatum extremum non essendi; sicut cætera possibilia post decretum de dando illis esse non manent in statu objecti purè necessarii, vel possibilis, sed induunt ex parte extremi essendi sibi positivè determinati rationem liberi, ita quæ determinantur ad non essendum non manent simpliciter in eodem puro statu objecti necessarii, sed aliquo modo induunt rationem liberi juxta meritum alterius non essendi sibi determinati; utrumque enim liberè determinatur à Deo. Ex quo tamen, ut dicebamus, sistendo in præciso decreto, ut medio cognoscibilitatis eorum, non licet inferre illorum visionem, quia adhuc non sunt extra concipientem prout sic, per aliquam præsentiam in duratione, sed solum per determinationem, quæ non sufficit ad scientiam visionis, licet prærequiratur ad illam, sed solum ad certam cognitionem, sive ad certò illa cognoscendum, de quo infra.

Contra secundā etiam poterat eodem modo instari sic. Deus cognoscit prædictas negationes ratione decreti, sed decretū cognoscit cognitione intuitiva, ergo pariter illas cognoscit intuitivè, ut præcisè in decreto, cum tamen hæc conf. sit nulla, nec admitti possit, ut dictum est.

Sed præterea ad utramque neg. conseq. ob discrimen assignatum, nam comparatio possibilium ad Omnipotentiam, vel positivi negationis ad illam, est comparatio, ut dictum est, effectus ad causam efficientem, comparatio verò negationis ad suum positivum est comparatio ut formæ ad subjectum; constat verò, ut vidimus, posse causam intuitivè cognosci, intuitivè non cognito effectu quolibet in ipsa contento, non tamen cognosci intuitivè, vel abstractivè subjectum, non sic cognita forma ejus, ac proinde optima erit conseq, Cajet. in regulando visibilitatem negationis juxta visibilitatem sui positivi; sive modum cognitionis illius in ratione visibilis juxtà modum cognitionis istius in eadem ratione cognoscibilis, non tamen posteriores consequentiæ oppositæ modum cognitionis effectus juxtà modum cognitionis causæ, in qua continetur.

Quartò colligimus ex hactenus dictis in præsenti, & superioribus §§. circa reductionem cognitionis conditionatorum conditione numquam absolutè implenda, utrumque modum dicendi esse valdè probabilem, tum auctoritate gravium DD. tum rationibus efficacibus, tum præcipuè fundamento Div. Thom., seu in doctrina, & principiis ejus, nam ut vidimus, qui reducunt ad scientiam visionis videntur satis urgere ex eo, quòd pro objecto simplicis intelligentiæ assignat D. Tho. solum possibilia, quæ sunt in potentia Dei, non in decreto.

Tum quia supposito decreto absoluto de dando illis esse licet dependenter à conditione non implenda jam aliquo modo intrant statum liberum, seu lineam futuritionis, quæ spectat ad hanc scientiam. Tum quia Verbum utpote procedens, ut dictum est in communi sententia, ex scientia necessaria, tam subjectivè, quam objectivè, ac proinde ex simplici intelligentia, si semel hæc se extenderet ad aliquod objectum liberum, potuisset per se non procedere ex cognitione aliquorum, ex qua de facto, & per se procedit, sed aliorum, quæ utpotè libera, & subjecta decreto potuerunt non esse, quod est contra ejus immutabilitatem, in quibus fundatur M. Catalam. Tum denique, quia eo ipso, quòd semel cadunt sub illo, sunt jam prout sic aliquo modo extra concipientem, constat autem ex D. Thom. ubi supra, quòd simplex intelligentia sistit in his, quæ sunt intra, seu adhuc in potentia illius, unde hac ratione cætera futura pertinent ad visionem, quia hoc ipso, quod semel futura sunt, jam sunt extra, & non in nuda potentia, nec manent ampliùs in statu puræ possibilitatis, & necessitatis, quod etiam militat de eisdem conditionatis, licet eorum conditio implenda non sit, nam revera prout sic subjiciuntur actui libero divinæ voluntatis, unde poterant non sic subjici, & quoad sui veritatem accipiunt existentiam, (in quo præcipuè fundatur M. Ferre) quod totum perti-

pertinet ad visionem, ergo saltem reductivè pertineat ad istam.

Nihilominus opposita sententia reducens ad simplicem intelligentiam, ut vidimus, non caret urgentibus fundamentis, tum quia prout sic præcisè adhuc non perveniunt ad præsentiam in duratione, in qua est cognitio, quod in doctrina D. Thom. est omninò necessarium ad visionem, ut etiam patet, ut sæpè dictum est, utriusque cognitionis intuitivæ, & abstractivæ definitione. Tum quia licet subdantur decreto, vel actui efficaci divinæ voluntatis, magis tamen decrevit Deus simpliciter reprobare, quàm approbare, seù absolutè non dare, aut communicare esse, unde solum videtur pertinere ad forum existendi per modum recessus, quàm accessus ad illud, & hoc modo solum non esse intra, sed extra, ac proindè non posse sufficiẽter extrahi à simplici intelligentia, licet dicatur hæc sistere in his, quæ sunt intra concipientem, quia nempè non sunt extra ut aliquid absolutè factibile, de quibus intelligendus est D. Tho. salva ejus doctrina, quòd visibile pertinens ad scientiam visionis debeat esse præsens præsentia durationis, non simplicis manifestationis in decreto, seu non sola extraneitate in isto et conque, sed conjuncta præsentiæ durativæ, ex merito cujus verè constituitur visibile, seu pertinens ad visionem, unde non videtur prout sic aliquid afferre, quod etiam reductivè pertineat ad visionem, quia hæc adæquatè clauditur objectivè intra hanc præsentiam, cum tamen sic præcisè exiens de potentia, & non intrans decretum per eandem præsentiam, vel non accipiens illam respectu æternitatis, aliquid principaliter habeat, ut dictum est, quod pertinet ad simplicem intelligentiam, quod scilicet adhuc est de numero eorum, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt; & aliquid ulteriùs, quod cum pertinere non possit ad scientiam visionis, utpote non pertinens ad præfatam præsentiam; saltem reductivè, vel minus principaliter, aut secundariò pertinebit ad illam simplicis intelligentiæ, quæ saltem in virtute juxta D. Thom. est factiva, non tantum remotè ut se habet ad possibilia avertendo decretum, sed aliquo modo proximè secundum quòd connotat illud, cui subjiciuntur prædicta conditionata.

Placuit utriusque fundamenta sic explicare, & urgere ob reverentiam ad præfatos Sapientis. Magistros, quibus etiam pro libera electione alterius partis potest aliquomodo fieri satis ex dictis, & licet utramq; ut dixi, satis probabilem crediderim, posterior tamen videtur magis urgere ob defectum maximè prædictæ præsentiæ omninò necessariæ ad visibilitatem, nam hac ratione laudatus Mag. Catalam, ut jam in superioribus insinuavimus 3. par. qu. 11. dub. 2. ad ar. 1. concl. 2. probat cognitionem habitam à Christo per scientiam infusam de futuris, ut habituris existentiam in tali tempore cum omnibus accidentibus, & circumstantiis non esse propriè intuitivam, quia prout sic, sivè ut futura solum videntur in causa, & non ut præsentia in se, aut saltem in duratione, in qua est cognitio, quæ est præsentia physica, vel realis, & non purè objectiva per speciem, quæ non est sufficiens ad cognitionem intuitivam: quod etiam probat, tum ex Aug. lib. 11. confessionum cap. 17. asserente, id, quod non est, videri non posse, & cap. 18. Videri; inquit, nisi quod est, non potest, quod autem jam est, non futurum, sed præsens est. Tum etiam ex D. Thom. hic ar. 9. incorp. & qu. 2. de veritate ar. 9. ad 2. dicentem solum videri, aut cognosci, intuitivè, quæ habent esse extra videntem, quia scientia visionis dicitur ad similitudinem visionis corporalis, quæ res extra se positas intuetur. Tum denique ex tradita definitione utriusque definitionis, unde concludit, quòd præter præsentiam objectivã requiritur prædicta realis, vel in se, vel in duratione suæ cognitionis, quo circa, inquit, D. Th. ut scientiam visionis statuat in Deo sẽper recurrit ad realem præsentiam futurorum in æternitate, qua mensuratur Dei visio: ex quibus tandem, ut supra infert, quòd licet Deus in decreto efficaci suæ voluntatis ut in causa determinata cognoscat evidenter futura cum eorum existentia, & circumstãtiis, sub quibus erunt, non tamen talis cognitio prout terminatur ad futura præcisè ut sunt in decreto, & non ut sunt jam præsentia in æternitate est intuitiva propriè, quidquid sit, an dici aliquo modo possit intuitiva ex eo quòd ita clarè, & evidenter cognoscatur objectum cum sua existentia, ac si esset realiter præsens cognoscenti, ut eam accipit Cajetanus ibidem dub. 2. §. Et breviter, dum præfatam cognitionem Christi ait esse intuitivam, non tamen id sufficit ad intuitivam propriè, ut contra Alvarez ob adducta motiva vult eidem Mag. Catalam cum Medina, & Cabrera, & ut existimo cum jam communi consensu, utpotè satis expresse ad mentem D. Thom. locis relatis.

Ad duo verò præcipua ejus fundamenta superiùs insinuata, quòd simplex intelligentia solum respiciat juxtà D. Thom. ea, quæ sunt in potentia Dei. Et quod debeat hæc esse omninò necessaria, etiam objectivè, & non libera, utpotè cum ex illa per se procedat Verbum Divinum, quod nequit per se procedere ex cognitione liberorum salva immutabilitate suæ processionis; jam dictum est, & potest ulteriùs fieri satis ex proximè dictis. Nam quoad D. Thom. tenemur omnes interpretari, ne sibi videatur dissentiens, aut contradicere, dum, ut vel ipse ait, perpetuò recurit D. Thom. ad præsentiam in æternitate, ut statuat conceptum visionis in Deo respectu futurorum, quam revera non habent futura conditionata conditione nunquam absolutè implenda. Unde ad mentem ipsius dicimus simplicem intelligentiam solum esse eorum, quæ sunt in potentia Dei sub altero munere, licet quatenus aliquomodo, vel in virtute, practica, aut libera est; possit se extendere etiam ad ea, quæ aliquatenus sunt extra, vel in decreto non factivè, sed magis solum manifestativè; sicut in simili ait D. Tho. infra qu. 34. ar. 4. ad 5. quòd non entia sunt in Verbo non expressivè, & factivè, sicut entia, sed expressivè tantum, & manifestativè, nam hujusmodi futura, cum illis nunquam absolutè sit communicandum aliquod esse, magis obtinent rationem non entis, quàm entis, unde licet sint in decreto, & non in nuda potentia, ac proindè aliquomodo ingrediantur lineam liberi, quia tamen non sunt ibi, ut aliquid absolutè factibile, (quæ ratione fieri possent præsentia in æternitate, ac proindè visibilia propriè) sed magis ut absolutè nunquam factibile, non habent unde extrahi possint à lumine, vel cognitione abstractiva, aut pertinere ad intuitivam, sed relinquenda sunt sub simplici intelligentia, saltem sub posteriori munere, et sic omnia consonent In doctrina D. Tho. §. Per quòd etiam responderi potest ad posterius fundamentum, scil. quòd ad salvandam perseitatem, & immutabilitatem processionis

M 2 Ver-

Verbi ſufficit, quòd ſit ex ſimplici intelligẽtia ot omninò neceſſaria, ſub qua non veniunt objecta libera, ſive quæ aliquomodo cadunt ſub decreto, & quæ poterant aliter exprimi, & manifeſtari, ſcil. ſub ratione non ſuturi etiam conditionatè, & relinqui de puro numero eorum, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nt ſunt omnia poſſibilia, quæ dicuntur eſſe in nuda potentia: aut ſub ratione etiam futuri abſolutè ſi voluiſſet Deus abſoluté eſſe, aut ſub conditione abſolutè implenda, de quibus latè infrà. Ad hæc, ergo omnia componenda in via D. Thom. ſatis probabiliter, ac ſubt.liter diſtinxerunt Autores hujus modi dicendi ſimplicem intelligentiam in prædicta duo munera, ſicut & ad removendam omnem ſcientiam mediam etiam per modum approbationis, ut eam jam communiter Thomiſtæ, ut dictum eſt, diſtinguimus ſcientiam viſionis in alia duo præfata munera, ſcil. contamplationis, & ſactivæ.

Colligitur 5. Diviſionem ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ, & viſionis non eſſe conſundendam, ſiva non eſſe omninò eandam cum diviſione ſcientiæ in neceſſariam, & liberam, quaſi illa ſimplicis intelligentiæ coincidat cum neceſſaria, & illà viſionis cum libera, nam poſſunt ambæ, ut patet ex dictis, otramque rationem induere. Simplex enim iotelligentia juxta priorem modum, & eſt libera prout verſatur circa futura libera conditionatè, quæ poterant non eſſe ſic ſutura conditionata; & eſt neceſſaria, prout reſpicit poſſibilia, & qoidditates rerum, vel prædicata eorum neceſſaria, aut qoæ ſunt in nuda potentia Dei, & ſecundum hanc rationem dicunt communiter Theologi eſſe naturalem, & neceſſariam, nam de his eſt præcipué, & quaſi primariò reſpectu creaturarum; non ſecundum aliud munus, ſub quo attingit eadem conditionata libera, quamvis prout ſic ſiva iſtorum cognitio dicatur quodammodò accedere ad ſcientiam viſionis, in quantum innititur decreto Dei libero, & aliquomodo concernit exiſtentiam exercitam rei, non quæ eſt, ſed eſſet poſita conditione, unde Joan. à S. Thom. appellat ſcientiam viſionis inchoativè, & quaſi in fieri; licet ut dicebamus in eo quod nondum perveniunt eadem futura ad præſentiam in æternitate magis pertinere dicantur ad diſtinctam ſcientiam, ſive ſimplicis intelligentiæ.

Similiter ſcientia viſionis eſt neceſſaria de Deo, & libera prout eſt de creaturis. Fatemur tamẽ, ut etiam conſtat ex ſuperioribus, coincidere eandem diviſionem cum altera notitiæ in abſtractivam, & intuitivam, nam omnia quæ cognoſcit Deus per ſimplicem intelligentiam cognoſcit abſtractivè, & quæ per viſionem intoitivè; omnia ſiqoidem cognoſcit, vel ut præſentia ſecundum durationem, vel nt realiter abſentia, quæ ſunt objectum utriuſq; notitiæ, ot patet ex traditis earum definitiooibus. Unda nulla hic arguitur imperſectio in Deo, ut perperã aliqui imaginantur contra Capreolum, & communem conſenſũ Thomiſtarũ, quòd Deus abſtractivè plura cognoſcat, vel creaturas poſſibiles, quia cum juxta meritum urriuſque definitionis non ſint iſtæ capaces terminandi cognitionam intuitivam, quæ aliàs in Deo eſt eadem cum abſtractiva, tota imperfectio reducitur ad connotatum, ſive ad objectum cognitum, quòd ſic abſtractivè cognoſcatur ob defectum ejuſdem præſentiæ, vel exiſtentiæ in ducatione, in qua eſt cogoitio, quidquid ſit de cognitiona abſtractiva diſtincta ab intuitiva, ut putant, (ſed immerito,) eſſa abſtractivam in Deo, ac proindè non poſſe ſine imperſectione in illo admitti.

Hinc primò etiam inferimus prædictam diviſionem non eſſe in duas ſcientias quaſi in duo attributa adæquatæ diſtincta, ſed ſolum ſecundum diverſa munera, ſeu conceptus, aut denominationes inadæquatas ejuſdem ſcientiæ pœnes connotata, aut objecta ſecundaria, ſcil. creaturas cognitas, ut realiter præſentes, vel exiſtentes, ant non in duratione, in qua eſt cognitio, qood noo ſufficit ad diſtinguendas adæquatè ſcientias, nam ex objecto primario ſub diverſa immaterialitate attendenda eſt, ut vidimus, hujuſmodi diſtinctio.

Ioferimus ſecundò ſimplicem intelligentiam, vel cognitionem neceſſariam ın Deo non differre à ſcientia viſionis, præcisè ex parte modi cognoſcendi, ſeu ſolum per hoc, quòd id, quod Deus ſimplici intelligentia affirmat conditionatà de objecto creato, per ſcientiam viſionis affirmet abſolutè, ut ſi de homine affirmet neceſſariò eſſe animal rationale in ſenſu conditionato, ſi nempé exiſtat, quòd neceſſariò eſt animal rationale, tunc cognoſcat, aut affirmet eſſe talem per ſimplicem intelligentiam; ſi verò affirmec abſoluté eſſe animal rationale, & animal rationale abſolutè exiſtere, tunc cognoſcat, & affirmet per ſcientiam viſionis quaſi ſolum differant ex parte modi affirmandi pœnes judicium conditionatum, & abſolutum; ſed magis ex parte rei ſcitæ, ut docec D. Thom. qu. 2. de ver'tate ar. 9. ad 2., ubi inquit, *Dicendum, quòd ſcientia ſimplicis notitia, & viſionis nullam differentiam important ex parte ſcientis, ſed ſolum ex parte rei ſcita.* Tum quia affirmatio animalitatis, vel rationalitatis de homine, cum ſint prædicata ejus definitiva, ſunt perpetuò affirmabilia abſolutè de illo, & non dependenter à conditione exiſtentiæ ejus, unde cum Deus per ſimplicem intelligentiam ea affirmat ſicut revera illi conveniunt, non conditionatè, ſed neceſſariò, & abſolutè affirmat illa de homine, aliàs æquè neceſſaria eſſet hæc propoſitio, homo eſt animal rationale, ac iſta homo exiſtit, nam hæc etiam eſt neceſſaria in ſenſu conditionato, quia ſi homo exiſteret, neceſsè eſt exiſtere, qood tamen eſt alienum à booa metaphyſica.

Tum quia nt explicat ibi, & hìc etiam D. Thom., ot vidimus, in aſſiguando diſcrimen utriuſq; ſcientiæ, cum Deus ſimplici intelligentia cognoſcat poſſibilia per illam cognoſcit hominem eſſe poſſibilem, ſed eſſe poſſibile neceſſariò convenit illi neceſſitate abſoluta, & non ex ſola ſuppoſitione, quateous ſi exiſteret, nulla ſequeretur contradictio, ut P. Nicolaus Martinez Author illius modi explicat poſſibilitatem rerum, nam hominem eſſe poſſibilem eſt abſolutò neceſſarium, cum ſit neceſſaria habitudo terminorum, ſine ulla omninò repugnantia ad eſſendum, ut etiam conſtat ex ſui contradictoria, ſcil. hominem eſſe impoſſibilem, ſeu habere repugnantiam ad eſſendum, quæ eſt abſolutè falſa; & idem eſt de quocunque alio poſſibili, cujus poſſibilitas conſiſtit in præfata habitudine, ut in ſuperioribus ex D. Thom. infra qu. 25. ar. 3., & alibi de cœlo, & mundo explicatom eſt, ſive in abſoluta non repugnantia ad eſſendum, non verò conditionata, quatenus ſi exiſtit, nulla ſequetur contradictio, ait enim ibi D.Tho. *Dicitur autem aliquid poſſibile, vel impoſſibile abſolutè ex habitudine terminorum, poſſibile quidem, quia non repugnat ſubjecto, ut ſortem ſedere, impoſſibile verò abſolutè, quia prædicatum repugnat ſubiecto, ut hominem eſſe aſinum*, ergo non eſt reducendum præfatum diſcri-

discrimen ad solam diversitatem judicii ex parte scientiæ, sed magis ex parte rei scitæ, quia nempè, ut prosequitur, & explicat D. Thom. in eadem solutione ad 2. *Scientia visionis dicitur in Deo ad similitudinem visus corporalis, qui res extra se positas intuetur, unde per scientiam visionis Deus scire non dicitur, nisi qua sunt extra ipsum, qua sunt vel præterita, vel præsentia, vel futura, sed scientia simplicis notitia etiam est eorum, qua nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, nec alio modo, scit Deus ista, & illa.* Ex quo in ordine, ad infinita de quibus disputat, & ad rem quoque, sic concludit. *Unde non est ex parte scientiæ, quòd Deus infinita non videat, sed ex parte ipsorum visibilium, qua non sunt, si verò esse ponerentur infinita actu, vel successivè procul dubio ea Deus cognosceret scientia visionis.* En iterum, quòd ex parte rei scitæ refundit idem discrimen, ne vel etiam arguatur defectus ex parte Dei, si aliqua non videat, sed ex parte rei visibilis, quia, ut dictum est, non sunt de numero præsentium.

Ex his etiam fit satis ad id, quod opponit prædictus Author, nempè quòd Deus simplici intelligentia utrumque cognoscit, scil. tam essentiam, quàm existentiam, quia utraque potest, seu possibilis est poni in actu, & fundat sua prædicata quidditativa, & necessaria, ac proindè non ex parte objecti sciti, sed magis ex parte scientis differt una ab alia.

Resp. enim ex D. Thom., quòd existentia, (& sic de aliis hujusmodi) cognoscitur simplici intelligentia, quamdiù non est extra Deum, sive sumpta quidditativè, vel in actu signato, quia tunc adhuc non est in statu visibilis, vel præsentis in duratione, in qua est cognitio Dei, cæterum si ponatur extra ipsum, seu in statu visibilis, vel præsentis, sive in actu exercito, prout nempè exercitè constituit assentiam creaturæ in actu essendi, aut sit jàm præsens in eadem duratione, spectat ad scientiam visionis, & non simplicis intelligentiæ, ac proinde ad rem scitam refundendum est præfatum discrimen, ut nempe est visibilis, vel non visibilis ex defectu ejusdem præsentiæ.

Denique inferimus scientiam simplicis intelligentiæ ut necessariam nullatenus esse appellandam scientiam approbationis, quia licet juxta alterum modum dicendi simplex intelligentia se extendat ad futura conditionata, ut explicatum est, & prout sic dicatur approbatio secundum quid, quatenus connotat decretum efficax conditionatum circa eadem futura, non tamen prout sic dicitur scientia necessaria, sed libera simplicis notitiæ, quæ in ordine ad objectum, utpotè absens appellatur, ut vidimus, abstractiva; approbationis verò ut connotat idem decretum, per quod adhuc etiam distinguitur ab illa visionis, quia cum hæc versetur circa objectum præsens præsentia durationis, pecos quam, ut sæpè dictum est, attenditur ratio intuitivi, ait intuitiva, & prout connotat ordinem ad decretum absolutum, & efficax divinæ voluntatis est approbatio simpliciter.

Unde scientia, quæ non supponit actum liberum divinæ voluntatis, nec ad illum importat ordinem tanquam ad medium, in quo suum objectum attingit, qualis est scientia simplicis intelligentiæ necessaria, appellari nequit scientia approbationis etiam secundum quid.

Nec refert, quod asserit Suarez lib. 3. de attributis negativis c. 4. nu. 11. nampè per hanc etiam scientiam Deum plura scire, quæ approbat per simplicem affectum, cum probabile sit etiam intra Scholam D. Tho. Deum simplici affectu, vel complacentia amare creaturas possibiles, quas cognoscit scientia necessaria simplicis intelligentiæ, & juxta etiam D. Tho. eadem scientia est practica, ergo est approbationis.

Non refert inquam, tum quia, ut ostendemus infra de voluntate jam communiter oppositum docent Thomistæ, quòd nempè possibilia reduplicato statu possibilitatis, ubi tantum reperitur bonitas transcendentalis, vel quiditativa, non formalis, & per modum exercitii, amentur, aut amari possint à Deo ob defectum hujus bonitatis, sicut nec videri ob defectum præsentiæ ut ait D. Tho. ubi supra, unde est de subjecto non supponente prædictus affectus, aut simplex complacentia in Deo respectu possibilium, nam amor divinus, ob sui excellentiam, nequit esse sterilis, sed semper est communicativus alicujus bonitatis, vel saltem conservativus illius.

Sed illo etiam admisso adhuc inferri nequit simplicem notitiam esse scientiam approbationis, tum quia simplex affectus nullius bonitatis communicativus dici non potest approbatio, nisi velimus approbari, quod neq; est in se, neque in præparatione causæ, qualia sunt possibilia, esset enim approbatio alicujus de subjecto iterum non supponente. Tum quia licet esset talis, non tamen illum supponit simplex notitia, nec ad illum dicit ordinem tanquam ad medium, in quo cognoscat suum objectum, ut requiritur ad scientiam approbationis ut dictum est, sed magis supponitur ad illum tanquam regula ejus, unde sola visio, & simplex notitia, ut libera, quæ supponunt decretum, & ad illud dicunt ordinem appellari potest scientia approbationis, prior quidem simpliciter, hæc verò secundum quid.

Quòd verò subditur ex D. Thom., quòd scientia speculativa sit practica, patet ex eodem, & ex dictis esse practicam non in actu, sed in habitu, & virtute veluti quidem remotè, aut radicaliter ut est necessaria, vel ut antecedit decretum, vel omnem actum voluntatis, & ut regula illius, si admittatur circa possibilia; deinde quasi proximè, & ut libera est modo in superioribus explicato, & statim qu. sequenti explicando, sive respectu actus conditionati, connotans, & dicens ordinem ad illum, & tunc est approbationis saltem secundum quid, ut dictum est, sed de hoc infra examinando, quomodo concurrat ad productionem rerum.

QUÆSTIO QUARTA.

Quomodo, & quæ scientia Dei sit causa rerum.

ITerum in hac quæstione aggredimur examinandum, quæ viam aperiunt ad scientiam conditionatorum, vel ad alia stabilienda, quæ cum illa connectuntur, difficultas verò est, an utraque, & quomodo, scil. tam simplicis intelligentiæ, quàm visionis cõcurrant, & an directivè tantũ, an etiam executivè, ut affectivè sit causa rerum. Et quidem supponimus, ut certum de fide scientiam Dei concurrere ad productionem rerum, cum sæpè id attestentur

ftentur divina eloquia, *Omnia in sapientia fecisti psal.103. qui fecit cælos in intellectu* psal.135. & ad Ephes.1. , *qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, quod etiam efficaciter probat D.Th. hîc ar.8. dicens: *Scientia Dei se habet ad omnes res creatas, sicut scientia artificis se habet ad artificiata, scientia autem artificis est causa artificiatorum, eo quòd artifex operatur per suum intellectum, unde oportet, quod forma intellectus sit principium operationis, sicut calor est principium calefactionis.* In quo primò innuit, quòd sicut in quolibet artifice creato ad sui artificiati productionem, vel factionem, hæc tria concurrunt voluntas ut movens, scientia ut dirigens, vel imperans, & vis executiva immediatè exequens, ità similiter in productione rerum à Deo concurrit præter voluntatem intellectus, vel scientia ut dirigens, aut etiam imperans, & vis executiva. Quòd deindè explicat simul, & probat primò à simili. *Nam sicut forma naturalis non nominat principium actionis in quantum est forma manens in eo, cui dat esse, sed secundum quod habet inclinationem ad effectum, cui dat esse, ita similiter forma intelligibilis non nominat principium actionis secundum quòd est tantum in intelligente, nisi adjungatur ei inclinatio ad effectum, quæ est per voluntatem.* En quomodo necessariò ad eandem productionem concurrunt forma intelligibilis, sive intellectus, vel scientia, & simul voluntas. Ideoque statim urgens à priori subdit. *Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat, [cum sit eadem scientia oppositorum] non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad unum per appetitum ut dicitur 9. Metaph.* ac si diceret, quòd sicut scientia v.g. artificis, quia est indifferens ad opposita petit per voluntatem determinari ad hoc potiùs, quàm ad illud artificiatum, sive hoc, vel illo modo construendum, ac proindè tria indispensabiliter concurrunt, ut dictum est, ad illius effectum, scil. scientia dirigens, voluntas movens, & vis exequens, ita pariter nisi scientia Dei determinetur à voluntate non poterit hunc potiùs, quàm illum effectum producere, & consequenter utraque necessariò ad illius productionem concurret.

Eandem veritatem latè prosequitur qu.3. de potentia art.1. & 2. cont. gent. cap.23. efficacissimis rationibus, quarum hæc videtur potissima, quia primæ causæ, seu primo agenti debetur perfectissimus modus agendi, vel causandi, sed hic est per intellectum, seu per scientiam, & voluntatem, ergo debet Deo competere. Prob. mi., nam causare, vel agere adæquatè dividitur in causare per naturam, & causare per intellectum, & voluntatem, seu in causare liberè, vel cum dominio suorum actuum, & causare cum determinatione ad unum, sed perfectior modus est per intellectum, & voluntatem ut patet, tum quia agens intellectuale dirigit agens naturale, eoque utitur ut instrumento, unde ejus virtus se extendit ad diversos specie effectus, virtus verò istius determinatur ad unum uniformiter, & eodem modo semper exequendum.

Tum quia modus ille, quo solo potest Deus operari non potest non esse perfectior, sed Deus in ordine ad creaturas solum potest operari liberè, cum à nullo bono creato, utpote finito, & sibi inadæquato necessitari possit, & sibi ipsi sit sufficientissimus, aliàs non esset summè infinitè perfectus in se ipso ergo &c.

Denique ut arguit iterum D.Tho.qu.2. de veritate ar.14. Omnia, quæ habent convenientiam ad invicem ità comparantur, ut vel unum sit causa alterius, vel ambo ex una causa procedant, sed in omni scientia est convenientia plurium, scil. scientia, & scitum, ergo oportet, vel quòd scientia sit causa sciti, vel scitum scientiæ, vel ambo ab uno tertio causentur, sed scitum à Deo nequit esse causa scientiæ divinæ, cum hæc sit æterna, creaturæ verò scitæ sint temporales, nec possunt ambo esse ab alia causa, cum nihil in Deo possit esse causatum, utpotè omnia, quæ habet à se ipso habeat per exclusionem cujuscunque causæ, aliàs Deus non esset ens à se, vel ens per essentiam, ergo necesse est, quòd scientia Dei sit causa rerum.

Rem docit ad praxim ex discrimine inter scientiam Dei, Angelorum, & nostram probando simul, & explicando mi. primi syllogismi; nam nostra causatur à scibili, angelica, nec causat, nec causatur ab illo, sed ambo causantur à Deo, illa verò Dei, nec illo modo causatur, sed causat sua scita, ergo ita est, quòd omnia habentia convenientiam ad invicem, vel unum est causa alterius, vel ambo causantur ab una alia causa, quæ cum respectu Dei sit impossibilis, omnia scita ab illo erunt causata ab ejus scientia.

His suppositis difficultas primò est, an hic influxus scientiæ Dei saltem directivus conveniat soli simplici intelligentiæ, ut frequenter volunt PP. Societatis Molina, Vasquez, Suarez, & alii, itaut hæc solum sit proxima causa directiva, Visio verò solum concomitanter se habeat; an potius visioni, ut communiter defendunt nostri Thomistæ.

Secundò an sit non tantum causa proxima directiva, sed etiam executiva. Tertiò an hæc vis executiva importet, vel superaddat ad scientiam, sive ad intellectum, & voluntatem aliquid virtualiter ab illis distinctum, quod sub aliis terminis infra etiam agitari solet qu. 25., nempè an Omnipotentia, seu potentia executiva Dei consistat formalissimè in divino intellectu practico, an in divina voluntate, an in utraque simul, an verò in potentia virtualiter distincta ab utraque; de quo aliquid etiam dicemus in præsenti ob earum connexionem.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio.

Quamvis scientia simplicis intelligentiæ sit causa productiva rerum mediatè, aut remotè, aut veluti in actu primo, & in virtute, vel etiam quasi proximè respectu futuri conditionati conditione nunquam absolutà implenda, causa tamen proxima earum in actu secundo, vel in exercitio est scientia visionis.

Prima pars quòd simplex intelligentia in virtute, vel in actu primo sit causa patet ex superioribus, & ex illo Apostoli. *Qui operatur omnia secundum consilium*: nam istud denotat cognitionem præviam ad intuitivam, scil. temporis, & modi, quo omnia fieri debent, quod spectat ad actum veluti primum, & explicat D. Thom. in primo dist. 38. quæst. 1. ar. 1. superiori paritate artificis dicens, *Sicut est causalitas artificis per artem suam, ita consideranda est causalitas Divinæ scientiæ.* Sed artifex non solum causat artificiatum per imperium intellectus (quod in

in Deo pertinat ad visionem, & ad quod immediatè sequitur executio operis) sed etiam per judicium, quo scit modum operis exequendi, immò, & per cognitionem ostendentem artificiatum, ut factibile, unde statim subdit. *Est ergo iste processus in productione artificiati. Primò scientia artificis ostendit finem.* (scil. opus artificiatum, ut factibile) *Secundò voluntas ejus intendit finem illum*. *Tertiò voluntas imperat actum, per quem educatur opus, circa quod opus scientia artificis ponit formam conceptam. Unde scientia se habet, ut ostendens finem, & ut dirigens actum, & formans opus.* En quomodo utramque cognitionem assignat ad productionem operis, alteram præviam proponentem, & dirigentem, scil. simplicem cognitionem manifestativam finis, sive artificiati, & directivam actus per modum consilii, vel judicii, quo scit modum, quo fieri debet; alteram verò executivam, vel imperativam operis juxtà formam conceptam, aut ideam, & hæc in Deo pertinet ad visionem, ut statim dicemus, ergo non sola visionis, sed etiam simplicis intelligentiæ est causa, scil. in actu primo, vel mediatè, ut etiam repetit hic, ut vidimus, ar. 8. dum ait, scientiam Dei esse causam rerum ea ratione, qua scientia artificis est causa operis. Et ut colligitur ex eodem infra quæst. 19. ar. 4. ad 4. Scientia Dei est causa rerum per modum dirigentis; negari verò non potest, quòd etiam simplex intelligentia sit directiva saltem mediatè ostendendo rem factibilem, & modum, quo fieri debet, licet immediata directio habeatur per visionem, quia cum immediatè pertineat ad exercitium, expectat voluntatem adjunctam, cui inoititur visio. Unde ait ibidem. *Dicendum, quòd unius, & ejusdem effectus etiam in nobis est causa scientia, ut dirigens, qua concipitur forma operis.* (En præcedens, vel simplex cognitio.) *Et voluntas ut imperans*, non quasi imperium sit actus voluntatis, sed magis intellectus, ut statim constabit, sed quia determinat, ut dictum est, & prosequitur ibi D. Tho. subdens. *Quia forma, ut est in intellectu tantum, non determinatur ad hoc quod sit, vel non sit in effectu, nisi per voluntatem. Unde intellectus speculativus nihil dicit de operando*, scil. immediatè, & in exercitio, quia nempè per simplicem cognitionem, & consilium, vel judicium de fine, & modo operis non præcipit executionem illius, sed tantum ostendit, & manifestat illum, & modum ejus.

Secunda etiam pars, scil. quòd eadem simplex intelligentia aliquo modo dici possit quasi proxima respectu prædicti conditionati colligitur ex probabili illo modo dicendi, quòd ejus cognitio non pertineat ad visionem, tunc enim consequenter loquendo cum non sit alia cognitio proxima, respectu illius, secundum quod importat suo modo aliquod exercitium in sui futuritione, videtur illam obtinere rationem causæ aliquo modo proximæ, & prout libera est, non ut necessaria, aut purè speculativa sistens in puris possibilibus, aut quidditatibus rerum, vel prædicatis earum necessariis, quod in gratiam ejusdem modi, & disputationis dictum sit.

Tertia vero pars, in qua est præcipua difficultas sumitur ex D. Thom. hic at. 8 ubi sic concludit. *Unde necesse est, quòd sua scientia sit causa rerum secundum quòd habet voluntatem conjunctam, unde scientia Dei secundum quòd est causa rerum consuevit nominari scientia approbationis.* Sed ut constat ex dictis scientia Dei intrinsecè innixa voluntati, aut determinata per illam, scientia est visionis, cum determinatio sit ob productionem effectus, quæ proximè non spectat ad simplicem intelligentiam ut dictum est, ergo visio juxtà D. Thom. est proxima causa productiva rerum, non simplex intelligentia.

Ratione deindè prob. Illa scientia est proxima causa productiva rerum, ad quam spectat actus imperii, quo Deus dixit, & facta sunt omnia, sed hæc est visionis, ergo visio est proxima causa, vel regula earum productiva: ma. ast certa, quia cum Deus omnia producat per idem imperium juxta illud psal. 148. *Ipse dixit, & facta sunt*, ad illam scientiam spectabit esse productivam proximè, vel regulam productionis rerum, ad quam spectat imperium productivum earum; mi. verò prob. Actus imperii, qui est actus subsequutus ad efficacem rerum electionem, est scientia visionis, ergo, ma. est D. Tho. 1. 2. quæst. 17. art. 1. in corp. ubi sic concludit. *Unde relinquitur, quòd imperare sit actus rationis præsupposito actu voluntatis, in cujus virtute ratio movetur per imperium ad exercitium actus.* Tum quia imperium est actus practicus liber intellectus, sed omnis praxis intellectus, & practica ejus libertas oritur ex actu, vel electione voluntatis, cum voluntas sit principium movens liberum, ergo imperium est actus intellectus præsupponens efficacem electionem.

Tum quia ut ibidem ostenditur, & qu. 16. antecedente; iste est ordo inter hujusmodi actus, & potentias, quòd postquam voluntas intendit finem, & eligit media proportionata ad illum consequendum, indiget alio actu, qui dicitur usus, quo nempè eandem applicat potentiam exequtivam ad motum, vel operationem, per quam assequatur in re finem intentum, hic verò usus, utpote pertinens ad ordinem exequutivum, & respiciens bonum volitum in ratione exequibilis, seu effective, distinguitur ab electione, quæ pertinet ad intentivum, & respicit bonum electum sub ratione eligibilis, seu intentivè sicut autem electio regulatur per judicium habitum per consilium rationis, & ideo definitur à Phylosopho, quòd est appetitus præconsiliati, ita usus regulatur per actum imperii, quo efficaciter ordinatur, & intimatur executio eorum, quæ electa sunt. Hic vero modus, & ordo sicut reperitur in nobis, ita etiam proportionaliter in Deo seclusis imperfectionibus, ut infra etiam in simili de prædestinatione ostendimus, ergo sicut datur in nobis actus præsupponens electionem, & dirigens usum, pariter datur in Deo præsupponens illam, & dirigens usum, quo divina voluntas applicat ad exercitam productionem creaturarum potentiam suam exequtivam, sive hæc deinde distinguatur, ut supra, vel non, ab intellectu, & voluntate.

Mi. verò, præterquamquod non negatur à Contrariis, constat ex dictis, simplex enim intelligentia, vel nullo modo versatur circa futura, & est omninò necessaria, antecedens omnem actum divinæ voluntatis circa creaturas producendas, ac proindè versatur circa purè possibilia; vel si juxtà alterum superiorem modum se extendit ad futura conditionata conditione nunquam absolutè implenda, neque juxta istum potest ad illam pertinere efficax imperium de productione rei supponans liberam electionem.

Tum quia simplex intelligentia, ut distinguitur à visione respicit res cum indifferentia ad existendam,

dum, vel non existendum, hæc verò ut determinatè sunt sub existentia, ut dictum est, ergo cum actus imperii hoc modo illas respiciat, nec solum ut effectum, sed etiam ut objectum cognitum, cum res determinatè sub existentia sint objectum efficaciter ordinatum per actum imperii, ac per consequens ordinatione cognoscitiva, (rationis quippè est ordinare, ut probat Div. Thom. quæst. 17. relata ex 1. 2. ar. 1.) ad scientiam visionis propriè pertinebit.

Ex his præoccupatur solutio, qua negant contrarii actum imperii esse actum intellectus, sed magis pertinere ad voluntatem, ut actum illius. Quia ut probat ibi D. Thom. imperare, ut patet ex terminis, est ordinare eum, cui imperatur ad aliquid agendum intimando, vel denunciando, sed ordinare per modum cujusdam intimationis est proprium rationis, ergo ad intellectum pertinet imperium non ad voluntatem, licet eam præsupponat, si exprimatur per modum imperativi.

Explicat hoc D. Thom. Nam ratio dupliciter potest aliquid intimare, vel denominare, scil. vel absolutè, & tunc exprimitur per verbum indicativi modi, hoc est tibi faciendum; vel deindè etiam motivè, sive movendo ad hoc, ut cum dicitur. *Fac hoc*. Et quia Primum ad exercitium actus in viribus naturæ est voluntas, ut ostendit ibidem qu. 9. ar. 1., quamvis imperare sit essentialiter actus rationis, præsupponit actum voluntatis, in cujus virtute ratio movet per imperium ad exercitium actus, nam movens secundum non movet, nisi in virtute primi moventis, ergo solum motivè, vel præsuppositivè pertinere potest imperium ad voluntatem, non elicitivè, & essentialiter.

Tum quia imperare quomodolibet sumptum, est quædam dictio, vel loquutio ut patet ex superiori illo psalm. *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt*. Sed dicere, & loqui non spectat ad voluntatem, sed ad intellectum, ergo nec imperium pertinebit ad illam.

Secundò etiam præcluditur altera, quæ concedit quidem esse actum intellectus, sed negat pertinere ad visionem, sed potiùs ad simplicem intelligentiam, esseque judicium de modo, quo res facienda est, dirigens voluntatem divinam ad operis exequutionem. Sentiunt enim scientiam visionis non esse illam, quæ conjungitur ut cunque cum actu voluntatis, sed quæ præsupponit repræsentationem rei futuræ in ipsa, unde solum habet intueri illam, & speculari, non agere.

Contra hoc enim est, quia ut supra, & proximè dicebamus ex D. Thom., imperium est actus subsequens ad efficacem electionem intimans voluntati usum potentiæ exequutivæ, ergo nequit esse actus simplicis intelligentiæ. Prob. conseq. Tum ex terminis, nam simplex intelligentia est indifferens, ut dictum est, ad rem ponendam, vel non ponendam sub existentia, aliàs simplex notitia non esset, si admisceret actum voluntatis in ordine ad rem absolutè exequendam. Tum quia actus intellectus, qui ex motione, vel efficacia voluntatis fit efficax ordinatio, & intimatio voluntati de usu potentiæ exequutivæ, est intrinsecè, & simpliciter, vel perfectè liber libertate practica, & exequutiva, ergo nequit esse actus simplicis intelligentiæ.

Explic. hoc: Nam supposito ordine jam insinuato inter utramque potentiam, sic quod actus intellectus præcedat illum voluntatis, cum hæc non feratur in incognitum, licet actus intellectus, qui primò dirigit voluntatem, ut exeat ista in suum, non sit intrinsecè, vel perfectè liber, utpotè antecedans illum voluntatis, ac proindè ejus directio non oriatur ex virtute relicta ab aliquo actu voluntatis, à qua primò practicè habetur formalis, vel perfecta libertas, actus tamen intellectus, qui ex prævio voluntatis fit efficax non potest non esse intrinsecè, & perfectè talis, sive liber. Hoc enim habent hujusmodi actus ex propriis ob mutuam intrinsecam connexionem, quatenus supra se invicem ferri possunt, quòd mutuò intimè communicant, ut egregiè explicat ibi D. Tho., sic quòd virtus prioris actus remanet in actu sequanti, unde sicut est aliquis actus voluntatis, in quo virtute manet aliquid de actu rationis, ita è converso est aliquis rationis in quo manet aliquid de illo voluntatis, scil. intrinseca, & perfecta libertas, & efficacia ad practicè, & imperativè ordinandum; sed actus imperii, ut dictum est, præsupponit efficacem electionem mediorum accipiendo ex illa efficaciam ad imperandum usum de exequutione rei, ergo erit intrinsecè, & perfectè liber, ac proindè non spectabit ad scientiam simplicis intelligentiæ antecedentem omnem actum voluntatis, sed ad illam visionis præsupponentem illum.

Denique instatur ex superiori replica, quia actus imperii est dictio, seu efficax locutio, & ordinatio de productione rei, ergo non est simplex intelligentia indifferenter se habens ad illam, non relicta sibi virtute, vel efficacia ex aliquo priori actu voluntatis, cum nullum præsuppouat, sicut præsupponit visio.

Expl. hoc, & simul urg. superiora. Nam actus imperii ut fatemur omnes, est actus scientiæ divinæ, quæ in actu proximè est causa rerum (quomodocunq; sit causa de quo conclus. sequent.) sed non potest esse simplex intelligentia, sed necessariò est visio, ergo est actus visionis. Prob. mi. Scientia, quæ proximè, & in actu est causa rerum, non habet eas repræsentare ut purè factibiles, sed ut fiunt, & ut conjunguntur cum propria existentia, sed scientia visionis, & non simplicis intelligentiæ habet sic repræsentare, nam hæc solum habet pro objecto possibile fieri, non fieri rei, vel rem ut in fieri, & in conjungi cum sui existentia, est enim naturalis, & necessaria, ut dictum est, sive sisteus in quidditatibus rerum, & prædicatis earũ necessariis, de quorum numero non est existentia; & licet transeat juxtà modum illum probabilem ad futuritionem prædictã conditionatam, quia tamen hæc cõditio nunquã est absolutè implẽda in ra, non se extendit ad existentiam conditionati, ut absolutè communicabilem, sed magis ut non communicabilem, ut explicatum est, undè res ut actu, vel absolutè conjungenda cum sua existentia est objectum visionis.

Quòd si iterum dicas visionem supponere illam, & contemplari, & non causare, eò vel maximè, quòd exequutio pertinet ad voluntatem non ad scientiam, qua ratione post actum imperii intellectus sequitur in via D. Thom. actus voluntatis, qui dicitur usus, & deindè exequutio, quæ fit per potentias executivas distinctas in nobis à voluntate.

In contra est: nam huic solutioni quoad id, quod primo asserit visionem supponere, & contemplari rem existentem, non causare, tenemur omnes satisfacere, & eodem argumento impugnatur, quia secundum scripturam sæpè relatam expressè habemus scientiam Dei esse causam rerum, sed ut probatum

ast

est, id verificari nequit de scientia simplicis intelligentiæ, ergo visio erit proxime causa, vel regula productionis earum, & tunc tenemur omnes explicare, & distinguere, ut distinguunt Thomistæ, duplex munus in illa, scil. factivi, & contemplativi ad rectam ejusdem Scripturæ intelligentiam, unde licet sub posteriori munere non faciat, sed rem à se factam contempletur, sub priori tamen, vel exquo practica est optimè potest facere illam, nam prout sic, ut supre etiam insinuevimus, est scientia approbationis, & explicatur per decretum efficax divinæ voluntatis de re absolutè ponenda in esse, unde D. Th. ar. 8. hic in fine in corp., ut vidimus, inquit, *Scientia Dei est causa rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam* (scil. idem decretum efficax) *& prout consuevit nominari scientia approbationis*.

Explicatur hoc ex his, quæ latè ostendimus infra, & alibi in lib. de anima. Nam eadem actio intellectus potest simul esse dictio, & intellectio, & sub priori munere producere verbum, sub posteriori verò, seu quetenus pura contemplatio est objecti, speculari, vel contemplari illud, ergo eadem scientia poterit simul esse approbationis, & visionis, & sub priori munere, vel secundum respectum ad decretum, quod supponit, esse factiva, & sub posteriori, vel secundum respectum ed objectum, quod intuetur, esse visiva, vel contemplativa illius, & in hoc magna contingit æquivocatio apud plures Recentiores, ut advertunt nostri Thomistæ, Alvarez lib. 1. responsionum cap. 6., & alii; quòd scientiam visionis limitant ad hoc præcisum munus, unde plura ingerunt argumenta ad probandum, quòd scientia visionis formalissimè, ut scientia visionis est, cum sit purè contemplativa, & intuitiva supponit rem factam, ac proindè repugnat esse causam efficientem illius.

Ceterum nullus Thomista id unquam asseruit, quòd prout sic eam faciat, & non supponat factam, sed contendit non esse factam à distincta scientia, sed à se ipse sub altero munere, quo practica, & approbative est ex vi applicationis decreti, quod supponit, & cui innititur, & hoc eptissimè arguunt ex Scriptura, ut dictum est, dum vident productionem rerum attribui prædicto imperio, *ipse dixit &c.* unde consequenter ad illem dicunt scientiam visionis esse productivam per actum imperii formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, ac proindè argumenta, quæ ipsi multiplicant, sunt quoad nos de subjecto non supponente, & fingunt hostem, quem feriant.

Ex his etiam impugnatur altera pars solutionis, quæ recurrit ad voluntatem. Nam quamvis libenter fateamur hanc esse causam, non tamen tenemur, nec possumus excludere scientiam contra præfatum, & expræssum textum scripturæ, quæ hanc etiam causalitatem attribuit scientiæ, unde integre, & adæquata causa ed hæc omnia componenda, dicimus, quòd est efficax volitio, & prædictum imperium, sive scientia visionis per illud, & utraque in suo ordine, ut explicatum est. Quidquid sit, an hæc non tantum directivè, sed effectivè etiam concurrat, de quo conclusione sequenti.

Breviter tamen potest id probari sic, & simul impugnari solutio quoad hanc partem. Nam præcedens dictum Scripturæ non denotat puram directionem, sed factionem, ut patet ex illis terminis, *& facta sunt, & creata sunt*, sed hanc factionem profert immediatè sequutam ad imperium, ut per se patet, ergo scientia per imperium non est tantum directiva, sed etiam factiva.

Secundò quia idem imperium expressum per lii *Dixit*, & perlii *Mandavit* non est nunciatio purè manifestativa, sed practica intimatio, vel præceptive exequutionis sic exprimenda, ut supra cum D. Tho. *Fac hoc*, vel hoc est tibi faciendum, ergo intellectus, vel scientia per illud non præcisè dirigit voluntatem, ut exequatur, sed etiam dictat exequutionem operis, ac proindè pertinet ad efficientiam illius non putè respiciendo rem, ut factibilem, sed ut faciendam ex vi ordinationis, & intimationis ejusdem imperii.

Explicatur hoc, & simul urgentur superiora. Nam hic est ordo productionis rerum à Deo in exercitio, & proportionabiliter cujuscunque agentis intellectuelis, si velimus ordinatè, vel à consilio, & sapienter procedere; nempè quòd per actum intellectus dictet volunrati ut fiat hoc; ex parte verò istius, quòd acceptetur res intimata, vel dictata, quo supposito res ponitur in esse virtute utriusque, scil. intellectus efficaciter ordinantis, vel intimantis ejus exequutionem, & voluntatis acceptantis, vel approbantis, ergo pro priori, quo imperium præcedit usum voluntatis, jam res repræsentatur ut ponenda in exercitio virtute sua, licet sit necessaria simul approbatio voluntatis, ut eam edæquatè repræsentet scientia, scil. ut à se factam, & sic actus imperii non solum est actus scientiæ visionis, sed hæc etiam per illud effectivè concurrit ad rei productionem.

Ex his prob. secundò principaliter conclusio destruendo fundamentum jam insinuatum oppositæ sententiæ. Ex eo scientia visionis non est causa rerum, quia omnis visio rei supponit rem, cujus est visio, ac proindè eadem supponere tenetur rem factam, & ex vi alterius scientiæ existentem, sed hæc ratio est insubsistens, ergo est causa earum, ma. est eorum fundamentum: mi. verò præterquamquòd constat ex proximè dictis, præterea etiam probatur, quia si prædicta ratio aliquid probat, pariter probat, nec actum voluntatis posse esse causam, quod nec Contrarii, nec ullus admittit, ergo. Prob. mi. non magis visio supponit rem visam, quàm volitio rem volitam, ergo si quia visio supponit non facit, nec faciet volitio; vel si nihilominus facit volitio, poterit facere visio.

Sed præterea prob. eadem mi. ostendendo falsum esse, quòd teneatur visio in Deo supponere rem factam, sicut nec tenetur volitio supponere illam, ac proindè quòd sit omninò insubsistens eadem ratio; & quidem primò ex PP. Nam Augustinus lib. 13. confessio cap. 38. inquit. *Nos itaque, quæ fecisti vidimus, quia sunt, tu autem quia vides ea, sunt*, quod & alibi repetit, ut dicemus conclus. sequenti. Similiter Gregorius 20. moralium c. 23., *quæ sunt ab æternitate non ab æternitate ejus ideò videntur, quia sunt, sed ideò sunt, quia videntur*, & lib. 32. c. 6. *Non existentia videndo creat, existentia videndo continet, quidquid erge creator non videt, essentia subsistendi caret.* Sed inter cœteros Chrysologus sermo 34. pro more eleganti sui acuminis hanc visionis efficaciam in contemplando intuitum illum Christi ad mulierem Senguinis fluxum sic describit exponens verba illa Evangelistæ sive Matt. cap. 5. v. 22. *At Jesus Conversus, & videns eam*, inquit, *Jesus Conversus non motu corporis, sed divinitatis aspectu &c. vidit eam divinis oculis, non humanis, vidit, ut saluti redde-* ret.

ret, non ut agnoſceret, quam ſcie'a. Vidit eam, denatur bonis, malis caret, quam videt Deus .... Vidit ergo iſtam Deus, quam curando reddidit ſic felicem. En quomodo apertiſſimè ad viſionem faciunt ſubſequi effectum, non verò antecedere illam. Et quidem ut præoccupemus ſolutionem, non loquuntur SS. PP. de quacunque ſcientia Dei, ſed quæ exprimitur per *videre*, quod niſi velimus abuti terminis, expreſsè indicat ſcientiam viſionis, nam ſcientia ſimplicis intelligentiæ, utpote neceſſaria, & naturalis, & ſolum libera, vel approbationis ſecundũ quid juxtà modum illum probabilem, non ſe extendit ad viſibile intre forum exiſtendi, ut dictum eſt.

Daniq; id ipſum clariſſimè docet D. Th. in 1. diſt. 39. q. 1. ar. 1. ad 5. dicens. *Licet eſſe, & ſcire Dei ſint idē ſecundum rem, tamen ſcire ſequitur voluntatem, ut imperatum ab ipſa, eſſe autem non, & ideò eſſe ſuũ non ſubjacet libertati voluntatis, ſicut ſcire operativum creaturæ*, & ar. 2. ad 1. *Scire*, inquit, *Divinum reſpectu futurorum eſt ſubjectum libertati voluntatis.* Certum eſt autem, quòd ſcientia ſubjecta decreto, & voluntati divinæ, & ab ipſa imperata, & aplicata non eſt ſimplicis intelligentiæ, quæ antecedit omnem actum voluntatis de re abſolutè ponende in re, ſed viſionis, unde de illius mente nullo modo dubitandum eſt, nec niſi violenter trahi poteſt ad oppoſitem ſententiem, eò vel maximè, quòd hic ar. 8. ad 1., & qu. 2. de veritate ar. 14. iterum ed 1. ſolvit Authoritates Origenis, & aliorum PP., quibus nituntur Contrerii.

Sed deindè probatur eadem mi. ratione. Ex eo volitio non ſupponit, quia ob ſui efficacciam facit rem volitam, ſed etiam ſcientia viſionis facit eam ob ſuam efficaciam, ergo rma, eſt certa, aliàs nec volũtas, nec ejus volitio eſſet cauſa rerum, mi. verò etiam patet tum ex ſuperioribus, tum proxim è ex SS. PP., tum, quia efficacia debita ſcientiæ divinæ, ut verificetur eſſe cauſam rerum, ut affirmat ſac. Scriptura, attribui nequit ſimplici intelligentiæ, ut diſtinctæ à viſione, ut probatum eſt, & patet, nam cum non diſtinguatur à viſione ex parte ſubjecti, ſive Dei, ut etiam oſtenſum eſt, ſed tantum ex parte craturarum, nequit ad illas ſe extendere, ut cadunt ſub decreto, vel ut intrat forum exiſtendi, & ut abſolutè ſunt ponendæ in re, ergo efficacia conveniens ſcientiæ Dei in ratione cauſæ ad illas attingendum prout ſic, attribui non poteſt ſimplici intelligentiæ, ſed viſioni, unde ut ſuppono in communi ſentẽtia Theologorum, ſcientia, qua Deus res futuras, & exiſtentes cognoſcit, eſt viſionis, non ſimplicis intelligentiæ.

Dices primò ità eſſe, quòd ſimplex intelligentia nudè ſum pta non dicat hanc efficaciam, ac proindè nequeat prout ſic eſſe cauſa, ſecus tamen poſita determinatione voluntatis; quæ illi adjungitur quaſi extrinſecè.

Dices ſecundò eſſe diſcrimen inter viſionem, & volitionem, quòd illa ut vocabulum ſonat, puram dicit contemplationem, & ſpeculationem rei, & ità repugnare in terminis, quòd quis videndo objectum efficiat illud, cæterum volitio cum ſit extra genus ſpeculationis ſine ulla contradictione poteſt eſſe factiva rei volitæ, unde optimè poteſt quis volendo rem, ponere eam in praxi.

Sed utraque ſolutio facilè impugnatur ex dictis, & eodem argumento; prima quidem, quia poſita ten. el determinatione, & aplicatione voluntatis, ſcientia Dei ſtatim eſt viſiva, libera, & approbativa, non purè cognoſcitive, cum ſit jam efficax preparatio in cauſa, & reſpiciat præſentiam phyſicam rei in duratione, in qua aſt cognitio, ergo niſi velimus de medio tollere ſcientiem viſionis, vel utramque confundere, nequit ſalva ſui diſtinctione à viſione, ſe extendere ſimplex intelligentia, ut ab illa diſtincta ad objectum exiſtens, vel futurum futuritione abſolutè implanda, ſive ante, ſive poſt decretum, & aplicationem voluntatis, niſi velimus eſſe ſecundam cauſam rei, cujus, ut ſimplex intelligentia eſt, non eſt cognitio, cum, ut patet ex utriuſque definitione ſæpè relata, ſit tantum cognitio eorum, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec erunt unquam; viſio verò ex oppoſito ſit eorum, quæ ſunt, vel fuerunt, eut erunt, ut iterum ſuppono ex communi conſenſu.

Secunda verò ſolutio deficit in eo, quòd poteſt viſionẽ Dei eſſe ſterilem, ſicut noſtram, nam eadem ratione deberet id etiam inferre de volitione Dei, cum paritet noſtra ſterilis ſit: in quo pariter deficiunt, quòd eandem volitionem ponunt ſterilem circa poſſibilia per modum ſimplicis complacentiæ, ut conſtabit infra, & conantur etiam, ut alibi dictum eſt, ſtatuere in juſtificatione impii ſaltem de potentia abſoluta, ſpecialem tunc dilectionem ejus erga illum purè negativam, vel non communicativam gratiæ, aut alicujus ſanctitatis interioris, ac proindè etiam remiſſivam unius peccati, & non alterius, quod repugnat amori Dei, & divinæ bonitati, præcipuè tam ſpeciali, ut contingit in eadem juſtificatione, de quo ibidem, & alibi de pœnitentia. Tenentur ergo in caſu aſſignare diſcrimen, cur noſtra volitio non obſtante, quòd ſit extra genus ſpeculationis, efficaciã non habeat ad ponendam rem extra volentem, ſed teneatur ſupponere illam jam factam, cujus eſt volitio, divina verò habeat, & non ſupponat, unde quòd volunt s divina, vel ejus volitio non ſupponat, ſed ponat rem extra nunc eſt præciſè, quia eſt extra genus ſpeculationis, ſed quia ex eo quòd divina eſt, & primi agentis, qui operatur per intellectum, & voluntatem, & habet ex propriis hanc efficaciam, quòd ſit virtualiter tranſiens, & res omnes produ it ed extra, & nulla ſupponit.

Ex his impognatur ſolutio. Deus non ſolum aſt cauſa per voluntatem, ſed etiam per ſcientiam, & imperium, ac proindè per viſionem, cojus eſt imperium, ut probatum eſt, ergo non ſola volitio, ſed etiam viſio habet efficaciam ponendi rem ad extra, altera ſcil. per modum approbantis, vel & exequentis, altera verò, ut dictum eſt, per modum efficacitet ordinantis, quidquid ſit de viſione creata ſiſtente ob ſui imperfectionem intra puros limites ſpeculationis. Ex quo iterum patet eſſe omninò diſtinguenda in eadem ſcientia viſionis priora illa duo muuera, vel formalitates contemplationis, & factionis, cum hæc poſterior attribui non poſſit, ut oſtenſum aſt, ſimplici intelligentiæ.

Urg. hoc: nam Deus, & quælibet cauſa in univerſum magis verificatur, aut concipitur, quòd ſit cauſa per id, per quod præcontinet, & abſolutè efficit rem producendam, quàm per quod non præcontinet, & ſolum inclinatur, & tantum determinat ad producendam hanc potiùs, quam illam, ſed primum habet per intellectum, & ſcientiam, ſecundum verò per voluntatem, ergo ſi ſemel fatemur cauſare per voluntatem, à fortiori tenamur fateri, quòd cauſet per intellectum, & ſcientiam, vel viſionem, conſeq. tenet, & ma. patet ex terminis; mi.

mi. verò probatur, nam Deus præcontinet per ideas residentes in intellectu, & à voluntate solum habetur inclinatio, & determinatio virtutis operativæ ad hunc potiùs, quàm ad illum effectum, ergo solum per intellectum tanquam per vim præcontentivam, & factivam, per voluntatem verò, ut inclinativam, & determinativam habet causare.

§. II.

Statuitur secunda Conclusio.

SCientia Dei non solum est directiva, sed etiam effectiva rerum ad extra. Est iterum communis Thomistarum, & aliorum asserentium Deum res ad extra producere, ut proximè insinuavimus, per actum imperii formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, qui est actus intellectus, & scientiæ ejus, vel visionis, ut dictum est; an verò sit se ipsa immediatè, vel intransitivè effectiva, vel per potentiam exequutivam superadditam dicemus infrà. Et quidem etiam supponimus, ut supra, ad id aplicari per voluntatem efficacem tanquam per primam rationem moventem quoad exercitium liberum; de quo etiam iterum infra.

Sumitur verò ex pluribus Scripturæ locis Proverb. 3. *Dominus Sapientia fundavit terram, stabilivit cælos prudentia*. Et cap. 8. *Quando præparabat cælos aderam, quando appendebat fundamenta terræ*, & ex illo psalm. 148. *Ipse dixit, & facta sunt*. & Joan. 1. *omnia per ipsum*, (scil. Verbum, quod est sapientia genita) *facta sunt*. Sed facere fundare, stabilire, appendere, præparare, & dicere, qui sunt actus intellectus, non dicunt intuitum purè directivum, ut manifestè patet in Verbo divino, nisi velimus, quòd dicere, quo Pater ab æterno ipsum genuit, non sit productivum, sed purè directivum, quod est alienum, ergo.

Idem docent laudati Patres, (ut vidimus.) superiori §. Et iterum D. Augustinus 15. de Trinitate cap 13. apud D. Thom. hic ar. 8. in argum. sed contra dicens; *Universas creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideò novit Deus, sed ideò sunt, quia novit: non enim nescivit, quæ fuerat creaturus, quia ergo scivit creavit*. Certum est autem ibi loqui de scientia libera, & innixa decreto, non de simplici intelligentia, cum hæc non se extendat ad futura, ut futura, quæ sunt jam præsentia in æternitate, vel præparata in causa, de quibus loquitur ibi, ergo si secundum D. August. res sunt, quia Deus eas novit, vera causalis existentiæ creaturarum, & producendi illas est practica Dei cognitio.

Idem docet ibi 11. antec. cap. 10., & Tertull. in Apoleg., & D. Thom. hic, ubi ut vidimus scientiam Dei affirmat esse causam creaturarum, sicut scientia artificis est causa artificiatorum, sed ut docet 1. 2. qu. 57. ar. 3. ex Phil. 6. Ethic. cap. 3. & 4., & alibi in 1. supra relato dist. 38. qu. 1. ar. 1. in corp. scientia artificis, non est purà directiva, sed effectiva; *Ars enim nihil aliud est, quàm recta ratio aliquorum operum faciendorum* (inquit priori loco,) *Unde sicut est causalitas artificis per artem suam*, (inquit posteriori) *ita considerandа est causalitas divinæ scientiæ*;

Ex his, & ex dictis superiori §. quæ etiam faciunt pro hac conclusione, breviter prob. Nam Deus per actum imperii non tam directivè, sed effectivè influit ad productionem rerum, ut patet ex scripturis relatis, & PP., & ex illo Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux*, sed actus imperii, ut probatum est, & ostenditur prima secundæ ubi supra, imperiū ad intellectum pertinet, & est actus scientiæ practicæ, vel visionis, ergo scientia Dei practica, vel quæ est causa rerum non tantum diractivè, sed etiam effectivè concurrit ad rerum productionem.

Explic., & urg. hoc. Quia ut rectè ponderat, & discurrit hic à S. Thom. Deus dicendo (qui est actus intellectus) operatur in executione, ut patet eisdem locis, sed non est ratio, cur non intelligatur de ipso dicere, & in omni proprietate, cum vel etiam ut vidimus, de hoc imperio, vel scientia magis verificatur ratio causæ in Deo, quàm de voluntate, vel volitione, ergo præter nudam intellectus propositionem, qua dirigit voluntatem, ut afficiatur erga objectum, vel eligat illud, requiritur directio, & imperium intellectus ad executionem aplicans, & movens, ergo non sufficit ponere in Dao tantum scientiam directivam voluntatis, ut eligat, & determinatam rem velit, sed etiam necessaria est post hanc determinatam volitionem, alia intellectus propositio, seu efficax ordinatio movans ad executionem, & hæc est causa rerum sicut imperium dicens, & faciens, ut exprimitur locis ralatis, & sicut ars factiva, ut innuit D. Thom. ubi supra qu. 57. primæ secundæ; & hæc dicitur scientia visionis, quia jam fundatur, ut dictum est super libera, & determinata volitione, & ordinat de executione, ac proindè est causa efficax executionis, & existentiæ quoad exercitium non purè directiva estò scientia visionis sit, quia visio divina, ut vidimus contrapositivè ad nostram creatam, non tendit ad objectum, ut purè speculabile, vel possibile, sivè ut indifferens ad existendum, vel non existendum, sed ut in executione ponendum à se, & consequenter ut determinatè existens, vel præsens præsentia durationis, non supposita ab alia causa, sed à se constituta, licet supponat determinationem voluntatis, ut dictum est, ad hanc potius rem constituendam præsentem, vel existentem, quàm aliam, non ut adæquatè sibi dantem efficaciam ad executionem, quia dicere, vel imperium Dei virtute propria efficax est, non purè sterelis, aut speculativa, ut patet in productione ad intra, & manifestat scriptura in productione ad extra, cum statim quòd dicit Deus, res facta est. Quamvis verò causalitate, & ordine naturæ præcedat existentiam objecti non tamen tarminatione, & duratione, nam sufficit ad scientiam visionis, quòd simul coexistat, & duret cum suo objecto, & non requiritur, quòd nec etiam prioritate causalitatis, & naturæ præcedat.

Ex quibus etiam fit argumentum. Non minus dicere Dei est efficax, & fœcundum ad producendum ad extra, quàm sit ad intra; licet ad extra libere, & in tempore, & solum præparet ab æterno; producat verò ad intra naturaliter juxta meritum supremi illius misterii, & ab æterno; sed ad intra non concurrit ad productionem Verbi purè directivè, sed verè producit illud, nisi velimus Verbum produci per voluntatem, quod est alienum, ergo nec ad extra concurret ad productionem rerum purè directivè, sed etiam effectivè. Confirmari potest hæc conclusio, ut insinuavimus, ex his, quæ dicta sunt superiori §.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arguitur contra primã,(& militare potest etiam contra secundam) sumpto fundamento ex D. Thom. hic ar.8.,ubi in corp. ,ut vidimus, docet, quòd illa scientia est causa rerum, quæ cum de se sit indifferens ad opposita ex determinatione voluntatis habet producere determinatum effectum, sed scientia indifferenter se habens ad opposita non est scientia visionis, quæ jam supponit, aut versatur circa existentiam, vel præsentiam rerum in æternitate, sed simplicis intelligentiæ, ergo hæc adjuncta, vel superaddita illi extrinsecè determinatione voluntatis erit causa futuri ut attingendi deindè in ratione jam causati per scientiam visionis; neque enim est inconveniens, sed potiùs necessarium quòd scientia visionis subsequatur determinationem liberam voluntatis.

Id etiam tradit D. Thom. qu.2. de veritate ar.14. in fine in corp. dicens: *Res scitæ procedunt à Deo, sive ab ejus scientia per medium voluntatis*. Quod repetit ad secundum, cujus rationem præmittit in eodē corp., quia nempè, *scientia significatur per hoc, quid est aliquid in sciente non ex hoc, quod aliquid sit à sciente, & ideo à sciente nunquam procedit effectus nisi mediante voluntate quæ de sui rationem portat influxum quendam in volita*. En quod influxum causativum, vel effectivum non attribuit D. Thom. scientiæ, sed voluntati, ac proinde scientia tantum concurret proponendo, & dirigendo, quod spectat ad scientiam simplicis intelligentiæ, non visionis, quæ supponit rem jam causatam. Et idem docet etiam in Primo ubi supra dist. 38. ar.1.

Ad hoc patet ex dictis, nihil inferri posse contra nostram sententiam, sed magis eam confirmare, nam libenter fatemur cum D. Thom. ibidem, quòd scientia, quæ indifferenter se habet, & quæ prout sic radicaliter, vel per modum actus primi est tantum causa rerum, qua ratione nominat scientiam simplicis intelligentiæ, adjuncta deindè voluntate, quæ est primum movens in exercitio, fit tunc causa proxima earum, sed hæc non est simplex intelligentia. sed visionis, ut ostensum est, quia tunc jam est practica, & libera simpliciter, & versatur circa rem existentem, saltem in præparatione causæ, ac proindè realiter præsentem in duratione, in qua est cognitio, quod propriissimè spectat ad visionem, seu cognitionem intuitivam, ut patet ex ejus definitione, & hæc est nostra prima conclusio, quæ etiam supponit ut vidimus, utramque scientiam non distingui, ut duo attributa scientiæ, vel ex parte subjecti, sed tantum objectivè, & quia objectum statim fit visibile, vel visum adjuncta voluntate, seu determinatione ejus per decretum, hoc posito statim denominatur scientia visionis, quæ ante illud & ut respiciebat idem objectum ut purè possibile, & consequenter cum indifferentia ad esse, vel non esse, denominabatur simplex intelligentia, & hoc est, quod intendit D. Tho. ibidem, non quod adjuncta eadem determinatione voluntatis adhuc perseveret in ratione, vel denominatione simplicis intelligentiæ, aliàs simul proximè esset simplex intelligentia, & visio respectu ejusdem objecti, quod est alienum, & ab eodem Angelico, & à communi consensu.

In forma ergo concessis præmissis nego suppositũ consequentis, quòd adjuncta voluntate, & consequẽter reali præsentia objecti in duratione, in qua est cognitio, perseveret, aut perseverare possit eadem scientia extensivè respectu istius, sed tunc transit ad exercitium, vel munus visionis, sicut transit objectum ad illud existentiæ, vel futuritionis, & præsentiæ, nam prout sic non spectat ampliùs ad objectum simplicis intelligentiæ, vel cognitionis abstractivæ, sed intuitivæ.

Ad secundam similiter dicimus nihil omninò inferri posse ex eisdem testimoniis contra nos, sed iterum confirmari utramque conclusionem, cum eandem pariter doctrinam tradat ibidem, quam hic ar.8., & utrobique determinet scientiam Dei esse causam proximam productivam rerum. Duo, ergo dicit ad nostrum intentum, alterum est, quòd cum intellectos contrapositivè ad voluntatem trahat ad se res, voluntas verò trahatur, ideò rectè explicat habitudinem scientiæ per hoc, quòd scitum sit in sciente, illam verò voluntatis, quòd sit in rem volitam. Alterum verò, quòd ex hoc ipso infertur, nempè quòd scientia in quantum hujusmodi, vel prout sic præcisè, aut secundum eandem habitudinem non dicit, quòd aliquid per illam sit à sciente, sed magis in sciente, ut dictum est, cæterum ex eo quòd divina ast, & ejus imperium ob illius efficaciam est virtualiter transiens, optimè potest superaddita determinatione voluntatis, actu per illud transire non tantum directivè, sed etiam effectivè, non per solam simplicem intelligentiam, quæ prævenit eandem determinationem, nec perseverare potest objectivè post illam, sed per visionem, non sub puro munere visionis, sed sub illo artis, vel factivæ seu sub ratione practicæ, quia licet antevertendo omnẽ determinationem liberam sit tantum operativa veluti per modum actus primi, vel virtute, ant radicaliter, & remotè, tamen posita libera determinatione voluntatis est actu proximè causans per sui imperium, quod non spectat ad simplicem intelligẽtiam ut dictum est, sed ad visionem.

Unde hac ratione dici D. Tho. quòd res non sunt à scientia, sed à libertate, vel à voluntate, quia ejus habitudo est rei scitæ in sciente, non à sciente nisi per liberam determinationem voluntatis. Ex quo etiam fit, quòd res non statim tenentur produci, aut poni à parte rei, ac sciuntur, quod erat intentum argumenti, sed solum quando voluntas determinat, quia scil. inquit: *Res procedunt à scientia mediante voluntate, unde non oportet, quòd in esse prodeant, quandocunq; est scientia, sed quandocunque voluntas determinat*. Ex quo patet non esse ad rem inferre, vel quòd sola simplex intelligẽtia superaddita voluntate sit causa rerum, & non sciẽtia visionis, vel quod sola voluntas affectivè, vel executivè concurrat ad earum productionem, sed solum quòd scientia Dei non sit proximè, & in actu secundo causans, & ponens rem actu à parte rei nisi supposita libera derminatione voluntatis, aut determinetur per illam, quod libentissimè fatemur, inferendo ulteriùs, & quidem legitimè, quòd sola scientia visionis sit hoc modo causa, cum sola illa versetur circa objectum sic liberum, & præsens, vel existens, & non simplex intelligentia, & quamvis supponat illud sub altero munere, non tamen sub omni, nec ab alia cau-

causa, aut scientia causatum, sed à se ipso sub altero eorum, ut dictum est.

Sed instas. Nam per nos, & juxta solutionem simplex intelligentia est causans virtute, & per modum actus primi, ergo erit jam proximè, & in actu superaddita voluntate, vel ejus extrinseca determinatione. Prob. conseq. Nam illi principio in universum convenit actualis operatio, cui convenit virtus operativa per modum actus primi, ut patet inductivè, ergo si hæc convenit simplici intelligentiæ, eadem sola erit causa proxima, tantum superaddita voluntate.

Resp. neg. conseq. Ad prob. dicimus primò, quòd tenemur omnes respondere, si velimus sustinere celebrem hanc distinctionem utriusque scientiæ, nam simplex intelligentia, ut sic distincta à visione tenetur utpote necessaria, sistere in possibilibus, aut nisi etiam velimus, quòd eadem distinctione supposita dirigat, & causet rem non cognitam, cum ut toties dictum est, objectum semel lotrans forum existendi, vel præsentiæ durationis non pertineat ampliùs ad simplicem intelligentiam, sed ad visionem.

Unde ad eandem distinct: antecedens, illi principio intransitivè nego, transitivè ad munus visionis, seu liberi, & practici conc., quia dum fit transitus ad statum, aut objectum liberum, vel practicum, non potest illa descendere sub munere, aut ratione simplicis intelligentiæ, aliàs sub eadem indivisibili ratione simul esset necessaria, & non esset, sed libera, quod est evertere tam celebrem, & communem distinctionem. Unde salva eadem tenemur asserere omnes, quòd sit operativa per modum actus primi, non ut cunque, vel etiam extensivè, sed cum determinatione, aut cum particula exclusiva, scil. *tantum*, reduplicato concepto simplicis intelligentiæ, quia sub isto, ut ait D. Tho. tantum importat indifferentiam ad oppositum, unde nequit illi prout sic convenire operatio, quæ petit subjectum sub statu determinationis.

Secundo arg. præcipuo fundamento oppositæ sententiæ jam insinuato. Quia ratio visionis, vel intuitionis supponit rem jam existentem, ergo nequit esse factiva illius. Prob. ant. Tum ex definitione tradita cognitionis intuitivæ, contrapositivè ad abstractivam, hæc enim est rei absentis realiter, illa verò præsentis durationis; sed res non sit præsens duratione sine existentia ergo. Tum quia hoc sonat visio, vel intuitio, quòd sit pura contemplatio objecti jam existentis, sed solum concomitanter dicetur causa illius, quatenus identificatur cum scientia, quæ causat res, non formaliter, aut in in sensu causali proprio, quasi ipsa sit causa earum.

Urg. ex Herice hìc disp. 10. cap. 1. Quia secundum D. Thom. priùs est futura coexistere æternitati, quàm videri à Deo, si quidem coexistentia in æternitate est causa, seu ratio, quòd objectum intuitivè videatur, sed hoc quod est coexistere æternitati non potest causari à scientia visionis, sed simplicis intelligentiæ, quia aliàs visio præcederet coexistentiam ipsam in æternitate, & sic etiam præcederet se ipsam in ratione visionis, ergo non poterit in ratione visionis esse causa.

Urg. ulteriùs. Quia visionis scientia formaliter ut talis supponit voluntatem liberè, & efficaciter determinatam ad causandum, ergo non pertinet, sed supponit hanc lineam causalitatis. Prob. conseq. Quia si pertineret, vel aliquid adderet ad illam, voluntas non esset sufficienter determinata ante illam, ergo si semel supponitur efficaciter determinata, ac proindè etiam applicata, nequit scientia visionis aliquid addere, quod ad causalitatem spectet. §. Urg. secundò. Quia nequeunt hæc duo componi in eadem scientia visionis, & quòd priùs causet res, & quòd deindè eas videat, ergo vel non causat, vel eas non videt. Prob. antec. Nam scientia artificis, cui sæpè D. Thom., ut dictum est, comparat scientiam Dei causativam rerum, non videt ante factum, nisi postquam causatum est, ergo si scientia visionis causaret res, eas non videret.

Ad hoc dico in primis ut supra, quòd est solvendum ab omnibus, salvis scripturæ, & testimoniis Patrum adductis, & communi jam consensu Theologorum, quòd scientia simplicis intelligentiæ sit simpliciter necessaria, ut etiam salvetur invariabilis processio Verbi, quod ex eadem procedit, ac proindè quòd non pertineat ad lineam liberi simpliciter, vel practici, & causativi ad extra, & consequenter, nec imperium divinum, cui prædictæ authoritates attribuunt factionem, & productionem rerum, ad illam non pertineat, tunc enim tenemur recurrere omnes ad scientiam visionis, & explicare, quomodo juxtà scripturam, & Patres & communem mentem Theologorum possit, vel non possit causare, sive componere utrumque conceptum in se ipsa causativi, & contemplativi, ac per consequens solvere argumentum cum suis confirmationibus. Deindè est iterum solvendum in superiori instantia cognitionis productivæ ejusdem Verbi, quæ simul est productiva, & visiva.

Pro omnibus ergo dist. ut supra ant., visio, & intuitio in nobis, transeat, vel conc., in Deo neg., vel sub dist., sub munere, vel formalitate visionis, seu contemplationis conc. factionis neg. Nam scientia divina, ut patet in eadem cognitione productiva Verbi, potest utrumque munus gerere, nec impediri ab illo visionis, vel contemplationis, ut sit fœcunda etiam ad producendum, ac proindè non tantum respicere suum objectum, ut purum objectum, sed etiam ut effectum, sicut ad intra eadem cognitio productiva Verbi non tantum respicit illud ut visum, vel purum cognitum, sed etiam ut productum, quid quid sit de visione creata ob sui imperfectionem, & inefficaciam carente tali fœcunditate ut rem, quam videt, teneatur supponere existentem, & non possit eam producere. Quod tenentur etiam concedere Contrarii, & rursus solvere argumentum in volitione divina, quam dicunt non tantum respicere volitum in ratione objecti, sed etiam in ratione effectus. Sicut ergo Deus ad intra eadem cognitione, qua videt Verbum producit illud, & eadem volitione, qua ad extra vult objectum, efficit illud, poterit similiter eadem scientia visionis, qua videt rem, efficere illam, & non supponere jam factam ab alia scientia, quia visio divina ad extra est per modum imperii, & loquutionis, vel dictionis, & consequenter habet efficaciam ad producendum.

Ad primam confirmat. similiter dist. anteced. sumpto videri, seu scientiæ visionis sub præciso munere contemplationis, conc., adæquatè, vel sub omni, neg., quia cum præsentia in æternitate importet existentiam, seu præsentiem durationis, ac proindè liberam, & pertinentem jam ad ordinem execu-

executivum non potest res visa, vel coexistens æternitati reduci ad simplicem intelligentiam, vel adæquatè supponi ante scientiam visionis, sed constitui sic præsens, & coexistens per illam sub priori munere factionis, dum imperio suo intimat ejus executionem, & præparationem in causa, ex qua habet esse futura, & præsens in æternitate; unde sicut dicebamus ex Patribus, non ideò res videntur, quia sunt, sed magis sunt, quia videntur à Deo, nec pariter ideo videntur, quia sunt præsentes, aut coexistunt æternitati, sed magis è contra, quia videntur coexistunt, aut sunt illi, vel in illa præsentes.

Ex quo patet ad prob. annexam, nam coexistentia solum est signum, vel ratio à posteriori, quòd videantur, non veluti à priori. Neque hinc infertur, quòd scientia visionis debeat vel præcedere se ipsam, vel quòd eadem coexistentia sit omninò referenda ad simplicem intelligentiam, immò quia ad hanc utpote necessariam, & illa libera sit, referri non potest, distinguenda sunt prædicta duo munera, vel formalitates in eadem scientia visionis, & secundum quòd factiva est præcedat se ipsam, ut contemplativam, ut sic omnia componantur ad intentum scripturæ. §. Ad secundam etiam patet ex dictis scientiam visionis consistentem in actu imperii tantum supponere voluntatem in ordine intentivo non executivo, ad quem pertinat imperium, unde solum supponit electionem efficacem rerum, quæ non est determinatio efficax in hoc posteriori ordine, sed tantum in priori, & ideo scientia visionis est, quæ intimat, vel præcipit causalitatem rei ut exequendæ, vel participantis existentiam dependenter à sui imperio, ac proinde eadem est, quæ causat, non simplex intelligentia, nam totum, quòd præcedit in ordine intentivo est magis per modum affectus, quàm executionis, vel effectus, unde licet voluntas per se efficaciter velit non tamen efficaciter operatur independenter ab imperio intellectus, quod est unum, & principale executivum post electionem, nam in prioritate ad hunc ordinem solū intelligitur sufficienter, & plenè efficax secundum affectum, non efficacia executionis nisi posito imperio, & conditionibus requisitis, ut ex illa sequatur effectus, quatenus eodem posito voluntas suo usu applicat potentias executivas ad illum ponendum in re.

Sed instas. Nam antecedenter ad scientiam visionis, & imperium practicum prædicta efficax voluntas non abstrahit ab existentia, sed eam respicit, & causat, nisi velimus, quòd versetur circa possibilia, quod est alienum, cum jam pertineat ad statum efficaciæ ad exequendum, ergo non indiget ulteriori directione, vel ordinatione per scientiam visionis, ut exequatur, sed sufficit prior directio simplicis intelligentiæ, cui accedente applicatione, vel determinatione voluntatis convenit tunc proximè causare non quidem effectivè, sed directivè, & hoc sufficit ad plenam exequutionem effectus sine indigentia ulterioris influxus causativi ex parte scientiæ, ac proinde posterior scientia visionis supponet adæquatè rem existentem, & solum habebit eam contemplari.

Resp. dist. eodem modo ant. respicit existentiam secundum affectum, vel secundum ordinem intentivum conc., executivum neg., nam, licet respiciat eam ut volitam à se immediate, non tamen ut executam, sive intra ordinem executionis, hoc enim habet, ut dictum est, mediante imperio intellectus, quod spectat ad hunc ordinem, nec præstari potest à simplici intelligentia, quæ indifferenter se habet ad opposita, nec pertinet ad lineam practicam, vel executivam, unde solum radicaliter se habet, & virtute tantum est practica, ut dictum est, non proximè, & valuti in actu secundo, & ideo præter notitiam, & judicium antecedens electionem de convenientia mediorum, requiritur directio, & ordinatio efficax proxima exequutionis per imperium; quod habetur per scientiam visionis post acceptam intrinsecam determinationem à voluntate efficaciter eligente, virtute cujus sic efficaciter eligentis sic imperium de re exequenda, nam præcedens illud judicium nequit hanc intrinsecam determinationem accipere ab actu, qui sequitur ad illud, & quo determinatè eliguntur hæc media præ aliis, sed relinquitur in sui indifferentia, & in esse scientiæ simplicis intelligentiæ; unde ante imperium res non dum est in statu visibilitatis, vel præsentiæ durationis, sed constituitur per illud, ac proindè per scientiam visionis, quod est hanc esse causam proximam directivam, & effectivam illius, seu constitutivam in ratione effectus, & nullatenus supponere illam existentem, & solum contemplari eam.

Neque id derogat efficaciæ voluntatis divinæ, aut perfectioni scientiæ Dei, quòd per simplicem intelligentiam non se extendat proximè directivè ad executionem rei, sed ad meritum istius ut positæ in tali, vel tali ordine, scil. intentivo, vel executivo, quæ prout sic, ut dictum est, non est capax, ut proximè, & determinatè attingatur per simplicem notitiam, vel abstractivam, nec per voluntatem non supponentem imperium, vel efficacem ordinationem de sui exequutione.

Ad ultimam confirm., neg. ant. Ad prob. dicimus comparationem D. Thom. intelligendam esse cum distributione accommoda juxtà meritum utriusque scientiæ, sive seclusis imperfectionibus, quæ reperiuntur in illa artificis, unde tenet solum quantum ad ordinem actuum, & quantum ad æqualitatem influxus, non quantum ad efficaciam, & modum causandi; nam certum est artificem non causare solo suo imperio, nec statim prout vult, vel in instanti ut causat Deus, sed dependenter à potentiis executivis, & aplicatione activorum, & passivorum, quæ requirunt laborem, & moram temporis; Deus autem sine ullo obice, vel indigantia cujuscunque extrinseci pro sui beneplacito statim, ac dicit, res facta est. Tenet ergo quòd sicut illa artificis non purè directivè, sed etiam executivè concurrit, ità pariter divina, & sicut est ordo in productione artificiati, quòd scientia in artifice primò ostendit finem deindè voluntas intendit; secundò proponitur convenientia mediorum, post modum voluntas eligit; tertiò hæc per electionem imperat actum imperii, & tunc terminat ordo intentivus: & deindè incipit execcutivus per positionem imperii pertinentis ad intellectum de executione operis, ad quod sequitur usus, qui est actus voluntatis: ità similiter contingit in scientia Dei salvo tamen priori discrimine, quòd quia illa artificis non statim potest exequi sicut illa Dei suo imperio, sed ab aliis potentiis pendet executio operis, non potest statim videre illud nisi prius ab istis sit executum, in quo deficit ab illa Dei, & ideò hæc statim, ut imperat, videt, quia statim ac imperat constituit præsentem, ut dictum est; unde Deus eadem scientia, qua videt, ut dicunt Patres, efficit,

ficit, & non tenetur supponere rem existentem, ut videat, licet sub altero munere dicatur efficere, & sub altero videre, vel contemplari, ut dictum est.

Quamvis inter hæc duo munera etiam comparativè ad effectum visum non dicatur esse prioritas *in quo*, sed tantum *à quo*, itaut in eodem signo intelligitur utrumque esse, sicut & præsentia rei, quia ad salvandam prioritatem causæ respectu illius, vel effectus, aut termini visi satis est prioritas à quo, vel causalitatis, quòd nempè effectus intelligatur cum dependentia à causa, hæc verò sine dependentia eb illo, ut explicatum est in physicis, vel de cœlo, & mundo, si hic productus esset ab æterno; & patet in generatione æterna Verbi divini, quæ prioritate, *à quo* præcedit filium, *non in quo*, etiam rationis, nam in omni signo etiam rationis, in quo est Pater producens est etiam filius productus, & ejus generatio cum quo tamen stat, quod idem Pater, utpote producens, & generatio illius præcedant, sola scil. prioritate, *à quo*, quia scil. filius intelligitur simul ut terminus productus, Pater verò, & generatio ut producens, unde sicut optimè stat, quòd Pater in eodem signo simul producat, & videat salva sui prioritate, scil. *à quo*, nec teneatur supponere productum filium, ita pariter stabit, quòd eadem scientia visionis simul efficiat, & videat, nec teneatur supponere rem existentem, ut eam videat, cum sola prioritate causalitatis.

Tertiò arg. & est replica, prosequendo sub aliis terminis superiorem replicam. Sola directio simplicis intelligentiæ sufficit ad exequutionem rei producendæ, ergo sola simplex intelligentia erit causa illius. Prob. ant. primò, Ad exequutionem quamlibet rei sufficit ratio operis faciendi, & modus quo fieri debet, sed hæc habentur per simplicem intelligentiam, ergo sufficit ejus directio. Secundò quia supposita in Deo intentione finis sufficienter dirigitur ejus voluntas per scientiam rerum, ut possibilium ad earum electionem, quemvis per hanc attingantur, ut futuræ, & constituantur in statu futuritionis saltem inchoativè, ergo pariter supposita electione mediorum sufficienter dirigetur ejus voluntas in ordine ad usum per eandem rerum intelligentiam ut possibilium sine transitu; vel indigentia alterius notitiæ intuitivæ earum, ergo cum ad usum immediatè sequatur executio, eadem pariter sufficiet ad executionem illarum.

Ad hoc patet ex dictis, unde neg. ant. ad primem prob. dist. sufficit remotè, vel radicaliter, conc., proximè, vel in actu secundò, neg. vel iterum dist. sufficit in agente creato, quod non operatur solo intellectu, & voluntate transeat, in Deo operante per solum sui imperium efficax, & voluntatem, neg., quia prior illa cognitio cum indifferenter se habeat non potest assignari in Deo ut causa proxime, & practica, ut requiritur ad executionem rei, quidquid sit quoad ejus volitionem, aut voluntatem efficacem efficacia incentiva, vel quoad affectum, ut dictum est; vel etiam loquendo de agente creato, quod non habet vires, & efficaciam ad exequendum per solum intellectum, & voluntatem sicut habet Deus, & ideò est necessarium in Deo imperium ed rei executionem post electionem mediorum præter simplicem intelligentiam, & notitiam de convenientie mediorum, unde scientia visionis causans per sui imperium, simul est causa, & visio rei, quam causat, in quo deficit scientia artificis, quæ quia non habet se sole efficaciam ad exequendum ex meritis sui, vel ex propriis solum dicitur abstractiva, & nulla eorum intuitiva, quæ causat, sed si semel intuetur arte factum tenetur supponere ab alio executum.

Ad secundam prob. neg. conseq., & disparitas est, quie posite intentione voluntas tam absolutè, quàm ex suppositione manet adhuc libera ad hoc, vel illud medium eligendum, unde non potest notitia antecedens electionem, sive judicium regulans illam esse intuitio rei electæ, nam intuitio est respectu rei determinatæ, quæ non potest supponi talis respectu ejusdem judicii, utpote indifferentis, ut dictum est, ac proindè nec voluntas regulata per illud adhuc est determinata ad hoc, vel illud medium eligendum; vel ad eligendum, & non eligendum, cum tamen sic libera non esset saltem ex suppositione, si tale judicium esset notitia, vel intuitio rei electæ, quia teneretur sequi rem sic prævisam, nisi velimus, quòd scientia Dei variari possit. Cœterum post efficacem electionem mediorum, & imperium efficax regulans usum voluntatis, licet hæc maneat perpetuò libera absolutè ad uti, vel non uti dicitur tamen ex suppositione necessitata ad ponendum usum de executione rei, & ideò non repugnat, quod scientia, vel notitia regulans usum, sit intuitiva rei executæ.

Quartò arg. (& iterum est replica) scientia regulans productionem rei debet esse quiditativa illius cognitio, sed scientia simplicis intelligentiæ, non visionis est quiditativa cognitio illius, cum hæc attingat prædicata libera, scil. rem ut existentem, illa verò, necessaria, & quidditetiva, ergo illa sola erit causa non scientia visionis, me. constat quie debet attingere essentiam rei, ut conjunctam cum existentia, seu ut ponendam extra causas, ergo debet esse quiditativa.

Urg. hoc. Nam actus regulans executionem rei, debet saltem prioritate naturæ præcedere illam, sed scientia visionis ut talis non potest eam præcedere, cum res videri nequeat, nisi exequuta ergo. §. Urg. secundò retorquendo superiorem paritatem generationis Verbi. Quia licet hæc, sive cognitio productiva Verbi, ut dictio, vel ut productio Verbi prioritate *à quo*, vel originis illud præcedat, non tamen ut visio illius est, ergo nec cognitio intuitiva creaturarum ut visio earum præcedet ullo modo earum executionem, ac proinde nec eam poterit regulere.

Ad hoc dico in primis, quòd utrobique est solvendum, nam si quia scientia visionis attingit prædicata libera, sive existentiam, sive rem sub illa, quæ non est de essentia, vel quiditate ejus, nequit regulare executionem illius, quæ pariter simplex intelligentia est è converso attingens solum predicata necessaria, vel quiditativa non poterit eadem regulara liberam productionem rerum, sive tendentem ad communicandem existentiam.

Pro omnibus ergo resp., quòd sit æquivocatio inter cognitionem, quiditativam, & cognitionem quiditatis, licet enim ex eo, quòd aliqua cognitio sit cognitio quidditatis, vel essentiæ rei rectè affirmetur, quòd sit etiam quidditativa, non tamen ex eo, quod non est cognitio quidditatis, vel essentiæ rectè excluditurr à ratione quidditativæ; nam adhuc satis est, quòd id, quod attingit, sive prædicatum necessarium, sive liberum sit, quiditativè attingat, ut contingit in scientia visionis. In forme, ergo dist. mi. scientia visionis non est quiditetiva, idest non est

eſt præciſa attingentia quidditatis, vel eſſentiæ rei tranſeat, vel conc., itaut eam quidditativè non attingat, neg., nam licet dicatur rem non attingere quoad prædicata eſſentialia, vel neceſſaria, ſicut eadem attingit ſimplex intelligentia, nihilominus dum attingit illam quoad exiſtentiam, adhuc optimè verificatur attingere quidditativè, quia licet hęc nō ſit de eſſentia creaturę, verè illam tamē cognoſcit à priori, & per perfectiſſimam ſuam cauſam, cum Deus non tantum ſit cauſa, & fons quiditatis rerum, ſed etiam accidentium, & omnium, quæ in linea entis illi convenire poſſunt, ut oſtenſum eſt, unde non tantum cognoſcit quiditativè res, quoad earum eſſentiam, ſed etiam quoad exiſtentiam, & cœtera accidentia, cum omnia cognoſcat per ſe ipſum, tanquam per cauſam omnium perfectiſſimam.

Ad primam confir. jam dictum eſt, quòd cum viſio Dei ſit fœcunda ad producendum, quod videt, non tenetur ſupponete rem exiſtentem, ut videat, ſed ſimul cauſando videt, quia ſua viſione dat ei exiſtentiam, licet ut explicatum eſt, detur prædicta prioritas *à quo*, vel cauſalitatis inter viſionem, & rem viſam, vel exiſtentem, ſimul tamen in eodem inſtanti *in quo* ſunt ſimul, ſicut in ſimili dicimus, quòd lux eſt actus lucidi, non quia ſupponat illud lucidum, ſed quia illuminando facit lucidum, unde ſimul ſunt lux, & lucidum cum prioritate *à quo*, vel cauſalitatis, aut naturæ ex parte lucis, minus ergo debet eſſe mirum, quòd viſio Dei in infinitum excedens in ſui efficacia, ſit viſio rei exiſtentis, non quia ſupponat rem exiſtentem, ſed eam vidando faciat talem ſalva ſui prioritate à quo, vel cauſalitatis reſpectu rei viſæ. Unde in forma neg. mi. ad prob. annexam diſt. niſi executa à ſe ipſa conc. aliter neg.

Ad ſecundam neg. ant. Quia cum Verbum procedat ex notitia intuitiva ſui ipſius, ſicut & omnium divinorum, ut latè infra oſtendimus de Trinitate, licet viſio ejus ſit omninò ſimul, ut dictum eſt, in ſigno in quo etiam rationis, tamen prioritate à quo, vel originis præcedit illud. §. Quòd ſi inſtes in cognitione productiva verbi in nobis, quæ licet in ratione dictionis præcedat illud, nullo modo tamen in ratione viſionis, ergo pariter productiva Verbi, in Deo licet illud præcedat in ratione dictionis, nullo modo tamen habebit illud præcedere in ratione viſionis.

Reſpond. neg. conſeq. Quia ut oſtendetur infra ibidem, & ſupra etiam inſinuavimus; Verbum in Deo producitur ex fœcunditate, non ex indigentia ſicut in nobis, nam cum intellectus noſter non habeat objectum in actu ſecundo intra ſe ipſum niſi media ſpecie expreſſa, ſeù Verbo, non poteſt videre objectum niſi in eodem producto, & ideò viſio nequit verbum in nobis præcedere, cœterum Deus, cum jam habeat omnia intra ſe ipſum, ſive in eſſe entis, ſive in genere intelligibili non producit Verbum ex indigentia, ut aliquid videat, ſed ex fœcunditate, & ideo ipſa viſione producit illud, ac proindè ejus cognitio productiva etiam ſub ratione viſionis poteſt pręcedere prędicta prioritate à quo, vel originis. Qua ratione dicimus pariter in caſu, quòd quia Deus non producit creaturas, ut in illis productis illas videat, ſed magis videndo producat, ut expreſsè docent Patres, rectè poteſt etiam ſub formalitate viſionis productionem earum pręcedere, & ſub eadem cauſare.

Sed inſtas. Quia per nos Deus cauſat res per imperium efficax, quod dicimus eſſe actum intellectus, ſed hoc imperium nequit eſſe viſio rei cauſandæ, ergo non poteſt verificari, quòd cauſet ſub formalitate viſionis, aut cauſet per viſionem. Prob. mi. Quia etiam per nos imperium præcedit uſum voluntatis regulando, & intimando illum, vi cujus res fiunt, & exequuntur, ergo nequit imperium eſſe viſio. Prob. conſeq. quia res nequeunt videri ante uſum prout in ſe ipſis ſunt, aliàs viderentur antequam fierent, ſi ſemel per uſum fiunt, ergo ſi imperium præcedit uſum, non poteſt iſtud coincidere cum viſione.

Reſpond. neg. mi. ad prob. diſt. & explico, imperium præcedit uſum ſub formalitate dirigentis, vel intimantis illum conc., ſub formalitate exequentis neg., nam cum hanc poſteriorem formalitatem non poſſimus negare imperio, utpoté id apertè tradat Scriptura: *Ipſe dixit, & facta ſunt &c.*, & aliàs ad intellectum, vel ſcientiam ſpectet dirigere actus voluntatis, ad quàm pertinet uſus, tenemur in imperio pertinante ad intellectum, ſive ad ſcientiam liberam, & practicam, ſcil. viſionis, diſtinguere duo munera, vel formalitates, quarum altera præcedat uſum, nempè dirigentis, & intimantis illum, altera ſubſequatur, nempè exequentis, unde optimè poteſt inter utramque mediare actus voluntatis, ſive uſus ſubſequens ad priorem, & antecedans poſteriorem, quod non eſt novum in Theologia, ſed ſunt manifeſtæ inſtantiæ, ſive in Deo, ſive in nobis, nam inter duo munera relationis divinæ, ſcil. formæ hypoſtaticæ, ſub quo conſtituit perſonam, & relationis ut relatio eſt, ſub quo mutuò refert ad perſonam conſtitutam, mediat actus divinæ generationis, qui eſt à relatione diſtinctus. Similiter inter gratiam ut delentem ſuo nitore maculam peccati, & ut remittentem ſua pace ipſam offenſam mediat actus ſatisfactionis. Denique ut alias omittam, inter primam gratiam communicatam ſub munere auxiliantis, & ſub altero formæ perfectæ juſtificantis mediat diſpoſitio, qua anima diſponitur ad juſtitiam juxtà probabilem modum dicendi, de quo infra prima ſecundæ quæſt. 112., & 113., ergo poterit ſimiliter inter imperium, ut dirigens, & intimans uſum, & ipſummet, ut exequens mediare idem uſus.

Quintò arg. Et adhuc poteſt eſſe replica. Poſita ſcientia viſionis adhuc Deus non intelligitur intueri res, ergo nec per illam, nec quia videt, cauſat. Prob. ant. Quia Deus intuitivè cognoſcit futura in decreto efficaci tanquam in medio, & cauſa adæquata futuritionis, ſed ſcientia viſionis præcedit hoc decretum cum in ordine executivo ſit regula voluntatis efficacis, ac proindè ejuſdem decreti, ergo poſita eadem ſcientia adhuc Deus non intelligitur intueri res.

Ad hoc dicimus iterom ſolum probare, quòd vel per ſcientiam viſionis ſub præciſo munere dirigentis non intueatur rem, ut executam, vel quòd non exequatur, vel cauſet ſub altero puræ ſpeculationis, vel contemplationis, non tamen quòd nullo modo per illam cauſet, & intueatur, aut quòd videndo, vel intuendo non exequatur. Unde in forma neg. ant. adæquatè loquendo de ſcientia viſionis. Ad prob. pater primò etiam ex dictis, quòd cognitio Dei prout terminatur ad futura præciſè ut in decreto, & non ut jam ſunt præſentia in æternitate

non

non est intuitiva propriè. Deindè quia nomine decreti efficacis in ordine executivo, (quidquid sit in intentivo, in quo sumitur pro ipsa alectione, & dicitur tantum causare prout sic inchoativà, & mediatè, vel incompletè non immediatè, & per se ipsum, sed madiis aliis actibus necessariis ad executionem rei) pro eodem etiam accipitur, quòd prædefinitio, seu ipsum imperium efficax de rei executione, ut hic ad tertium accipit M. Ferr: dist. ma. cognoscit in decreto, ut in medio, cognitione purâ speculativa conc., practica neg. ma., vel suppositum illius, quòd decretum connotet, aut supponat pro aliqua cognitione practica distincta ab imperio, seu à scientia visionis, & licet hæc sub formalitate speculationis supponat decretum efficax, sive imperium sui, vel se ipsam sub formalitate executionis, vel exequentis, sicut & usum voluntatis, ut dictum est, non tamen adæquatè sumpta supponit aliquid causans, & exequens distinctum à se ipsa, & in quo ut medio in quo practice repræsentante, & exequente intueatur eadem futura, sed illa Deus intransitivè videt in se ipso, primò cognitione practica, quia per decretum efficax facit, & constituit ut jam præsentia in æternitate, & deindè cognitione purè speculativa quatenus ut jam executa per illud, & in illo ut medio in quo, vel potiùs ut præsentia in duratione, in qua ast cognitio speculativè videt, vel contemplatur, ex quo solum infertur, quòd scientia Dei, ut purè speculatio est non sit causa effectiva, non tamen adæquatè sumpta.

Ult. arg. Deus causat, & exequitur res ad extrà per suam Omnipotentiam tanquam per virtutem proximè operativam, vel exequutivam creaturarum, ergo non per scientiam visionis. Ant. est communis consensus; conseq. verò probatur quia Omnipotentia est quid distinctum à scientia, sive ab intellectu etiam & voluntate, ergo si Deus causat, & exequitur res ad extra, per suam Omnipotentiam directivè tantum concurrit per intellectum, vel scientiam, & non effectivè.

Ut respondeatur huic argumento placet aliqualiter præoccupare resolutionem difficultatis, quam tangit idem, & examinatur infra quæst. 25. circa distinctionem ejusdem potentiæ executivæ ab utraque potentia; quamvis iterum, ut supra solvendum sit primò ab omnibus, cum teneamur fateri omnes juxta sacram Scripturam, quòd causet, vel effectivè concurrat per imperium, quod propriè, ut dictum est, pertinet ad intellectum, & ad scientiam visionis directivè, & executivè, de quo adhuc infra, quidquid sit, quòd motivè, & impulsivè, vel inclinativè dicatur etiam pertinere ad voluntatem, per quod iterum potest fieri satis ad argumentum præcedens.




§. IV.

Expeditur difficultas circa potentiæ executivæ distinctionem ab intellectu, & voluntate statuendo primam Conclusionem ex D. Thoma, & ratione ex eodem.

Quia resolutio hujus difficultatis satis conducit ad pleniorem intelligentiam causalitatis divinæ scientiæ placet hic eam expedire cum Illustrifs. Godoy, Gonet, & aliis quamvis eam latè examinent alii infra quæst. 25. relata ad art. 1. & utrobique est lis inter Thomistas, nam quamvis frequentiùs, & ferè communiter negent, non de sunt tamen, qui probabiliter affirmant sumpto fundamento in D. Tho. ibidem ad 4., ubi ut statim videbimus, duas adhibet solutiones, alteram scil. priorem faventem sententiæ affirmativæ, alteram, seu posteriorem pro negativa. Hanc tenent idem Illustrifs. hic §. 3. Gonet. §. 1. ar. 4., & insinuat hìc Mag. Feria ad 6. & latè sustinet iosa tract. 13. de potentia Dei qu. 4. §. 5., licet §. 3. teneatur etiam oppositam, quam pariter tenent alii apud Alvarez.

Nihilominus dico primò Omnipotentiam, vel potentiam executivam non esse in Deo ab intellectu, & voluntate virtualiter distinctam. Ita etiam Scotistæ, Vasquez, & alii contra durandum, Zumal, & alios. Sumitur verò ex D. Thom. ibidem, ubi inquirens, an in Deo sit potentia. Ad 4. quòd tale erat. *Scientia Dei, & voluntas ejus sunt causa rerum, causa autem, & principium idem sunt, ergo non oportet in Deo assignari potentiam, sed solum scientiam, & voluntatem* Resp. secùdò sic. *Dicendum, quòd ipsa scientia, vel voluntas divina secundum quòd est principium effectivum habet rationem potentiæ, unde consideratio scientiæ, & voluntatis præcedit in Deo considerationem potentiæ, sicut causa præcedit operationem, & effectum.* Et quamvis præmittat alteram solutionem in favorem oppositæ sententiæ, dum tamen hanc tradit ultimo loco, & sæpe ejus doctrinam alibi repetit, videtur priorem quasi adducere in sententia aliorum, & ideò magis hanc esse de mente illius, ut statim ulteriùs ponderabimus, & communiùs interpretantur ejus discipuli.

Dices tamen ex his magis inferri oppositum, quòd nempè prima solutio sit majoris auctoritatis, si verù sit, quod ait Ferrar. 2. cont. Gent. c. 1. versus finem Comment. §. *resp.* 1. Ubi de hac autoritate inquit. *In veris exemplaribus non ponitur nisi prima solutio, secunda autem non est de textu, ut ego in multis vetustis exemplaribus vidi.*

Sed salva fide ad tantum Doctorem, in primis videtur, quòd in correctissimis Romæ post S. Pium sine omni obice, & monito inseratur textui utraque solutio, cum tamen in eadem impressione, ubi occurrit aliquod dubium circa litteram, statim notatur in margine, sicut & in opusculis diversis caracteribus, unde crediderim ex magis authenticis, & tutioribus exemplaribus editam suisse hanc Romanam impressionem, eò vel maximè quòd non ob-

stante præfato dubio tot posteriores gravissimi Thomistę ob eandem pręcipuè authoritatem nihilominus persistant ferè communiter in sententia negativa. Preterquamquòd licet dicatur in vetusterioribus non haberi quoad verba expresè, tamen habetur quoad rem præcipuè in 2. cont. Gent. cap. 23. ratione & alibi ut infra.

Secundo. Quia, ut rectà ponderat Mag. Sibille in suo Interprete Thomistico lib. 3. cap. 1. lect. 1. §. 3. *iternm est*. Ex eo jam communiter Thomistæ relicta priori solutione taoquam tradita secundum mentem aliorum eligunt secundam ut propriam ipsius mentem, quia prima, inquit, non nisi semel, posteriorem verò variis in locis adhibuit, ergo licet detur esse aliquod dubium circa secundam, ejus tamen doctrina magis censenda est ad mentem D. Thom., quàm præcedentis. Ant. constare potest ex his, quæ sæpà alibi docet opusc. 11. ar. 3. ubi docet *Angelos movere cælos conceptione sui intellectus efficaci*, & q. 23. de veritate ar. 2. ad 3. inquit. Dicendum, quòd divina voluntes est immediatum creaturarum principium ordinando attributa divina per modum intelligendi secundum quòd ad opus applicantur. Et infra qu. 54. ar. 5. incorp. de natura perfectè intellectuali ut sunt Deus, & Angeli, ait de his, quòd *non habent corpora sibi naturaliter unita, unde de viribus animæ non possunt eis competere nisi intellectus, & voluntas*. Et idem docet 2. cont. Gent relato ut ponderabimus infra, & denique aliis omissis, ar. 8. hìc sic concludit, *Manifestum est quòd Deus per intellectum causet res, cum suum esse sit suum intelligere. Unde necessè est quòd sua scientia sit causa rerum secundum quòd habet voluntatem adjunctam.* Cons. verò prob. ex his quę iterum laudatus idem M. contra quendam eversoram libertatis pōdarat ibi in mili de aliis duabus solutionibus D. Tho. in 3. dist. 18. qu. 1. ar. 2. ad 5., quod tale erat. *Naturalibus non meremur propter hoc quòd sunt determinata ad unum, sed liberū arbitrium in Christo erat determinatum ad bonum, ergo ipse per liberum arbitrium mereri non potuit, & ita nullo modo, cum omne meritum sit ex libero arbitrio*. Cui D. Thom. dupliciter occurrit uno modo sic, *Dicendum quòd si etiam esset determinatum ad unum numero, sicut ad diligendum Deum (quod non facere non potest) tamen ex hoc non amittit libertatem, aut rationem laudis sive meriti, quia in illud non coactè, sed sponte tendit, & ità est actus sui Dominus*, Alio modo respondet sic, *Dicendum quòd liberum arbitrium Christi non erat determinatum ad unum secundum numerum, sed secundum genus, scil. ad bonum, quia in malum non potest, sed tamen hoc potest facere, & non facere, & hoc non excludit libertatem arbitrii, quia posse peccare nec est libertas arbitrii, nec pars libertatis, ut dicit Anselmus*. Ex quibus prob. sic. Ex eo Thomistæ contra eundem eversorem (existimantem contra communem consensum Theologorum satis esse ad libertatam, quòd res non fiat coactè) judicant priorem solutionem tradi à D. Thom. ad mentem aliquorum, qui tunc sic sentiebant (quamvis, & in sano sensu intelligi possit, servatis, scil. servandis, vel non excludendo omnimodam indifferentiam de quo alibi) quia nunquam alibi eam tradit, sed semper recurrit ad secundam, ergo si pariter in casu nullibi repetit primam, sed sæpè, & apertè tradit doctrina in secundæ tenemur asserere, quòd magis ad mentem aliorum, quàm ad propriam tradidarit illam, ac proindè secundæ standum erit non primæ.

Ratione deindè prob. desumpta ex D. Thom. ubi supra, & quæst. 27. infra ar. 5. Nam in Deo nequit admitti potentia, vel actio, quæ de gradu purè intellectivo non sit, sed ad hunc gradum non pertinet nisi intellectus, & voluntas, & utriusque actio, scil. intellectio, vel cognitio intellectiva, & volitio, ergo non est admittenda in illo potentia executiva, vel actio distincta ab intellectu, & voluntate, vel ab utriusque actione. Ma. patet, quia Deus est naturæ purè intellectualis, sed actio, & potentiæ debent proportionari suæ naturæ, ut patet inductivé. Mi. præterquàmquòd est expræssa D. Thom. locis relatis præcipuè cap. illo 23. ex 3. cont. Gent. etiam patet, quia aliàs non essent proportionatæ suæ naturæ puré intallectuali, sicut enim gradus, vel natura sensitiva nequit radicare potantiam, vel actionem, quæ sensitiva, vel sensatio non sit, ità nec gradus, val natura purè intellectualis potentiam, vel actionam, quæ intellectiva, vel volitiva, aut intallectio, vel volitio non sit.

Explic. hoc. Ideò in nobis assignatur potentia, & actio axecutiva, distincta ab iotellectu, & voluntate, & ab utriusque actione, quia non sumus naturæ simplicis, & purè intellectualis, sed mixtæ ax intellectuali, & corporea, nec est efficacia in nostro intellectu, & voluntate ad immadiatè exequandom, sed mediis aliis potentiis, vel organis à natura institutis ad immediatam executionem operis, unde intellectus, & voluntas nostra non sunt poteutiæ simul speculativæ, & practicę sicut in Deo, sad tantum speculativæ, & respectu objecti, vel operis, ut immediatè exequendi, ut explicatum est, ergo cum Deus sit naturæ simplicissimæ, & purè intellectualis, & summæ efficaciæ intra hunc gradum, siva ad intra, sive ad extra, sicut ad intra nequit admitti in illo alia potentia, vel operatio, nisi intellectus, & voluntas, & utriusque actio, (ex quo infert D. Thom. releta quæst. 27. non posse admitti nisi duas procassiones in Deo, scil. per intellectum, & voluntatem;) nec poterit admitti ad extra nisi potentiam intellectivam, & volitivam, & utriusque actionem formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem. Unde tam idem Angelicus, quam cœteri communiter hoc statuunt discrimen inter utrosqua actua creatos, & increatos amoris, & cognitionis, quòd primi supponunt objectum, seu veritatem, & bonitatem in rebus, posteriores vero efficiunt illam, ita ut non tantum tribuant rebus rationem effectus, sad etiam constituant illas in ratione objecti, seu cogniti, & voliti, ut etiam explicatur infra de voluntete, & subtiliter ibi advertit à S. Thoma,

Huic tamen rationi occurrit doctissimus recentior Thomista, & conatur evertere hoc præcipuum fundamentum ex eo, quòd prodocere effectus ad extra rectè possit considerari ut actus adæquatè distinctua ab intelligere, & velle, ab illo quidem quia producere effectus ad extra formaliter non est intelligere, loquendo in communi, alias omne agens ad extra esset intellectivum. Neque intelligere ut sic est producere rem intellectam; plura enim tam à Deo, quàm à nobis, & Angelis intelliguntur, quæ non producuntur; unde neque intelligere ut sic est de sui ratione producere, nec è contra. Pariter producere divinum non videtur esse formaliter intelligere, & è contra, quia Deus intelligit se ipsum, impossibilia, & peccata, quæ tamen non prodocit, producit enim

res

res in tempore, cum tamen nihil in tempore intelligat, quod ab æterno non intellexerit.

Quòd si dicatur intelligere divinum esse productivum, non quidem sumptum absolutè, sau secundum primarium munus intelligendi prout significatur hoc nomine intelligare, sed secundum munus secundarium, prout scil. practium est, & efficax, sicut idam intelligere in Deo est formaliter producere Verbum, ut proximè insinuavimus ex D. Thom. q. infra 27. non sumptum absolutè secundum primarium munus intelligendi, sed quatenus est fœcundum, & notionale, nempè ut modificatum relatione paternitatis, quo pacto in Patre est dicere.

Respondet, quòd licet producere Varbum sit intra propriam lineam intellectionis, cum Verbum sit partus, tamen efficacia exequutiva effectus ad extra videtur extra lineam ipsius intelligere etiam perfectissimè practicum, quis ratio practici in communi, inquit, sufficienter constituitur per hoc, quòd est causa directiva operis faciendi, & consequenter ratio perfectissimi practici sufficienter salvatur per hoc, quòd est causa perfectissima, & efficacissima in linea directiva, ac proindè efficacia exequutiva erit extra lineam propriæ rationis formalis ipsius intelligere; sicut plures ex adversariis, inquit, ex eò, quòd natura in communi consistit in principio radicali operationis arguunt naturam Divinam constitui sufficienter per hoc, quòd sit principium radicale perfectissimum perfectissimæ operationis, non verò, quòd sit formaliter adæquatè ipsa actualis operatio, sic pariter in præsenti quia ratio practici in communi sufficienter constituitur per dirigere opus, ratio perfectissimi practici ad extra saluabitor per perfectissimum dirigere opus ad extra, nō verò, quòd sit ipsa actualis exequutio operis, in qua efficacia exequutiva consistit.

Sed hæc licet subtiliter dicta sint non videntur tamen ad mentam Div. Thom. locis relatis, & præcipuè hic ar. 8., ubi planè, & expressè examinans hanc causalitatem, vel efficaciam exequutivam actualem rerum ad extra, non aliam assignat rationem practici actualis, vel exequutionis rerum in Deo nisi scientiam secundum quòd habet adjunctam voluntatam, quod est id, quod nos asserimus, scil. imperium per aplicationem voluntatis. Tum deindè etiam, & magis expressè in 2. relato cont. Gent. ratione 4. ubi enumerans, & explicans omne exercitium Dei ad extra ad solam potentiam & actionem immanentem intellectus, & voluntatis recurrit nullius alterius mentionem faciens, in quo videretur satis diminutus, si revera est assignabile exercitium exequutivum distinctum adæquatè ab illis, ut per se patet, quidquid sit quòd stando intra lineam adæquatè immanentem, vel ad intra possit haberi juxta modum illum probabilissimum dicendi, constitutivum naturæ divinæ per rationem principii perfectissimi radicalis intellectivi præviè ad actuale exercitium, de sua tamen in linea, vel gradu intellectivi, quia non est sala difficultas in præsenti de potentialitate, an possit sufficienter excludi sistendo intra lineam radicis, & actus primi in constituendo naturam actualissimam, sed veluti etiam de extraneitate in constituendo practicum, & efficaciam divinam transeundo ad executivam adæquatè distinctam ab intelligere, & vella, sive ad exercitium non purè virtualiter, sed etiā formaliter transiens, si semel est sic adæquatè ab illis distinctum, quod videtur satis apertè negare ibi D. Thom.

Verba illius sunt. Secundum Phylpsophum 9. *Metaph. duplex est actio, una, quæ manet in agente, & est perfectio ipsius, ut videre; alia, quæ transit in exteriora, & est perfectio facti, sicut comburere in igne; divina autem actio non potest esse de genere illarum actionum, quæ non sunt in agente, cum sua actio sit sua substantia: opportet igitur, quòd sit in genere illarum actionum, quæ sunt in agente, & sunt quasi perfectio ipsius. Hujusmodi autem non sunt nisi actiones cognoscentis, & appetentis: Deus igitur cognoscendo, & volendo agit, & operatur.* En quòd Div. Thom. non aliam rationem practici, & executivi agnoscit in Deo nisi intelligere, & velle. Quod à fortiori videtur juxta illum affirmandum de Deo, si neque in Angelis, ut vidimus aliam agnoscit.

Ex his instatur eodem arg. Ratio practici, vel productivi in Deo debet esse formaliter de eodem gradu, ad quem pertinet ejus natura, aliàs ut dictum est, non erit huic proportionata, sed natura Divina est simplicissimæ, & puri gradus intellectualis, ergo ratio practici, vel productivi in illo nō potest esse nisi intellectio, & volitio, & consequ. potentia executiva ejus nequit esse adæquatè distincta ab intellectu, & voluntate. Utraqua cons. tenet, quia adhunc gradum purè intellectivum non pertinet alis potentia, vel operatio.

Urg. hoc. Productio Verbi ad intra, ut fatemur omnes, est intra lineam propriam intellectivi, ergo etiam productio rerum ad extra erit formaliter intra eandem lineam. Prob. cons. Ex eò D. Thom. infra quæst. 27. art. 5. relato probat de productione ad intra quia *processiones in divinis accipi non possunt nisi secundum actiones, quæ in agente manent Hujusmodi autem actiones in natura intellectuali, & Divina non sunt nisi duæ, scil. intelligere, & velle*, ità habet in terminis in principio corp., sed hac eadem ratione probat in 2. Cont. Gent. de productione ad extra, ut patet verbis ralatis, ergo si productio Verbi ad intrà est formaliter intra propriam lineam intellectivi, pariter erit formaliter intra illam productio rerum ad extra, ut de facto ibidem concludit dicens; *Deus igitur cognoscendo, & volendo agit, & operatur.* Per quòd excluditur etiam responsio alterius Recentioris, quod sit intelligendus Div. Thom. in sensu identicò, non formali. Tum quia sic etiam esset intelligendus de priori productione ad intrà, cum utatur eadam causali utrobiqua. Tum quia in sensu identico, non essent duæ actiones, sed una tantum, sicut una tantum est natura.

Urg. ulteriùs. Nam D. Thom. ad probandum duplicem productionem ad intra, altera pertinente formaliter ad propriam lineam intallectionis, scil. Verbi, altera ad illam volitionis, scil. Spiritus Sancti, non recurrit præcisè ad hoc, quòd Verbum sit partus vitalis intellectus; hic verò, terminus impulsus, vel amoris, aut inclinationis voluntatis, sed ad causalem adductam in nostra ratione fundamentali, nempè quòd in natura intellectuali, & divina, non est assignabilis alia actio, nisi quæ manet in eodem agante intellectuali, scil. intalligere, & velle, ergo cum Deus non sit minus naturæ intellectualis, & divinæ in producendo ad extra, quàm ad intra, non minus ad extra producere divinū erit formaliter pertigens ad hanc utramque lineam, quàm sit ad intra.

Per quod etiam manet iterum impugnatum, quod ait principalis solutio, scil. rationem practici divini executivè sufficienter salvari per perfectissimam, & efficacissimam causalitatem in linea directiva, esto formaliter non pertineat ad propriam lineam intellectivam, sicut sufficienter salvatur ratio practici ut sic per influxum directivum operis faciendi, esto non pertineat formaliter ad illam. Nam quidquid sit de ratione practici abstrahente à natura purè, & non purè intellectuali, loquendo tamen de illa, ut contracta ad purè intellectualem juxta D. Tho., & veritatem tenetur omninò esse de hac linea formaliter, ergo cum in hac, sive in purè intellectuali non sit alia assignabilis actio formaliter, nisi intelligere, & velle, ratio practici divini non poterit sufficienter salvari per præcisam rationem perfectissimæ, & efficacissimæ causalitatis directivæ, sed erit necessarium constitui per perfectissimam, & efficacissimam in tali linea, scil. intelligendi, & volendi juxta utriusque conditionem, seu per modum moventis ex parte voluntatis, vel volitionis, & exequentis, vel dicentis ex parte intellectus, vel intellectionis, ut dictum est.

Ex quo iterum patet disparitas ad constitutivum naturæ Divinæ, nam non est ibi adæquata alteritas à linea intelligendi, sed distinctio sola veluti athoma intra illius latitudinem, ut in superioribus explicatum est, quod tamen non supponitur in casu, si semel potentia executiva, vel executio sit quid adæquatè distinctum ab intelligere, & velle, vel ab intellectu, & voluntate, ac proindè à pura linea operativa formaliter immanente, cum D. Tho., ut vidimus, aliam non agnoscat nisi intelligere, & velle.

Quod repetit eodem 2. Cont. Gent. cap. 35. in solutione secundæ rationis, ubi expressè docet inter voluntatem Divinam, & effectum nullam dari actionem mediam, sed opportere in Deo, quòd suum intelligere, & velle sit suum facere, unde jam communiter dicunt ejus discipuli, quòd in sententia illius Deus non agit actione formaliter transeunte, ut contendunt Suarez, & alii, sed quòd ejus actio est ipsa efficax volitio increata, vel imperium, quod est actus practicus Divini intellectus formaliter immanens, & virtualiter transiens, ad quod, vel ad efficaciam divini decreti explicandam dicunt, quòd ex vi volitionis, vel ejusdem imperii efficacis, quo Deus ab æterno statuit agere cum causa secunda tali tempore sine alia actione media procedente à Deo, tria infallibiliter fieri eodem tempore ordine quodam, primum, scil., & natura prius, ipsam motionem, qua applicatur causa secunda ad actionem. Secundum ipsam actionem causæ secundæ. Tertium denique effectum, qui est terminus talis actionis. Videatur etiam ibi cap. 16., & 17., & lib. 2. super cap. 9. Div. Dyonis. de divinis Nominibus §. *Deindè cum dicit*. Ubi negat actionem Dei posse esse aliquid egrediens ab agente in passum; videretur autem esse quid egrediens, si semel exercitium executivũ in Deo esset adæquatè distinctum ab intelligere, & velle, cum hæc duo ut ait D. Thom., adæquent lineam immanentem operativam in illo. Ad id verò, quod dicitur de intelligere ab æterno, & in tempore dicemus infra in solutione ad secundum.

§. V.

Aliis duabus rationibus prob. Conclusio statuendo simul secundam.

SEcundò probat. conclusio evertendo fundamentum oppositæ sententiæ consistens in eo, quòd cum intellectus sit tantum cognoscere, & voluntatis velle, non possunt ex propriis transire ad factibilia nisi in ratione cogniti, & voliti, scil. cognoscendo, & volendo ea, non efficiendo, unde prout sic sunt extra objectum utriusque, contra quòd arg. sic. Nulla est repugnantia, quòd intellectus divinus inclinatus, & motus per voluntatem transeat ad res ad extra non solum cognoscitivè, sed etiam effectivè, ergo non est ei deneganda hujusmodi immediata efficientia, conseq. tenet ex eodem fundamento, nam hac ratione negat Durandus, & alii cum eo, quia putant id repugnare intellectui, vel voluntati. Ant. autem præterquamquòd est D. Thom. locis relatis; prob., nam quidquid sit de intellectu purè speculativo, nulla tamen est repugnantia, quòd ut practicus denominet res non tantum, ut cognitas, sed etiam ut effectas, (& idem proportionabiliter de voluntate) Phylosophus namque non tantum agnovit scientiam speculativam, cujus finis est pura cognitio, vel speculatio, vel contemplatio veritatis, (de qua præcipuè loquebamur in proœmialibus logi. removentis opus à scientia, vel à sui veluti primario exercitio, aut fine, vel à scientia nostra, non ab abstrahente à creata, & in creata, vel in natura purè intellectuali, sed etiam assignavit practicam, & respicientem opus, ergo non clauditur adæquatè intellectus, vel voluntas intra puram rationem cogniti, vel voliti, sed optimè possunt se extendere ad opus, & præcipuè in Deo, ubi est summa, & infinita efficacia in illis.

Dices tantum concludi, quòd possit scientia se extendere ad opus directivè, non affectivè, quod non est ex defectu efficaciæ intellectus, vel scientiæ, aut volitionis in Deo, sed quia effectio non est de utriusque linea, ut patet in scientia artificis, quæ licet respiciat opus per modum dirigentis, non tamen respicit illud per modum exequentis.

Sed hæc solutio pugnat in primis cum eodem fundamento, & roborat argumentum factum, quia ex eo recurrit ad potentiam, vel exercitium executivum adæquatè distinctum ab utraque potentia, vel earum actionibus, quia factibilia, ut factibilia, sunt extra earum objectum, sic quòd intellectus, vel voluntas ut sic possint solum respicere illa in præcisa ratione cogniti, & voliti, ergo si semel secundum aliquam rationem respicere possunt ea, ut factibilia jam non sunt adæquatè extra; conseq. tenet ex superioribus, nam ex eo inferimus Deum ut in se est, seu ut clarè visibilem non esse extra adæquatum objectum nostri intellectus, quia modo in via saltem imperfectè attingimus illum ergo.

Secundò, & urg. hoc probando iterum conf. Non stat quod directivè scientia Dei attingat factibile, ut factibile, & non attingat executivè, ergo si semel priori modo se extendit ad illud, se extendat etiam posteriori. Prob. ant. Quia est infinitæ efficaciæ intra lineam, in qua attingit, ergo si semel attingit intra li-

lineam factibilis, utroque modo attinget iotra illam. Tum qoia, ut sæpè dictum ast, & arguit D. Thom. ubi supra, semel admissa attingeotia directiva in scientia Dei, (quam negara oon possumus, ut patet in eadem scientia artificis) noo est in illo, attingibilis executio, vel actio alterius lineæ, cum sit simplicissimæ naturæ purè intellectualis, in quo deficit scientia agentis mixti ex intellectuali, & corporea, non habente sufficiantam efficaciam ad exequendum in sui scientia, & volitione, ergo non stabit semel coocurrere Deum per sui scieotiam directivè, & non concurrerera effectivè.

Explic., & urg. totum hoc. Directio operis per sciantiam non est pura ejus speculatio, sed atiam effectio, cum noo sit purus iofluxus intra lineam objectivam, sed atiam affectivam, aliàs onn erit directio operis, sed pura attingentia objecti, ut objecti, noo ut operis. Tum quia scientia saltam ponitur ut causa mediata effectiva, hoc enim saltem exprimit illud *Ipse dixit, & facta, vel creata sunt*, ergo est transitus io rem non purè ut cognitam, sed etiam ut effectam.

Urg. ulteriùs. Quia nulla est repugnaotia, immò hoc haber ex propriis natura purè intellectualia, qoòd sit agens extra se ut purè intellectualia, sed agens purè intellectuale semel agens extra, nequit aliter agere nisi per actionem, vel factionem formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, ergo per hanc solam sine alia executiva superaddita formaliter, non tantum directivè, & mediatè, sed etiam executivè, & immediatè transibit ad opus: ma. patet ex terminis, qoia oequit aliter agere nisi juxta sui naturao; mi. varo prob. Quia actio, vel factio agentis purè intellectualis, debet esse purè intellectualis, sed hæc tantum potest esse formaliter immanens, ergo si semel transit, tantum potest esse virtualiter transiens; ma. patet aliàs non erit ei proportionata, quodlibet enim agens debet agere juxta conditionem suæ naturæ, ergo si est purè intellectuala, actio ejus erit purè intellectualis, mi. verò prob. Tom quia agens purè, & complete intellectuale in se ipso tantum subsistit, unde ejus potentiæ adhunc gradum pertinentes, ut sunt intellectus, & voluntas, sunt formaliter immanentes, qua rationa, opposita sententia putat non posse pront sic transire nisi cognoscendo, quod est aliquod immanens, nno verò efficiendo, quod est quid tcansieos, ergo omnis ajus actio, pront agentis intellectualis debet saltem formaliter educi ex illo, & manere in illo.

Tum quia repugnat agenti purè intellectnali, & præcipuè increato agare per actionem formaliter transeuntem, ergo omnis ejus actio semel transians solum erit talis virtualiter, & formaliter immanens. Prob. ant. tum ax antecedenti proxima probatione. Tum ratione D. Thom. qu. 7. de potentia ar. 10. ad 1. Nam si Deus ageret ad extra actione formaliter transeunte, relatione reali referretur ad creaturas, quia esset ejusdem ordinis cum illis, & conveniant in illa actione, & motu, nam ex eo agens creatum, & affectus mutuò referuntur realiter, quia ambo conveniunt in eadem actione, & moto, qui est actus agentis, nt à quo procedit, & effectus, ut in quo recipitur, sed hoc repugnat Deo, ut patet.

Tum quia aliàs operatio transiens Dei esset perfectior potentia divina, nam ut docet idem infra quæst. 25. art. 1. ad 2. operatio procedens à potentia, & distincta ab ipsa perfectior est, & actualior, & ideò ad tertium negat in Deo dari poteotiam secundum quòd est, vel dicit principium actionis, sed tantum secundum quod dicit principium effectus, (de quo tamen infra;) undè non solum oon repugnabit, quòd Deus formaliter cognoscendo, & volendo rem aliquam cogoitam faciat illam realiter existere, immò repugnabit oppositum, quòd faciat illam sic realiter existere, nisi formaliter cognoscendo, & volendo &c.

Deniqua prob. conclusio prosequendo præcedens motivum imperfectioois. Potentia purè executiva, & adæquatè distincta ab intellectu, & voluntate, sive à potentia imperante, & ordinante dicit imperfectionem Deo repugnaotam, ergo noo est admittenda in illo. Prob. ant. Poteotia purè executiva sic adæquatè distincta ab illis non habet alium actum, nisi puram executionem, ut supponimus, aliàs non erit purè talis, nec adæquatè distincta ab illis, ut patet, sed potentia sic purè executiva dicit imperfectiooam Deo repugnantem tum ex parte sui, tum ex parte utriusque potentiæ imperantis, & ordinatis, à quibus adæquatè distinguitur, ergo. Prob. mi. quoad primam partem. Potentia purè executiva nō imperativa, nec ordinativa est purè vis instrumentalis, & mota non se movens, ut patet in qualibet vi instrumentali data à oatura, vel ab arte ad purè exequendum, sed vis purè instrumentalis non se movens, sed purè mota ut quoddam inanimatum est Deo repugnans argo.

Deindè quoad secundam partam. Quia ex eo in aliquo agante datur poteotia sic purè executiva, & distincta à dirigente, & imperante, quia istæ sunt insufficientes, & ioefficaces, ut ad positionem suorum actuum nequeat statim, vel immediatè sequi existentia, vel executio, aut positio effectus, ut iterum patet inductivè in quolibet agente, cui superadditur hujusmodi potentia executiva distincta adæquatè à dirigente, & imperante, sed hoc repugnat directioni, & imperio divini intellectus, & voluntatis, cum sint summæ, & infinitæ efficaciæ planè sibi subjicientes omoem creaturam, nam statim ac Deus dicit, ac vult res immediatè ponuntur io esse iuxta illud, *omnia quæcunque voluit fecit*, & statim, ac *dixit facta sunt*, quia nempè ad imperium, & practicam directionem divini intellectus, & voluntatis immediatè sequitur exequtio ex utrinsque infinita efficacia, cui nullum potest esse obstaculum impediens, aliàs infinita noo erit.

Explicatur hoc ax Div. Thom. infra quæst. 107. ad 2., Nam ideò io nobis ad manifestandum alteri nostrum conceptum contrapositivè ad Angelos præter directionem, & voluntatem manifestandi illum indigemus locutione exteriori, seu instrumento lioguæ purè executivo directionis, & imperii, quia simplex locutio interior, sive eadem directio, & imperium non habent sufficientiam, & efficaciam ut ad eorum positionem immediatè sequi possit manifestatio, ut contingit in Angelo, qui *quàm citò vult manifestare suum conceptum*, inquit ad primum, *statim alius cognoscit*; quia nempè in nobis præter obstaculum interius voluntatis, quo potest quis retinere interius conceptum proprii intellectus, vel ad extra ordinare, est aliud obstaculum exterius, sive grossicies corporis, quod est insufficiens superare per solum intellectum, & voluntatem

tatem manifestandi illum, ergo in tantum ponitur potentia purè executiva distincta ab intellectu, & voluntate imperante, vel movente, & dirigente, quia non habent istæ sufficientem efficaciam in suis actibus, ut ad eorum positionem immediatè sequatur executio effectus, ac proindè ex sola inefficacia, & insufficientia divini intellectus, & voluntatis sive ex utriusque imperfectione admitti posset potentia purè executiva ab illis adæquatè distincta in Deo.

Quòd si iterum dicas ut supra, non ex eo capite, vel defectu efficaciæ, sed quia efficacia executiva non est de utriusque linea, ac proindè in hac illis non debita, quod non arguit defectum intra illam, (cum aliàs summè realiter identificentur,) sed tantum debitum non explicandi, vel non exercendi intra eandem, in quo nulla est imperfectio, ut patet ex dictis, & in cœteris attributis virtualiter distinctis.

Jam sufficienter id impugnatum est. Tum quia si efficacia executiva non pertineret ad intellectum, & voluntatem, vel ad utriusque lineam, non diceret D. Thom. quòd quàm citò Angelus vult manifestare, statim sequitur executio manifestationis, ità ut nullo alio assignato executivo statim alius cognoscat; nec reduceret in nobis hunc defectum immediatæ executionis ad insufficientiam intellectus, & voluntatis, ita ut positis præcisè utriusque actibus sequi non possit, si executio, vel ejus efficacia ad lineam cognoscitivam, & volitivam non pertineat, unde nec assignaret sufficienter, sed diminutè explicaret prædictum discrimen, & esset de subjecto non supponente, quòd quàm citò Angelis vult, statim sequatur executio manifestationis, si executio, vel illius efficacia ad lineam volitionis non pertinet. Quod tamen ità videtur alienum à doctrina ejus, & veritate, ut non solum in natura purè intellectuali ad illam pertineat, sed quòd etiam repugnet non pertinere ad eandem, ut probatum est.

Aliter ergo dices eidem rationi, quòd sicut non est imperfectio in Deo, quòd intellectus, & voluntas mutuò se moveant, vel moveantur, scil. intellectus quoad exercitium à voluntate, & hæc ab illo per imperium, nec erit quòd potentia executiva moveatur ab illis quoad executionem.

Sed contra hoc est. Quia licet in potentiis imperfectio non sit unam mutuò ab alia moveri in diverso genere, vel secundam diversam rationem, bene tamen si una ità moveatur, ut non se moveat, aut nata non sit se movere, sed hoc contingeret in prædicta potentia purè executiva directionis, & imperii, vel motionis aliarum, non verò in intellectu, & voluntate, cum istæ non sint datæ à natura, ut solū moveantur, sed etiam ut se moveant, cum etiam voluntas in actionibus deliberatis se moveat, & in liberis saltē elicitivè dicatur movere se, licet non aplicativè, ergo licet imperfectio nō sit sic mutuò moveri in intellecto, & voluntate, secus tamen in potentia purè executiva. Mi. de ista, quòd tantū moveatur patet ex eadem ratione, & ex terminis, cum sit purè executiva ejusdem directionis, & imperii, vel motionis alterius, non dirigens, vel imperans, aut movens, aliis non distinguetur ab illis adæquatè, quod est intantum conclusionia.

Dico secundò. Potentia immediatè executiva in Deo consistit in ejus intellectu practico prout inclinatur, & movetur, vel inclinari potest, & moveri à voluntate. Videtur expressè D. Thom. hic ar. 8. in corp. illis verbis. *Unde oportet, quòd forma intellectus sit principium operationis, sicut calor est principium calefactionis.* Constat autem calorem esse principium immediatè productivum caloris, argo pariter intallectus juxta D. Thom. erit per sui scientiam practicam principium immediatè productivum, vel axecutivum effectus. Quòd deindè ulteriùs explicans ferè in terminis tradit nostram conclusionem, undè paulò infrà ait. *Similiter forma intelligibilis non nominat principium actionis secundum quòd est tantum in intelligente, nisi adjungatur inclinatio ad effectum, quæ est per voluntatem.* En iterum, quòd ratio principii executivi tantum attribuitur intellectui superaddita taman inclinatione, & motione per voluntatem, quia nempè hac superaddita fit transiens, & determinatè executivus, quod non habet præcisè, ut manens in intelligente, unde subdit. *Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem scientia oppositorum) non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur per appetitum, ut dicitur in 9. Metaph.* Et tandem concludit. *Manifestum est autem quòd Deus per intellectum suum causat res, cum suum esse sit suum intelligere, undè necessè est, quòd sua scientia sit causa rerum secundum quòd habet voluntatem conjunctam.* Scil. inclinantem, & moventem. En iterum, quòd solam scientiam, seu intellectum per illam nominat causam, seu principium executivum, licet non sine voluntate adjuncta, sive inclinatione, & motione ejus.

Quibus non solum manifestè tradit hanc secundam conclusionem, sed atiam primam, dum ait, quòd Deus per intellectum suum causat res, quia suum esse est suum intelligere, quę est eadem causalis adducta ab eodem cap. illo 23. ex 2. cont. Gent. dum ratione 4. ait. *Quòd Divina actio non potest esse de genere illarum actionum, quæ non sunt in agente, cum sua actio sit sua substantia.* Ut ibidem ostendit lib. 1. cap. 56. Quod ast idem ac dicere, quòd cum non possit in Deo poni actio, quæ non sit sua substantia, nec potest proindé poni actio in illo, quæ non maneat in agente, & hæc est sola intellectio, & volitio, ut ibidem infert, & magis exprimit, ut vidimus; cap. 35. sequenti in solutione secundæ rationis, dum inquit, quòd in illo non est actio media inter actum voluntatis, & effectum, (quasi scil. ex propriis transiens, aut purè executiva ad extra) *Sed oportet, quòd suum intelligere, & velle sit suum facere.* Et consequenter si non multiplicatur actio supra eam, quæ est intelligere, & velle, nec multiplicabitur potentia super eam, quæ est intellectus, & voluntas.

Quod quidem non esse intelligendum in sensu tantum identico, vel materiali, patet pręter superiora ex ejusdem causali; nam si semel non multiplicantur, quia habent identificari cum sua substantia, vel quia esse ejus est suum intelligera, & velle, sicut esse, vel substantia Dei formaliter, & ax propriis habet esse immanens, vel in se sistens, & non transiens, pariter ejus actio formaliter, & ex propriis erit immanens, vel de genere earum, quæ manent in agente, ac proindè nulla poterit esse purè executiva formaliter, vel transiens ex propriis ab intalligera, & velle distincta.

Ratione deindè prob. ex dictis. Illa est potentia immediatè executiva, à qua elicitur actio executiva, vel productiva, sed hæc in Deo est intellectus practicus

cticus

ēticus ut motus à voluntate, ergo intellectus, & non voluntas est potentia immediatè executiva; ma. constat ex terminis: mi. verò est D. Thom. hic art. 8. proximè relato, & præterea prob. Nam actio immediatè executiva, vel productiva Dei ad extra est dictio, vel locutio interna ejus, seu imperium, quo dicit, *fiat hoc*, ut exprimitur psalmo illo. *Ipse dixit, & facta sunt*: Sed dictio, vel locutio interna est propriè actus intellectus, & non voluntatis, ut dictum est, & ostenditur prima secundæ, & patet in dictione, qua producitur Verbum divinum, quæ est intellectio, ut fœcunda, sive ut connotans relationem Patris, ergo potentia productiva, vel executiva ad extra, à qua elicitivè est executio, est intellectus divinus practicus superaddita motiona, vel aplicatione voluntatis.

Explic. hoc ex eodem D. Thom. infra qu. 107. relata ar. 1. ad 2., & lect. 1. ad c. 14. primæ Corint. Nam sicut nos per linguam, seu dictionem, vel vocem, aut locutionem exteriorem proferimus rem cōceptam, ita substantia purè intellectualis profert illam per linguam, seu dictionem, aut locutionem internam, quæ vocatur à D. Thom. lingua ejus juxta illud Apost. ibidem *si linguis hominum, loquar, & Angelorum*, sed juxtà eundem ibidem in corp. hæc locutio est actus intellectus applicati, vel moti per voluntatem, ergo actio prolativa rei conceptæ, vel immediatè productiva illius est ab intellectu ut applicato per voluntatem, Prob. mi. nam ad explicandam locutionem, qua unus Angelus alteri loquitur manifestando illi proprium conceptum sic ait. *Per voluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta ad agendum aliquid, vel ad manifestandum alteri. Quando mens convertit se ad actu considerandum, quod habet in habitu loquitur aliquis sibi ipsi, nam ipse conceptus mentis interius verbum vocatur. Ex hoc verò, quòd conceptus mentis Angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli, conceptus unius Angeli innotescit alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifestare.* En quomodo D. Thom. in substantia purà intellectuali, vel angelica, hoc quod est manifestare aut proferre rem conceptam per locutionem internam attribuit intellectui, & hoc quod est ordinare, seù aplicare ad manifestandum, seù proferendum, voluntati, ergo si juxta Scripturam, & veritatem, productio ad extra fit à Deo per dictionem, seu locutionem internam, sicut similiter fit manifestatio conceptuum in Angelis erit ab intellectu elicitivè, & aplicativè, & motivè à voluntate, sicut similiter est locutio angelica.

Explic. ulterius totum hoc. Quia ut sæpè dictum est, & apertè tradit scriptura. Productio rerum à Deo fit per actum imperii. *Ipse dixit, & facta sunt*. Quia nempè efficax imperium Dei non est sicut humanum, & politicum, quod tantum pervenit ad creaturas rationales, ac proindè expectat executionem ab alio, seu fit dependenter ab illo, sed penetrat etiam insensibilia, & inanimata afficiendo illa, itaut omnis creatura obediat illi juxta illud Matth. 8. ver. 26. *Imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna*. Unde Hieronym. ibi inquit, *Ex hoc loco intelligimus, quòd omnes creaturæ sentient Creatorem imperantem, non errore hæreticorū, qui omnia putant animata, sed majestate Conditoris, cui sensibilia sunt, quæ apud nos sunt insensibilia*. Sed totum hoc, quod elicitivè habet de executione ab intellectu procedit, & solum motivè à voluntate ergo. Prob. mi. Quia tria sunt in illo nempè directio, intimatio, & motio, sed hæc sola est à voluntate, & duo priora elicitivè ab intellectu, cum dirigere, & dicere, vel intimare solum conveniat potentiæ, quæ cognoscit finem, & proportionem mediorum ad illum, tunc enim sapienter intimat, & præcipit executionem, vel à se ipsa immediatè faciendam, si habeat sufficientem vim ad illam, ut contingit in casu, vel ab alia potentia si non habeat, ut in nobis, seu in agente non plenè, aut completé intellectuali, & solum motio communicatur ei à voluntate, quæ est primum movens quoad exercitium, nam mutuò se juvant hæ duæ potentiæ quoad suas operationes; intellectus enim dirigit, & movet voluntatem ad speciem actus, voluntas verò aplicat illum & determinat ad exercitium, unde intellectus si sit sufficientis efficaciæ, ut contingit in Angelo, & à fortiori in Deo, in quo est infinitæ, suo imperio immediatè exequitur, & ad illud immediatè sequitur effectus productus. Ipse dixit, & mandavit, & illicò facta, & creata sunt ergo.

Videatur etiam D. Tho. ibi ad Corinth. ubi manifestationem illam in Angelis, per quam dirigitur, & profertur conceptus interior dicit esse locutionem, certum est autem, quòd prædicta manifestatio formaliter, vel elicitivè est ab intellectu ergo, & locutio per quam, & Angelus, & Deus profert, seu producit ad extra rem conceptam, vel efficacitar intantam ab illo erit elicitivè, & tantum motivà à voluntate.

Dices ex his magis inferri oppositum, quòd nempè voluntas sit immediatè executiva, quia magis ad illios actum sequitur immediatè positio effectus, seu rei ad extra, quàm ad illum intellectus, seu ad imperium, nam cum in parte practica sint prædicti duo actus, scil. imperium pertinens ad intellectum, & usus pertinens ad voluntatem, & hic sit ultimus, ad quem dirigit eam intellectus per imperium, vel imperat illum, non ad positionem imperii, sed usus immediatè sequitur positio ad extra, Unde prædictæ authoritates exprimentes locutionem, seu dictionem Dei tanquam executivam intelligendæ sunt per modum dirigentis, & mediatè, & salvo ordine actuum concurrentium ad positionem effectus.

Sed contra hoc est, & in primis, ut dicebamus; licet imperium præcedat usum secundum alteram formalitatem inadæquatam dirigentis, subsequitur tamen secundum alteram exequentis, quæ juxta D. Thom. ubi supra ex cont. Gent. non est aliquid distinctum ab intelligere, sed est idem ut motum, & aplicatum à voluntate, & propterea ait *opportere, quòd suum intelligere, & velle sit in Deo suum facere*.

Ex quo etiam impugnetur solutio. Nam quamvis usus, vel actus voluntatis sit ultimus, vel immediatus ad positionem effectus per modum inclinantis, non est tamen talis per modum exequentis, nam exectio, sicut & manifestatio juxta scripturam, & D. Thom., ut dictum est, tribuitur in natura pusé intellectuali dictioni, vel locutioni, aut imperio, fiat lux, & facta est lux, ergo optimè stat, vel componitur utraque immediatio salvo in fluxu executivo, vel adæquata eliciantia exectionis ex parte intellectus, sicut in simili dicimus respectu actuum supernaturalium,

lium, quòd tam potentia, quam qualitas supernalis immediatè concurrant ad illos, adæquata tamen immediatio per modum virtutis juxta doctrinam D. Thom. tribuitur auxilio, scil. per modum virtutis dantis vires proximas adæquatas, & intellectui, vel voluntati per modum potentiæ.

Urg. hoc. Nam illi potantiæ triboenda est productio ad extra per modum executionis,quæ habet continere formas rerum producendarnm,unumquodque enim agit, in quantum est in actu per formam,quam debet alteri communicare, sed formæ rerum producendarum ad extrà sunt ideæ earum, quæ sunt in mente, vel intellectu divino non in voluntate, ergo formalis executio, vel elicentia ejus intellectui tribuenda est, non voluntati.

§. VI.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arguit contra primam concl. laudatus doctissimus recentior Thomista. Potentiæ habentes distincta objecta formalia, & adæquata, necnon distinctos adæquatè modos tandendi, adæquatè distinguuntur,realiter in creatis,& virtualiter in Deo, sed ita se habent intellectus, & voluntas, & potentia executiva, seu immediatè productiva effectuum ad extra, ergo:ma. patet,& mi prob. quoad 1.p.nam objectum formale intellectus ejus est essentia divina in ratione summi entis, seu summi veri, voluntatis verò est eadem, seu ipse Deus sub ratione summi boni, & summæ convenientis; formale autem adæquatum potentiæ executivæ, vel sunt creaturæ possibiles, vel eadem assentia divina sub ratione effectivè participabilis à creaturis, sed hæ rationes sunt objecta distincta adæquatè in ratione objecti, argo Prob. mi.Essentia sub ratione entis prout fundat rationem veri intelligibilis videtur pertinere ad genus causæ formalis, quia objectum intellectus est quiditas, seu quòd quid est, quod pertinet ad causam formalam; sub ratione verò summi boni, & convenientis pertinet ad genuscausæ, val rationis finalis,quia finis,& bonum idem sunt;sub ratione autem effectivè participabilis à creaturis videtur pertinere immediatè ad genus causæ efficientis, sed non minus distinguuntur causa finalis, & formalis ad invicem, quàm utraque à causa efficienti, ergo sicut essentia divina sub ratione summè entis, & vari distinguitur adæquatè in esse objecti à se ipsa sub ratione summi boni, & convenientis, pariter sub utraque ratione in esse objecti adæquatè distinguetur à se ipsa sub ratione effectivè participabilis à creatoris.

Secundò prob.quoad secundam partem.Quia modus tandendi intellectus est trahere intelligibile intra se, voluntatis verò est trahi, potentiæ autem executivæ, vel immediatè productivæ est emittere producibile extra se, sed trahere intra se,trahi, & emittere extra se videntur modi tendendi adæquatè distincti,ergo.

Ad hoc,quo prædictus Author salva probabilitate nostræ sententiæ eligit, & à priori urget primò oppositam,patet ex dictis juxta doctrinam D. Thom. tantum convincera in natura non purè intellectuali, non verò angelica, vel divina, nam cum agens in illa, scil. Angelus, vel Deus nequeat habere aliam actionem,(ut vidimus ex D.Th.,& est jam communis consensus in doctrina ejus) nisi formaliter immanentam, quæ solum duplex est, vel esse potest in eadem, scil. intellectio, & volitio, nequit respicere aliqoid ad extrà, vel cum connotatione ad illud, veluti de linea primaria,aut tanquam specificativum adæquatè distinctum à vero, & bono, sed solum tanquam pertinens ad objectum materiale, & secundarium, ac proindè insufficiens ad exigendam potententiam, vel attibutum adæquatè distinctum ab intellectu, & voluntate, & consequenter, nec actionem distinctam ab intelligere, & velle; & propterea D. Thom., ut proximé dicebamus, ait, quòd in Deo suum intelligere, & velle est suum facere, quia nempè facere, vel axequi ad extra non fit nisi de linea intellectiva, & volitiva, ac proindè quid tantum virtualiter trãsiens,& ad objectum materiale,& secundatium,unde nequit exigere,potentiam,vel attributum, aut actionem adæquatè ab utraque linea distinctam in angelo, & à fortiori in Deo habente sommam efficaciam in sui volitione, & cognitione, vel imperio.

In forma ergo nego mi. Ad prob quoad primam partem dist. ma. Est essentiaDivina sub ratione summi veri, & summi boni, intra puram lineam speculativam, nego, axtensivè, vel ut virtualiter extenduntur ad practicam, conc. quia cum natura purè intellectualis non sit capax influxus transeuntis formaliter, non respicit verum, & bonum, ut quid tantum, vel purè speculabile sunt per intellectum, & voluntatem, sed etiam ut quid practicè communicabile,ut etiam Contrarii concedunt de influxu saltem directivo, & mediato, unde tenemus fateri omnes, quòd non sistunt hæ potentiæ in illa intra limites veri,& boni purè speculabilis,sed etiam practicè exequibilis, vel communicabilis, undè si aliàs habeant, ut revera habent intellectus, & voluntas in Deo sufficientem, vel summam efficaciam ad exequendum, nequeunt admittere vim exequutivam, ut potentiam, vel attributum, ut à se ipsis adæquatè distinctum, quidquid sit de hac potentia executiva prout in nobis, quòd respiciat objectum formale, vel adæquatè distinctum à formali intellectus, & voluntatis, non tamen, ut increata, vel contracta ad increatam, vel angelicam, sive ut reperitur in natura purè intellectuali, hæc enim ut ostensum est, & satis expressè ubi supra, tradit D. Thom. non exit adæquatè limites pro formali influxus cognoscitivi, & volitivi à toto genere utriusque, sed solum inadæquatè, vel materialiter ex parte objecti secundarii, vel materialis. Unde etiam distinguo tertium membrum ejusdem ma. objectum formale potantiæ executivæ sunt creaturæ, vel eadem essentia sub ratione effectivè participabilis, ut quid formaliter, vel adæquatè distinctum à tot genere lineæ cognoscitivæ, vel volitivæ, nego; imò nego, suppositum illius, quòd in Deo nominare possit vim executivam, sive ex parte subjecti, vel operantia, sive ex parte objecti aliquid primarium,vel formale adæquatè distinctum. Inadæquatè, vel secundarium, aut connotativè tantum,conc.,&per hæc patet etiam ad illius probationem; vel claritatis gratia distinguo, ut fundat rationem vari, vel objecti intelligibilis pertinet ad genus causæ formalis sufficienter ad distinguendum adæquatè in eadem natura purè intellectuali nego ma. inadæquatè transeat,vel conc. quamvis etiam respectu voluntatis, cum finis, & objectum, utpotè bonum, formaliter coincidant,

non

non ponant in numerum in formali ratione objectiva respectu illus, & dist. mi. in agente purè intellectuali neg. secus, vel in nobis transeat, vel conc. Ex his etiam patet ad probationem quoad secundam partem. Emittere extra se videntur modi adæquatè distincti, in natura purè intellectuali neg. loquendo de isto comparativè ad duos priores in nobis transeat, vel conc.

Sed instas. Duo priores, scil. trahi, & trahere in eadem natura constituunt duas lineas virtualiter, vel adæquatè distinctas, ut patet in intellectu, & voluntate, ergo etiam tertius, sive emittere extra se constituet distinctam adæquatè, vel virtualiter ab illis.

Secundò. Quia non stat in nobis constituere distinctam adæquatè realiter ex propria ratione formali, & non constituere illam adæquatè virtualiter in Deo, sive in eadem pariter natura, ergo si semel constituit in nobis, constituet etiam in illa. Prob. conseq. Nam quæ distinguuntur realiter in nobis ex propria ratione formali, vel objectiva, & non ex pura limitatione subjecti, distinguuntur virtualiter in Deo, ut patet in eodem intellectu, & voluntate, & in aliis attributis inductivè, ergo non stabit sic distingui in nobis, & non distingui virtualiter in Deo.

Resp. neg. conseq., & disparitas sumitur ex dictis, quia duo priores in natura intellectuali pertineat ad lineam veluti primariam, & formalem, sive intellectivam, & volitivam, ac immanentem, quæ formalis est, & primaria in illa; emittere autem, sive modus executivus in eadem natura si purè intellectualis est, consecutivè se habet, ac proinde secundariò, seu materialiter, aut virtualiter extrinsecè, vel connotativè pertinet ad illam, unde non sufficit ad constituendam potentiam, vel attributum adæquatè distinctum ad intra, sicut duo priores inter se. §. Ex his etiam fit satis ad secundam, nam licet distinguantur in nobis non ex pura limitatione subjecti, sed etiam objectivè, id tamen etiam oritur ex limitatione naturæ non purè intellectualis, quæ utpotè inferior ad purè intellectualem perfectiorem, & eminentiorem non habet talem amplitudinem, & efficaciam ad exeundum virtualiter sicut ista, unde diversitas objectiva, quæ respectu illius est formalis, respectu superioris, sive purè intellectualis est materialis, & insufficiens ad constituendam potentiam, vel lineam attributalem adæquatè distinctam, sicut in simili sæpè diximus supra, vel alibi in physicis, quod est sufficiens objectivè ad distinguendos formaliter actus inter se, est insufficiens ad distinguendos habitus, & sic de habitibus comparativè ad potentias.

In forma, ergo neg. ant. Ad prob. dist., & simul expl. ant., non ex limitatione subjecti, nec naturæ inferioris, scil. distinctio eadem objectiva transeat, vel conc., si ex limitatione istius, licet non pura subjecti materialis, nego: vel iterum dist. si sit purè formalis, vel objectiva, & nullo ex capite orta ex limitatione, transeat iterum, vel conc. aliter, nego. Ad probationem annexam dico similiter, & ex discrimine proximè adducto, quòd linea intellectiva, & volitiva, & aliæ similes ità distinguuntur ex propriis, vel formaliter objectivè, ut id non habeant ex aliqua limitatione, sicut linea executiva, sed ex pura ratione formali, utpotè primaria, ut dictum est, præcipuè quantum ad intellectum, & voluntatem, & ideò in quacunque natura eam retinent sufficienter ad distinguendum adæquatè virtualiter inter se, & non purè materialiter, aut extrinsecè, vel inadæquatè, & connotative. §. Et poterat instari, vel retorqueri in doctrina jam communi præcipua inter Thomistas contra Scotum. Nam ratio actionis, personalitatis, & relationis prædicamentalis in creaturis distinguuntur essentialiter, ità ut in nulla formalitate gaudeat identitate formali, & tamen in Deo, vel in Patre Divino, relatio paternitatis, personalitas, & generatio activa formaliter identificantur, seu in eadem formalitate inveniuntur identificata, si velimus personas Divinas relationibus prædicamentalibus constitui, ut communiter contra eundem defendimus, ac proindè, quòd relatio sit formalissimè personalitas, nam si solum in sensu identico intelligeretur constitutio, nihil contra Scotum defenderetur.

Secundò Arg. ex eodem evertendo præcipuum fundamentum conclus. arg. jam insinuato. Ex eo nequit dari potentia executiva in Deo adæquatè distincta ab intellectu, & voluntate, quia non est assignabilis actus illi correspondens, sed hoc est falsum, ergo. Prob. mi. quia producere effectum ad extra est actus distinctus adæquatè ab illis, sed hic correspondet eidem potentiæ executivæ, ergo Prob. ma. Et quidem quòd sit distinctum à velle supponitur contra Scotum, & patet ex secunda conclusione, quia efficacia lineæ volitivæ quæcunque sit, est intra limites puræ inclinationis, unde etiam si velle sit efficacissimum intra illam non petit esse efficax immediatè executivè, sed solum inclinativè, scil. inclinando, & aplicando, ut dictum est, potentiam executivam ad opus faciendum. Quòd verò sit distinctum ab intelligere, in quo est præcipua difficultas prob. ab eodem, ut supra, quia nec potest esse formaliter ipsum intelligere loquendo in communi, aliàs omne agens ad extra esset intellectivum; neque intelligere est producere formaliter rem intellectam, aliàs omne intelligens, produceret, quod est falsum sive in nobis, sive in Deo, sive in Angelis, cum plura intelligantur, quæ non producuntur, sive ad intra sive ad extra ab intellectu tum creato, tum in creato, ut patet. Nam etiam Deus plura intelligit, quæ non producit, ut se ipsum, impossibilia, & peccata; similiter etiam res producit in tempore, cum tamen nihil in tempore intelligat, quod non intellexerit ab æterno, ergo nec producere divinum est formaliter intelligare, neque intelligere formaliter producere.

Quòd si dicas esse formaliter idem producere, ac intelligere in Deo non sumptum absolutè secundum primarium munus intelligendi, prout significatur hoc nomine intelligere, sed secundum secundarium, sive prout practicum est, & efficax; sicut idem intelligere in illo est formaliter producere Verbum non sumptum intelligere secundum munus primarium intelligendi, sed quatenus est fœcundum, & notionale, sive prout connotat relationem paternitatis, quo pacto est dicere. §. Instat ut supra quia licet producere verbum utpotè partum vitalem intellectus sit intra lineam propriam intellectionis, non tamen est intra illam efficacia exequutiva effectus ad extra adhuc loquendo de intelligere perfectissimè practico, ergo. Prob. ant., quia ratio practici in communi sufficienter constituitur per hoc, quòd est causa directiva operis faciendi, ergo ratio perfectissimi practici sufficienter salvatur per hoc, quòd est causa perfectissima, & efficacissima in linea directiva, ergo ef-

ficacia exequutiva eſt extra lineam propriæ ratinnis ſurmalis ipſius intelligere.

Explic., & urg. hoc ex dnctrina, quam ut conſtat ex dictis tradunt aliqui ex noſtris, qui etiam ſuſtinent præcedentem nnſtram concluſionem, Nam ex eo, quòd natura in communi conſiſtit in principio radicali operationis arguunt iſti natnram etiam divinam conſtitui ſufficienter per hoc, quòd ſit principium radicale perfectiſſimum perfectiſſimæ operationis, non verò, quòd ſit fnrmaliter adæquatè ipſa actualis operatin, ergo pariter quia ratin practici in communi ſufficienter conſtituitur per dirigere npus, ratio perfectiſſimi practici ad extra ſalvabitur per perfectiſſimum dirigere opus ad extra, non verò quòd ſit ipſa actualis exequutin nperis, in qua efficacia exequutiva conſiſtit.

Ad hnc patet ex dictis ſubtiliter quidem eſſe propoſitum, nnn tamen ſatis conſormiter ad doctrinam D. Thom., nam ſi ſemel efficecia executiva in Deo eſt adæquatè diſtincta ab intelligere, & valle, quibus juxtà D. Thom., ut vidimus; clauditur, vel adæquatur linea operativa ſnrmaliter immanens in Deo, jam tenemur in illo admittere nperationem ſurmaliter tranſeuntem, qund eſt alienum à doctrina ejus, & cnntra communem conſenſum Thnmiſtarum; unde præter ſuperiora dicimus ſicut ad præcedens, tantum probare poſſe in natura non purè intellectuali, non verò in divina, vel angelica, in quibus apertè ut oſtenſum eſt, aliud facere, ſive exequi non admittit D. Thnm., quàm intelligere, & velle, nec tantum in ſenſu identico, ſed etiam formali, aliàs diminutè procaderet, non aſſignando, nec explicando, ubi ex profeſſo agit hac de re, iſtud exequi, vel ſacere diſtinctum ab utroque. Tum quia expreſsè aliam actionem non cognoſcit niſi da linea formaliter immanentinm, qua rationa infert facere, vel producere Dei eſſe ipſum intelligera, & velle.

In ſnrma ergo nego mi, Ad prob. nego ma. præcìpuè qunad intelligere. Ad prob, cum D. Thom. ubi ſupra dico, quòd eſt intelligere, ſive ſcientia intelligentis adjuncta voluntate in natura purè intellectuali, contra quod non militant probationes annexæ, ut latè patet ex dictis, nam licet nnn nmne intelligere etiam divinum ſit productivum, nec ipſum intelligere, ut cumque ſit formaliter producere rem intellectam ſive ad intra, ſive ad extra tum in intellectu creato, tum in increatn, intelligere tamen ſemel practicum, vel efficax in linea productiva, & in agente purè intellectuali, quòd ipſum ejus intelligere adjuncta voluntate in eadem linea eſt ſimul executivum, ſive efficax, non tantum efficacia directiva, ſed etiam executiva, ſive per modum imperii, quod eſt formalis executin, quæ in eadem natura, vel agente puré intellectuali ſolum poteſt eſſe de linea formaliter immanentis, & virtnaliter tranſeuntis, ac proindé formaliter coincidit cum intelligere, & velle, ut expræſsè ait D. Thn. Itaqua in eadem natura, vel agente licet non omne intelligere ſit producere, omne tamen producere eſt intelligere, adjuncta tamen vnluntate, ut dictum aſt ax eodem, itaut ſicut in ſimili infra dicimus explicando principium illud aſſnmptum à Div. Thom. quæſt. 27. art. 1. ad probandum proceſſionem Varbi, quòd ſit ad intra, & non ad extra per modum creaturæ contra Arium, nempè quòd omne intelligena ex hoc ipſo quòd intelligit procedit aliquid intra ipſum, qund eſt conceptio rei intellectæ &c.; nnn ſic intelligi, quòd nmnis ajus intallectin ſit prnductiva, ſed quòd ſi ſemel productiva eſt, habeat terminum ad intra, vel formaliter immanentem, & nnn per modum emanatinnis ad axtra ſecundum qnòd effectus procedit à cauſa, ut contendebat Arius, quia hoc meritum habet emanatin intelligibilis, ut eſt illa Verbi; ſic pariter dicimus, quòd licet non omnis intellectio ſit productiva, omnis tamen prnductin, vel exequutio in natura purè intellectuali eſt formaliter actio ad intra, ſeu formaliter immanens, ac proindè intellectin, cum aliam non agnnſcat formaliter immanentem Div. Thom. in eadem divina natura, vel in Deo, niſi intelligere, & vella.

Nec refert quòd ſubditur Deum producere in tempore, cum tamen nihil in tempore intelligat, quod non intellexerit ab æternn, quaſi non dicantur convertibiliter intelligare, & prnducera. Nnn inquam refert quia ut docet D. Thnm. cap. illo 35. ex cont. Gent. quandn in ipſo intelligere, aut vella eſt per ſe efficacia ad effectum producendum, *tunc ſequitur* (inquit) *de novo effectus ab antiqua voluntatate nulla actione de novo exiſtente*, quia ut ibidem præmittit, ſicut per intellectum determinatur rei factin, & quæcunque alia cnnditio, ità & præſcribitur ei tempus, ac proindè ad antiquum intelligere, & valle Dei refertur, quòd perpetuò eſt præſens, & durat, juxta illud. *Ego hodie gennite.* Unde creatura nunc accipit eſſe, non quaſi per novam aliquam actionem executivam, aut adæquatè diſtinctam ab intelligere, & velle, ſed ſolum connntativè, vel terminativè; ideſt per illud idem intalligere, & velle, quod ab æterno habuit, & ſemper habet ſecundũ identitatem fnrmalem actionis executivæ, ſola ſuperaddita, in tempore novitate exiſtentiæ ex parte termini, quia hæc, ſeù effectus non ponitur, ſtatim ac punitur actio executiva Dei, ſed ſecundum quòd Deua ab æternn diſpoſuit ſequi ad illam, ſcil. in tempore, vel ab æterno, ſi ità diſpoſuiſſet, in quo diſtinguitur intelligere, & velle Dei à noſtrn, quia in noſtro non eſt per ſe efficacia ad effectum producandum, ſicut in divino, ut docet ibidem, & ideò noſtrum indiget actinne inter ſe ipſnm, & effectum, ubi ſatis apertè iterum inſinuat præcipuum ſundamentum concluſinnis, quòd intelligere, & velle in natura purè intellectuali, vel in Deo habent ſe ipſis immediatè, val intranſitivè ad aliam pntentiam, vel actionem executivam, ſufficientem efficaciam ad ponendum effectum nnn tantum directivè, ſed etiam executivè.

Ex his etiam ſit ſatis ad replicam cnntra ſolutionem datam, & intellectam juxta præcedentem doctrinam, unde neg. ant. Ad prnbationem diſtinguo ut ſupra, ratio practici in nnbis, val abſtrahens ab operante in natura puré, vel non purè intellectuali tranſeat, vel conc., in Deo, vel in Angelis nego.

Ad explic., quæ poteſt eſſe replica negn cnnſeq. & diſparitas eſt, ut jam inſinnavimus, quia adhuc ibi ſiſtimus intra lineam naturæ puré intellectualis, hic autem admiſſa potentia, vel actiona executiva adæquatè diſtincta ab intellectu, & voluntate, vel ab utriuſque intelligere, & velle, ſit tranſitus ad aliquid non ſolum diſtinctum, ſed etiam extraneum, cum ut toties dictum eſt, natura intellectualis juxtà D. Tho. adæquatur per intelligere, & velle, & ſiſtit operativè iutra lineam ſnrmaliter immanentem, & ſolum virtualiter tranſeuntem, quæ eadam eſt formaliter cum endem velle, & intelligere, unde efficacia

cacia non potest constitui per præcisam rationem directivi, sed dabet pariter se extendese formaliter ad rationem executivi.

Ex quo etiam poterat negari causalis antec. tanquam edæquata, sed quia aliàs nec ast defectus potentialitatis, cum non sit dabitum explicandi, in quo maximè fundatur Autores contendentes debere constitui, per actualam intellectionem, seù per ultimam actualitatem, neque est alteritas lineæ à toto genere naturæ purè intellectualis, ut in casu; & insuper constitutivum debet esse de linea graduali, vel specifica non attributali; de qua dicunt esse intellectum, vel actualem intellectionem. Hæc late iterum prosequuti sumus in obsequium, & æstimationem præfati Authoris multis olim mihi, ac sæper egregiis titulis, ac demum Eminentissimi, venerandi, eò val maximè, quòd in fine dubii, non solem nostram senteutiam fatetur æquelis, sed fortè etiam majoris probabilitatis opposita, quam pro felicitate, ac perspicecitate sui ingenii satis subtiliter tuetur, longè tamen conformiorem ad mentem D. Thom. existimo hanc nostram sustiuendam ut patet ex dictis,

Tertiò arg. ex eodem everteudo elind fundementum, & potest esse replica. Si actio executive, vel productiva creaturarum non distinguitur adæquatè ab intelligere divino, maxime quia consistit in actu imperii, cui conveniunt duo munera, scil. dirigantis, & exequantis, at actus imperii distinguitur adæquatè ab actu Dei executivo ergo. Prob. mi. Implicat principium, vel actum productivum distingui realiter, vel virtualiter adæquatè ab actu, seù effectu producto immediatè, quia multò magis eodem modo distinguatur ab actu, vel effectu producto mediatè, ergo pariter implicat principium, vel actum directivum distingui realiter, vel virtualiter adæquatè ab actu, vel effectu regulato immediatè, quin etiam eodem modo distinguatur ab actu, vel effectu regulato mediatè, et imperium divini intellectus distinguitur virtualiter adæquatè ab usu activo, qui est actus voluntatis, quem regulat immediatè, ergo etiā distinguitur ab actu potentiæ executivæ, quem regulat mediatè; ut enim communiter docent Thomistæ Jo. à S. Thom., Salmat., Godoy &c. actus imperii reglat immediatè usum activum, quo voluntas aplicat potentiem executivam ad exequendum media priùs electa ergo immadiatè regulat actum voluntats, & mediatè actum executivum.

Ad hoc iterum dicimus primò solum probare de operante in natura non purà intellectuali, quæ ut ubi supra docet D. Thom. cum non habeat efficaciam in suis actibus formaliter immenentibus, scil. in suo intelligere, & velle sufficienter ad exequendum, sed tantum ad dirigendum, femel distincta ab actu, vel effectu exequuto, vel regulato immediatè tenetur à fortiori distingui ab actu executo, vel regulato mediatè, cum sit major distantia illius ab isto quàm ab illo; cæterum agens, vel natura purè intellectualis, cum sit tantum capax influxus formaliter immanentie edæquatè contenti intra limites ipsiue intelligere, & vella, ut tradit D. Thom. ibidem, & aliis locis relatis, & supra etiam ex eodem probatum est, nequit admittere lineam adæquatè distinctam intre ordinam executivum, sicut eam rectè admittit intre intellectivum, & volitivum, & ideo non rectà infertur, quòd si semel distinguitur ab actu immediatè regulato, vel executo, sive ab usu, quem immedietè regulat, quòd debeat à fortiori distingui à regulato, vel executo mediatè, est enim iste in eadem natura de subjecto non supponante, oportebat enim priùs probara, quòd telis natura asset capax illius actus, sicut est capax usus, quod tamen non nisi contre D. Thom. videtur probari posse, & contre meritum ejusdem naturæ, ut ostensum est.

In forma argo nego mi. ad prob., vel neg. ant., ent suppositum illius in subjecte materia, quòd detur talis actus mediatè regulatus, vel exacutus respectu imperii divini: vel distinguo, quin multò magis distinguatur, ubi datur telis actus mediatè regulatus, vel executus conc., quia tunc revera est major distautia, non penes distinctionem, vel alteritatem lineæ, sed etiam penes extraneitatem, ut dictum est, seù penes lineam influxus formaliter immanentis, & formaliter transeuntis, cujus non est capax natura purè intellectualis, sed solius velle, & intelligere, quæ sunt de genere actionum formaliter immanentium, & tantum important distinctionem, vel alteritatem, non verò extraneitatem in illa. Ubi non datur nec dari potest neg. ant., & iterum suppositum illius, nam idem imperium, ut dictum est, antecedit, & subsequitur ad usum cum sole diversitate muneris, non actionis. Unde ad mi. subsumptem, eadam concessa neg. conseq., & suppositum illius, quia inter intelligere, & velle, & effectum productum, vel producendum non datur in Deo ut ait D. Thom. actio media executiva, sed idem intelligere, & vella est suum facera, unde Authores relati, & cœteri Thomistæ fatentur quidem communiter, quòd imperium regulat immediatè usum activum, quo voluntas aplicat potentiam ad exequendum media alacta, sed quod hæc sit in Deo adæquate distincte ab intellectu, & voluntete, vel ejus actio ab intelligere, & velle jam fere communiter negatur ad mentem D. Tho., ut ostansum est, unde ajus imperium non tenetur supponere aliam actionem mediam executivam inter se ipsum, & effectum, sed idem sub una formalitate antecedit usum, ut dictum est; per modum dirigentis, & subsequitur ad illum per modum exequentis.

Sed instas. Quia hæc solutio videtur patere principium, nec satisfacera argumento facto. Nam in omnium sententia etiam in Deo supponimus dari potentiam, & actionem executivam, & sola difficultas ast de distinctione illius, quem à fortiori convincit argumentum, si semel distinguitur imperium adæquatè etiam in illo ab actu immediatè regulato, vel usu, cum sit major distantia, ut dictum est, inter illud, & actum regulatum mediatè, quàm regulatum immediatè, ergo respondere quòd non distinguitur, quia non datur, magis videtur de subjecto non supponente ipsa solutio, quàm argumentum.

Resp. suppositum non consistare præcisà, quòd detur potentia, & actio executiva, nam si detur productio, & executio, supponende est etiam potentia, & actio intra hanc lineam, sed quòd detur de linea formaliter transeuntium, quia cum natura purè intellectualis, ut vidimus ex D. Thom. adæquetur per intelligere, & velle, quæ sunt actio formaliter immanens, si semel datur linea executiva adæquatè distincta ab illis, erit formeliter transiens, & quia juxta D. Thom., vel in doctrina ajus, ut vidimus, nequit admitti in Deo actio de hac linea, ideo negamus suppositum, quòd detur, aut dari possit talis potentia, vel actio executiva sic distincta in Deo. Argumentum ergo à distinctione adæquata ab actu immediatè

diatè regulato ad regulatum mediatè, sive executivum, à fortiori convinceret, si daretur, aut possibilia esset executio juxtà meritùm lineæ executivæ adæquatè distinctæ ab intelligere, & velle, scil. formaliter transeuntis, quæ tamen in natura purè intellectuali, vel in Deo dari non potest da hac linea, unde non solutio, sed argumentum est de subjecto non supponente, seu supponens, quod erat probandum, scil. eandem naturam esse capacem talis executionis, & non solius distinctionis, sicut est capax usus, & distinctionis illius ab imperio, ut dictum est.

§. VII.

Solvitur ultimum Argumentum.

Quartò arg. ex eodem evertendo aliud fundamentum imperfectionis ex his, quæ habet in solutione ad ultimum. Ex eo non distinguitur, quia potentia executiva sic adæquatè distincta importat imperfectionem Deo repugnantem, seu instrumenti purè moti non se moventis, sed falsum est importare hanc imperfectionem prout ponitur in Deo ergo. Prob. mi. Quia in Deo tantum ponitur virtualiter distincta à potentia dirigente, & imperante, nec realiter illis inferior, obediens, & mota ad agendum, sicut in nobis, sed tantum virtualiter, seu juxta nostrum modum concipiendi; (quamvis nec in nobis potentia executiva habeat rationem verè, & propriè instrumenti, sed potiùs dicitur potentia, seu virtus instrumentaria) sed prout sic nullam importat imperfectionem ergo. Prob. mi. primò licet in voluntate nostra sit imperfectio esse realiter cœcam, idest agere præcisè ex directione intellectus realiter distincti, non tamen in voluntate divina esse cœcam virtualiter, idest agere ex directione intellectus virtualiter distincti, ergo pariter licet imperfectionem importet in nostra potentia executiva esse realiter instrumentariam idest agere præcisè ut realiter motam ab alia potentia imperante, vel dirigente realiter distincta, non tamen in potentia divina esse talem virtualiter, & juxtà nostrum modum concipiendi. §. Secundò quia intellectus divinus absque imperfectione movetur juxta nostrum modum concipiendi quoad exercitium à voluntate, sicut voluntas quoad specificationem ab intellectu ergo.

Quòd si dicas, ut supra, esse discrimen, quòd voluntas movetur ab intellectu, & è contra, ut se moveant, potentia verò executiva movetur, non ut se moveat, sed præcise est ordinata, ut obediat, & moveatur. §. Contra hoc instat. Quia licet potentia executiva non moveatur, ut se moveat, movetur tamen, & imperatur, ut moveat, & agat alia à se, at sicut est perfectio simpliciter præscindibilia ab imperfectione movere se, ita movere, & agere alia à se, ergo sicut non est imperfectio in voluntate divina moveri quoad specificationem ab intellectu, neque in intellectu moveri quoad exercitium à voluntate, quia moventur, ut se moveant ob realem identitatem intellectus, & voluntatis, pariter non erit imperfectio in potentia executiva moveri, & imperari, ut agat, & moveat alia à se, quia à potentia imperante, & movente, realiter non distinguitur &c.

Urg. hoc argumentum impugnando aliud fundamentum insinuatum, & procedens ex eodem motivo imperfectionis, scil. defectus sufficientia efficaciæ. Nam ex eo itarum nequit adæquatè distingui, quia aliàs intellectus, & voluntas sa ipsis præcisè dirigendo, & aplicando, non verò exequendo, non haberent sufficientem, vel summam efficaciam ad effectum producendum, sed hoc est falsum, ergo. Prob. mi. Quia licet se ipsis immediatè non exequantur, adhuc tamen habeant sufficientem efficaciam, & summam in linea directiva, & imperativa, sed hoc sufficit ad excludendam omnem imperfectionem ab illis in genere operativo ergo. Prob. mi. ex communi doctrina Thomistarum, in qua præter decretum intentivum gloriæ, datur respectu prædestinatorum decretum executivum, unde prob. sic. Ex eo præter idem decretum intentivum datur executivum sine omni imperfectione, aut defectu efficaciæ in intentivo, quia istud tantum petit esse efficax in ordine intentivo, non verò immediatè in executivo, sed etiam intellectus tantum petit esse efficax efficacia directiva, & voluntas efficacia inclinativa juxta meritum suæ lineæ, non verò immediatè efficacia executiva, nam aliàs eadem facilitate dici poterit, quòd etiam decretum intentivum petit esse efficax efficacia immediate executiva, si semel non est debitum continendi se intra propriam lineam, ergo non erit defectus efficaciæ in intellectu, & voluntate, si tantum efficaciter influant directivè, & inclinativè, non verò immediatè executivè.

Ad hoc quod iterum placuit in obsequium ejusdem Eminentiss. deducere, & proferre ex solutionibus illius ad idem argumentum. §. Resp. iterum procedere ex priori suppositione, quòd in Deo possit dari influxus formaliter transiens, sicut datur intra lineam formaliter immanentem volitivus, & intellectivus, sicut etiam intentivus, & executivus, quam licet idem probabiliter admittat in §. ultimo solutionum ad argumenta, eam tamen rejiciunt communiter Thomistæ, & meritò, quia videtur eam satis expresse negare D. Thom., ut constat ex dictis. Unde licet ita sit, quòd si semel admitti posset salva doctrina D. Thom. videretur argumentum satis urgere & sicut distinguimus lineam intellectivam à volitiva, & ordinem intentivum ab executivo sine debito explicandi perfectionem alterius lineæ cum sola identitate reali ad vitandam omnem imperfectionem in qualibet earum, quia cuilibet tantum est debita perfectio suæ lineæ, scil. ratio motivi quoad specificationem, non quoad exercitium, vel è contra; vel efficacia tantum intentiva, non executiva, vel à contra, ità pariter intellectui, & voluntati sola esset debita efficacia directiva, & inclinativa, non verò executiva, ac per consequens sine omni imperfectione ex parte sui admittere possent vim executivam adæquatè distinctam, & hanc forte etiam cum sola vi motiva, & activa respectu aliorum, & non respectu sui, cœterum cum tam expressè D. Tho., videatur negare hanc vim, vel ejus influxum formaliter transeuntem, & communiter ejus discipuli eidem se opponant, tenemur ad mentem ejus asserere, quòd via intellectiva, & volitiva in Deo nequeant contineri intra limites solius efficaciæ directivæ, & inclinativæ, sed sit eis debita executiva modo explicato in secunda conclusione, ac proindè sine imperfectione, & defectu repugnante propriæ lineæ admittere nequeant potentiam, vel actionem executivam à se ipsis adæquate distinctam, & cum sola motione activa respe-

respectu aliorum, & non sui, quæ omnia sumuntur ex D. Thom., nam utrumque explicans præcipuè cap. illo 35., & meritum utriusque lineæ in Deo, & distinctivum executivi divini à nostro ait, quòd intelligere, & velle est suum facere, & quòd præter intelligere, & velle non est aliqua ulterior actio, sicut in nobis, cujus rationem reddit, quia nostrum intelligere, & velle non habeat sufficientem efficaciam, ut ad illud immediatè sequatur effectus sine actione, & vi motiva superaddita sicut imperium divinum. Hoc autem discrimen, vel ratio ejusdem non videretur subsistere, si intellectui, & voluntati, vel utriusque actioni tantum attribueret efficaciam directivam, & inclinativam, nam hanc etiam habent intellectus, & voluntas, seu scientia, & velle nostrum, unde quia deficiunt in executiva est illis superaddenda vis, & actio executiva formaliter transiens, & non tantum virtualiter, ut in Deo, & ideò cap. 23. præcedenti asserit non posse esse in illo nisi actionem, quæ manet in agente, seu formaliter immanentem, scil. intelligere, & velle sic concludens ut vidimus rationem quartam: *Oportet igitur quòd actio divina sit de genere illarum actionum, quæ sunt in agente, & quasi perfectio ipsius. Hujusmodi autem non sunt nisi actiones cognoscentis, & appetentis: Deus igitur cognoscendo, & volendo agit, & operatur.* Quòd si velint interpretari de sensu identico, jam impugnatum est, & ex serie utriusque capitis manifestè constare potest esse insufficientem hujusmodi explicationem ad ejus intentum.

In forma ergo neg. mi. ad prob. vel nego suppositum ma., quòd possit sic admitti in Deo, ut dictum est, vel dato transeat ad illam, dist. mi. claritatis gratia, nullam importat, & tenetur importare, sive importat, & non importat conc. nullam præcisè importat, nec tenetur nego, nam licet ita sit, quòd plura ibi salventur in similibus sine imperfectione cum sola distinctione virtuali, non tamen in casu, vel in subjecta materia, quæ nequit admittere hanc latitudinem lineæ, ut ostensum est. Ad utramque illius prob., ad primam nego conseq., & disparitas est ex proximè dictis, quia voluntati sive creatæ, sive increatæ nostro modo concipiendi non est debitum se dirigere, sed inclinare ex directione alterius, unde propriè, aut ratione sui intransitivè voluntas non est dicenda cœca, (nam cœcitas ut suppono ex primo Physic., & ex alibi dictis, importat carentiam visus, seu cognitionis cum debito habendi, scil. privativam) sed magis non cognoscens; cæterum potentia executiva in Deo, ut dictum est, non est nata præcisè moveri, & movere alia, sed etiam se ipsam, quia ut toties dictum est, debet esse de lineæ formaliter immanentium, quæ juxta superiorem doctrinam D. Thom. non habet tantum moveri, aut movere alia, sed etiam movere se, cum sit de genere tantum cognoscendi, & appetendi, seu vitali, aut viventis perfectissimi ut ait D. Thom., ac proindè potentia, vel actio executiva in Deo salvari nequit cum sola motione respectu aliorum sine imperfectione, sicut salvatur voluntas estò dirigatur ab intellectu, quia aliàs habet totum id, quod sibi debetur, scil. movere illum quoad exercitium, & insuper se movere, dirigere autem se non est sibi debitum. Per quod etiam patet ad secundam, nam intellectui non est debitum se movere quoad exercitium, sed movere quoad specificationem, & movere se, unde si utrumque retineat, nulla potest in illo argui imperfectio. Ex his etiam patet ad replicam, quam contra annexam solutionem opponit. Dicimus enim ad potentiam executivam in Deo requiri etiam quòd moveat se, quia ut dictum est, cum teneatur esse de linea immanentium formaliter, & perfectissimorum viventium, valdè deficeret in hac linea, si tantum moveret alia, & non se contra intrinsecum conceptum viventis præcipuè in Deo, aut in natura purè intellectuali, unde nego quòd in Deo movere tantum alia, & non se, sit perfectio ità præscindibilis ab imperfectione, sicut movere se, nam hic salvatur adhuc proprius conceptus vitæ Dei, qui est perfectio simpliciter simplex, non verò in movere tantum alia, & non se, unde licet intellectus, & voluntas aliquo modo ad invicem moveantur, quia tamen adhuc retinent hoc, quod est munere se, non deficiunt ab eodem conceptu vitæ, seu perfectionis simpliciter simplicis. Itaque non quodcunque moveri ab alio præjudicat perfectioni hujus conceptus, sed cum exclusione movendi se, præcipuè in eadem natura purè intellectuali, & divina, & ratio est, quia cum duo habeat ex propriis, nempe quòd constet intellectu, & voluntate, & quòd vivat perfectissimo gradu vitæ, ratione primi ob mutuam connexionem utriusque potentiæ petit, quòd istæ mutuò se moveant, ratione verò secundi, quòd moveant se, unde licet non possit dari in illis purum movere se, & non una moveri ab alia, (aliàs destrueretur talis connexio, & ordo in illis) ex quo tamen eadem natura gaudet in suis potentiis perfectissimo gradu vitæ, nequit aliquam admittere salva summa perfectione, ejusdem gradus sine hoc, quod est movere secum sola ratione movendi alia.

Ad confirm. neg. mi. Ad prob. nego iterum mi.; quia linea executiva, cū sit ibi formaliter immanens quæ solum constat intellectu, & voluntate, non possunt istæ potentiæ sistere in sola efficacia directiva sine debito identificandi formaliter executivam, unde ad ejus prob., nego mi., & ad illius probationem annexam, nego quod possit sic affirmari de utroque, nam de istis ut supponit etiam arguens, est communis consensus, de linea verò executiva comparativè ad intellectum, & voluntatem frequentiùs, immò communiter jam negant Thomistæ, & meritò cum juxtà D. Thom. intelligere, & velle in Deo, ut vidimus, sit suum facere, quod est non agnoscere aliud exequi nisi intelligere, & velle modo explicato.

Sed adhuc instas ex eodem in solutione ad tertium, & ad confirmationem ejus. Quamvis respicere opus ad extrà, ut operatum directivè non sit extra lineam cognitionis; quia directio fit consultando, dictando, & proponendo, quæ omnia pertinent ad lineam cognitionis, secus tamen respicere illud, ut operatum executivè, ergo linea executiva prout sic non potest non esse adæquatè distincta à linea intelligendi, ac proindè cum efficacia huic indebita. Prob. aut. quia prout sic est in ordine ad distinctum objectum, & modum tendendi, ergo.

Urg. hoc. Actio formaliter transiens licet possit esse transiens virtualiter illativè, scil. inferendo actionem formaliter transeuntem, non tamen virtualiter suppletivè, quasi scil. absque actione formaliter transeunte possit immediatè producere effectum extra agens, ergo præter intelligere, & velle virtualiter transiens est assignanda actio executiva formaliter transiens. Prob. ant. quia magis distinguuntur actio formaliter transiens, & formaliter imma-

immanens, quam intelligere, & velle, sed licet intelligere possit esse ipsum velle virtualiter illativè, quia infert velle, non tamen virtualiter suppletivè quasi absque velle possit id totum efficere, ad quod desideratur velle, ergo. §. Tum quia perfectio de sui ratione formali præscindibilis ab imperfectione, non solum virtualiter, sed etiam formaliter debet esse in Deo, sed actio transiens non videtur de sui ratione importare imperfectionem, consistit enim in eo præcisè, quòd sit ultima actualitas, qua agens constituitur efficax in actu secundo, ut ab eo egrediatur effectus extra ipsum agens, in quo conceptu importatur quidem imperfectio in effectu, quidependet, at non ex parte agentis, vel actionis, à qua aliud dependet, ergo.

Sed licet hæc itæ om subtiliter dicta sint, non tamen ad mentem, vel doctrinam D. Thom. supra relatam ex cont. Gent., & ex disputat: Quòd scil. non detur actio formaliter transiens in Deo, & quòd linea operativa in illo adæquetur per intelligere, & velle, & quòd inter hæc duo, & effectum productum non datur actio media. §. Informa ergo nego ant. ad ejus prob. patet ex dictis solum esse respectum, vel modum tendendi in ordine ad objectum materiale vel secundarium, quod non est sufficiens ad constituendam lineam adæquatè distinctam. §. Ad confir. nego antec. de actione divina, quiquid sit in nobis ex defectu sufficientis efficaciæ in nostro intelligere, & velle, ut expressè tradit Div. Thom. c. illo 35. ex 2. cont. Gent. Ad ejus primam probationem, dist. ma. magis distinguuntur, ubi in operante admitti potest formaliter transiens, sicut in nobis, conc. aliter, vel in Deo juxtà D. Thom., nego, & dist. mi. intelligere non potest esse transiens virtualiter suppletivè, in Deo, nego, in nobis conc. nam intelligere Dei ita est virtuosum, ut sine actione media, scil. formaliter transeunte executiva, ad positionem ejus, sive ad dirigere, & imperare intellectus, statim prout Deus vult, effectus ponatur in tempore, ut docet ibi Div. Thom.

Ad secundam dist. similiter mi. actio transiens si sit pura executio distincta ab intelligere, & velle, nego, si sit ipsum intelligere virtuosum, & practicum, ut in natura divina, conc. ad prob. annexam dist., & explic. consistit in eo, quòd sit ultima actualitas &c. quomodocunque, nego loquendo de actione purè executiva, quòd sit ultima non sa movens, conc. Hæc autem non potest admitti in Deo, ut ostensum est. §. Sed contra hæc omnia urgentiùs instas ex quadam doctrina D. Thom. infrà qu. 27. ar. 3. qua probat in Deo dari præter processionem Verbi processionem amoris, seu duas tantum. Sic enim ait. *Ad cujus evidentiam considerandum est, quòd in divinis non est processio nisi secundum actionem, quæ non tendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente. Hujusmodi autem actio in intellectuali natura est actio intellectus, & actio voluntatis.* Ex quibus fit argumentum, si actio intellectus, & voluntatis esset transiens non tantum virtualiter illativè, sed etiam suppletivè, sic quòd essent ad extra operativæ per virtutem operandi ad extra non tantum directivè, & imperativè, vel inclinativè, sed etiam se ipsis immediatè executivè, verè tenderent in exteriorem materiam producendo terminum extra intellectum, & voluntatem, ergo D. Th. non rectè probaret divinas personas procedere ad intra, quia procedunt per intellectum, & voluntatem;

Urg. hoc. Nam D. Thom. ibi ar. 1. probat contra Arrium Verbum divinum non procedere ut terminum ad extra, vel sicut primam creaturam, ut impiè idem asserebat, quia procedit secundum emanationem intelligibilem, utpotè Verbi intelligibilis à dicente, quod manet in ipso, sed hæc ratio non videtur efficax contra eundem errorem, si semel actio intellectus non solum est transiens illativè, sed etiam suppletivè, sic quòd se ipsa immediatè exequatur, & producat terminum ad extra, nam videtur tunc posse responderi, quòd esto procedat Verbum per actionem, vel emanationem intelligibilem nihilominus terminus ejus potest ab ipsa immediatè esse aliquid extra productum, ergo efficacia immediatè executiva, vel virtus suppletivè transiens non videtur intellectui posse convenire.

Urg. ulteriùs ponendo casum, quòd omnis actio subjectetur in agente, & solum executivè, vel productivè transeat in passum, tunc actio intellectus, & voluntatis est actio immanens, & calefactio est transiens, non per hoc, quòd altera sit in agente, & altera non, sive non per hoc quòd altera formaliter transeat, & altera non, sed tantum per hoc, quòd licet utraque sit in illo, actio intellectus tantum habet terminum productum ad intra, & calefactio ad extra, saltem se ipsa immediatè executivè, quod videtur satisfacere priori probationi D. Thom. contra Arrium, ergo sic tenemur asserere si velimur unam ab alia distinguere, conf. tenet, quia non possumus tunc distinguere per permanentiam in agente, si omnes manent in illo, ergo per solam vim diversam productivam, vel executivam, nempè quòd altera tantum directivè, & imperativè, altera immediatè executivè concurrat ad effectum.

Huic instantiæ respond. admissa authoritate D. Thom. dist. ant. arg. facti, verè tenderent in externam materiam, primariò, aut tendentia formali producendo terminos extrà se, nego, secundariò, & tendentia tantum virtuali, conc., & nego conseq., quia Verbum, & Amor, vel impulsus in divinis non sunt termini quomodocunque producti per intellectum, & voluntatem, seu per cognitionem, & amorem, sed per se primò, & naturaliter, seu de necessitate, & non quasi permissivè, vel secundariò, & liberè, ut sunt creaturæ productæ ad extra, & ideò dicuntur formaliter immanentes, quia de necessitate manent in agente, & in ipso, vel intra ipsum producuntur, unde rectè probat D. Thom. divinas personas producere ad intrà, quia procedunt per intellectum, & voluntatem, vel utriusque actionem, sive secundum emanationem intelligibilem, scil. secundum id, quòd per se, & primariò, vel formaliter pertinet ad utramque, quod est omninò intrà, nempè producere Verbum intrà intellectum, & impulsum intrà voluntatem, non secundum id quod est secundariò, & permissivè, vel liberè potest illis competere, quod est extrà virtualiter inferre effectus. Ex quo etiam rectè probat contra Arrium non procedere Verbum, & Spiritum Sanctum, ut terminum ad extra, vel sicut creaturam, sed ut terminum ad intra, cui non dabitur instantia in contrarium respectu cujuscunque intelligentis. §. Et per hoc patet ad utramque confirmationem, addendo etiam ad primam, quòd ratio D. Thom. non est censenda demonstratio naturalis, quasi velit per illam evidenter concludere idem mysterium; nam ad efficaciter illud probandum utitur cum D. Augu. l. sacrâ Scriptura,

ptura, nec enim poteſt de divini Verbi proceſſione dari demonſtratio naturalis (ſicut nec de aliis ſupernaturalibus) cum de illa dictum ſit Iſa. 53. v. 8. *Generationem ejus quis narrabit*. Solum eſt ergo quædam ratio probabilis, qua ſuppoſita fide, eadem proceſſio explicatur exemplo, & ſimilitudine proceſſionis verbi creati, quod manet in agente. Qua uſus Theodoretus Ancyræ Epiſcopus in Conc. Epheſ. tom. 6. c. 10. dixit. *Nam & tuum Verbum, quædam mentis proles eſt &c. Hic itaq; cernis mentem, ibi Patrem. Hic Verbum ex mente productum agnoſcis, ibi Verbũ eſſentiale, ſubſiſtenſque ex Patre natum vides.*

Ad ſecundam pariter dicimus, quòd licet utraque ſit in agente, & utraque etiam producat terminum ad extra, adhuc tamen ſalvatur diſcrimen, nam per ſe primò tantum habet producere terminum intra agentem, & ſolum ſecundariò, vel liberè, aut permiſſivè producit terminum ad extra, quod ſatis favet ad intentum, & probationem D. Thom. contra Arrium; tranſiens verò fotmaliter ordinatur per ſe ad producendum extra agentem, & cum incapacitate etiam producendi intra, unde potiùs oppoſita ſententia in admittenda in Deo potentia, vel actione formaliter tranſeunte minus favere videtur eidem myſterio, vel proceſſioni Verbi, quàm noſtra, quæ dum illam negat, totaliter excludit omnem terminum ad extra quaſi per ſe primò productum ab aliqua potentia, vel actione divina, ac proindè magis recedit ab eodem errore contendente Filium in divinis eſſe terminum per ſe primò productum ad extra, ut primam creaturam. Poterat ulteriùs argui ex D. Thom.; ſed quia præcipua ejus authoritas ex relata quæſt. infra 25. ſufficienter expoſita eſt adhuc in favorem noſtræ ſententiæ, & aliæ ex dictis ſolvi poſſunt, omitto, ne plus nimiò immoremur.

§ VIII.

Corolaria.

EX dictis colligimus primò non videri in caſu rectè diſtingui potentiam executivam in ratione potentiæ, & in ratione attributi, ità ut licet virtualiter diſtingui nequeat ab intellectu, & voluntate in priori ratione, benè tamen in poſteriori, ut cenſent Io. à S. Thoma, & Mag. Ferre latè infra qu. 4. relata de potentia Dei. Tum quia ſive accipiatur per modum potentiæ, ſive per modum attributi determinatè eſt ex propriis de linea operativa non præcisè per modum virtutis determinativæ potentiæ, ſed per modum potentiæ, ſed vis executiva ad extra de hac linea ſemel virtualiter adæquatè diſtincta ab intellectu, & voluntate importat influxum formaliter tranſeuntem naturæ purè intellectuali repugnantem, & præcipuè divinæ infinitæ efficaciæ in ſui cognitione, & volitione, ut oſtenſum eſt, & patet ex D. Thom. ubi ſupra, ergo neutro modo poteſt adæquatè diſtingui ab illis. §. Tum quia (& urg. hoc) ſi ſemel ex propriis pertinet ad lineam operativam, ratio ejus attributalis, ut adæquatè diſtincta ab intellectu, & voluntate non poteſt in alio conſiſtere, quàm in ratione principii agendi in aliud, ſed in hoc pariter conſiſtit ratio potentiæ activæ formaliter, ut tradit D. Tho. infra q. 25. ar. 1. in fine in corp., ergo vel adæquatè virtualiter diſtinguenda eſt ſecundum utramque rationem, vel neutro modo. §. Tum denique quia ex eo laudatus Mag. Ferre §. 3. concl. 2. ratione ſecunda, ſeù prob. 3. in fine arguit diſtingui debere attributaliter, ſeù in ratione attributi, quia diſtinctus tractatus in theologia habetur de intellectu, & voluntate ab eo, qui habetur de potentia Dei, ſed hic diſtinctus tractatus non eſt de vi executiva præcisè in ratione attributi, ſed præcipuè in ratione potentiæ, ut patet infra ex eadem q. 25. per totam, & qu. 27. ar. 5. ad 1. Immò, ut dictum eſt, non aliter importat rationem attributi diſtincti ab intellectu, & voluntate, niſi per modum principii agendi in aliud, ac proindè per modum potentiæ, ergo vel inferendum erat ſecundum utramque rationem, vel ſecundum nullam, ſi ſemel id non ſufficit ad diſtinguendum in ratione potentiæ, ut revera inſufficiens eſt, nam licet adæquatè diſtincta non ſit, ob ſpecialem tamen difficultatem explicandi ejus influxum virtualiter tantum tranſeuntem in ſententia D. Thom., & convenientem intellectui, & voluntati ſine actione media ſuperaddita, ut tradit idem ubi ſupra ex cont. Gent., ſatis erat diſtinctio ejus inadæquata, vel connotativa, ut meritò inſtitueretur tractatus diſtinctus à ſuperiori de intellectu, & voluntate ſecundum id quod formaliter immanenter, vel per ſe aut primariò important.

Ex his etiam fit ſatis ad inſtantiam, quam opponit Mag. Ferre de miſericordia, & juſtitia, quòd ſicut hæc duo attributa poſſunt diſtingui, vel aliquid attributaliter ſuperaddere, non per modum potentiæ, ſed ſimplicis attributi, ſeù virtutis operantis non per actum proprium, ſed per actum ejuſdem voluntatis, ità vis executiva poterit aliquid ſuperaddere attributaliter, ſcil. per modum attributi, ſive virtutis operantis per actum utriuſque potentiæ, non per proprium, aut medium diſtinctum à cognitione, & volitione, quem negat ibidem D. Thom., ac proindè gaudere poterit ab illis ſola diſtinctione attributali, non potentiæ à potentia. §. Nam diſparitas eſt quia juſtitia, & miſericordia non important ex propriis rationem potentiæ, ſed ſolum rationem virtutis determinativæ potentiæ volitivæ in ordine ad determinatum objectum contentum intra lineam volitivam, non enim habent amplitudinem, vel indifferentiam ad plura, ſicut convenit potentiis, ut alibi explicatum eſt comparativè ad habitus, qui etiã ſunt determinationes potentiarum, cœterum vis executiva ſive in nobis, ſive in Deo ex propria ratione formali, vel objectiva nominat potentiã, unde non ſtat ſemel diſtingui in ratione attributi, vel virtutis operativæ ad extra in Deo, & non in ratione potẽtiæ.

Contra hoc autem corolarium objicit primò Mag. Ferre. Nàm licet intellectus, & voluntas poſſint eſſe immediatum principium operandi ad extra, non tamen hoc per ſe illis convenit, quaſi ſine illo ſalvari non poſſint, potentia autem executiva ex terminis, & per ſe reſpicit operari in aliud ſuppoſitum, ut docet Div. Thom. ubi ſupra, ergo dicit diſtinctum attributum ab illis. Prob. conſeq., quia ut duo nomina ſignificent duo attributa ſufficit, quòd per ſe aliquid conveniat ſignificato unius, quod non convenit per ſe ſignificato alterius, ergo ſi operari in aliud ſuppoſitum per ſe convenit potentiæ executivæ, & per accidens intellectui, & voluntati erit diſtinctum attributum ab illis.

Secundò. Nam intellectus, & voluntas divina ex terminis tantum dicunt intelligendi, & volendi principia, at potentia executiva dicit intelligendo, & vo-

& volendo efficere opera ad extra, ergo se habet ex additione ad intellectum, & voluntatem saltem attribualiter. §. Tertiò. Nam si non distinguerentur attributaliter, eò esset quia estò potentia executiva sit effectivum principium creaturarum ad extra, tamen hoc ipsum efficit intellectus, & voluntas divina intelligendo, & volendo, sed hæc ratio est nulla, ergo. Prob. mi. estò in genere causæ formalis natura divina formaliter sanctificet, tamen sanctitas divina distinctum attributum est ab ipsa natura, quia per se significatum naturæ non est sanctitas, sed est esse principium actuum divinoruum, ergo licet efficere creaturas ad extra conveniat Deo medio intellectu, & voluntate, tamen istud efficere non est per se illis adæquatè conveniens, ergo potentia executiva, liter hoc per se significat, habebit ab illis attributaquæ distingui.

Ad hæc dico in primis ut supra, quòd si aliquid probant, non tantum probare videntur distinctionem attributalem, sed etiam potentiæ à potentia. Tum quia, ut dictum est, cum vis executiva non sit pura vis determinativa potentiæ, sed amplitudinem habeat operandi per intellectum, & voluntatem, non in hac præcisè, aut illa determinata linea, sed in omni, non aliter nominat ex propria ratione formali attributum nisi per modum potentiæ, seu principii agendi in aliud suppositum, ut satis ibidem insinuat D. Thom., unde si semel distinguitur in ratione attributi, pariter erit distinguenda in ratione potentiæ. §. Tum quia si intellectui, & voluntati non per se convenit esse principium operandi ad extra, ut ait in prima objectione, cum sine illo salvari possint; id conveniet potentiæ executivæ, utpotè veluti institutæ ad operandum ad extra, & cum illi non conveniat, ut puræ virtuti, ut dictum est, conveniet illi, ut potentiæ, eò vel maximè, quòd ratio potentiæ in alio non consistit, ut vidimus ex D. Th., nisi in ratione principii agendi in aliud.

Tum quia (& urgetur præcedens replica) si intellectus, & voluntas, (ut dicit in secunda) sunt tantum etiam in Deo principium volendi, & intelligendi, (quòd totum nominat aliquid formaliter immanens) jam in linea executiva, vel operativa ad extra, si semel est adæquatè distincta, erit aliquòd non solum per modum virtutis, sed etiam per modum principii spectantis ad hanc lineā, formaliter transeuntis, quod non solum est contra D. Th., sed etiam repugnans infinitæ efficaciæ, & perfectioni intellectus, & voluntatis divinæ, ut patet ex dictis, unde sicut hac etiam ratione, ut dictum est, excludit ipse distinctionem in ratione potentiæ, videtur etiam teneri ad excludendum in ratione virtutis. §. Quòd si dicatur ex infinita utriusque efficacia habere sufficientem vim ad transeundum virtualiter in ratione principii, dicat pariter ex eadem habere sufficientem in ratione virtutis sine necessitate superaddendi virtutem adæquatè distinctam in ratione attributi, sicut non superadditur in ratione principii, vel potentiæ.

Pro omnibus ergo ex dictis resp. ad primā, dist., & explico ant. quoad primam partem. Non tamen hoc per se illis convenit per se primò, aut per modum transitus formalis, conc., per se secundò, aut per modum transitus virtualis, nego, quia ex infinita sui efficacia in linea intellectiva, & volitiva habent modo explicato se ipsis intransitivè virtutem exequendi, & non tantum dirigendi sine transitu formali, unde non est necessarium aliquid superaddere; sive per modum attributi adæquatè distincti. Per quod patet ad illius probationem annexam; nego, enim quòd sine hac virtute, sive ipsis intransitivè conveniente salvari possit utriusque infinita efficacia, vel proportionabiliter debita cuilibet naturæ purè intellectuali. §. Hinc etiam dist., & explic. 2. part. Potentia operativa ex terminis, & per se respicit operari in aliud; primariò, vel secundariò, sive formaliter, aut virtualiter juxtà sui conditionem, conc.; prout deservit naturæ purè, vel non purè intellectuali, nego illam, & cons.

Ad illius prob. similiter dist. sufficit, quòd per se conveniat significato unius, & non alterius, perseitate adæquata, vel primaria, aut à toto genere perseitatis intra utriusque lineam conc., inadæquata, & secundò solam distinctionem primarii, & secundarii, vel formalis, & virtualis ob amplitudinem, & efficaciam alterius potentis se extendere virtualiter ad limites alterius, ut in casu, nego. Tunc enim sufficit sola distinctio munerum, vel inadæquata, & connotativa, ut dictum est; & per hæc etiam patet ad secundam. Nam licet vis executiva dicat intelligendo, & volendo efficere opera ad extra non tamen quasi virtus, aut principium formaliter transiens, sed tantum virtualiter, quod, ut toties, ut dictum est, in natura purè intellectuali pertinet propriè ad intellectum, & voluntatem.

Ad tertiam, nego mi. Ad probat. transeat ant., & nego conseq., nam quidquid sit, an sanctitas sit attributum distinctum à natura divina, supposito tamen quòd sic distinguatur, tenemur asserere, quòd non nominet formaliter, vel ex propriis rationem principii, sicut attributum potentiæ executivæ, ut dictum est; unde est de subjecto non supponente, quòd semel attributaliter distinguatur, & non distinguatur in ratione principii, vel potentiæ; vel si in hac ratione non adest sufficiens ratio adæquatè distinguendi, nec erit in ratione attributi. Operatur ergo vis executiva intelligendo, & volendo non quasi per modum attributi, aut principii adæquatè distincti ab intellectu, & voluntate, sed ut idem intellectus, & voluntas in ratione principii practici virtualiter transeuntis, unde significatum potentiæ executivæ est adæquatè, vel attributaliter idem cum significato intellectus, & voluntatis (non tamen significatum sanctitatis, supposito,) quòd sic distinguatur, cum significato naturæ, nam istud, ut patet ex ejus definitione dicit rationem primi principii agendi, vel procedendi, aliud verò sanctitatis dicit accessum per unionem cum Deo media gratia, quæ quia est formalis participatio naturæ divinæ, dicitur sanctitatem haberi per naturam tanquam per causam, vel rationem formalem, quod tamen in Deo totum habetur secundum realem identitatem.

Secundò colligimus optimè stare actionem Dei existere ab æterno non tamen debere ab æterno esse creaturam, quia cum suum facere sit suum intelligere, & velle, effectus autem ab intellectu, & voluntate sequatur secundum determinationem intellectus, & imperium voluntatis, sicut per intellectum determinatur rei factio, & omnis alia conditio, ita etiam præscribitur ei tempus, unde secundum hanc præscriptionem producuntur ad extra, scil. secundum quòd ab æterno Deus disposuit. Ex quo sequitur actionem existere ab æterno quantum ad entitatem,

tem, sed non quantum ad terminationem ad creaturas, ac proinde licet quoad istam non possit sine termino existere, benè tamen quoad antitatem sine æternitate termini. Nec est opus deinde, ut ponatur aliqua actio de novo ad actualem positionem effectus, sed sufficit antiqua voluntas, ad quam ob sui efficaciam sequi potest in tempore nulla de novo existente actione, juxta æternam Dei dispositionem, ut explicat D. Thom. cap. illo 35. cont. Gent. exemplo artis, vel medici, nam quia ad illam spectat determinare non solum ut hoc tale sit, sed etiam ut tunc sit, sicut determinat medicus, ut tunc detur potus, infert, quòd si ejus velle per se esset efficax ad producendum effectum sequeretur iste de novo ab antiqua voluntate nulla actione de novo existente.

Tertiò colligimus in hoc scientiam visionis ab illa simplicis intelligentiæ differre, ut in superioribus explicatum est, quòd hæc concurrit ad productionem rerum directivè, & remotè, illa verò proximè, nec directivè solum, sed etiam effectivè, & executivè immediatè, ut dictum est, nam simplex intelligentia dicitur tantum concurrere per modum consilii, ac proindè mediatè, & magis in ordine intentivo, quàm executivo, visio verò per modum imperii, quod pertinet ad executionem, & dicitur actus non præcisè prudentiæ, quæ versatur circa agibilia, sed artis, seu scientiæ practicæ Dei, quæ versatur circa factibilia, ut est actualis creaturarum productio, unde habet in Deo, sive ejus intellectus practicus, ut vidimus, rationem potentiæ executivæ. Ex quo etiam infertur satis probabiliter sustineri non esse hujusmodi scientiam virtualiter distinguendam ab arte.

DISPUTATIO ULTIMA.

De cognitione, seù scientia futurorum contingentium.



Elebrem disputationem aggredimur, in qua gravissimæ difficultates se offerunt examinandæ, & ferè omnes ad hoc reducuntur, scil. in indagando, & assignando medium cognoscendi certò, & infallibiliter prædicta futura, nam Contrarii recurrere nolentes ad divinum decretum, seù ad divinam essentiam determinatam per illud, ad quam recurrunt Thomistæ, conati sunt per viam scientiæ mediæ eorum determinatam veritatem explorare, quamvis non uno, & eodem, sed pluribus explicandi modis procedant, ut infra referemus, & impugnabimus. Et quidem non loquimur modo de quacunque scientia, vel cognitione, sed de libera, & non purè naturali, quæ non innititur decreto, ut dictum est, & statim iterum explicabimus, nam antevertendo omne decretum, vel pro statu possibilitatis omnes propositiones negativæ de prædicatis earũ liberis sunt necessariò veræ, & affirmativæ sunt necessariò falsæ, quia pro eadem prioritate, & statu, cum affirmari non possint nisi prædicata necessaria juxta meritum ejusdem status, in negativis sit sensus, quòd tale prædicatum non sit de numero eorum, quod est necessariò verum, in affirmativis verò, quòd sit de eodem numero, quòd est necessariò falsum, aliàs prædicatum liberum, & contingens non esset, unde prout sic, ut dicemus, cognoscuntur certò, & infallibiliter per scientiam naturalem. Difficultas ergo maxima est intra forum liberum, vel contingentiæ. Pro cujus resolutione quibusdam præmissis ad hanc, & alias explicandas tum in Phylosophicis, tum in Theologicis, primò inquirimus de conditionatis, & deindè ibidem de scientia media, an sit admittenda, & demum etiam de absolutis, in quo pariter cognoscantur, (nam de eorum coexistentia, vel reali, aut physica præsentia in æternitate, latè in superioribus de æternitate dictum est) solum investigabimus, an hæc sit sufficiens, vel unicum medium certò eadem, & infallibiliter, vel invariabiliter cognoscendi.

QUÆSTIO PRIMA.

In quo medio cognoscat Deus futura conditionata libera:



Ub aliis terminis poterat etiam exponi præsens difficultas, an scil. in solo decreto divinæ voluntatis subjectivè absoluto, & objectivè conditionato cognoscantur à Deo, sive etiam ut magis in individuo, & ut omnia hujusmodi futura comprehendantur; An ante omne decretum divinæ voluntatis prædefinientis consensum voluntatis creatæ futurum, vel absolutè, vel ex suppositione, quòd in hoc, vel in illo rerum ordine sub his, aut illis circunstantiis constitueretur, potuerit prævideri voluntatis consensus ut futurus sub conditione. In qua re communiter docent Thomistæ asserentes omninò recurrendum ut ad decretum ut ad medium cognitionis intra forum liberum, & non solum concomitanter, aut præsuppositivè, vel materialiter, ut causam essendi. Negant verò defensores scientiæ mediæ, licet non eodem modo procedant, ut constabit infra.

§. PRIMUS.

Præmittitur multiplex divisio contingentis.

Futurum cum sit quid medium inter possibile, & præsens, vel existens, aliquid superaddit ad illud, scil. ordinem ad existentiam juxta meritum suæ futuritionis, nempè absolutæ, vel conditionatæ, possibile autem solum dicit posse esse, non potentia aliqua physica, sed logica, seu secundum habitudinem terminorum, vel non repugnantiam, ut supra ex D. Thom. explicatum est; aliquid vero minùs dicit, quam existens, quia istud habet existentiam, utpote jam positum extra causas à parte rei.

Primò, & principaliter dividitur in absolutum, & conditionatum. Illud dicitur simpliciter, & absoletè futurum, quod aliquando in re in propria duratione habiturum est existentiam, esto sit illam habiturum dependenter ab aliqua conditione, quæ revera erit. Quale erat illud ante mundi constitutionem si Adam peccabit, Filius Dei carnem assumet. Decreverat enim Deus, ut filius fieret homo existente peccato, & non aliter, & otrumque est impletum, quia sicut Deus statuerat Filium incarnari, sic priùs ratione decreverat peccatum Adæ permittere. De his futuris certum est præsupponere in Deo aliquod decretum liberum, & cognosci ab ipso scientia omninò libera, quæ visionis dicitur, de quibus tamen adhuc infra. §. Futurum conditionatum, de quo potest esse præsens quæstio, illud dicitur, quod præcisè ut sic acceptum, vel consideratum non est futurum realiter extra causas, esset tamen data aliqua conditione, vel hypothesi, unde solum dicitur futurum secundum quid, & sæpe nunquam erit in re, quia hypothesis, vel conditio non est ponenda in esse.

Utrumque adhuc subdividitur, nam absolutum, aliud est infallibiliter futurum ut est præcedens, seu relatum ad causam primam à nulla inferiori impedibilem, unde dicitur illud, quod in aliqua differentia temporis habebit infallibiliter unam de in esse veram. Aliud verò non est ita infallibiliter futurum, sed tantum dicitur tale, prout relatum ad causas proximas, vel inferiores, sive ad earum inclinationem, juxta quam deberet poni in esse, sed quia illæ possunt ab aliis impediri, ne effectum producant, non est infallibile, quòd hic aliquando existat vel ponatur in re. In quo futurum à toto sui genere distinguitur à præterito, quod quia istud nulla potentia fieri potest, quod non extiterit, nulla via impediri potest à ratione existentiæ de præterito, sicut futurum à ratione existentiæ de futuro, quia ad istud datur posse ad faciendum, quod aliquando non existat, impedita scil. causa proxima, vel inferiori revera impedibili ad dandum esse, saltem à prima, cui omnes inferiores essentialiter subordinantur, & strictissimè obedire tenentur.

Quod explicat D. Thom. infra quæst. 19. art. 7. ad 2. ubi ait. *Dicendum, quòd voluntas Dei cum sit causa prima, & universalis non excludit causas medias, in quarum virtute est, ut aliqui effectus producantur. Sed quia omnes causæ mediæ non adæquant virtutem causæ primæ, multa sunt in virtute, & scientia, & voluntate divina, quæ non continentur sub ordine causarum inferiorum, sicut ressuscitatio Lazari. Unde aliquis respiciens ad causas inferiores dicere poterat Lazarus non resurget: deinde magis ad rem nostram subdit. Et utrumque horum Deus vult, scil. quòd aliquid quandoque sit futurum secundum causam inferiorem, quod tamen futurum non est secundum causam superiorem, vel è converso. Sic ergo dicendum est, quòd Deus aliquando pronunciat aliquid futurum, secundum quod continetur in ordine causarum inferiorum, ut puta secundum dispositionem naturæ, vel meritorum, quod tamen non fit, quia aliter est in causa superiori divina, sicut cum prædixit Ezechiæ. Dispone Domui tuæ, quia morieris, & non vives (ut habetur Isa. 38.) neque tamen ita evenit, quia ab æterno aliter fuit in scientia, & voluntate divina, quæ immutabilis est.* Unde non est mortuus sequenti die, quia in causa sempiterna erat, ut in illo non moreretur, licet causæ naturales, & demeritoriæ ad crastinam mortem inclinarent, sed impeditæ fuerunt juxta consilium voluntatis divinæ, quæ ad hoc erat, ut superviveret. *Et propter hoc*, concludit D. Thom., *dicit Gregor.* (scil. 20. moral. c. 23.) *Deus immutat sententiam, non tamen mutat consilium*. Unde explicans deindè illud Jeremiæ 18. *Si pænitentiam egerit gens illa à malo suo agam, & ego pænitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei; inquit; Intelligitur metaphoricè dictum, nam homines quando non implent, quod comminati sunt, pænitere videntur.*

Id repetit 2. 2. qu. 71. ar. 6. ad 2. ubi simul ostendit ex hoc nunquam esse falsa, quæ propheticè enunciantur etiam si quandoque non eveniant, dicens: *Quandoque revelatio prophetica est impressa quadam similitudo divinæ præscientiæ prout respicit ipsa futura contingentia in se ipsis, & talia sic eveniunt, sicut prophetantur secundum illud Isaiæ 7. Ecce virgo concipiet. Quandoque verò prophetica revelatio est impressa similitudo divinæ præscientiæ prout respicit ordinem causarum ad effectus, & tunc aliter evenit quam prophetentur, nec tamen prophetia sub est falsum, nam sensus prophetiæ est, quòd inferiorum causarum dispositio, sive naturalium, sive humanorum actuum hoc habet ut talis effectus eveniat, & secundum hoc intelligitur verbum Isa. dicentis, morieris, & non vives, idest dispositio corporis tui ad mortem ordinatur: & quod dicitur Jonæ 3. adhuc 40. dies, & Ninive subvertetur, idest, hoc merita illius exigunt, ut subvertatur.* Qua etiam doctrina ad Hebr. 8. lect. 3. ad illud. *In quo abundantiùs*, explicat utramque prophetiam dicens: sciendum est, quòd in his, quæ à Deo procedunt duo sunt consideranda, scil. ipse processus rerum, & consilium Dei, à quo talis processus causatur. Consiliū est omniuò immutabile. Isa. 46. *consilium meum stabit*. Sed dispositio est bene mutabilis, nam aliquando Dominus pronunciat aliquid secundum quod exigit ordo, & processus rerum sicut Isa. 38. dispone &c., & tunc est prophetia comminationis, quandoque vero pronunciatur aliquid secundum quòd respicit consilium Dei æternum &c., & est prophetia prædestinationis, quæ est ostensiva divini consilii.

Conditionatum etiam multiplex est juxta diversitatem conditionum, quibus enunciatur, vel à quibus dependet in sui connexione cum illis; nam quandoque

doque habet connexionem necessariam necessitate, vel certitudine metaphysiva, quandoque tantum morali, quandoque sola probabili, majori, vel minori juxtà diversitatem graduum probabilitatis, quandoque nullam habet, sed purè disparatè, aut concomitanter se habet. Unde dividitur primò in necessarium, & contingens, secundum quòd habet necessariam, vel infallibilem connexionem cum hypothesi, vel conditione, itaut non stet poni conditionem, & non poni conditionatum, quia nempè conditio, vel hypothesis, quæ datæ dicitur effectus futurus, includit causam veram, & realem illius ex se necessariò, vel infallibiliter illum inferentem, ut si ignis producatur, & applicetur ad subjectum calefactibile, calefaciet illud: si sol producatur juxta corpus diaphanum illuminabit illud, si Petro existenti detur auxilium efficax ad credendum, credet.

Contingens est, quod habet contingentem connexionem cum illa, itaut possit poni, vel non poni illa existente, quia nempè hæc non includit causam infallibiliter inferentem, sed vel moraliter tantum, vel probabiliter, vel nullo modo juxta meritum conditionis, ut dictum est. Unde juxta præfatam diversitatem illius potest hujusmodi contingens ulteriùs dividi in disparatum, sive quod nullam connexionem habet, sed omninò concomitanter, vel disparatè se habet cum illa, ut si gallus cantet, Turca convertetur; & in non disparatum, sive quod aliquam ex præfatis connexionibus habet cum eadem, scil. vel moraliter tantum certam, consistentem in hoc, quòd conditione posita semper verificabitur, licet physicè dicatur posse non evenire. Ut si homo gravi tentatione pulsetur, & speciali gratia non adjuvetur, tentationi succumbet, licet enim potentia physica dicatur posse resistere absque speciali gratia tentationi contra præcepta naturalia, moraliter tamen non potest, sed semper succumbet, ut infra de gratia &c. vel probabilem tantum, ut si fuerit mater, diliget filium: sive ut omne hujusmodi conditionate contingentia comprehendamus, conditionatum contingens est, cujus conditio aliqualiter confert tali, vel tali gradu certitudinis, vel nullo modo confert ad illius positionem.

His positis, ut certum supponimus priora conditionata necessaria cognosci à Deo ante omne decretum liberum suæ voluntatis per scientiam omninò naturalem, quæ dicitur simplicis intelligentiæ, neque de his jam assignatis, vel similibus est præsens controversia, quia supposita connexione necessaria, & infallibili fundant veritates necessaries, quæ à libera Dei voluntate exercitè non dependent, & soli scientiæ naturali subjiciuntur, ut patet ex dictis; & quamvis in aliquibus ex illis, ut si detur efficax auxilium ad credendum credet, si moveatur efficaciter ad amorem, amabit, & similibus, tam conditio, quàm conditionatum sit absolutè quid liberum & contingens, quia tamen connexio, & consequentia unius ex alio est necessaria, & infallibilis, itaut non stet unum poni, alio infallibiliter non posito, quod sufficit ad propositionem conditionalem necessariam, ideo ad eandem scientiam omninò pertinere dicuntur. Difficultas ergo est de futuris conditionatis contingentibus, quando scil. condito, vel hypothesis, quæ data dicitur effectus futurus, non includit causam physicam ex se infallibiliter inferentem effectum, v. g. ut ad rem nostram accedamus, an secluso auxilio ex se efficaci ad determinatam, vel determinandam voluntatem creatam, hæc propositio, si Petrus constitueretur in hoc, vel illo loco, & excitaretur his, aut illis motivis sufficientibus ad consensum, consentiret, fuerit certò, & infallibiliter cognoscibilis, antequam Deus decerneret ut Petrus consentiret, sive independenter ab illius decreto, ut medio cognoscendi. Supponimus enim hujusmodi conditionata non habentia necessariam, vel infallibilem connexionem, non posse esse certò cognoscibilia ex vi illationis ex pura eorum conditione, quia eo tantum modo cognoscibilia sunt ex illa, vel in vi illius, quo cum illa connectuntur, ergo si non habent certam, seu necessariam connexionem, cum illa, nec poterunt certò ex vi illius cognosci, vel nullo modo ex vi ejusdem, si nullam habent &c.

§. II.

Præmittitur constitutivum formale futuritionis.

Quia ab hoc etiam capite de constitutivo futuritionis dependet potissimè resolutio præsentis disputationis placet ab initio id præmittere, ne in serie illius plus nimio immoremur. In uno autem conveniunt Thomistæ, quòd in ordine ad decretum sumenda, & constituenda sit futuritio rei, est tamen discrimen, an formaliter habeatur ab illo, an solum efficienter. Alii verò ut præfati defensores scientiæ mediæ licet loquendo de futuro absoluto, seu de futuritione ejus, eam pariter admittant dependenter à decreto actu existente in Deo, conditionatam tamen contendunt posse haberi sine illo sine actu sic existente subjectivè, sed ut solum præsenti objectivè. Hoc enim assignant discrimen inter utrumque futurum, quòd absolutum dicunt dependere à decreto actuali, & exercito, seu actu in Deo existente, conditionatum verò non requirit decretum actu existens, sed tantum quòd esset si poneretur conditio, unde pro priori, quo cognoscitur futurum, sufficit quòd objectivè existat in mente divina, ac proindè ad constituendam ejus futuritionem non tenemur recurrerre ad decretum aliquod actuale, vel exercitum, sed præsens tantum objectivè, ita ut pro formali nil aliud importet nisi carentiam existentiæ de præsenti, & existentiam de futuro, sive postea habendam.

Nihilominus dicimus formale constitutivum futuritionis rei esse ipsum decretum, seu formalem præparationem, & determinationem causarum ad illius productionem. Ita frequentiùs, & jam communiter Thomistæ uno, vel altero excepto, qui licet non neget concurrere indispensabiliter decretum in sensu causali, seu in genere causæ efficientis ad illius constitutionem, negat tamen esse formam formaliter illam constituentem, seu rationem formalem constitutivam illius, sed hanc dicit esse connexionem immediatam cum existentia rei infallibilitatæ per hoc, quòd sub est decreto, seu cum existentia rei infallibiliter ponendæ in re ex vi decreti ita M. Ferre hic tract. 5. §. 4. referens suppresso nomine alios, ut ait, nobilissimos Thomistas. Cæterum huic nostræ resolutioni videtur satis facere primò D. Thom. hic

art.13. in corp., ubi ait, quòd contingens potest considerari dupliciter, *uno modo in se ipso, secundum quòd jam in actu est, & sic non consideratur ut futurum, sed ut præsens. Alio modo ut est in sua causa, & sic consideratur ut futurum.*

Nec intelligi potest D. Thom. de sola futuritione causali, quia expressè loquitur de futuro ut contra distinguitur à præsenti, sed certum est ab illo distingui non sola futuritione causali, sed etiam formali, ergo de hac etiam intelligendus est. §. Deinde qu.2. de veritate ar.12. ad 7. absolutè ait. *Quod cum dicitur hoc est futurum, vel fuit futurum designatur ordo qui est in causa illius rei ad productionem ejus*, sed dum absolutè affirmatur prædicatum de subjecto, non affirmatur præcisè in sensu causali, sed formali, ergo si ordo causæ ad productionem rei, sive præparatio, aut determinatio ejus ad dandum illi esse juxtà D. Thom. constituit futurum, constituit illud formaliter, & non tantum causaliter, vel efficienter. Idem docet Primo Periherm. lect.13., & infra etiam quæst.16. ar.7. ad 3. Ubi iterum absolutè inquit. *Quod illud, quod nunc est ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret. Unde sublata causa non esset futurum illud fieri.*

In quibus patet loqui de adæquata causa constitutiva, & à priori, qua pereunte deficit adæquatè futurum, ac proindè non tantum intelligi debet de efficienti, sed etiam de formali constitutivo futuritionis, Videri potest etiam Primo cont.Gent. cap.67. & in Primo dist.38. qu.1. ar.5. in corp., & alibi. Et samitur ex D. August. lib.6. de Genes. ad lit. cap.17. dicente, Deum facere futura nil aliud esse, quam eorum causas præparare.

Ex his prob. ratione. Denominatio futuri est quædam denominatio realis non intrinseca, sed extrinseca, proveniens à forma reali extrinseca, sed non est alia assignabilis, nisi prædicta determinatio, & præparatio causarum ad dandum illi esse, ergo hæc est forma constitutiva futuritionis illius; ma. quòd sit realis patet, cum sit denominatio de linea durationis: quòd verò non sit intrinseca, sed extrinseca, etiam est certum, cum res non habeat ex se, quòd sit futura, aliàs illi cõveniret antequam esset talis, quod implicat, sicut enim deberet esse antequam esset si à se ipso haberet esse, ità pariter deberet suam futuritionem præcedere, si illam ex se haberet. Ex qua etiam prob. mi. Nam semel non habens illam ex se, debet ad causam recurrere, at non ad istam, ut potentem producere, (sic enim tantum denominat possibilem,) nec ad eandem ut actu producentem, (sic enim denominat existentem,) ergo ut ad determinatam, & præparatam ad dandum illi esse in duratione sequenti.

Dices primò esse aliud assignabile, nempè hoc, quòd sit res aliquando habitura existentiam, ad quod non requiritur aliqua determinatio in causa, sed sufficit, quòd aliquando verificetur eventus, nam ex suppositione istius debebit omninò verificari esse futuram, quia omne id, quod in præsenti habet unam de in esse veram, sive de quo verificatur in præsenti, quòd primò existat, debuit in priori signo habere esse futurum, cum impossibile sit aliquid habere esse de præsenti, de quo per priùs non verificetur habere esse de futuro.

Sed hæc solutio sufficienter etiam in logicis impugnata est, & contra illam adhuc redibit sermo infra. Et breviter impugnatur primò. Tum quia petit principium, nec assignat causam, vel rationem futuritionis à priori, quam inquirimus, nec de omnibus futuris verificari potest. Primum quidem, quia similiter de eventu inquirendam est, unde habeat, quòd sit futurus suppositis omnibus principiis indifferentibus, implicat enim verificari eventum, ut rectè dicit solutio, de quo priùs non verificetur futuritio, ergo si ante eventum non est assignabile principium dans futuritionem, nec erit assignabile dans eventum.

Hinc etiam patet secundum, quia eventus, aut existentia effectus non præsupponitur futuritioni ejus, sed magis è contra, ergo effectus non quia evenit, futurus erat, sed magis quia futurus erat, evenit, unde si quis rectè consideret, dicere effectum esse futurum, quia evenit, vel quia de eo aliquando verificabitur, quod est, est idem ac dicere esse futurum, quia est futurus, & idem assignatur ut causa, & ratio sui ipsius.

Tertium denique, quia ut patet ex dictis, vel ex superiori doctrina Div. Thom. De effectu contingente pro tempore in quo ejus causa habet sufficientem determinationem ad hoc, ut quantum est ex vi illius fit, verissimè dicitur, quòd sit futurus, quamvis postea in re non eveniat, ut constat etiam superioribus exemplis scripturæ, & in medico veridicè affirmante de convalescente quòd sanabitur, licet fortè ex aliquo accidente ejus sanitas impediatur.

Tum quia licet ita sit, quòd omne, de quo verificatur aliquando quod est, sit antecedenter futurum, tamen antequam sit, inquiro, exquo principio habeat, quod sit aliquando habiturum esse de præsenti, an ex causa, & cum ad causam recurrere nolint, tenentur asserere quod habeat ex se, quod est implicatorium, & simul redit argumentum factum.

Explic. hoc. Quamvis ità sit, quòd rectè tanquam per signum à posteriori colligamus, rem priùs esse futurum ex eo, quòd videamus eam esse, non tamen hoc esse potest assignari ut causa, vel ratio à priori futuritionis, nisi velimus, quod aliquid priùs sit de præsenti, quàm futurum, quod implicat, ergo adhuc non assignatur principium determinatæ futuritionis, ergo cum ante idem esse de præsenti non sit aliud assignabile nisi vel causa, vel propria natura, si semel in causa non habet, habebit illam ex se, quod repugnat in terminis, sic enim ex eisdem principiis, exquibus habet contingentiam, haberet determinatum fore, quod implicat.

Dices ergo secundò, & superioribus replicis, non sumi futuritionem præcisè ex eventu, neque omninò independenter à decreto, sed vel independenter ab isto, ut à forma denominante, vel ab illo, ut actu existente, præcipuè si sit futurum contingens conditionatum, quia cum causa debeat proportionari suo effectui, si iste non sit absolutè futurus, sed tantum quòd esset, si poneretur conditio, nec decretum debet esse actu existens, sed tantũ quòd esset, si esset ponendus effectus purificata conditione. Dicunt ergo, ut supra innuimus, quòd futuritio adæquatè consistit in ipsa carentia existentiæ pro tunc, & in existentia postea habenda, sed quia præcisa carentia, aut negatio existentiæ non est sufficiens, nisi aliquid superaddatur ad distinguendum à putè possibili, dicunt ulteriùs requiri ordinem ad existentiam habendam, & quia ordo iste, utpotè accidẽtaliter liberè conveniens, haberi nequit ex ipsa natura rei, admittunt esse necessarium decretum, vel absolutum, & actu exi-

existens si sit futurum absolutum juxtà frequentiorem modum dicendi; vel conditionatum, scil. quòd esset ut dictum est, si poneretur conditio, ut sic causa proportionetur effectui, qui non est, sed erit, vel esset existente eadem conditione, unde satis est esse istud decretum objectivè tantum in mente divina, quod est tandem habere determinatam veritatem eorundem conditionatorum independenter à decreto actu existente in Deo, quod jam communiter negant Thomistæ.

Sed hæc solutio, quæ videtur præcipuum eorum effugium, deficit in eo, quòd non distinguit inter affectum, & futuritionem ejus; nam licet modo effectus non sit, est tamen de præsenti futuritio illius, non enim expectat existentiam effectus, sed eam prævenit, ut patet, at nequit hæc de præsenti verificari non existente actu decreto in Deo, & non tantũ objectivè, ergo independenter à decreto actu existente in illo nequit haberi determinata futuritio, ac proindè nec determinata veritas futuri, quodcunque sit. Prob. mi. quia effectus iste de præsenti haberi nequit non assignata causa de præsenti, ut etiam fatetur solutio, cum debeat hæc proportionari effectui, at non est alia assignabilis, nisi decretum actu existens in Deo, ergo. Prob. mi., quia non est alia assignabilis, nisi media inter statum possibilitatis, & statum præsentiæ, vel productionis, at nulla alia est assignabilis inter utrumque statum, nisi præparatio in causa per decretum de dando esse aliquando effectui, cum nihil aliud mediat in linea efficientis, ut per se patet, ergo nec futuritio, nec veritas determinata haberi potest independenter à decreto.

Urg. hoc. Decretum istud, quod dicitur tantum objectivè existere non subjectivè, nequit intellectui divino obiici, ut purè possibile, neque ut futurum etiam virtualiter, ergo ut existens, ergo est, & non solum esset. Ant. quoad 1. p. constat, quia à causa purè possibili non denominatur effectus futurus, sed possibilis, nisi velimus effectum excedere suam causam. Quoad secundam verò præterquamquòd traditur ab aliis defensoribus scientiæ mediæ contra Suarez, satis constare poterit ex dicendis, & videtur omninò repugnans naturæ prædicatorum Dei, nàm sive necessaria, sive libera sint, cum tamen essentialiter æterna, & actus puros sint, nequeunt cum fundamento concipi cum transitu de non esse in aliquo signo in quo, etiam rationis, ad esse pro alio, ut patet, ergo neque ut futurum, sive absolutè, sivè conditionatè.

Urg. ulteriùs. Esse futurum sive absolutè, sive conditionatè est liberum Deo, aliàs non esset futuritio contingens, sed necessaria, ergo in omni signo, in quo verificatur futuritio, est aliquid volitum, ergo in eodem tenentur assignare liberam ejus volitionem, seu decretum in illo existens, & non tantum objectivè, aut ut futurum, sivè quòd esset, non verò quòd sit.

Ex his obiter inferimus latum discrimen inter prioritatem, & posterioritatem intra lineam futuritionis etiam virtualis inter decreta, si semel admitteretur in illis; & alteram intra lineam dimanationis, vel egressus virtualis inter naturam divinam, & ejus attributa, quia prior utpotè in linea durationis, & existentiæ non est prioritas quæcunqué, sed signi in quo, scil. in quo unum sit, & aliud non sit, quod omninò repugnat, ut dictum est, prædicatis divinis, quæcunque sint; posterior verò, utpotè, puræ originis, vel emanationis, aut productionis, est tantum prioritas à quo, quæ salva omni imperfectione admittitur in illis, ut suppono ex communi cõsensu, & explicatur infra de Trinitate, & suprà de visione, unde non rectè aliqui cum Suarez unã inferũt ex alia, ut sine imperfectione salvent futuritionem, saltem virtualem in eisdem decretis. Ad hanc enim requirebatur prioritas signi in quo omninò repugnans Deo in suis prædicatis, cum de nullo concipi possit, quòd in aliquo signo non sit, undè prioritas illa, quæ concipitur in Deo antequam liberè aliquid determinet non est prioritas signi in quo, sed tantum à quo insufficiens ad constituendam futuritionem adhuc virtualem, seù cum præparatione transitus etiam virtualis de non esse ad esse, ut ex terminis exigit futuritio, nisi velimus abuti terminis. §. Nec refert, quòd pro eodem priori dicantur concipi, ut possibilia, quòd non minus aliàs repugnat, quàm concipi, ut futura.

Non refert in quam, quia non dicuntur concipi ut possibilia quomodocunque, seù strictè prout importat aliquid contentum in causa purè indifferenti, vel indeterminata, hoc enim iterum repugnat cuilibet prædicato divino, alias divinum, & actus purus non esset, sed solum prout possibile largè accipitur, sive ut dicit illud, quod absolutè non repugnat, excluso tamen ordine ad esse nondum habitum, vel non repugnanter habendum, vel solum præparatum, ut habeatur. Hoc enim est perpetuò quid alienum à divinis, & à ratione actus puri. Sed de his infra, & præcipuè de voluntate Dei.

Aliter ergo dices eidem rationi ex Mag. Ferre, & aliis intra Scholam D. Thom., ut supra, esse quidam necessarium decretum non tantum objectivé, sed etiam subjectivé, vel actu existens in Deo, non tamen, ut formam, seu rationem formalem constitutivam, sed tantum in genere efficientis, sive præsuppositivè, non formaliter; non quasi Deus suo decreto efficiat per se rei futuritionem, sed solam rei physicam præsentiam pro isto, vel illo tempore, quo efficaciter decernit haberanam de in esse veram. Deus enim ab æterno, inquit, suo decreto determinat se ad verè influendum in rem, ut sit in hoc, vel in illo tempore; ex hac autem determinatione sequitur, quòd in toto tempore, sive vero, sive imaginario antecedente rei physicam existentiam, res sit infallibiliter futura, unde sicut decretum non constituit formaliter rem in suo esse præsenti pro suo tẽpore, sed tantum efficit rei præsentiam, ita non constituit formaliter rei futuritionem, sed tantum ex consequenti efficit illam: unde infra deindè infert, quòd ipsa infallibilitas futuritionis non habetur per immediatam connexionem rei futuræ cum decreto, sed per immediatam connexionem cum existentia rei infallibilitatæ per hoc, quòd subest decreto, ac proindè infallibilitas futuritionis non habebit pro formali constitutivo ipsum decretum, sed ipsam connexionem cum propria existantia infallibilitata per decretum; sive quam habet res, quæ modo non est, cum existentia postea habenda, sicut de præterito dicitur consistere in eo, quòd res non existens modo, habet connexionem cum eo, quòd extitit anteà.

In quo verò consistat, vel quid sit hujusmodi connexio, respondet nec esse quid increatum, nec quid creatum reale physicum, non primum, quia eliàs non esset effectivè à Deo; non secundum quia nihil physicum creatum fuit ab æterno, cum tamen ab

æterno sit futuritio rerum, sicut est præparatio, vel determinatio ad dandum illis esse, tali, vel tali tempore, per quam extrahuntur à statu possibilitatis, & constituuntur in illo futuritionis, superaddito illis ordine ad existendum, unde ait esse aliquid reale objectivum,nec verè, & propriè increatum,nec creatum, sed ens connexivè cum ente creando, sicut in simili alibi ait,(ut insinuavimus in logicis) de ente rationis in ratione objecti, vel specificativi scientiæ, vel habitus realis, quòd nec est verè ens reale, ut supponitur,nec præcisè ens rationis,cum prout sic sit quid inferius,& ignobilius scientia,vel habitu reali, quem specificat,sed ens reale connexivè, quia cum prout sic sit simpliciter scibile, ac proindè petat, vel exigat scientiam, quæ tractet de se ipso, nec detur scientia, quæ aliquid reale non sit, per se connectitur, vel petit, aut exigit scientiam realem. Dicit ergo quòd tale est futurum, seu ens connexum cum ente creando, non quatenus ens dividitur in decem prædicamenta, seu in substantiam, & accidens, sed prout ens dicitur ab esse, quod significat veritatem propositionis, prout omne id, de quo est aliquid determinatè affirmabile dicitur ens non physicum, sed objectivum, vel logicum.

Sed licet hęc solutio,vel doctrina,(quam latè exposui ob venerationem tanti mei Magistri,) valdè subtilis sit,tamen non videtur satis conformis communi aliorum Thomistarum, qui juxtà D.Tho. locis relatis à priori recurrunt ad decretum in constituendo futurum, sive ejus futuritionem, idest ad præparationem in causa, unde aliam formam non assignant à priori respectu hujus denominationis, nisi hanc præparationem, quam satis expressè assignat D. Th. Tum quia connexio immediata cum existentia infallibilita per decretum est aliquid veluti posterius ad connexionem immediatam cum decreto,nam ex hac pendet, & infertur infallibilitas existentiæ postea habendæ, ergo magis videremur recurrere cum Adversariis ad aliquid ex parte eventus,quàm assignare causam, vel rationem à priori futuritionis,quod jam impugnatum est.

Tum quia illud ens futurum, seù connexum cum ente creando licet non secundum existentiam exercitam quasi activè facientem illud existere, secundum tamen præparatam est jam ab æterno intra lineam durationis, ut supra de æternitate, & alibi de cœlo, & mundo explicatum est, ergo non est aliquid de pura linea objectiva, vel logica, sed gaudens prout sic reali præsentia saltem in superiori mensura, ac proinde etiam intuitivè cognoscibile, ut fatemur omnes, & non purè abstractivè, unde magis est denominandum quid reale formaliter à præparatione causæ, ut à forma à priori denominante,quàm à posteriori à connexione cum eventu, vel existentia infallibilitata per decretum.

Tum denique quia iterum videtur idem modus dicendi coincidere cum modo plurium defensorum scientiæ mediæ, nam plures cum Eminentiss. Pallavicino tom.2.tract. de voluntate Dei existimant dari veritates objectivas liberas, & contingentes, ut aliquid distinctum à Deo, & effectivè pendens ab illo, easque asserunt esse æternas, appellantque, non ens reale physicum, quod dividitur in decem genera,seu in substantiam, & accidens, sed ens logicum, & purè objectivum.

§. III.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem.

Primò arg.Formale constitutivum futuritionis haberi potest independenter à determinatione causæ,præcipuè loquendo de futuritione conditionata,ergo non habetur hæc formaliter per illam. Prob. ant. Futuritio pro formali consistit in carentia existentiæ in instanti, seu duratione præsenti, & existentia in instanti, seu duratione sequenti, sed carentia existentiæ modo de præsenti, & existentia in instanti sequenti, non importat saltem pro formali determinationem causæ,ut patet cum sit quid tenens se ex parte creaturæ, ergo independenter ab ista habetur formale constitutivum futuritionis; ma. constat, quia implicat, rem modo non existere, & postea existere,& modo non esse formaliter futuram, nisi velimus rem actu existere non prævia futuritione suæ existentiæ, quod non minus repugnat, quàm velle rem modo esse futuram non prævia possibilitate illius ad essendum. §. Tum quia repugnat, quòd quis cognoscat modo de præsenti sortem non ambulantem, & postea ambulantem, & modo de præsenti nullo alio intellecto non sit futura ambulatio illius, aut quòd non cognoscatur ut futura, ergo pariter repugnabit rem modo de præsenti non existere, & postea existere, & quòd nullo alio intellecto non sit modo formaliter futura.

Adhoc, & similia patet ex dictis, quòd sunt de subjecto non supponente, quòd hujusmodi prædicata libera, & contingentia possint determinatè affirmari non prævia determinatione decreti,à qua ut à forma constituatur futuritio, & sumatur realis denominatio futuri, quia licet omnia importentur per futuritionem, vel denominationem futuri non tamen formaliter constitutivè. sed magis per modum effectus, vel à posteriori, sive magis per modum constituti, quàm constitutivi, cum non sint affirmabilia, ut dictum est, ex natura rei, vel ex vi causæ indifferentis & indeterminatę,unde tenemur omnino recurrere ad præparationem, vel determinationem causæ habitam per decretum ad dandum, vel constituendum hoc formale futuritionis,vel denominationis futuris.

In forma ergo nego ant. Ad prob. nego ma. loquendo pro formali constitutivo, aliàs iterum est de subjecto non supponente intra lineam futuritionis, neque aliàs antevertendo decretum, vel eò actu non existente in Deo, distinguimus illàm, seu rem intra illam à linea possibilitatis, cum decreto non existente, ac proindè, nec præparatione, aut determinatione illius in causa, solum non repugnanter posse de eadem affirmari existentia crastina cum carentia illius de præsenti, sicut affirmatur de possibili, non tamen positivè, vel determinatè, nisi perpetuò velimus, quòd à causa indeterminata, vel indifferenti oriatur determinatus effectus, quod est alienum.

Ad primam prob., vel neg. eodem modo suppositum, vel dist., & non esse futurum, supposita forma dante hanc formalem denominationem futuri conc., non supposita,nego,sicut in simili dicimus implicate quidem dari duo alba, & non esse formaliter,

vel

vel relativè similia, supposita scil. forma relationis dante illis hanc formalem denominationem, & non aliter, eò vel maximè, quòd in casu, ut sæpè dictum est, hujusmodi extrema, scil. carentia præsens existentiæ, & præsentia existentiæ sequentis nullo modo infra lineam futuritionis sunt affirmabilia sine præparatione, aut determinatione causæ actu de præsenti, sicut enim possibilitas rei pendat à continentia causæ, & maximè primæ, utpote fonte totius esse, ita illius futuritio à determinatione ejusdem, nisi velimus illam se ipsa transire à priori ad posteriorem statum, quod non minùs implicat, quàm ab hoc posteriori se ipsa transire ad statū existentiæ, & consequenter esse productivā sui, quod est implicātia in terminis.

Per hæc etiam patet ad secundam, nam licet ità sit, quòd nequeat modo verificari carentia ambulationis Sortis, & existentia illius crastina, nisi verificetur hodie ejus futuritio, non tamen sine præparatione illius in causa, aliàs est perpetuò de subjecto non supponente quòd possint ità affirmari, unde in tantum affirmantur duo priora, & illis affirmatis non potest non affirmari futuritio, quia supponitur eadem præparatio, aut determinatio præcipuè in causa prima, qua sublata nihil est planè in mundo affirmabile per modum effectus, nisi velimus independenter ab illa posse aliquid habere esse, quod est erroneum. Quod si recurrant ad decretum conditionatum, quod non est, sed esset, jam sufficienter impugnatum est. Nam quidquid fit de futuro, quod non dum est (cum tamen, & istud sit præparatum, & determinatum, nec in puro statu possibilitatis, ac proindè per aliquem actum voluntatis extractum ab illo,) futuritio tamen præsens est, unde actu debet habere causam sui, & non tantum, quæ esset.

Ex his ergo patet insufficienter explicari constitutivum hujus effectus, vel futuritionis, aut effectus futuri per solam, aut nudam carentiam existentiæ de præsenti, & existentiam de futuro, vel postea habendam, ut contendunt plures Recentiores, quia repugnat in terminis, quòd aliquid de præsenti, vel actu conveniens rei constituatur formaliter per id, quod non dum est, sed solum erit in duratione sequenti, sed ut ostensum est, futuritio modo de præsenti convenit, vel affirmatur de re futura, nam tempore, vel duratione sequenti, quando res producitur, vel ponitur sub esse, non verificatur tunc, quòd est futura, sed præsens, vel existens, ergo cum existentia posteà habenda modo de præsenti non sit, non poterit hæc ingredi formale constitutivum rei futuræ, vel futuritionis ejus, nisi velimus posse haberi constitutum formaliter, non habito adæquato sui constitutivo formali in recto absque ulla limitatione, quod implicat non minùs, quàm haberi effectum prævie ad sui causam efficientem.

Quòd si dicas existentiam postea habendam non ingredi constitutivum formale in recto, sed tantum per modum connotati, carentiam verò existentiæ ut connotantem illam esse formale, & in recto constitutivum futuritionis. §. Impugnatur ut supra. Quia carentia existentiæ nequit sufficienter constituere rem pro formali, & in recto intra statum futuritionis, seù extra illum possibilitatis, nisi determinatè, aut positivè connotet existentiam posteà habendam, & non purè repugnanter, aliàs non distinguitur unus status ab alio, aut eadem secundum unum statum à se ipsa secundum alium, sed hæc determinata connotatio, sive ordo, aut connexio cum illa nequit aliundè haberi, ut probatum est, nisi à forma extrinseca, seù præparatione causæ, cum nec ex natura rei, nec ex causa indeterminata, & indifferenti haberi possit, ergo ad hanc iterum recurrendum est tanquam ad formale, & rectum illius constitutivum.

Nec juvat dicere, quòd licet res modo non existens sit absolutè indifferens ad esse, vel non esse, tamen ex suppositione, quòd posteà sit determinatè, tenemur omninò de illa affirmare, quòd sit modo de præsenti futura, nisi velimus cras posse existentiam rei convenire, non prævia sui futuritione hodierna, quod non minus repugnat, quàm verificari, quòd ita sit non prævia sui possibilitate, ac proindè haberi poterit integrum constitutivum per solam prædictam carentiam hodiernam, & positionem crastinam existentiæ. §. Non inquam juvat, nam eodem arg. excluditur hoc effugium. Quia si velimus hunc statum futuritionis distinguere ab illo possibilitatis suppositio existentiæ crastinæ nequit fieri purè non repugnanter, vel indifferenter, sed positivè, & determinatè, sed hæc habetur à præparatione causæ, ergo pariter constitutivum formale.

Explic. hoc. Quia non supposita hac præparatione, res contingens modo de præsenti est omninò indifferens ad essendum, vel non essendum cras, nec enim ex sua natura, ut dictum est, nec ex causis indifferentibus potest magis exigere esse, quàm non esse, aliàs illa, contingens non esset, neque istæ indifferentes, vel indeterminatæ, ergo modo de præsenti non supposita eadem determinatione potest fieri suppositio, quòd cras res determinatè erit, seù potiùs erit, quàm non erit, ergo nec potest hodie, vel modo de præsenti affirmari futuritio ejus ex meritis suppositionis hodiernæ de existentia crastina, sunt enim omnia hujusmodi, ut dicebamus, de subjecto non supponente, antevertendo determinationem causæ, unde assignaretur effectus prævie ad illam, quod implicat. Sumitur tota hæc doctrina ex D. Thom., 2. cont. Gent. cap. 29., ubi egregiè ostendit quomodo debitum, seù necessitas in his prioribus, & posterioribus semper sumitur ab eo, quod est priùs natura circa id, quod est natura posterius, in quo deficiunt omnes hujusmodi instantiæ, vel subtilitates Contrariorum in hac materia.

Secundò arg. (& est replica,) non est necessarium quòd in instanti, in quo verificatur denominatio sit præsens res denominata, ergo nec erit necessarium, quòd sit præsens, forma denominans, ac proindè ex defectu præsentiæ non est excludenda existentia postea habenda à ratione formę denominantis futurum, vel constituentis futuritionem ejus; hæc posterior conseq. tenet, & ant. atiam constat, nam modo est denominatio rei futuræ, quæ tamen præsens non est. Prima verò conseq. prob. Quia sicut requiritur ad denominationem forma denominans, ita etiam subjectum, vel res denominata, ergo si nihilominus subsistit denominatio non existente re denominata, pariter subsistere poterit non existentente forma denominante.

Ad hoc resp. ex dictis in Primo Physic., & 3. parte ad quæst. de gratia Christi, & alibi. Vidimus namhoc esse discrimen inter causam formalem, & efficientem, quòd formalis, seù forma non dat aliud esse nisi se ipsam (effectus enim formalis formæ est ipsa forma communicata, qua ratione non stat, ut vidimus, posse aliquid tribuera supernaturaliter, quod

quod ex natura rei tribuere non poteſt, ſicut tribuit cauſa efficiens per virtutem ſoperadditam dantem ſibi præcontinentiam effectus, quem naturaliter, vel viribus propriis ſibi relictis producere non poſſet, quia nempè con cauſat per præciſam communicationem ſui, ſed per emiſſionem alicujus extra ſe. Ex his in forma nego utramque conſeq., quia cum forma non det aliud eſſe, vel effectum, niſi ſe ipſam, vel per communicationem ſui, repugnat eſſe effectum formæ nō exiſtente forma, ac proinde dari denominationem, ſine forma denominante, quia denominatio, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca utpote effectus formæ, non diſtinguitur à forma denominante ut extrinſecè, vel intrinſecè unita rei denominatæ, cœterum ſubjectum ad ſui denominationem denominatione præcipuè extrinſeca, non petit exiſtere in ſe, immò nec ut ſit aliquando extiturum, ſed ſatis eſt, vel quòd ſit præparatum in cauſa, ut in caſu, vel quòd ſit præſens objectivè, ut patet in denominatione cogniti, vel voliti reſpectu poſſibilium juxtà opinionem, quòd poſſint terminare divinam volitionem, vel amorem, quia ſcil. ſubjectum ſic denominatum non eſt ad ſuſtentandam formam denominantem, ſed purè objectivè, vel præparativè terminandam, ad quod, ut patet, non requiritur phyſica præſentia illius in ſe ipſo, ſed tantum objectiva, vel phyſica etiam in æternitate ut denominetur intuitivè cognitum, ut dictum eſt, & conſtabit etiam infrà.

Et poterat evidenter inſtari in doctrina, quam admittunt, vel tradunt etiam Contrarii, ſive promotores hujus argumenti, quia licet nolint à determinatione, vel præparatione in cauſa rem denominari formaliter futuram, itant eadem determinatio, vel præparatio non ſit formale conſtitutivum illius, ut futuri, ſive futuritionis ejus, dicunt tamen non denominari tale cauſaliter, niſi ab eadem determinatione actu exiſtente in illius cauſa; tenentur ergo concedere, quòd denominatio haberi quidem poſſit ſine ſubjecto denominato, non tamen ſine forma, vel cauſa denominante.

Sed inſtas quia repugnat ſubjectū denominari formaliter tale à forma ſibi oppoſita, ſed ratio præſentis opponitur futuro, ergo à determinatione præſenti in cauſa non poteſt res denominari formaliter futura.

Reſp. eſſe iterum in primis ſolvendam inſtantiam à Contrariis, nam ſi ex eadem oppoſitione non poteſt futurum conſtitui, aut denominari à determinatione pręſenti, nec poterit etiam à carētia pręſenti exiſtentię: nec ſimiliter conſtitui futuritio, quę pręſens eſt, ab exiſtentia poſteà habenda, quę futura eſt. Tū quia eadē ratione nec poſſet conſtituere illud cauſaliter, cum pariter prout ſic prædicta determinatio præſens ſit.

Reſp. ergo diſt. ma. à forma ſibi oppoſita ſecundum rem, vel eſſentialiter, conc., aliter nego, vel iterum diſt., ut alibi in ſimilibus diſtingui ſolet; ſibi oppoſita, ut *quò*, & *quòd*, conc., ut quòd tantum, nego, & diſt. eodem modo mi., neg. illam in priori ſenſu & concedendo in poſteriori, & nego conſeq., nam licet determinatio ſit præſens, & ſecundum hanc denominationem, vel ut quod opponatur futuro, quod in ſe, & entitativè adhuc præſens non eſt, non tamen opponitur futuritioni ejus, vel formali illius denominationi, quia utraque jam præſens eſt, unde non conſtituit illud, aut denominat formaliter in eo, in quo illi opponitur, ſcil. ſumpta materialiter, & in ſe, cum prout ſic nondum ſit, & conſequenter opponantur in ratione præſentis, & non præſentis, aliàs conſtitueret, & denominaret illud præſens in ſe, quod repugnat reduplicato ſtatu futuritionis, niſi velimus ſimul eſſe, aut denominari in eodem præſens, & non præſens in ſe; benè tamen conſtituere, aut denominare poteſt, in eo in quo non opponitur illi; nempè quantum ad futuritionem, vel formalem denominationem futuri, quia cum iſtæ jam ſint, quando eſt determinatio, nequit eſſe oppoſitio inter illas in eadem ratione præſentis, & non præſentis. Et poterat iterum inſtari in conſtitutivo cauſali, quod etiam præſens eſt.

Tertiò etiā principaliter arg. ex paritate præteriti. Ad conſtituendum præteritum formaliter in ratione præteriti, ſufficit carentia exiſtentiæ de præſenti, & exiſtentia de præterito, vel habita antea, ergo pariter ad conſtituendum formaliter futurum in ratione futuri, ſufficit carentia exiſtentiæ de præſenti & exiſtentia de futuro, vel poſteà habenda. Ant. videtur certum, nam ad conſtituendum pręteritum in ratione præteriti non indigemus recurrere ad aliquem influxum, vel præparationem, cum jam deſiit eſſe; conſeq. verò tenet à paritate, nam ſicut exiſtentia anteà habita modo non eſt, ita nec modo eſt exiſtentia poſteà habenda ergo ſi nihilominus exiſtentia antea habita cum carentia ſui de præſenti poteſt conſtituere præteritum in ratione præteriti, pariter exiſtentia poſteà habenda cum carentia ſui de præſenti conſtituere poterit futurum in ratione futuri.

Tum quia ſicut præteritum eſt id, quod non eſt, ſed fuit, ità futurum eſt id, quod non eſt, ſed erit, ergo ſi exiſtentia, quæ fuit, & non eſt, poteſt conſtituere primum, exiſtentia, quæ erit, & non eſt, poterit conſtituere ſecundum. §. Explic. hoc, ſicut propoſitio de præterito reſpicit eventum præteritum, ità propoſitio de futuro reſpicit eventum futurum ergo ſicut ex primo habet præteritio quòd ex nullo alio deſumatur, aut conſtituatur quàm ex evento, qui fuit, ſive ex exiſtentia priùs habita, & modo non habita, ex ſecundo habebit futuritio, quòd ex nullo alio deſumatur, quàm ex eventu, qui erit, ſive ex exiſtentia non habita, & poſteà habenda.

Ad hoc, quod plus nimio magnificant Contrarii, dico in primis, ut ſuprà, quòd in bona Philoſophia ſolvendum ēſt ab omnibus, cum nequeat in eadem dari effectus formalis formæ non commonicata forma, ſivè in abſentia ejus, nam in hoc diſtinguitur, ut dictum eſt, à cauſa efficiente, quòd quia hæc cauſat per emiſſionem alicujus extrà ſe, adhuc poteſt ſalvari effectus ejus, ipſa pereunte, cæterum cum forma non det aliud eſſe niſi ſe ipſam, vel per exhibitionem, aut communicationem ſui, repugnat haberi effectum à forma non communicata, vel non exiſtente, aut non præſente.

In forma ergo juxtà ſatis probabilem modum dicendi nego ant., tam enim præteritio, quàm futuritio pendent ut à ſui conſtitutivo formali à diſpoſitione divinæ voluntatis permanente ad minus in cauſa prima, quæ ſicut vult rem ſolum eſſe, in ſequenti duratione, & ſolum præparatam eſſe, aut futuram in præſenti; ita ſimiliter vult, aut voluit rem ſolum eſſe aut fuiſſe in præterita duratione, & modo in præſenti non eſſe, vel eſſe præteritam. Nam plane quoad hæc ita proportionabiliter ab illa dicuntur pendere jam aliquando exiſtentia, aut quæ extiterunt in ſui conſervatione, aut perſeverantia in eſſe, ut modo ſint, & poſtea non ſint, ac proindè conſtituantur ab illa tam in ratione pręteriti, quàm non exiſtentia, & ſo-

& solum præparata in causa, in sui productione, ut modo non sint, & postea sint, ac proindè constitui pariter debeant in ratione futuri, unde quoad hanc habitudinem ad causam primam eadem ratio, quæ militat de his, militat de præteritis (quidquid sit, quòd differant in aliis, ut statim dicemus;) nam licet in se transieri, ajns tamen præteritio de præsenti est, unde tempore præteritionis assignanda est aliqua causa formalis talis præsentiæ, hæc autem non videtur alia, nisi decretum, quia cum res in se ipsa transierit, nequit assignari aliquid extra Deum, quod sit fundamentum talis præsentiæ, aut formale constitutivum illius. Nequit etiam nova est paritas hæc, sed antiqua apud Ciceronem lib. de fato illis verbis. *Nam ut præterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerunt instantia, sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia, ea vera dicemus*. Unde etiam putabat *sine causa causam ferente* (ut ipse loquitur) *& non requisita externa causa, & cum sola causa, quæ ipsa natura est, ut fit in nostra potestate, res ab æterno futuras esse*. Et sic à Deo purè speculativè præsciri, quod absurdum est. *Non effici, ut futura sint*. Quod à nemine aliàs Contrariorum admittitur, & sæpe reiicitur à D. Augustino in psal m. 49. oppositum afferente, scil. à *Deo effici, ut futura sint*; ac proindè ex dispositione primæ causæ, quæ sola semper manet, & præsens est non solum haberi, quòd tam præterita, quàm futura sint talia formaliter, sed etiam quòd eorum veritas tam de præterito, quàm de futuro semper certa sit.

Non desunt tamen adhuc etiam ex nostris, qui permisso, vel concesso antec. negent conseq., & assignent discrimen; nam carentia existentiæ, quam importat præteritum, cum non sit indifferens ad esse, & non esse præteritam, sed determinatè connotet existentiam quæ fuit, & intrinsecè illam supponit, ideòque potest se ipsa fundare veritatem propositionis de præterito, & rem aliquam præteritam constituere, ingrediente constitutionem in recto carentia existentiæ, & existentia, quæ fuit, in obliquo, & de connotato, ac proindè respectu illius decretum habebit tantum concurrere præsuppositivè, & in genere causæ efficientis, quatenus efficit rem esse heri, & non esse hodie, non verò formaliter constitutivè; cæterum carentia existentiæ, futuritionis tempore ratione sui, & ab intrinseco non sic connotat, & connectitur cum existentia postea habenda, (cum etiam conveniat in statu puræ possibilitatis) sed indifferens est adesse, & non esse, undè tantum connotat determinatè ex vi alicujus extrinseci, scil. decreti, ac proindè non potest se ipsa, aut ratione sui fundare veritatē determinatam propositionis de futuro, nec futurum constituere, sed magis ex meritis ejusdem decreti. Per quod etiam poterat iterum impugnari superior ille modus recurrens ad hanc connexionem posteà infallibiliter habendam ex vi decreti.

Ità respondet Illustris. Godoy eidem paritati hic tract. 4. disp. 33. §. 10. ad 3. & confirmat ex Div. Tho. 1. Perhier. c. 8. lect. 13. & Arist. ibidem, ubi docent quòd propositiones de præsenti, & de præterito etiam in materia contingenti (in qua versamur) habent determinatam veritatem, aut falsitatem, propositiones verò de futuro non habent illam: quod discrimen (inquit) in nullo alio potest consistere, quàm in hoc, quòd dicta propositionum veritas de præsenti, & de futuro in ipsa re contingenti ratione sui fundatur, veritas autem propositionis de futuro non fundatur in re contingenti ratione sui, sed ratione decreti ipsi extrinseci, nam in instanti reali, & decreto supposito etiam propositiones de futuro sunt determinatè veræ, aut determinatè falsæ non minùs, quàm propositiones de præsenti, aut de præterito, & consequenter ex eo, quòd carentia existentiæ nunc, & existentia, quæ fuit, se ipsis rem præteritam constituant, perperam à Contrariis infertur carentiam existentiæ nunc, & existentiam, quæ erit, se ipsis omni alio secluso constituere futurum.

Itaque disparitatem fundat hic Author in eo, quòd quia res semel producta, & destructa non est naturaliter reproducibilis, nequit res præterita esse naturaliter indifferens ad essendum ampliùs, & non essendum, ac proindè negatio, vel carentia existentiæ in illa est etiam intrinsecè naturaliter indestruibilis, unde ex se intrinsecè habet prædicatum necessariò connexum cum existentia, quæ fuit, & ratione istius determinatè connotat existentiam antea habitam, ideò potest constituere determinatè præteritum: cæterum res contingens futura, præcisè considerata sub negatione existentiæ modo de præsenti, & præcisa determinatione suæ causæ ad dandum illi esse, postea, est omninò intrinsecè indifferens ad hoc esse, unde ejus negationi existentiæ non convenit aliquod prædicatum intrinsecum, ratione cujus determinatè connotet potiùs esse postea, quàm non esse, quia negatio existentiæ, ut dictum est, convenit etiam rei purè possibili, in qua tamen determinatè non connotat existentiam postea habendam, ac proindè negatio existentiæ in re futura considerata quantum ad sua prædicata intrinseca, & præcisa determinatione illius io causa non habet unde determinatè connotet existentiam, & futurum constituat.

Fateor solutionem esse subtilem, & sufficientissimè per illam fieri satis eidem paritati, præcipuè loquendo de præterito contingenta absoluto, de quo loquitur idem Illustris., & in prædicta communiori sententia, quòd res semel deficiens non sit naturaliter reproducibilis; sed difficultas adhuc est de præterito contingente conditionato, quod non fuit, sed fuisset posita conditione: nec etiam desunt, qui oppositum sentiant de improducibilitate rei pereuntis, unde deserenda non est, sed probabiliter sustinenda præcedens solutio negans antec. ad intentum Contrariorum, si nempè fiat sensus, quòd carentia existentiæ hodiè, & existentia heri, vel antea habita, ambæ in recto, & formaliter, aut adæquatè à priori constituant præteritum, quia ut dictum est, cum præteritio modo de præsenti conveniat rei præteritæ; & existentia habita modo non sit, nequit omninò, ut forma dare modo hunc effectum, & præcisivè etiam, & omninò à priori à dispositione permanente saltem in causa prima, quæ voluit, & vult rem fuisse. Unde id, quod consideratur in re præterita, scil. existentia habita, & carentia illius magis videtur per modum effectus, vel constituti, quàm constitutivi, sicut proportionabiliter dictum est de existentia habenda, & carentia ejus in futuro, licet cum præfato discrimine, quòd istud ex meritò futuritionis intrà hanc lineam contingentium non connectatur necessariò, aut determinatè connotet existentiam, sicut connectitur, aut determinatè connotat ex vi præteritionis, cum impossibile sit rem præteritam aliquando non fuisse, sicut & rem præsentem postquā jam est de præsenti

non eſſe, & propterea D. Thom., & Phil. ubi ſupra docent propoſitiones de præſenti, & de prætarito abſoluto in materia contingenti eſſe determinatè veras, vel falſas, ſecus verò de futuro, eò vel maximè quòd in ſententia Ariſt. res ſemel producta, & periens, vel præterita non eſt amplius naturaliter indifferens ad eſſe, & non eſſe. Tum quia præteritum, & præſens poſtquam jam aſt, non ſubduntur amplius contingentiæ cauſarum proximarum, cum jam ſint extrà illas, undè in impedibiliter ſunt, val fuerunt, quod non habet propoſitio de futuro ex ordine ad objectum contingens ſecundum ſe, nec prout in cauſis contiogantibus continetur, quia effectus contingens aute ſui productionem continetur in cauſa contingente, ut eſt in ſtatu contingentiæ, ſeù indiffarentiæ ad agendum, ac proindà impedibiliter neagat; nec actio futura relinqnit aliquid in cauſa, ſicut præterita ut patet; hæc enim manet virtualiter in ipſis cauſis ratione alicujus determinationis in eis relictæ conſiſtentis in hoc, quòd potentia, ſeù vis productiva cauſarum ſit explicata, & reducta in actu, vel ad actum reſpectu ſuorum affectuum.

Et per hæc patet ad explicationem. Ex quibus atiam inferre poſſumus quàm alieni ſint Contrarii hac in ra à menta Philoſophi, dum determinatam veritatem futuri contingentis, ejuſque futuritionis conſtitutivum deſumera nolunt à daterminatione cauſæ, neque diſtinguere intar illud, & præteritum, aut præſans, quoad eorum propria prædicata, ſed æqualiter conſtituare par prædictam carentiam exiſtentiæ, & exiſtentiam habitam, vel habendam, cum vel etiam recurrentes ad utrumque hoc prædicatum reſpectu præteritorum juxta ſuperiorem probabiliſſimum modum Illuſtriſs. Godoy ſalva doctrina ejuſdem Philoſophi id aſſerere non poſſint da futuro.

Sed contra utramque ſolutionem, & principala intantum inſtas probando, quòd non ſolum præteritum, ſed nec etiam futurum conſtituatur formaliter per decratum, & primò quidem de præterito. Nam poſitis his duobus, nampé rem habuiſſe unam de in eſſe veram in aa differantia temporis, pro qua verificatum eſt rem exiſtere, & poſita carentia exiſtentiæ pro tempore, quo præſens eſt præteritio, completiſſimé intelligimus rem fuiſſe, & ad nullum iſtorum requiritur pro formali conſtitutivo decretum, ergo hoc ſublato, ut formali conſtitutivo habetur ratio adæquata præteritionis. Prob. mi. quia decretum ad præſantiam phyſicam, quam res habuit, ſolum comparatum eſt, ut cauſa efficiens illam, non formalis, cum quælibet res formaliter per prędicata ſibi intrinſeca exiſtat, de quorum numero non eſt decretum. Similiter ad hoc, quod eſt rem tranſiiſſe, & modo non exiſtere, decretum comparari nequit, ut cauſa formalis, ſad tantum, ut efficiens, vitæ enim, & interitus non aſt Deus formalis cauſa, ſed merè efficiens, ergo ad nullum ex duobus enumeratis comparatur dacratum, ut formale conſtitutivum.

Urg. hoc (& militar etiam contra futuritionem.) Licet ita ſit, quòd tam futuritio, quam pręteritio importent aliquid de pręſenti, ſcil. rem fuiſſa vel tempore ſequenti eſſe, id tamen à quo per ſe, vel immediatè formaliter denominantur, non aſt decretũ, ſed axiſtẽtia, val habita, cujus carentia neceſſario connectitur cum ſe ipſa in pręterito; vel habenda, cujus pariter carẽtia cum ipſa connectitur infallibiliter infallibitate immediatè orta non à decreto, ſed ab eadam exiſtentia determinata per illud, cum Deus per ſui decretum non primò, vel immediatè intendat carentiam; nec futuritionam, aut præteritionam rei, ſed exiſtentiam illius, ad quam conſequuntur, ergo licet decretum præſuppoſitivè, vel efficienter ad illas concurrat, non taman formaliter. Prob. conſeq. Quia cauſa reſpiciens duos effectus, alterum primariò, & alterum ſecundariò in aodem genera, in quo cauſat primarium, cauſat etiam ſecundarium, ut patet in eſſentia, & proprieratibus, ſed divinum decretum reſpicit axiſtentiam rei volitæ in genere cauſæ efficientis, ut probatum eſt, ergo pariter reſpiciet in eodem, & non in formali futuritionem, vel præteritionem illius.

Ità ſubtiliter inſtat, & urget Mag. Ferra aſſignans pro formali conſtitutivo præteritionis denominationem quandam extrinſecam, nempá rem fuiſſe, quæ, inqnit, de præſenti convenit rei præteritæ, quæ tranſiit in ſe. Quod fuiſſa oritur formaliter ex exiſtentia, quam habuit de facto res, quę licet in ſe tranſierit, relinqnit tamen poſt ſe, rem fuiſſe. Similiter pro conſtitutivo formali futuritionis (ſubdit) aſſignamus rem exrituram, ſau carentiam exiſtentiæ cum infallibilitate habendi eam pro ſubſequenti duratione, vel inſtanti, quæ infallibilitas immediaté, & formaliter non oritur ex decreto, ſed ax ipſa rei axiſtentia, de qua eſt decretum de eo, quod in tali, vel tempore ſit, ad quam axiſtentiam cum decretum ſolum comparetur, ut cauſa efficiens, & non ut formalis, pariter ad futuritionem ſe habet, ut efficiens, & non ut formale conſtitutivum, unde non eſt recurrendum, concludit, ad decretum pro formali conſtitutivo præteritionis, & futuritionis.

Reſp. nihilominus primò, ut ſupra, quòd videtur ab omnibus ſolvenda præcedens inſtantia cum ſui confirmat:, dum effectus formalis de præſenti aſſignat formam, ſeu cauſam formalem, quæ de præſenti non eſt, recurrendo ad exiſtentiam habitam, vel habendam, quod eſt contra meritum ejuſdem cauſæ, ut dictum eſt. §. Pro omnibus argo val nego ma., vel diſt. ut ſupra præciſè, & omninò à priori, iterum nego, concurrente etiam diſpoſitione permanente ad minus in cauſa prima, qua voluit illum eventum fuiſſe conc., & nego deindè mi. Quia ſine cauſa formali de præſenti naquit haberi effectus formalis, ſive denominatio formalis, quæ de præſenti aſt, ſola autem diſpoſitio cauſæ primæ per modum cauſæ formalis ad dandam eandam denominationem de præſenti aſt, ſicut & ad dandam illam futuri, ut probatum aſt, & hæc eſt neceſſariò connexa cum axiſtentia, quam habuit, vel habuiſſet anteà, vel poſita conditione, ſicut dictum eſt de futuro reſpectu exiſtentiæ habendæ. Ad illius prob. tranſeat, vel conc. ant. quoad primam partam, quòd reſpectu exiſtentiæ, vel rei exiſtentis da præterito, vel de futuro ſolum comparetur decretum in genare cauſæ efficiantis, nego tamen quoad ſacundam, ſcil. quantum ad denominationem determinati, & voliti, quæ raſultat poſt tranſitum rei in præterito, & anta illius adventum in futuro, hæc anim aſt affectus in genare cauſæ formalis ipſius decreti. Per quod patet ad prob. annexam, nam quidquid ſit, quòd Deus reſpectu vitæ, vel interitus, ſive reſpectu exiſtantiæ rai producendæ, vel deſtruendæ comparetur ut efficiens, raſpectu tamen utriuſq; quantum ad formalem denominatiunẽ pręteriti, & futuri, vel determinati, & voliti reſultãtis ex eadẽ daterminatione, vel diſpoſitione cauſę primæ, comparatur prout ſic in genere cauſæ formalis.

Ad

Ad confirm. nego ant. Ad prob. ennexam nego suppositum, quòd affectus in genere causæ formalis, qui de præsenti est, haberi possit à causa formali non præsenti, unde etiam nego conf. Ad illius prob.dist., & simul explico ma., quando causa actu causat primarium, vel utrumque eodem tempore, aut eodem simultaneo actuali influxu, ut contingit in essentia, & proprietatibus transeat, vel conc., aliter, vel quando primarium actu non causat, sed tantum determinat, aut præparat, seu vult causare illum, nego, tunc enim non est necessarium, quòd secundarius subjiciatur causæ in eodem genere, in quo subjicitur primarius, quando iste nō sequitur ad illam ut actu, vel exercitè causantem, sed præcisè ut determinantem, vel volentem causare illum, ut contingit in casu, nam futuritio, (& idem proportionabiliter ex opposito de præteritione) non sequitur decretum de existentia rei futuræ ut exercitè causans illam, sed tantum ut determinans, vel præparans, aut volens censare, unde optimé potest sub hac ratione haberi ex illo in genere causæ formalis.

Ratio verò est, quia dum primarius actu terminat influxum causæ exercitè causantis illum, tunc secundarius ad eundem sequutus, (cum non patat actionem distinctam à primario) per eundem influxum dicitur produci, per quem producitur primarius, ut explicatum est in physicis, unde si iste producitur per influxum in genere efficientis pariter secundarius habet produci per influxum ejusdem generis, cœterum quando primarius actu nondum producitur, sed tantum præparatur, aut determinatur produci, tunc si in hac prioritate actu resultat aliquis secundarius, ut in casu de futuritione, (& iterum proportionabiliter de præteritione rei postquam cesset influxus productionis, & conservationis sui) non tenetur sequi ad influxum, qui non dum est terminativè, vel præterit, sed pendet ab alio, qui est de præsenti, scil. à determinatione, vel præparatione causæ respectu futuritionis, vel à dispositione permanente ad minus in causa prima, ut dictum est, quæ sunt aliquid magis in genere causæ formalis denominantis, quàm efficientis, ac proindè etiam futuritio, & præteritio magis spectare dicuntur ad genus formale per modum denominationis, quàm efficientis.

Quòd verò diversæ hæc habitudo causæ exercitè causantis, vel non causantis, sed causaturæ, seu solum determinantis, vel volentis rem suo tempore causare, conferre possit ad hujusmodi discrimen respectu affectus resultantis, colligo ex doctrina in simili ejusdem Authoris, qui ut vidimus de æternitate Dei, ad hanc diversam habitudinem causæ recurrit, ut satisfaciat argumento sapientiss. sui Mag. Aravyo contendentis ex doctrina Div. Thom. supra quæst.13., respectum rationis præsentiæ, seu coexistentiæ respectu futurorum non posse in Deo resultare, aut convenire illi ab æterno, itaut nequeat ab æterno denominari præsens futuris, quia nempè juxte D. Thom., ibidem respectus rationis, qui conveniunt Deo in ordine ad creaturas in se ipsis, ut est ille coexistentiæ, non convaniunt Deo ab æterno, sed in tempore, ut patet in respectu Creatoris, Domini &c. contrapositivè ad respectus idæales, actus, liberi, notionem ingeniti, relationem æqualitatis inter divinas Personas, qui ab æterno illi conveniunt. Respondet quòd licet itá sit de respectibus in ordine ad creatures in seipsis, qui Deo conveniunt, ut exercité causanti mutationem creaturarum, secus tamen de illis, qui eidem conveniunt in ordine ad illas, non ex quo causat, sed ex quo est causaturus talem mutationem in tempore, inter quos est idem respectus coexistentię ad illas ratione suæ æternitatis per quam omnia tempora possidet, isti enim optimè possunt convenire ab æterno, quia ab æterno non immutat, sed tantum decernit immutare, ut manifestè patet in respectu rationis sequuto, vel resultante ad notitiam intuitivā, quam habet Deus de creaturis in se ipsis, quia hac ratione convenit Deo ab æterno, & non temporaliter, sicut respectus, quo denominatur Creator, Dominus, vel existens per essentiam in creaturis, quia isti conveniunt ut immutanti, & non præcisè ut volenti, aut determinanti immutare illas, quæ est etiam doctrina D. Thom. infra qu.34. ar.3. ad 2.: sic proportionabiliter dicimus ut supra in casu de affectu secundario, vel resultante ad actionem productivam primarii, quòd licet eodem genere influxus dicatur produci, quo producitur primarius, secus verò de secunderio, vel resultante ad præcisam determinationem producendi primarium, sic enim magis pendet à causa denominante, vel concurrente in genere causæ formalis, quàm efficientis.

Quod etiam patet ex eo, quia futuritio causetur à decreto ab æterno, existentia verò rei volitæ in tempore, ac proindè non est necessarium, quòd sequatur ex decreto, vel influxu ejus exercitè causetivo existentiæ, sed poterit ab æterno causari, aut sequi ad illud formaliter, licet existentia causetur efficienter in tempore, sicut idem Mag. de existentia ait, quòd quia est aliquid physicum causatur à decreto in genere causæ physicæ, futuritio verò cum sit quid logicum causatur ab illo, vel infertur in genere causæ logicæ.

Tertiò arg. paritate possibilium. Sicut futura pendent à decreto determinante illa producere, ità possibilia ab Omnipotantia potente producere, sed hæc non constituuntur præcisè per extrinsecam denominationem desumptam ab Omnipotentia, ergo nec futura per extrinsecam denominationem desumptam à decreto. §. Urg. hoc. Cum dicimus hæc res est futura nihil aliud immediatè significamus, quàm quòd res, quæ secundum se est possibilis successu temporis habebit esse actu, sicut cum dicimus, hæc res est possibilis nihil aliud immediatè significamus, quàm quòd res, quæ secundum se non habet repugnantiam ad esse, potest aliquando produci, sed in eo formaliter consistit futuritio, quod immediatè significatur per propositionem de futuro, sicut & possibilitas in eo, quod immediatá significatur per propositionem de possibili, ergo sicut hęc formaliter cōsistit in tendentia, vel habitudine unius extremi ad posse habere esse, ita futuritio formaliter consistat in tendentia rei ad habendum esse actu in sa sicut similiter etiam relatio in tendentie ad suum terminum.

Respond. ad argum. dist. ma. Ita cœteris paribus nego, aliis disparibus conc. Nam possibilie ut in superioribus vidimus ex D. Thom., & insinuatur etiam in confirmatione argumenti, non important aliquid contingens in sui possibilitate, sicut futura in sui futuritione, sed necessariam connexionem ex habitudine terminorum, ac proindè aliquid intrinsecum, undè non tenemur recurrere ad præcisam habitudinem extrinsecam ad Omnipotentiam tanquam ad sui formale constitutivum, sicut ad constituendum futurum.

Ad confirm. nego ma. immò magis exprimenda est secundum suppositam habitudinem ad causam, ut tradit D. Thom., ubi supra, & præcipuè qu.2. de veritate ar.12. ad 7. Cum dicimus, inquit, hoc est futurum, vel fuit futurum, designatur ordo, qui est in causis illius rei ad productionem ejus, unde multò minùs possibile sumitur ex præcisa habitudine ad esse, sed ex prædicta connexione intrinseca, vel habitudine terminorum, secundum quam habet contineri in Omnipotentia, & fundare vel dicere non repugnantiam ad esse ut in superioribus, & alibi de cœlo, & mundo explicatum est.

Sed instas. Quia futuritio est quædam tendentia, sicut relatio, ergo sicut hæc licet supponat ex parte subjecti suum fundamentum formaliter tamen constituitur, & specificatur in ordine ad terminum ad quem, sicut & in universum quælibet alia tendentia, vel motus, pariter futuritio licet supponat suum fundamentum ex parte causæ, scil. dispositionem ejus, formaliter tamen constituetur,& specificabitur in ordine ad terminum ad quem, scil. ad eventum, sive existentiam rei volitæ.

Resp. dist. ant. sicut relatio prædicamentalis neg. transcendentalis conc., & dist. consequens, sicut hæc, scil. prædicamentalis conc., transcendentalis neg. Nam hæc, ut explicatum est in logicis, sumitur in ordine ad subjectum, licet congruè explicari non possit, nisi in ordine ad terminum. Immo nec prædicamentalis sumitur præcisè in ordine ad terminum, cum adæquatus ejus conceptus, non sit conceptus *Ad*, sed etiam *In*, scil. relativum, secundum quem respicit subjectum referendo illud ad terminum: est enim ordo unius ad aliud, unde integer conceptus illius est inadæitas, & ideò distinguitur in illa duplex conceptus *In*, scil. absolutum, & commune omnibus accidentibus in ordine ad subjectum, ut est subjectum inhæsionis eorum, & *In* relativum sibi proprium, secundum quem respicit illud non sistendo, sed referendo ad sui correlativum, ut ex plicaplicatur ibidem, & infra etiam de Trinitate. Quamvis nec habeat etiam constitui in ordine ad terminū ut cunque, sed præsentem, vel realiter existentem, unde poterat iterum retorqueri, quòd licet diceremus futuritionem constituendam esse in ordine ad terminum, non tamen ut absentem, sed ut realiter præsentem, quem cum aliàs habere nequeat, (nam illo adveniente, seu posito eventu, vel existentia rei volitæ statim cessat futuritio ejus, seu res ut futura,) ideo ex nullo capite, scil. neque ex quo est de genere causæ formalis, seu formalis denominationis extrinsecæ, neque ex quo concipitur ut quædam tendentia, vel relatio, constitui potest in ordine ad illum.

Quintò arg: (& est replica contra superiora, & principale fundamentum) Potest haberi effectus formalis denominationis de præsenti, forma ejus adæquatè constitutiva non præsenti, ergo ruit præcipuum fundamentum cum præcedentibus solutionibus. Prob. ant. pluribus instantiis. Tum in denominatione rei antiquę desumpta à tempore, vel fluxu, aut transitu illius, eadem non existente. Tum in inceptione, & desitione rerum per primum, & ultimum sui esse, vel in instanti; res enim denominatur sic incipians, & desinens non præcisè per existentiam nunc habitam, sed etiam per non habitam antea, vel postea, unde adæquatum constitutivum utriusque verificatur per hoc, quòd nunc est, & immediatè antea non erat; vel nunc est, & immediatè post non erit, ut explicatum est in physicis, ergo.

Denique licet dicamus ità esse respectu denominationum, quæ sunt præsentes, vel physicè tales, & secundum rem, ut est denominatio albi, & similis, non tamen si purè logicæ sint, vel secundum quid, aut secundum dici, ut est denominatio futuri quæ non ponit aliquid in re, sed puram relationem secundum dici ad existentiam postea habendam, seu rem denominativè tantum exituram.

Ad hoc nego ant. Ad 1. prob. dicimus ex instantiis tantum probari de connotato, non de forma, vel constitutivo in recto, unde quidquid sit, quòd existentia postea habenda possit esse connotatum respectu constitutionis futuri, non tamen forma, aut constitutivum illius in recto ob rationem sæpe datam, ob quam aliis innumeris omissis dicimus 3. par. fuisse animam omninò unitam corpori, quia cum istud, ut canit Ecclesia esset animatum, non poterat hìc effectus formalis viventis tribui à forma non communicata subjecto, immò nec ab illa semel absente, aut non præsente illi, estò aliàs existente, ut accidit in triduo mortis illius. §. In forma ergo dist. ant. Dantur plura constituta formaliter (ut in prædictis instantiis) per aliquid non præsens, ut purum connotatum transeat, vel conc., ut constitutivum in recto, nego anteced., & conseq. præcipuè in hoc posteriori sensu.

Ad 2. prob., quæ potest esse replica, vel nego suppositum, quòd denominatio futuri sit quid purè logicum, seu diminutum, aut rationis. Vel dist. claritatis gratia. Non est denominatio physica à toto genere physici, conc., tam extrinseci, quàm intrinseci, nego sæpè enim fit æquivocatio in hoc vocabulo, *physici*, ut alibi advertunt nostri Thomistæ; nam mox accipitur pro naturali, ut distinguitur à libero, & supernaturali; mox pro eo, quod est ex propria essentia, & ab intrinseco, ut dum dicimus gratiam physicè expellere peccatum, non quia oppositionem exerceat formæ naturalis, seu physicæ, sed quia eam habet ex sua propria essentia, & ab intrinseco independenter à quacunque lege extrinseca, (qualem nos etiā dicimus habere motionem, aut præmotionem:) vel ut etiam distinguitur à libero, & habet efficaciam independenter ab omni extrinseco, & non quasi sit forma naturalis, aut per modum naturæ determinatæ ad unum; mox ut distinguitur à morali, seu pro aliquo vero, & reali, ut illud acceperunt PP. in Concilio Ephes. Anathematismo 3., quo diffinitur unionem duarum naturarum in Christo non esse secundum dignitatem, vel moralem tantum, sed physicam, idest veram, & realem, ut declaratur tom.5. ejusdem Concil. in explicatione anathematismi; & in hoc sensu iterum accipimus prædictam motionem physicam, ut scil. distinguitur contra motionem solum moraliter moventem.

Dicimus ergo, quòd denominatio futuri non est purè logica, vel diminuta, sed physica, idest realis, non realitate intrinseca rei futuræ, vel physicè intrinsecè illi convenięte, sed denominativè extrinsecè à præparatione, vel determinatione causæ desumpta, nullo intellectu nostro cogitante, ac proindè est quid physicum, seu reale realitate determinationis ad existendum suo tempore, undè ordo, quem dicit effectus, ut præparatus, vel determinatus in causa ad existendum extra illam non est purus ordo rationis, sed est ipsa ordinatio causarum,

in quibus res, quæ modo non sunt, sunt ordinatæ ad existendum postea, ut locis relatis docet D. Thom.

Ex his constat nil aliud esse futurum, quàm id, quod est determinatum in causa, ut postea sit, sivè quod pro formali importat determinationem rei in causa ad existendum postea, vel extra illam. Unde rectè, ut vidimus, distinguit D. Thom. infra q. 19. relata ar. 7. ad 2. triplex futurum, nempè vel relativá tantum ad causas secundas, & inferiores, non ad primam, ut dicitur de morte Ezechiæ; vel ex opposito in ordine ad primam, & non ad inferiores, ut ressuscitatio Lazari; vel in ordine ad utrasque. Primum non est omninò, & infallibiliter futurum, quia licet secundæ sint determinatæ, nequeunt tamen sortiri effectum, causa prima non influente, aut determinante per sui decretum, ut patet de igne babylonico non comburente pueros ex defectu illius. Tertium verò de quo præcipuè militat difficultas, est quidem omninò infallibiliter futurum, & non præcisè ex merito causarum inferiorum, quæ impediri possunt, sed ex decreto causæ primæ, unde infallibilitas ejus futuritionis à sola determinatione, vel decreto causæ primę desumenda est.

§. IV.

Solvuntur alia argumenta.

QUartò arg. Datur aliquod futurum non determinatum per decretum, ergo pręparatio, aut determinatio causę per decretū non est causa futuritionis ejus, conseq. tenet, & ant. prob. in malitia formali peccati, nam hęc est futura ab ęterno, sed non per causam creatam ab ęterno adhuc non existentem, nec per decretum in Deo existens, nisi velimus Deum per sui decretum concorrere ad formale peccati, ergo: ma. constat, quia Deus ab æterno cognoscit, quòd malitia formalis peccati existet in tempore, & ab æterno nondum existit, cum nulla sit causa creata ab æterno, quæ possit eam ab æterno producere, ergo solum potest esse futura ex vi alterius constitutivi formalis, & non determinationis in causa.

Urg. hoc. Nam ab æterno est eadem futuritio, & nulla est determinatio causæ, sed sola carentia existentiæ, & existentia illius postea habenda, ergo utraque hæc erit constitutivum formale illius, & non determinatio causæ, sive primæ, cui repugnat eam determinare, sive secundæ, quæ nondum est.

Ad hoc, quòd valdè magnificabat quidam Recentior, ut hic refert Illustriss. Godoy §. 10., dico in primis, ut supra esse ab eodem, & ab omnibus solvendum, *si velimus* carentiam existentiæ in futuro distinguere à purè possibili, quia cum futurum in statu futeritionis non respiciat existentiam purè possibiliter habendam, sed superaddito ordine ad illam, & hic ordo haberi nequeat ex natura rei, aliàs quælibet res esset futura, nec esset tale futurum purè contingens, opportet recurrere à priori ad aliquam causam, ex cujus præparatione, vel determinatione, seu vi cujus extrahatur à statu purę possibilitatis; tunc autem tenemur omnes assignare hanc causam, quæ cum non sit alia assignabilis nisi Deus per sui decretum, quo res futuræ transferuntur adhunc statum, explicandum est ab omnibus, quomodo eadem futuritio formalis malitię non subjectæ, vel repugnantis causalitati divinæ possit ab illa haberi, cum tamen hac causalitate subtracta sit de subjecto non supponente. §. Pro omnibus, ergo resp., quòd cum in peccato sint duo, scil. materiale, seu ratio entis, & actus, & deindè formale, seu deformitas illius, duplex pariter distinguenda est futuritio in illo juxtà meritum utriusque formalitatis, sive duplex ratio futuri, altera physica respectu materialis, altera logica, respectu formalis; prior dependet à decreto positivè determinante illam, unde habetur formaliter ex vi hujus determinationis; posterior verò à decreto permissivo sine aliquo influxu positivo respectu illius, sed logicè tantum, vel purè illativè, aut connexivè, unde Deus respectu materialis est determinatus ab æterno, suo decreto positivo ad illud causandum, ut est ens, vel actus causalitate physica, idest physicè in illud influendo; respectu verò formalis est determinatus decreto permissivo ad illud causandum non physicè, (cum sit extra ambitum causalitatis physicæ divinę) sed tantum logicè, quę quidem causalitas in connexione infallibili, & legitima consequentia unius ex alio consistit, nam ex quo Deus priùs nostro modo intelligendi decrevit permittere peccatum in tempore subtrahendo gratiam efficacem, per legitimam conseq. sequitur peccatū poni in re, quia supposito eodem decreto, & subtracta hac gratia voluntas creata, vel defectibilis infallibiliter ruet in peccatum, ideò istud dicitur futurum logicè quoad formale, physicè verò quoad materiale, nam supposito, quòd sic priùs velit Deus permittere peccatum, seu actum illius, ut fundat malitiam, vel ut peccatum est, decernit de producendo eodem in ratione entis, & actus.

In forma verò, vel nego ant., vel dist. claritatis gratia. Non est determinatum, sive positivè, sive permissivè juxta sui conditionem, nego, positivè, conc. Ad prob. dist. ma., est futura futuritione physica, nego, logica, ut dictū est conc., & dist. mi. non est determinata, nec positivè, nec permissivà, nego, positivè conc. Ad illius verò prob. annexam similiter dist., si Deus determinaret eam positivè transeat, vel conc., si tantum permissivà, nego, & per hæc patet ad confirmationem.

Sed instas primò quia probabile est etiam inter Thomistas, quòd formale malitiæ consistat in aliquo positivo, sed tunc nulla est assignabilis determinatio causæ ab æterno, etiam in Deo per sui decretum, ergo. Prob. ant., quia nec est in illo assignabilis positiva, aliàs Deus positivè concurreret ad illā; nec etiam purè permissiva, nisi velimus dari aliquid positivum in rerum natura, vel de foro entis, Deo non concurrente positivè ad illud ergo.

Secundò, quia peccatum semel infallibiter futurum physicè, & positivè erit in re quoad formalem malitiam, ergo physicè, & positivè est ab æterno futurum quoad illam, & non tantum logicè. Prob. conseq., quia eo modo res ponitur in tempore, quo est ab æterno futura, nam aliàs secundum illum poneretur in re, non supposita secundum eundem futuritione illius, si semel existentia rei non correspondet futuritioni ejus, vel aliter poni potest quàm sit ejus futuritio.

Tertiò (Et urg. totum hoc) nam ab æterno Deus eo modo cognoscit futurum, quo est ponendum in re, aliàs in productione rei variaretur ejus cognitio, sed cognoscit peccatū, ut positivè, & physicè ponendum in re quoad formalem malitiam, ergo physicè, & positivè est futurum quoad illam,

Quar-

Quartò (& urg. iternm). Si futura non essent ab æterno physicè præsentia in æternitate, sicut physicè ponnntur in tempore, variaretur, (ut nos dicimus) intrinseca ejus coexistentia in productione illorum, ergo pariter variaretur Dei cognitio, si aliter cognosceret aliquid, ut futurum, quàm sit ponendum in re, ac proindè sicut hac ratione oegamus da illis, quòd tantùm sint præsentia objectivè, tenemur similiter negare de peccato quoad sui formalem malitiam, quòd sit tantum futurum logicè.

Ad 1. patet ex his, qnæ proximè insinuavimus, & latè ostendimus divitijs, & peccatis, unde dist., & explic. ma. quòd consistat in aliquo positivo præcisè, nego, ut connexo, vel nt sub est malitiæ, aut eam respicit, & fundat conced., & dist. ut sopra mi., nulla est assignabilis positiva, vel permissiva, nego, positiva respectu illius ut sic, transeat, vel conc., nam pront sic prohibetnr etiam lege divina, nec prædeffinitnr à Deo. Ad illius prob. dist. quoad ntramque partem. Nec positiva respectu illius, nt sub est malitiæ conc., [sic enim diceretur Dens concurrere ad peccatum] ut ens, vel ut præcisè positivum est de foro illius, nego, & sequelam etiam probationis annexæ, ut ostenditur ibidem. Et deindè dist. quoad secundam, nec purè permissiva, respectu illius, priori modo, ut sub est malitiæ, vel ut fundat eam, nego, posteriori, ut quid positivum, vel ut de foro entis est, conc., & tunc nego pariter sequelam probationis annexæ, nam satis est, qnod ad illud prout sic concurrat Deus positivè, ne dicatnr aliquid ut ens, dari in rerum natura, quòd non cadat sub divina causalitate, priori autem modo, nt sub est, vel ut fundat malitiam magis est defectus entis, quam ens, nec est aliquid ordinabile in Deum, ut ultimum finem, ac proindè nec potest positivè esse à Deo, ut primo efficiēte, quia idem est efficiens primum, & ultimus finis actionis.

Ad 2. dist. ant., Physicè erit in re, ly physicè appellante supra existentiam, vel determinante illam, ut postea habendam, conc., sopra futuritionem, quæ importatur de præsenti, nego ant., & conseq. Ad illius probat., quæ videtur esse replica contra hanc distinctionem dist., & explic. antec:, eo modo ponitur, quo est futura, ad hunc sensnm, qnòd habeat illa prædicata in re, quæ habet in statn futnritionis, conc. quòd habeat eodem modo, vel ordine, vel secundnm quòd ei coovenit futnritio, aut secundum eandem determinationem, vel modum, etiam cognitionis causæ, nego. Itaqne cum futuritio, ut dictum est, conveniat de præsenti, nec ex merito, naturæ rei, sed determinationis in causa, & hæc in Deo cadere ooo possit positivè supra malitiam formalem, solum poterit illod *physice* determinare, aut appellare supra existentiam physicè, & positivè convenientem aliquando formali malitiæ, non futuritioni ejus, qnam importat de præsenti, unde formalis malitia, & illius futnritio solum habetur à decreto permissivo, quod ut explicatum est, non physicè, sed logicè dicitur ad illam concurrere.

Per quod etiam fit satis ad probb. ibidem annexas. Nam licet ità sit, quòd existentia rei correspondeat futuritioni, ità ut nihil existat, quod priùs non fuerit futurum, non tamen eodem ordine, aut modo, quo fuit io statu futnritionis, sive secnndum præsentiam objectivam in meote divina, nec secundum realem, vel physicam in æternitate, nec secundum continentiam in essentia, vel Omnipotentia, nec secuodum modum, quo convenit futuritio, aliàs quod est primum in intentione esset etiam primnm in executione, & quod est simul in Deo, etiam esset tala in re, quæ sunt aliena à bona Metaphysica, & Theologia, nisi velimus entia snccessiva esse simul à parte rei, cū sint simul in Deo, nt statim ulteriùs declarabitur.

Ad tertiam, vel nego ma. ut patet in eisdem successivis, nam partes temporis non possunt simul fieri, & tamen simul cognoscuntur à Deo. Tum in multitudine entium infinita cathegorematicé, v. g. omnium cogitationum futurarum per totam æternitatem, quas Deus videt simnl distincté, ut jam præsentes præsentia reali, vel saltem objectiva, & tamen ut sic cathegorematicè infinitæ simul esse non possunt, vel produci in propria mensura, quia ad hoc erat necessarium, ut aliquando omnes essent positæ, & nulla restaret ponenda, quod implicat, nam, ut alibi dicebamus in physicis, productio rerum in propria mensura distribuit, vel dividit res, quæ in causa erant unitæ, & ideò est quædam nnmeratio rerum, qnæ producuntur, implicat autem infinitum numerando pertransiri, & cōsequenter produci; possunt verò infinita, ut in nno aliquo repræsentaotur simnl attingi, unde modus productionis, vel producibilitatis rei non tenetur imitari modū cognitionis.

Vel dist. iternm dist. eodem modo, cognoscit, si hic modus appellet supra existentiam habendam, conc. si supra futuritionē neg., qnia optimè stat quòd existentia, ut dictum est, cognoscatnr, ut physicè cooveniens, non tamen futuritio, nec propterea variatur cognitio, imò perfectissimé cognoscitur nnumqnodque juxtà sui meritnm, & juxtà meritnm statns, in quo reperitnr, ut patet in eisdem exemplis. Et deindè dist. mi., sed cognoscit, ut physicè futnrum, si lii physicé modificet verbum de futuro conc. si futoritionem neg., & eodē modo dist. conseq., ergo est physicé futurum; si lii physicè modificet verbum de futuro conc., si futuritionem, nego, sicut enim in superiori exemplo, dnm dicitur cogitationes cathegorematicè infinitæ erunt in propria mensura distingnimus ex opposito, quòd si lii cathegorematicè modificet verbnm erunt, & sit sensus, quòd cogitationes infinitæ cathegorematicè erunt in propria mensura, tunc est falsa propositio, quia ad ejus veritatem, ut dictum est, necessarium erat, ut aliquando omnes essent positæ, & nulla restaret ponenda, quod repugnat; si verò solum infioitam cogitationem, & non futnritionem, aut existentiam in rerum natura, ut sensus sit, cogitatiooes cathegorematicè infinitas fore futuras, sed non futuras cathegorematicè infinitas in propria mensura, sed syncathegorematicè sine termino, tunc est vera propositio: nec ad ejus veritatem requiritur, qoòd in propria mensura cogitationum sit vera ejus de præsenti, nempè cogitationes infinitæ cathegorematicè sunt in illa, sed sufficit, quòd vera sit in æternitate, in qua vera est hæc, cogitationes infinitæ cathegorematicè, sunt. Sic è converso dicimus in casu, quòd propositio illa, malitia formalis physicè erit futura, vel cognoscitur, ut physicè futura, si lii physicè modificet existentiam, quam in tempore habebit tunc est vera, quia existeotia pro tempore futuro physicà illi conveniet; si verò futuritionem, quæ est de præsenti. tunc est falsa ob rationem adductam.

Ex his etiam respoodet. ad 4. Unde dist. ant. si non essent ab ætetno physicè præsentia, idest si nullo modo essent physicè in illa conc., si præcisè non essent in illa, sicut sunt in propria mensura, nego

ant.,

ent., & suppositum illios, quòd sint in mensura illa superiori, sicut in propria, tum quia longè eminentiori modo sunt in illa, tum quia sunt simul, cum tamen in propria sint successivè, præcipuè loquendo de his, quæ mensurentur tempore, quod est successivum, & de his etiam, quæ mensurantur ævo saltem quoad accidentia, ut in superioribus explicatum est. Quamvis ità sit, quòd si nullo modò physicè essent in illo ab æterno, sed solum in tempore coexisteret illis physicè, quando producuntur, tunc defectus non esset ex parte connotati, cum istud utpotè futurum jam sit intrà lineam durationis, undè si semel ab æterno Deus, seu ejus æternitas non contineret illud intrà hanc lineam, quæ physica est, sed solum in tempore, variaretur intrinsecè ejus continentia intrà illam, sicut similiter dicimus de omnipotentia, si semel deficeret aliquod possibile, vel fieret istud impossibile, aut ex opposito aliquod impossibile fieret possibile deberet pariter variari intrinsecè ejus continentia, ut dictum est, & quoad hoc idem probabiliter militat de ejus cognitione, si ab æterno intuitivè non se extenderet ad futura, quæ utpotè iterum intra lineam durationis, ac proindè præsentia realiter in duratione, in qua est cognitio, sunt jam, ut dicebamus, intuitivè ab æterno visibilia, undè non esset hic etiem defectus ex parte connotati, sed ex parte Dei, vel cognitionis illius, si solum in tempore terminaretur ad illa. Cæterum in casu, in quo nullus est defectus, aut alietas in attingendo futurum ex parte cognitionis, vel determinationis, sed solum ex parte peccati cogniti, ant determinati pro formali malitiæ, quæ non est capax futuritionis physicæ, sed solum existentiæ, ut habendæ in re, rectè distinguimus lii physicè, & negamus ut cadit supra futuritionem, & concedimus, ut modificet existantiam sine ulla intrinsece variatione ex parte Dei, sed solum ex parte connoteti, ut explicatum est.

Quintò arg. ex aliis recentioribus. Ut consensus Petri nunc absolutè ponatur, non est necesserium decretum conditionatum, tanquam causa determinative existentiæ futuræ consensus illius sub aliqua conditione. ergo ut idem consensus sit conditionatè futurus, non erit necessarium decretum actu existens in Deo conditionatum: ant. est certum, quia ut nunc absolutè existat consensus Petri requiritur, & sufficit decretum absolutum absolutè determinans; conf. verò prob. Id non est necessarium ad consensû potiùs futurum, quàm non futurum sub aliqua conditione, quod non est necessarium tunc, quando absolutè ponitur purificata conditione; ergo si ad illum sic absolutè ponendû posita aliqua conditione non est necessarium decretum conditionatum ex parte causæ, ut potè sufficienter ponibile, aut ponendum ex vi decreti absoluti, non erit necessarium idem conditionatum ad hoc ut sub aliqua conditione sit potiùs futurum, quam non futurum §. Expl. hoc. Conditio semel occurrens in positione consensus absoluti non indiget decreto aliquo conditionato ex parte causæ, seù actu existente in illa, sed sufficit absolutum, ut actu ponetur, ergo nec pariter indigebit illo respectu futuritionis consensus conditionati: non enim videtur major ratio, cur respectu istius sit necessarium, & non respectu illius &c.

Explic. & arg. ulteriùs. Licet sit necessarium arbitrium creatum actu existens, si ponatur actu liber consensus voluntatis creatæ, non tamen si iste sit solum conditionatè futurus, sed sufficit, quòd tunc asset, si poneretur, ergo ità pariter erit necessarium decretum divinum actu existens si poneretur, non tamen si sit conditionatè futurus; conf. tenet, quia non minùs dependet à libero arbitrio, seù à principio proximo libero vitali, quem dependeat à decreto divino. §. Tertiò Quia in nostra sententia non minùs est necessaria præmotio ad eundem consensum, quàm sit necessarium decretum, cujus est virtus, & sic de aliis hujusmodi requisitis; sed ut præcisè sit conditionatè futurus non est necessaria præmotio ut existens, sed quæ esset, si poneretur consensus ergo idem pariter de decreto. Et ratio omnium est, quia nullus effectus in universum petit causam actu existentem, nisi quando actu dat illi esse, ergo licet teneamur assignare decretum respectu effectus actu accipientis esse implata conditione, non tamen respectu illius in puro statu futuritionis conditionatæ.

Ad hoc dico in primis magis esse à Contrariis solvendum, quàm à nobis, nam si aliquid probat, eadem facilitate, que probat non esse necessarium decretum conditionatum ad constituende eadem futura, probat neque esse necessariam scientiam mediem ad eadem cognoscenda. Nam ex eo inferunt non esse necessarium idem decretum ad hoc, ut consensus sit conditionatè futurus, quia non est necessarium, ut absolutè ponatur tunc, cum purificatur conditio, sed sufficit tunc decretum absolutum, ergo quia pariter sufficit scientia absoluta ad illum cognoscendum ut absolutè positum purificate conditione, non requiritur tunc formaliter scientia conditionata, ut per se patet; nec requiretur ista ad illum cognoscendum, ut conditionatè futurum.

Pro omnibus ergo dist. & expl. ant. ex dictis, sufficit absolutum, & non requiritur conditionatum, si nulla supponatur futuritio conditionata ante decretum absolutum de absolute existentia utriusq; conc. eadè supposite nego. Itaque ut laté ostensum est, nulla futuritio rei præcipuè contingentis in universum verificari potest, nisi ex vi præviæ determinationis causæ, cum neque ex rei natura, neque ex aliquo posteriori haberi possit à priori, ut patet ex terminis, quidquid sit, quòd à posteriori inferri possit ex illo; & quia etiam, ut sæpè dictum est, non est aliquid expectandum de futuro, sicut rei futuræ, sed modo et jam de præsenti, undè recurrere non possumus ad decretum, quod esset, sed quòd sit, aliàs etiam verificaretur aliquid actu de linea fori creati extrà statum possibilitatis independenter à Deo volante actu, sed tantùm volituro, quod implicat, nam quidquid semel est actu de linea creaturæ, sive entis secundi, aut à toto genere entis debet in eo statu, in quo verificetur actu, supponere id, quod est essentialiter, ac per essentiam primum in illo, ac proindè actu præsens, vel existans in Deo, sive per modum determinantis, ut est decretum respectu hujusmodi futurorum, sive per modum producentis, ut est virtus Dei executiva.

Per hæc etiam patet ad utramque probationem scil. antec. & consequentiæ: dupliciter namque intelligi potest hoc, quod est prædictum consensum actu, vel absolutè poni supposita conditione jam verificata, primò quòd ante decretum de absolute existentia utriusque supponatur conditionatè futurus, vel quòd habuerit actualem veritatem objectivam conditionalem, ratione cujus verificetur, quòd consensus

esset

eſſet ſi purificaretur conditio. Secundò quòd nullum ex his ſupponatur, ſi hoc poſteriori modo non contendimus eſſe neceſſarium decretum conditionatū, cum ex parte objecti nihil veniat conditionatum, ſed ſufficit decretum de ponenda abſolutè conditione, & de ponendo abſolutè conſenſu cum dependentia à tali conditione, nam ſuppoſito, quòd decreverit abſolutè vocare Magdalenam ad pœnitentiam, & quòd abſolutè pœniteat, ejus pœnitentia eſt abſolutè futura, & abſolutè ponetur in re, licet dependenter à conditione vocationis, abſque alio decreto conditionato, ut de facto fuit executa, ſecus verò ſi præceſſiſſet aliqua futuritio conditionata, ob rationem adductam, quia tam hæc, quàm veritas objectiva conditionalis cum actu, vel de præſenti ſit, aliundè eſſe non poteſt niſi ab aliqua cauſa actu exiſtente, non quidem neceſſaria, cum ſimus in materia contingenti, argo libera, quæ præſens ſit, ac proindè à decreto actu exiſtente objectivè conditionato, & non abſoluto, cum in eodem priori adhuc iſtud non ſupponatur ex parte objecti; & quia modo loquimur de futuris conditionatis conditione, vel abſolutè non implenda, vel ſaltem in priori rationis ad decretum de abſolutè purificanda conditione, & conſenſu conditionato, rectè inferimus eſſe neceſſaria decreta conditionata, ut effectus liberi, & contingentes ſint conditionatè futuri, niſi iterum, & perperuò velimus intra forum creatum aliquid actu de præſenti independenter à Deo volente actu, & de præſenti, nam quòd ſit voliturus, aut abſolutè deindè velit, intelligitur ut quid poſterius ad id, quod jam actu eſt in ſigno illo priori purè conditionato, unde in iſto non concipitur adhuc ut actu, vel de præſenti volens, quod tamen eſt alienum à bona Theologia. Et eadem diſtinctione ſit ſatis ad primam explicationem.

Ad ſecundam nego conſeq., & diſparitas eſt manifeſta, quia cum cauſa creata non dum ſit ab æterno, ſicut eſt futuritio effectus ab illa, & à Deo producendi in tempore, non poteſt iſte in ſui futuritione dependere ab illa, ſicut dependet à cauſa prima, unde licet ut ſit futurus, quicunque ſit, non indigeat eadem actu exiſtente, benè verò prima determinata per decretum ad dandum eſſe tam eidem cauſæ, quàm ſuo effectui, ex quo reſultat ejus futuritio, quidquid ſit, quòd ut actu ponatur in re, ſi ſit de numero effectuum improducibilium ſine illa, vel qui non ſit de pura linea efficientis, vel à ſolo Deo producibilis, ut ſunt actus noſtri vitales, & ſimiles, ſit neceſſaria cauſa proxima, vel ſecunda. Unde poterat retorqueri, nam ſi effectus ſemel dependens à cauſa ſecunda nequit verificari pro aliquo ſigno, vel inſtanti, quòd actu ſit, vel ponatur de præſenti non ſoppoſita eadem actu exiſtente pro eodem inſtanti, ergo minus poterit verificari, quòd de præſenti aliquo modo jam ſit non ſuppoſita actu exiſtente prima, cum quilibet effectus in univerſum magis dependeat à prima, quàm à ſecunda, quæ eſt participatio ejus, ergo cum futuritio effectus quicunque ſit, ab æterno jam de præſenti ſit, verificari non poterit, cauſa prima, vel ejus decreto actu non exiſtente, nam licet effectus, ut ſæpe dictum eſt, tunc quoad ſui exiſtentiam non dum ſit, eſt tamen actu quoad ſui futuritionem, ſive ut futurus, ac proindè impoſſibile eſt, quòd prout ſic, ſive ejus futuritio præcedat exiſtentiam decreti, aut quod ſemel actu de præſenti verificetur, ſive abſoluta, ſive conditionata ſit, hoc eſt in eo ordine, in quo eſt futuritio, decreto nondum actu exiſtente, ſed extituro.

Per quod etiam patet ad tertiam, nam futuritio effectus non dependet à præmotione, ſicut à decreto, quia poſito quòd ſit neceſſaria, ſolum requiritur ad productionem effectus, ſicut & concurſus ſimultaneus, ut nempè ſalvetur ſubordinatio cauſæ ſecundæ ad primam in genere operativo, non verò ad determinandam cauſam primam ad dandū effectum tempore ſequenti, ſed magis eſt exercitium divinæ cauſalitatis infallibiliter inferens in eodem inſtanti temporis exiſtentiam effectus, ad quem Deus movet, cæterum decretum eſt determinativum divinæ Omnipotentiæ ad producendum effectum in tempore abſolutè, vel ſub conditione juxta meritum ejuſdem decreti.

Ad rationem denique adductam eodem modo diſt. & explico aut., niſi quando dat illi eſſe, ſi ſit cauſa, à qua purè dependeat effectus quoad fieri, vel quoad ſui exiſtentiam, non quoad ſui æternam futuritionem ut eſt quælibet creata, ut dictum eſt, tranſeat, vel conc. ant., ſi etiam dependeat quoad iſtam, ut eſt cauſa prima, nego ant., & conſ. quia futuritio, ut vidimus, jam ab æterno eſt, & ideo petit cauſam, ſeu decretum ab æterno. Immò poterat retorqueri, ut ſupra &c.

Denique arg. Quia datur aliquod futurum conditionatum independens in ſui futuritione à decreto, ergo non eſt cauſa præciſa conſtitutiva futuritionis. Prob. ant. in futuris conditionatis ſub conditione illativa, quæ ut vidimus, verificatur antecedenter ad omne decretum liberum divinæ voluntatis, ut ſi produceretur ſol juxta corpus diaphanum illuminaret illud, & ſic de aliis, ergo erit etiam dabile futurum conditionatum ſub conditione contingenti non illativa ante illud actu exiſtens in Deo. Ant. eſt certum, & conſtat ex dictis ab initio diſputationis; conſeq. verò prob. Ex eo in conditionato illativo non eſt neceſſarium decretum, quia effectus ſub eadem conditione non importatur ut præſens, ſed quòd eſſet poſita conditione, ſed hoc militat etiam de conditionato non illativo, ſed contingenti, ſeu ſub conditione indifferenti ergo.

Ad hoc patet ex dictis ibidem; unde conceſſo utroque primo antecedenti de illativis nego conſeq. de aliis, quia illativa ex vi conditionis, vel hypotheſis, aut etiam ex natura rei ſub illa, aut illa data includunt cauſam veram, & realem effectus, ex ſe neceſſariò, & infallibiliter inferentem illum, ut dictum eſt, undè habent prout ſic veritatem objectivam determinatam ex natura ipſius, qua ratione eſt neceſſariò connexa conditio cum conditionato, ac proindè hujuſmodi futuritio conditionata eſt neceſſaria, & conſequenter independens à decreto divino libero, & cognoſcibilis per ſcientiam naturalem, vel ſimplicis intelligentiæ, cœterum non illativa, vel ſub conditione indifferenti non habent hanc infallibilitatem, & veritatem, aut neceſſariam connexionem ſuæ conditionis cum affectu, ſed indifferenter ſtare poteſt ille cum illa, quòd eſſet, & non eſſet, & ideò omninò indigent decreto infallibiliter determinante, ut ſit potiùs futurus, quàm non futurus, nam quòd ſub iſta ſit potiùs futurus, quam non, eſt veritas contingens libera, ac proindè dependens à decreto, quod eſt exercitium primi liberi; undè ad probationem nego cauſalem, ſed ob rationem, & diſcrimen adductum.

Ex his etiam inferimus, quòd prædicta futura condi-

conditionalia, cum pro sic necessariò, & infallibiliter inferantur ex natura rei sub eadem conditione, & hypothesi, vel ex vi illius, ac proindè sint de numero necessariorum quantum ad sui veritatem, habent futuritionem quasi magis naturalem, & quidditativam, quàm practicam, seu magis pertinentem ad priorem lineam, quàm liberam, undè mirum non est, quòd in sui futuritione, aut veritate objectiva antevertant decretum liberum, sintque cognoscibilia ante, vel independenter ab illo, Cæterum non illativa, vel puré indifferentia cum ex vi propriæ conditionis contingentis, aut sub illa nequeant infallibiliter, vel necessariò inferri, sed tantum contingenter, nequeunt habere futuritionem, aut veritatem determinatam objectivam à decreto libero, vel ante illud.

Sed instas futurum illativum non est aliquid de linea purè possibilium, nisi velimus utramque lineam confundere, & esse de subjecto non supponente intra lineam futuritionis, ergo ex eo non est necessarium decretum actu existens, quia revera non est, sed esset purificata conditione, ergo cum id pariter militet de contingente, nec erit necessarium respectu istius.

Resp. ex superioribus, & ex proximè dictis, quòd cum ad extrahendum creaturam verè, & in re, seu quoad rem significatam à statu possibilitatis ad illum futuritionis, nequeat fieri nisi à prima causa, utpotè nulla alia existente ab æterno potente illam extrahere, neque id eidem conveniat ex natura rei, seu ex pura habitudine terminorum, aut non repugnantia ad essendum conveniente illi in priori statu possibilitatis, cum sint prædicata necessaria, ac proindè insufficientia se ipsis solis ad fundanda exercitè prædicata libera, & practica, ut est prædicta futuritio, non potest ad hanc pertinere futurum illativum, unde magis est tale dialecticè tantum, seu quoad modum significandi, quam physicè, vel quoad rem significatam, si semel antecedit omne determinativum divinæ voluntatis.

In forma ergo dist., & explico ant., non est dialecticè, & ex modo significandi conc., physicè, vel quoad rem significatam neg., sicut dum dicimus, si producerentur alii Angeli, essent singuli distincti specie, & numero, præcipuè in sententia D. Thom., vel si daretur hominem volare, haberet alas, & sic de aliis, non fit expressio alicujus futuritionis veræ, & in re, vel quoad rem significatam, sed solius dialecticæ, seu quoad modum explicandi, nam conditionalis, ut communiter dicimus, nihil ponit in esse, scil. ex parte rei significatæ, sed tantum exprimit necessariam connexionem, & illationem inter extrema sub conditione illativa, seu naturam, & meritum ejusdem conditionis, & sit sensus, seu est idem ac dicere, quòd natura extremi inferentis sit infallibiliter connexa cum extremo inferibili, non quòd sit aliqua determinatio ad illud inferendum, aut sit solum inferibile ex illa ut accidit in contingenti, undè ut dicebamus illativa sunt magis quid futurum quiditativè, quam practicè: cæterum contingentia, etiam quoad rem significatam supponuntur jam in statu futuritionis, & non sunt talia purè quiditativè, aliàs non indigeret scientia media, quam pro illis statuunt Contrarii, sed essent sufficienter cognoscibilia per naturalem, vel simplicis intelligentiæ, per quam cognoscuntur illativa, ut diximus est, & fatemur omnes. Tum quia esse futurum sub tali conditione, cum non sit prædicatum de numero necessariorum, sed contingens, non potest pertinere ad statum, in quo solum veniunt prædicata necessaria, ut est status possibilitatis. Tum quia futurum sub conditione contingenti, si consideretur ut aliquid purè possibile non est aliquid determinatum, ut potiùs sit, quàm non sit sub illa, ut revera est in ratione futuri (qua ratione dicunt esse necessariam scientiam mediam, ad explorandam determinatam illius veritatem independenter à decreto,) sed purè indifferens ad esse, & non esse supposita conditione juxta meritum ejusdem status, unde tenemur omnes fateri, quòd verè sit extractum ab illo,

Præterquàmquòd cum eadem illativa importent prædictam necessariam connexionem, & illationem, dici etiam potest, quòd habeant suo modo præsentam, & actualem determinationem, non quidem in voluntate divina per aliquod sui decretum liberum, nam aliàs essent verè extracta ut dictum est, à statu possibilitatis, sed in Omnipotentia ex se parata, & determinata ex sui natura ad ea ponenda positivè, vel permissivè supposita conditione, præcipuè loquendo de extremis illativis aliàs non repugnantibus, seu sub conditione, cum qua necessariò connectitur, quod non accidit, ut patet, respectu aliorum sub conditione contingenti, quia non habet ex opposito connecti necessariò, ac proindè nequit sic esse determinata ex sua natura ad ponendum illa, unde si semel velimus esse futura determinatè ad essendum magis, quàm non essendum recurrendum iterum est, & perpetuò ad liberum decretum, ex quo etiam potest instantia retorquari.

Sed adhuc instas. Quia præscindendo ab omni hujusmodi determinatione est assignabilis forma de præsenti sufficienter constitutiva futuritionis, seu denominans rem futuram, ergo non tenemur recurrere ad illam. Prob. ant. scientia Dei attingens rem ut existentem suo tempore absolutè, vel sub conditione, sufficienter denominat tota duratione antecedenti rem futuram, non enim potest verificari rem cognosci ut existentem tempore sequenti, nisi priùs denominetur futura in instanti, aut duratione antecedenti, ergo cognitio illius ut postea existantis ex clusa omni determinatione, sufficienter denominat illam ut futuram.

Huic instantiæ ad quam recurrunt alii Recentiores nego ant. ad prob. nego conseq., vel suppositum illius, quòd scientia attingat rem ut postea determinatè suo tempore existentem, non supposita determinatione in causa ad dandum illi esse, quia cum scientia sit formale judicium affirmans de re, quòd erit, debet supponere fundamentum ad sic formaliter judicandum, non est autem assignabile, nisi futuritio sicut ad judicandum quòd est, nisi præsentia, cum verò eadem, ut probatum est, non possit aliundè haberi in hac materia nisi ex determinatione causæ, ad hanc perpetuò recurrendum est, & ad non puram scientiam, immò ad hanc fit recursus tanquam de subjecto non supponente.

Tum quia futuritio cum sit quid medium, ut vidimus, inter utrumque statum, scil. possibilitatis, & existentiæ, sicut ille est prior cæteris, ita illa antecedit hunc postremum, at scientia visionis, vel media, qua Deus cognoscit rem postea existentem sub altero sui munere, scilicet contemplationis, sive ut puré contemplativa, vel speculativa est, ut ponitur à Contrariis, supponit rem existentem, sub alio verò

nempè ſactionis, seù ut practica, vel approbativa, aut permiſſiva eſt, importat, vel ſupponit decretum voluntatis, ergo vel illud eſt formale conſtitutivum futuri, vel nullo modo ſcientia.

Hinc etiam rectè inferimus, nec poſſe aſſignari divinam revelationem, nec continentiam rei futuræ ab æterno in æternitate, quia utraque ſupponit ſcientiam rei revelandæ, & contentæ in eadem æternitate, cum (ut patet ex ſuperioribus) non contineatur in iſta, niſi ut jam præſens, vel exiſtens cum ſua duratione, cui ab æterno, utpote tota ſimul, & infinita coexiſtit æternitas, & cuilibet durationi, ac proindè ſupponit rem practicè cognitam.

Præterquàmquòd ſicut res poſſibilis, ſi ſemel conſtitueretur per formam illi extrinſecam non eſſet alia aſſignabilis, niſi potentia, vel vis activa formalis, aut radicalis ipſius cauſæ, ſive per habitudinem ad illam ut potentem producere, ſicut ſimiliter conſtituitur exiſtens, ut exiſtens per eſſe in actu relativè ad ſuas cauſas, ideſt extra illas, ſive per habitudinem ad eaſdem ut ponentes eam adæquatè extra, pariter futura ſemel conſtituenda per formam ſibi extrinſecam, per ſolam determinationem illius in cauſa conſtitui poterit, unde & ab utraque per hoc diſtinguenda eſt, quòd merè poſſibilis ſit intra cauſam, exiſtens extra illam, futura verò in determinatione illius.

§. V.

Præfertur aliud ſuppoſitum circa certam, & infallibilem ſcientiam futurorum conditionatorum contingentium in Deo.

Supponimus ulteriùs certò, & infallibiliter cognoſci à Deo hujuſmodi futura, & à nullo Thomiſtarum id unquam negari, ut eruditè, & manifeſtè oſtendit à S. Thom. hìc diſp.20. ar.1. tum ex diſputationibus habitis corā Clem. VIII., tum vindicando aliquos perperam relatos, cum nunquam fuerit controverſia inter noſtros, & extraneos de ſubſtantia hujus cognitionis, ſed tantum de modo, aut medio illius, an ſcil. ante decretum, ut iſti contendunt, an poſt iſtud, ut communiter ſuſtinent Thomiſtæ, unde ſolus Cicero lib.2. de divinatione apud D. Auguſtinum lib.5. de Civit. cap.9., vel aliqui alii cum eodem negarunt illam, vel ex eo quòd arbitrabantur non poſſe componi cum libero voluntatis arbitrio, vel quia aliàs vana eſſet, & otioſa providentia, ac ſolicitudo hominum tam circa temporalia, quàm circa ſpiritualia, ſive enim ſimus de illis ſoliciti, ſive non, ea infallibiliter evenient, cum divina præſcientia falli non poſſit.

Primum tamen redarguit Auguſtinus contra Ciceronem dicens, quòd dum voluit facere liberos, fecit ſacrilegos. Idque etiam egregiè, ac profundiſſimè impugnat D. Thom. opuſc. contrà errores Græcorum c.10. mirificè utrumque conciliantis ex diſcrimine inter ſcientiam Dei, & ſcientiam hominum, quòd quia homo eſt ſubjectus tempori, res tantum temporaliter cognoſcit, quædam reſpiciens ut præſentia, quædam ut præterita, & quædam prævidens ut futura, unde non poteſt totum curſum temporis ſimul videre, ſed videt ea ſolum, quæ coram aſſiſtunt, præſentia ſcil., & de præteritis aliqua, ſed ea, quæ ventura ſunt, per certitudinem ſcire non poteſt; cœterum Deus cum ſit ſuperior temporis decurſu non habet cognitionem temporalem, ſed æternam, unde omnia reſpiciens de excelſo ſuæ æternitatis ſemper totum temporis decurſum, & omnia, quæ geruntur in tempore præſentialiter videt. Ex quo evidenter infert, quòd ſicut ego, *Cum video ſortem ſedere infallibilis eſt, & certa mea cognitio, nulla tamen ex hoc ſorti neceſſitas ſedendi imponitur, ita Deus omnia, quæ ſunt ſibi præterita, vel futura, vel præſentia, quaſi præſentia inſpiciens infallibiliter, & certitudinaliter cognoſcit, ità tamen, quòd contingentibus nulla neceſſitas imponitur exiſtendi.* Quòd ulteriùs declarans ſubdit. *Hujus autem exemplum accipi poteſt, ſi comparemus decurſum temporis ad tranſitum viæ, ſi quis enim ſit in via, per quam tranſeunt multi, videt quidem eos, qui ſunt ante ſe, qui verò poſt ipſum tranſeunt, per certitudinem ſcire non poteſt, ſed ſi quis ſit in aliquo excelſo loco*, ut eſt Deus, ſcil. in excelſo ſuæ æternitatis, *unde totam viam aſpicere poſſit, ſimul videt omnes qui tranſeunt, ac proindè certò, & infallibiliter.* Sed hac de re agitur ex profeſsò infra, ſicut & de eo, quod additur, ſcil. vanam fore, & otioſam providentiam, ac ſolicitudinem hominum, nam cum ſcientia, & providentia prædifinitiva Dei reſpectu futurorum ſit perfectiſſima ad omnia ſe extendit, quæ ad effectum futurum concurrere poſſunt, ut ponatur in re, unde licet ſciat illum infallibiliter eventurum, ſcit tamen per tales cauſas, & talia media (inter quæ eſt ſolicitudo, & induſtria humana) eſſe exequendum, unde tantum abeſt, quòd ſit hæc excludenda, immò omninò eſſe, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus neceſſariò adhibendam, ſi ſemel ſcientia Dei certa eſt, & infallibilis, de quo D. Thom. infra quæſt.22. ar.2., & 4., & quæſt.115. ar.6. quæſt.116., & 2.2. quæſt.83. ar.2., ubi relatis tribus opinionibus contra hanc infallibilitatem, & immutabilitatem divinæ ſcientiæ, & providentiæ ſalva neceſſitate, & utilitate actuum humanorum circa utrumque, ſcil. temporale, & ſpirituale eas improbat dicens: *Ad hujus evidentiam conſiderandum eſt, quod ex divina providentia non ſolum diſponitur, qui effectus fiant, ſed etiam ex quibus cauſis, & quo ordine proveniant, inter alias autem cauſas ſunt etiam quorundam cauſæ actus humani, unde oportet homines agere aliqua non ut per ſuos actus divinam diſpoſitionem immutent, ſed ut per ſuos actus impleant quaſdam effectus ſecundum ordinem à Deo diſpoſitum, & idem eſt etiam in naturalibus cauſis, & ſimile eſt etiam de oratione.* Ex quo Cajetanus graviter plures reprehendit dicens; *Conſidera, & attende quanta agantur Chriſtiani ſtultitia, qui in cæteris effectibus media natura, aut arte ſperatis conantur ut mediæ adhibeantur cauſæ, alioquin cenſent vanam eſſe expectationem, in orationum autem fructibus procurandis ſomniant tanquam orationes inter cauſas non ſint, aut inter remotas valdè ſint, quo fit ut ſomniantes in cauſis nil percipiamus in fructibus.* Et §. ſequenti *in reſponſione ad 3. adducens alias cauſas ex parte noſtri ſubdit. Adverte quod Author, quia in corp. art. reddiderat cauſam eſſentialem neceſſitatis orationis ſecundum ordinem divinæ ſapientiæ, & providentiæ, ut ſcil.*

ſicut

sicut dispoſuit multiplicare homines medio actu generationis, & triticum mediante ſemine in cultura, & domos mediante artifice cum tot medijs, ita diſpoſuit multorum ſalutem, & multos effectus efficere, mediante oratione, reliquoque divino cultu. Hæc eſt vera, & *eſſentialis ratio reddita in corp. art. quam quia reddiderat nunc*, ſcil. ad 3. *ſecundarias, acceſſoriaſque reddit ex parte noſtri in intellectu, ut cognoſcamus ipſum eſſe Authorem, ad quem ſit confugiendum, in voluntate ut fiduciam habeamus recurrendi ad ipſum, in natura, ut magnificemur in hoc, quòd cum eo loquimur converſamur, petimus.*

Unde certiſſimum ſupponimus Deum cognoſcere hujuſmodi contingentia cognitione certa, & infallibili non ſolum ſubjectivè, & vel ex parte ſui, ſed etiam objectivè, ſeu ex parte objecti cogniti, ut communiter jam tenent non ſolum Thomiſtæ, ſed etiam Scotiſtæ, & Patres Societatis, & meritò, nam in Sacra Scriptura aliis omiſſis, & à noſtris hic relatis (de quibus etiam infra) ità aliquod eorum revelatur cum tanta certitudine futurum, ut nec minimum dubitari poſſit, quòd non ſolum ſubjectivè, vel objectivè, ſed pleniſſima, aut metaphyſica certitudine ſciat, & non ſola morali, ut patet ex illo 3. Reg. 11. verſ. 2. *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras, certiſſimè enim avertent corda veſtra ut ſequamini Deos earum.* Unde ut patet cum tanta aſſeverantia profertur certitudo illius eventus, ſcil. averſio à vero Deo ad coltum Deorum, vel Dæmonum ſub conditione ingreſſus ad mulieres alienigenas, vel è converſò, ut ferè otioſum ſit velle de hac certitudine cognitionis ſuſpicari, aut de minori, vel de ſola morali gloſſare, niſi velimus aliquam majorem ſupra ſuperlativam.

Quòd ſi dicas alibi etiam in ſacris litteris dubiè, vel conjecturaliter enunciari, ut Geneſ. 3. verſ. 22. *Nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ.* Et Deuteron. 4. verſ. 15. *Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras &c. ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem*, & c. 7. v. 22. *non poteris eas delere, ne fortè multiplicentur contra te beſtiæ terræ.* Et Matth. 11. verſ. 23. *Si in ſodomis facta fuiſſent virtutes &c. fortè manſiſſent uſque ad hanc diem.* Et alibi ſimiliter exprimuntur cum particula *fortè* &c., quæ ſi ſtrictè accipiatur, incertitudinem, & dubitationem importat.

In contrà eſt ex D. Thom. locis ſuperiùs relatis in priori ſuppoſito, nam poſita in Deo certitudine infallibili de illis, poteſt optimè componi præcedens certiſſima enunciatio cum hac poſteriori, non tamen remota eadem metaphyſica certitudine, ergo tenemur hanc ad mittere ad ſalvandam omnem contradictionem. Prob. ant. Quia hæc poſterior ſalvari poteſt comparativè ad cauſam proximam, vel impedibilem, non tamen præcedens, ſi removeatur omnis cognitio infallibilis, ut per ſe patet, quia tunc nec ſalvatur eadem præcedens in ordine ad Deum, ſi ſemel non admittitur in illo talis infallibilitas cognitionis, nec in ordine ad cauſam proximam, cum ſit hæc impedibilis, ergo remota certitudine metaphyſica, vel omninò infallibili, vel ſola admiſſa morali, vel conjecturali nequeunt ad invicem componi.

Explic. hoc. Nam hujuſmodi futura, utpotè dependentia ab utraque cauſa increata, & creata, ad utramque proindè, ut etiam vidimus ex D. Thom., referri poſſunt, licet autem relata, & cognita per ordinem ad creatam dicatur objectivè cognoſci tantum certò moraliter, aut conjecturaliter, & ſolum ſubjectivè infallibiliter, ſecus tamen in ordine ad cauſam primam, vel ejus decretum, ſic enim tam ſubjectivè, quàm objectivé cognitione omninò infallibili cognoſcitur à Deo, ſicut in ſimili alibi dicebamus de concluſione illata, vel inferibili ex duplici medio, ſcil. probabili, & demonſtrativo, quòd licet habeos demonſtrationem, aut medium demonſtrativum de illo, dicatur objectivè eam cognoſcere tantum probabiliter, vel opinativè, prout illatam, aut inferibilem ex priori medio, ſeu ut probabiliter tantum connexam cum illo, & ſolum infallibiliter ſubjectivè, ſecus tamen ut cognoſcitur per ordinem ad medium demonſtrativum, vel ut infallibiliter connexam cum illo, & ſicut prior cognitio objectivè tantum probabilis non diminuit in habente medium demonſtrativum ejus cognitionem infallibilem, ſeù judicium ſcientificum, ſed ſolum dicitur habere tunc opinionem ſecundum quid veloti extrinſecè ex parte objecti, juxta meritum habitudinis illius ad medium probabile, immotò, vel invariabili manēte judicio, aut cognitione ſcientifica, quam habet de illo per ordinem ad medium demonſtrativum tam ſubjectivè, quàm objectivè, ita prædicta cognitio de futuro objectivè ſolùm moraliter, vel conjecturaliter certa, non tollit omnimodam certitudinem, quam habet Deus de illo tam ſubjectivè, quam objectivè prout cognito per ordinem ad ſui decretum. Quando ergo in Sacra Scriptura revelantur per particulam *fortè*, aut ſimilem inſinuatur dubitatio relativè tantum ad cauſam proximam, & ſolum etiam objectivè, vel extrinſecà, nunquam tamen ſubjectivè, quæ majeſtati divinæ non congruit, ut docet Hieron. ad c. 26. Jerem. dicens: *Verbum ambiguum forſitan, majeſtati Dei non poteſt cōvenire, ſed noſtro loquitur affectu, ſeu affatu ut liberum hominis ſervetur arbitrium.* Immò comparativè ad Deum, vel ejus decretum, nec etiam objectivè.

Advertit tamen Illuſtriſs. Godoy hic ad primum, & ſupra etiam inſinuavimus ex D. Thom., non ſemper id, quòd revelatur à Deo ut futurū per ordinem ad cauſam proximam, vel creatam, cognoſci ut futurum ab ipſo per ordinem ad proprium decretum, ſed quandoque magis, ut non futurum per ordinem ad illud, ut patet ſuperiori exemplo Ezechiæ, ſeu mortis ejus revelatæ ut imminentis craſtina die, ſcil. per ordinem ad cauſas creatas, cum tamen ſic futura non eſſet per ordinem ad divinum decretum, de quo D. Thom. ubi ſupra, & qu. 12. de veritate ar. 10.

Ratio verò hujus ſuppoſiti ſumitur ex dictis. Quia nullum futurum in univerſum, ſive abſolutum, ſive conditionatum extrahitur à ſtatu poſſibilitatis independenter à Deo volente abſolutè, vel conditionatè eſſe, vel non eſſe, ſub tali ſcil. conditione pro ſui beneplacito implenda, vel non implenda, ut explicatum eſt, ergo ab æterno omnia certò, & infallibiliter cognoſcit tam ſubjectivè, quàm objectivè; ant. eſt certum, quia cum nulla creatura, nec cauſa creata ab æterno ſit, nulla poteſt vel à ſe ipſa, vel ab alia cauſa extrahi ab illo ſtatu ad determinatè eſſendum, vel non eſſendum ſub conditione non implenda, ac proindè dependenter à ſolo Deo poteſt ſic extrahi ab eodem, conſeq. verò prob. Quia implicat in terminis, quòd in eo ſigno, in quo vult Deus aliquid

aliquid absolutè, vel conditionatè esse, vel non esse, certò, & infallibiliter non sciat ejus eventum, vel negationem illius, nisi velimus, quòd in tempore exequatur, vel non exequatur modo certo, & ignoto, & sine providentia, & sapientia, cum non possit aliquid cognoscere in tempore, quod ab æterno non cognoverit, quod est impossibile salva ejus immutabilitate in cognoscendo, est enim illius cognitio de numero actionum formaliter immanentium, seu quæ prout sic consumatur ad intra, ut in superioribus ostensum est, & infra etiam de voluntate explicabitur, unde nequit ejus immutabilitas salvari per solam extrinsecam mutationem connotati, ergo non potest sic ab æterno velle, ignorato ab æterno certò, & infallibiliter eventu futuro, vel non futuro.

Urg., & explic. hoc ex doctrina D. Thom. 2. 2. quæst. 171. ar. 6. ad 2. præcipuè loquendo de hujusmodi futuris revelatis. Ex eo dubitari posset de certa eorum, & infallibili cognitione divina, quia aliquando enunciantur ut futura à Prophetis, & non eveniunt, vel quia dubitativè sæpè enunciantur, sed neutrum obstat infallibilitati ejusdem cognitionis: ma. supponitur ex Contrariis, & mi. quoad secundam partem constat ex proximè dictis, quoad primam verò prob. ex D. Thom. ibidem ubi explicans, (ut supra insinuavimus) quomodo id contingat, scil. quòd enunciatur ut futurum, quod tamen non ità fortitur eventum salva eadem infallibilitate, & immutabilitate cognitionis divinæ, inquit id oriri, quia Prophetæ quandoque solum revelant futurum quo ad ordinem causarum ad ipsum, & non quoad eventum futurum, vel non futurum, cæterum cognitio Dei terminatur infallibiliter ad utrumque, & ideò sive eveniat, sive non eveniat, certa, & infallibilis immobiliter perseverat. Verba D. Thom. sunt, quibus utrumque, & similia in scripturis egregiè componit: *Dicendum quòd divina præscientia respicit futura secundum duo scil. secundum quod sunt in seipsis, in quantum scil. ipsa præsentialiter intuetur, & secundum quod sunt in ejus causis, in quantum scil. videt ordinem causarum ad effectus, & quamvis contingentia futura prout sunt in se ipsis sint determinata ad unum, tamen prout sunt in suis causis non sunt determinata, quin possint aliter evenire. Et quamvis duplex ista cognitio semper in intellectu divino conjungatur, non tamen conjungitur semper in revelatione prophetica, quia impressio agentis non semper adæquat ejus virtutē, unde quandoque revelatio prophetica est impressa quædam similitudo divinæ præscientiæ prout respicit ipsa futura contingentia in se ipsis, & talia sic eveniunt, sicut prophetantur, secundum illud Isa. 7. Ecce Virgo concipiet, quandoque verò prophetica revelatio est impressa similitudo divinæ præscientiæ, prout scil. cognoscit ordinem causarum ad effectus, & tunc quandoque aliter evenit, quàm prophetetur, nec tamen prophetiæ subest falsum, nam sensus prophetiæ est, quòd inferiorum causarum dispositio, sive naturalium, sive humanorum actuum, hoc habet, ut talis effectus eveniat.* Ita D. Thom., & explicat, ut vidimus, utroque exemplo Ezechiæ, & Ninivitarum Jonæ 3., & 4. Reg. 20.

Explic., & urg. ulteriùs de eisdem revelatis in confirmationem ejusdem, mi. quoad secundam partem præcedentis replicæ. Nam licet aliqua enuncientur dubitativè (de revelatis namquè certò, seu plena assertione, vel absque particula diminuente certitudinem non est dubitandum) aptiès interpretantur in sensu magis rigoroso de cognitione omninò certa, vel metaphysicè, quàm solum moraliter, aut conjecturaliter objectivè, salvo omni inconvenienti, ergo tenemur ita interpretari, conseq. tenet, quia verba Sacræ Scripturæ ex communi regula propriè, ac rigorosè accipi debent, ubi nullum est inconveniens. Antec. verò prob. Quia ut dicebamus, juxta hanc interpretationem omnia componuntur, idest utraque revelatio certa, & dubitativa sine contradictione, non tamen juxtà alienam. Tum quia salva eadem contradictione magis decet majestatem divinam, ut ait D. Hieron.

Tum quia ut ostendemus infra de voluntate, & efficaciter sustinent hic disp. 35. Illustrifs. Godoy, (ut ab omnibus admittendum,) & utrobique alii nostri Thomistæ: nullum est inconveniens admittere decretum subjectivè absolutum, & objectivè conditionatum, immò maximè congruum Deo, ut universalissimo provisori, sed hoc admisso possunt ita interpretari, ergo tenemur ad hanc interpretationem recurrere, ut rectè omnia componantur salva eadem majestate divina, ejusque infallibilitate, & immutabilitate cognitionis.

Tum quia, (& magis urgetur totum hoc.) Ex eo revelationes, vel prædictiones absolutæ intelligi debent de cognitione omninò infallibili, quia supponunt decreta absoluta, sed etiam conditionatæ supponunt conditionata objectivè ut infra constabit, ergo de eadem cognitione explicandæ sunt. Videatur de his etiam D. Thom. 3. p. q. 1. ar. 5. ad 2. ubi cum D. August. ex illo Apostoli Rom. 9. vers. 16. *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*, certissimam statuit eorumdem contingentium in Deo cognitionem, dicens: *Qui his*, scil. Deus, *quos prævidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus voluit subvenit, aliis autem non subvenit.* Et qu. 12. de veritate ar. 10. ad 8., ut salvet in Prophetia veritatem comminationis, affirmat, quòd si referatur ad ordinem causarum, quem directè respicit, sic est absque omni conditione, quia inquit: *Absolutè est ità ordinatum esse in causis, ut sic contingat, si autem ad eventum, quem indirectè respicit, sic intelligenda est sub conditione causæ*, ergo quia sentit eventum non esse futurū certò absolutè, benè tamen sub cōditione, & utrumque certū, ut ait supra 2. 2. infallibiliter novit, quidquid sit, quòd Prophæta hunc non noverit, vel infallibiliter, vel non, ponatur in re, licet enunciatum sit, ut futurum Favent etiam huic veritati, alii Patres Nissenus, Chrysostomus, Magnus Gregorius apud laudatum Illustrifs. hic, & alii, unde sine ulla necessitate contenderet quis interpretandos esse de cognitione solum certa moraliter, & non de infallibili, ut dictum est.

Nec refert, quòd aliquando PP. videantur solam conjecturalem, vel moraliter certam admittere cognitionem in Deo, unde etiam D. Thom. hic & loco relato de veritate, & in 1. dist. 38., & Primo cont. Gent. c. 67. distinguens, ut supra, duplicem eorum statū, scil. prout in suis causis, vel prout jam in se ipsis, qualiter considerantur non ut futura, sed ut existentia, sub hoc posteriori asserat terminare posse certam notitiam, sub priori verò solam conjecturalem, ac proindè sub statu futuritionis, sive ut futura conditionatè, prout nempè considerantur

tan-

tantum ut in suis causis non erant aliter cognoscibilia à Deo juxta D. Thom. nisi conjecturaliter, vel certò solum moraliter.

Non inquam refert. Quia ut patet ex dictis, explicari facilè possunt, & tenemur ob rationes adductas, de sola conjecturali objectivè explicare, prout referantur ad causas creatas secundum se, nec ut omninò completas, vel ut non subordinatas divino decreto, secus tamen respectivè ad primam, vel ad secundas, ut illius decreto subordinatas, vel quòd loquantur de præscientia absoluta, non de certa conditionatè tam subjectivè, quàm objectivè sub hoc posteriori respectu ut explicatum est.

Et quidam quantum specialiter attinet ad D.Th. non solum locis omnibus relatis tradit hanc infallibilitatem cognitionis, sed efficacissimè probat ratione jam insinuata præsertim opusculo citato, & contra Gent. eodem capite, ex eo nempè, quòd respectu intellectus divini omnia sunt ab æterno præsentissima, unde ait ibidem ratione. *Ex his autem aliqualiter patere potest, quod contingentium singularium ab æterno infallibilem scientiam habuit, nec tamen contingentia esse desistunt. Contingens enim certitudini cognitionis non repugnat, nisi secundum quòd futurum est, non autem secundum quòd præsens est, contingens enim cum futurum est, potest non esse, & sic cognitio æstimantis ipsum futurum esse falli potest. Falletur enim, si non erit, quod futurum esse æstimavit. Ex quo autem præsens est, pro illo tempore non potest non esse, potest autem futurum non esse, sed hoc jam non pertinet ad contingens, prout præsens est, sed prout futurum est. Unde nihil certitudini sensus deperit, cum quis videt currere hominem, quamvis hoc dictum sit contingens. Omnis igitur cognitio, quæ supra contingens fertur prout præsens est, certa esse potest: divini autem intellectus intuitus ab æterno fertur in unumquodque eorum, quæ temporis cursu peraguntur prout præsens est, ut supra ostensum est*, scil. c.65. præcedenti. *Relinquitur ergo quòd de contingentibus, nihil prohibet Deum ab æternò scientiam infallibilem habere*. Ità D.Thom., & egregiè prosequitur per totum caput, & probat etiam in fine authoritate Scripturæ sap.8. ubi de divina sapientia dicitur. *Signa, & monstra scit, antequam fiant, & eventus temporum, & sæculorum*. Et Eccles.39. *Non est quicquam absconditum ab oculis ejus à sæculo, & usque in sæculum respicit*. Et Isaiæ.48. *Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent indicavi tibi*. Et sumi etiam potest ex illo psal.17. *Et ascendit super cherubim, & volavit super pennas ventorum*. Quibus verbis ut subdit piissimus juxta, ac doctissimus noster Ludovicus Granatensis in Dom.4. Quadr. §. *Cum ergo. Incredibilem divinæ mentis celeritatem, & perspicacitatem insinuat, idest vim omnia penetrantem, vim ubique præsentem &c.* Hæc autem ratio, ut patet ex dictis, generaliter militat de quocunque futuro contingenti, cum nullum ex his assignabile sit, quod Deus ab æterno non intueatur, sive præsens non habeat, præsentia saltem objectiva, imò etiam physica, ut latè probatum est, & constabit etiam infra.

Supposita ergo ut certissima eorum cognitione in Deo adhuc videtur difficultas inter Theologos an ratione naturali possit id demonstrari; negat enim Herice tract.1. disp.6. Tum quia futura contingentia antequam existant, non habent determinatam veritatem. Tum quia certò Deus pro eodem priori ad eorum existentiam certò non sciret, adhuc indemnis salvari potest ejus providantia, ex qua aliàs infertur præfata infallibilis cognitio, quia adhuc posset rectè distribuere præmia, & pœnas post visionem eorum, quando existunt.

Oppositum nihilominus docent non solum Thomistæ, sed ex societate Suarez tom.2. Metaphysic. disp.30. sect.25. nu.18., & alii, & meritò, quia certum est lumine naturali Deum esse immutabilem, sed ut constat ex dictis, si Deus in tempore solum inciperet certò cognoscere ut præsentia, vel existentia in se ipsis, intrinsecè mutaretur, & non purè extrinsecè per solam mutationem objecti. Tum quia cognitio, ut dicebamus, est actio de numero earũ, quæ consummantur intrinsecà in agente, formaliter de illa loquendo, sive essentialiter, vel primariò, undè non expectat intrinsecum connotatum ut dicatur formaliter esse in Deo. Tum quia realiter transiret Deus de non sciente ad esse scientem, quod est intrinsecè perfici ac proindè mutari, nam per realem adventum scientiæ perficitur intrinsecè, & mutatur realiter cognoscens, ut patet inductivè.

Secundò quia neutrum illius fundamentum, scil. carentia determinatæ veritatis, & immunitas subsistit. Non primum quia licet lumine naturali notum non sit, ex quo principio tanquam ratione formali habeant hujusmodi futura determinatam veritatem, evidenter tamen est notum, quòd habeant illam, supposita eorum futuritione, evidenter enim est notum, quòd ad determinatum esse sequitur determinata veritas, sed supposita eorum futuritione supponente infallibiliter decretum, ut dictum est, non sunt amplius indifferentia ad esse, sicut possibilia, aliàs essent etiam indifferentia ad eandem futuritionem, sicut ista, quod est implicantia in terminis, nam futuritio, ut vidimus, superaddit ordinem ad esse supra puram possibilitatem ergo.

Secundum et jam diminutè respicit divinam providentiam, idest universalissimam à toto genere entis, sive naturalis, sive supernaturalis, non tam in conservando, & præmiando, vel puniendo, quàm etiam in producendo, & promovendo, vel permittendo, ad præmium, vel pœnam. Nam eodem naturali lumine notum est Deum non tantum esse provisoram, sed etiam perfectissimum, & universalissimum (ab hac enim universalissima providentia denominatur, vel dicitur Deus,) sed ad provisorem universalissimum non pertinet præcisè conservare, & præmiare vel punire, sed etiam ordinare ad esse, & meritum, vel demeritum, permittendo istud pro eliciendis bonis prævisis, vel in ordine ad pœnam pro manifestanda sui justitia in reprobis, & promovendo per illud ad præmium pro manifestanda sui misericordia in electis, ergo diminutè, & deficienter reducitur ad certam eorum temporalem congnitionem, postquam jam sunt.

Urg. hoc. Nam quia ad universalissimum provisorem spectat conservare res, & præmiare, vel punire postquam jam sunt, certò, & infallibiliter cognoscit ut jam existentia, ergo quia ad eundem spectat creare illas, & ordinare ad meritum, vel permittere demeritum, certò, & infallibiliter cognoscet antequam sint, sive ut futura. Sed de his infra, ut ad graviores difficultates resolvendas transeamus.

§. VI.

§. VI.

Præhabitis modis dicendi, & aliis quibusdam ex Div. Thom., & D. August. Statuitur prima conclusio contra primum Molinæ.

IN uno jam omnes conveniunt Patres Societatis in sustinendo scientiam mediam ad explorandam determinatam veritatem, vel eventum futurorum conditionatorum liberorum, sed in modo illam defendendi, vel assignandi medium cognoscendi inter inter se divisi sunt, nam licet iterum conveniant in excludendo decretum actu existens in Deo, ut formale medium manifestativum, differunt tamen in assignando istud, nam primò Molina hic disp.14.concl. prima ad ar.13.(quem sequitur Beccanus) existimat Deum illa cognoscere antecedenter ad decretum in causis liberis, & contingentibus, seu in penetratione, & perfectissima cognitione voluntatis humanæ, quam super comprehensione appellat ad distinctionem cognitionis divinæ ab angelica, quæ licet comprehendat voluntatem hominis, in illa tamen non cognoscit actus ejus liberos sicut Deus. Asserit ergo Deum ex altitudine suæ scientiæ antequam quidquam statueret, comprehendisse in se ipso omnia, quæ contingenter, aut merè liberè per omnes causas ex sua Omnipotentia possibiles, essent futura ex hypothesi, quòd hos, vel illos rerum ordines cum his, vel illis circumstantiis vellet statuere, & eo ipso, quòd sua voluntate statuit fieri illum ordinem rerum, & causarum, quæ re ipsa producit, priùs quam existerent in æternitate, vel in se ipso, & in illo suo decreto, comprehendisse omnia, quæ per causas secundas contingentes, & liberas in re erant futura. Idem docet disp.15., & in 17., ubi tria asserit, primum, quòd hujusmodi futura implicat habere ex se determinatam veritatem, in quo convenit cum Thomistis, & opponitur Suarez, & aliis innumeris ejusdem Societatis. Secundum, quòd sit supra eorum naturam cognosci infallibiliter à Deo, unde sic infallibiliter ab illo cognosci reducitur in prædictam supereminentem Dei cognitionem, quo modo eminentissimo liberum supercomprehendit arbitrium. Tertium, quòd seipsum non sic super comprehendat, quia seipsum non excedit, sicut excedit creaturas, unde de suis decretis liberis, antequam esse intelligantur, non habet scientiam, sicut eam habet de decretis liberis creaturæ, antequam sint, in quo iterum opponitur Suarez, qui existimat divina decreta pro illo priori antequam Deus actu decernere intelligatur esse cognoscibilia à Deo ut futura.

Ibidem etiam §. *Suscitabitur fortiter*. docet hanc cognitionem, vel scientiam nulla ratione esse dicendam liberam, quia antecedit omne decretum liberum divinæ voluntatis, & quia non fuit in potestate Dei scire per illam aliud, quàm re ipsa scivit. Subdit etiam non esse omninò naturalem, quia si liberum arbitrium creatum aliter ageret, vel esset futurum oppositum, ut revera potest, id ipsum scivisset Deus per eandem scientiam, & non illud, quod re ipsa nunc scit, unde partim, ait, habere conditionem scientiæ naturalis, & partim liberæ, ac proinde congruè mediam dici.

Secundus modus dicendi recurrit quidem ad decretum, at non actuale, & exercitum, ut volunt Thomistæ, sed futurum, & ponendum in sequenti signo rationis. Ita Fonseca tom.3. Metaph., & Suarez lib.2. de scientia Dei cap.8., quibus adhæsit Fasolis. Tertius, quem etiam probabilem reputat Suarez ibidem cap.2., & est frequens apud PP. Societatis, asserit Deum cognoscere illa non in aliquo medio objectivo, sed immediatè in se ipsis secundum propriam illorum cognoscibilitatem, & veritatem objectivam, quam dicunt habere independenter à decreto ex sui natura, & vi contradictionis, vel ex eo, quòd propositio de futuro habebit aliquando unam de præsenti, vel de inesse veram, & hanc posse Deum per sui scientiam immediatè penetrare, ex eo quòd est infinitæ efficaciæ, vel perspicacitatis in cognoscendo. Ita Vasquez, Martinonus, Herice, & alii.

Hic verò sic explicat dicens. Nos non affirmare has propositiones habere determinatam veritatem pro signo rationis, pro quo prioritate naturæ præcedit causa indifferens, sed pro omni instanti reali amplectentes signum posterius rationis, in quo jam intelligitur existere in voluntate actum, vel assensum determinatè, aut negationem ejus. Nec enim, inquit, est verum, quod nobis opponunt Contrarii, nos dare his futuris existentiam futuram sine voluntate Dei, aut independenter ab illa, nam cum existentia eorum sit intrinsecè quid creatum, essentialiter dependet à Deo, qui agit per intellectum, & voluntatem, & ideò hanc subterfugere non possunt, cæterum hujusmodi voluntas non est decretum efficax prædeterminans nostram voluntatem, ut supponunt Alvarez, & Adversarij, sed voluntas attemperata naturæ voluntatis cooperans, & adjuvans illam, & admittens consortium principii indifferentis in opus.

Hanc verò Dei cognitionem, vel scientiam Suarez ibidem, & si ad scientiam visionis reducat, fatetur tamen antecedere omne decretū liberum voluntatis. Vasquez verò hic disp.66. cap.4. reducit eam, (ut insinuavimus) ad scientiam simplicis intelligentiæ, & ibi, & disp.49. cap.7. probat necessèriò debere præcedere omnem Dei prædefinitionem, & decretū.

Quartus est P. Esparza, qui sic discurrit. Deū nempè in sola sua essentia divina excluso omni decreto cognoscere, quid liberum arbitrium creatum si in tali occasione ponatur, & illi sufficientia auxilia dentur, de facto eliget. At cum videat hæc omnia esse indifferentia, scil. essentiam se sola, vel nudè sumptam, & similiter liberum arbitrium, & prædicta auxilia; ut assignet à quo eadem essentia determinetur ad repræsentandum assensum magis, quàm dissensum, vel negationem eius, dicit hanc determinationem accipere scientiam mediam à voluntate creata non præcisè, ut in se ipsa est, sed ut eminenter præcontenta in ipsa essentia cum omnibus actibus sibi possibilibus, & liberè à se eliciendis in quacunque occasione invenietur, in quo accedit ad primum modum.

Alii verò ejusdem Societatis dicunt Deum ante omne decretum cognoscere quidem quid faciet liberum arbitrium si in tali, vel tali occasione ponatur, & his, vel illis auxiliis indifferentibus juvetur, non tamen antecedenter ad assensum, vel dissensum voluntatis, sed quia videt illud conjunctum cum assen-

assensu, vel disjunctum ab illo, in quo ex parte etiam conveniunt cum tertio, ut explicatur ab Hetice. Etsi inquiratur in quo principio determinato id cognoscat Deus, cum pariter hæc omnia ante omne decretum sint indifferentia. Respondent cognoscere in ipsa determinatione voluntatis creatæ identicè, quia nampè videt liberum arbitrium cum his auxiliis consentire, vel cum aliis dissentire, & hoc ante omna decretom existens in Deo de consensu, val dissensu, unde in statu absoluto non negant decretum absolutum, & efficax circa consensum, vel dissensum voluntatis creatæ absolutè futurum, & tamen ponunt decretum conditionatum, quod explicant his vocibus, volo concurrere ad consensum voluntatis creatæ cum illa, si voluerit consentire, & nolo permittere assensum, si voluerit dissentire. Sic frequenter ipsi discurrunt.

Denique novissimom aliū referunt noster Gonet. hic disp.4. ar.3. §.1., & Contenson. dissert.8. cap.1. speculat. 3. scil. Patris Thaophil. Rainaudi, qui vult Deum per scientiam mediam explorare, vel cognoscere, quid factura esset voluntas creata in his, vel illis circumstantiis, si sibi ipsi relinqueretur, aut si se sola sine concursu divino agere posset. Ait namq; in libro, cui titulus est. *Nova libertatis explicatio* c. 4. num. 35. *Operatio creaturæ non antecedit actu, & re ipsa concursum divinum, sed tantum conditionatè, quatenus ante Dei concursum actu exhibitū objicitur divino intellectui operatio voluntatis creatæ tanquā exoritura ab ea, si ipsa voluntas se sola posset agere.*

Contra omnes hujusmodi modos concors est Thomistarum sententia negans in universum posse hujusmodi futura certò, & infallibiliter cognosci ante decretum liberum divinæ voluntatis, à quo pendet essentialiter omnis veritas sive absoluta, sive conditionata. Ità Bannez ad hunc ar.13., Nazarius, à S. Thom., Illustriss. Godoy, Mag. Ferra, Serra, & alij relati ab eodem Illustriss., & commuoiter cæteri Theologi, ut fatetur idem præter DD. Societatis. Sed ut à principiis notioribus nobis demonstremus ejus veritatem, & oppositam omninò adversari menti D. Tho. suppono ex doctrina ejus Primo Perihermen. lect.13. quòd ut supra etiam insinuavimus, ut aliquid verè, & propriè dicatur futurum contradistinctum à ratione possibilis, præsentis, & præteriti duo requiri. Primum est, quòd non sit productum, sed habeat causam, cujus virtute contineatur, & quæ illud possit extra se constituere. Secundum, quòd non ut cunque, sed peculiari, & certò quodammodo contineatur in illa, nam ex præcisa continentia in causa, seu in virtute, & potentia ejus solum habet rationem possibilis, quæ distincta est ab illa, unde aliquid aliud omninò requiritur, ut effectus habeat rationem futuri, nisi velimus utramque rationem confundere, & omne possibile dici futurom, quod est alienum à bona Metaphysica.

Hunc peculiarem modū existendi in causa egregiè explicat ibidem D.Th. dicens, *Considerandum, quòd cum verum, hoc significet, ut dicatur aliquid esse, quod est, hoc modo est aliquid verum, quo habet esse, cum autem aliquid est in præsenti, habet esse in se ipso, & ideò verè dici potest de eo, quòd est, sed quandiù aliquod est futurum, nondum est in se ipso, est autem aliqualiter in sua causa, quod quidem contingit tripliciter; uno modo, ut sic sit in sua causa, ut ex necessitate ex ea proveniat, & tunc determinatè habet esse in sua causa, unde determinatè potest dici de eo, quòd erit: Alio modo aliquod est in sua causa, ut habente inclinationem ad suum effectum, quæ tamen impediri potest, unde hoc determinatum in sua causa est, sed mutabiliter, & de hoc verè dici potest, quòd erit, sed non per omnimodam certitudinem. Tertiò aliquod est in sua causa purè in potentia, quæ non magis est determinata ad unum, quàm ad aliud, unde relinquitur, quòd nullo modo de aliquo eorum dici potest, quòd sit futurum, neque quòd sit, vel non sit. Hac D.Thom.*

Idem ferè docet qu.16. de malo ar.7. in corp. Ubi præmissa superiori doctrina, quam tradit in opusc. relato ad ostendendum, quòd solus Deus, qui omnia præsentialiter intuetur potest futura cognoscere in se ipsis, deindè explicans, quomodo in causa cognosci possint, Subdit. *In causis autem suis sunt aliqua futura tripliciter, uno modo secundum potentiam tantum, quia scil. æqualiter possunt esse, vel non esse, quæ dicuntur contingentia ad utrumlibet. Quædam verò sunt in causis suis non solum secundum potentiam, sed secundum rationem causæ activæ, quæ non potest impediri à suo effectu; & hæc dicuntur ex necessitate contingere, Quædam verò sunt in causis suis, & secundum potentiam, & secundum causam activam, quæ potest tamen impediri à suo effectu, & ista dicuntur contingere, ut in pluribus. Quia verò unumquodque cognoscitur secundum quòd est in actu non autem secundum quod est in potentia, ut dicitur in 9. Metaphysicorum, inde est quòd ea, quæ sunt ad utrumlibet non possunt cognosci in suis causis determinatè, sed sub disjunctione, ut potè quia erunt, vel non erunt. Sic enim habent veritatem, Ea verò, quæ sunt in causis suis, ut ex necessitate ab eis provenientia, possunt per certitudinem cognosci in causis suis ab homine, & multò certius à Dæmone, vel ab Angelo, in quibus est magis nota virtus causarum, naturalium, quàm hominibus. Ea verò, quæ contingunt, ut in pluribus, possunt cognosci in causis suis non per omnimodam certitudinem, sed conjecturalem quandam cognitionem, certius tamen ab Angelis bonis, vel malis, quam ab hominibus. Considerandum tamen est, quòd cognoscere futurum in causa sua nihil est aliud, quàm cognoscere præsentem inclinationem causæ ad effectum, unde hoc non propriè est cognoscere futurum, sed præsens. Unde cognitio futurorū propria est Dei secundum illud Isa.41. Annunciate, quæ ventura sunt, & dicemus, quòd Dii estis vos.* Ità iterum Div. Thom., & docet idem etiam in 1. dist. 38. qu.1. ar. 5., & placuit referre, quia valdè confirmant superiora in præcedenti supposito.

Ex his quæ nulla, vel tenui probabilitate negari possunt, infertur primò effectum futurum in hoc differre à possibili, quòd istud tantum supponit potestatem productivam in causa, futurum verò prætera exigit, ut causa sit aliquo modo determinata ad illius productionem. Et in hac determinatione consistit proprius modus essendi in causa ipsius futuri, nec illa exclusa potest intelligi affectus, ut futurus ex vi causæ, quia si hæc non est determinata magis ad unum, quam ad aliud, sed indifferans ad utrumlibet, nullo modo, ut ait D. Thom., potest dici de aliquo eorum, quòd sit futurum determinatè, & ratio est, quia si non est sic determinata, sed indifferens ad utrumque, æqualiter, & eodem modo respicit utrumque, ergo ex vi causæ non est unum magis futurum, quàm aliud, ergo vel erit utrumque determinatè futurus,

turus, quod implicat, vel neuter. Addit etiam D. Thom. nec poſſe de aliquo eorum dici, quòd ſit jam determinatè extra cauſas, quod planè evidentiùs eſt verum, niſi velimus, quòd effectus priùs ſit in ſe ipſo extra cauſas, quàm quòd ſit futurus, quod iterum implicat niſi pariter velimus, quòd à ſe ipſo ſit, quod eſt omninò alienum, undè priùs natura eſt, quòd effectus ſit futurus determinatè ex aliqua cauſa, quàm quòd ſit jam præſens extrà ipſam, ac proindè excluſa determinatione cauſæ neutrum de illo verificari poterit, (ut inquit D. Thom.) vel quòd futurus ſit; vel minus à fortiori, quòd ſit jam determinatè extrà cauſas.

Secundò inferimus, quòd ſi determinatio cauſæ, vi cujus effectus dicitur futurus ſit perfecta, & inimpedibilis certò, & evidenter erit cognoſcibilis in executione, quia tunc ex neceſſitate proveniet ex ea, ut ait D. Thom. Id autem intelligitur non tantum de neceſſitate ſimpliciter, quando nempè determinatio in cauſa eſt omninò naturalis nullam in ea relinquens indifferentiam, ſed etiam de neceſſitate ſecundum quid ex ſuppoſitione, quæ dicitur neceſſitas infallibilitatis, quando ſcil. eadem determinatio non eſt naturalis, ſed libera, & potuit abſolutè non eſſe in illa, utraq; enim neceſſitas, & determinatio ſufficit, ut effectus ſit infallibiliter futurus. Si verò determinatio cauſæ non ſit perfecta, ſed tantum dicat inclinationem, vel propenſionem quandam ad unum effectum potiùs, quàm ad alium, quæ impediri poteſt, non ſufficit tunc ut ſit infallibiliter futurus, ſed ſolum ut dicatur futurus quantum eſt ex vi inclinationis cauſæ.

Tertiò infertur, quòd ut propoſitio de futuro contingente ſit determinatè vera, neceſſarium eſt, quòd in eo ſigno, pro quo vera dicitur, jam effectus intelligatur determinatè futurus, quia ut inquit Div. Thom; & patet ex terminis, in hoc conſiſtit enunciationem affirmativam ſignificare determinatè verum, ut dicatur aliquod eſſe, quod eſt: Ab eo enim, quod res eſt, vel non eſt, dicitur propoſitio vera, vel falſa, ergo ſicut hac ratione enunciatio de præterito non poteſt eſſe determinatè vera, niſi id, quod enunciatur præteritum in eodem ſigno rationis jam ità ſit, quòd eſt præteritum, pariter nec enunciatio de futuro poterit eſſe determinatè vera niſi pro eodem ſigno rationis jam ità ſit, quòd effectus eſt futurus, undè non ſufficit eſſe futurum in poſteriori aliquo ſigno ex aliqua determinatione cauſæ; hoc enim per accidens ſe habet ad veritatem enunciationis in priori ſigno conſideratæ; ſicut per accidens ſe haberet ad veritatem enunciationis de præterito in primo inſtanti horæ, quòd poſt illud inſtans res ſit præterita, & in illo primo præterita non eſſet; nam aliàs utrobique enunciaretur, quòd eſt, quando non eſt, quod eſt manifeſtè falſum. His poſitis ſit.

Prima Concluſio. Futura conditionata contingentia nequeunt certò, & infallibiliter cognoſci à Deo in cauſis liberis, ſeù contingentibus ante omne decretum Divinæ voluntatis, ſive quod idem eſt, juxtà prædictum modum dicendi, in illo ſigno rationis noſtro modo intelligendi antecedente omne divinum decretum nullus effectus liber, aut contingens potuit eſſe evidenter, & infallibiliter cognoſcibilis ut futurus determinatè ex hypotheſi, quòd ejus cauſa libera, & contingens in tali ordine rerum ſub talibus circumſtantiis produceretur. Ità præter univerſos Thomiſtas, ut ait laudatus Illuſtriſſ. communiter ſentiunt Societatis DD. & eſt expreſſa D. Tho. hic ar. 13. & locis relatis, & infra q. 57. ar. 3. in cor. ubi repetit ferè ad literam, quæ ut ſuprà docuit proximè relatus, & q. 86. ar. 4. ſub eiſdem ferè terminis, undè perpetuus eſt in hoc, quòd cum futura, cognoſcibilia non ſint niſi in ſeipſis, vel in ſuis cauſis, & neutro modo ante omne decretum habere poſſint hanc cognoſcibilitatem, ut oſtendit ibidem ex eo, quòd cognoſcere in cauſa, eſt cognoſcere præſentem inclinationem cauſæ ad effectum, quæ ante omne decretum ſupponi non poteſt; & cognoſcere illa Deum in ſe ipſis ſit cognoſcere eadem, ut præſentia in ſua æternitate, (ut ait eiſdem locis;) quæ pariter præſentia ſupponit idem decretum, ut vidimus, nullo modo juxtà D. Thom. erunt certò, & infallibiliter cognoſcibilia, ut præveniunt omnem determinationem Divinæ voluntatis.

Nec eſt mirùm hac in re perpetuum fuiſſe D. Tho. cum priùs hanc doctrinam ſæpè tradiderit D. Auguſt. (cujus veſtigia fideliſſimè ſequutus eſt) lib. de bono perſeverantiæ cap. 17. & 18., & de prædeſtinat. SS. cap. 10. & 14. ubi explicans illud Sapientiæ 4. *raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus*, ſic habet. *Dictum eſt ſecundùm pericula vitæ, non ſecundùm præſcientiam Dei, qui hoc præſcivit, quòd futurum erat, ideſt quòd ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentatio ſubtraheretur incerto*. Ex quo ſic arg. In illis verbis ſcripturæ virtualiter continetur hoc futurum conditionatum, ſi non eſſet raptus immatura morte, ſed maneret ſub tentationibus, malitia mutaret intellectum ejus, ſed D. Auguſtin. aſſerit illud non eſſe dictum ſecundùm præſcientiam, ſed ſolum ſecundùm pericula hujus vitæ, ergo in ſententia Auguſtin. incertum erat hoc futurum conditionatum, nempè malitiam mutaturam intellectum ejus ſub conditione perſeverandi in vita; ideſt incertum erat juxtà mentem Auguſt. an malitia mutaret intellectum ejus ex hypotheſi, quòd maneret, vel non eſſet raptus morte immatura. Prob. conſ. Quia ſi ex tali hypotheſi malitia fuiſſet mutatura ejus intellectum, illud *raptus eſt &c.* non eſſet dictum præcisè ſecundum pericula vitæ, ſed magis ſecundum præſcientiam eventus certò futuri ex hypotheſi, nec iterùm diceretur raptus, ut tentatio ſubtraheretur incertò, ut patet ex terminis.

Deindè lib. 1. de anima, & ejus origine. Ex eo impugnat errorem ſemipelagianorum dicentium parvulos damnari propter peccata, quæ Deus præſciebat facturos eſſe ſi viverent. Quia nempè Deus non potuit illa peccata præſcire ut futura. Quo modo enim (inquit) eſt præviſum futurum, quod non eſt futurum.

Quòd ſi dicas D. Auguſt. non negare rectè poſſe dici peccata illa parvulorum præſciri ut futura ſub conditione, ſed tantùm abſolutè, quià reverà non erant ſic futura abſolutè. §. Contra hoc eſt, quia Semipelagiani non loquebantur in ſenſu abſoluto, ſed conditionato ex hypotheſi, quòd parvuli viverent, ergo niſi velimus Auguſt. ſibi hoſtem fingere, quem feriat, dum negat rectè dici, præſciri ut futura, de illis, ut futuris conditionatè intelligendus eſt non abſolutè. Ant. conſtat ex epiſtola D. Proſperi, quæ habetur ante præfatum lib. de prædeſtinatione SS. in qua referens illorum errorem circa parvulorum ſalutem, & pænam, inquit. *Tales*, ajunt, *perdi, taleſque ſalvari, quales futuros illos in annis majoribus, ſi ad activam ſervarentur ætatem ſcientia Divina præviderit*. Et ibidem refutans hunc errorem ſubdit.

Sed

Sed in tantum quibuscumque commentitiis meritis electionem Dei subiiciunt, ut præterita, quæ non extant, & futura, quæ non sunt futura confingant. Itâ D. Prosp. In quibus patet non loqui Samipelagianos de futuris absolutè, sed conditionatè, si semel asserebant prævideri à Deo peccata illa ut futura, si servarentur pueri ad activam ætatem, quæ nec etiam verè futura, sed conficta appellat D. Prosper; tantum abest, quòd intelligendus sit de illis, ut absolutè futuris.

§ VII.

Ratione probatur Conclusio, & simul etiam impugnantur alii modi.

PRædicta futura modo explicato ad intentum Molinæ nequeunt esse determinatè infallibiliter futura, ergo nec cognoscibilia certò, & evidenter ut talia determinatè. Conf. est evidens, nisi velimus cognoscere aliter, quàm sint, quod non solum non esset super comprehendere, sed imperfectissimè cognoscere, seu difformiter ab esse objecti. Ant. verò prob. Effectus contingens pendens à libera voluntate creata ante omne decretum Dei da futuritione ejus nequit esse determinatè futurus infallibiliter ex sola hypothesi, quòd voluntas sub talibus circumstantiis constituatur, sed hujusmodi sunt præfata conditionata ad intentum ejusdem Authoris, ut explicatum est, ergo nequeunt esse prout sic, certò & infallibiliter cognoscibilia.

Prob. ma. primò. Quia ex vi hypothesis quòd voluntas constituatur sub illis circumstantiis nec consensus, nec dissensus est futurus ex necessitate aliqua etiam secundùm quid ex suppositione, sed omninò contingenter, & utarque pro innata libertate voluntatis in sensu diviso, & in composito potest non esse, ergo nanter comparatus ad voluntatem est determinatè infallibiliter futurus sub illa hypothesi, ergo; ant. patet, quia Contrarii contendunt de ratione causæ liberæ esse, quòd positis omnibus requisitis ad agendum etiam in sensu composito possit agere, & non agere, & omnem necessitatem provenientem ex suppositione antecedente consensum voluntatis tollere libertatem. Conf. verò prob. Tum quia omne infallibile est aliquo modo necessarium. Tum quia repugnat eundem effectum respectu ejusdem causæ pro eodem signo rationis simul esse determinatè infallibiliter, & contingenter futurum, quia contingentia ad utrumlibet includit intrinsecè negationem determinationis ad alteram partem, unde simul esset, & non esset consensus determinatè futurus, quod implicat, ut subtiliter etiam advertit, & arguit Mag. Catalam.

Secundò prob. cum eodem principalis eadem Ma. argumen. Voluntas sic constituta sub illis circumstantiis non est magis determinata ex vi illarum ad assensum, quàm ad dissensum, sed indifferens ad utrumque, ergo ex sola hypothesi, quòd sub illis circumstantiis constituatur, non est futurus determinatè infallibiliter consensus, neque dissensus. Ant. libenter admittitur à Contrariis, & est certum in eorum principiis, nam existimant omnem determinationem voluntatis provenientem ex suppositione antecedente liberum ejus consensum evertere libertatem, conf. verò est evidens, si proximè tradita doctrina D. Thom. admittatur, quià expressè asserit non posse effectum, qui est in causa purè in potentia indifferente ad utrumlibet dici futurum, nec sufficere in illa aliquam inclinationem ad eundem, ut certò, & infallibiliter futurus sit, sed requiri ut determinatio causæ, talis sit, ut ex necessitate saltim secundùm quid ex suppositione sequatur effectus ex ea.

Sed quià Contrarii non admittunt præfatam doctinam D. Thom. ideò probatur simul cum conseq. Nam consensum esse determinatè futurum est quid determinatum extrahens, & condistinguens à ratione purè possibilis, ut enim suprà insinuavimus, cum ratio determinatè futuri pertineat ad lineam durationis, non potest esse quid diminutum, & fictum à nostro intellectu, sed est quidam modus realis, & determinatus modus essendi, ratione cujus extrahitur consensus, & contradistinguitur à ratione purè possibilis, ut explicatum est, aliàs non loquimur de illo ut verè futuro, sed istud superadditum ad ratione possibilis, seu modus iste realis essendi ante omne decretum de futuritione ejus nequit consensui convenire, ut habet esse in se ipso, ergo vel convenit ei, ut habet esse in sua causa, vel nullo modo convenit. Ma. patet ex dictis, quià cum sit aliquid jam constitutum intrà lineam durationis, debet importare modum aliquem essendi realem saltem per denominationem extrinsecam, ut explicatum est, & licet admittatur esse aliquid diminutum, vel rationis, ut alii dicunt, semper debet esse quid determinatum, & constituens futurum, ut contradistinctum à ratione purè possibilis, aliàs erit possibile fictitium, sicut D. Prosper appellat illud semipelagianorum respectu peccati puerorum: mi. verò prob: quia consensus ille, qui dicitur futurus præcisè ex suppositione voluntatis sub talibus circumstantiis nullum habet esse in se ipso, ergo modus ille, vel illud superadditum non potest illi convenire ut in se ipso: conseq. tenet, quia modus essendi ex natura rei supponit esse illius rei, quam modificat, antec. verò etiam constat, quia si haberet esse in se ipso, jam non esset futurus, sed præsens, at repugnat in terminis, quòd aliquid de linea creaturæ, vel non increata habeat esse in se ipso ante omne decretum, vel influxum divinæ voluntatis, quæ est primus fons totius esse, sive cujuscunque gradus, vel modi essendi, aliàs Deus non esset primum ens, nec prima causa profundens totum esse in creaturis ergo.

Præterquàmquòd difficultas non est de consensu præsenti, vel existente in voluntate, sive absolutè, sive ex suppositione, sed ut futuro ex hypothesi, quòd voluntas constituatur sub talibus circumstantiis, nam priùs ratione debet necessario esse in illa futurus quàm præsens, nisi velimus, quòd semper fuerit existens in illa, quod est alienum.

Ex his arg. primò totum hoc. Si voluntas data illa hypotesi in eodem priori non est determinata, sed manet indifferens ad consensum, & dissensum, eundem modum essendi habet in illa pro eodem priori assensus, ac dissensus antequam intelligatur determinata, ergo esse futurum determinatè non magis convenit assensui, quàm dissensui. Itaque necessariò omninò fatendum est, vel quòd neuter sit pro illo priori determinatè futurus, vel quòd si velimus, unum futurum determinatè prælio tenemur dare illi diversum modum essendi in causa, quia cum esse

futurum determinatè sit quidam modus essandi realis, ut dictum est, & non convenit futuro, ut est in se ipso, quia revera in se non est, tenetur omninò convenire illi, ut est in sua causa, ac proindè si præ alio est daterminaté futurus, impossibile est habere eundem modum essendi in illa, quem habet id, quod non est futurum.

Urg. ulteriùs, & expl. vis argumenti. Posita voluntate sub illis circumstantiis antecedēter ad omne decretum divinæ voluntatis certum est Deum prius rationa, quàm præv ideret ut faturum consensum potiùs, quàm dissensum prævidisse utrumque ut possibilem sub illa hypothesi, cum revera uterque tunc sit possibilis, & possibilitas præcedat futuritionem, ergo ut in posteriori signo rationis prævideret consensum ut futurum, & non dissensum, debet aliquid superaddi, aut esse aliqua mutatio ex parte objecti, ut verificetur consensus magis futurus, quàm dissensus nam nullo superaddito, aut re manente omninò immutata, manet sicut prius, ut patet ex terminis, & unumquodque ita se haber ad esse, sicut ad cognosci, cum cognoscibilitas sequatur ad esse; vel nisi iterum velimus, quòd cognoscatur res cognitione perfectissime, qualis est illa Dei, aliter quàm sit, unde impossibile est, quòd in eodem posteriori signo cognoscatur assensus ut magis futurus, quàm dissensus manens omninò invariatus, sicut enim rem omninò invariatam manentem repugnat transire de futura in præsentem, sive actu existentem, ita pariter, quòd transeat de possibili in futuram sine ulla omninò mutatione ex parte sui.

Tunc sic: sed hoc superadditum, vel mutatio, vi cujus aliter sa habet consensua in posteriori, nequit eidem convenire ut habet esse in se, quia non dum ast in se ipso, immò nec adhuc est futurus absoluté, sed tantum ex hypothesi, ut volunt Contrarii, & sæpé nunquam erit, quia hypotesis non ponitur, ergo solum posset verificari, ut habet esse in sua causa, nempe in voluntate sub talibus circumstantiis constituta, ergo vel tenentur concedere in illo posteriori signo in voluntate sic constituta ante ejus liberum assensum ex vi talis hypothesis esse aliquam mutationem, ratione cujus determinetur magis ad consensum, quàm ad dissensum, nec sit jam indifferens ad utrumlibet, vel quòd eundem modum essendi habeat in illa dissensus, quem habet consensus. Primum non concedent ob metum destruendæ libertatis, ut dictum est, ergo admittendum erit secundum, ac proindè non poterit magis esse, aut apparere, vel præsciri consensus ut determinatè futurus, quàm dissensus, quia non aliter esse, nec præsciri potest determinatè ut talis, nisi juxta modum, quem haber in causa, nam sicut esse possibilem non est modus ejus essendi in se, sed in causa, ità nec esse ex hypothesi futurum, ut dictum est, cum futuro, ut futuro repuguet esse in se, ergo si in posteriori signo habet consensus eundem modum essendi in voluntate, non magis erit, aut apparere poterit, ut determinatè futuros, quàm in priori,

Dices ad hoc ut consensus dicatur determinatá futurus potiùs, quàm dissensus non obstare indifferentiam voluntatis ad utrumlibet, immò quia sic est indifferens, pro innata sua libertata in ea occasiona posita, ad alterum eorum se est determinatura, ex quo fit, quòd sola ejus libertas, & indifferentia est veluti origo, & causa futuritionis consensus, quia ad hunc pro sua libertate se est determinatura, sicut futurus esset dissensus, si esset sa determinatura ad illum, ut posset, & non ad consensum.

Sed hæc solutio, quæ sumitur ex Suarez ubi supra cap. 6. ad 1., rejicitur primo ex dictis, quia repugnat ab æterno constitui aliqoid determinaré futurum independenter à Deo extrahente illud à statu possibilitatis ut explicatum est, ergo licet daremus voluntatem creatam habere prædictum meritum pro innata libertate se determinandi ad consensom potiùs, quàm ad disseosum, non tamen poterit illa dici, aut constitui ab æterno determinatè futurus ex sola, & nuda indifferentia voluntatis nondum se explicantis, aut determinantis, nec potentis se explicare ab æterno ad illom magis, quàm ad istum, nisi nisi velimus effectum antecedere soam causam.

Secundò, quia supposito eorum communi principio jam insinuato, quòd omnis determinatio antecedens conseosom destruit libertatam, itaut non aliter determinetur, aut determinari possit formaliter voluntas, quàm ipsa volitione, quæ consensus dicitur, manifestè solutio ludit verbis, & petit principium, quòd prob. sic. Admissa in voluntate, aut possibili admitti determinatione antecedente consensum, idem est dicere voluntatem se esse determinaturam, aut esse volituram, ac dicere esse consensuram, cum sic se determinaturam sit tunc de subjecto non suppooente, si nulla admittitur determinatio antecedens, ergo dicere consensum esse futurum, quia voluntas se est ad illum determinatura est idem, ac dicere, quòd ast futurus, quia est futurus, quod est manifesta petitio principii,

Tertiò, & simul explic., & urg. totum hoc, Voluntatem se esse determinaturam ad consensum, non ast aliquam determinationem illius esse de præsenti respectu consensus magis, quàm dissensus, sed tantum asse futuram, ut patet ex terminis, ergo ex hoc quòd pro innata sui libertate sit se determinatura ad consensum magis, quàm dissensum, non facit modo de præseoti esse magis detarminatè infallibiliter futurum consensum, quàm dissensum, unde adhuc manet argumentum in suo robore. Prob. cons. Quia nulla posita determinatione de præsenti ad assensum magis, quàm ad dissensom adhuc volūtas ex hypothesi constituta sub illis circūstantiis est omninò æqualiter indifferens ad utrumque, nam indifferentia tollitur per aliquam determinationem, ergo si in priori signo utraque determinatio est possibilis, & ut possibilis videtur, & in posteriori prætensæ futuritionis consensus magis, quàm dissensus, voluntas adhuc eodem modo se habet, cū in ea nō admittatur, ac proinde nec intelligatur determinatio, aut mutatio, nequit ex hoc, quòd pro sua libertate se ast determinatura, inferri determinatio magis ad consensum, quàm ad dissensum.

Preterquàm quòd cū determinatio voluntatis creatæ intrinsecè dependeat ut affectus à causa, à decreto divinæ voluntatis nisi iterū velimus aliquem effectum creatum, seu de linea creaturæ posse determinatè, aut infallibiliter poni, vel intelligi independenter à Deo volente, & consequenter subtrahi à dependentia à causa prima, (quod est alienum,) nunquam potest inferri, aut concedi, quòd ante omne illius decretum voluntas creata ex sola hypothesi, quòd constituatur sub talibus circumstantiis, sit se determinatura ad alteram partem.

Quartò denique impugnatur solutio argendo iterum

rum hæc omnia. Quia videtur repugnare in terminis, nisi velimus iisdem abuti. Nam ex indifferantia voluntatis ad utrumlibet provenit, quòd possibilis sit tam consensus, quàm dissensus, nec unus magis, quàm alius, & quòd uterque habeat eundem modum essendi in causa, ergo velle ex eadem inferre determinatè infallibiliter assensum magis, quàm dissensum est potiùs destruere illam, quàm statuere ut radicem determinatæ, & infallibilis futuritionis illius, undè videntur manifestè incompossibilia hæc duo, nempè quòd sit plena indifferentia, sive exclusiva totius determinationis, & quòd sit nihilominus determinatè, & infallibiliter illativa unius præ alio, quia prior conceptus, ut per se patet, dicit negationem posterioris, ergo nunquam stare poterit quòd salvo concepto totius indifferentiæ, quam in eorum principiis supponimus etiam in posteriori signo, haberi possit ex eadem determinatè, & infallibiliter altera pars, seu certò, & infallibiliter præsciri nullo superaddito, aut mutatione facta in voluntate ex sola hypothesi, quòd constituatur sub his, aut illis circumstantiis per hoc, quòd sit se determinatura, si semel hypothesis nullam dat determinationem.

Dices ergo secundò ex Molina, quòd licet per simplicem comprehensionem non possint in causa indifferenti, & determinata certò cognosci effectus contingentes, & liberi, benè tamen per supercomprehensionem, quia tunc non attenditur meritum objecti secundum sibi propria, aut secundum suam entitatem, sed perfectio, & eminentia cognitionis divinæ, unde licet à nullo intellectu creato prout sic, certò & infallibiliter attingi nequeant, sed tantum conjecturaliter, bene tamen à divino. Sed hæc solutio sufficienter impugnatur ex dictis, & statim iterum impugnabitur §. sequenti, ne eadem repetamus.

§. VIII.

Aliis rationibus probatur conclusio, & simul iterum impugnantur alii modi.

Secundo etiam prob. principaliter. Propositio affirmans effectum contingentem esse determinatè futurum ex hypothesi, quod voluntas sub talibus circumstantiis constituatur, nec est cognoscibilis ex terminis, ut per se nota, nec est assignabile medium manifestativum illius ante omne decretum divinæ voluntatis, ergo nullo modo est evidenter cognoscibilis, conseq. tenet ex dictis in lib. Poster. Quia omnis propositio vera, vel est per se ipsam nota ex terminis, vel mediata, indigens medio, per quod cognoscatur, ant. vero quoad 1. p. est manifestum, quia cum sit de futuro contingente, nec est principium indemonstrabile necessariò verum, nec prædicatum habet necessariam connexionem cum subjecto, unde nequit esse evidenter cognoscibilis ut per se nota; quoad secundam verò prob., quia non est assignabile medium, neque extrinsecum, neque intrinsecum, ergo nullum. Prob. ant. de extrinseco, nam vel esset testimonium alicujus dicentis, vel revelantis, vel effectus aliquis manifestans à posteriori sed neutrum ex his, ergo nullum est extrinsecũ. Prob. ant., & de primo per se constat, quia nequit talis modus cognoscendi Deo convenire, cum nullo indigeat testimonio: de secundo vero, quia ante decretum divinæ voluntatis, nullum possunt hæc futura conditionata habere effectum, per quam cognoscantur, tum quia ut semel, & iterum dictum est, repugnat dari effectum Deo adhuc non volente. Tum quia nequit effectus antecedere existentiam causæ, ergo. Prob. deindè de intrinseco, quia ex parte omnium assignabilium est omnimoda indifferentia, nec ulla fingi potest causa determinatæ futuritionis affectus, quia nullam admittunt, cum qua habeat effectus liber infallibilem, & invariabilem connexionem, ergo &c.

In hoc arg. solvendo, quod videtur satis efficax divisi sunt Contrarii juxta priores modos relatos, & primò Molina, ut proximè dicebamus respondet cognosci prædictas propositiones quasi à priori per causam, scil. in supercomprehensione perfectissima supereminente voluntatis creatæ non nudè sumptæ, sed cum omnibus circumstantiis, & cogitationibus, quæ illam circumstant ex hypothesi.

Sed hæc solutio displicuit ferè communiter cæteris ejusdem societatis, & eam expressè rejicit Suarez ubi supra c 8., & meritò, quia ut docet D. Th. ex Primo Perihierm. lect. 14., & de veritate qu. 2. ar. 10., & hic ar. 13., & alibi sæpè, futura contingentia in sua causa indifferente ad utrumlibet, non possunt certò, & infallibiliter cognosci, ut futura, quod probat ratione, quia ex nuda cognitione causæ prout sic, seu quatenus indifferens est, & indeterminata, nequit haberi cognitio evidens alterius partis ut futuræ determinatè, sed voluntas creata sub eisdem circumstantiis constituta adhuc est indifferens ad consensum & dissensum, ut probatum est, ergo ex nuda cognitione ejus ut sic, haberi nequit certa cognitio consensus ut determinatè futuri: ma. constat, quia ex vi cognitionis causæ nequit aliter cognosci effectus, nisi prout habet esse in illa, sed in causa indifferente ut sic non habet effectus esse determinatè futurum ut etiam probatum est cum D. Thom., & patet, aliàs non esset indifferens ad illum ergo.

Explic. hoc. Implicat videri in causa effectum, quem causa non præcontinet, sicut enim repugnat causam dare effectum, cujus non habet præcontinentiam, ita similiter quòd aliquis videatur in causa non præcontentus in illa, aliàs enim sicut causa tunc daret, & non daret talem effectum, cum repugnet dare, nisi præcontineat, ità hic videretur, & non videretur in causa, cum pariter repugnet videri, quod non est; sed in causa omninò indifferente non est in illa prout sic effectus determinatè futurus, ut dictum est, & manifestè ostendit D. Thom. ubi supra, & patet etiam ex terminis, ergo ex vi cognitionis causæ ut sic, impossibile est haberi certam cognitionem effectus determinatè futuri.

Nec juvat, immò obstat prædicta supereminentia cognitionis comprehensivæ causæ. Tum quia quò perfectiùs cognoscitur indifferentia causæ, eò evidentius cognoscitur juxtà meritum illius utramque partem esse indifferenter possibilem, & neutram esse determinatè futuram, nam quò perfectior est cognitio, eò est conformior objecto cognito ut in se est, sed ità est in re, quòd in causa omninò indifferente, neutra pars est determinatè futura, unde rectè ait D. Thom. de veritate q. de scientia Dei ar. 12. minus

 pusia

poſſe Deum ex contingente, & indifferente ut ſic, judicare alteram partem futuram determinatè, quia nempè perfectiùs cognoſcit meritum indifferentiæ.

Tum quia ſuppoſita indifferentia ex parte cauſæ ſupereminentia comprehenſionis tantum importat modum perfectionis ex parte cognoſcentis, non ex parte rei cognitæ, quia nullum attingit entitatis modum in voluntate, quem non poſſit attingere cognitio Angeli comprehenſiva illius, aliàs hæc non eſſet comprehenſio ejus, cum non attingeret eam quantum cognoſcibilis eſt, ut requiritur ad comprehenſionem, ergo nihil attingitur ex vi cognitionis voluntatis, quod attingibile non ſit comprehenſione angelica non ſupereminente, nam cognitio ſemel manifeſtans objectum quantum in ſe cognoſcibile eſt, ut eſt qualibet comprehenſiva, manifeſtat quidquid ex vi illius cognoſci poteſt, unde ſicut docet Molina, & eſt certum, nulla cognitione creata etiam ſupernaturali comprehenſiva voluntatis cum omnibus circumſtantiis, ſub quibus eſt, cognoſci poteſt, quòd ſit determinatè volitura, planè id non erit cognoſcibile ex vi cognitionis ſupereminẽtis, ſed aliũde, quod non explicat, ut efficaciter eidem opponit, & concludit Mag. Catalam in dubio proœmiali ad tractatum de auxiliis.

Præterquamquòd ex eadem excellentia ſuper comprehenſionis ſolũ inferri poterat habere Deum perfectiorem, & clariorem cognitionem conjecturalem de actibus ejus liberis, nunquam tamen certam, & infallibilem, ſicut in ſimili dicitur de Angelo ſuperiori eminentiùs comprehendente objecti, comprehenſivè etiam cognitum ab inferiori, quòd perfectiùs, vel clariùs attingat illud, quam inferior non tamen, quòd aliquid attingat in illo, quòd non attingatur ab omni comprehendente inferiori, aliàs comprehenſivè non attingeretur ab iſto, cum ſemel comprehendens, ut dictum eſt, attingat objectum, quantum cognoſcibile eſt, niſi velimus abuti terminis, & deſtruere conceptum comprehenſionis, unde ubique eſt tantum exceſſus ex parte cognoſcentis, vel modi cognoſcendi ejus, non rei cognoſcibilis, vel objectivus. Et poterat ulteriùs exemplificari, quòd ſicut Deus ſuper comprehendit voluntatem creatam, ità pariter ſuper comprehendit principium probabile, comprehenſum pariter, ut ſupponimus, ab Angelo, ſed ex eo quòd illud ſic ſuper comprehendat, & tantum comprehendatur ab Angelo, non ſequitur aliquis exceſſus objectivus reſpectu cognitionis divinæ ſupra angelicam, itaut certò, & ſcientificè cognoſcat Deus concluſiones in illo virtualiter contentas, & ſolum probabiliter ex illo inferibiles, non verò Angelus, ſed tantum quòd perfectiùs, vel clariùs, ſeu quòd tantum de illis perfectiorem habeat cognitionem opinativam, quàm Angelus, ergo nec ſequi poteſt in caſu exceſſus objectivus, ſed tantum ſubjectivus, vel ex parte modi cognoſcendi. Conſeq. tenet, quia ſicut in principio probabili non continetur concluſio certò, & ſcientificè inferibilis, ità nec in principio, vel cauſa indifferenti effectus certò, & determinatè futurus, ergo ſicut ex defectu prioris continentiæ, nequit à Deo etiã ſuper comprehendente cognoſci in principio probabili certò, & ſcientificè concluſio virtualiter in illo cõtenta, nec poterit cognoſci in cauſa indifferenti certò, & infallibiliter effectus virtualiter in illa contentus, unde ſicut ibi ex eodem defectu, certò, & ſcientificè videretur, & non videretur concluſio, ità hic certò, & infallibiliter videretur, & non videretur effectus.

2. Etiam principaliter impugnatur, vel magis explicatur præcedens replica probando ſimul iterũ mi. principalis argumenti, (& eſt alia ratio pro concluſione) Impoſſibilis eſt cognitio certa, vel determinata, & infallibilis de objecto fallibili, & indeterminato, ſed cognitio illa antecedens decretum eſſet hujuſmodi, ergo, ma. conſtat, nam cognitio, vel ſcientia, aut ſumit ſuum determinatum eſſe ab objecto, vel confert illud eidem: mi. verò præter ſuperiora prob. ſic. Si pro illo priori objectum eſſet determinatum, ſatis eſſet comprehenſio illius, ergo ſi hæc non ſufficit, ſignum eſt, quòd non eſt determinatum. Prob. ant. Ideò Deus ſola ſui comprehenſione cognoſcit prædicata ſua neceſſaria, non verò libera, quia illa, & non iſta pro illo priori intelliguntur habere determinatum eſſe, ergo ſi in libero arbitrio creato altera pars haberet determinatum eſſe, ſola comprehenſio ſufficeret ad illam cognoſcendam.

Explic. hoc. Nam juxta Molinam pro priori antequam Deus concipiatur aliquid ſtatuere, nequit in libero ſui arbitrio hoc potiùs, quàm oppoſitum habere determinatum eſſe, qua ratione tenetur etiam negare, ut de facto negat contrà Suarez habere, ſcientiam de ſuis decretis liberis, ergo neque in libero arbitrio in ſtatu indifferentiæ poterit hoc potiùs, quàm oppoſitum habere determinatum eſſe, & conſequenter nec certò, & infallibiliter cognoſci. Prob. conſeq. Ideò primum, quia pro illo priori Deus indifferens eſt ad decernendum hoc, vel ejus oppoſitum, ſed etiam liberum arbitrium creatum antequàm decernat omninò indifferens eſt ad hoc, vel ejus oppoſitum eligendum, ergo neque in illo altera pars habere poterit determinatum eſſe.

Quòd ſi iterùm dicis non ex eo præcisè, ſed quià proprium non ſupercomprehendit, ſicut ſupercomprehendit creatum. §. Incontrà militat ſuperior replica, nam ex eo, quòd alterum comprehendat, alterum ſupercomprehendat, non ſequitur, quòd perfectiùs cognoſcat creatum, quàm proprium, ergo ideò nequit in proprio, quià in cauſa omninò indifferente impoſſibile eſt, quòd alterum habeat determinatum eſſe, ac proinde certam, & determinatam cognoſcibilitatem. §. Sed præterea cum laudato Magiſt. inſto ſic, & fingamos divinam voluntatem in eodem priori ſigno rationis, antequã ſe determinaret ad volendum creare mundum, cognoſci iſtam cognitione comprehenſiva ſupereminente; vel ergo hoc dato ex vi talis comprehenſionis eſſet cognoſcibile, quid eſſet volitura divina voluntas, vel non; ſi dicatur primum, ſequitur aliquid eſſe cognoſcibile in divina voluntate, quod divina cognitio comprehenſiva illius attingere non potuit, ut de facto docet, & tenetur docere Molina, quià non eſt ſupereminens, ſed omninò æqualis ipſi, conſequens videtur omninò alienum, niſi velimus, quòd ſit inæqualitas, vel exceſſus inter prædicata divina, nempè quòd ſit major cognoſcibilitas in Deo ex parte voluntatis, quàm ſit vis cognoſcitiva ex parte intellectus, ſi ſemel eſt aliquid cognoſcibile in illa, ad quod non ſe extendit vis cognoſcitiva iſtius, quod videtur erroneum, ut in ſimili arguebamus in ſuperioribus, & iterum tangemus §. 10. &c. ſi verò ſecundùm, ergo quòd cognitio ſit ſupereminens, nihil confert, ut in cauſa indifferente ad utrumlibet cognoſcatur altera pars, ut futura determinatè.

Denique impugnatur eadem principalis ſolutio pro-

probando iterum prædictam mi. quam vel etiam Suarez asserit negari non posse salva libertate, nempè quòd voluntas sub talibus circumstantiis non sit determinata, sed indifferens ad consensum, & dissensum: sed ut omnis via evasionis præcludatur, ad hominem urgetur sic cum eodem sapientiss. priori Magistro; si voluntas posita sub illis circumstantiis esset determinata ad consensum potiùs, quàm ad dissensum, vel è contrà, aut talis determinatio ad consensum v. g. talis est, ut ex suppositione illius non possit voluntas non consentire in sensu composito, vel potest eam frustrare simul cum ea pro suo beneplacito componendo dissensum; si dicatur hoc secundum, ergo ex illa determinatione non est certò, & infallibiliter futurus consensus ut patet, quia stat eadem determinatio cum dissensu. Si verò primum tunc arg. sic. Vel talis determinatio provenit ab extrinseco, seu ex concursu circumstantiarum, voluntate passivè se habente, vel ab ipsa voluntate, seu ex propria natura, & intrinseca dispositione illius; vel simul à voluntate, & circumstantiis, vel ab aliquo alio superaddito; non enim videtur aliud assignabile, ex quo provenire possit; sed quodcunque ex his assignatur, non fit satis argumento facto ergo. Prob. mi. quoad singulas partes; quoad primam quidem, quia jam cessaret quæstio, nam concederent nobis determinationem infallibilem voluntatis antecedentem illius consensum componi cum libertate. Quoad secundam verò, sive quòd voluntas eo ipso quòd sub illis circumstantiis constituatur ex propria intrinseca dispositione sit determinata ad consensum, prob. quia tunc minùs stare posset libertas in eorum sententia cum tali determinatione, quàm in nostra, quòd manifestè patet, nam quidquid sit, an componatur, vel non componatur eadem cum efficacia gratiæ, à quo modo præscindimus; certum tamen est, quòd minus potest voluntas abjicere propriam, & intrinsecam dispositionem, ex qua in eorum sententia oritur talis determinatio, quàm auxilium efficax Divinæ gratiæ, ex qua oritur in nostra, ergo recurrere non possunt ad dispositionem intrinsecam voluntatis.

Deindè prob. quoad tertiam. Quia aliis positis duobus hominibus, aut pluribus cum æquali illa libertate in eodem rerum ordine æquali vocatione excitatis, esset infallibile, quòd quidquid fieret ab uno, fieret ab alio, si unus consentiret vocationi, consentiret, & alius, nam si semel omnia æqualia sunt, nullum est assignabile discrimen, cur sit unus determinatus ad consensum, & non alius; sed hoc ipsi non admittunt, sed contendunt positis duobus hominibus cum omnibus prædictis æqualibus stare, quòd unus consentiat, & alter dissentiat ergo. Tum quia cum eadem voluntate sub eisdem prorsus circumstantiis, & eadem vocatione potest, ut ipsi docent poni simul actualiter dissensus, sicut & consensus, ergo ex voluntate, & circumstantiis inferri, vel oriri non potest infallibilis determinatio ad consensum potiùs, quàm dissensum. Denique quoad quartam de superaddito, quia nec ostendunt, quid istud sit, nec in causa libera admittunt salva libertate aliquid superadditum determinans ad consensum ergo.

Aliter ergo Suarez relicta priori solutione Molinæ, respondet cap. 8. §. verò sententia; hujusmodi propositiones conditionales de futuro contingente cognosci à Deo penetrando immediatè veritatem objectivam, quæ in ipsis est, quia ex parte objecti non intercedit aliquod medium, sed veritas ipsa in se sine aliquo medio est cognoscibilis, quia nullum habet medium, & ideo sine medio etiam ex parte rei cognitæ cognosci à Deo, qui ob infinitatem suæ virtutis cognoscitivæ unumquodque cognoscit, sicuti est. §. Sed hæc solutio statim impugnabitur §. X. &c.

Ultimò tandem ex proximè dictis prob. conclus. Pro priori antequam Deus intelligatur se determinare, non supercomprehendit, aut cognoscit liberam sui determinationem, ergo nec certò, & infallibiliter cognoscit liberam determinationem creaturæ, antec. ut vidimus, traditur à Molina; conseq. verò prob. tum ex superiori replica, quòd aliàs pro eodem priori intellectus divinus non cognosceret aliquod cognoscibile in divina voluntate; Tum quia nequit certò, & infallibiliter cognosci actus liber creaturæ non cognito actu libero Dei, ergo; prob. ant; quia actus liber creaturæ non solùm dependet à Deo, & voluntate creata, sed etiam ab actu libero Dei, cum sit ejus participatio &c.

Huic, vel simili argumento semel respondebat Pater Esparza ità esse, quòd decreta sua Deus antequam existant in se ipsis, aut sint præsentia cognoscere non valet, nihilominùs posse in eodem signo cognoscere illa in opere externo. quià hoc non est habere scientiam mediam de illis, sed tantùm de decreto libero creaturæ, idest de actu libero ejus, in quo tanquam in effectu cognosceretur decratum, seu actus liber Dei. §. Sed contra solutionem instabat primò arguens tunc Mag. Ferre, ergo prima scientia, quam habet Deus de suis decretis, est à posteriori, & per effectum, conseq. non est admittendum, nam solius creaturæ est proprium ex visibilibus ad invisibilia Dei ascendere ergo §. Secundò. Ergo Deus non est posteà liber ad decernendum pro sui beneplacito circa determinationem liberam creaturæ. Prob. conf. Quia prior illa scientia proprii actus in opere externo est infallibilis, vel immutabilis, aut invariabilis, ergo pro sui beneplacito non poterit determinare oppositum, nisi frustrando eandem. §. Tertiò. Nam illa scientia est media, quæ sic convenit Deo, quòd potuit non convenire, & non nititur decreto ejus, sed talis esset cognitio, vel scientia proprii actus in opere externo, ut per se patet, ergo est verè media, ac proindè non tantum de actu libero creaturæ, sed etiam de proprio habebit Deus scientiam mediam, quod ipsi non admittunt.

Sed præterea impugnatur solutio, quia videtur manifesta petitio principii, nam id est, quod contendit ratio facta, non posse opus externum, seu actum liberum creaturæ cognosci non cognitu actu libero Dei, cujus est participatio, ergo dicere, quòd hic cognoscitur, quia cognoscitur ille creaturæ, vel in illo, est idem ac dicere, quòd cognoscitur per id, de quo est principalis, imò tota difficultas an possit cognosci ante actum, vel decretum liberum Dei, & nos perpetuò negamus, undè est de subjecto non supponente, §. Deindè quia in eo, quòd recurrit ad hoc, quòd immediatè Deus attingat, vel penetret creaturam, seu opus externum, vel actum liberum illius non priùs repræsentatum, aut manifestatum per divinam speciem, vel decretum coincidit cum superiori solutione insinuata ex Suarez ad priorem rationem, quam simul statim impugnabimus.

§. IX.

§. IX.

Soluuntur argumenta contrà præcedentem Concluſionem.

PRimò arg. Deus ſupercomprahendens creaturam eſt potens attingere id, quod non habet neceſſariam connexionem cum illa, ergo ante decretum poteſt attingere actum liberum ejus. Prob. ant. Deus ſupercomprehendens illam, attingit omne neceſſariò connexum cum illa, ergo ſupercomprehendens poterit ſe extendere ad omne connexum liberè, vel contingenter, nam aliàs non magis ſupercomprehenſio penetrabit, aut intimiùs objectum, quàm pura, vel nuda comprehenſio.

Ad hoc patet primò ex dictis eſſe ſolvendum à Contrariis. Tum quia magis infertur oppoſitum, ut probatum eſt, nam planè evidens eſt, quòd quò perfectiùs cognoſcitur indifferentia cauſæ, eò evidentiùs cognoſcitur utramque partem eſſe indifferenter poſſibilem, & neutram determinatè futuram, undè ſi ſemel hæc non eſt penetrabilis ex vi comprehenſionis, minus penetrabilis erit ex vi ſupercomprehenſionis, per quam ſupponitur perfectiùs cognoſci, vel penetrari; quamvis itá ſic quòd hæc ſupereminens cognitio dicatur habere exceſſum ex parte ſubjecti comparativè ad intellectum creatum, vel onius comprehenſoris creati ad comprehenſorem inferiorem, ut dictum eſt de Angelo ſuperiori, & inferiori; non verò objectivum, quià ſemel comprahendens attingit objectum, quantum cognoſcibile eſt, niſi velimus abuſivè loqui, vel improprié, aut largè pro eo, quod eſt tenere, vel aſſequi, non propriè pro eo, quod eſt circumſcribere fines objecti, itàut nihil lateat cognoſcentem de illo, ut latè ſuprà de viſione explicatum eſt ex D. Auguſt. epiſt. 112.

Secundò quia ut etiam dicebamus, ſi ſemel ad hoc conſert ſupercomprehenſio, tenetur Molina conſequenter loquendo aſſerere, quòd Deus pro priori ad ſui liberam determinationem, quia ſupercomprehendit voluntatem creatam, cognoſcat liberum actum ejus, qnia tamen non ſupercomprehendit voluntatem propriam, non cognoſcat tunc quid ſit hæc volitura, ac proindè, quòd aliquid cognoſcibile in illa non cognoſcatur pro eodem priori à Deo comprehendente ſe ipſum, quod ut dictum eſt, ſalva æqualitate divinorum prædicatorum, ſeù inter vim cognoſcitivam, & cognoſcibilitatem divinam, à nullo admitti poteſt.

Tertiò denique. Quia poteſt in ſimili inſtari ejus conſeq., nam nihil eſt de linea effectibilium, ad quod divina potentia non ſe extendas, ergo ejus Omnipotentia poterit ſe extendere ad aliquid ulteriùs extrà ambitum totius effectibilis, nam ſi ſemel ſupercomprehenſio concipi poteſt, quòd aliquid addat ex parte objecti ſuprà ſimplicem comprehenſionem, pariter concipi poterit Omnipotentia, quòd aliqoid addat ſuprà ſimplicem potentiam; vel ſi ſolùm ſuprà illam addit aliquid dialecticè, ſeù ex parte modi ſignificandi, vel explicandi, nempè hoc, quod eſt producere ex nihilo, quod ſimplex conceptus potentiæ, ut abſtrahit à creata, & increata non exprimit, ità ſimiliter aliquid veluti dialecticè addet ſupercomprehenſio, ſcil. ſummam claritatem, quam non exprimit ſimplex comprehenſio, ut pariter abſtrahit à creata, & increata, niſi iterum velimus inter eadem prædicata divina admittere inæqualitatem, quod eſt omninò alienum à bona Theologia, & ſana doctrina.

Pro omnibus ergo nego antec. loquendo, ut loquimus de certa, & infallibili cognitione. Ad probat. nego ſuppoſitum antec., & probationis illius, quòd contingenter connexum ante omnem determinationem, & decretum ſit determinatè certò, & infallibiliter cognoſcibile, & quòd ſupereminens cognitio, aut comprehenſio divina aliquid addat, ſalva eadem æqualitate ſuprà ſe ipſam ut comprehenſivam, undè non eſt ex defectu cognitionis divinæ, quòd ab illa ut comprehenſio eſt, non attingatur, aliàs eſſet deficiens in ratione comprehenſionis, ſi ſemel ante omnem determinationem cauſæ poteſt eſſe determinatè certò, & infallibiliter cognoſcibile; neque ex maritis ſupercomprehenſionis, ut vocant; quòd poſſit ſic cognoſci, aliàs perpetuò erit inæqualitas inter divinam cognitionem, ut ſupercomprehenſivam, & comprehenſivam; ſed ex defectu ſoliùs objecti, quod ſic attingi non poſſit ab eadem, ut comprehenſiva eſt, ac proindè nec ab eadem ut ſupercomprehenſiva eſt, quia nempè repugnat in terminis, quòd in ſigno totius indifferentiæ, ſeù in plena indifferentia cauſæ alterum præ alio reluceat, aut relucere poſſit determinatè ut tale, ondè licet divina cognitio ſit ex ſe ſummè, & infinitè perfecta, ſi tamen objectum ut tale non eſt cognoſcibile, nunquam poterit ab illa attingi, ut tale, aliàs, ut dictum eſt, non ſolùm non eſſet perfectiſſima, aut ſupercomprehenſiva, imò magis difformis ab objecto.

Ex quibus iterum poterat fieri argumentum pro concluſione. Omnimoda indifferentia cauſæ ad utramque partem importat reduplicativè ut ſic, negationem determinationis ad alteram, ut patet ex terminis, ergo implicat, quòd in cognitione perfectiſſima ejuſdem indifferentiæ determinatè reluceat altera pars ſalva difformitate ab objecto cognito, niſi velimus iſtud ſemel importans negationem prædicati ſibi oppoſiti, poſſit perfectiſſimè cognoſci cum ſibi oppoſito prædicato, aut quo perfectiùs, vel eminentiùs cognoſcitur, cognoſcatur cum eodem, aut cum affirmatione illius, quæ ſunt repugnantia in terminis, & ferè intelligibilia.

Sed inſtas. Indifferentia cauſæ non obſtat certæ, & infallibili cognitioni unius præ alio ergo. Prob. ant. Indifferentia cauſæ non obſtat ut ex illa oriatur unus effectus præ alio, ergo nec obſtat ut magis cognoſcatur præ illo. Prob. ant. Non minus opponitur effectui contingenti cauſa infallibiliter determinata, quàm cauſæ indeterminatæ effectus determinatus, ſed ex cauſa omninò determinata poteſt oriri effectus contingens, ergo etiam ex cauſa indifferenta affectus determinatus: mi. patet in noſtra ſententia, quæ ponit voluntatem ante conſenſum infallibiliter determinari ad alterum extremum libertatis, & nihilominus oritur ex illa, ut dicimus, actus liber, & contingens.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego pariter ant. loquendo de cauſis creatis, (nam quidquid modo ſit de prædeterminatione, aut præmotione reſpectu illarum, ſalva earum libertate, à quo modo præſcindimus) ſolius Dei, aut primi liberi eſt ſe primò deter-

mi-

minare, quia ut videbimus infra ex D.Thom. q.19. ar.3. ad 1. solus Deus, (utpoté actus purus, vel summè actualis est causa ex se necessitatem habens, idest habens necessarió omnem perfectionem debitam in actu secuodo libertatis, ac proindè rationem determinativi) determinat se ipsum ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam, omnis verò alia creata, *quæ est ex se contingens*, idest non habens (utpote potentialis) omnem prædictam perfectionem, *oportet, quòd determinetur ab aliquo exteriori ad effectum*, inquit ibidem, per quod egregiè, ac subtiliter explicat non solum, quòd sit proprium solius Dei sic se primò determinare, sed etiam aperit radicem, cur id noo possit creatura, sed indigeat exteriori principio, à quo determinetur ad effectum, ac proindé necessitatem habeat prædictæ prædeterminationis, quia nempè divina voluntas ex se habet necessitatem, idest necessariò omnam præfatam perfectionem, creata verò est ex se contingeos, sive non habens illem,

Ex his etiam fit satis ad preb., ad quam neg. ma., nam supposita necessitate exterioris principii deternantis, scil. Dei, qui & est infinitæ efficaciæ, & in tantum voluit, & aptavit causes contingentes, vel liberas, in quentum voluit effectus liberos, vel contingentes, (ut docet ibidem ar.8. in corp.,) ejus infallibilis determinatio non solum non opponitur libertati, vel contingentiæ eorumdem effectuum, sed potiùs eam iofert, unde sola determinatio par modum naturæ, seù necessitas, & modus operandi illius sine indifferentia judicii potest eam impedire, vel impedit. Cœterum ex causa omninò indifferenti nullus effectus egredi potest determinatus, nisi sit suprema se ipsam determinans ad effectum, ut est divina voluntas, quæ est consilium sibi non indigens alio determinante, ut dictum est, ex quo perpetuò patet, quàm impossibile sit ante omnem liberam determinationem primi liberi in causa, vel libero, quàmlibet super comprehenso, vel infinitè cognito, determinatè unum extremum esse futurum, aut certò, & infallibiliter cognoscibile præ alio.

Sed iterum instas primò, Nam quidquid sit de prædicato libertatis, sive quòd huic non præjudicet infallibilitas causæ liberæ (de quo obiter dictum est ab explicandum meritum primi liberi, & efficaciam divinæ voluntatis juxtà exigentiam instantiæ:) non minus opponitur effectus, vel actus contingeos, ut contingens est, principio infallibiliter determinato, quàm effectui, vel actui determinato principium indifferens, ergo licet dicatur actui libaro, ut libero non se opponare infallibilitatem causæ liberæ, se opponit tamen illi ut contingens est, ergo si nihilominus ex principio infallibiliter daterminato oriri potest effectus coontingens, pariter ex principio indifferanti oriri poterit effectus determinatus, ac proindè cognosci in illo saltem super comprehenso, vel infinitè cognito, conseq. tenet, quia stante æquali pugna, vel oppositiooe non est major ratia de uno, quàm de alio; ant. vero prob. Quia effectus contingens est solus ille qui oritur à causa impedibiliter ab aliis causis superioribus, idest, quæ impediri potest à sui operatione, vel productione ejus ab illis, sed voluntas semel mota, aut præmota à nullo est impedibilis etiam à Deo, ne assensum v.g. eliciat, cum præmotio frustari non possit, unde idem est esse præmotam, & esse iofallibiliter, vel in impedibiliter motam, ergo nõ minus repugnat oriri effectum contiogentem à causa infallibiliter determinata, quàm oriri determinatum à causa indifferente.

Secundò instas, Quamvis voluntas nostra non sit primum liberum, sed participatio ejus, non tamen repugnat illi participare hoc, quod est primò se determinare, argo nec repugnat à principio ioddifferenti etiam creato oriri effectum determinatum. Prob. antec, Sicut primo libero conveoit se primò determinare, ita pariter convenit contingenter non agere, sed nihilominus voluntas, seu liberum creatum potest participare hoc secundum, ut patet dum se determinat prædeterminatum à Deo, tuoc eoim, ut dictum est in impedibiliter se determinat, ergo poterit etiam participare primum.

Expl. hoc, & præoccupatur solutio. Non obstante, quod utrumque ex propriis habeat primum liberum, & se primò determinare, & contingeoter non agere, potest nihilominus liberum creatum participare hoc secundum salva sui independentia à primo, supposita prædeterminatiooe ab illo, ergo poterit etiam salva eadem dependentia participare primum supposito illius concurso simultaneo, non enim videtur major ratio cur non obstante, quòd utrumque prædicatum sit proprium primi liberi, sit alterum communicabile sine præjudicio dependentiæ secundi à primo, (quæ poterat obstare huic communicabilitati, si semel supponatur prior coocursus prævius,) & non sit communicabile primũ salva eadem dependentia supposito posteriori concursu simultaneo, ac proindè non solum à principio indifferente increato ante omnam determinationem à principio exteriori potest oriri effectus determinatus, sed atiam à creato, & ita optimè poterit in isto saltem super comprehenso, & infinitè cognito cognosci certù, & infallibiliter ante omna decretum effectus determinatus, seu assensus magis, quàm dissensus.

Ad primam vel neg. aot., vel dist., principio infallibiliter determinato, infallibilitate orta ex sui natura conc., orta ex sola suppolitione determinationis causæ primæ, neg., nam determinatio istius, (utpote infinitæ efficaciæ, & hac ratione volentis, & aptantis causam contiogentem, quia vult effectum contingentem, ut vidimus ex D.Thom.) non solum non tullit contingentiam, quam dedit causæ proximæ, immò potius eam infert, & coonservat, nisi velimus simul destruere, qood condidit, (quod est alienum,) sed solum removet indifferentiam passivam, vel privativam, quam quælibet causa creata, (utpoté agens subordinatum, seu natum recipere influxum superioris) habet in ordine ad Deum, cui essentialiter subordinatur ut primo moventi, & quam propterea non potest à se removere per modum primi daterminantis, aliàs simul esset in actu, ex quo se determinaret, & etiam in potentia, ex quo est determinabilis, sive in signo potentialitatis, licet relioquatur ei altera passiva, vel privativa, quam habet in ordine ad actum, vel sui effectum, ac proinde ex eadem infallibilitate orta ex determinatione causæ primæ non tollitur contingentia, quam habet in ordine ad istum, nam solum est infallibilitas secundum quid ex soppositione, formaliter quidem antecedens, sed virtualiter coosequens, & conservans, scil. hoc, quòd causa sit contingens contingentia simpliciter, & consequenter etiam, quòd effectus ortus ex causa secunda infalli-

bili-

-biliter determinata à Deo aſt ſimplicitar contingens, quia canſa, à qua provenit, eſt ſimplicoiter, ideſt attenta natura ſua contingens, cœterum liberum arbitrium creatum, ſi poneretur ſe primò determinare jure libertatis, cum hoc illi conveniret ex natura libertatis, ſimplicitar ei conveniret. unde non relinquéret in illa modum operandi cauſæ ſecundæ, ſed magis tribueret illi modum primæ, & aſſe cauſa ex ſe neceſſitatem habens, non contingans, ut dictum eſt ex D. Thom., quod repugnat ex tarminis, ac proindé omninò admitti non potaſt, quod à cauſa ſecunda indifferenti exire poſſit effectus determinatus, ut à primò ſe determinante per actum determinatum, ſunt enim hæc jura cauſæ primæ ax aò, quòd actus purus, vel ſummè actualis eſt, ex quo neceſſariò habet ex ſe, ut ait D. Thom. prædictam neceſſitatem, ſeu jus, vel perfectionem ſe primò determinandi ſina indigentia exterioris principii determinantis ad effectum. Quæ valdè notanda ſunt ad evadendam omnem moleſtiam in hac re, & ne demus creaturæ, quod ſoli Deo convenire poteſt.

Ad ſecundam nego ant. ad prob. diſt., & explico ma. ità contingenter non agere, ſimpliciter conc., ſecundum quid, vel ex aliqua ſuppoſitione ut dictum eſt, & contingit in cauſa creata, nego ma., vel ſuppoſitum ejus, quòd Deus pendeat ab aliqua exteriori ſuppoſitione, vel determinatione; & diſt. deindè m.i. Poteſt participare hoc ſecundum, ſimpliciter nego, ſecundum quid, & ex ſuppoſitione determinationis primæ canſæ, conc., & nego conſeq., aliàs utrobique exiret limites cauſæ creatæ, ut patet ex dictis, unde quando dicitur liberum arbitrium creatum ſuppoſita determinatione Dei non operari contingenter, ſan in impedibiliter, non eſt id intelligendum quaſi hoc illi conveniat ſimpliciter, & ex natura ſua, ſed tantum ſecundum quid, & ex marito ejuſdem ſuppoſitionis, nam attenta ejus natura, abſolutè actiones illius ſunt impedibiles, à quo eſſentialitar dependet, ſicut in eſſendo, ità & in operando, ſi velimus in utroque ordine eſſe quid araatum: dicitur ergo tunc non operari contingenter, quia cauſa quæ poterat illud impedire ab operatione, de facto non impedit, ſad magis præparat ad operandum, quod nullam habet oppoſitionem cum operatione illius contingenti, quam tamen habet hoc, quòd eſt jure libertatis ſe primò determinare ad operandum; oritur enim ut explicatum eſt, ex ratione ſummè actualis in operando, ſive ex eo quòd ex ſe habeat neceſſariò omnem perfectionem debitam in actu ſecundo libertatis, in quo importatur ratio determinativi ſui independenter ab exteriori principio determinante ad effectum, ac proindè in impedibiliter ab omni alio, quod tollit omnem contingentiam ſimpliciter talem, repugnantem puræ creaturæ, ſeu cauſæ creatæ.

Ex his etiam patet ad confirm., ad quam nago utrumque ſuppoſitum antec., nempè quòd ſit proprium Dei contingenter non agere utcunque, ſive tantum ſecundum quid, & ex ſuppoſirione, ſed ſimpliciter, & à nullo impedibila; & quod iſtud deindè participetur, aut ſit participabile à creatura, vel canſa ſecunda, unde atiam nego conſeq., & retorqueo, quòd ſicut non obſtante quacunque determinationa, aut prædeterminatione non eſt participabile ſecundum, nec erit quocunque ſimultaneo concurſu ſuppoſito participabila primum, quamvis ità ſit, (de quo late alibi in phyſicis, & modo ab his iterum præſcindimus,) quòd ſolus concurſus ſimultaneus, cum non ſit in cauſam, ſed in effectum, non ſufficiat ad ſalvandam dapendantiam illius à Deo in operando. Per quod etiam ſit ſatis ad ea, quæ ibidam ſubduntur, ſunt anim de ſubjecto non ſupponente, quòd poſſit id participari à creatura ſalvo conceptu agentis ſecundi, ac proindé quòd ab iſto ſic indiffarenti, vel nulla ſuppoſita determinationa Dei poſſit eriri effectus detarminatus, & conſequenter in illo prout ſic quàmlibet ſupercomprehenſo cognoſci certò, & infallibiliter, hæc namque omnia procedunt ex eadam ſuppoſitione, quòd id ſit participabile à cauſa ſecunda, quod omninò negamus.

Secundò arg. Supercomprehenſio Dei perfectiſſimè penetrat voluntatem noſtram, & ejus inclinationem, ergo ante omne decretum poterit certò, vel evidenter cognoſcere in quam partem determinatè inclinabitur. Prob. conſeq. Nam multotias contingit in nobis, quòd pater ex indole filii ſibi nota conjecturaliter cognoſcit in quam partem liberè inclinabitur, ergo ſi Deus ſupercomprehendit voluntatem illius, (quod eſt infinitè perfectiùs cognoſcera illam,) certò, vel evidentar, & non ſolum conjecturaliter cognoſcere potarit in quam partem determinatè inclinabitur hac, vel illa oblata occaſione.

Reſpond. nego conſeq., ad ejus prob. nego ſuppoſitum conſequentis, quòd altera pars ſit certò, vel evidenter cognoſcibilis anta omnem determinationem, unde in his ſimiliter committitur fallacia non cauſæ, ut cauſæ, non enim aſt defectus ex parte cognitionis, quòd cognoſci non poſſint hujuſmodi actus liberi in voluntate ante omne decretum, itaut perfectiori axiſtente cognitiona, tunc valeant cognoſci, (ſic enim fundamentum oppoſitæ ſententię poſſet habere vires,) ſed eſt ex parte objecti, quia in ſigno indifferentiæ ut patet ex terminis, non eſt unus præ alio determinatè extiturus, ac proindè nac certò, vel evidenter cognoſcibilis ut talis præ illo, unde ſolum inferri poteſt ex prædicto exceſſu cognitionis, quòd Deus perfectiùs cognoſcat illos, intra limites tamen cognitionis conjecturalis, cum adhuc aliam non habeant prout ſic, nec habere poſſint congoſcibilitatem, niſi conjecturalam, ſicut nec futuritionem, ut dictum eſt. Unde in eadem fallacia videtur unicè fundari oppoſita ſententia.

Sed inſtas. Nam Deus ſuper comprehendens ità perfectè cognoſcit inclinationem voluntatis, ut penetret terminum illius, aliàs nec comprehenſivè cognoſceret illam, ſed magis præciſivè, vel inadaquatè, ſed ità eſt, quod in re, altera tantum pars eſt determinatè ejus, ergo hanc certò cognoſcet ſupercomprehens illam.

Reſpond. diſt. ma., terminum illius prout cognoſcibilis eſt, conc., aliter, nego, loquendo enim de termino, qui ſit altera pars determinatá, non eſt evidenter cognoſcibilis pro priori ad omnem determinationem, ſad tantum conjecturalitar, ut dictum eſt, & dico qui ſit altera pars determinatè, quia nempè hanc intendit inſtantia, cœterum pro eodem priori non eſt hæc magis, quàm alia, terminus illius, ſed potiùs disjunctum, hæc nempè, vel illa, cum utraque tunc ſit indiffarenter poſſibilis, & nautra determinatè futura, unde poterat etiam negari ſuppoſitum ma., quòd determinata pars ſit terminus ejus intra limites cognitionis certæ, vel evidentis, nam reſpectu iſtius ſolum aſſignari poterat idem disjunctum.

ctum. Et deindè vel nego iterum suppositum, quòd in re sit determinata pars ante omne determinationem, vel dist., sed in re altera tantom est determinatè terminus, supposito jam decreto cooc., ante illud nego, nisi velimus, quòd aliquid ponatur in re ante illud, vel independenter à Deo volente, unde fit transitus à signo ante omnem determinationem ad signom post illam, ut est illud existentiæ, vel productionis rai.

Ultimò arg. opponendo D.Thom. ex Primo cont. Gent. cap.67. ratione tartia, ubi docet, quòd sicut ex causa necessaria certò cognoscitur effectus necessarius, ità ex causa contingente non impedita certò cognoscitur effectus contingens, argo ex libero arbitrio non impedito poterit Deus certò cognoscere actus ejus liberos, sive in quem partem sit inclinaturum sub hac, vel illa conditione. Verba D. Thom. sunt. *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completa si non impediatur. Sed cum Deus cognoscat omnia, ut ex supradictis patet*, (scil.c.55.) *scit non solum causas contingentes, sed etiam ea, quibus possunt impediri, scit igitur per certitudinem an contingentia sint, vel non sint.*

Ad hoc dico lo primis, quòd si D.Thom. ibi intelligendus sit de causa contiogenti ad intentum argumenti, scil. de causa cootiugente, seò libera, & indatermioata, prædicta authoritas non militat contra nos, immò ratorqueri potest, nam si ità est, quòd io causa contiogente certò cognosci potest effectus, quando non est impedita, jam non poterit in illa sic certò cogoosci, qoando erit impedita juxtà regulam affirmationis, & negationis, sad ut hactenus probatum est, ante omoam determinationem ex soi indifferantia ast omninò impedita ad manifestandam determinatè unam partem præ alia in quacunqoa circumstantia ponatur, argo magis oppositum erat inferendum.

Sed deindè resp. D. Thom. ibi ut rectè advetit Ferrara, non loqui de hac causa libera, sed de naturali, quæ licet sit determinata ad effectum adhuc tamen dicitur contingens, quia impediri potest à causis superioribus, quod manifestè patet ex textu, nam ex eo coocludit certò posse ejus effectum cognosci à Deo, quia cogoscit ea, à quibus potest impediri, & ideò rectissimè infert certò cognoscere contingentia an sint, vel non sint, qnod ut per sa patet, non militat de contingente libera aote omnem determinationem causarum etiam primæ.

§. X.

Statuitur secunda Conclusio contra alterum modum recurrentem ad penetrationem immediatam veritatis objectivæ.

NOn possunt futura contingentia, seu propositiones conditionales de futuro contingente certò, & infallibiliter cognosci in veritate objectiva, quam habeant ex se independenter à decreto tanquam cognoscibilem in se ipsa sine alio medio ex parte sui, seu qnod intercadat ex parte objecti. Hanc conclusionem præter Thomistas sustinent plures etiam ex Societate Fonseca 4. Metaphysicæ cap.7. & 3. Instit. cap.6. Heriq. tom.2. lib. de ultimo fin. hominis; Bellarm. lib.2. de gratia, & libero arbitr. ar.5., & Tolatus ad cap.8. Perhierm. contra Suarez, qui ut supra vidimus, ad hanc immediatam penetrationem veritatis objectivæ recurrit, ut solvat retionem ibi factam contra Molinam. Et poterat primò probari arg., quo in superioribus, & proximè iterum insinuavimus, quòd si semel immedietè penetraret illam non priùs repræsentatam per assentiam divinam ot speciem intelligibilem, jam daretur excessus in Deo inter se ipsum ot intellectivum, & ut intelligibilem, vel repræsentativum, cum ut intellectivus se extenderet aliquod objectum, ad qood non se extenderet, ut intelligibilis, sive ut repræsentativus; sive dicatur immediatè penetrare ex vi suæ infinitatis in cognoscendo, sive etiam ex veritate illi conveniente ex ipsa rei nature, aut ex eventu, quatenus formatis duabus cotradictoriis necessè est alteram earum esse determinatè veram, & alteram determinetè falsam, ac proindè illam, quæ in re erit vera, Deus cognoscet esse veram, & quæ falsa, esse falsam, consequens verò ejusdem excessus ioter prædicata divina aiit omninò alienum unde hujusmodi recursus, vel solutio videtur iosufficientior præcedenti tradita ex Molina, licet alii plures ex eadem societate frequentiùs amplectantur.

Sed præterea prob. primò conclusio simul impugnando eandem solutionem cum sæpè laudeto Mag. Catalam. Omnis propositio immediate secundum se, idest, quæ secundum se non habet medium, per quod cognoscatur ejus veritas, est per se nota ex terminis, & necessaria, sed propositiones de prædicato contingenti non sunt per se notæ ex termiois, nec necessariò veræ, ergo non sunt secundum se immediatæ, sed habent madiom, per quod cognoscatur earum varitas, si veræ sunt, ergo Deus unumquodque cognoscens perfectissimè sicuti est; videret necessariò medium veritatis illarum, ac proindè nequeunt hæc sic immediatè ab illo attingi, sunt enim hujusmodi effugia, vel modi explicandi horum futurorum cognitionem de subjecto non supponente, ut dicebamus, & procedunt ex eadem fallacia non causæ, ut causæ, nam vera causa est, quòd habeant, vel habere possint in eodem signo talem determinatem cognoscibilitatem, cum sint in signo, ut sæpè dictum est, totius indifferentiæ ad determinatum assa, ac proindè ad determinatum cognoscibilitatem: ma. docent communitar interpretes cum Phil. Primo posteriorum cap.2., & D. Th. & lect.5., & patat, quia prædicatum, vel est de ratione subjecti, vel prime ejus proprietas: mi. etiam constat, quia prædicatum est accidens commune, quod potest ad esse, & ab esse realiter, ergo nequeunt esse per se notæ ex terminis, nec necessario veræ.

Fateor quidem cum Cajet. ibidem cap.3. posse aliquam propositionem de prædicato contiogeote, quæ secundum se habet medium, & causam suæ veritatis, esse immediatè ootam quoad nos, quia sensu percipimus prædicatum in esse subjecto, & causam propterquam in sit ignoramus, unde cum sensui manifesta sit non iodigemus medio ad eam cognoscendam, & ideo dicitur immediatè quoad nos. Cæterum quod talis propositio secundum se immediata sit, & causam non habeat cur prædicatum in sit subjecto, cum posset non in esse, hoc est impossibile, oec mioue

V impos-

impossibile est, quòd habeat illam, & hæc lateat Deum,

Prætérquàmquòd licet demus prædictum contingens postquam jam actu est in subjecto, simplici intuitu sina medio videri posse quòd insit, tamen quòd certò, & evidenter cognoscatur futurum esse in illo, sive absolutè, sive ex hypothesi antequam in sit, impossibile est non visa aliqua causa determinata ad ejus productionem, ax qua infallibiliter habiturum sit, quòd in sit, quia ut latè ostensum est esse futurum, non ast esse in se, sed in causa determinata.

Urg. hoc. Nam posita voluntate in tali rarum ordine, hoc quod est effectum, seu consensum esse futurum, cum pussit, nan esse non est sine ratione aliqua, aut fundamento, quasi purè causale, aut fortuitum, nam voluntas e l facultas rationalis: tum quia aliàs periret to:a ratio meriti, ac demeriti, ergo datur aliqua ratio, & causa futuritionis, illius, si semel futurus eit, ergo si propositio affirmans futuritionem ejus, esset determinatè vera, planè à Deo cognosceretur causa, vel ratio veritatis illius.

Urg. ulteriùs. Effectus contingens, ut futurus ex hypotheli non est cognoscibilis nisi in sua causa, ergo si ut probatum est, & admittir Suarez cartò nequit in illa cognosci, cum non sit determinata ad ejus futuritionem, nullo modo est certò, & infallibiliter cognoscibilis, ut futurus; prob. ant. Quia ut sæpè dictum est, effectus ut futurus tantum conditionaliter non habet esse in se ipso, immo nunquam erit, sed solum habere potest esse in sua causa, ergo neque est cognoscibilis in se ipso, sed tantum in causa; cognoscibilitas enim est passio consequens entitatem sola ratione formali ab eadem, distincta, nisi velimus aliquod prædicatum superius ad ens, ergo impossibile est cognosci in se ipso, quod non habet esse in se ipso.

Dices effectum contingentem ut futurum conditionalitar non habere esse in se ipso in actu exercito, habere tamen illud objectivè in actu signato futurum ex hypothesi, & ideò secundum tale esse, posse esse objectum certæ, & infallibilis cognitionis divinæ,

Sed hæc solutio rejicitur superiori confirmatione, quia nisi velimus tale esse objectivom esse aliquid chimericum, vel aliquid intelligibile purè fortuitum, debet habere rationem, vel fundamentum sui, quod non est aliud assignabile, nisi determinatio in causa, Nec itarum potest esse aliquid purè objectivum, in quo consistit ens rationis, aliàs importaret repugnantiam ad existendum in re, ut eam importat ens rationis contrapositivé ad ens reale, quod est alianum ab effectu, de quo disputamus, cum vel ad indagandam illius cognitionam recurrant ad eventum, undè esset de subjecto non supponenta iste recursus, si esset purum esse objectivum rationis; tunc autem impossibile est, quòd appareat istud esse objectivum determinatæ futuritionis non supposito fundamento, sive causa determinata ad ejusdem effectus productionem.

Ex his ergo impugnatur sic. Esse objectivè. seù in actu signato determinatè futurum infallibiliter, (quod omninò requiritur, ut effectus liber, vel contingens, & propositio, quæ de illo formatur, habeant determinatam veritatem objectivam, ut possint esse objectum infallibilis cognitionis) nequit convenire effectui libero, vel contingenti nisi in ordine ad aliquam causam pro eodem signo rationis infallibiliter determinatam ad illius productionem, sed in signo antecedenta omne decretum, nec voluntas divina, nec creata sub quibuslibet circumstantiis ex hypothesi constituta ast infallibiliter determinata ad productionem consensus, val volitionis, sed æquè indifferens ad dissensum, & volitionem, ergo pro tali signo rationis nequit etiam objectivé prædictus consensus habera in se ipso esse futurus infallibiliter; conseq. est avidens, & mi. latà constat ex dictis, nec potest nagari à Contrariis, nisi propria fundamenta destruant. Ma. prætarquamquòd ex doctrina D. Thom., & ratione ax eadem proxima conclusione satis efficaciter ostensa ast, nihilominùs quia ax ejus veritate robur nostræ, & infirmitas advarsæ sententiæ convincitur, placat ulteriùs eam confirmare, & in primis, quòd esse objectivà determinaté futurum convenira non possit consensui libero nisi in ordine aliquam causam liberam evidens est; Tum quia nisi valint (ut proximè dictum est) esse aliquid fictum à nostro intellectu, seù purum objectivum rationis cum repugnantia ad existendum in re, tanentur fateri esse objectivum fundatum in aliquo determinaté infarente talem futuritionem determinatam, quæ ut in superioribus explicatum ast, cum jam intrat, aut pertineat ad lineam durationis, importat verum ens reale, aut modum essendi realem, impossibilem convenire effectui nisi in ordina ad aliquam causam.

Tum quia tale esse, aut modus essendi non dicit nudam essentiam consensus, aut volitionis liberæ, seù pura prædicata assentialia secundùm necessariam connexionem inter se illis ab æterno convenientem independenter à quacunque causa, cum non sit de ratione volitionis liberæ, quòd sit objectivè determinaté futura, ergo dicit aliquod esse objectivum actuale realis existantiæ, val in ordine ad illam. §. Quod verò istud esse actuale haberi non possit, nisi ab aliqua causa prob. Quia nequit convenira, aut conjungi cum essentia liberæ volitionis ex vi puræ connexionis extremorum, cum non habeat cum illa necessariam connexionem, aliàs nullo modo talis volitio posset non esse determinatè futura objectivè, quod est contrà rationem liberæ volitionis, argo oriri debet ex aliqua causa reali, & physica; neque est alia assignabilis in illo signo rationis ante omna decretum, nisi voluntas creata ex hypothasi constituta sub talibus circumstantiis. Deindè etiam, quòd raquiratur determinatio in illa ut assensus potiùs, quàm dissensus sit futurus, satis constat ex dictis & ulteriùs constare poterit ex dicendis.

Explic., & Urg. ulteriùs totum hoc, Nam affectum verè, & realiter esse futurum detarminatè, sive absolutè, sive ex hypothesi, si semel velimus distinguere à puro modo essendi rationis, cui repugnat, ut dictum est, existere à parte rei, verè ast quidam modus essendi realis, ergo non solùm potest esse objectivè in intellectu, sed realiter in axercitio reperiri potest aliquando in rerum natura, hoc enim importat modus essendi realis contrapositivè ad alterum essendi rationis, quia realis potast sub reali axistentia in axercitio reperiri. Tunc sic arg. Sed implicat, quòd talis modus essendi conveniat unquam in axercitio effectui in se ipso, ergo neque in actu signato potest convenire affectui in se ipso ante omnem determinationem causæ.

Prob.

Prob. mi. sub sumpta. Quia implicat ei in se ipso in exercitio convenire non supposito jam existenti in se ipso, nam modus essendi realis in exercitio afficiens rem, supponit ex nature rei in exercitio existere rem, quam afficit: nec minùs implicat, quòd jam in se fit in exercitio existens, & quòd ut sic realiter fit futurus, quia esse futurum non est habere in se existentiam, sed habiturum esse illam, ergo implicat, quòd talis modus conveniat unquam in exercitio effectui in se ipso, ac proindè esse realiter futurum determinatè, sive absolutè, sive ex hypothesi non est realis modus essendi effectus in se ipso, sed in sua causa. Tunc verò redit argumentum factum nam esse in causa purè in potentia, in determinata, & indifferente ad utrumlibet non est modus essendi determinatè futuri, nec sufficiens ut effectus fit determinatè futurus, quia omne possibile realiter est hoc modo realiter in sua causa, ergo si velimus illum à purè possibili distinguere, tenemur asserere, quòd proprius modus essendi futuri præter potentiam productivam requirat in causa determinationem ad producendum seipsum.

Ex quibus iterum patet primò duo indispensabiliter includere formalem rationem veri, & realiter futuri determinatâ, nempè & esse effectus in causa determinata saltem ut fundamentum, & radicem futuritionis modo explicato; & etiam ipsius effectus actuale esse objectivum quasi in actu signato, ut terminum illius determinationis, & inclinationis causæ, ut proximè pariter & in superioribus ex D. Thom. explicatum est, qua ratione sæpè ait, ut vidimus, de eo, quod est magis determinatum ad unam partem, possumus determinatè verum dicere, quòd erit, sicut verum dicit medicus de convalescente, quòd sanabitur licet fortè ex aliquo accidente impediatur ejus sanitas, ut inquit lect. 13. relata Primi Perhier. post medium. Et clariùs repetit quæst. illa 12. de veritate ar. 10. ad 7., dum ait, *quòd aliquid potest dici futurum non solum ex hoc, quod ità erit, sed quia est ordinatum in causis suis, ut sic sit futurum; sic enim Medicus dicit, iste sanabitur, & iste morietur. Et si aliter contingat non falsum dixit, sicuti tunc futurum erat ex ordine causarum, quòd tamen possibile est impediri, & tunc quod priùs futurum fuerat, consequitur non erit futuritum, undè Philosophus dicit in 2. generat. quòd futurus quis incedere non incedit*, quia nempe de eo, qui habet propositum incedendi, verè dicitur, quòd incedet, licet ob aliquod accidens impediatur deindè ejus incessus.

Hinc etiam patet Secundò, quàm deficienter dicatur à Contrariis futurum illud esse, quod in duratione sequenti erit, vel quòd habebit unam de inesse veram, quia nec assignant, ut dictum est, rationem, nec causam à priori cum non eventus, aut existentia effectus præsupponatur futuritioni ejus, sed magis è contrà non enim quia evenit, futurus erat, sed potiùs quia futurus erat, evenit, imò videtur manifesta petitio principii, nam rectè considerenti faciiè constabit, dicere effectum esse futurum qui erit, idem esse, ac dicere, quòd est futurus, quia est futurus, ut suprà etiam ponderavimus, & idem assignatur, ut causa, & ratio sui ipsius. Præterquamquòd nec de omnibus futuris id verificari potest, ut proximè ostensum est ex D. Thom., cujus verba valdè notanda sunt pro solutione argumentorum, & quia etiam egregiè confirmant rationem futuri includere ut radicem futuritionis; quòd sit in causa cum determinatione, & inclinatione ad se producendum.

Ex quibus pariter manifestè infertur non posse aliquid ut futurum determinatè formaliter, certò cognosci non cognita determinatione causæ ad illius productionem, quia talis modus essendi in causa est fundamentum, vel radix veritatis objectivæ, quam futurum habet in se ipso. Unde D. Tho. quæst. 16. de Malo ar. 7. in fine corp., ut vidimus; inquit, *quòd cognoscere futura in sua causa nihil est aliud, quàm cognoscere præsentem inclinationem causæ ad effectum.*

§. XI.

Aliis rationibus probatur Conclusio.

Secundò etiam pricipaliter prob., & magis aperitur præcedens ratiò sumpto fundamento ex Aristotile Primo de interpretatione c. 8. ubi ait. *In his igitur, quæ sunt, & fuerunt, necesse est affirmationem, vel negationem, veram, vel falsam esse, in singularibus autem, atque futuris non sic res se habet.* Quod explicans D. Thom. inquit. *In præteritis, & præsentibus necesse est, quòd altera oppositarum determinatè sit vera, & altera falsa in quacunque materia, Sed in singularibus, quæ sunt de futuro, non est necesse, quòd una determinatè sit vera, & altera falsa, & hoc quidem quantum ad materiam contingentium.* Quam doctrinam alibi etiam tradit in Primo dist. 38. q. 1. ar. 5. ad 2., & q. 16. proximè relata de malo ar. 7., & clariùs infrà q. 16. ar. 7. ad 3. ubi distinguit de veritate determinata conveniente futuris ex se, & de conveniente illis ex causa sempiterna. Primam negat, & secundam affirmet, in quo Vasquez reprehendit Philosophus, ex eo quòd neget utramque, & consequenter removeat à Deo præscientiam futurorum contingentium. Noster Gonet hic disp. 4. ar. 4. §. 2. existimat nullo modo errasse ibi Philos. aliàs esset etiam talis error tribuendus D. Th., qui illius sententiam sequutus est.

Sed quidquid fit, an Arist. utramque negaverit, vel non, certum tamen est D. Thom. apertè affirmare alteram ex sempiterna causa, ac proindè quoad hoc non adhærere illi, supposito quòd hanc etiam voluerit negate Philosophus, quamvis ità sit, quòd dum D. Thom. illum non corrigit, non videtur negare eam absolutè, sed solum ante omnem determinationem causæ, & tunc nullus est error asserere neutram in eo priori esse determinatè veram, ac proindè nec determinatè cognoscibilem, ut talem, unde aliud est, quòd ante omnem sui determinationem certò, & infallibiliter non cognoscat Deus futura contingentia, aliud verò, quòd ea absolutè non præsciat, nec prævideat, nam eadem ratione, qua negatur primum, affirmatur secundum, quia nempè in eo signo non habent determinatam cognoscibilitatem, habent tamen sufficientem, vel conjecturalem, ut absolutè, vel conjecturaliter cognosci valeant, unde defectus primæ cognitionis refundirur in objectum, posterioris verò refunderetur in Deum.

Ex his prob. secundò. Quia prædicta contingentia, sive propositiones de futuro contingente nullam ex se habent determinatam veritatem, ergo non sunt immediatè cognoscibilia, vel cognoscibiles in se ipsis,

conseq. tenet, & antec. est Philos., & D. Thom. ubi suprà, & præterea prob. Effectus futurus contingens, ut futurus, præcipuè conditionaliter tantum, non habet esse determinatè in seipso, imò ut dictum est, fortè nunquam erit, ergo nec habet determinatam veritatem, & cognoscibilitatem in se ipso; antec. est certum, aliàs simul esset, & non esset futurus, sed præsens; nec intelligibile est, ut vidimus, posse futurum, quod nondum est, habere aliud esse nisi in sua causa, àliàs non verificatur, quòd nondum est, sed magis, quòd jam est, si semel in se ipso jam habet esse, & sic iterum erit, & non erit futurum, quod implicat; conseq. verò probatur; quia veritas, aut cognoscibilitas determinata sequitur esse determinatum rei, ergo quod non haber determinatum esse in se ipso, nec potest determinatam veritatem habere, vel cognoscibilitatem, ant. constat, quia unum quodque est cognoscibile, & verum, secundum quod habet esse, cum cognoscibilitas, vel veritas sit passio entis sola ratione formali distincta ab illo.

Huic argumento poterat primò responderi, ut suprà, non habere esse in se ipso in actu exercito, habere tamen illud objectivè in actu signato, & secundum istud posse certò, & infallibiliter cognosci. Sed hæc solutio sufficienter impugnata est. Undè dices secundò, quód licet nec in se ipsis, nec in causa indifferenti ad utrumlibet prout sic habeant esse determinatum actu, nihilominus quia hæc simul utrumque produ cere non potest, necesse est, quòd alterum determinatè producat, istud autem, quod est determinatè productura, antequam producat, jam constituitur determinatè futurum, ac proindè certò, & infallibiliter cognoscibile.

Sed hæc solutio cum aliis similibus laborat, ut suprà, eodem defectu subjecti non supponentis, nam sicut ante omnem determinationem causæ nullum est fundamentum affirmandi determinatam futuritionem ex parte effectus, ità nullum est affirmandi determinatam vim productivam unius extremi præ alio ex parte causæ proximæ, vel volunratis, sicut enim effectus contingens, ut contendit argumentum, & rectè probatum est, & patet ex terminis, non haber ex sua natura esse, aut futuritionem, ità nec causa potest habere vim determinatè productivam unius præ alio ex sua indifferentia, ut patet ex dictis, & iterum ex terminis; neque etiam ex impossibilitate producendi utrumque simul, nisi transeat ad statum determinationis, nam aliàs etiam in statu possibilitatis, alterum esset determinatè futurum, cum neq; in illo concipi possit, quòd utrumque simul producere valeat.

Unde argumentor sic. Nulla causa in universum potest in aliquo signo etiam puræ possibilitatis concipi utrumque simul valens producere, ergo si semel ex hac impossibilitate licet inferre determinatam futuritionem alterius, in omni signo etiam possibilitatis, alterum erit determinatè futurum, quod est alienum.

Quòd si dicas non inferri hanc determinatam futuritionem, & veritatem objectivam in ratione determinatè futuri ex quacunque impossibilitate, sed proxima, & practica, (quam habet jure suæ libertatis in statu futuritionis,) non remota, aut purè speculativa, quam haber in illo possibilitatis. §. In contra est, nam iterum petitur principium, nec assignatur causa, aut ratio à priori in signo ejusdem indifferentiæ ante omnem determinationem. Nam ante istam nihil assignatur, vel assignari potest, quod non habeat in illo possibilitatis facta quacunque suppositione non variante statum indifferentiæ, omnia namque manent adhuc intacta ex parte causæ, sed causa omninò invariata manente in sui indifferentia, nihil determinatum affirmari potest de effectu in ratione effectus, seu quoad sui producibilitatem, aut determinatum esse, ergo nec quoad sui veritatem, aut cognoscibilitatem in ratione determinatè futuri, ant. patet nisi velimus perpetuò invertere ordinem inter rationem futuri, & eventus, vel existentiæ, cum non eventus, vel existentia, ut dictum est, præcedat futuritionem, sed magis è contra, ergo perseverante eodem signo indifferentiæ ex parte causæ, seu nulla superaddita determinatione ex parte illius, idem semper erit asserere, quòd est futurus, quia est futurus, vel ideò evenit, quia evenit, vel ideò etiam est futurus determinatè, quia evenit, quod est petere principium, nec assignare causam à priori, quod est, id, quod inquirimus.

Expl., & urg. hoc. Nam licet in eodem signo, & in omni nequeat causa utrumque simul producere, inquiro tamen an hæc impossibilitas tollat ejus indifferentiam, vel non; primum non audent asserere, salva libertate, quæ apud ipsos non admittit determinationem ex parte illius ante consensum; indifferentia autem tollitur per determinationem; si verò secundum, jam non magis habebit hoc determinatè producere, quàm illud, aliàs non erit æqualiter indifferens, unde nunquam causa sic indifferens ex eo præcisè, quòd non possit simul utrumque producere, habere potest ex se, quòd alteram sit determinatè productura, nisi ut dicebamus ex D. Thom. sit causa ex se necessitatè habens, sive necessariò omnem perfectionem debitam in actu secundo libertatis, quæ est solus Deus, nam omnis alia, utpote potencialis, rantum habere potest prout sic non repugnantiam ad producendum alterum determinatè cum indigentia exterioris principii determinatis ad effectum, ut docet ubi supra D. Thom., non tamen quòd sibi relicta alterum sit determinatè operatura, & præcipuè in ordine supernaturali, ad quem nec habet exigentiam, nec connexionem per se, unde etiam in sententia Societatis, si Deus non det voluntati in tali occasione constitutæ auxilium illud, quo per scientiam mediam prævidit illam operaturam, absolutè non operabitur, ac proindè in utraque sententia tenemur asserere, quòd causa ex se indifferens prout sic non habet id, quod requiritur ad operandum, vel producendum determinatè alterum extremum libertatis, & consequenter, nec istud in eodem signo habere potest ex se determinatam veritatem, sicut nec ex se habet determinatum esse, ac proindè, nec cognoscibilitatem.

Tertiò prob. concl., & simul urg. præcedens. Ex duabus contradictoriis de futuro contingenti ante decretum, neutra habet ex se infallibilem futuritionem, ergo neutra est certò, & determinatè cognoscibilis quoad sui veritatem, vel infallibilitatem, conseq. tenet, quia juxta meritum futuritionis habet cognoscibilitatem, ant. verò prob. Quia implicat, ut dictum est, quòd ex eisdem principiis, ex quibus habetur indifferentia ad fore, & non fore habeatur determinatum fore, sed futurum contingens antequam sit est ex se indifferens ad fore, & non fore, ergo nequit habere ex se determinatè fore, mi. est certa, aliàs non

erit

erit contingens: ma. verò prob. ex eorum doctrina, inqua, ut jam insinuavimus, ad salvandam libertatem, vel indifferentiam causæ secundæ, nullam determinationem admittere audent ante sui actum, vel consensum, unde dicunt non posse hæc duo simul componi, nempè quòd ex se habeat indifferentiam, & quod aliàs sit determinata ex causa. Tunc sic non minus opponuntur inter se ex eisdem principiis habere indifferentiam ad fore, & non fore, & habere determinatè forè, quàm ex se habere indifferentiam, & à causa prima determinationem in signo antecedente consensum, sed hæc duo, ut contendunt, sunt omninò incompossibilia, ergo pariter erunt duo priora: ma. constat, nam causa prima, vel divina voluntas est infinitæ efficaciæ, & radix totius indifferentiæ, vel libertatis creaturæ, ergo non minus, immò magis erunt repugnantia illa duo priora,

Urg. hoc, & simul evertitur fundamentum desumptum ex lege contradictoriarum. Quia nullum est assignabile caput ex quo determinata futuritio, vel veritas objectiva alterius contradictoriæ de futuro contingenti oriri possit, ergo ast insubsistens. Prob. ant. Quia nec est decretum, vel determinatio causæ, quæ nondum supponitur in eodem signo, nec ulla indifferentia causæ secundæ, ut supra, & proximè probatum est, nec ius libertatis illius, ut pariter constat ex dictis, tum quia ante consensum nullam addit hæc determinationem, qua ratione, ut dicebamus, idem est dicere, quòd est consensura quia jure suæ libertatis se est determinatura, ac dicere, quòd est consensura, quia est consensura. Nec etiam dici potest quòd sit eventus, ut etiam ostensum est, tum quia non assignatur causa à priori respectu futuritionis, cum eventus sequatur post illam: tum quia de futuro verè futuro quandoque non verificatur, ut vidimus ex D. Thom. Tum quia asset necessarium priùs videri eventum, vel futurum in se ipso secundum sui existentiam, quàm ut futurum, sive in tendentia ad illam, sicut in sententia nostra, quia determinata veritas, vel futuritio habetur ex determinatione, impossibile est hac non visa, videri illam, constat autem implicare, quòd priùs fi: videatur futurum, sive ut præsens in se ipso, quàm videatur ut futurum, nisi velimus futuritionem sequi ad eventum.

Quòd si dicant ut supra, posse sic videri in se ipso objectivè in actu signato, non in exercito jam sufficienter impugnatum est, ne eadem repetamus. Tum quia licet ita sit, quòd omne, de quo verificatur aliquando, quòd est, verificari debeat, quòd sit antecedenter futurum, tamen antequam sit de præsenti inquiro, ex quo principio habet, quòd sit aliquando habiturum esse de præsenti, ex se, vel ex causa, & cum ad hanc recurrere nolint, tenentur asserere, quòd ex se, quod est impossibile, tum quia creatura independenter ab omni influxu divino, ut dictum est, intelligeretur præparata à se ipsa ad habendum esse, quod est repugnantia in terminis. Tum quia ut sæpè etiam dictum est ex D. Th., causa indifferens ad utrumque, nisi sit ex se necessitatè habens, (quòd soli Deo ut vidimus, vel causæ summè actuali cōvenire potest,) indiget exteriori principio determinante, ad effectum, unde impossibile est, quòd manens in eadem indifferentia, & sibi relicta sine ulla determinatione habeat determinatam veritatem, vel futuritionem, vel esse, sive objectivè in actu signato, sive exercitè, nisi iterum, & perpetuò velimus, quòd ex eisdem principiis, ex quibus habet contingentiam ad fore, & non fore, habeat determinatum fore, quod nec est minus implicatorium.

Dices ergo id habere ex lege, & natura contradictoriarum, quæ cum non possint simul esse veræ, aut simul falsæ, necessè est, quòd altera sit determinatè vera, & altera determinatè falsa, ac proindè etiam quòd Deus alteram determinatè cognoscat ut veram, & alteram determinatè ut falsam,

Sed in primis hanc solutionem non videntur posse juxta propriam etiam sententiam sustinere, nam frequenter, & ferè communiter docent pro priori ad existentiam decreti, Deum non cognoscere determinatè illud. Tunc sic arg. Istæ sunt contradictoriæ, Deus decernet conversionem Petri, Deus non decernet illam, sed supposita eadem doctrina, non est altera determinatè vera, & altera falsa, aliàs pro eodem priori determinatè cognosceretur à Deo, nisi velimus aliquam veritatem latere intellectui divino, ergo non est lex, & natura contradictoriarum, quòd altera sit determinatè vera, & altera falsa, sed determinatè, vel indeterminatè, ut statim explicabitur.

Ex quo iterum impugnatur aliud præcedens eorum fundamentum, nempè quòd omne id, de quo verificatur aliquando altera de in esse vera, sive quòd aliquando existit, debeat pro omni signo verificari, quòd erat determinatè futurum, nam de eodem decreto liberæ conversionis Petri verificatum est, quòd existit, & tamen pro omni signo verificari non debuit juxta prædictam illorum frequentiorem sententiam, quòd erat determinatè exiturum, aliàs iterum pro omni signo fuisset cognitum à Deo, quod frequentius negant.

Secundò impugnatur quia est expressè contra Aristotilem Primo perhier. C. ultimo, ubi ex professò probat neutram de futuro contingente absolutè esse determinatè veram, aut determinatè falsam. Nec erravit in hoc propter ignorantiam fidei, ut putat Vasquez in hac 1. p. disp. 6. Tum quia nulla planè potest esse suspicio erroris in opinione, quam ibidem lect. 13. docet D. Thom. acerrimus fidei propugnator, & sequuntur communiter ejus discipuli, & ex Societate eidem Toletus; & ratio est, quia, ut rectè advertit Mag. Catalam in disput relata præambulari ad materiam de auxiliis ad secundum, & supra etiā insinuavimus ex D. Thom. optimè stat, quòd propositiones de futuro cōtingente absoluto sint determinatè veræ, vel falsæ in sensu composito ex suppositione decreti divini, comparatæ ad divinam voluntatem, & præscientiam, & quòd secundum se ex natura extremorum, aut comparatæ ad causam proximam indifferentè ad utrumlibet non sint tales, seu determinatè veræ, vel falsæ. Primum infertur ex principiis fidei, secundum docet Aristoteles, & est necessariò admittendum, quia ut probatum est ex causa indifferenti non potest effectus contingens determinatè infallibiliter esse futurus, ergo præcisè in ordine ad illam non est determinatè vera propositio affirmans, vel negans esse futurum. Minus verò patet esse determinatè vera, aut falsa ex natura extremorum secundum se, aliàs semel vera, esset necessario vera, & semel falsa necessariò falsa, [quod enim convenit alicui ex propria natura, necessariò convenit, & nō contingenter, undè etiam tolleretur de medio omnis libertas, & contingentia causarum].

Ex hoc etiam quòd secundum se ex natura extre-

morum

morum non ſint determinatè veræ, nec falſæ, evidenter infertur nullo modo in ſigno antecedente omne decretum Dei poſſe habere determinatam veritatem, aut falſitatem, quia hactenus ut oſtensū eſt, nulla in eodem priori fingi poteſt alia cauſa à qua habeant illam: de quo optimè etiam M. Alvarez diſp. 13. de auxiliis.

Tertiò ex his impugnatur ſolutio, Si determinata veritas, vel futuritio in his propoſitionibus de futuro contingenti oriretur ex lege, & natura contradictionis, jam non eſſet futurum contingens, ſed neceſſarium neceſſitate abſoluta, orta ſcil. eorum veritate, ſeù fundata in principio neceſſario, & indefectibili nempè *quodlibet eſt, vel non eſt*; unde iterum (ut rectè etiam infert Ariſtoteles ubi ſupra lib. 1. Perhier. cap. 8.) tolleretur omnis contingentia rerum, & deſtrueretur libertas tam humana, quàm divina, prior quidem, quia ejus effectus futuritio non eſſet ampliùs in creaturæ arbitrio, utpotè determinata ante ullam voluntatis determinationem; poſterior verò, quia non poſſet impediri à Deo futuritio conveniens objecto ex cauſa neceſſaria, ſive ex vi, & lege contradictionis omninò immutabili, ſive fundata in principio infallibili, & vero prævié ad omnem Dei diſpoſitionem.

Quartò impugnatur eadem ſolutio. Nā eſſe determinatè veram, & falſam non eſt proprietas enunciationis contradictoriæ, nec quid neceſſariò connexum cum illa præcipuè in materia cōtingenti, ergo nequit certò, & infallibiliter haberi pro omni ſigno ex lege, & natura contradictionis. Prob. ant. Tum quia non emanat naturaliter ex eſſentia enunciationis de futuro contingenti, ſed eſt per accidens conveniens ex libera determinatione cauſæ ipſius effectus contingentis, aliàs non poſſet non eſſe futurum, quod repugnat ejus contingentiæ.

Tum quia ſalva hac eadem contingentia, tenemur aſſerere, quòd detur medium inter utramque, ſcil. eſſe determinatè, vel indeterminatè verā, vel falſam, ergo non ſunt immediatè oppoſitæ, vel contradictoriæ, ut fundare poſſint ex vi legis, aut naturæ contradictoriarum determinatam veritatē, vel falſitatem, ſicut in ſimili dicebamus in logicis, quòd quia inter hæc duo, ſcil. eſſe per ſe communicabile, & eſſe per ſe incommunicabile datur medium, nempè eſſe communicabile, & eſſe incommunicabile per accidens, non eſt in illis immediata oppoſitio, nec contradictio, ut ex vi ejuſdem legis inferri valeat univerſalitas ſecundū ſe, vel negatio ejus de natura humana, immò utrobiq; eſt illatio de ſubjecto non ſupponente.

Adde cum ſæpè laudato Mag., quòd licet demus ex propoſitionibus contradictoriis debere alteram eſſe determinatè veram, & alteram falſam pro quolibet inſtanti reali temporis, aut reali duratione, non tamen infertur debere hoc eis convenire in ſigno rationis, quod à nobis concipitur ante decretum liberum Dei, quia illud ſignum non eſt inſtans in quo, ſed à quo, & ideò contradictio non exercetur in illo, ſed in reali duratione: de quo iterum Mag. Alvarez loco relato not. 3., & ad primum.

Ultimò tandem probatur concluſio, & ſimul urgetur præcedens replica, Si Deus certò, & infallibiliter cognoſceret alterum extremum eſſe determinatè verum, & exiturum ante omne ſui decretum non poſſet ampliùs ſalva libertate, vel immutabilitate ſuæ ſcientiæ oppoſitum decernere, conſequens non eſt admittendum, ergo nequit certò, & infallibiliter in eodem priori cognoſcere illud; mi. eſt certa, quia liberè decernit ad extra quidquid in omni ſigno decernit, Ma. verò prob.: quia nequit Deus oppoſitum illius decernere, quod prævidit eſſe verum, aliàs ejus ſcientia fruſtari poſſet.

Dices ità eſſe, quòd ante decretum prævidit alterum extremum infallibiliter futurum, non tamen prævidit, ut producendum ſine illo da productione ejus, quia ſic prævidit producendum, ſicut in re producendum, aut producibile eſt, in re autem non eſt producendum, nec producibile ſine illo, & ità optimè ſalvatur libertas, vel immutabilitas divinæ ſcientiæ. §. Sed contra hoc eſt. Nam licet ità ſit non eſſe futurū producendum, aut producibile in re, ſine decreto. Inquiro tamen, an in eodem priori prævideret illud ſic producendum, vel producibile viſo eodem decreto, vel non; ſeù dependenter ab illo, vel non. Si hoc ſecundum habetur intentum, quia decretum, quod concipitur in poſteriori ſigno non poterit non eſſe conforme præſcientiæ, quæ concipitur in priori, unde vel non ſalvatur libertas decreti poſteriùs concepti, vel non ſubſiſtit invariabilitas ſcientiæ, quæ concipitur præcedere, ſi ſemel aliter concipiatur decernere, quàm quòd præſcivit. Si verò dicatur primum iterum inquiro, an viſo futuro, ut ponendo dependenter à decreto videatur iſtud, ut jam exiſtens, vel ut futurum, vel exſtiturum; hoc poſterius juxtà frequentiorem eorum ſententiam, ut dictum eſt, non admittitur; tum quia implicat, quòd aliquod ſui prædicatum videat Deus ut futurum, vel ut non exiſtens, quidquid ſit, quòd poſſit eſſe inter illa prioritas à quo, vel originis, ut in ſuperioribus inſinuatum eſt, & latè infra explicatur de Trinitate quia hæc non repugnat eorum coæternitati. Si verò dicatur primum, ergo jam determinata veritas, vel futuritio effectus non habetur ante omnem, vel præviam determinationem decreti, quia iſtud ſic viſum viſo futuro, non eſt viſum, ut quid poſterius ad futurum dependenter viſū ab illo, nam Deus unum quodque videt, ſicuti eſt certum eſt autē, quò terminus à quòd dependentiæ eſt quid prius termino ad quem ejuſdem dependentiæ, ut eſt quælibet creatura reſpectu Dei, & quilibet effectus reſpectu ſuæ cauſæ. Tum quia ſicut Deus, ità, & quodlibet ſui prædicatum antecedit omnem creaturam, cum hæc ſit participatio ejus.

Secundò impugnatur ſolutio. Nā quia poſſibilitas, vel impoſſibilitas rerum convenit eis dependenter, vel prævié ad liberum Dei decretum, non eſt libertas in Deo circa poſſibilia, vel impoſſibilia, ſic quòd poſſibile poſſit à Deo fieri impoſſibile, vel è contra, ergo ſi pariter futuritio, vel non futuritio convenit rei independenter, vel prævié ad eandem Dei liberam determinationem jam non erit libertas in Deo circa idem futurum, vel non futurum præcipuè poteſt præſcientiam alterius extremi determinatè, ſic quòd determinatè futurū, & ut tale præviſum à Deo poſſit non eſſe futurum, vel aliter eventurum, ſive fieri à Deo, quòd futurum non ſit, vel è contra.

Dices eſſe diſcrimen, quòd poſſibilitas, vel impoſſibilitas in nullo ſigno, aut duratione eſt dependens, aut connexa cum libero Dei decreto, futuritio autem, & non futuritio rei, tandem exigit, aut ità connectitur, quòd exequi non poſſit, aut verificari ſine illo. §. Sed contra hoc eſt, & in primis hujuſmodi ſolutiones, ut ſupra, videntur ludere verbis, vel apparenter tantum recurrere ad decretum. Nam vel ità prævidetur certò, & infallibiliter futurum,

ut

ut videatur dependens à priori à decreto, vel non, si hoc secundum jam non est amplius liberum Deo, aut concipi in illo decretum oppositum ejus præscientiæ, nisi velimus posse concipi eam frustrari. Si verò primum, jam non concipitur, aut non habetur determinata futuritio, aut verites futuri ante omnem liberam determinationem.

Quòd si huic replicæ dicas juxtà alterum modum jam relatum non cognosci quidem futurum ante decretum cognitum objectivè ut futurum, benè tamen ut exercité existens. Jam id sufficienter impugnatum est. Nam contra meritum cujuscunque prædicati divini æternitate mensurati est concipi in ratione futuri; Eternitas enim ut latè in superioribus ostensum est, incapax omninò est futuritionis etiam virtualis, ut patet ex ejus concaptu definitivo, unde nullo modo admitti potest signum aliquod prioritatis in quo inter prædicata divina etiam virtuale, vel rationis, sicut admittitur distinctio ut dictum est, nam aliàs possent concipi non ut coæterná, quod est implicatorium.

Tum quia, ut dicabamus, nequit concipi à Deo, vel cognosci futurum in decreto ut futuro, non cognito eodem decreto prout sic futuro, sed frequentiùs hoc ipsum negant Contrarii, & meritò quia talis cognitio esset difformis objecto cognito, cui repugnat omnie futuritio, sive in re, sive in conceptu objectivo, cum non possit non concipi ut æternum, nisi velimus posse concipi nan ut divinum, quod implicat ergo.

Quod si adhuc persistas non officere coæternitat, aut concaptui definitivo æternitatis futuritionem purè virtualem, sed solam realem, sicut non officit summæ identitati distinctio virtualis, sed tantum realis. §. Incontrà est, & præter discrimen jam adductum, & superiorem doctrinam initatur sic. Nam ad salvendum conceptum futuritionis realis non sufficit quæcunque prioritas, aut posterioritas, sed est necessaria realis prioritas existentiæ. Nam hac ratione inter essentiam, & proprietates salveri nequit vere successio, aut futuritio respectu illarum, quia licet essentia dicatur realiter distingui ab illis, & sit etiam prior prioritate naturæ, vel instantis à quo, non tamen est prior prioritate existentiæ, vel instantia in quo, quod habet mensurare existentiam, non puram originem, ut in divinis, vel etiam causalitatis, ut in creatis, ergo pariter ad salvandam futuritionem virtualem non sufficit quæcunque prioritas, vel posterioritas, sed requiritur illa in quo, vel existentiæ, quæ omninò repugnat in divinis; unde est latissimum discrimen inter distinctionem, & futuritionem, quòd distinctio non solum virtualis, sed etiam realis salvatur cum sola prioritate à quo, quæ non repugnat in divinis, ut poté fundata vel in eminentia, vel in origine; cæterum futuritio importet indispensabiliter signum in quo, scil. *in quo* unum sit, & aliud non sit, si realis sit; vel intelligatur non esse, si virtualis, quie cum implicet simul aliquid esse, vel intelligi futurum, & præsens, non minùs quàm præsens, & præteritum, non satis est illi quæcunque prioritas, sed necesseriò requiritur prioritas existentiæ, quæ est *in quo*, & quia hæc omninò repugnat in Deo, nisi velimus, quòd possit aliquod divinum non esse, aut intelligi non esse, (quod est implicatorium), ideò admitti nequit futuritio etiam virtualis respectu decreti, aut prædicati cujuscunque divini, quod est valdé notandum in hac re, ad excludendum hunc modum recurrentem ad decratum objectivé futurum, est enim (ut dictum est), sicut, & alii similes modi, vel solutiones) de subjecto non supponente.

§. XII.

Solvuntur argumenta contrà præcedentem Conclusionem.

PRimò arguitur fundamento oppositæ sententiæ. Ex propositionibus, quibus affirmatur, vel negatur effectum liberum, aut contingentem esse futurum ex hypothesi quòd ejus causa sub his, aut illis circumstantiis loci, temporis &c. constituatur, aliæ erent determinatè veræ, aliæ falsæ, ergo Deus priùs ratione, quàm aliquid decerneret, certò novit esse veras, quæ veræ erant; conseq. tenet, quia sicut de ratione potentiæ infinitæ Dei est, quòd possit omne possibile, ità de ratione ejus scientiæ infinitæ est, quòd cognoscat omne cognoscibile, quod autem determinetà verum est, cognoscibile est, quia verum ut verum est proprium objectum intellectus; antec. autem, quod negent Nostri, & à quo tota probabilitas hujus opinionis pendet, prob. primò. Quia hæc conditionalis disjunctiva, si Æva constituatur in Paradiso tali tempore juxtà lignum vetitum, & tentetur à dæmone, peccabit, vel non peccabit, necessariò erat vera ante omne decretum divinæ voluntatis, ergo ante illud erat determinatà vera altera pars illius disjunctivæ; prob. conseq. Quia ut vidimus in summulis, ut tota disjunctivé vera sit determinatà, necesse est unam saltem ex ejus partibus esse determinatè veram.

Explic., & urg. hoc. Quia non poterat utraque simul verificari, nempè Ævam simul peccare, & non peccare, ergo in re alterum dumtaxat erat factura etiam ante decretum, ergo pars illius disjunctivæ affirmans illud, quod in re erat factura, jam erat vera determinatè ente decretum, quia erat conformis rei significatæ. §. Explic. ulteriùs vis argumenti. De facto ità fuit, quòd Æva sub prædictis circumstantiis peccavit, ergo hæc propositio, si Æva ponatur &c. peccabit ente omne decretum considerata, reverà enunciabat rem, sicut erat futura, ergo jam erat determinetè vera ante illud; nam sicut propositio de præterito vera est determinatè, eo ipso quòd enunciat, quod reverà fuit, & si nos lateat, ità propositio de futuro vere est determinatè, eo ipso quòd enunciat id, quod reverà erit, & si nos lateat.

Secundò prob. idem principale primum antec. Istæ propositiones conditionales; si Æva ponatur in paradiso &c. peccabit; si Æva ponatur &c. non peccabit etiam ante decratum Dei consideratæ, sunt contradictoriæ, ergo altera est determinatè vera, & altera falsa, quia nequeunt esse simul falsæ, & utraque aliquid determinatè enunciat, ergo altera determinatè enunciat verum.

Dices ut suprà non esse de ratione contradictoriarum, quòd altera sit determinatà vera, & altera falsa, sed quòd non possint simul esse veræ, vel simul falsæ, seu quòd sint incompossibiles in veritate, & falsitate, idest quòd eo ipso, quòd una vere sit,

sit, altera necessariò sit falsa, fieri tamen posse, ut utrane sit determinatè vara, nec falsa.

Sed contra hoc est. Quia ex eo essent prædictæ propositiones indaterminatæ ad falsitatem, & varitatem, quia peccatum Ævæ, qood significatur futurum esset indeterminatum in illo priori ante decretum ad fore, & non fore, sed ax hoc potiùs sequitur utramque simul esse falsam, argo non sunt indeterminatà veræ, & falsæ. Prob. mi. Quia si peccatum arat indifferens ad fora, & non fore, ergo propositio distinctè, & sine addito affirmans peccatum esse futurum, simpliciter erat falsa, prob. conseq., quia quoties res aliter enunciatur fore, quàm futura sit, falsò eounciatur, argo si affirmatur distinctè futurum quod non est distinctà futurum, sed indifferens ad fore, & non fora, falsa est enunciatio. Hinc etiam falsa redditur negativa. Nam si affirmans, ex eo falsa ast, quia distinctè, & sine addito annnnciat futurum peccatum, quod tamen non est determinatè futurum, sed indifferens ad fore, & non fore, eadem rationa negans esse futurum erit falsa, quia nempè distinctè negat peccatum futurum, quod iodifferens est ad non fora, sicut ad fore.

Urg. primò Impossibile est concipi in aliquo signo rationis numerum singularem determinatum, qui determinatè par, vel impar non sit, ergo pariter impossibile erit concipi in aliquo propositionẽ singularem determinatam, quæ determinate vera, vel falsa non sit, ant. est certum, conſ. verò prob.; nam ideo numarus nequit aliter coocipi, quia esse parem, vel imparem est proprietas numeri, sed etiam proprietas ast enunciationis esse veram, vel falsam, sic enim definitur, aot describitur propositio, quòd sit enunciatio verum, vel falsum significans, ergo si in nullo signo dabilis est numerus, aut concipi potest, qui determinatè par, vel impar non sit, nec arit dabilis, aut concipi poterit propositio, quæ determinatè verum, vel falsum non sigoificet.

Explic., & urg. hoc. Enunciationem esse determinatè veram, vel esse daterminatè falsam, nihil aliud est, quàm esse determinatè conformem, vel determinatè difformem, aut non conformem rai significatæ, sed impossibile est dari enunciationem, quæ determinatè conformis, vel difformis, vel non conformis rei significatæ non sit, ergo. Prob. mi. Quia conformis, vel non conformis sunt prædicata immediatè contradictoriè opposita, ergo alterum debet necessariò in esse. Tum quia, ut vidimus in eisdem summulis, à negativa ad affirmativũ variato prædicato de finito, in infinitum, & posita constantia subjecti, bona est consequentia, ergo bene sequitur, ante decretum divinæ volnntatis, hæc enunciatio, si Æva &c. noo est coosormis determinatè rei significatæ, & anunciatio est, argo ast enunciatio non conformis determinatè.

Huic arg. (cui potissimè confidunt Contrarii, utpotè fundato in duobus illis apud ipsos magni momenti principiis, scil. in rei aventu, seu veritate illius, & in vi, & lege contradictoriarum,) ut plenè fiat satis quoad omnia adverto primò cum sæpe laudato Mag. Gatalam ubi supra, propositionem conditionalam dupliciter accipi posse primò, & propriè io vi consequentiæ, itaut particula *si* accipiatur illativè, & tunc ad veritarem illius intrinsecè requiritur, & sufficit, quòd sit bona conseq., quamvis tam antecedens, quàm consequens sit impossibile, ut etiam explicatum est in eisdem summulis, unde hæc, si lapis esset animal, lapis esset sentiens, val sensitivus, quia conditionalis nihil ponit in esse, nec affirmat antec. esse varum, aut conseq., sed tantum qnod istud rectè inferatur ex antecedenti. Ita D. Thom. infra quæst. 44. ar. 1. ad 2. in fine dicens: *Hæc conditionalis est vera (scil. si causa non esset, effectus non esset,) sive antecedens, & consequens sint possibilia, sive impossibilia*, & qn. 1. de potentia ar. 6. ad 3., ubi explicans illud Phil. *Potest Deus, & studiosus prava agere*, inquit. *Quòd verbum Philosoph. intelligendum est, sub conditione voluntatis. Hæc enim conditionalis est vera, Deus potest prava agere, si vult: nil enim prohibet conditionalem esse veram, licet antecedens, & consequens sint impossibilia, ut patet in hac, si homo volat, habet alas.*

Secundò, & minus propriè accipi solet, non in vi illationis, sed secundum quandam concomitantiam posterioris partis cum priori, itaut per modum simplicis affirmationis, val nagationis solum enunciet futurum, aut non futurum conseqoans ex hypothesi antecedentis, & io hoc sensu accipiendas esse conditionales, quæ per scientiam mediam cognosci dicuntur asserit Suarez lib. 2. de scientia Dei capit. 2. qui consequenter docet non solum esse veras, & objectum scientiæ mediæ, eas conditionales, in quibus posterior pars aliquam connexionem habet cum priori, sed illas etiam, in quibus nulla est connexio, ut hæc si Petrus percutiet lapidem Aotichristus nascetur. Cœterum Vasquez hic disp. 67. propositiones conditionales asserit esse accipiendas in vi illationis, & ideò si nulla sit connaxio inter antecedens, & consequens, falsas esse, nec posse esse objectum scientiæ mediæ, & plane si illa propositio disparata vera esset determinatè ante decretum liberum Dei de futuritione Antichristi, jam oon fuisset liberum Deo, velle, (ut supra in simili arguebamus,) quòd Petrus percuterat lapidem, & quòd non nasceretur Aotichristus, & si daterminatè esset falsa aote decretum de nova futuritione Antichristi, non potuisset velle, quòd Petrus percuteret lapidem, & quòd nasceretur Antichristus, qnod per se videtur inconveniens, nam quid obstare potuit, quin Deus ex duabus rebus disparatis unam sine alia, vel utramque simul pro suo beneplacito fieri vellet.

Secundò adverto propositionem cooditionalem in vi illationis acceptam, aut esse necessariò veram, aut necessariò falsam, & impossibilem, ita D. Tho. opusc. 48. c. 14., seu ultimo prioris tractatus da interpretatione, seu enunciatione dicens, quòd quia termious consequentis necessariò in illis sequitur terminum antecedentis, *inde est, quòd omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa est impossibilis*, quod est idem ac dicere, quòd quia varitas conditionalis consistit in sequela, seu booitate conſ., de ratione autem bonæ consequentiæ formalis est, quòd nunquam possit in ea dari antacedens verum, & consequens falsum, quæ semel bona est, non potest esse mala, ac proindè, nec falsa.

Ex quo infertur, (ut statim dicebamus) propositionem conditionalem in vi illationis acceptam, si bona sit conseq. cognosci à Deo ut varam scientia omninò naturali, & si sit mala conseq., ut falsam, & ratio est, quia propositio necessariò vara est æternæ varitatis independentis à decreto libero divinæ volnntatis, & idem de necessariò falsa, ex qoo etiam constabit ad cogoscendas hujusmodi propositiones

quoad

quoad earum veritatem, vel falsitatem determinatam, seu determinatæ futuritionis prout formantur ante decretum non esse necessarium recurrere ad scientiam mediam, vel liberam, sed sufficere scientiam naturalem. Tum quia, ut etiam insinuavimus in initio disputationis, & iterum tangemus infra, cum sint de prædicato contingenti, si semel formantur ante omne decretum fit sensus in affirmativa, quod tale prædicatum sit de numero eorum, quæ rei necessariò conveniunt, vel independenter ab omni decreto, quod est necessariò falsum, & in negativa, quòd non est de numero eorum, quod est necessariò verum, unde omnis affirmativa prout sic, est necessariò falsa, & negativa necessariò vera, ac proinde objectum scientiæ naturalis, non liberæ, aut mediæ saltem materialiter, aut concomitanter, vel objectivè, aut connotativè connexæ cum decreto. Sed ad ampliorem hujus explicationem, vel intelligentiam.

Tertiò adverto ex Mag. Ledesma tom. de auxil. disputatione de scientia futurorum contingentium difficultate 2. dub. circa 4. arg. §. ad hanc dubitationem, non futurum dupliciter sumi, primò purè negativè, siva pro eo, quod non habet modum essendi futuri, quamvis illum habere possit, & in hoc sensu omnia possibilia, verè dici peterant non futura ante decretum divinæ voluntatis, quia nullum illorum habebat modū essendi futuri, ut patet ex superioribus. Secundò negativè contrariè, ita ut non solum dicat negationem modi essendi futuri, sed etiam determinationem ad non esse, quæ repugnat modo essendi futuri, sic dicuntur non futura omnia impossibilia, & in hoc sensu nullum ens possibile poterat dici non futurum in signo rationis antecedente decretum divinæ voluntatis, quia nullum sibi relictum habebat determinationem ad non esse, alioquin non potuisset Deus velle, quòd esset. Post decretum autem divinę voluntatis omnia entia possibilia, quæ decrevit Deus non producere dicuntur jam non futura in hoc sensu, quia supposito tali decreto habent determinationem ad non esse, & repugnat quòd sint, quamvis ex terminis, vel absolutè esse possint.

His præmissis resp. primò, quòd si conditionales propriè accipiantur in vi illationis, ut vult Vasquez, & est probabilius, affirmativa, ut dictum est, semper necessariò est falsa, & negativa vera, seu æternæ veritatis, quia affirmativa significat ex suppositione causæ liberæ sub talibus circumstantiis bene inferri effectum contingentem determinatè esse futurum, aut determinatè non esse futurum, quod est falsum, cum in illo signo nec sit dispositio ut sit, neque ut non sit, sed causa adhuc maneat sub omnimoda indifferentia, ut dictum est, negativa verò significat, neutrum inferri infallibiliter, quod est necessariò verum ex defectu ejusdem dispositionis, & ex indifferentia causæ, unde negativa non est quomodo cumque constans particula *non*, sed in qua præponitur particulæ *si* ut docent Vasquez disp. relata c. 3., & 4., & Toletus lib. 1. institutionum dialect. c. 21., cum sententia communi, & vera, & ideò utraque hæc est affirmativa, & falsa. Si Æva ponatur in Paradiso &c. peccabit, si Æva ponatur in Paradiso &c. non peccabit. Contradictoria autem prioris est hæc, non si ponatur peccabit, & contradictoria posterioris hæc, non si ponatur non peccabit, & utraque est vera: quòd autem negativa sit vera, nil juvat Authores argumenti, tum quia earum veritas, ut dictum est, per scientiam simpliciter naturalem cognoscitur. Tum quia ex illarum veritate non infertur effectum aliquem liberum determinatè esse futurum, vel determinatè esse non futurum ante decretum Dei, sed potiùs infertur oppositum.

Ex his etiam in forma poterat distingui primum antec. arg. principalis. Aliæ erant determinatè veræ, ut sunt objectum scientiæ naturalis conc., liberæ, vel mediæ nego. Præterquàmquod, ut vidimus, solvendum est, ut supra à Contrariis, in proprio decreto Dei pro eadem prioritate signi ante eius existentiam nostro modo intelligendi, cum de illo formari possint duæ similiter contradictoriæ in eodem signo, & supponi ejus eventus, & tamen neutra est determinatè vera, aliàs cognosceretur à Deo, qood fraquentiùs negant.

Sed dato etiam, quòd hujusmodi conditionales non accipiantur in vi illationis, sed secundum quandam concomitantiam, ut vult Suarez, nego antec. Ad primam probat. nego conseq. Nam sicut hæc disjunctiva, Æva peccabit, vel non peccabit est simpliciter necessaria, quamvis neutra illius pars sit necessariò futura, sed contingenter, ità pariter ut eadem disjunctiva sit determinatè vera non requiritur, quòd aliqua ejus pars, vera sit determinatè, sed sufficit, quòd repugnet utramque esse simul falsam.

Ad primam Confir., vel explicationem patet primò ex dictis esse iterum solvendam à Contrariis, nam etiam in opposita sententia, ut vidimos, in signo, in quo prævidetur sine auxilio prævisо per scientiam mediam absolutè intelligitur non esse operaturam, & tamen nec in eodem signo, & in nullo intelligi potest simul utrumque operatura.

Dicant ergo, quòd sicut in signo auxilii non prævisi intelligeretur suspensa, ità pariter in casu decreti non suppositi, vel de permittendo malo, si consensus malus sit, vel de producēdo illum, si bonus sit. Unde conc. antec. nego conseq. quia consensus voluntatis malus ex natura rei supponit decretum liberum Dei de permittendo illum ut malum, & de producendo illum in quantum ens est; consensus verò bonus supponit decretum, quo vult fieri vel absolutè, vel ex hypothesi aliqua, & idеò ante decretum Dei neutrum esset factura voluntas creata sub quavis hypothesi constituta, sed maneret suspensa sine omni actu. §. Sed licet etiam ex hoc, quòd Æva non posset simul utrumq; demus inferri, quòd alterum tantantum esset factura ante decretum Dei, non tamen quòd alterum determinatè præ alio, quia solum esset, vel intelligeretur indifferens, & indeterminata ad utrumlibet, & quodlibet divisim facere poterat, & ideò neutrum videri poterat, ut futurum determinatè. Quamvis revera cum illud posse, vel non posse facere, aut peccare ante omnem determinationem, vel decretum liberum Dei sit posse, magis pertinens ad lineam possibilitatis, quàm ad practicam, vel futuritionis, non solum non est visibile alterum determinatè, sed nullum, sive determinatè sive indeterminatè intrà hanc posteriorem lineam, unde perpetuò sunt hujusmodi instantiæ de subjecto non supponente.

Deindè ut propositio illa, si Æva ponatur &c. peccabit, vera esset determinatè ante decretum, non satis est, quòd in re ità eveniret, quia ut docet Aristot. Primo Perhier. C. ult. ibi amplius si est album &c. (ut exponunt D.Thom., & Tolet. cum antiquioribus

bus interpratibus) expresé efferit, ex eventu effectos contingentis non inferri, quòd propositio affirmans illum determinatè futurum vera sit toto tempore antecedente eventum, sed requirebatur ulteriùs, quòd jam in signo antecedentè decretum, determinaté esset futurum peccatum Ævæ, ut constat ex dictis. Per quod etiam patet ad secundam confir. §. Ad 2. verò prob. principalis ant. arg. poterat primò negari ant., quia licet propositiones conditionales accipiantur secundum concomitantiam, & non in vi illationis, semper tamen ad veram contradictionem requiritur, quòd in altera earum conjonctioni *si* præponatur negatio *non*, aliàs, ut rectè etiam advertit superior laudatus Mag., sæpè darentur duæ contradictoriæ simul falsæ, quia dum non præponitur illi, semper significatur partem posteriorem infallibiliter esse veram ex hypothesi prioris, quod planè est affirmare; & si hypothesis importet causam indifferentem ad utrumlibet, non minus est falsum, infallibiliter esse verum, quòd effectus erit, quàm quòd non erit. Si autem negatio conjunctioni *si* præponatur, significat non concomitari infallibiliter veritatem partis posterioris hypothesim prioris, & hoc est negare, & necessariò verum, dum hypothesis importat causam indifferentem.

Secundò respond. optimam esse solutionem datam, quæ est Phylos. loco proximè relato ubi, ut dictum est, ex professo probat ex propositionibus de futuro contingente absoluto neutram esse determinatè veram, aut determinatè falsam, neque in hoc erravit, ut vidimus, ob ignorantiam fidei, cum sit expressa D. Thom. lect. 13., & Tolet. ibidem, & supra etiam efficaciter ostensum est. Nam optimè stat quòd in sensu composito ex suppositione decreti relatè ad divinam voluntatem, & scientiam sint determinanté veræ, vel falsæ, (quod infertur ex principiis fidei,) & quòd secundum se ex natura extremorum, vel relatæ ad causam proximam indifferentem ad utrumlibet non sint tales, quod docet Phil. & est necessariò admittendum, ut probatum est. Tum quia, ut etiam dicebamus, alteram ex illis debere esse determinatè veram, alteram determinatè falsam pro quolibet instanti temporis, aut reali duratione, non infert debere hoc eisdem convenire in signo rationis, quod à nobis concipitur antecedere decretum liberum Dei, quia signum illud, ut dictum est, non est signum *in quo*, *sed à quo*, & ideo contradictio non exercetur in illo, sed in reali duratione, de quo latè suprà, & infrà de Trinitate.

Ad replicam nego mi. Ad probar. nego suppositum consequentis: nam in propositionibus illis contradictoriis affirmativa non enunciat peccatum esse determinatè futurum, nec negativa esse determinatè non futurum, sed utraque absolutè enunciat peccatum de subjecto, non exprimendo an determinatè, vel indeterminatè futurum sit, vel non futurum, & ideo neutra est determinatè falsa, sed negativa, quæ enunciat non futurum, si non futurum sumatur purè negativè, vera est indeterminatè cum indifferentia ad falsitatem, & affirmativa falsa cum indifferentia, & aptitudine ad veritatem, quia pro beneplacito divinæ voluntatis potest hæc reddi vera, & illa falsa.

Ad primam confirmationem nego cons. Ad probationem nego mi., quia esse determinatè veram, vel falsam, non emanat naturaliter, ut dictum est, ex essentia enunciationis de futuro contingenti, aliàs contingens non esset, sed per accidens ei convenit ex libera determinatione causæ ipsius effectus contingentis; est autem proprietas numeri esse determinatè parem, vel imparem; nam numerus, qui est par, non habet ab extrinseco, quòd sit talis, sed ex sua essentia, & similiter, qui est impar, ab intrinseco petit esse talem, nec est assignabile medium, vi cujus præscindere possit, unde repugnat dari numerum, qui determinatè par, vel impar non sit, id exigendo ex meritis sui, nec sint alia membra, in quæ petat dividi ex sui natura, nisi duo, tres, quatuor &c. quæ determinatè sunt paria, vel imparia; poterit tamen dari enunciatio, quæ determinatè vera, vel falsa non sit, quia cum enunciatio, vel propositio dicatur vera, vel falsa ab eo, quòd res, vel non est, & rem, vel effectum esse, vel non esse, præcipuè in contingentibus, haberi nequeat ex se ipso, sed à causa, necessariò expectanda est determinatio istius ad dandum illi esse, ut affirmari possit determinatè esse futurum, ac proindè ante omnem determinationem solum indeterminatè enunciari potest futuritio de illo, quæ planè videntur ex terminis manifesta.

Ad secundam nego m. ad primam probationem, nego antec. Datur enim medium, ut vidimus; nempè esse indeterminatè conformem, aut difformem, sicut in logicis ut dictum est, inter hæc duo esse per se incommunicabile, & esse per se communicabile, datur medium, nempè esse communicabile, vel incommunicabile per accidens, qua ratione, ut ibidem ostensum est, & innuimus suprà neutrum per se convenit naturæ humanæ, sed utrumque per accidens, unde sicut nulla est hæc consequentia, naturæ humanæ secundum se non est universalis, ergo secundum se est non universalis, nisi non universalis sumatur purè negativè, ut solum fiat sensus, quòd universalitas non conveniat illi secundum se consideratæ; ità nulla est hæc, enunciatio ante decretum, non est determinatè conformis, ergo est determinatè non conformis, nisi similiter non conformis sumatur purè negativè, ut sensus sit, determinatè esse conformem non convenire illi in eo signo; ex quo non infertur esse difformem, quia esse difformem, est esse non conformem negativè contrariè. Immò est veluti arguere à superiori diviso ad inferios, cum exclusione unius tantum ad positionem alterius, cum tamen plura sint membra, scil. tertium, ut ostensum est: & sic etiam prior illa consequentia; non potest utrumque facere, ergo alterum est determinatè factura, committit similem defectum à non restricto ad restrictum, vel a confusa ad determinatam.

Ex his etiam fit satis ad aliam probationem desumptam ex altera regula dialectica; nego enim suppositum consequentis, quòd altera sit affirmativa, & altera negativa, intacta manente particula *si*, sed utraque est affirmativa, & falsa, ut dictum est, quia neutrum determinatè inferri potest non assignato, nec assignabili principio ante decretum, ex quo inferri possit determinata futuritio, vel non futuritio, ac proindè nec conformitas, aut non conformitas, sumpta hac negativè contrariè. §. Deindè admisso etiam, quòd altera esset negativa, tunc dicimus, juxtà superiore, regulam illam intelligendam esse, de negativa, vel prædicato infinito, purè infinitè, vel negativè sumpto, non negativè contrariè, quia prout sic non præcisè importat, ut dictum

est;

est, negationem conformitatis, sed cum contrarietate, seu exclusione determinatæ conformitatis, quod est de subiecto non supponente in signo ante decretum, cum nulla sit determinatio, nec possit esse ante illud; unde solum potest inferri purè negativa, seu de prædicato infinito purè negativè sumpto, nempè quòd est non conformis, vel quòd non peccabit ad hunc sensum, quòd non conformitas, vel non futurum peccatum inferri quidem possit, sed non determinatè, vel infallibiliter: cui non obstat eventus peccati, quia hìc regulatur penes instans, vel signum post decretum, unde post istud eadem negativa erit falsa, quia jam est determinatio, ut ponatur.

Sed adhuc instas. Nam ex eo quòd in nullo signo possint simul esse veræ, vel falsæ sequitur, quòd pro omni, altera sit vera, & altera falsa, ergo in omni debet ut talis cognosci à Deo; prob. antec. Quia eo ipso, quòd sic pugnant, debent habere id, in quo, vel per quod sic pugnant, ergo si in omni sic pugnant in veritate, & falsitate, debent hanc habere in omni. §. Urg. hoc. Nam si solum pugnarent indeterminatè, idest si solum essent indeterminatè veræ, & indeterminatè falsæ non pugnarent in veritate, & falsitate ergo. Prob. antec. Quia in eo, à quo duo præscindunt, invicem non opponuntur, ergo si solum essent indeterminatè veræ, vel falsæ, ac proinde determinatè præscinderent à veritate, & falsitate, neutram in illo signo determinatè exigendo, non pugnarent in veritate, & falsitate.

Respond. ad instantiam, iterum dist. ut supra antec., altera esset vera determinatè, vel indeterminatè, conc., determinatè nego, vel subdistin., ut sunt objectum scientiæ naturalis, vel simplicis intelligentiæ, transeat, vel conc., liberæ, vel mediæ, nego. Solutio, vel distinctio patet ex dictis. Ad prob. dist. antec., debent habere id, in quo pugnant, & eo modo, quo pugnant, conc. aliter nego: habent ergo id, in quo pugnant, sed eo modo, quo pugnant, & juxtà meritum, & capacitatem sig i, in quo pugnant, nam cum sit signum antecedēs omnem determinationem liberā, à qua omninò dependet veritas, vel falsitas determinata in ratione futuri, secundum quam correspondet illud, seu consideratur ut objectum scientiæ liberæ, vel mediæ, impossibile est in isto habere determinatam veritatem, vel falsitatem ante illam, nisi velimus effectum esse independentet à sui causa, vel principio, quod non est assignabile nisi extrinsecum respectu prædicati contingentis, vel non convenientis ex natura rei, ut ostensum est, & patet ex terminis; quidquid sit, si referantur ad scientiam naturalem, vel simplicis intelligentiæ, nam prout sic ob eandem rationem, quòd nempè prædicatum sit extrinsecum, seu potens convenire, & non convenire, & eadem scientia respiciat prædicata necessaria, & propositiones æternæ veritatis, ut dictum est; affirmativa est necessariò falsa, & negativa necessariò vera, ut explicatum est.

Ex his respondetur ad confirmationem, nego absolutè antec., quia semper pugnant juxtà utramque distinctionem datam. Ad probationem similiter dist. claritatis gratia antec. In eo, in quo præscindunt, & eo modo, quo præscindunt conc. aliter nego, nam in eodem signo ut potè incapaci veritatis, vel falsitatis determinatæ ante omnem determinationem, & intra lineam futuritionis, ut modo de illis loquimur, præscindunt ab utraque pro- ut sic, & tunc etiam non opponuntur in veritate, & falsitate, scil. determinata, sed utraque est capax illius juxtà determinationem causæ, vel decreti, unde nec sunt prout sic contradictoriæ, quia habent medium, ut dictum est; quamvis semper retineant oppositionem quoad simultaneam veritatem, & falsitatem, quia nunquam possunt simul esse veræ, vel falsæ, quæ est præcipua lex, vel natura contradictoriarum, sicut & adhuc pugnant in eodem signo quoad aliam habitudinem ad scientiam naturalem, sed utraque hoc modo non præscindunt, sed magis petunt ex eadem lege contradictionis, & natura etiam prædicati contingentis non posse præscindere à veritate. & falsitate etiam determinata, quia altera necessariò, ac proindè determinatè est falsa, & altera vera; nisi velimus etiam dicere, quòd secundū alteram habitudinem ad scientiam liberam, vel mediam adhuc præscindūt in veritate, & falsitate conditionalit r, ad hunc sensum, quòd si in eodem signo altera esset determinatè vera, altera esset determinatè falsa ob eandem legem, quòd non possunt simul esse veræ, vel falsæ. Placuit paulò prolixiùs hoc argumentum examinare, ac diluere, quia etiam plus nimiò videntur illud magnificare Contrarii, & ut radicitùs quoad utrumque sui fundamentum ex eventu, & lege contradictoriarum evelleretur.

Secundò arguitur prosequendo præcedens ad ampliorem ejus solutionem. Res dicuntur futuræ, vel non futuræ ex eo, quòd aliquando habebunt unam de in esse veram, vel quia aliquando verificabitur, quòd sint, vel non sint, ergo illæ, de quibus verificabitur, quòd aliquando sint de præsenti, jam habent ante tale tempus futuritionem, & de aliis, quòd non habent, ergo antequam Deus quidquam decernat circa illas certò, & infallibiliter cognoscit habentes futuritionem.

Ad hoc patet primò ex dictis verè aliquando dici de aliquo, quòd est futurum, de quo tamen non verificatur eventus, ut in exemplis adductis tum ex Sacra Scriptura, tum in aliis apud D. Thom. manifestè constat. Tum quia ut dictum est, non eventus futuritionem, sed futuritio præcedit eventum, unde non est penès istum regulanda, & maximè à priori, ut modo inquirimus. Licet ergo de quocumque verificatur eventus, debuit priùs verificari futuritio, non tamen pro omni signo, sed tantum pro eo, in quo est determinatio in causa, vel decreti ad dandum esse effectui, quia prædicatum liberum, & contingens non oritur, ut dictum est, ex habitudine terminorum, vel ex natura rei, ut sunt necessaria, sed ab aliquo principio extrinseco determinato ad dandum tale esse. §. In forma ergo dist. antec. si lii ex eo dicat signum à posteriori supponens futuritionem rei conc., si causam, vel rationem à priori, nego, quia non ex eo effectus est futurus, quia evenit, sed magis è contrà, unde dum aliud non assignant ut rationem futuritionis nisi eventum, omittunt causam illius, & petunt principium.

Secundò respondetur (& ferè coincidit cum præcedente) dist. primum consequens, si lii *ante* determinet signum antecedens decretum, sive in quo nondum est determinatio ad dandum, vel non dandum esse, nego conseq., aliàs assignaretur effectus non assignata causa: si dicat signum, in quo jam est determinatio de præsenti, ut aliquando sint, vel ut aliquando non sint conc., sed istud est signum de-

creti; unde non infertur, quòd ante illud possit altera cognosci determinatè ut futura, & altera non, sed solum eodem supposito, & in priori ad illud tantum indeterminatè, & disjunctivè, & adhuc etiam possibiliter tantum, sive intrà lineam possibilitatis non futuritionis, quæ utpotè prædicatum liberum, vel contingens admitti nequit ante omnem determinationem causæ, vel divini decreti.

Sed instas primò: si verbum *erit* in hac propositione Antichristus *erit*, significat aliquid jam de præsenti, scil. determinationem, ut Antichristus aliquando sit, magis erit propositio de præsenti, quàm de futuro; enunciatio enim alicujus de præsenti constituit propositionem de præsenti, consequens est falsum, ergo nihil determinat de præsenti ex parte causæ, vel decreti. §. Secundò, & urgentiùs; si eadem propositio importaret determinationem de præsenti, esset determinatè falsa, & negativa illius contradictoria, determinatè vera, consequens non admittitur à Thomistis, cum fateamur omnes neutram in eodem signo esse determinatè veram, vel falsam, ergo; prob. me. Quia enunciat determinationem de Antichristo aliquando extituro, nondum pro illo signo affirmabilem, ergo est falsa determinatè, & negativa vera.

Ad 1. nego sequelam, Ad prob. annexam dist. Alicujus de præsenti convenientis subjecto in se ipso, vel jam existenti conc., in sola determinatione causæ, sive ut tantum extituro nego, nam licet de præsenti importet determinationem, vel futuritionem, quæ supponuntur in eodem signo, existentiam tamen Antichristi non enunciat pro eodem signo, ut convenientem illi in se ipso, sed in sola determinatione causæ, propositio autem dicitur de præsenti, non prout de præsenti enunciat existentiam rei ut cunque, sed ut convenientem illi de facto in se ipsa, & non præcisè pro signo determinationis, ut aliquando conveniat, unde enunciatio est quidem de præsenti, sed propositio nihilominus est de futuro juxta meritum convenientiæ prædicati respectu subjecti, quæ in casu est tantum de futuro, sicut enim propositio dicitur vera, vel falsa ab eo, quòd res est, vel non est, ita pariter dicitur de præsenti, vel de futuro ab eo, quod existere rei est iam de præsenti, vel solum determinatum est, ut aliquando ponatur.

Ad 2. patet ex dictis, quòd in signo ante omne decretum, in quo solum possunt formari propositiones æternæ veritatis, & ut solum cognoscibiles per scientiam naturalem, cum sit signum prædicatorum necessariorum, si semel formantur de prædicato contingenti, affirmativa necessariò est falsa, & negative necessariò vera, aliàs dum dicimus Antichristus erit, non solum esset propositio vera, sed veritate æterna etiam pro eodem signo, unde nunquam posset falsificari, nec oppositum liberè determinari, quod est alienum. Tum quia, ut dicebamus, fieret sensus, quòd tale prædicatum esset de numero necessariorum, quod est necessariò falsum, & ex opposito in negative, quòd non est de numero eorum, quod est necessariò verum. §. Neque hujus oppositum docent Thomistæ, nam quando negant alteram esse determinatè veram, alteram falsam, non loquuntur de illis in hoc sensu, sed secundum quòd fit quæstio, cum Adversariis, sive secundum quòd sunt objectum scientiæ mediæ, vel liberæ j[illegible] ratum futuritionis, & quia intra istum antevertendo omne decretum, vel in signo totius indifferentiæ, sive adhuc manente causa æque indifferente ad utrumlibet, impossibile est alterum determinatè affirmari, ut patet ex terminis, ideo constanter, & meritò negant alteram prout sic esse determinatè veram, & alteram falsam.

In forma, ergo dist. ma. si importaret in signo antecedente decretum conced., supponente illud sub dist. juxta meritum illius conc., aliter nego, unde si supponatur decretum de dando esse, tunc affirmative est determinatè vera, & negativa falsa; vel è contra si supponatur de non dando, vel de non concurrendo. Quamvis etiam dici poterat, ut supra, quòd quia inter prædicata divina, facta adhuc comparatione inter absoluta, & libera non datur prioritas signi in quo etiam rationis, semper in omni hujusmodi signo una sit determinatè vera, & altera falsa, sicut & pro quolibet instanti temporis, aut reali duratione, hinc tamen non infertur debere hoc convenire eis in signo rationis, quod à nobis concipitur antecedere decretum liberum Dei, quia illud non est signum, vel instans in quo, sed à quo, & ideò contradictio non exercetur in illo, sed in reali duratione supponente decretum.

§. XIII.

Impugnantur alii modi dicendi supra relati.

TErtia Conclusio. Alter etiam modus dicendi P. Herice non est sufficians ad salvandam certam, & infallibilem cognitionem futurorum contingentium. Conatur ille Author, ut vidimus, salvare hujusmodi cognitionem, seu scientiam mediam, circuitu magis, ni fallor, quam pondere rationis, dum ait, propositiones de his conditionatis contingentibus non affirmari à se ipsis pro omni signo rationis antevertente omnem determinationem causæ, sed pro omni instanti reali, comprehendente etiam signum posterius rationis, in quo jam intelligitur existere in voluntate actum, aut negationem ejus, & tunc etiam supponi aliquod decretum Dei, cùm impossibile sit poni aliquid creatum independenter à divina voluntate, sed illud non est efficax, aut prædeterminans ut supponunt Thomistæ, sed tantum voluntas, & concursus sufficiens, ut hæc futura accipient existentiam, seu voluntas attemperata naturæ voluntariis cooperans, & adjuvans illam, & admittens consortium principii indifferentis, unde magis se habet per modum termini dependentiæ horum futurorum, quàm medii manifestativi veritatis eorum.

Cæterum hic modus videtur magis destruere, quàm promovere suam scientiam mediam, quia ut rectè etiam ponderat Mag. Ferre hic tract. 6. quæst. 6. §. 3. in signo præcedente omnem determinationem causæ indifferentis non possunt formari propositiones prædictæ ut certò cognoscibiles, ut idem explicat, & patet ex dictis, cum in eodem signo totius indifferentiæ non habeant, nec intelligi possint habere determinatum fore, nisi velimus habere ex merito ipsius indifferentiæ, quod repugnat in terminis, Tum quia non esset necessarium recurrere, aut extendere priùs illud instans ad omne instans reale, vel posterius rationis, si in eodem priori intelligeretur

præhe-

præhabere illud, ac proindè nequeant in illo esse objectum scientiæ infallibilis, vel mediæ. Sed neque etiam in posteriori signo possunt esse objectum illius, cum in isto supponatur voluntas conjuncta cum actu, aut negatione ejus, ac proindè quòd habeant esse in se ipsis, quod magis est esse objectum scientiæ liberæ, quàm mediæ, prout ipsi eam contendunt, scil. ut exploratricem veritatis in statu futuritionis eorum, non prout jam habent esse. Nam ut certò, & infallibiliter cognoscãtur ut jam habent esse, non est necessarium recurrere ad tot modos dicendi, sive ad supercomprehensionem, ad naturam contradictoriarum, ad infinitatem scientiæ immediatè penetrativæ veritatis objectivæ, ad jus libertatis, & ad alios hujusmodi, ut per se patet, sed sufficit scientia visionis, seu libera distincta ab eadem media.

Ex his etiam prob. conclusio. In priori signo non sunt certò, & infallibiliter cognoscibilia, ergo neque in posteriori; prob. cons. Nihil assignatur juxta hunc modum in posteriori, per quod magis reluceat eorum veritas, quàm in primo, ergo. Prob. ant. Quia nullum etiam in isto superadditur determinativum indifferentiæ causæ, nam decretum superadditum tantum adjuvat, non determinat, ut ipse ait, voluntas verò creata in omni signo futuritionis est perpetuò indifferens, ut ipsi contendunt, ob metum libertatis amittendæ, ergo nihil assignatur, per quod magis certò possit relucere consensus, quàm dissensus, nisi iterum velimus, quòd ex causa, & principio indifferenti ut tali magis oriatur unum, quàm aliud, aut ex merito ipsius indifferentiæ, quod manifestè repugnat.

Dices ut supra, ita esse, quòd ex causa indifferenti indifferentia orta ex defectu virtutis non possit unum determinatè oriri præ alio, secus verò orta ex dominio, & jure libertatis. §. Sed hæc solutio late in superioribus impugnata est. Nam dominium, aut jus libertatis ante conjunctionem voluntatis cum actu nullam omninò importat determinationem in illa, ut supponitur apud ipsos ob metum ejusdem libertatis, sed tantum virtutem se determinandi sine indigentia alterius prædeterminantis, et hoc non facit esse unum determinatè præ alio volitorem, aliàs non esset æque indifferens ad utrumque, ergo ex quocunque oriatur indifferentia, nunquam poterit in signo istius magis apparere unum, quàm aliud.

Explic. hoc. Discrimen inter indifferentiam ortam ex dominio, vel jure libertatis, & ortam ex defecto virtutis non consistit in hoc, quòd prior afferat aliquam determinationem in causa, & altera non, sed quòd illa supponat in eadem virtutem, qua possit se determinare, & altera non, ergo quamdiu causa manet in signo indifferentiæ, sive hæc oriatur ex jure libertatis, sive non, non magis est determinata ad unum extremum, quàm ad aliud, quidquid sit an ex eodem jure possit sic esse determinata sine indigentia alterius prædeterminantis, sed tantum concurrentis, & adjuvantis, ut ipsi dicunt.

Secundò impugnatur ex doctrina ubi supra D. Th. Nulla causa secunda libera operatur præcisè ut libera, & indifferens, sed etiam ex defectu virtutis, ergo si ex causa indifferenti indifferentia orta ex defectu virtutis nequit oriri determinatus effectus, ex nulla secunda poterit iste oriri in signo indifferentiæ ejus, ac proindè nec certò, & infallibiliter cognosci. Prob. ant. Quia nulla in universum, utpotè potentialis, est ex se in genere operandi necessitatem habens, idest, nulla ex se habet necessariò omnem perfectionem debitam in actu secundo libertatis, ut explicatum est ex D. Th. qu. 19. relata infra ar. 3. ad 5., sed tantum potentialiter, vel contingenter, & impedibiliter se habet, ac proinde cum indigentia exterioris determinantis ad effectum, aliàs esset actus purus in hac linea libertatis, si semel ex se haberet hanc necessitatem, seu perfectionem se determinandi independenter ab exteriori determinante, hoc enim est proprium Dei, ut docet ibi D. Thom., & meritò, tum quia hoc est primò se determinare, quòd soli Deo tribui potest, utpote excludens independentiam ab alio in hoc genere, quod soli Deo in eodem, & in quocunque convenit. Tum quia, (& præoccupatur solutio) non est satis ad salvandam hanc dependentiam in causa creata, quòd sine aliquo concursu illius operari non possit, quia ut supra, & alibi dicebamus, etiam Deus respectu actionis nostræ vitalis, utpotè essentialiter dependentis à principio intrinseco, concurrere nequit sine concursu nostro, nec tamen ex hoc fit dependens à nobis in operando.

Quòd si dicas causam secundam accepisse etiam virtutem ad operandum, & ideò posse in illa salvari hanc dependentiam. §. In contra est, quia communiter fatemur contra Durandum, ut alibi explicatum est, id non sufficere ad salvandam eandem dependentiã in operando, & ideo ipsi etiam assignant aliquem Dei concursum actualem, & meritò iterum, quia hoc, quod est accipisse virtutem convenit cuilibet causæ, sive operanti, sive non, ergo non facit præcisam dependentiam in genere operativo.

Tum quia adhuc restat difficultas respectu operationum supernaturalium; nam jus libertatis, & virtus accepta conveniens, & proportionata causæ secundæ liberæ non est ad operandum supernaturaliter, ergo sine indigentia exterioris determinantis in signo indifferentiæ nequit in illa intelligi ex eodem jure determinata habitudo ad unum præ alio in hoc ordine, cum sit de subjecto non supponente.

Ex quo etiam manet impugnatus superior ille modus dicendi P. Theophili Reynaudi, Deum namque cognoscere idem futurum explorando sua scientia media, quid esset factura voluntas nostra in his, vel illis circumstantiis, si se sola absque divino concursu agere posset. §. Repugnat namque videre creaturam operaturam sine aliquo influxu Dei, vel independenter ab illo. Perinde enim esset, ac videre creaturam operaturam, & non operaturam, cum sit essentialiter agens secundum, & consequenter non solum in essendo, sed etiam in agendo dependens indispensabiliter ab influxu primi, sicut enim Deus, quia est ens à se, & primum, implicat, quòd sit, vel operetur dependenter à secundo, unde si aliter esset, vel operaretur, aut intelligeretur esse, vel operari, intelligeretur esse, & non esse, vel operari, & non operari ut Deus, sive ut ens, & agens primum, vel à se, pariter implicat creaturam, quia est ens ab alio & secundum, vel per participationem, intelligi esse, & operari independenter ab influxu divino, aliàs intelligeretur esse, & non esse, vel operari, & non operari, ut creatura, sive ut ens, & agens secundum, vel per participationem ab alio. Etenim si voluntas nostra ut habet adjunctum concursum simultaneum, & ut sub est motioni, & gratiæ moraliter excitanti nequit esse medium certò manifestativum actuum ejus liberorum, ut proximè insinuatum est, & patet ex dictis supra contra Molinam, & adhuc poterit

terit

terit infra conſtare, à fortiori eſſe non poterit nudè, & ſolitariè ſumpta, ſeu deſtituta omni concurſu divino.

Quarta concluſio. Alter etiem modus P. Eſparzæ ſalvere nequit certam, & infallibilem cognitionem futurorum ante omne decretũ, vel determinationem divinæ voluntatis, ſeu non poſſe iſta certò cognoſci in divina eſſentia ut præcontinente, vel ut determinata à libero arbitrio, non nudè, aut præciſivè ſumpto, ſed ut eminenter præcontento in illa cum omnibus actibus ſibi poſſibilibus, & à ſe liberè eliciendis in quacunque occaſione inveniatur, cum ſolis auxiliis ſufficientibus, ut explicet idem tom. 1. hic qu. 18. ar. 13. Pro quo notat, quòd antequam liberum arbitrinm ſe determinet ſub hac, vel illa hypotheſi jam prout in Deo præcontentum intelligitur conjunctum cum omni actu, ad quem in ſe ipſo determinatum eſt, unde eſſentia divina præcontinens, & repræſentans per modum ſpeciei expreſſæ omnem illum actum, ad quem in tali, vel tali occaſione determinebitur, objectivè determinatur ad repræſentandum unum præ alio, & ita Deus unum præ alio cognoſcit ante omnem ſui determinationem, hoc prænoteto.

Prob. ex dictis, (nam videtur impoſſibilia afferere.) Implicat liberum arbitrium creatum repræſenteri ut conjunctum cum ſuis actibus liberis ſub conditione futuris Deo non intellecto, ut conjuncto cum liberis ſuis, ſed ante omne decretum nequit intelligi Deus ut conjunctus cum ſuis, ergo nec liberum arbitrium repræſentari conjunctum cum liberis ſuis. Minor eſt certa cum decreta ſint actus liberi Dei: ma. verò prob. Quia nequit liberum arbitrium exiſtere ſic conjunctum, Deo non ſic conjuncto, ergo nec repræſentari; conſeq. tenet, quia nequit repræſentari aliter, quàm ſit futurum, aut poſſibile exiſtere. Antec. verò prob. Quia omne exercitium creatum eſſentialiter dependet à libero exercitio Dei, cum ſit ejus participatio, niſi velimus aliquid poſſibile eſſe in re independenter à Deo liberè volente illud, quod eſt alienum ergo.

Explic. hoc. Quia intelligibile eſt exercitium cauſæ ſecundæ in quacunque hypotheſi ponendum, Deo non vidente ſe ipſum concurrere cum illa ſaltem ſimultaneè; ſi ponatur hypotheſis, nam impoſſibile eſt, quòd creatura concurrat, Deo non concurrente, ut fatemur omnes, at non poteſt Deus ſic ſe ipſum videre non ſuppoſito ſui decreto, ergo præfata exercitia ſub conditione futura indigent aliquo Dei decreto actu exiſtente in illo. Prob. mi. Quia Deus non hebet ſcientiam mediam, ut ſuppono, & conſtat ex dictis, de ſuis actibus liberis, ergo ut videat ſe in tali occeſione concurrentem, ſupponendum omninò eſt decretum ejus abſolutè concurrere, ſi purificaretur conditio, aliàs eſſet ſimiliter explorandus concurſus per eandem ſcientiam, ſicut dicunt explorari illum creaturæ independenter à decreto. Unde nullo modo verificeri poteſt talis contineotia cauſæ ſecundæ conjunctæ cum ſuo libero exercitio ante omne decretum, ac proindè nec repræſentari, & certò cognoſci ante illud.

Secundò prob., & urg. præcedens ratio. Eſſentia divina ante omne decretum nequit determinatè repræſentare actus liberos abſolutos voluntetis creatæ, ergo nec liberos conditionatos. Antec. admittitur à P. Eſparza Authore hujus modi, ne eadem repetamus. Conſeq. verò prob. Tum quia eſſentia divina non minus eminenter continet abſolutos, quàm conditionatos. Tum quia ideo nequeunt ſic priores repræſentari ante omne decretum; quia omnia principia ante illud ſunt indifferentia, nam etiam liberum arbitrium, ut præcontentum indifferens eſt, neque in illo ſtatu intelligi poteſt, quòd à ſe ipſo intrinſecè determinetur, ut patet ex dictis, & hæc eſt ratio à priori, quare nullo modo ſit potens objectivè determinare illam ad hoc potiùs, quàm ad illud repræſentandum; ſed eadem indifferentia gaudet reſpectu conditionatorum, ut iterum patet ex dictis, ſi velint immonem libertatem creatam juxta propria principia, ergo ſi nequeunt determinatè repræſentari priores, nec poterunt poſteriores.

Dices ex eodem eſſe latum diſcrimen, quòd prima repræſentatio ex parte objecti importat aliquas imperfectiones, à quibus præſcindit ſecunda, nam abſolutè futurum nequit repræſentari non repræſentata exiſtentia rei de facto in determinato loco, & tempore, vel preciſivè ab his imperfectionibus, nam futurum abſolutè illas determinatè concernit, cum verò eidem non conveniant, ut eminenter præcontento in divina eſſentia, ſed prout eſt extra illam, hinc ſit, quòd liberum arbitrium ut eminenter contentum in Deo non eſt ſufficiens ad hoc, quòd divina eſſentia repræſentet futurum abſolutè antequam exiſtat in ſe; cæterum poſterior repræſentatio, ſeu futuri conditionatè, ſive ſub conditione præſcindit ab illis ex parte objecti repræſentabilis, quia non exigitur quòd in re de facto ſit ponenda hypotheſis, & res ſub illa, ſed quòd non ſtet illam poni, & non poni effectum pendentem ab illa, v. g. poni vocationem Petri, & non poni converſionem illius, quid quid ſit, quòd ſit de facto ponenda, vel non ponenda, ab hoc enim præſcindit, & ſatis eſt illi, quòd non verificetur poni unum altero non poſito, unde optimè poteſt liberum arbitrium ſic præcontentum determinare eſſentiam ad repræſentationem hujus futuri præciſivè ab omni imperfectione ex parte illius, ut repræſentabilis.

Sed contra hoc eſt, quia ut rectè etiam ponderat hìc Mag. Ferre. Sicut in futuro abſoluto ex parte objecti repræſentabilis eſt imperfectio, ſeu determinatio temporis, & loci, ita in conditioneto eſt determinatio abſoluta infallibilis connexionis inter hypotheſim, & eventum, ſeu inter vocationem v.g., & converſionem, ità de facto, vel de præſenti convenientem futuro, quòd potuerit non convenire, ſicut de facto determinatio loci, & temporis, ita convenit futuro abſoluto, quòd potuerit non eſſe, vel non convenire, ergo ſi hac ratione nequit fieri repræſentatio abſoluti ante omne decretum, nec poterit eſſe altera conditionati ante illud.

Explic. hoc. Quia ut ſcientia media, ſeu cognitio veritatis conditionati, ſi nempè Deus vocaverit Petrum, Petrus convertetur, ſit certà, & infallibilis, neceſsè eſt, ut Deus de facto videat talem adeſſe connexionem inter vocationem, & conſenſum, ut non ſtet poni illam, non poſito conſenſu, ergo ſicut futuro abſoluto de facto, & de præſenti convenit determinatio loci, & temporis ſupponens omninò decretum ad illius repræſentationem, pariter determinatio infallibilis connexionis inter hypotheſim, & eventum, de facto, & de præſenti convenit futuro conditionato ſupponens pariter decretum ad ejus repræſentationem. Et planè determinatio iſta nequit dici purè poſſibilis, aliàs non caderet ſub obje-

objecto scientiæ mediæ, nec purè futura, nam ex vi illius modo de præsenti affirmatur eventus in suppositione impletæ conditionis, ergo est de facto, & de præsenti, quidquid sit de hypothesi, vel eventu, quòd sit quid futurum, sicut supra dicebamus de futuritione effectus, quòd futuritio est de præsenti, licet effectus, vel res futura nondum sit.

Quòd si dicas ante determinationem non esse imperfectionem, sicut est determinatio loci, & temporis. §. In contra est. Tum quia hoc etiam dato non stat modo de facto, & de præsenti esse, non supposito decreto, ex vi cujus sit, hac enim etiam ratione determinatio loci, & temporis supponit decretum, nec potest convenire ante illud, quia jam de præsenti est respectu futuri absolutè, non enim (ut vidimus) intelligi potest aliquid de præsenti esse extra statum possibilitatis independenter à decreto, nisi iterum velimus creaturam se ipsa extrahi ab illo independenter à Deo, quod est alienum.

Secundò, quia nequit sic esse de facto, & de præsenti extra eundem statum, & esse sine omni imperfectione, nam sic esse extra illum, est ita esse, quòd potuerit non esse, præcipuè per modum accidentis, ac proindè potentialiter, vel imperfectè. Tum quia ex eo determinatio loci, & temporis importat imperfectionem ex parte objecti repræsentabilis, sive futuri absoluti, quia sunt accidentia ejus, de facto illi convenientia, ac proindè quid diminutum, vel imperfectum, aut deficiens in ratione entis; sed etiam determinatio connexionis infallibilis, sive inseparabilitas est accidens futuri conditionati, ergo dicit imperfectionem.

Explicantur hæc omnia. Ante omnem futuritionem, sive in statu puræ possibilitatis, non erat hæc determinata inseparabilitas inter hypothesim, & eventum, seu inter vocationem, & consensum, ut supponimus, & patet ex dictis; post modum verò per scientiam mediam explorat, & invenit adesse, aliàs certò non cognosceret existentiam eventus, vel conversionis, data, vel purificata hypothesi, ergo si quia futurum absolutum importat determinationem accidentis loci, & temporis est irrepræsentabile ante omne decretum, pariter conditionatum, quia importat alteram accidentis inseparabilitatis erit irrepræsentabile ante illud, ac proindè sicut liberum arbitrium ob priorem determinationem, nequit ante omne decretum determinare essentiam divinam ad repræsentationem futuri absoluti, nec poterit ob posteriorem determinare illam ad repræsentandum conditionatum ante illud.

Urg. hoc, nam ex eo divina essentia juxta Authorem hujus modi per modum speciei expressæ habet repræsentare futurum conditionatum ante omne decretum, quia virtute liberi arbitrii in illa tanquam in causa præcontenti habet repræsentare hoc, quòd data hypothesi collationis auxiliorum sufficientium Petro in tali occasione constituto, non dividentur in re hæc auxilia ab ejus conversione, at non potest sic repræsentari, & certò cognosci non supposita determinatione hujus indivisibilitatis, aut inseparabilitatis ergo. Prob. mi. Quia nequit hæc inseparabilitas haberi ex vi auxiliorum, aut liberi arbitrii in signo antecedente omnem determinationem, aut liberam electionem suæ conversionis, neque est aliud assignabile præviè ad omne decretum, ergo; prob. ant. Nam auxilia sunt indifferentia, liberum etiam arbitrium est in signo indifferentiæ, quidquid sit, quòd collatis his auxiliis indifferentibus nulla præcedante in Deo prælectione conversionis sui, sit se determinaturum jure suæ libertatis, aut primò electurum cum illis conversionem suam, in quo statuunt objectum scientiæ mediæ, ergo nullo supposito decreto, aut absoluta inseparabilitate extremorum supponente illud, non poterit sic repræsentari futurum conditionatum, aut certò cognosci, nam parum refert, quòd liberum arbitrium eminenter contineatur cum omnibus suis actibus in divina essentia, & quòd jure libertatis dicatur habere vim collatis auxiliis in tali occasione, se liberè conjungendi, aut primò eligendi suam conversionem, ac proindè determinandi divinam essentiam ad repræsentationem suæ conversionis, & tunc certò cognosci à Deo: difficultas tamen est quomodo in signo totius indifferentiæ ejus, seu præviè ad omne determinatum sui exercitium consensus, vel dissensus, (quod tunc solum indifferenter continetur ut supponimus, nisi velint in illo admittere aliquam determinationem ante consensum, quòd est recedere à propriis principiis, ut dictum est,) possit haberi talis repræsentatio, & certa cognitio. Tota namque illorum collectio solum potest indifferenter objici, unde nequit eadem scientia explorari, quòd in tali objecto adhuc non est, & consequenter, nec ex vi suæ infinitatis, (ad quam alii recurrunt) penetrare poterit, cum sit de subjecto non supponente. Immo videtur mirum, quòd cum D. Thom. infra qu. 19. ar. 8. ad hanc infinitatem efficaciæ divinæ voluntatis his de rebus disputans recurrat, illum audire nolint, & modo ipsi eam eligant, ut salvent penetrationem rei impenetrabilis. His ergo modis dicendi magis videntur destruere, quàm ædificare scientiam mediam, cum magis destruere videantur ejus objectum, quàm statuere.

Dices tamen ad hæc omnia, & præcipuè ad proximam explicationem, quòd ideò futurum absolutum habet repræsentari, aut certò cognosci post decretum, quia cum in statu absoluto Deus jam prævideat per scientiam mediam, quibus auxiliis voluntas convertetur, utpotè datis ex voluntate efficaci convertendi illam, potest Deus velle, aut se determinare ad volendum conversionem illius, antequam voluntas aligat illam, cæterum in statu conditionato, cum nec sic dentur, nec ex se sint efficacia, & determinata ad inferendam conversionem, sed sufficientia, debet priùs explorari, quid sit voluntas electura. Unde rectè potest hæc ut eminenter præconteuta in divina essentia sufficienter determinare illam in hoc statu ante omne decretum, ad repræsentationem, & cognitionem suæ conversionis per eandem scientiam sic exploratam, & invenientem prædictam indivisionem unius ab alio collatis auxiliis in tali occasione, & Petro liberà eligente pro sui libertate conversione sui. §. Sed hæc solutio non evacuat vim replicæ factæ. Nam si auxilia sunt indifferentia, nec dantur ex voluntate efficaci convertendi illum, unde potest voluntas in signo indifferentiæ explorari, quòd sit magis electura consensum, nisi recurramus ad aliquam determinationem inclinantem ad illum, sive jure suæ libertatis habitam, sive aliundè, aut ab exteriori principio, quæ iterum in eorum principiis supponi non potest salva libertate, nam ab illa sic indeterminata, & indifferenti nequit exire unum magis, quàm aliud, nisi exeat ex vi ipsius indifferentiæ, quòd ferè repugnat in terminis, nec sit major ratio, quòd magis exeat unum, quàm aliud, ut

ut probatum est, ergo perseverante hoc signo, & ante omnem determinationem, vel decretum antecedens consensum nunquam poterit fieri hæc determinata repræsentatio, & haberi certa cognitio sivè in statu absoluto, sivè in conditionato, quidquid sit ut dictum est, an possit deindè voluntas se determinare; tamen ante actualem consensum, vel determinationem, nunquam poterit apparere unum extremum præ alio, aut ab eadem prout sic ante illom determinari essentia divina ad unum præ alio repræsentandum. Nam modo difficultas est, in quo medio possit explorari, aut relucere iste consensus ante sui elicientiam, cum omnia ante illam sint indifferentia, & in voluntate sic perseverante in sui indifferentia ante illam, quomodolibet explorata, non sit talis consensus, nec determinata inclinatio ad illum, sed tantum jus se determinandi, aut liberè eligendi, quod non tollit eandem indifferentiam, unde nihil hactenus assignatur, aut assignari potest salvis eorum principiis, nisi nobiscum deveniant ad aliquam præviam determinationem, aut decretum, quod legitimè possit concludere eorum intentum, seu certam repræsentationem, aut cognitionem hujus conditionati ante illud.

Denique ut rectè iterum arguit laudatus M. meus Ferre. Ex eisdem principiis ex quibus perficitur consensus absolutus, ut absoluté positis, pendet conditionatus, ut positis conditionaté, sed per Authorem hujus modi, non convertitur voluntas in statu absoluto non co[illegible]atis auxiliis ex voluntate absoluta converrendi illa[illegible]a. proindè prævideri non potest, aut certò cognos[illegible]i. ut convertenda illis non datis ex eadem vo[illegible]untate, ergo nec in conditionato converti poterit, aut certò cognosci illis non datis dependenter ex parte hypothesis ab eadem volontate absoluta dandi illa ad ejus conversionem. Certè, inquit, non video, ob quam rationem in statu absoluto ultra hypothesim auxiliorum requiratur voluntas absoluta Dei de conversione voluntatis creatæ, & in statu conditionato ex sola hypothesi auxiliorum prævideatur voluntas conversa. Præterea, (subdit,) non capio, quòd Deus prævideat in statu conditionato ista auxilia fecundum se indifferentia absque voluntate Dei sub conditione de conversione voluntatis creatæ ut inseparabilia, & ut indivisa ab ipsa conversione, & quòd data in statu absoluto, sine prævia voluntate absoluta Dei de conversione, de facto separentur ab illa, quod etiam est id, quod proximè ponderavimus.

Ultimò tandem probari potest, ut supra à posteriori, Quia si divina essentia semel repræsentaret pro priori ad decretum volontatem creatam determinatè conjunctam cum omni suo actu, vel determinatione libera conditionatè futura, jam prout productum, sive exercitè in se ipso, non liberè, sed necessariò intelligeretur conjungi cum illis, ergo nequit sic repræsentari, & cognosci ante illud. Prob. ant. Tum quia nequit aliter exercité conjungi cum illis in se iplo, quàm fuerit repræsentata, vel cognita, ut præcontenta, ergo si semel fuit repræsentata, & cognita ut conjuncta determinatè cum consensu, neqoit aliter cum illo conjungi exercité in se ipsa, nisi velimus repræsentationem, vel scientiam divinam posse frustari. Tum qoia ut sæpé dictum est, omnis determinatio prævia ad consensum, vel liberom arbitrium in se ipso, & inimpedibilis ab illo juxta eorum principia destruit libertatem, ergo. §. Dices ita esse de determinatione prævia ab extrinseco agente proveniente, non ab eodem ut præcontento respectu sui, ut in se ipso.

Sed contra hoc est. Tum quia juxta priorem prob. ant. supposita tali repræsentatione, & determinata cognitione illius, ut præcontenti, nequit aliter jam productum eligere, nisi cum determinatione ad unum juxta determinatam repræsentationem; & determinationem ad illud, ergo exercité in se ipso, non est libera electio. Tum quia si determinatio ab arbitrio creató præcontento in causa non præjudicat libertati electionis ejus in se ipso, ergo nec determinatio proveniens à decreto præjudicabit illi, prob. Conseq. Quia sicut arbitrium creatum, & in universum quilibet effectus ut præcontentus in causa, nil aliud est, quàm causa ut potens producere illum, ita actio ejus ut præcontenti nihil aliud est, quàm actio causæ ut potentis producere, nam quodlibet exercitiom creatum, cum nihil aliud sit, quàm participatio exercitii divini, proot contentum in Deo nil aliud erit, quàm exercitium divinum potens derivare illud. Unde communiter dicimus, quòd creatura prout in Deo nil aliud est, quàm ipsa creatrix essentia.

Dices quod etiam prout in Deo, (ut explicabitur infrà de Trinitate circa processionem Verbi ex cognitione possibilium) præter esse indistinctum ab illo, habent etiam suum esse objectivum distinctum, undé benè potest Deus hoc eorum esse videre in illo ante omnem determinationem, quam intrinsece habet liberum arbitrium à seipso.

Sed contra hoc est, nam tale esse objectivum est purum esse possibile, & speculativum, non practicum & dependens à libero arbitrio, ut in seipso, & per modum exercitii, alias non esset conveniens illi in priori illo statu, ergo non potest apparere per modum determinationis liberæ, hæc enim pertinet ad alium statum dependenter ab aliquo exercitio libero Dei, nisi velimus posse creaturam exire illum independenter à Deo volente, quod est alienum ut dictum est; sicut enim exire nequit illum futuritionis, & ingredi illum existentiæ independenter ab illo, ità nec potest exire priorem possibilitatis, & ingredi illum futuritionis sinè dependentia ab eodem volente liberè extrahere illam, undé impossibile est sivè in statu absoluto, sive conditionato posse dari, aut intelligi liberam determinationem creaturæ ab illa procedentem, non prævia libera determinatione Dei.

Explic. hoc. Nam quæ conveniunt creaturæ in statu possibilitatis, si transferantur, & conveniant illi in statu existentiæ, ex vi gratiæ creationis transferuntur, & conveniunt; ad hanc enim pertinet iste transitus, & distributio eorum, quæ conveniunt in priori statu; sed gratia creationis nulli convenit dependenter à propria voluntate & libertate, ut rectè etiam urget M. Ferre, ergo nequit aliquid convenire libero arbitrio extra statum possibilitatis, sivè ut præcontento, sivè ut in seipso, independenter à libero influxu, vel determinatione Dei.

Ex his omnibus poterat ulteriùs impugnari hic modus dicendi: tum ex eo, quòd repugnat extra statum possibilitatis aliqoid in Deo contineri independenter à decreto, quod omninò repugnat poni in se independentet ab illo, sed nihil potest poni in re independenter ab ejus decreto, ergo nec contineri independenter ab illo; mi. est certa. Nam omnia quæcunque voluit fecit. Ma. etiam constat nisi velimus ali-

aliquid producere non præcontentum in illo, ergo si omnia producuntur dependenter ab eodem, omnia præcontineri debent dependenter ab illo, ac proinde impossibile erit quòd ante omne Divinum decretum præcontineri possit voluntas creata cum omni suo actu libero sub conditione futuro.

Tum etiam quia hic modus videtur potiùs destruere, quàm sustinere scientiam mediam. Nam hæc ponitur media ut vidimus, inter naturalem, seù necessariam, & liberam (quidquid sit, quòd sit magis reducenda ad unam, quàm ad aliam) sed scientia innixa huic modo dicendi nequit esse media, nec libera conveniens Deo, sed omninò necessario ergo. Prob. mi. quia juxta hunc modum, objectum hujus scientiæ est omninò necessarium, quia non accipit determinationem à creatura ut in se ipsa existente, sed ut præcontenta in Deo ante omne sui decretum liberum, seù (quod idem est) à seipso, ut eminenter continente, sive ut eminenter est liberum arbitrium creatum ante omnem sui liberam determinationem, sed Deus prævié ad omne sui decretum, ut eminenter continens, seu ut eminenter est liberum arbitrium, est objectum omninò necessarium, non minùs, quàm eminentialis continentia illius sibi omninò necessariò conveniens, ergo hæc scientia nequit esse libera, sed magis convenit Deo omninò à se ipso, sicut eadem continentia.

Ex quo præoccupatur solutio, quòd conveniat Deo dependenter à libero arbitrio, ut præcontento, quia istud ut semel atque iterum dictum est, ut sic præcontentum, nil aliud est, quàm Deus ut eminenter præcontinens, vel ut purè importat esse objectivum de præcisa linea possibilis, antavertens omnem rationem liberi, ac proindè sistit prout sic intra limites objecti purè necessarii.

Ultima Conclusio. Ultimus etiam modus dicendi est insufficiens ad constituenda eadem futura certò, & infallibiliter cognoscibilia ante omne decretum. Dico ante omne decretum, nam si supponatur aliquod decretum saltem conditionatum, fatetur Mag. Catalum ubi supra conclusione 2. posse optimè præsciri à Deo effectus liberos, vel contingentes ut futuros conditionaliter, non minus, quàm in absoluto, ut absolutè futuros, quia divina voluntas non est minus determinata per decretum conditionatum ad producendos illos data hypothesi, quàm per absolutum ad producendos absolutè, neque est minus infallibile illud decretum, quàm istud. Hoc supposito.

Prob. Conclusio, seu impugnatur idem modus, qui similiter, ut insinuavimus, recurrit ad determinationem voluntatis, quàm dicunt ita penetrari per scientiam mediam, ut semel positam in tali, vel tali occasione, & his, vel illis auxiliis indifferentibus adjutam, videt cum his consentire, & cum illis dissentire, unde in eadem hypothesi videt illam ut conjunctam cum assensu, vel disjunctam ab illo, & hoc quidem ante decretum existens in Deo de assensu, ac proinde etiam in statu absoluto negant decretum absolutum, & efficax de consensu, vel dissensu absolutè futuro, & tantum ponunt decretum conditionatum, quod explicant sic. Volo concurrere cum voluntate ad consensum, si ipsa voluerit consentire, & volo permittere dissensum, si voluerit dissentire. Ita frequenter apud eosdem PP. Societatis. Cæterum hic modus impugnatur eisdem argumentis, quibus supra; nam hactenus non assignant causam nec assignare possunt ante omne decretum salvis eorum principiis determinatè inclinantem, aut prævié determinatè se habentem ad consensum potiùs, quàm ad dissensum, ut ostensum est, & quod attinet ad futurum absolutum infra etiam constabit. Nam neque illud decretum in statu illo sic explicatum aliquid determinat ex parte causæ creatæ; neque hæc adhuc persistens in signo indifferentiæ, & solum retinens jus se determinandi in tali hypothesi exprimere potest aliquam determinatam inclinationem; sed tantum idem jus, quod est valdè distinctum ab omni determinatione: & licet daretur habere hoc jus in posteriori signo se determinandi sine prævio influxu Dei, tamen in eodem priori non adest talis determinatio, sed solum posse habere illam, unde est de subjecto non supponente, quòd jam videat, aut videri possit liberum arbitrium ut jam conjunctum, vel disjunctum. Quamvis nec in posteriori habeat, aut habere valeat jus se primò determinandi, seu independenter ab exteriori principio determinante ad effectum, ut sæpè vidimus ex D. Thom., cum non sit causa ex se necessitatem habens, sicut Deus, ut explicatum est.

Ex his prob. Voluntas creata ante omne decretum, vel in signo antecedente actualem sui consensum adhuc est indifferens ad utrumque juxta eorum principia ut dictum est, ergo in illa prout sic, data quacunque hypothesi, videri non potest assensus magis, quàm dissensus. Prob. conseq. quia ex causa omninò indifferente, & maximè creata oriri non potest potentia consequenti determinatus effectus, aliàs in eodem signo esset, & non esset indifferens ad illum; Tum quia licet daretur posse ex illa oriri, non tamen le sola independenter ab exteriori principio determinante ad illum cum nulla causa creata in universum quàmlibet libera habeat ex se, vel necessariò, ut vidimus, omnem perfectionem debitam in actu secundo libertatis, sed perpetuò sit potentialis, & per participationem, sicut in essendo, ita in operando, ac proindè impossibile sit, ex quo libera est, habere hoc jus se primò determinandi, ut ostensum est, ergo prævié ad omne decretum, vel principium exterius determinans ad effectum nequit esse cognoscibilis, ut determinatè conjungenda cum assensu, magis quàm cum dissensu.

Urg. huc, quia ut proximè dicebamus, licet daretur sine principio extrinseco determinante posse jure libertatis in posteriori signo se determinare, tamen in priori futuritionis, idem jus adhuc est indifferens, ut supponimus, cum nulla admittatur determinatio ab ipsis ante actualem consensum, ergo dicere, quòd videat consensum in determinatione voluntatis creatæ, quia scil. videt cum illis auxiliis consentire, & cum illis non consentire est perpetuò de subjecto non supponente, & est ferè ludere verbis, & petere principium, quòd videt in tali hypothesi se esse determinaturam, quia est se determinatura; vel consensura, quia est consensura, ut dicebamus in superioribus, si nulla admittitur determinatio ante consensum, sive omnia concurrentia in eodem signo sunt indifferentia, ac proindè nullum in illo sit assignabile medium. §. Quamvis revera ita sit non esse, ut dictum est, nec posse esse in creatura, prædictum jus se primò determinandi, sicut non est se primò essendi, sed sicut causantur ab alio, ita determinantur ab illo, solius namque causæ primæ proprium est utrumque habere à se independenter ab omni extrinseco principio danta esse, & de-

& determinante ad effectum, ac proinde sola voluntas divina, quæ ex se necessitatem habet, determinet se ipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam, ut inquit, D. Thom. qu. infra 19. relata ar. 3. ad 5.

Quòd verò dicunt salvari discrimen inter primum, & secundum liberum per hoc, quòd primum à se habet omnia principia, quibus se determinat, secundum verò non à se, sed accipit ab alio, est veluti repugnantia in terminis, & petitio principii, quòd possit creatura accipere principia, seu tale jus se primò determinandi, quia habere hoc jus, ut docet ibi D. Thom. solum convenire potest causæ, quæ ex se necessitatem habet, sive quæ est summè actualis, ut explicatum est, non quæ ex se est contingens, sive potentialis, vel per participationem. Unde sicut est incapax habendi à se eadem principia, quie non est à se ens, ita est incapax juris se primò determinandi, quia non habet à se rationem liberi, nisi velimus, quòd in hac linea non sit ens per participationem, ac proinde impossibile est, quòd in quacunque linea præcipuè non admixta imperfectioni, (ut est ratio liberi, vel determinativi) perveniat ad rationem primi, nam aliàs eadem facilitate, & discrimine diceretur causam secundam posse habere rationem primi moventis se, quod salvo jure primi motoris, nullus, ut suppono, audebit affirmare.

Præterquàmquòd, ut alibi in physicis dicebamus, cum per hoc, quod est accipere principia, seu jus, vel virtutem se determinandi non salvetur sufficienter dependentia causæ secundæ à prima in linea operativa, cum hoc conveniat cuilibet causæ, sive operenti, sive non, & ideo ipsi etiam ulteriùs assignant aliquem actualem concursum Dei saltem simultaneum, pariter nec salvabitur per id solū in ratione liberi, vel se determinandi intra eandem lineam, nisi ulterius assignetur aliqua actualis determinatio ex parte Dei.

Hinc etiam rectè intelligi potest, (ad quod etiam recurrunt hac in re ad excludendam eandem determinationem,) utraque definitio causæ liberæ, vel liberi arbitrii, nempè quòd est facultas voluntatis, & rationis ad utrumlibet agendum, vel non agendum, & ad agendum unum, vel alterum; vel quæ ab ipsis libentiùs admittitur, scil. quæ positis omnibus requisitis ad operandum, & non operandum, potest operari, & non operari; non quasi possit, & non posset ad modum primi liberi, seu cum jure primò se determinandi, sed quia determinatio primi liberi, seu decretum divinæ voluntatis, utpote infinitæ efficaciæ, ac proinde transcendens utrumque ordinem operandi, non extrahit eam à ratione liberi, seu indifferentis ad utrumque; sicut neque ens, quia est transcendens utrumque genus substantiæ, & accidentis, neutrum extrahit à suo ordine, sed dum contrahitur per istud, est ens in alio, dum verò per illud, est ens per se, ità similiter eadem determinatio, vel decretum, dum determinat causam liberam determinat eam juxta modum suum, scil. cum indifferentia ad oppositum, de quo D. Thom. proximè relatus ar. 8., quod obiter dictum sit ad explicandam vim, seu meritum ejusdem determinationis, vel decreti, nec non causæ secundæ liberæ in ratione se determinandi. §. Sed revera omnes prædicti modi in verbis solum videntur differre supposito eodem apud ipsos irrefragabili principio, quòd ante consensum nulla admittatur determinatio, nam hoc supposito videntur perpetuò, ut dictum est, de subjecto non supponente, quod talis consensus, vel eventus ut præveniens omne decretum, sit aliquid cognoscibile, ac proinde nec explorabile, ut cognoscatur in statu futuritionis per aliquam scientiam mediam, Per quod etiam rejiciuntur cœteri modi.

Quòd si ad hæc omnia dicas cum aliquibus Recentioribus determinationem liberam voluntatis creatæ sub conditione futuram, non accipere ab alio suam futuritionem, sed habere ex se, & à se, ac proinde non esse necessariam præviam determinationem, aut decretum divinum, ut repræsentetur per divinam essentiam, quia non repræsentat illam, ut causa suum effectum, sed satis esse, quòd in eadem essentia resultet determinata repræsentatio ex eo, quòd objectum ita erit in re, si ponetur conditio, quia essentia divina, quantum est ex se potest repræsentare non solum possibilia, sed etiam futura conditionata ante omne decretum ex suppositione scil. quòd future sint, quem suppositionem non facit Deus sua causalitate, sed positio eventus, cui in re ex se convenit futuritio.

In contra est ex superioribus. Tum quia hæc solutio, ut dicebamus, petit principium, nec assignat causam à priori, nam etiam de eventu inquirimus, unde habeat, quòd futurus sit in signo nullius determinationis causæ. §. Deindè non eventus futuritionem, sed futuritio præcedit eventum, unde videtur repugnantia in terminis, quòd suppositio futuritionis ipsius oriatur ex ipsa suppositione eventus. §. Tertiò, nam totum hoc, quod importatur in his suppositionibus, est de linea effectus, utpotè de linea creaturæ, ergo impossibile est, quòd Deo inconsulto, seu nulla ejus prævia determinatione explorari possit, aut certó affirmari, vel supponi ut futurum, sicut enim impossibile est, quòd possit aliquid supponi, vel certò affirmari sub quacunque conditione, vel hypothesi intra lineam entis non à se, sed ab alio, independenter à primo ente, seu ab ente per essentiam, cujus est participatio, ità pariter quòd supponi possit, aut certò affirmari data quacunque hypothesi id, quod est de linea effectibilis indepēdenter à primo afficiente ut volente illud, vel absolutè, vel conditionatè, nisi velimus creaturam in aliquo statu, vel signo incipere à se ut primo efficiente, nam quidquid assignatur in eodem prout sic, ut dictum est, totum est indifferens, & præveniens omnem determinationem causæ primæ, & non nisi prævisa determinatione causæ secundæ præveniente suam potest explorare, aut certò cognoscere effectibile creatū, quod est cognoscere illud independenter à se ipso, ut causa prima, seu efficiente primo, aut primo determinatè volente illud, quæ videntur omninò repugnantia in terminis, non minus, quàm cognoscere ens secundum, non supposito determinatè ente primo.

Ex quibus etiam patet repugnare, quòd essentia divina determinatè repræsentet aliquod creatum extra statum possibilitatis præcisivè ab omni ratione causæ, & effectus, vel non tanquam causa suum effectum, quod est alienum, Etenim Deus non minus est ens per essentiam, seu primum ens, quàm sit prima causa, sed quia est primum ens nequit essentia divina in hac linea aliquid creatum repræsentare præcisivè à se ipsa, ut primo ente, ergo quia est prima causa nequit in linea operative repræsentere aliquid effectibile præcisivè à se ipsa, ut causa prima, seu

ſeu præciſivè ab omni retione cauſæ, & effectu reſpectu ſui.

Quartò, (& urg. totum hoc.) Quia repugnat, quòd divine eſſentia repræſentet aliquid phyſicè effectila, & non repræſentet, ut continens in eſſe phyſico illud, nam continentia purè intentionalis objecti cognoſcibilis non orta ex præcontinentia in aſſa phyſico eſt imperfecta, & dependens ab objecto, propter quod repræſentandum tantum datur à natura, ut inſinuavimus in 2. phyſic. de ſpeciebus intelligibilibus in nobis, eſt enim continentia diminuta, val deficiens, ac proindè Deo repugnans, ergo impoſſibile eſt, quòd repræſentet præciſivè à ſe ipſa ut cauſa, cum ſit cauſa in quantum continet. Et planè videtur inintelligibile, quòd rapræſentet aliquid derivabile à ſe ipſa ut fonte totius eſſe, & non repræſentet illud ut cauſa. Sed de his iterum in ſequentibus, ax quibus, & ex ſuperioribus ſolvi poſsũt, quæ in favorem horum modorum afferri poterant, ne eadem repetamus, & plus nimiò in his immoremur, undè transeo ad concluſionem effirmetivam, & explicativam noſtræ ſententiæ.

§. XIV.

Statuitur ultima Concluſio reſolutiva difficultatis.

FUtura contingentia, & libera conditionata non aliter cognoſcuntur certò, & infallibiliter à Dao, niſi in eſſentia ſua determinata per decretum. Ita communiter Diſcipuli D. Thom., cujus eſſe expreſſam mentem ſicut, & Auguſt. videri poteſt apud Alvarez, Godoy, Lemos, Ferre, Salman. & alios. Et quidem de D. Thom. ſatis conſtat ex Primo cont. Gent. cap. 68. retiona 2., & 3.; & in 3. ibidem c. 56., & hic ar. 8., & 9. ad 3., in quibus locis duo aſſerit, alterum aſt Deum non cognoſcere creaturas, niſi in ſe ipſo ut effectus in ceuſa, ſic in duobus primis, alterum verò, ſcientiam Dei non eſſe cauſam retum, niſi adjuncta voluntate, ſic in aliis poſterioribus.

Sed præcipuè etiam videndus eſt infra qu. 16. ar. 7. ad 3. ubi proponit argomentum, cui maximè nituntur Contrarii ad aſſerendum, ut vidimus, veritatem futuri debere eſſe determinatam ex ſe, & ratione eventus. Unde erguit ſic. *Id, quod eſt verum in præſenti, ſemper fuit verum eſſe futurum, ſed ſicut veritas propoſitionis de præſenti eſt veritas creata, ita veritas propoſitionis de futuro, ergo aliqua veritas creata eſt æterna.* En fundamẽtum uppoſitę ſententię jam prævitum, & reſolutum à D. Thom. ſic. *Ad tertium dicendum, quòd illud, quod nunc eſt, ex eo futurum fuit antequam eſſet, quia in cauſa ſua erat, ut fieret, unde ſublata cauſa non eſſet futurum illud fieri. Sola autem cauſa prima eſt æterna, unde ex hoc non ſequitur, quòd ea, quæ ſunt ſemper fuerit verum ea eſſe futura, niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit ut eſſent futura, quæ quidem cauſa ſolus Deus eſt.* En quomodo Div. Thom., & rem eſſe, & futuram eſſe, ad Deum ut cauſam reducat; Deus autem juxta eundem, ut vidimus, non eſt cauſa niſi adjuncta voluntate, vel per decretum ejus, quo ſublato adhuc manet intra ſtatum poſſibilitatis, ut expreſsè docet in priori ſolutione ad 3. hic ar. 9. *Ubi ais dicendum, quòd Dei ſcientia eſt cauſa rerum voluntate adjuncta, unde non oportet, quod quæcunque ſcit Deus, ſint, vel fuerint, vel futura ſint, ſed ſolum ea, quæ vult eſſe, vel permittit eſſe, & iterum; non eſt in ſcientia Dei ut illa ſint, ſed quod poſſint eſſe.* In quibus clerè conſtat, quòd apud D. Thom. ſicut res non habent eſſe, nec futuritionem independenter à divina voluntete, vel ajus decreto, nec certò, & infallibiliter cognoſci poſſunt prout ſic independenter ab illo, & cum eliàs, ut oſtendimus ex eodem, omnia cognoſcat in ſe ipſo, vel in ſua eſſentia, nullum futurum in univerſum cognoſci poterit certò, & infallibiliter niſi in eadem eſſentia ut determinate per decretum, ſcil. ſubjectivè abſolutum, & objectivè conditionatum, quod modo ſupponimus, & exeminabitur infra de voluntate. Quod ergo contendimus, eſt ſolam aſſentiam, ut determinatam per idem decretum eſſe medium certò cognoſcendi hujus modi futura, & non vero ante illud, imò eſſe hæc de ſubjecto non ſupponente juxtà proximè relatam ſolutionem D. Thom.

Ex his, & ſuperioribus probatur ratione. Effectus contingens, & liber conditionatè futurus tantum continetur in actu ſecundo in eſſentie divina, ut determinete per decretum actu exiſtens in Deo, continentia, ſcil. intentionali, vel intelligibili, ergo ſolum prout ſic contentus, certò, & infallibiliter cognoſcitur à Deo, conſeq. tenet, quia eo modo cognoſcit Deus, quo repræſentat divina eſſentia, ut latè patet ex dictis, & poterit iterum conſtare infra, ſed hæc eo modo repræſentet, quo continet, ergo ſi hæc in actu ſecundo non continet intentionaliter, & in eſſe in intelligibili, niſi determinata per decretum, ſolum in illa prout ſic, erit certò, & infallibiliter cognoſcibilis à Deo, Antec. verò probatur. Eſſentia divina in tantum continet noſtro modo intelligendi in eſſe intentionali, & intelligibili, in quantum continet in eſſe entitativo, & phyſico, ſed non continet entitativè, & phyſicè, niſi determinata per decretum, ergo nec periter continet in eſſe intentionali, & intelligibili niſi determinata per illud. mi. iterum eſt certa, & patet ex dictis in phyſicis, ubi ut vidimus, alia ſunt ut ſint, alia ut operentur, alia verò ut repræſentent, unde eſſe intelligibile, vel repræſentativum fundari debet in eſſe entitativo, ſive in eo, quod eſt ut ſit, & maximè in Deo, qui eſt perfectiſſima ſubſtantia, quæ ad hoc aſt primò, & per ſe ut ſit, ac proindè, & ejus eſſentia non eſt primò, & per ſe ut rèpræſentet, ſed ut phyſicè ſit, ergo continentie repræſentativa, & intentionalis in illo non poteſt non concipi à nobis, niſi ut fundata in eſſe entitativo, & phyſico; mi. verò prob. Eſſentio divina non continet hujuſmodi effectus contingentes, & liberos conditionatè futuros per identitatem formalem, cum ſint quid creatum, ergo ſolum continet continentia virtuali, & cauſali, quatenus eſt eorum cauſa, at non continet prout ſic, ſcil. in actu ſacundo, niſi ex vi dacreti ergo. Prob. hæc mi. ſub ſumpta, quia pro priori ad decretum, omnia ſunt indifferentie ad futuritionem, & non futuritionem eorum, ſcil. tam ipſa, quàm ajus Omnipotentia, & voluntas in actu primo ut patet, aliàs nec poſteà liberè ſe determinaret, ſi ex vi ſolius Omnipotentiæ, aut voluntatis pro priori ad liberum decretum eſſet jam determinata ad futuritionem, vel non futuritionem eorum, ergo conſtituitur determinatè cauſa futuritionis eorum, nempè quòd hìc determinatè ſit potiùs, quàm illa ex vi decreti

determinantis adhunc potiùs, quàm ad illum, sive per voluntatem suam determinatam à libero decreto, ac per consequens tantum continet illum physicè, ut determinata per illud.

Quòd si iterum recurratur ad decretum, quod esset, jam sufficienter impugnatum est, siquidem decretum, quod non est, sed esset, intelligi nequit non intellectum decreto priori, vel reflexo, de ponendo illud, nisi velimus divinandu procedere, non enim oritur ex vi solius Omnipotentiæ, aut voluntatis in actu primo, vel essentiæ nudè sumptæ, si velimus postea liberè illud ponendum, ut dictum est. Tum quia continentia physica in actu secundo, & determinata, ac proindè etiam intentionalis, nequit haberi ex vi decreti nondum existentis, sed tantum exituri, ut patet ex terminis, nam si solum habetur ratione decreti, ut probatum est; eo modo tantum affirmari potest hæc continentia, quo affirmatur decretum, ergo si illud nondum est, sed erit, nec continentia adhuc est, sed erit, ergo si certò, & infallibiliter cognoscitur hic effectus in quantum continetur, non poterit cognosci ex vi solius decreti, quod erit, & nondum est.

Ex his etiam excluditur decretum exequutivum, ad quod alii recurrunt tanquam ad medium manifestandi eosdem effectus contingentes; nam etiam illud supponit decretum antecedens intentivum, vel determinativum, quia in tantum exequitur Deus, in quantum nostro modo intelligendi priùs voluit, nisi velimus aliquid exequutum nō prius intentum, quod esset exequi à casu, ac proindè effectus cognitus in executione non prius cognitus in intentivo, vel determinativo, solum esset cognitus ut quid exequutum à casu, quod est alienum à divina cognitione, & providentia, ergo non stat Deum cognoscere in actibus exequutivis, non priùs cognoscendo in decreto intentivo, vel determinativo.

Secundò prob. etiam principaliter conclusio, & urg. præcedens ratio prosequendo illam sub aliis terminis. Non potest à Deo cognosci in universum aliquod objectum creatum non supposito in illo, principio intrinseco manifestante illud quoad omnem ejus formalitatem, sed sola essentia ut præveniens decretum, vel non determinata per illud actu existens in Deo non est sufficiens principium manifestandi quoad omnia illius prædicata, ergo solum poterit cognosci supposito decreto determinante illam ad manifestandum unum præ alio: ma. est certa, quia cum tantum, quod est in creaturæ sit de linea participationis, impossibile est aliquid de ille cognosci non supposito principio intrinseco derivante, & manifestante ex vi suæ comprehensionis quidquid est cognoscibile in creatura, ut latè probatum est, cum Deus non exeat extra se ad aliquid cognoscendum; mi. verò prob. Tum quia in objecto isto creato, de quo agimus, est habitudo juxta modum suæ futuritionis ad fore magis, quàm ad non fore, sed essentia divina, ut prævenit omne decretum indifferenter se habet ad utrumque, ut dictum est, cum nudè sumpta indifferenter respiciat, aut contineat omne creatum, sicut divina voluntas, & Omnipotentia ante illius determinationem, & dispositionem, quæ respicit omne volibile ad extra ut patet. Tum quia determinata, & libera habitudo ad fore non est prædicatum necessarió, sed contingenter, & liberè conveniens creaturæ, ac proindè supponens determinatum, & liberum increatum, cujus sit participatio (ex quo iterum excluditur decretum, quod non est, sed esset, cum nequeat esse participatio ejus, quod nondum est, nisi velimus, quòd effectus præcedat suam causam) ergo in essentia pro eodem priori non est assignabile principium sufficiens ad manifestandum ejusmodi objecta.

Dices, præter superiores solutiones, sufficere divinam essentiam non veluti absolutè, aut secundum se intrensitivè sumptam, sed respectivè, sive ut connotantem extrinsecè existentiam rei futuræ, sicut in simili dicimus infra proportionabiliter de speciebus Angelicis, quòd licet secundum se repræsentent solum rem in communi, nihilominus sine aliquo superaddito se extendunt ad repræsentandum illam in singulari per hoc solum, quòd ponetur extrinsecè existentia ejus.

Sed contra hoc est, & in primis solutio est de subjecto non supponente respectu essentiæ divinæ, quòd possit in illa concipi determinata connotatio, aut respectus ad determinatum extremum extra, nullo supposito determinativo ad illud, aut quòd possit supponi determinatum connotatum, & liberum creatum, non supposito, ut dictum est, primo libero, cujus sit participatio, & effectus.

Deindè impugnatur ex lato discrimine inter divinam essentiam, & speciem Angelicam; nam essentia divina non præcisè repræsentat illud per modum objecti, ut repræsentet species angelica, sed etiam per modum effectus, & ut aliquid causatum, vel causandum practicè à ipsa, cum nequeat illud aliter ab eadem repræsentari, nisi velimus aliquid ad extra intra lineam futuritionis, vel existentiæ subtrahi à causalitate divina, quod est alienum ut dictum est à sed divina essentia, ut probatum est, non constituitur causa, nisi per voluntatem in actu secundo determinantem ad illud, sive per ejus decretum, ac proindè nec potest aliter respicere idem connotatum prout sic in ratione causabilis, & effectus, nisi determinata per illud, ergo non satis est ad illud repræsentandum, quòd extrinsecè connotet, sicut dicitur de specie angelica, sed quòd priùs contineat etiam physicè, & non solum intelligibiliter ex vi determinationis decreti, medio quo omnia producuntur ad extra.

Ex his etiam impugnatur solutio recurrens ad decretum concomitans: nam istud stando in eorum principiis, quòd omnis determinatio antecedens destruit libertatem, non determinet causam, sed adhuc relinquit indifferentem, ergo ex vi illius nequit determinatè repræsentare habitudinem ad fore magis, quàm ad non fore.

Tertiò ex his etiam prob. principaliter conclusio. Deus cognoscit futura perfectissimè, ac proindè perfectimè à priori, at nequit sic perfectissimè cognoscere non visa essentia ut determinata per decretum, ergo nequeunt illa cognosci ab illo non supposito hac determinatione: m.e. est certa, nam cognitio nequit esse nisi juxta meritum, & exigentiam cognoscentis, neque etiam est intelligibile Deum cognoscere aliquod objectum cognitione nō perfectissime, aliàs non cognosceret ut Deus: mi. verò prob. cognitio comprehensiva, & à priori, & maximè perfectissima Dei, est cognitio objecti, quantum cognoscibile est, & ex vi cognitionis causæ, at non visa essentia ut determinata per decretum nequit cognosci futurum, quantum cognoscibile est, & ex vi cognitionis causæ, ergo illa non sic visa nequit compre-

prehen-

prehensivè, ac perfectissimè cognosci à Deo; ma. ast certa nam cognitio à priori est per causam, & nt comprehensiva est adæquata attingentia objecti, seù adæquans omnem ajus cognoscibilitatem, & præcipué illa Dei, quæ in infinitum excadit omnam cognoscibilitatem creaturæ; mi. verò prob. quia ut dictū est, essentia non est causa, nisi ut determinata per decretum, ergo non visa essentia sic determinata non videtur, aut non cognoscitur futurum quantum cognoscibile est, nec à priori per causam. Prob. conseq. Quia non sic visa non videtur, ut causa, ac proindè, nec effectus in ratione talis, ergo non cognoscitur à priori, nec quantum cognoscibilia est.

Huic arg. juxta id, quod insinuavimus in superioribus ed qnod etiam recurrunt alii PP. Societatis; famel respondabat P. Nicolaus Martinez Mag. nseo Ferre, ita asse, quòd ad cognoscendum futurum requiratur cognitio decreti, non tamen tanquam medii, quasi intrinsecè determinantis sciantiam Dei, sed tantum extrinsecè, & ut tanantis se ex parte rei cognitæ, à quo futurum dapendeat, cum sine illo esse non possit, unda si per possibilia, val impossibile Daus ab æterno non decernarat, sicut ab æterno non causat, adhuc perfectissimè in se ipso cognoscarat futurum contingans, quod est magis concomitanter aot præsuppositivè, & extrinsecè se habere ex parte futori cogniti, quàm intrinsecè, & à priori par modum medii manifestantis.

Id alii explicant negando esse necessarium decretum, quo Deus utatur tanquam medio, sed solum se habere, ut causam ramotam futuritionis, quatenus importat obligationem quandam, aut promissionem concurrendi cum omnibus causis ganeralitar, aut determinatè cum aliquibus, quia sine hocconcursu, quam promisit nobis non defecturum, non potest ravara affectus à se poni, unde sicut est causa realis illius, ita & cognoscibilitatis ejus.

Sed hæc solutio valuti per ambages exposita non evacuat vim argumenti, quod potissimà fundatur in merito cognitionis divinæ, quatenus perfectissima, & comprehensiva est ejusdem futuri, quod non salvat hæc solutio, sed solum tandit ad hoc, quòd possint eadem futura cognosci à Deo independenter ab eodem decreto ut medio, quod tamen etiam non subsistit, ut convincitur argumento facto, unda iteiterum impugnatur sic. Scientia, quam habat Deus de illis, debet esse perfectissima, & consequanter comprahensiva, & à priori, at non visa essentia, ut determinata per dacretum non habatur hęc cognitio, ergo naqueunt aliter cognosci à Deo.


Urg. hoc. Quia ut dicebamus, cognitio futuri in se ipso est cognitio effectus in causa ut causa, at hæc cognitio non salvatur non visa essentia ut determinata per decretum, ergo non salvatur cognitio propria Dei, seu perfectissima, vel comprahensiva, & à priori. Prob. mi. Quia visio essentiæ non sic determinatæ non est cognitio causæ, ut causæ, ergo cognitio futuri in essentia non cognita ut determinata per decretum non est cognitio ejus in causa ut causa. Conseq. tenet, & antec. prob. quia ut etiam dictum est, essentia de se indiffarans, constituitur determinatè causa hujus præ alio ex vi dacrati, ergo non visa ut sic determinata non videtur ut causa. §. Tum quia connexio, quam habet ut causa cum futuris libera est, & practica non purè speculativa, & necessaria, ut patet ex dictis, si velimus illa distinguere à purè possibilibus, ergo ut sit determinata causa liberè, & practicé connexa cum illis est necessarius actus liber, seu liberum decretum faciens hanc liberam, & practicam ajus connexionem cum eisdem.

Dicas Daum videre illa in se ipso, & in essentia, non tamen raduplicativè, ut in causa, cum ab æterno vidaat illa in se ipso, licet ab æterno nō causet. §. Sad hæc solutio manet impugnata eodem argumento. Quia Deus non tantum vidat illa, aut cognoscit, sed perfectissimè, & comprahensivè, & à priori, sed non videns, ut in causa, non sic videret, cum revera sit causa, & illa sint visibilia in illo, val in essentia, ut in causa, sive ut illius effectus, ergo non visa essentia, ut determinata per dacretum nunquam salvari potest perfectissima, & comprehensiva eorum cognitio, & à priori.

Urg. hoc, Quia futura contrapositivè ad possibilia nequeunt videri in Deo nisi ratione prædictæ liberæ connexionis, ergo nequeunt in illo vidari, vel in ejus essentia, non viso se ipso, vel essentia, ut causa. Prob. conseq. Quia naqueunt vidari ratione liberæ connexionis cum Deo, vel essentia, hæc non visa ut liberè connexa, at nequit videri ut liberè connexa non visa ut causa, cum ut liberè, & practicè connexa sit causa, argo nequeunt ratione ejusdem connexionis videri, Deo non viso ut causa, ac proindè illis non visis in Deo ut effectus in causa.

Nec obstat, quòd ab æterno non causet, quia non constituitur determinatè causa per hoc, quòd actu causet, aut producat, sed per hoc quod sit actu volans efficaciter producere juxta dispositionem suæ voluntatis, quod habet ab æterno ex vi decreti, quo ab æterno statuit in tempore producere, cum non sit agens ex necessitate naturæ, ergo ut se ipsum videat, ut causam, non est necessarium, quòd videat se ipsum ut actu causantem, sed ut volentem actu efficaciter causare, eliàs ab æterno non vidisset se ipsum perfectissimè, & comprahensivè, quantum cognoscibilis est, cum non vidisset se ipsum ut causam, ac proinde nec creaturam, antequam producatur, sed inciperet sic cognoscere in singulis earum productionibus, quod est alianum.

Ultimò tandem probari poterat conclusio inductivè, quia non est aliud assignabile medium, ergo sola essentia sic determinata par decretum est sufficiens medium manifestandi futura conditionata. Antec. latè patet ex dictis referendo, & impugnando singulos eorum modos dicendi. Quod si addatur posse cognosci in æternitate, quamvis id etiam præoccupatum sit, In contra adhuc est. Quia juxta diversitatem modi dicendi, val non existunt physicè in illa, quia in nulla sunt differentia temporis. Vel si supponantur suo modo esse, tenantur supponere decretum, quo præparata causa ad dandum illis esse sub tali cognitiona intrent iam lineam durationis, sicut & futuritionis, ergo præscindendo à decreto præparante, & determinante illam adhuc non assignatur ex marito æternitatis sufficiens medium ad manifestandum illa.



§. ULTIMUS.

Solvantur Argumenta .

PRimò arg. contra præcedentem conclusionem. Deus certò, & infallibiliter cognoscit ejus modi futura, at non possunt sic cognosci in decreto, vel in essentia determinata per decretum, ergo hæc non est sufficiens manifestandi principium. Prob. mi. Quia per nos cognoscit in decreto. vel in essentia sic determinata ratione connexionis, at decretum, vel essentia determinata par illud non connectitur infallibiliter cum illis, ergo nequeunt certò, & infallibiliter cognosci in decreto, vel essentia per idem determinata. Prob. mi. Quia etiam per nos stante adhuc decreto voluntas manet libara ad consensum, & dissensum, vel non consensum, ergo non est connexio infallibilis sive physicè, sive metaphysicè.

Urg. hoc. si esset necessarium hoc decretom determinans essentiam ad illa manifestanda, deberent infinita poni decreta, cum infinita sint futura conditionata juxta infinitam combinationem, & conditionem, sub quibus possint poni, & cognosci, & de facto cognoscuntur à Deo, nisi velimus cognitionem ejus limitatam, vel non pertingentem ad omnia cognoscibilia, aut non habere scientiam, qua possit ad omnem interrogationem de illis respondere, quod videtur alienum à Deo, cui in nulla linea est denega̲nda perfectio simpliciter simplex, ut est hujusmodi cognitio. sed nequeunt in Deo admitti decreta de futuris conditionatis sub omni conditione possibili, ergo non est recurrendum ad decretum, vel ad essentiam determinatam per illud, ut cognoscantur à Deo, Prob. mi. ex D. Thom. supra qu.7. ar.4. Quia potissima ratio (ut etiam ponderavimus in superioribus & in physicis) cur à Deo produci nequeunt infinita, est, quia omne creatum, vel productum debet cadere sub determinata intentione producentis, quia productio terminatur ad res in propria duratione, & secundum proprias entitates diversum esse unicuique tribuens. & ideò quasi numerat, & partitur res, unumquamque in proprio ordine constituens, infinitum autem, quia intrinsecè confusionem, & illimitationem includit, non potest sub determinata intentione cadere, nec sub productione, quæ est quasi quædam numeratio, ac proinde nec pertransiri, quia quod pertransitur numerando, finitum est, de quo etiam videri potest infra qu.47. ar.3. ad 2.: sed etiam omne prævisum, & decretatum à Deo debet esse comprehensum sub certa intentione producentis, & decernentis, ergo repugnat dari in Deo decreta de omnibus conditionatis sub quacunque conditione possibili.

Ad hoc patet ex dictis supra, & alibi. Unde nego mi. Ad prob., vel nego ma., vel dist. claritatis gratia, non connectitur infallibiliter, infallibilitate orta ex parte futuri, transeat, vel conc., ex merito sui nego. quia cum frustrari non posit, utpoté infinitæ efficaciæ, infallibiliter infertur id, quod ab eodem decernitur. Ad illius prob. nego conseq., & suppositum ejus, quod contingentia, vel libertas voluntatis ad utrumque extremum opponatur infallibilitati decreti, vel illationi ejus infallibili ut efficaciter, probat D. Thom. infra qu.19. ar.8. ex infinita ejus efficacia, unde licet stante decreto posit non poni consensus in sensu diviso, non tamen in composito, & ideo adhuc potest infallibiliter connecti cum illo ut absoluté, vel conditionatè ponendo juxta meritum, vel qualitatem decreti, & juxta substantiam, & modum, quo vult illum poni, unde quia vult efficaciter illum poni liberè, liberà infallibiliter ponitur, aliàs non esset divina voluntas efficaciæ infinitæ, immò ideo voluntas creata liberè ponit consensum v. g. quia divina voluit illum liberum, ut docet in fine corp. dicens: *Non igitur propterea effectus voliti à Deo eveniunt contingenter. quia causa proximæ sunt contingentes, sed propterea, quia voluit Deus contingenter evenire, contingentes causas ad eos præparavit*. Et repetit qu.22. ar.4. pariter in fine corp. *Et ideo quibusdam effectibus præparavit causas necessarias*, quia nempè voluit, *ut necessariò evenirent; quibusdam verò causas contingentes, ut evenirent contingenter secundum ordinem proximarum causarum*, quas scil, præparavit juxta conditionem effectuum ab ipso volitorum intra hunc, vel illum ordinem necessitatis, vel contingentiæ, aut libertatis.

Ad conf. dico in primis solvendam esse à Contrariis tum in eorum scientia media respectu eorumdem futurorum, tum in decretis absolutis respectu actuũ bonorum in Beatis per totam æternitatem, quia vel intendunt multiplicare ad multiplicationem terminorum in infinitum tam actum suæ scientiæ, quàm decretum; vel quòd idem utrobique sufficiat non solùm ex parte Dei, sed etiam ex parte tarmini Si primum, jam non erit inconveniens multiplicare decreta conditionata, sicut non est multiplicare tot scientias medias, & tot decreta absoluta; non enim est minùs infinita voluntas in ordine ad eadem conditionata, quàm sit intellectus, aut ipsamet voluntas in ordine ad absoluta: si verò dicatur unum sufficere, sufficier pariter & unum decretum conditionatum, cùm non sit iterum minùs eminens, & infinita voluntas divina conditionatè procedens, quàm absolutè, aut quàm intellectus sic scientificè explorans.

Deinde respond. primò, quòd si semel velint repugnare decreta infinita conditionata, nego suppositum ma. quoad id, quod subditur, tunc posse esse, aut certò infallibiliter cognosci à Deo, quia non supposito decreto non habent, nec habere possunt determinatam veritatem ad verificandum fore magis, quàm non fore, quia impossibile est transire, ut totius dictũ est, à statu puræ possibilitatis ad illum futuritionis importantis suo modo habitudinem ad unum magis, quàm ad aliud independenter ab omni actu divinæ voluntatis, nisi perpetuò velimus, quód Creatura se ipsa indepédenter à prima causa extrahatur ab illo statu, & tendat positivè ad esse, sive conditionatè, sive absolutè, quod est alienum, & repugnans in terminis; nam in quocumque modo essendi reali ponatur, semper est ens per participationem, & potentiale, ac proindè tam in linea essendi, quàm producendi à toto genere utriusque lineæ, sive in actuali productione, sive in præparatione, aut via ad illam, scil. in sui futuritione conditionata, vel absoluta, quæcumque sit, (in utraque enim est quid potentiale, & per participationem, cujus limites exire non potest, aliàs Creatura non erit) tenetur omninò supponere primum per essentiam, & cujus sit participatio, & à quo extrahatur; hac enim ratione in statu absoluto, vel in productione actuali

sup-

supponit illud indispensabiliter.

Neque hinc arguitur defectus in Deo in ratione cognoscentis, sed solùm ex parte objecti, quia prout sic non est certò, & infallibiliter cognoscibile, aut resolubile per determinatam quæstionem, & responsionem in ratione determinatè futuri; sicut nec arg. in ratione volentis, quod non valit, aut amet possibilia reduplicato statu possibilitatis in probabilissima sententia; aut impossibilia in communi, quia non sunt quid volibile, aut amabile. §. Sed præterea resp. dato transeat ad maj. dist. min. Nequeunt admitti infinita entitativè ex parte Dei decernentis, conc.; ex parte termini, vel objecti, nego; quia ad hoc ut Deus decernet quid esset, vel non esset facturum sub omni conditione possibili non est necessarium multiplicare decreta in infinitum ad multiplicationem objecti ex parte Dei, sed solùm ex parte termini, ut tenentur ipsi fateri, de scientia media, aut de decreto absoluto in Petria, ut dictum est.

Ad probat. verò ex D. Tho. ex his, quæ tanguntur ibi in arg. sumenda est recta intelligentia doctrinæ, vel propositionis, D. Tho. scil.: *Omne creatum sub aliqua certa intentione Creantis comprehenditur*; intelligenda est enim de effectu ex parte sui, ac proinde de intentione finis proximi, seu finis illius, quia, ut rectè dicit argumentum, cùm creatio, vel productio sit veluti quædam numeratio, & distributio, qua unicuique distribuitur suum esse, respicit creans, vel producens ut sic in distribuendo tale esse, quid unicuique expediet, & providendum sit, & quia prout sic repugnat aliquam multitudinem, si infinita sit, colligi posse sub una certa, & determinata intentione producentis, vel creantis cum tali numeratione, vel distributione, (cùm implicet infinitum carens certis terminis posse pertransendo numerari) rectè, & efficaciter concludit esse impossibile produci infinitam multitudinem in actu; nam aliàs non concluderet intentum, si intelligendo esset de aliquo fine extrinseco, & remoto, v. g. ad manifestandam divinitatem; quia licèt esset infinite, posset ordinari ad istum finem, ex quo ad rem dicimus, quòd quia prædicta conditionate sub omni combinatione, vel conditione possibili non sunt producibilia, aut ponenda simul, sed tantùm divisivè, rectè possunt hoc modo esse provisa, & decretata à Deo; nam divisivè possunt cadere sub determinata intentione producentis, & esse quid certum, & determinatum, licèt non collectivè;

Sed instas. Licèt dicamus non repugnare hujusmodi decreta sic divisivè accepta, tamen scientia non pendet necessariò ab eisdem decretis, ergo. Prob. antec., quia decreta non sunt necessaria, sed libera, sed Deus carere non potest certa scientia futurorum conditionalium sub omni conditione possibili, ergo non innititur necessariò eisdem decretis.

2. Quamvis etiam admitterentur ut necessaria ad eandem scientiam, non tamen ut actu existentia, sed tantùm quod existerent, si poneretur conditio, ergo saltem sine illis, ut actu existentibus possunt certò, & infallibiliter cognosci. Prob. ant. Tum quia futurum conditionatum non est aliquid præsens pro tunc futuritionis, sed quòd esset, si poneretur conditio, ergo nec indiget decreto actu existente, sed quòd esset sub conditione. 3. Quia sicut idem futurum pendet à libero decreto, ita etiam à concursu Omnipotentiæ prævio, vel concomitante, et ut sit, & cognoscatur ut conditionatè futurum non indiget hoc posteriori concursu actu existente, sed quòd esset sub cōditione. §. 4. Instatur in nostris actibus vitalibus; nam isti etiam pendent essentialiter à principio intrinseco vitali, ita ut sit impossibile poni, isto non concurrente, et ut similiter intelligantur sub conditione futuri, non est necessarium, quòd idem principium actu influat, sed quòd influat sub conditione, ergo idem pariter de decreto.

Resp. nego antec. Ad 1. prob. variè respondent nostri Thomistæ; nam qui tenent potissime divinam voluntatem manere suspensam ab omni libero decreto positivo, ut Illustriss. Godoy cum aliis infra de Voluntate ad art. 9., & insinuat hic ad 3. principale; dicunt non necessariò Deum cognoscere omnia futura conditionata tanquam verè futura positivè, sed ut futura, vel ut non futura, ita ut positivè futura dependeant à libero decreto positivo, non futura verò à libera negatione decreti, unde omnis cognitio infallibilis, (inquit idem Illustriss.) sive affirmativa, sive negativa circa futuritionem conditionatam rerum est libera, ac proindè nec necessaria, nec media inter necessariam, & liberam.

Sed præterea respondere potest juxta alium modum satis etiam probabilem, quòd non potuit remanere suspensa, ex eo quòd gaudeat summa actualitate in ratione liberæ, et per consequens non poterit non esse ex maxima sui perfectione in actu secundo terminationis ad objecta ad extra, vel per volitionem ad objecta positiva, vel per nolitionem ad negativa, licèt indifferens sit ad quodlibet in particulari; sicut quia summè actualis est in ratione, vel sub conceptu naturæ petit esse in actu secundo amoris erga objectum primarium. Tum quia cùm Deus, ut supra vidimus ex D. Tho., sit causa ex se necessitatem habens, ideò habens ex se omnem perfectionem debitam in actu secundo libertatis, tenetur hanc habere, nempe rationem determinatam in actu secundo, quæ maxima perfectio est, utpotè actuale exercitium agentis perfectissimè liberi, non quidam ex merito objecti ad extra, seu necessitate orta ex illius bonitate, quæ finita est, & illi inadæquata, sed ex summa sui actualitate, et vel maximè, quòd ad perfectionem agentis liberi pertinet se positivè determinare ad quodcumque indifferens posita sufficienti cognitione; certum est autem per simplicem intelligentiam cognoscere omnes combinationes rerum possibiles, ac proindè ad summam ejus perfectionem, & actualitatem spectabit circa nullum objectum manere ejus voluntatem suspensam, sed se positivè determinare, decernendo quid ipse Deus, & quælibet creatura esset, vel non esset factura sub omni conditione possibili.

Juxta ergo hunc modum dicendi, cui favent M. Serre, Selmantic., & alii Thomistæ, respond. cum eisdem, quòd cùm divina voluntas sic necessitetur ob summam sui actualitatem ad se positivè determinandum, licèt à nullo objecto in particulari, vel determinato ad extra necessitari possit ad illius prosecutionem, utpotè sibi inadæquatum, & finitum, ejus tamen decreta sunt necessarie vagè, & libera determinatè, ita ut sit sibi liberum velle, & nolle determinatè quodcumque objectum conditionatum contingens, cum necessitate tamen vagè ad volendum, vel nolendum, sive ad decernendum positivè, quid tam ipse, quàm quælibet ejus creatura esset, vel non esset factura sub quocumque conditione, & ordine rerum possibili, quod non solùm convenien-

tissi-

tissimum est summæ ejus actualitati, sed etiam supremo ejus dominio, ac universalissimæ, vel infinitæ providentiæ, unde tantum ab est, quòd dici possint otiosa, & inutilia hujusmodi decreta, quin summoperè condecant ad hæc omnia manifestanda, adeò ut non desit ex adversariis, ut P. Maurus, qui inconveniens reputet ea negare. Sed de his infra de voluntate Dei.

Ex his etiam fit satis ad id, quod opponunt de conditionibus disparatis, ut quid hic Romæ esset facturus Petrus, si Turca alibi saltaret, aut saltaverit; Nam videtur absurdum velle Deum circa hæc quasi his decretis nugari. §. Dicimus enim id absordum reputari, quia providentiam divinam modulo veluti nostro metimur ad mensuram nostræ, ad quam utpotè incertam, & limitatissimam non spectat infinita illa amplitudo se extendendi ad omnes rerum ordines tam in statu absoluto, quàm conditionato sub quacunque conditione possibili, ut spectat ad divinam, unde licet huiusmodi conditiones sint disparatæ secundum se, & respectu nostri, non tamen respectu Dei, qui ex eadem amplitudine reginimis in decernendis rerum ordinibus attendit ad omnia, & singula objecta, sive disparata sint, sive non, nisi velimus quòd ad aliquod in rerum natura ponendum, sive absolutè, sive conditionatè, sub aliqua saltem conditione, ejus providentia non sa extendat, aut ab eadem subtrahatur, quod non minus alienū est, quam si subtraheretur ab ejus Omnipotentia, cum non sit illa minus infinita in sua linea, quàm hæc in linea productionis.

Quòd si velint circa hæc disparata nil Deum decernere, tunc tenemur ut supra asserere, non posse certò cognosci à Deo ut futura sub talibus conditionibus, quia nullo supposito decreto in Deo existante, impossibile est habere in ratione futuri certam, aut determinatam veritatem, ut probatum est, idque etiam de illis prout sic fatentur plures ex adversariis Arrubal, Fasolus, & alii, existimantes non posse conditionata disparata certò cognosci independenter ab actuali decreto.

Ad 2. prob. principalis replicæ nego ant. ad ejus prob dist. ant. futurum conditionatum non est præsens præsentia existentiæ, seù quoad suam entitatem, vel quoad aliquod prædicatum intrinsecum conc., præsentia futuritionis, quæ est illi extrinseca nego, similiter enim discurrimus, ut dicebamus de præsentia omnium futurorum in æternitate, sive absolutorum in communi sententia, sive conditionatorum, prout hæc etiam probabiliter juxta modum suum continentur in illa, nempè quòd jam sunt præsentia, aut physicè existunt ibi antequam existant in se ipsis, scil. existentia præsentiæ, sive extrinsecè, & in superiori mensura, non præsentia existentiæ, sive intrinsecè, & in mensura propria, unde ut verificetur de præsenti esse futura non satis est decretum, quòd esset, sed quod est, sicut ut verificetur esse de præsenti, non satis est influxus Dei productivus, qui esset, sed qui sit, & ratio utriusque est, quia extra statum possibilitatis impossibile est verificari, aut de præsenti convenire aliquod prædicatum creaturæ anteà non habitum independenter ab actu libero divinæ voluntatis, qui actu sit, & non qui esset, aliàs creatura haberet illud primò à se ipsa, & non à Deo, quod implicat.

Ad 3. dico in primis posse retorqueri, ut proximè insinuavimus, sed deindè dist. ma. ita etiam à concursu, & eodem modo, vel secundum idem nego, aliter, conc., nam ab actuali concursu divino pendet tanquam à causalitate primæ causæ, & secundum sui esse, vel existentiam, ut in re ponitur extra causas, à decreto verò, ut à principio, vel determinatione principii, & quoad sui præparationem in causa, ut aliquando ponatur, vel absolutè, vel conditionatè, per quam solam constituitur futuritio desumpta à determinatione causarum, quæ præcedit actualem influxum, unde unde ut verificatur futuritio, non est iste necessarius, sed sola determinatio causarum, aut præparatio in illis, vel absolutà, vel conditionata juxta maritum futuri absolutè, vel conditionatè voliti pro beneplacito divinæ voluntatis, ac proindè indispensabiliter decretum, pec quod sit hæc determinatio, & præparatio, & consequenter etiam Omnipotentia, non ut actualiter influens, sed tantum determinata ad actualiter influendum in tempore, vel absolutè, vel conditionatè juxta qualitatem decreti.

Ad 4. dicimus posse iterum primò retorqueri, quòd sicut actiones nostræ vitales in eo, in quo pendent à principio intrinseco, intelligi nequaunt sine dependentia ab illis, ità pariter, & à fortiori in ordine ad Deum, (à quo intimiùs tenentur dependere) intelligi non poterunt sine dependentia ab illo, unde sicut ut sint futuræ respectivè ad principium intrinsecum vitale, necessè est, ut præcedat ejus determinatio, aut præparatio ad illas producendas, aut saltem sine hac determinatione actu existente impossibile est, ut sint magis futuræ, quàm non futuræ, sive altera determinatè futura præ alia respectu illius, ità à fortiori id verificari nequit respectu Dei, non prævio decreto, aut sine illo actu existente, ac proindè sine illo cognosci determinatè ut tales, non minùs quàm in fieri, vel in produci sine actuali utrobique influxu.

In forma ergo, vel nego suppositū mi., quòd pendeat ab actuali influxu, vel dist. Non est necessarium, quòd actu influat, vel non sit actu præparatum, aut determinatum ad influendum absolutè, vel conditionatè juxtà qualitatem decreti, vel futuritionis, nego, quód præcisè actu influat, conc. si igitur principium vitale non existat aliqualiter determinatum ad dandam existentiam actui vitali absolutè, vel sub conditione nequit tunc actus vitalis dici futurus respectivè ad illud, nec per denominationem ab illo, sed respectivè ad causam primam, quæ est determinata ab æterno per liberum decretum ad producendum in tempore, tum principium vitale, tum ejus actum, ut vidimus ex D. Thom. hic q. 16. ar. 7. ad 3., nam unūquodque dicitur futurū antequam fit, quia in causa sua est, ut postea fiat, unde sublata causa, non esset futurum illud fieri, & quia sola causa prima est æterna ex hoc non sequitur, quòd ea, quæ sunt semper fuerit verum ea esse futura nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura, ut inquit ibi D. Thom.

Secundò arg. In causa universali, & remota non potest certò cognosci, & distinctè effectus particularis, sed divinum decretum est causa universalis, & remota cujuslibet effectus contingentis, vel actus liberi, cujus proxima causa est nostra voluntas, ergo nequit in illo, aut in essentia per illud determinata certò, & distinctè cognosci; ma. constat in motu v.g. solis respectu germinationis plantæ, & ratio est, quia virtus causæ universalis modificatur, & determina-

minatur à causa proxima in qua recipitur, unde impediri potest, ne producat suum effectum, ex defectu scil. virtutis istius, ut recté observat D. Thom. in 1. dist. 38. ar. 5. in corp., ubi non longè à principio inquit. *Quandocunque sunt causæ multa ordinatæ, effectus ultimus non sequitur causam primam in necessitate, & contingentia, sed causam proximam, quia virtus causæ primæ recipitur in causa secunda, secundum modum causæ secundæ, Effectus enim ille non procedit à causa prima, nisi secundum quòd virtus causæ primæ recipitur in secunda causa, ut patet in floritione arboris, cujus causa remota est motus solis, proximè autem virtus generativa plantæ, floritio autem potest impediri per impedimentum virtutis generativæ, quamvis motus solis sit invariabilis, similiter etiam scientia Dei est invariabilis causa omnium, sed effectus producuntur ab ipso per operationes causarum secundarum, & ideò mediantibus causis necessariis producit effectus necessarios ut motum solis, & hujusmodi, sed mediantibus causis secundis contingentibus producit effectus contingentes.* Quibus videtur manifestè docere, quòd sicut contingentia effectuum non attenditur in ordine ad causam remotam, vel primam, sed ad proximam, ut modificantem virtutem, vel influxum primæ, vel remotæ, ita cognoscibilitas sequuta ad eorum esse contingens in ordine ad istam, & non ad universalem, vel superiorem attendenda erit.

Urgeri etiam potest ex communi doctrina Thomistarum. Nam ex eo dicimus non posse Deum simul cum creatura concurrere ad effectum creationis, ac proindè creaturam nec etiam ut instrumentum ad illum, quia nisi velimus frustra assumi, vel adhibari ad agendum, debet per aliquid sibi proprium dispositivè agere ad effectum principalis agentis, scil. modificando, & quasi materialiter determinando, operationem, vel influxum illius, ut tradit D. Thom. infra qu. 45. ar. 5., & alibi in Physicis explicatum est, ac proindè impossibile esse, quòd semel concurrente creatura etiam ut instrumento, divina operatio, vel influxus sit attingentie entis in quantum ens, sive modo illimitato sine præsupposito subjectu, vel ex nihilo, ergo sicut limitatio effectuum ex causa proxima, vel à remota, aut prima ut modificata, aut quasi determinata pensari debet, ità pariter eorum cognitio certa, vel infallibilis.

Urg. ulteriùs. Nam D. Thom. quoties de cognitione futurorum contingentium, & medio illa cognoscendi agit, ut loco proximè relato, & hic, & alibi, semper recurrit ad eorum præsentiam in æternitate, ut certò eadem cognoscat, nec mentionem facit de decreto, ergo censet non esse medium ad illorum certam cognitionem.

Ad hoc poterat in primis negari mi. quoad secundam partem, quia licet Deus sit causa universalis, non tamen univoca, aut mediatè tantum influens, ut alibi dictum est, sed actualissimâ transcendens, ac profundens totum ens, & consequenter immediatè penetrans omnem portionem ejus, unde ad omnia concurrit immediatè immediatione virtutis, & suppositi. §. Sed deindè juxta communè solutionem dist. ma. In causa universali, & remota impedibili conc. inimpedibili nego, & dist. mi. decretum est causa universalis, & impedibilis, nego, inimpedibilis conc., nam causa universalis, quæ est primò prima à nulla inferiori, quantumvis defectibili, & contingenti impediri potest, ne sortiatur suum effectum, quia omnes comprehendit, eique essentialiter subordinantur, inquit D. Thom. infra qu. 19. ar. 6. ad 3. dicens: *Quòd causa prima tunc potest impediri à suo effectu per defectum causæ secundæ, quando non est universaliter prima sub se omnes secundas comprehendens*, secus verò divina voluntas, cujus effectus nullo modo possunt suum ordinem evadere. Per quod patet discrimen ad cæteras universales creatas, quæ non sunt tales simpliciter, sed tantum in aliquo genere, utpotè finitæ efficaciæ. Unde licet virtus divina in creatura recipiatur, non tamen illi subditur, ut impedira possit illius effectum, sed tantum limitara, quod non arguit subjectionem causæ primæ ad secundam, immò ex opposito secundæ ad primam, quia ut dicebamus ex eodem Angelico, ex eo quòd Deus vult effectum talem, præparat, & aptat causam talem, scil. necessariam, vel liberam, aut contingentem, quia vult illum liberum, vel necessarium, & sic etiam si vult illum genitum, vel aductum, & non creatum adhibet causam creatam. Ex quo etiam patet, quòd non tantum infallibiliter, vel inimpedibiliter fit, quod Deus vult fieri, sed etiā eo modo, quo illud fieri vult, quia nempè est infinitæ efficaciæ, ut docet ibidem ar. 8.

Ex quo etiam 1. 2. quæst. 112. ar. 3. In corp. de speciali effectu, scil. præparationis hominis ad gratiam inquit. *Quòd secundum quòd est à Deo movente, tunc habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis, quia intentio Dei deficere non potest, secundum quòd Augustinus dicit in lib. de prædestin. Sanctorum, quod per beneficia Dei certissimè liberantur quicunque liberantur, unde si ex intentione Dei moventis est quòd homo cujus cor movet, gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur, secundum illud Io. 6. Omnis, qui audit à Patre, & didicit venit ad me*, & 2. 2. qu. 24. ar. 11. cit. *Quod virtus Spiritus Sancti infallibiliter operatur quodcunque voluerit, unde impossibile est hac duo simul esse vera, quòd Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, & quòd ipse charitatem amittat peccando*. Et D. August. de correp. & gratia cap. 14. inquit, *Deo volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium, sic enim velle, & nolle in volentis, aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem*. Quia nempè, ut docet ibidem, habet Omnipotentissimam potestatem humanorum cordium, quò placuerit inclinandorum; ac proindè magis habet in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas. Quod totum D. Thom. ubi supra exprimit unico verbo, quia est infinitæ efficaciæ, non esset autem, si posset impediri, ut patet ex terminis.

Ex his non solum fit satis ad 1. confirmat., sed etiam infertur latissimum discrimen inter causam universalem creatam, & increatam, quòd quia hæc est efficaciæ infinitæ, & actualissimè transcendens omnem inferiorem, & profundens totum ens in creaturis, & dans illis virtutem ad producendum effectum, à nulla habet posse impediri, aut determinari ejus concursus, ut fallibiliter, aut contingenter consequatur effectum, immò ast da subjecto non supponente, & derogat summæ ejus actualitati, & infinitati efficaciæ, quòd concurrat concursu indifferenti, & determinabili, sed potiùs eas determinat aptat, & præparat, quia vult effectum hujus, vel alterius ordinis, ut dictum est, scil. contingentiæ,

seu libertatis, vel necessitatis, unde à divina voluntate, vel ejus decreto habentur omnia, quæ desiderantur ut effectus producatur prout correspondet omnibus causis, dando illis virtutē si non ad sit juxta illud August. lib. de gratia, & liber arbit. Præparatur voluntas à Domino; & ideo quantumvis virtus ejus recipiatur in causa secunda, vel libero arbitrio, nunquam habet impediri, quin sortiatur suum effectum, immò oppositum legitimè inferendum est, nam si ad hoc constituit principium, & principium tale, dans ei vires, si non habet ad producendum talem effectum, & ipsa est agens infinitæ efficaciæ, cui omnia causa creata subordinatur, impossibile est, quòd non sequatur talis affectus, ut patet ex terminis. Cœterum in aliis causis secundis universalibus, ut in sole, & aliis corporibus cœlestibus utrumque deficit, nam sunt virtutis, & efficaciæ finitæ, nec profundunt totum ens usque ad ultimam actualitatem existentiæ, (quæ non est potentialis, & determinabilis, sed actualis, & determinativa,) sed solum in suis effectibus per se primò attingunt rationes communes, vel genericas, puta viventis, vel corporis corruptibilis, quæ cum sint potentiales, & determinabiles, etiam concursus earum est indifferens, potentialis, & determinabilis à causis inferioribus, & particularibus, unde sol v. g. tantum diffundit virtutem, ut effectus fiat quantum est ex parte sui, non verò dat virtutem plantæ ut facit Deus, adhoc ut hæc producat illum, quantum est ex parte plantæ, & ideò contingit, quòd in planta inveniantur ea, quæ requiruntur ex parte solis, sine eo quòd reperiantur ea, quæ requiruntur ad producendum illum prout correspondet plantæ, ac proindè impediri posse superiorem causam universalem; itaut non sequatur effectus.

Sed contra hujusmodi discrimen adhuc videtur militare eadem prima confirmat. Quia non minus Deus est illimitatus, & universalimus in influendo, quam sit infallibilis, & in impedibilis, sed nihilominus semel influens pro sui beneplacito cum creatura, seu causa secunda ad effectum limitatur quodammodo ejus influxus, ut universalissimè, vel creativè non influat, sed attemperat illum, & accomodat modo influendi limitato creaturæ, ergo pariter influens, aut conjunctus cum illa, attemperabit, vel accommodabit influxum suum modo fallibili, vel contingenti, illius.

Urgetur hoc. (& præoccupatur solutio) Sine omni imperfectione Deus, quamvis sit illimitatus, & universalissimus in influendo, nihilominus semel conjunctus creaturæ, vel eadem assumpta ad influendum, & operandum, quodammodo limitatur ejus influxus, tota limitatione, vel imperfectione se tenenta ex parte creaturæ, vel in illam solam refundenda, ergo quamvis infallibilis, & in impedibilis sit, semel tamen conjunctus cum creatura, vel causa secunda fallibili, & impedibili, quodammo habebit fallibilitari, ut sic dicamus, & impediri ex parte effectus, tota fallibilitate se tenente ex parte illius, vel in illam solam refundenda, ergo sicut priori modo concurrente Deo, solum cognosci potest effectus ut finitos, vel limitatus, seu ut finite, aut finito influxu procedens, pariter hoc posteriori modo concurrente, solum poterit idem cognosci, ut fallibilis, vel impedibilis, sive ut fallibili, aut impedibili influxu procedans, ac proindè in causa remota, & universali, sive creata, sive increata semel concurrente cum creata fallibili, & impedibili, nunquam certò, & infallibiliter cognosci poterit.

Explic. totum hoc. Licet sit discrimen inter causam universalem, & remotam increatam, & inter universalem, & remotam creatam, quòd hæc intrinsecè, seu ex sui natura, vel impotentia impediatur, illa verò liberè, vel ex sui beneplacito concurrat, nihilominus semel concurrens cum creata, & limitata ita determinatur, & limitatur, ut effectus non procedat creativà, sive influxu illimitato, nec cognosci possit ut talis de linea creativa, ergo concurrente Deo cum causa fallibili, & impedibili procedere non poterit, nec cognosci ut certò, & infallibiliter procedens etiam respectu Dei, vel in Deo.

Huic instantiæ, quæ æquivocat, & confundit superiorem solutionem, & doctrinam D. Thom., quòd licet Deo semel concurrente cum creatura, vel causa secunda non possit effectus procedere de linea creativa, seu effectus creationis, semper tamen infallibiliter procedit juxta præparationem, vel dispositionem divinæ voluntatis, sive intra ordinem, ad quam eadem utpote infinitæ efficaciæ præparat, vel disponit ut producendum, & prout sic est omninò in impedibilis, ec proindè certò, & infallibiliter cognoscibilis in Deo sic præparante, & disponente, quidquid sit, quòd si nolit illum sa solo producere; sed in consortio creaturæ nequeat tunc producintra ordinem creationis, sed distinctum, at in quocunque producatur infallibiliter, & in impedibiliter semper producitur intra illum, ob eandem infinitam Dei afficaciam, ac proindè certò, & infallibiliter in illo cognoscibilis, quod verificari nequit de causa creata remota, & universali quàmlibet prima, quæ utpote efficaciæ finitæ, impediri potest à proxima.

In forma ergo dist. ma., creativè non influet, in impedibiliter tamen, conc., aliter nego mi., & cons. Quia quocunque modo pro sui beneplacito concurrat, & attemperet suum concursum cum creatura, aut causa fallibili, & finita, semper in impedibiliter concurrit, unde nunquam impediri potest à certa, & infallibili illius cognitione in se ipso.

Ad 2. confirm. nego suppositum ant., quòd in priori concursu non creativo, sed eductivo, aut generativo imperfectio aliqua importatur, sicut in posteriori, scil. fallibili, & impedibili, nam in priori, solum importatur hoc, quòd infinitam, vel illimitatam, aut universalissimam virtutis suæ efficaciam explicare nolit, aut exercere, semel assumpta creatura incapaci influxus creativi, in posteriori vero argueretur defectus ajusdem efficaciæ infinitæ, si semel ab illa sic assumpta traheretur ad concurrendum fallibiliter, vel impedibiliter, ut per se patet, prævaleret enim creatura, si ita posset illum impedira non tamen si solum ex incapacitate ob sui limitationem, & finitatem concurrere nequeat cum eodem, aut Deus cum illa ad effectum creationis, unde priori modo deprimerat infinitam ejus efficaciam, posteriori verò tantum facit non posse totam exprimi, sive modo creativo in consortio sui, in quo nulla est imperfectio, sed maxima libertas ex parte Dei in volendo sic concurrere ad determinatum effectum in tali ordine, vel linea productionis. Et per hæc etiam patet ad explicationem.

Tertiò arg. Intellectus divinus est ex se, vel ex sui natura determinatus ad cognoscendum omne verum

rum, ergo independenter ab omni decreto habebit ex se certò, & infallibiliter cognoscere omne id, de quo aliquando verificatur, quod est, ac proinde omne futurum in re aliquando extiturum.

Urg., & explic. hoc præoccupando solutionem. Nam sicut est hoc discrimen inter voluntatem creatam, & increatam, quòd sicut hæc utpote infinitæ efficaciæ non indiget determinari ab aliquo extrinseco, sed ipsa est consilium sibi ut tradit infra Div. Thom. qu. 19. art. 8., ut jam insinuavimus, secus verò creata, quia potentialis est, & efficaciæ finitæ, ita pariter in hoc differt intellectus creatus à divino, quòd ille cum sit luminis finiti indiget determinari objectivè, vel ab extrinseco, secus vero divinus, utpote infinitus in cognoscendo, & penetrando, ergo ad cognoscendum quodcunque verum, sufficit ejus lumen independenter ab omni determinatione objectiva, ac proindè ab omni decreto.

Ad hoc dico in primis, quòd videtur multipliciter solvendum à Contrariis, quia non solum intellectus, & voluntas divina, sed quodlibet aliud etiam attributum divinum est infinitum intra suam lineam, v. g. immensitas in linea locativa, & sic de aliis, & consequentar transcendens quodlibet creatum, atque ex se determinatum, ut ad illud se extendat intra illam, & nihilominus eadem immensitas non se extendit ad loca, aut locabilia futura, ut suppono etiam ex Contrariis, ut dictum est, quia nempè adhuc non pertinent ad ejus lineam, sive quia nondum prout sic habetur eorum determinatio in eadem.

Quòd si dicas hinc magis sumere vires argumentum, quod sicut immensitas teneretur se extendere ad illa, si pertinerent ad suam lineam, ex eo quòd est ex se determinata ad omne id, quod pertinet ad illam, ita pariter tenebitur se extendere intellectus divinus ad omne id, quod pertinet ad lineam veri; cum autem omne id, de quo aliquando verificatur, quod est, pertineat in omni priori signo ad illam, cum ejus veritas non incipiat à signo productionis, aliàs Deus in hoc signo, vel in tempore solum cognosceret illud, jam in omni priori signo certò, & infallibiliter ex sui intrinseca determinatione intellectus divinus illud cognoscat, eo vel maximè, quòd respectus iste rationis consecutus ad cognitionem divinam, non fundatur super actione transeunte, sicut respectus præsentiæ locativæ, sed super immanente, qui debet in omni signo ab æterno convenire juxta communem doctrinam superiùs traditam ad qu. 10., & 13.

Contra hoc est, quia hæc replica magis dissimulat, quàm impugnet retorsionem, utpote procedens ex falso supposito, quòd de aliquo creato, quodcunque sit, sive in statu absoluto, sive conditionato, possit in aliquo signo verificari, quòd est futurum, vel quòd est, sive veritas de futuro, aut de præsenti, independenter ab omni decreto, ut latè patet ex superioribus, & adhuc constabit infra, unde cum sui iterum argumento retorqueo hanc replicam. Quamvis immensitas, (& sic de aliis, etiam quorum respectus rationis ad creaturas super actione immanente fundantur ut respectus consequutus ad cognitionem earum intuitivam,) sit ex se determinata ad coexistendum, vel comprehendum omnia ad suam lineam spectantia, non tamen se extendit, aut comprehendit illa, non supposita eorum determinatione, actu intra eandem concludenta, ergo nec intellectus divinus licet sit ex se determinatus, & infinitus ad certò, & infallibiliter cognoscendum omne verum, non tamen sic attinget illud, non supposita ejus determinatione objectiva intra lineam, in qua est certò, & infallibiliter cognoscendũ; ergo cùm intrà lineam futuritionis nequeat supponi hæc objectiva determinatio independenter ab omni decreto, ut laté in superioribus probatum est, impossibile erit certò, & infallibiliter cognosci independenter ab illo.

Deinde non minùs intellectus ex propriis petit, aut respicit objectivam determinationem, quàm voluntas objectivam tractionem, sive allicientiam, ut suppono ex utriusque discrimine, quòd sicut voluntas trahitur ab exercitio bonitatis objectivæ, quæ est finis, vel ejus objectum, ita intellectus trahit intrà se ipsum per objectivam veritatis determinationem; ex objecto namque, & potentia paritur notitia, sed voluntas etiam divina non fertur in bonum creatum, saltem practicè, & liberè, aut effectivà non supposita aliqua tractione, vel exercitio bonitatis ejus; (quidquid sit de modo simplicis complacentiæ, ut explicatur infrà de voluntate Dei,) qua ratione dicimus ibidem non ferri in impossibilia, saltem liberè, & practicè reduplicato eodem statu possibilitatis; ergo nec intellectus etiam divinus tendere poterit certò, & infallibiliter ad aliquod verum intrà lineam liberam, (qualis est illa futurorum) non supposita ejus determinatione objectiva, unde non refert, quòd quantùm est ex se sit determinatus, si aliàs deest hæc determinatio objectiva, ut reverà perpetuò deesse necesse est, independenter ab omni decreto, nisi velimus unam scientiam cum alia confundere, sive liberam, & practicam cum naturali, vel simplici intelligentia, nec distinguere inter futura, & possibilia.

Ex his ergo, & superioribus ad arg. nego conseq., vel suppositum illius, quòd possit de aliquo creato verificari aliquando, quòd est independentar ab omni decreto præparaota in causa ad dandum illi esse; ut enim constat ex dictis, non ideò futurum fuit, quia est, sed magis oppositum, unde veritas illius de præsenti non potest esse regula ad inferendam certam, & infallibilem cognoscibilitatem ejusdem de futuro, non supposito decreto, à quo solo haberi potest certa, & infallibilis futuritio in eo statu, in quo est certò, & infallibiliter cognoscendum, cùm præcisa determinatio intellectus divini, quantùm est ex se, non inferat determinatam cognoscibilitatem objecti magis futuri, quàm non futuri, aliàs, ut dictum est, quodlibet possibile possit ex eadem determinatione certò cognosci ut magis futurum, quàm non futurum; cùm à nullo alio extrinseco assignabili possit oriri certa rerum futuritio, sicut nec existentia, ac proindè nec certa possibilitas, nisi velimus dare aliam primam causam essendi rerum, quod est alienum, vel hæreticum.

Ad confirm. patet primò ex proximè dictis esse retorquendam, quòd sicut divina voluntas, licèt sit infinitæ efficaciæ, non tamen potest practicè tendere in objectum ad extra non supposita in illo bonitate per modum exercitii, & tractione, vel allicientia ejus, & non tantùm purè quidditativa, aut transcendentali, vel possibili, quamvis ad sic tendendum non indigeat aliquo exteriori, & principio determinante, sed ipsa sit consilium sibi, à qua omnis illa bonitas derivatur, & propterea ab eadem, & à nullo extrinseco dependeat, ita nec intellectus divinus intrà lineam libari, & practici potest certò, & infal-

fallibiliter tendere ad verum creatum, non supposita veritate illius practica, & objectiva determinatione, si et quia hoc totum est derivativè à Deo libetè decernente, & præparante illud in causa ad dandum illi esse, à nullo unquam vero creato dependere possit, ut à sui specificativo, sed tantùm respiciat illud ut objectum purè secundariò, & materialiter terminativum, ut in superioribus explicatum est; immò nec intrà lineam possibilium dicitur tendere ad illud sine objectiva determinatione proportionata eidem lineæ, sicut nec voluntas per modum complacentiæ, ut ipsi dicunt, sine tractione, vel allicientia eidem proportionata, juxta meritum, vel secundùm propria utriusque potentiæ.

In forma ergo nego utriusque suppositum, scil. tam anteced., quàm conf., quòd sine dependentia ab exteriori principio determinante tam voluntatem, quàm intellectum divinum, quantùm est ex se, vel ex parte sui, ut à priori, vel prædeterminante, (de qua loquitur ibi D. Tho.) excludat allicientiam, vel determinationem objectivam sine omnimoda dependentia, vel specificatione; hoc enim dicitur haberi ex propriis ottinsquepotentiæ, ut abstrahentis à creata, & increata, unde infinitas efficaciæ, vel luminis in increata non impedit, nec tollit id, quod est proprium utriusque ut sic, sed solùm dat increatæ, (utpotè summæ actuali, ac proindè omninò independenti, & derivanti omnem participationem ad extra,) quòd primatiò, & immediatè non tendant ad verum, vel bonum creatum in se ipso, sed solùm ad intrà, & in ipso Deo tanquam ad objectum materiale, & secundarium. Et in hoc maximè differt voluntas, vel intellectus divinus à creato, quòd sine omni specificatione, & nihil accipiendo, sed magis totum derivando tendant ad illud, secùs verò creatus, qui utpotè potentialis, ita determinatur ut indigeat accipere, vel specificari ab eodem objecto.

Præterquamquòd (ut admittunt Contrarii, & præcipuè P. Esparza, in cujus gratiam pugnat argumentum) uterque intellectus petit objectum motivum, ergo & medium objectivè determinativum; nam de utroque, ut dictum est, verificatur, quod ab objecto, & potentia paritur notitia. Tum quia uterque in se est potentia formaliter necessaria, ergo ad ea, ad quæ est indifferens, vel ex sui potentialitate, ut creatus, vel ex somma sui actualitate, & eminētia, quæ excedit omne verum creatū, ut in creatus, petit modo explicato hanc objectivam determinationem, scil. ortam ex beneplacito suæ voluntatis, quæ voluit à statu possibilitatis ad illum futuritionis transferre; sicut enim omnis potentia libera tam creata, quàm increata petit determinare se ipsam juxta sui conditionem, scil. dependenter, vel independenter, ut dictum est, ab exteriori principio, ita omnis ex opposito formaliter necessaria petit juxta eandem sui conditionem determinari aliundè. Tum denique, quia non est assignabilis ratio, cur intellectus creatus habeat ex sui finitate sic objectivè determinari, si semel non est de ratione formali intellectus ut sic, hæc objectiva determinatio, ergo si illam admittunt respectu creati, ut tenemur omnes admittere, vel ab ipsa experientia, & constabit ex dicendis infrà de Angelis, negare non possunt etiam respectu divini, salvo tamen superiori jure illius, vel excessu, cut discrimine inter utrumque. Non immoramur ad impugnandum determinationem, quam conantur desumere ex vi, aut natura contradictorium, aut aliter juxta superiores eorum modos; nam latè omnes impugnati sunt, nè eadem repetamus &c.

QUÆSTIO SECUNDA.

An admittenda sit scientia media, seu certa, & infallibilis cognitio Divina actuum liberorum voluntatis creatæ independenter à Decreto efficaciter determinante unum exercitium libertatis præ alio.

Addimos hanc 2. partem in titulo, ut rectè percipiatur quid sit scientia media, seu certa, & infallibilis cognitio divinæ futurorum contingentium, sive actuum futurorum voluntatis creatæ ad intentum eisdem scientiæ Assertorum, & nè confundetur cum certa, & infallibili cognitione eorumdem actuum, quam aliqui Thomistæ, Navarrette, Cabrera, & Zumel ponunt in Deo apud M. Lemos tom. 1. tract. 5. c. 15. §. *Novissimè audivi alium quartum modum &c.*, & fusiùs tract. 6. c. 6., & ax eodem apud M. Piccinardum tom. 3. de Approbat. Doctrinæ D. Tho. lib. 7. q. 5. ar. 1. §. *Respondeo non obstantibus* &c. Nem licet isti conentur salvare certam hanc, & infallibilem cognitionem illorum in Deo independētet à decreto actu existente, & formaliter determinante eadem futura conditionalia, seu in statu conditionato, non tamen sine illo, quod asset, & virtualiter determinatè ed alterum determinatè exercitium libertatis, unde dicunt, quòd quamvis ante formalem determinationem divinæ voluntatis cognoscat Deus futura contingentia, non tamen ante virtualem, quam Mag. Zumel explicat sic, quòd videlicet ex comprehensione divinæ essentiæ cognoscit certò intellectus divinus in quam partem sua libera voluntas sit inclinanda libera sui volitione, & respectu cujus objecti; unde Thomistæ omnes perpetuò recurrunt ad decretum, vel formaliter, ut est jam eorum commonis consensus, vel virtualiter saltem determinans, ut sustinent proximè relati; sive ad decretum actu existens, vel quòd esset; cæterum defensores scientiæ mediæ respuunt omne decretum determinans, & solum admittunt indifferens, sive Deum offerentem suum concursum à voluntate creata magis determinandum, prout scil. voluerit eadem pro innata sui libertate se determinare, & tunc Deus efficiet, vel concurret ad extremum, ad quod hæc se determinaverit; in quo longissimè distant ab omnibus Thomistis, nec ullus ex his au[illegible] est unquam statuere certam, & infallibilem cognitionem illorū in Deo sine aliqua illius determinatione cum sole indifferenti oblatione concursus expectante determinationem voluntatis creatæ, ut hac deindè indigeat, vel teneatur eam explorare ad certò cognoscendum afseosum magis, quàm dissensum, quasi primò determinatè pendentem ab arbitrio magis creato, quàm divino, ex metu præjudicii, ut continuò obiiciunt, libertatis creatæ, quod tamen respectu volūtatis, efficaciæ infinitæ, & radicis totius libertatis in nobis, ut est voluntas divina, non solum vel mini-

minimum quis suspicari potest, immò in omni sui motu scil., nostræ invictissimum est præsidium, aliàs talis non asset, ut efficacissimè probat infra D. Tho. quæst. sæpè relata 19. ar. 8.

Itaque scientia media ad intentum contrariorum duo importat: primum est cognoscere actus liberos voluntatis creatæ conditionatè futuros independenter à divino decreto absolutè existente: secundum verò cognoscere, quid eadem in omni circumstantia, & rerum ordine determinatè faceret, vel non faceret constituta sub principiis intrinsecis, & extrinsecis indifferentibus, idest non determinantibus, sed magis determinandis ex ipsa libertate, seu jure arbitrii creati. Quia verò in ordine ad actus supernaturales certum est contra Pelagianos omninò requiri auxilium intrinsecum supernaturale gratiæ, utpotè excedentes totam facultatem naturæ, & deindè etiam principium extrinsecum, scil. Deum concurrentem per sui decretum, ut dicitur aliquid creatum produci independenter à Deo concurrente, contendunt nihilominus hæc omnia in statu conditionato prævideri omninò indifferentia, ità ut per eandem scientiam certò cognoscat, quid determinatè faceret voluntas creata, si esset præventa gratia intrinseca versatili, ut vocant, & indifferenti absque ullo alio auxilio efficaciter illam determinante ad unam partem potiùs, quàm ad aliam, tum etiam sub decreto indifferente, seù offerente concursum ab illa determinabili, vel expectante determinationem illius, ità ut Deus non efficiat, aut concurrat determinatè ad consensum, vel dissensum nisi prout ipsa se determinaverit ad illum potiùs quàm ad istum. Quamvis in præsenti quæstio non sit de indifferentia principii intrinseci, sive de gratia, an sit ex natura sua intrinsecè indifferens ad utromque, ut ipsi dicunt, an efficax, & illativa consensus, ut nos defendimus, nam de his latè egimus in materia de auxiliis, sed tantùm de indifferentia principii extrinseci, ac scil. Deus certò, & infallibiliter videre possit, quid sit determinatè operatura voluntas creata sub indifferentia ejusdem decreti, nulla suppolita efficaci determinatione ex parte Dei ad alterum eorum.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

NOn est admittenda scientia media inter purè naturalem, & purè liberam. Hæc conclusio est communis Thomistarum, & Scotistarum, & est certa in doctrina D. Thom. nam hic qu. 14. & 1. Cont. Gent. à c. 44. usque ad 71., & in 3. dist. 38.. & de veritate qu. 2. ex professò tractans de scientia Dei duplicem solum in eo assignat scientiam, nempè visionis, & simplicis intelligentiæ. Incredibile est autem, ut rectè observat Mag. Catalam in relata q. præambulari de auxiliis concl. 2. agnovisse in Deo scientiam, cujus nec leviter meminit. §. Sed dicit Suarez, ut supra insinuavimus, antiquiores Theologos cum D. Thom. hanc scientiam sub scientia visionis comprehendisse.

Sed hoc stare non potest cum doctrina ejusdem, nam hic ar. 9., & qu. de veritate ar. 8., & ar. 9. ad 2., & ar. 4. citatæ dist. expressè asserit, quòd Deus scientia visionis solas eas creaturas dicitur scire, quæ sunt extra ipsum in propria natura secundum quodcunque tempus, qualia sunt præterita, & futura absolutè, unde scientia visionis respectu creaturarum est libera simpliciter, & potuit non esse in Deo, quia si Deus decrevisset, ut potuit nullam producere, nulla unquam esset extrà ipsum in propria natura, & ideò nullius diceretur habere scientiam visionis, ergo non potuit sub ista comprehendi, quia illa, ut volunt, nec libera est, nec potuit non esse in Deo, nec ajus objectum sunt creaturæ, ut extrà Deum sunt in propria natura secundum aliquod tempus, vel durationem. §. Quare Vasquez, ut etiam dictum est, sub scientia simplicis intelligentiæ asserit comprehendi. §. Sed neque hoc stare posse ostendimus cum eodem Magistro, quia D. Thom. objectum scientiæ simplicis intelligentiæ, quæ modo explicato præcedit actum liberum divinæ voluntatis, ait solum esse possibilia, prout sunt in potentia Dei. §. Tum etiam, quia ut supra opponebamus, verbum divinum per se procedit, scil. perseitate metaphysica, ex cognitione creaturarum, quæ dicitur scientia simplicis intelligentiæ, & præcedit decretum liberum divinæ voluntatis, ut probatur infra de Trinitate, & docent jam communiter Theologi, ergo talis scientia prout sic, & ad intentum Contrariorum non se extendit ad futura conditionata; prob. conf. quia aliàs Verbum per se potuisset non procedere ex cognitione aliquorum, ut dictum est, ex qua de facto procedit, sed ex cognitione aliorum, quia, ut ipsi docent, potuerunt pro innata libertate nostræ voluntatis esse alia futura sub conditione, & non esse sic futura, ea, quæ de facto sunt. Sed ulteriùs §. seq. magis apertè constabit, quàm sit aliena hæc scientia à menteD.Th.

§. II.

Ratione probatur primò ex Doctrina D. Tho., vel ad mentem ejus.

PEreunte, vel impossibili objecto scientiæ perit, vel impossibilis est scientia, sed impossibile est, præcipuè juxtà D.Thom., objectum hujus scientiæ, ergo est eadem impossibilis. Prob. ant. objectum illius, ut vidimus, est actus liber voluntatis creatæ conditionatè futurus independenter à decreto, actu absolutè existente, aut determinante ad unum potiùs, quàm ad oppositum; sive est veritas objectiva propositionum contradictoriarum de futuro contingenti independenter ab illo, sed impossibilis est hujusmo di veritas certò, & infallibiliter cognoscibilis sine eadem dependentia, præcipuè juxta doctrinam D Th. ergo: mi. latè ostensa est superiori quæst., & traditur expressè à D.Thom. loc. is ibidem relatis, in quibus ad habendam determinatam veritatem, & cognoscibilitatem horum futurorum perpetuò recurrit ad determinationem 1. causæ per sui decretū, in quo solo statuit esse certò, & infallibiliter cognoscibilia, sive in divina essentia, ut dictum est, determinata per illum (quidquid sit quòd ad cognoscendum eadem intuitivè exigat eorū physicam præsentiā in æternitate, ut vidimus supra, & adhuc infrà,) unde certissima est ex principiis, quæ sæpè usurpat D.Th. præcipuè hic ar. 5. in corp., quòd Deus *se ipsum videt in se ipso, alia autem à se non in se ipsis videt, sed in se ipso*; & idē repetit ad 1., & probat 1. Cont. Gent. c. 49. ex D. Dionys. nempè omnia cognoscere in sua essentia, tanquam in causa, & cap. 65. ratione 5. inquit. *Cognitio Dei est de* re-

rebus omnibus per cauſam, ſe enim cognoſcendo, qui eſt omnium cauſa, alia quaſi ſuos effectus cognoſcit. Quod cap, 67. extendit ad futura contingentia, & cap,68. ad actus liberos noſtræ voluntatis. Undè infrà qu. 16. ar. 7. ad 3. apertiſſimè ante decretum, vel independenter ab illo, ut determinante, nullam agnoſcit determinatam veritatē inæqualiter contingentibus, quod etiam tradit lect. 13. ſuper c. 8., & in 1. diſt. 38. qu. 1. art. 5., & alibi ſæpe, ut ſuperiùs ponderavimus, & videri poſſunt Mag. Lemos, ubi ſupra, & Mag. Ferre tract. 1. tom. a. hic §. a., & alij.

Urg. præcedens ratio, & præoccupatur ſolutio recurrens ad hoc, quòd objectum ejuſdem ſcientiæ ſit quidem actus liber voluntatis, non tamen, qui modo ſit etiam ut conditionatè futurus, ſed qui eſſet, vel prout eſſet ſub conditione, unde neceſſarium non eſt aſſignare, vel recurrere ad aliquod decretum actu abſolutè exiſtens, vel determinans ut habeatur ejus determinata veritas, ſed extiturum, quando verificaretur conditio, unde etiamſi futuritio conditionata eſſet aliquod præſens, nec prout ſic dari poſſet abſque decreto actu exiſtente, non propterea inferendum eſt abſq; vel independenter ab illo, non poſſe certò, & infallibiliter cognoſci objectum ejuſdem ſcientiæ. Unde contrà hanc ſolutionem, quæ etiam q. antec. impugnata eſt, arg. iterum ſic. Licet actus ille etiam ut conditionatè futurus, modo abſolutè non ſit, ejus tamen veritas conditionalis, actu abſolutè eſt, immò ab æterno, aliàs ejus certa, & infallibilis cognitio in Deo ab æterno eſt de ſubjecto non ſupponente, unde licet ad exiſtentiam expectetur purificatio, vel poſitio conditionis, veritas tamen illius, ut certò cognoſcibilis non pendet à purificatione, vel poſitione conditionis, ſi velimus Deum certò illam cognoſcere ab æterno. §. Tum quia quando actu purificatur, vel ponitur conditio non ſolum verificatur, quòd actu eſſet, ſed quòd abſolutè eſt; ſed impoſſibile eſt, quòd veritas contingens, & libera abſolutè ſit, independenter à decreto divino, actu abſolutè exiſtente, vel determinante, niſi iterum velimus, quòd aliquod creatum, vel veritas ſecunda verificari poſſit, quòd abſolutè ſit independenter à prima, vel à Deo, quod eſſet extrahere illam à linea creaturæ, ergo quomodocumque aſſignetur, vel explicetur objectum illius ſcientiæ, impoſſibile eſt poſſe verificari, vel affirmari independenter à divino decreto, actu abſolutè exiſtente, aut determinante, nam aliàs non eſſet verum veritate ſecunda, & participata, ſed prima, & ſumma, quod eſt alienum. §. Tum quia ut ab initio hujus tract. inſinuavimus, veritas hujus objecti non eſt de numero earū, ſcil. neceſſariarum, quæ ſolum ſupponunt Omnipotentiam, quæ eſt illarum determinatio, ſed contingentium, quæ licet illam ſupponant, non tamen eſt determinatio illarum, ſed providentia, & diſpoſitio Dei, à qua expectant determinationem, quam ex ſe non habent, vel ex ſui natura, aliàs contingens non eſſet, ſed neceſſaria, ergo omninò independenter à decreto Dei determinantè certò affirmari non poſſunt, ac proindè nec cognoſci infallibiliter quoad alterum ſui determinatum extremum.

Dices ità eſſe, quòd prædicta veritas nunc de facto abſolutè eſt, non tamen quaſi ſubjectivé, & phyſicè exiſtens, ſed logicè tantum, & objectivè, ſive in ratione objecti ſignificabilis per propoſitionem conditionalem, quia ſcil. affirmatur conſenſus de futuro, quòd nempe eſſet ſub conditione. Quod ſub aliis verbis, ut vidimus. Alii exprimunt dicendo, effectum futurum contingentem, ſive veritatem ejus conditionalem non habere eſſe in ſe ipſa in actu exercito, ſed tantum in actu ſignato ex hypotheſi, & ideò ſecundùm tale eſſe eſt objectum certæ, & infallibilis cognitionis divinæ ſine indigentia decreti actu exiſtentis, & determinantis, ſed quod eſſet affirmata conditione, vel hypotheſi:

Sed hæc ſolutio manet ſufficienter impugnata ex dictis; & quia modo eidem videntur ſatis fidere contrarii, impugnatur iterum primo ſic. Vt verificetur eſſe exercitè, ſive phyſicè, & ſubjectivè eſt neceſſarium decretum actu exiſtens, ità ut ſine illo actu exiſtente verificari non poſſit, ut dicit ſolutio, ergo ut pariter verificetur ſignatè, ſive objectivè, & logicè, erit neceſſarium decretum actu exiſtens, ità ut ſine illo actu exiſtente nequeat pro hoc ſigno futuritionis certò, & infallibiliter affirmari, vel verificari, prob. conſ., quia non minus pro hoc poſteriori eſſe eſt quid liberum, & contingens, quàm pro priori, nam planè non eſt quid ortum ex prædicatis ex natura rei, aut prædicatis intrinſecis, vel eſſentialibus, aut ex connaxione neceſſaria extremorum, aliàs non eſſet de numero contingentium, de quibus eſt quæſtio, ergo ſi in priori eſſe certò, & infallibiliter affirmari, ac proindè nec certò cognoſci poteſt ſine decreto actu exiſtente, nec poterit in poſteriori; nam impoſſibile eſt, quòd id, quod creaturæ ex natura rei, & ab intrinſeco ex ſuis principiis eſſentialibus, vel neceſſariis non convenit, poſſit eidem convenire niſi in ordine ad aliquam cauſam, ſive ſit quid diminutum, vel logicum, aut objectivum, ut patet in ente rationis, ſive à fortiori, quid phyſicum, & ſubjectivum reale, quia in ea ratione, vel eſſe, in quo affirmatur eſt de numero effectuum, implicat autem affirmare actu effectum ſecundum aliquod eſſe quodcunque ſit, niſi affirmatur actu cauſa ſecundum illud, niſi velimus actu effectum præcedere cauſam, vel actu eſſe à ſe ipſo ante illam, quod eſt alienum, ut patet, & implicatorium.

Explic. hoc. Quia ut in ſuperioribus arguebamus, eſſe objectivè ſeu in actu ſignato determinatè futurum infallibiliter (quòd omninò requiritur, ut effectus liber contingens, vel propoſitio, quæ de ipſo formatur, habeant determinatam veritatem objectivam, & poſſint eſſe objectum infallibilis cognitionis) non poteſt convenire effectui libero, vel contingenti v. g. conſenſui, vel volitioni niſi in ordine ad aliquam cauſam, quæ pro eodem ſigno rationis infallibiliter determinata ſit ad ejus productionem, ſed in ſigno rationis antecedente omne decretum actu exiſtens in Deo nec ipſa divina voluntas, nec creata ſub quibuslibet circumſtantiis ex hypotheſi conſtituta eſt infallibiliter determinata ad productionem conſenſus, ſed æquè indifferens ad diſſenſum, & volitionem, ergo vel pro tali ſigno rationis adhuc actu non eſt etiam objectivè talis conſenſus, aut veritas ejus, vel ſi actu eſt, & ut certò cognoſcibilis, tenemur omninò ſupponere actu eſſe decretum in Deo exiſtens; conſ. eſt evidens, & mi. conſtat ex dictis, nec poteſt negari ad adverſariis, ut vidimus, niſi propria fundamenta deſtruant: ma. etiam manifeſte oſtenſa eſt ex D. Thom. 1. Perhier. lect. 13., nam ſi velimus effectum futurum, aut veritatem ejus diſtinguere à purè poſſibili, tenemur recurrere ad talem, vel talem modum continentiæ ejus in cauſa, ſcil. tali, vel tali modo determinata ad

pro-

producendum illum, & non purem illius continentiam in eadem, hæc enim constituit possibile non futurum, unde ad verificandum illum, vel ejus veritatem actu determinatè, & certò cognoscibilem intrà lineam futuritionis, est necessarium supponere certam determinationem causæ, quæ independenter à decreto actu existente haberi non potest, ut probatum est, nisi velimus id, quod est de linea effectus incipere à se ipso, & habere aliquid prævie ad suam causam, quod implicat in terminis, ut dictum est, & videri possunt superiora, ne eadem repetamus.

Explic., & urg. ulteriùs. Nam futurum secundum illud esse objectivum, sivè veritas ejus objectiva nequit esse pura denominatio extrinsece à cognitione, & repræsentatione divina, sed est eliquid distinctum ab illis ergo cum sit de numero effectuum, ut dictum est, si semel modo de præsenti est aliquid determinatum, necessariò pendet modo de præsenti eb aliqua causa determinate, & præcipuè prima, cujus est participatio, omnis alia ad extrà, consf. tenet ex dictis, & antec. patet, quia cognitio, & repræsentatio est quid activum, & non purè objectivum: Tum quia inquocunque consistet; nequit esse aliquid magis determinatum, quàm sit eadem cognitio, & repræsentatio, sive divina essentia, ut repræsentans, sed hæc ut probatum est, & iterum constabit, non est essentialiter, vel naturaliter se ipsa præcisivè à decreto determinata ad unum repræsentandum magis, quàm aliud, sicut neque intellectus ad cognoscendum, cum hic non cognoscat, nisi ut repræsentantur, nec essentia repræsentet, nisi ut continentur certum est autem non contineri in Deo unum magis determinatè, quàm aliud, ergo nequit haberi de præsenti, vel actu idem esse objectivum, quodcunque sit, vel nominetur, actu modo de præsenti, non existente actu determinate sive ad repræsentandum, sive ad denominandum, sive ad producendum.

Denique instari potest. Quia non minùs futurum intra suam lineam, sive in ratione futuri sive absolutè, sive conditionate pendet à Deo in fundendo determinatam veritatem, quàm pendeat possibile intrà suam, immò magis, cum futurum non solum sit de linea creaturæ, sed etiam de numero effectuum extra, saltem in præparatione causæ, vel secundum ordinem ad existentiam juxta conditionem suæ futuritionis; sed nequit possibile fundare illam intra suam nisi dependenter à Deo sub aliqua ratione actu in illo existente absolutè, scil. vel dependenter à divina essentia in genere causæ idealis, vel eb omnipotentia, sive extrinsecè denominante in opinione constituente rerum possibilitatem in extrinseca denominatione eb illa, sive saltem terminativé, quia non habent repugnantiam, ut sint terminus productionis ejus, actu in Deo existens, ergo nec poterit futurum quodcunque sit, immò minùs fundare eandem independenter à Deo sub aliqua ratione actu in illo absolutè existente, ergo cum non possit sub præcisa ratione dependentiæ eb illo, ut omnipotente, ut dictum est, (cum hæc tantum constituat in ratione possibilis,) nec sit alia imaginabilis ratio actu absolutè existens in Deo, ut patet, (nam ratio physicè producentis, non constituit rem futuram, sed præsentem, & existentem,) impossibile erit, quòd eam fundet prævie ad omne decretum actu absolutè existens in illo. Et hæc etiam est efficax ratio, & paritas ad impugnandam eandem scientiam mediam.

§. III.

Alia ratione à priori probatur Conclusio.

1. Etiam à priori prob., & simul urg. superiora. Quidquid in exercitio repræsentat divina essentia, ut species intelligibilis intellectui divino, vel repræsentat purè naturaliter, & omninò necessario, vel liberè simpliciter, ergo omnis illius cognitio vel est puré naturalis, & omninò necessaria, vel libera simpliciter, ergo nulla datur media inter utramque. Hæc ultima conf. tenet; prima etiam constat quia ut docent communiter Theologi cum D. Thom. hìc ar. 5., & 1. Cont. Gent. cap. 46. Deus nihil intelligit, quod per suam essentiam, ut speciem non repræsentetur, & omnis divina cognitio, ut prob., & explic. est, eb eadem ut objecto primario specificatur. Ant. verò prob. divina essentia, in exercitio repræsentare id, quod repræsentat, vel habet ex natura rei ex propria ratione formali independenter à decreto libero divinæ voluntatis, vel ex beneplacito, & decreto ejusdem determinetur ad id repræsentandum, sed quod repræsentat priori modo purè naturaliter repræsentat, & implicat in exercitio non repræsentare, nisi velimus posse in exercitio ab aliqua sui perfectione deficere; quod verò posteriori, simpliciter liberè repræsentat; nec est assignabile, aut fingi potest aliud medium repræsentandi ergo,

Explic., & urg. hoc. Quia si divina essentia ex propria ratione formali non est determinata ad exercitium repræsentandi, seu repræsentandi in exercitio, hoc potiùs determinatè, quàm illud, ut revera determinata non est, ut probavimus, plenè nil fingi potest, à quo determinatio hæc orietur, nisi recurramus ad liberum nostrum consensum, ut ad primum determinans illam ad repræsentandum in exercitio hæc potiùs, quem illa, nam quòd hæc potiùs, quàm ille, tot, & non plura, ut futura conditionaliter repræsententur, (cum potuerint alia, & non hæc repræsentari) non est à caso, & fortuitò, sed cum pondere, mensura, & ratione determinatum. Cujus ergo ratione? nostræ, an divinæ? nostræ respondebunt, nisi scientiam mediam evertere velint, Erit ergo divinæ essentiæ, vel scientiæ nostræ libertas primum determinans, quod est alienum, utpotè invertens ordinem causarum, & præcipuè inter creatam, & increatam, cujus creata est participatio in omni suo prædicato de linea entis, & perfectionis, & in quolibet genere, & ordine, sive essendi, & operandi, ac proindè tenetur omninò in utroque supponere perfectionem divinam, quam participat; constat autem, quòd ratio determinativi, præcipuè intrà forum libertatis, ut jam insinuavimus, est maxime perfectio, undè videtur in intelligibile, quòd eã accipiat, aut expectet aliquomodo Deus à creatura, sive quòd hujus determinatio prævie se habeat ad illam Dei vix enim præter eandem inversionem ordinis causarum evadere possunt subjectionem Dei ad illam, ac proindè etiam obstare videntur decretum Innoc. XI., quo proscripsit eam propositionem. *Deus subjicit nobis suam omnipotentiam*, ut insinuat Meg.

Mag. Ferre to. 2. in 1. 2. in append. reſponſionum ad objecta in fine, de qua etiam videri poteſt Mag. Piccinardus tom. 3, de approbat. lib. 7. q. 6, ar. præcipuè 3.

Urg. hoc. In ſigno illo rationis antecedente omne decretum liberum divinæ voluntatis, in quo divina eſſentia purè naturaliter repræſentat in exercitio ut poſſibiles tantum, omnes rerum ordines, aut cauſarum cum ſuis circumſtantiis; vel purè naturaliter repræſentat in exercitio effectus liberos, & contingentes in quolibet rerum ordine producibiles, ut tantum poſſibiles, vel ut non tantum poſſibiles, ſed etiam alios ut futuros determinatè in illo ordine ſi fieret, alios verò ut non futuros determinatè; ſi dicatur primum, jam nullus in illo ſigno cognoſcitur à Deo ut futurus, ſicut nullus repræſentatur ut talis, ſed tantum ut poſſibilis, ac proindè ſolum poſſunt eſſe objectum ſcientiæ purè naturalis, vel ſimplicis intelligentiæ. Si verò ſecundum, manifeſtè tollitur libertas à Deo ad aliter decernendum circa eorum productionē in hoc, vel illo rerum ordine, quàm ut repræſentantur, quia impoſſibile eſt eorum repræſentationem in divina eſſentia fruſtrari, ob immutabilitatem divinæ repræſentationis, ſicut & cujuslibet alterius prædiceri divini.

Explic. hoc. Nam ſi ità eſt quòd repræſentantur à divina eſſentia non purè naturaliter in exercitio, ut tantum poſſibiles, ſed alii ut futuri determinatè in illo ordine ſi fieret, & alii, ut non futuri determinatè, ergo non eſt, vel non fuit ampliùs liberum Deo velle, ut in ordine cauſarum, quem producere decrevit, non fierent affectus contingentes, & liberi, aut qui ut futuri repræſentabantur, ſint non futuri, quia impoſſibile eſt aliquid poni, vel non poni contra divinam repræſentationem, ſeu quòd id, quod in divina eſſentia repreſentatur ut non futurū ſi in aliquo ordine cauſarum, ſit futurum in illo; aut non ſit futurū, quod repræſentatur ut futurum, niſi velimus divinā eſſentiam mendaciter, vel fallibiliter repræſentare, quod eſt alienum. Undè omninò neceſſarium eſt futurum eſſe, quod repræſentatur, ut futurum ab illa.

Quòd ſi dicas nec eſſe ſimpliciter impoſſibile primum, nec ſimpliciter neceſſarium ſecundum, ſed ex ſuppoſitione, quòd alij ut futuri repræſentantur in diuina eſſentia, alii verò ut non futuri §. Contra hoc eſt, Nam hæc ſuppoſitio antecedit liberum conſenſum divinæ voluntatis, ergo vel tenentur nobiſcum fateri neceſſitatem ex ſuppoſitione antecedente conſenſū voluntatis ſtare cum libertate, vel quòd eorum ſcientia media deſtruat ut ſupra, libertatem divinam circa effectus contingentes liberos: ex quo etiam fit conſequens, noſtram quoque deſtruere, quæ ſine divina, cujus eſt participatio, ſubſiſtere non poteſt.

Secundò Etiam poterat ex ſuperioribus reſponderi argum. principali, ejuſque confirmationibus, intellectum, vel ſcientiam divinam, utpotè infinitam immediatè penetrare extrà, veritatem objectivam, vel quam partem determinatè ſore electuram voluntatem noſtram ſub his, aut illis circumſtantiis, vel conditionibus, & non ſolum ad intra in repræſentatione divina, vel divinæ eſſentiæ. §. Sed hæc ſolutio ſufficienter impugnata eſt. Nam deſtruit alteram perfectionem, ſcil. æqualitatem Dei in genere intelligibili, ut dictum eſt, ſive inter intelligibile activum, & paſſivum; quòd nempè Deus ut intellectivus excederet ſe ipſum, ut intelligibilem, ſi ut intellectivus ſe extenderet ad aliquod objectum penetrando immediatè illud, ad quod non ſe extendit, ut intelligibilis, ſive ut repræſentans illud per ſui eſſentiam, ſive non priùs repræſentatum per illam, unde vel tenentur recorrere ad eandem repræſentationem eſſentiæ omninò indifferentem in eodem ſigno rationis antecedente omne decretum liberum, & tunc redit idem argumentum; vel de medio tollere eandem æqualitatē. §. Præterquamquòd ſolutio eſt de ſubjecto non ſupponente, quòd poſſit haberi determinata cognoſcibilitas, ut dictum eſt, ex parte objecti in eodem ſigno totiùs indifferentiæ, unde parum refert, quòd intellectus, vel ſcientia divina ſit infinita, ſi aliàs objectum determinatè cognoſcibile non eſt, nec eſſe poteſt in eodem ſigno, antevertendo omnem determinationem liberam, eſſet enim, ut ſupponitur; & non eſſet, quia ſumus in ſigno prioritaris ad omnem determinationem?

Recentiores ergo ut hoc argumentum, & alia ſuperiora ſolvant, ad decreta conditionata, ut jam inſinuavimus, confugiunt, conceduntque effectum contingentem, ut futurus ſit conditionaliter, & ut talis repræſentetur in divina eſſentia, & cognoſcatur à Deo, præſupponere decretum conditionatum, quo Deus vult illum fieri, ſi ſit bonus, aut permittere ſi ſit malus, ex hypotheſi, quòd cauſam ejus in tali rerum ordine crearet: quod decretum hac propoſitione conditionali explicant, ſi Petrum crearem in tali rerum ordine, vellem aut permitterem, ut *hoc, vel* illud fecceret. An verò hujuſmodi decreta conditionata ſint admittēda vel non, latè infrà examinabimus, eaque ſuſtinebimus, de voluntate Dei. Negat verò Vaſquez, & ex noſtris Ledeſma ubi ſupra concl. 2. Affirmant verò Alvarez, & alii. Tria tamen ut certa ſupponimus. Primum eſt, quòd admiſſo tali decreto conditionato abſolutè exiſtente in Deo, infallibiliter poſſe ab eodē præſciri in illo effectus liberos contingentes ut futuros conditionaliter, ut dictū eſt, non minùs, quàm in abſoluto, ut abſolutè futuros, quia divina voluntas non eſt minus determinata per conditionatum ad producendos illos data hypotheſi, quàm per abſolutum ad producendos abſolutè, neque eſt illud minus infallibile, quàm illud.

Secundum eſt non poſſe talem ſcientiam dici, nec eſſe mediam inter naturalem, & liberam, ſed magis liberam ſimpliciter, quia prædictum decretum conditionatum eſt liberum ſimpliciter, ergo à fortiori ſcientia illud ſupponens, vel illi innixa; ant. conſtat, quia negari non poteſt Deum, ſicut ex hypotheſi, quòd crearet Adam in paradiſo, decrevit permittere ejus conſenſum in peccatum, potuiſſe decernare, ſcil. non permittere, ſi conſenſus Adæ ex illa hypotheſi non erat futurus antequam decerneret permittere illum. Et ratio à priori de omnibus eſt, ut expendimus infrà de voluntate, quià effectum quēcunque conditionaliter futurum eſt bonum finitum, & limitatum, non minùs quàm eſſe futurum abſolutè, cum quodlibet bonum ad extrà ſit inadæquatum reſpectu Dei, & infinitè deficians, vel diminutum reſpectu illius, ac proindè nullum potens neceſſitere ejus voluntatem ad ſui proſequntionem, ergo potuit Deus vella, quòd non eſſet futurus conditionalirer, non minus, quàm quòd non eſſet futurus abſolutè, quia Deus omnia alia à ſe liberrimè vult eſſe, vel non eſſe, ut etiam probat D. Tho. ibidem ar. 3. q. 19., & 1. Cont. Gent. c. 81.

Tertium quòd ſi conſenſus voluntatis creatæ non

po-

potuit esse, nec prævideri conditionaliter nisi præ-supposito decreto conditionato Dei ut causa futuritionis ejus, admittenda est necessariò prædefinitio absoluta antecedens consensum voluntatis, ut causa futuritionis absolutæ consensus, quia eadem est proportio effectus conditionaliter futuri ad decretum conditionatum, atque effectus absolutè futuri ad decretum absolutum. §. Ex quo obiter ad ulteriorem notitiam horum decretorum infertur primò admittendam esse necessitatem suppositionis antecedentem consensum voluntatis stare posse cum libertate, quia supposito decreto divino de futuro consensu necessarium est ex suppositione consensum esse futurum juxta meritum decreti. Secundò sequitur esse admittendam præmotionem voluntatis, quia decretum non est causa futuri consensus, nisi ut virtualiter transiens in voluntatem, ergo concursus Dei præcedit consensum, quia est causa illius. De quo etiam latè alibi in Physicis.

§. IV.

Alia ratione ex pluribus inconvenientibus probatur Conclusio.

Ultimò prob. ex gravissimis absurdis, quæ videntur sequi ex eadem scientia media. Primum, quòd non habeat Deus rationem supremi Provisoris. Secundum nec rationem supremi Domini, vel dominii. Tertium, nec rationem primi, vel supremi liberi, immò potiùs subjecti, ut innuimus, secundo libero. Quartum, quòd tollatur à Deo certa, & à priori futurorum cognitio. Ultimò tandem, quòd magis avertat, quàm tueatur libertatem nostram. Probantur singula, primum quidem, quia posita hac scientia antavertente, vel penetrante aliquid futurum independenter à decreto determinatè intendente hoc potiùs, quàm illud, manifestè ponitur aliquid casuale respectu Dei, sive præter intentionem ejus, ergo aliquid subtrahitur à providentia illius, prob. conseq. simul cum antec. Nam providentia non consistit in sola scientia, sed etiam in voluntate provisoris ordinantis, & disponentis res provisas in ordine ad finem intentum, de quo D. Th. 3. cont. Gent. 73., ergo.

Hinc etiam præoccupatur communis solutio Adversar. nempè effectum illum conditionatum, seu determinatam veritatem illius objectivam, non affirmari, aut verificari, nisi Deo sciente, ac proindè nihil casuale inferri posse respectu illius. Nam permisso etiam, quòd posset id certò sciri à Deo, (quod tamen patet ex dictis, & adhuc statim constabit id esse impossibile) adhuc desideratur voluntas, & intentio Provisoris præcipuè supremi, & perfectissimi ad salvandam ejus providentiam. Commune est enim omni agenti intellectuali operari propter finem à se intentum, & non solum cognitum, ergo sicut operaretur à casu semel non cognoscens, ità pariter operabitur à casu non intendens illum: qua ratione ostendimus 3. par. quæst. 1. ad ar. 3. contra Suarez idem debere esse motivum Incarnationis quantum ad intentionem, & quantum ad executionem, aliàs fuisset executa à casu, non priùs eodem motivo intenta contra meritum cujuslibet agentis intellectualis, & maximè primi, sive Dei, qui omnia operatur secundū consilium voluntatis suæ. Quis enim dicet salva sui omnimoda independentia in hoc, & quolibet alio genere, Deum tantum cognoscere ea, quæ cadunt sub ejus providentia, & non etiam intendere, & velle illa, sed solum concurrere, aut velle eadem ut prius intenta, aut prout volita tantum à creatura? Planè videtur plus nimiò derogari supremo analogato in hac linea, & non solum constituere operans à casu, vel præter intentionem, si tantum intendit juxtà intentionem præviam creaturæ sive antecedentem sui intentionem: parum enim refert, quòd cognoscat si tamen non vult, nec potest velle, nisi prout vult, & priùs vult creatura; apertè siquidem, vel in terminis pugnare videntur hæc cum juribus primi Provisoris, à quo omnis creatura in hoc ordine, & in omni participare debet.

Ex quo ulteriùs impugnatur solutio sic. Implicat in terminis, quòd in aliquo signo etiam rationis priùs appareat velle creatum, quàm divinum, ac proindè velle determinatum creatum priùs, quàm determinatum divinum, ergo non tantum scientia, sed etiam volitio, vel intentio divina debet præcedere consensum, vel velle creatum quodcunque sit, ergo non solum istud erit à casu respectu Dei non supposito velle divino, sed etiam arguet Deum inordinatè operantem, quod est totaliter destruere rationem supremi provisoris, cum propriissimum munus illius sit, omnia ordinatissimè velle, & operari, sive pondere, numero, & mensura. Utraque conseq. tenet, & antec. prob. Quia nulla perfectio creata in universum esse, aut intelligi potest, non supposita perfectione divina, cujus in sua linea sit participatio, nisi velimus, quòd sit à se, ergo implicat, quòd velle, aut velle determinatum creatum præcedat velle determinatum divinum prob. conseq. Quia velle creatum est participatio velle, seu volitionis divinæ, unde sicut hac ratione implicat, quòd creatura possit aliquando concipi, ut primum ens, aut quòd solum supponat istud ut indifferenter se habens ad creatum, ità pariter implicat, quòd concipi possit, ut primum agens, aut volens non supposita actione, aut volitione divina, aut quòd ista indifferenter se habeat ad creatam, vel expectans eam, ut primò, vel prius influxivam, vel determinantem divinam.

Urg. hoc. Effectus creatus, seu actus liber bonus voluntatis non minùs ut conditionatè futurus dependet à Deo in statu conditionato, quàm ut futurus absolutè dependeat ab illo in statu absoluto, sed ut fatentur plures ex Contrariis ad salvandam perfectionem dominii, & providentiæ in Deo tenetur in hoc posteriori statu omninò supponere decretum prædefinitivum absolute existens in illo, ità ut nec esse, nec certò cognosci possit sine illo, ergo pariter tenebitur supponere, ut conditionatè existens, itaut nec esse, nec intelligi certò possit per scientiam mediam sine illo, conseq. tenet, quia repugnat effectum aliquem esse, aut intelligi, (præcipuè in ordine ad Deum, cujus influxus est universalissimus, & magis intimus, quàm cujuslibet causæ proximæ, & cujus scientia est perfectissima, & comprehensiva) non supposita causa, & omnibus ab ipso non exploratis; tum quia ab eisdem causis ut absolutè existentibus dependet effectus in statu absoluto, à quibus dependet ut existentibus conditionatus in statu conditionato: ma. verò etiam constat, quia creatura in

quocunque modo eſſendi reali ponatur, aut conſideretur, ſemper eſt potentialis, & per participationem, nec aliter intelligi poteſt ſalvo ejus conceptu eſſentiali creaturæ, unde vel non evitatur cauſalitas reſpectu Dei, ejuſque providentiæ, decreto, vel prædefinitione non præſuppoſita etiam in ſtatu conditionato, vel nunquam prævideri poterit voluntas creata benè operatura in hoc eodem ſtatu niſi dependenter à decretis prædiſiuitivis ſaltem, ut conditionatè exiſtentibus.

Racentior egregius ex ſocietate, quam ante pluras, & plures annos audiebam hic Romæ in publicis theſibus concedebat hoc totum, ſed ut adhuc ſimul componeret perfectionem divinæ providentiæ ſina ulla ceuſalitate cum ſcientia media, hujus objectum explicebat ſic, nempè, quòd ex parta conditionis debeant poni omnia illa, & illa ſola, quæ conſtituunt actum primum proximum indifferentem, ex parte verò conditionati debet poni actus ſacundus liber cum cœteris omnibus, quæ ſunt eſſentialiter connexa cum tali actu ſecundo, & quia decretum efficaciter prædefinitivum connectitur eſſentialiter cum iſto, non habet propterea conſtituere actum primum proximum, ideo non ponitur ex parte conditionis, ſeu antecedens, ſed magis ex parta conditionati, ſeu conſequentis. Ex quo fit, quòd quia Deus videt per ſcientiam mediam conditionatum exequendum per decretum prædefinitivum regulatum ab illa, utrumque rectè componitur, & quòd adhuc ſubſiſtat eadem ſcientia non obſtante tali decreto, & quòd nihil canſale, aut præter ejus intentionem ſit exequendum.

Sed hæc ſolutio, vel explicatio videtur utrũque ſimul adſtruere, & deſtruere. Nam ſcientia madia apud ipſos eſt, quæ ponitur videre actũ voluntatis creatæ conditionatè futurum ſub ſolis principiis indifferentibus, ergo ſi ſemel videt illum, vel effectum futurum conditionatum ſub decreto prædefinitivo, jam non videt illum per ſcientiam mediam, unde ut ſalvet caſualitatem illius reſpectu Dei, ne ſcil. dicatur præter ejus intentionẽ recurrendo ad idem decretũ, deſtruit eandem ſcientiã juxtà eorũ principia propugnatam.

Deindè licet daramus juxta prædictam explicationem ſalvare caſualitatem reſpectu Dei ex parte conditionati, non tamen ex parte ejuſdem ſcientiæ, ſeu terminationis illius ad veritates conditionales ante omne decretum, ac proindè ante omnem intentionem Dei, quod eſſet majus inconveniens, quòd nempè aliquid accidat caſualiter ex parte ſui, vel in ſe ipſo, aut ſibi ipſi præter intentionem, & non ſolum in rebus proviſis, vel in ſuis ſubditis, aut ex parte eorum, ut inductivè patet in humanis.

Denique poſito ſemel hoc decreto, vel neceſſitate ejus ex parte conditionati, & non ex parte conditionis, ſeu ex parte actus ſecundi, vel conſequentis, & nõ ex parte actus primi, vel antecedẽtis, infertur ſuperius illud alterum inconveniens inæqualitatis in Deo, quòd ſicut ut intellectivus excederet ſe ipſum, ut intelligibilem, ſi ſemel immediatè penetraret veritatem objectivam non priùs repræſentatam per eſſentiam divinam ut ſpeciem intelligibilem, quatenus ſe extenderet ut intellectivus, ad quod non ita extenderet ut intelligibilis, ſiva ut ſpecies intelligibilis, pariter ut ſciens excederet ſe ipſum ut volentem, ſi ſemel ut volens non ſe extendit ad omnia intra eandem lineam providentiæ, ad quæ ſe extendit ut ſciens, Sed tranſeamus ad alia inconvenientia quorum tamen unum facile infertur ex alio.

Secundò ergo prob. quoad ſecundum, quòd non componatur cum ſupremo dominio Dei in voluntates noſtras, Nam hæc ſcientia facit aliquid cadera ſub dominio voluntatis creatæ, quod non cadit ſub dominio Dei, ſed hoc darogat ſupremo ejus dominio, ergo; ma. eſt contrariorum, qui licet dicant Deum liberè dare auxilium, & offarre ſuum concurſum eidam voluntati, aamque liberè conſtituere in tali, vel tali ordine rarum, tamen quòd illa dein dè ſe determinet ad conſanſum potiùs, quàm ad diſſenſum, hoc non eſt libarum Deo, quia non determinat illam ad unum potiùs, quàm ad aliud, ſed voluntas ſa primò determinat, unde ut inſinuavimus, Deus ad id magis ſe habet, ut determinabilis, quàm daterminans, hac enim ratione ſuſtinent ſcientiam mediam ut exploret ad quam partem ſit ſe detarminatura voluntas, cum ipſe ad aam non detarminet, nec poſſit daterminare ſalva libertata, ut ipſi dicunt (de quo alibi) Min. verò prætarquamquòd aſt expreſſa D. Auguſtini præcipuè lib. da Corrept. & gratia c. 14., ubi ait Deum magis habere in poteſtate voluntates hominum, quàm ipſi ſuas; & quòd habet omnipotentiſſimam poteſtatem inclinandi humana corda, ſeù voluntates, quò ſibi placuerit: prob. primò quià ut proximè dicebamus; hoc, quod eſt voluntatem creatam ad conſenſum potiùs ſe determinare, quàm ad diſſanſum, eſt quædam perfectio intra lineam libertatis, proqua incaſſanter, & ſine fine pugnant, ergo ſalvo ſupremo jura, & dominio Dei non poteſt affirmari de craatura, non ſuppoſita perfectiona, aut determinatione intra hanc lineam in Deo, cujus ſit participatio, & cui ſubdatur, eliàs erit à ſe, ut dictum eſt, cum intrà eandem non ſit alia aſſignebilis, ſi totum, quod præcedit ex parte Dei comparativè ad noſtram voluntatem, & ad ejus datarminatum aſſenſum ſit quid indifferens excluſa omni determinatione. §. Secundò quià Deus non eſt minùs univerſalis in quolibet alio genera perfectionis, quàm in iſto, nec minùs etiam in iſto phyſicè, quam moraliter, ſeù politicè, vel amplitudine juriſdictionis, ſed nulla eſt dabilis perfectio creata in quolibet alio, & in iſto etiam intrà lineam moris, ad quàm non ſe extendat Daus, & in iſto etiam, quoad hanc lineam, quæ non cadat ſub dominin ejus, vel circa quam diſponare non poſſit præcipiendo, argo nulle erit dabilis in iſto, quæ phyſicè non cadat ſub poteſtete illius: Maj. eſt certa niſi iterum velimus inæqualitatem inter Divine prædicata, aut eſſe minùs infinitum in uno genere perfectionis, quàm in alio, quod eſt alienum à ſana Theologia: Min. varò etiam conſtat inductivè, tum in genare ſcientiæ (& ſic de aliis;) nullum eſt aſſignebile verum, vel intelligibile, aut ſcibile à creatura, vel ſcientie creata, quod non ſit ſcibile à Divina; nec ulla cadens ſub poteſtate, aut juriſdictione creaturæ non cadans ſub illa Dei, ut præcipienda, vel providenda, ergo nulla erit dabilis non cadens phyſicè ſub illa; & ratio omnium, ut ſupra, eſt, quià cum in quocunqua ganere, vel modo eſſendi reali, perpetuò creatura ſit ans potentiale, & per participationem, implicat interminis, quòd in aliquo ſit, aut concipiatur primò eſſe aut primò habere aliquid à ſa ipſe, non ſuppoſito fonte, à quo participet, ac proinde non ſuppoſita perfectione in Deo intrà idam genus, modum, vel lineam, cujus ſit participatio; ſicut argo nullum eſt ſcibile, aut certò cognoſcibile ab illa, quod non ſit

priùs

priùs scibile, aut certò cognoscibile à Deo, nec erit aliquid determinetè volibile, aut disponibile tam moraliter, quàm physicè ab eadem, quod non sit priùs tale comperativé ad Deum, nisi illam velimus ed jura Divinitetis transferre.

Ex quo etiam rejicitur, quòd ed hæc dicunt contrarii, nempé id esse sic dispositum à Deo, vel ejus officium exigere tanquam causæ primæ, ut sicut condidit, & reliquit secundam liberem in manu consilii sui, ne libertatem illius læderet, ità eandem reliquit, ut se primò determinaret cum eliùs hoc jus libertatis, quod ei ab initio contulit, selveri non possit suppositо decreto prædifinitivo. §. Rejicitur inquam. Quià non est, nec potest esse dispositio, aut officium causæ primæ ed destruenda jura propria, ut salvet jus causæ secundæ, (nisi velimus Deum posse negare se ipsum) sed conferre, aut conservare jus aliquod in creatura independens, eut non cadens sub jure, aut dominio proprio manifestè est destruere istud, & quidem etiem à fortiori destrueret, si conservaret, ut ipsi dicunt, ut vidimus; illud creaturæ tenquam determinans istud Dei, quod est Divinum constitnere subjectum creato ergo, nequit illud sic conservare salvis juribus propriis. §. Neque huic opponitur illud Eccl. 15. Non enim reliquit ita hominē in menu consilii sui contra jura sua, sed quià, ut explicat *D. Tho. 22. q. 165. ar. 1. ad 2.*, reliquit illum *propriæ* volunteti, ut liberé posset resistere tentatori libertate sibi propria, non independente, aut subtracta à dominio Dei, quæ est omninò repugnans creaturæ. *Ex speciali enim beneficio gratiæ, ut præmittis in Corp. hoc erat ei collatum, ut nulla creatura exterior posset ei nocere contra propriam voluntatem, per quam etiam tentationi Dæmonis resistere poterat.* Vid. ibidem, ubi egregiè id totum explicat in magnam Divinæ providentiæ commendationem, de quo etiem ibid. q. 137. art. 4. ad 2. §. Quod verò subditur de libertate, latè infrà expiicando efficaciam Divinorum Decretorum constare poterit tam longè abesse, ut vel minimum præjudicium quis ex eadem suspicari possit, quin potius ex illius infinitate oppositum omninò cùm D. Tho. inferendum sit, sicut ipsi, ut dicebamus, ex infinitete Divinæ scientiæ contendunt inferri posse à Deo immediatè, nec non certò, & infallibiliter penetreri, quod adhuc certò, & infallibiliter ab illo determinatum non est, ac proindè nec certò, & determinatè ab illo representabile, nec cognoscibile, cum vis cognoscitive in illo non excedat vim repræsentativam, in quo procul dubio striċtiùs incomparabiliter urgentur, quàm nos. Præterquamquod ut jam insinuavimus ex D. Tho. ibid., tam abest, quòd libertas nostra non subdatur, aut non indigeat exteriori determinativo libero Decretorum, quin potius hæc sit natura ejus, cum nulla causa creata sit ex se necessitatem habens sicut Deus, ut sæpè dictū est, idest nulla ex se vel necesseriò se habeat omnē perfectionē debitam in actu secūdo libertatis, nisi velimus posse exuere omnem potētialitatem, & induere rationē summe actuelis; ac proindè impossibile est, quòd perpetuam retinens potentialitatem in quocunque modo essendi reali ponatur sivè in genere essendi, sivè operandi possit habere rationem primi, sivè entitativè, sivè operativè, vel determinativi independenter à primo per essentiam in utroque genere, sivè à primo ente, & primo agente, vel determinante per decretum, vel actum suum liberum. Nec planè videtur id aliter intelligibile salvo conceptu causæ creatæ, nisi chimericè: sed de his infrà.

Ex his etiam prob. Concl. quoad tertium inconveniens quòd non salvet in Deo retionem supremi liberi, imò feciat illud subjectum secundo libero. Nam de ratione supremi, vel primi in quocunque genere præcipuè perfectionis, & potissimùm per essentiam primi, est sibi subordinare omnia in illo, sed scientie medie in hoc genere operendi per liberam determinationem non salvat hoc in Deo, imò deprimit per subjectionem illius ad creaturem, vel secundum liberum ergo: ma. est communis consensus, & patet inductivè, nem primum dicitur mensura sui, & cæterorum in eodem genere, & meximè loquendo de primo per essentiam, vel increeto, à quo totum quod est creature, & quod habet in utroque genere, participat ut à supremo fonte totius esse: mi; verò prob. quià, ut vidimus supra, juxtà illam Deus ejusque omnipotentia liberé aplicata per decretum indifferens determinatur à voluntere creata ad hoc, ut determinaté concurrat ad id; ad quod illa se primò determineverit, scil. ad consensum potiùs, quam ad dissensum, sed omne determinabile subjicitur liberè determinanti ergo; prob. mi. quià liberè determinare spectat ad lineam dominii, qua ratione contendunt non posse eandem voluntatem determinari per decretum, sed primò determinere se ipsam, quià cum sit dominæ sui actus amitteret hoc jus, vel dominium, ergo si Deus ſ... el determinatur à voluntate creata, jam non retinet ampliùs supremum jus, & dominium, sed magis subjicitur eidem.

Explic. & urg. hoc. Si voluntas creete semel determinaretur à Deo per illius decretum ad consensum magis, quàm ad dissensum, retinere ampliùs non potest liberum dominium suprà suos ectus, ut ipsi dicunt, & propterea existimant ed hoc esse necessarium, quòd se ipsam primò determinet, ergo minùs poterit subsistere supremum Dei, determinante illum voluntate create ad hoc, ut potiùs concurrat ad unum extremum, quàm ad eliud; imò hoc ipsum faciet eidem subjectum, ut ex propositione illa ab Innocentia proscripta videbatur ut supra, inferri.

Quòd si iterum dicas non ideò Deum expectare, eut explorere præviam determinationem creeturæ, quasi se illi subjiciet, sed quia vult liberè se eidem eccommodere, ne deroget ejus libertati, undè non est inconveniens facta *hac* suppositione libera, quòd voluntes creeta se primò determinet, ejusque determinationem expecter Deus, ut determinatè concurrat ad id, ad quod illa se determinavit. §. Contra hoc est ut supra; & in primis mirum est, quòd velint Deum magis consulere juri creaturæ, quàm proprio. Dicere eutem, quòd non possit utrumque componi, quòd nempè salvo jure creaturæ præcedere nequeat determinando illam per sui decretum videtur satis detrahere infinitæ hujus efficaciæ, in quo potissimum fundetur D. Tho. ut dictum est, ad utrumque conciliandum. Præterquàmquòd iterum mirum est, quòd possit Deus ità disponere, quòd creatura primò determinet se ipsam, ejusque determinationem expectet, & sequatur Deus, illæse omninò jura sui supremi Dominii, & non possit ex opposito ità disponere, quòd sicut est primum agens ità sit primū determinativum, ejusque determinationem sequatur creetura salvo omni jure sui dominii, cum ut supra dicebamus ex Augustino, magis habeat Deus voluntates hominum in menu sua, quàm ipsi sues.

 Ex

Ex his facilè impugnatur solutio. Non minus tenetur Deus custodire jus sibi proprium in linea dominii, quàm in alia cujuscunque alterius perfectionis, sed ex nulla suppositione sibi libera potest in aliqua alia derogare juri sibi proprio in illa, ut patet inductivè: nam quià essentialiter est prima regula, ex nulla hypothesi potest facere, quòd regulетur ab alia, & quià essentialiter est immutabilis ex nulla potest facere, quòd mutatur, & sic de aliis, ergo quià est essentialiter supremus Dominus ex nulla poterit facere, quòd alteri subjiciatur, aut ab alio determinetur, vel ejus determinationem sequatur. Et ratio omnium est, quià ex nulla libera dispositione potest se ipsum negare, negaret autem, si prædicatum oppositum prædicato sibi essentialiter convenienti, quale est esse tale per essentiam, ac proinde omninò invariabile, supremum, ac primum, & omninò independens, imò faciens cætera sibi dependentia in quacunque linea; undè prædicta suppositio sibi libera est de subjecto non supponente, imò implicatoria non minus, quàm ex eadem tribuere creaturæ prædicatum oppositum enti per participationem, ut esse actum purum &c. Ex quo etiam patet nullum esse discrimen inter prædicatum de linea libertatis, & de aliis. Quià in nulla ut dictum est, potest se ipsum negare, nec minor sit oppositio in hac linea, quàm in aliis, cum non minus Deus sit essentialiter primum liberum, & supremus dominus, quam prima regula, primum ens &c.

Quartò prob. (& latis etiam patet ex dictis) quoad quartum absurdum, quòd scil. tollatur à Deo certa, & à priori eorundem contingentium cognitio, & quidē, quòd à priori patet, quia medium manifestativum est aliquid intelligibile creatum, quod totum est à posteriori respectu intellectus divini non habentis aliud medium, quasi à priori nisi essentiam divinam, quæ etiam cognitio videtur satis derogare eidem intellectui, quòd primò teneatur veritatem aliquam creatam cognoscere per medium à posteriori, sive extra se, (ut latè in superioribus explicatum est) & fallibile ut egregiè tradit D. Thom. quæst. 2. de veritate art. 10. ad 3. ubi ait, *Dicendum quod judicium Dei dicitur ipsa Dei dispositio, quæ nunquam variatur, sententia verò dicitur hoc, ad quòd aliquæ causæ ordinatæ sunt; sententia autem in judiciis ex causarum meritis proferuntur; quandoque autem hoc, ad quod causæ sunt ordinatæ est à Deo ab æterno dispositum, & tunc idem est Dei consilium, & sententia, quandoque verò ad aliquid ordinatæ sunt causæ, quod non est a Deo ab æterno dispositum, & tunc Dei sententia, & consilium feruntur ad diversa ergo ex parte sententiæ, quæ respicit causas inferiores invenitur mutabilitas, sed ex parte consilii semper invenitur immutabilitas.* En quo modo sola dispositio absoluta Dei est mediũ infallibile, itaut ex habitudine tantum ad causas proximas futurorũ variari possit.

Ex quibus etiam prob. quòd nec possit esse certa, Quia ubi non est determinata cognoscibilitas, vel veritas ex parte objecti, nec potest esse determinata cognitio, vel certe illius, ut per se patet, nisi velimus certò, & determinatè cognosci, quod certò, & determinatè cognoscibile non est, quod repugnat ex terminis, cum sit cognitio de subjecto non supponente; & præterea nihil refert ut dicebamus, quòd cognitio infinite sit, si aliàs objectũ, taliter cognoscibile non est; sed ante omnem determinationem decreti nulla est, nec potest esse determinata cognoscibilitas, vel veritas in futuro libero contingenti, ut probatum est, sicut & nullum determinatum esse, quia cum hæc illi non conveniret ex natura rei ab intrinseco (aliàs essent magis prædicata necessaria, quàm libera, & sibi etiam esset causa essendi, quod implicat,) tenemur recurrere ad aliquam determinatam causam, quam tamen ipsi admittere nolunt ante consensum, cum omnem determinationem rejiciant ante illum, ergo non salvatur juxta eandem scientiam certà, & infallibilis cognitio in Deo de hujusmodi futuris in eodem signo, seu pro priori ad determinatum decretum.

Ex his manet impugnata solutio, vel evasio recurrens ad conditionem illam, sub qua constituta dicitur infallibiliter esse operaturam. Quià cum nulla causa nec prima, nec secunda, (ut efficaciter etiam urget M. Lemos c. 15.) determinata sit ad producendam illum affectum etiam adhibita tali conditione, cum nullam omninò determinationem admittere velint, ut dictum est, ante consensum ob infallibilem jacturam libertatis, impossibile est, quòd possit ibi haberi certa, & determinata cognoscibilitas, aut veritas ex parte objecti, sive in se ipso, sive in ordinatione ad aliquam causam. §. Explicatur hoc ex eadem. Nam ponemus quòd si Petrus fuerit invitatus in tali occasione acceptabit convivium; adhuc posita tali conditione certum est juxta prædictum apud eos irrefragabile principium, manere voluntatē Petri perpetuò indifferentem, & indeterminatam ante consensum, scil. ad acceptandum, vel non acceptandum convivium, ergo ex illa voluntate posita sub tali conditione non sequitur infallibiliter, quòd Petrus acceptet convivium, cum optimè stet totum oppositum evenire, quemdiu perseverat talis indifferentia, ergo nec in illa sic posita sub tali conditione, & occasione certò continetur effectus ille, nec ex ille infallibiliter sequetur, ergo manentibus omnibus his adhuc indifferentibus, nequeunt futura conditionata habere aliquam determinatam veritatem, nec in se ipsis, nec in aliqua causa, nec ex vi conditionis appositæ, et proindè remanent prorsus certò incognoscibilia. §. Explicatur ulterius. Voluntas humana adhuc posita sub tali, vel tali conditione omninò manet indifferens ad volendum, vel non volandum, ergo in illa prout sic nulla pars certa continetur, ergo nulla certò, & determinatè potest à Deo in illa cognosci etiamsi comprehendatur ab illo, infinito excessu, Ant. iterum suppono ex contrariis, nam stante eodem principio nulla ex his conditionibus prædeterminat voluntatem, ut certò magis valit, quàm noliti; utraque etiam cons. patet, quià proximè, & latè in superioribus dictum est, licet Deus infinito illam excessu comprehendat, aut super comprehendat, implicet tamen quòd certò cognoscat in objecto, vel causa, quod certò in illa cognoscibile non est: Imò quanto perfectiùs cognoscit, tantò magis perfectè cognoscit indifferentiam ad utrumque, & nullamad alteram partem, certam determinationem; quę omnia ita videntur evidentia ex ipsis terminis, ut opus non sit plus nimiò in his immorari.

Ultimum denique, quòd juxta hanc scientiam medium magis avertetur, quàm propugnetur nostra libertas probatur etiam ex proxime dictis, Tum quia perfectio creata, non supponens in suo genere, & ordine perfectionem divinam, cujus sit participatio est omninò repugnans, ut ostensum est, sed ratio primò se determinantis in creatura est perfectio in gene-

genere libertatis, ergo. Mi: etiam probata est, quia solum præcedit decretum indifferens, & nullum determinativum voluntatis creatæ ad consensum magis, quàm ad dissensum, aliàs hæc non esset primò se determinans; at nulla alia est assignabilis perfectio in hoc genere, cujus sit participatio, ut patet, nam omnis alia sublato decreto prædeterminativo manet intrà lineam indifferentiæ, ergo nullam supponere potest intra lineam determinativi, quam tamen ità magni faciunt in creatura ut perpetuo conatu eam promovere non cessent, licet magis destruere videantur, quàm statuere. §. Deindè [& urgetur præcedens ratio] exercitium libertatis, seù propriæ determinationis independens ab omni alio primò in hoc genere nequit esse exercitiũ libertatis creatæ, sed magis illi repugnans, sed juxtà scientiam mediam hoc voluntati creatæ tribuitur, vel convenit exercitium, ergo juxtà illam non salvetur, sed magis evertitur libertas creata; mi. constat, quia, ut dictum est, & suppono ex contrariis, juxtà illam nullo prævio determinativo ex parte Dei, voluntas creata se primò determinat, adeò ut per eandem cognoscit Deus liberum hominis arbitrium esse primam radicem, vel primariam causam suæ determinationis, & primum liberum in genere suo; hoc enim expræssè fatentur Authores illius scientiæ, ut rectè advertit laudatus Mag. Lemos cap. 16., & ostendit in compendio ad finem libri illius apposito.; ma. etiam videtur manifesta ex terminis, quia contra conceptum perfectionis creatæ est, quòd sit independens in suo genere ab aliqua Divina perfectione in eodem, aliàs, ut sæpè dictum est, non erit perfectio participata in illo, ergo est repugnans creaturæ, cum magis sit libertas prima, quàm secunda. Unde D. August. lib. 2. ad Bonifacium cap. 2., & 4. eos, qui initium boni operis ex nobis constituebant, in illa nempè prima determinatione ad bonum, in quo opera à nobis sic incepto dicebant Deum concomitanter hominem adjuvare, ubique appellat non defensores liberi arbitrii, sed destructores. Non enim efficaciùs destrui potest arbitriũ creatum, quàm si ab eo tollatur ratio creati, [quod est sẽper à Deo depẽdens,] & illi tribuatur prima radix suæ determinationis, quæ omninò ei repugnat. Undè erit, ut supponitur, & non erit exercitium creatum, si ità est primum, ut ab alio primo in hoc genere non dependeat.

Quòd si dicas adhuc salvari arbitrium creatum, tum quia hoc jus, & facultatem se primò determinandi habuit à Deo, ac proindè dependenter ab illo; tum quia neque illam exequi potest sine concursu illius, & sine decreto de concurrendo, vel offerendo suum concursum. §. Contra hoc est. Nam ut proximè dicebamus, est de subjecto non supponente, quòd tribui possit creaturæ à Deo, sive quòd hæc sit capax se primò determinandi salvo ejus conceptu sinè prævia determinatione alicujus decreti, cujus hæc perfectio in creatura sit participatio. Tum quia licet daremus hoc jus, vel virtutem fuisse à Deo sibi ab initio collatam, adhuc tamen est insufficiens non supposita aliqua determinatione decreti ad salvandam in prima illa sui determinatione, & exercitio dependentiam à Deo intra hoc genus operativum, ut alibi ostendimus, cum accepisse hoc jus, & virtutem conveniat arbitrio creato, sive operanti, sive non; nec concursus concomitans, aut decretum de concomitanter concurrendo, aut offerens concursum, aliquid determinationis influat ex parte arbitrii, ergo in linea exercitii, vel determinationis intrà hoc idem genus nõ habet, à quo pẽdeat, quod repugnat creaturæ.

Explico hoc ipsum exemplo superiùs, [licet ad rem aliam] insinuato, scil. objecti Philosophiæ in opinione afferente utrumque mobile tam substentiale quàm accidentale pertinere specificativè ad illud. Nam licet hoc posterius materialiter, & præsuppositivè perpetuò dependeat, utpotè accidens, à substantiali, vel à substantia in accipiendo esse, quia tamen in genere scibilis, vel principii est prima radix alicujus proprietatis, scil. incensibilitatis, vel remissibilitatis independenter ab illa, verè in hoc genere est independens ab eadem, ac proindè obtinet rationem mobilis radicaliter, & specificat objectivè Philosoph. tanquam pertinens ad lineam primi, vel radicalem, ut ibidem explicatum est. ergo pariter licet materialiter, & præsoppositivè diceretur arbitrium creatum pendere à Deo ob collationem prædicti juris, & virtutis, non tamen in ratione primò se determinantis intrà genus operativum, si semel habita virtute habet hoc exercitium independenter ab omni determinante extrinseco; nam prædictum jus, aut virtus, conveniret cuilibet agenti libero, (si semel communicari posset) sive operanti, sive non, & consequenter non esset sufficiens ad faciendam dependentiam in genere, vel exercitio operandi. Quamvis ità sit esse omninò incommunicabile tale jus creaturæ, cum sit propriissimum primi liberi, utpotè importans negationem dependentiæ ab alio, non minus, quàm infinitas (& sic de aliis similibus prædicatis divinis) importans negationem finitatis, qua ratione dicuntur eidem incommunibilia, ut constabit infra.

§. V.

Solvuntur argumenta ex authoritate Scripturæ, & Patrum.

PRimò arg. ex authoritate Sac. Scripturæ ex qua tria nobis testimonia potissimum opponunt. Primum habetur 1. Reg. 23. Ubi dicitur David consulvisse Deum, an si ibi maneret in Civitate Ceilæ venturus esset Saul., & an si ibi maneret, & Saul veniret, Ceilitæ essent illum tradituri? & respondit ei, Saul veniet, & tradent te. Quo audito fugit David: & tamen nec Saul venit, nec Ceilitæ tradiderunt illum. Ubi tota veritas illius revelationis posita erat in his conditionalibus, si manseris Ceilæ Saul veniat; si ille venerit, tradente, ergo futura conditionata, quæ nunquam erunt futura, sunt à Deo cognoscibilia, ac proindè per scientiam mediam, cum ad aliam, ut patet, eorum cognoscibilitas reduci non possit.

Secundum, [quod Molina lidium lapidem appellat, & in quo præcipuum scientiæ mediæ robur consistere putat] sumitur ex Matt. 11., & Luc. 10. illis verbis væ tibi Corozain, væ tibi Betsaida, *quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quę facta sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœniterent*. Quibus verbis Christus Dominus manifestè docet Tyrios, & Sidonios revera facturos pœnitentiam si fierent in eis signa illa facta in Betzaida, & Corozein, ut testatur D. August. lib. de bono perseverantiæ cap. 9. Nunquid possumus dicere Tyrios,

& Si-

& Sidonios talibus apud ſe virtutibus credere noluiſſe, aut credituros nun fuiſſe, ſi fierent, cum eis Dominus atteſtetur, quòd acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent divinarum illa ſigna virtutum. At talis increpatio videretur injuſta ſi pœnitentia Gentilium in ſtatu conditionato fuiſſet à Deo cognita in decreto efficaci, & prædeterminante illos ad pœnitentiam, ex hypotheſi prædeſtinationis Chriſti; potuiſſent enim Judæi ad ſui indamnitatem reſpondere, ſe non egiſſe pœnitentiam viſis miraculis Chriſti, quia non habuerunt tale decratum præparans illis gratiam efficacem, & prædeterminantem ad pœnitentiam, ſed auxilia tantum ſufficientia, quæ præcisè dant poſſe, & non aplicant voluntatem ad actum, ſicut efficacia, & prædeterminantia.

Tertium habetur 4. Reg. 13. Ubi Eliſeus dicit ad Regem Joas. *Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, aut ſepties* [nempè terram] *percuſſiſſes ſyriam uſque ad conſumptionem*. Quibus verbis revelatur futurum conditionatum, quod nunquam fuit, ut futurum infallibiliter, data illa hypotheſi, aliàs revelationi propheticæ potuiſſet ſubeſſe falſum, ergo præſciebatur à Deo, ut ſic futurum; ac proindè ut objectom ſcientiæ mediæ non ſupponentis determinatum decretum circa illud, utpotè nunquam exequendum.

Urg. hoc. Quia prophetiæ comminatoriæ, & promiſſoriæ conditionatæ, quæ paſſim reperiuntur in ſcriptura, non ſunt conjecturales, & incertæ, ſed omninò infallibiles, quia ſi conditio impleretur, pœna etiam, vel præmium infallibiliter conferretur, ergo Deus ab æterno certò præſciebat illas, ut veras ex hypotheſi, & independenter ab aliquo determinato decreto. §. Ad hoc dico in primis, nihil inferri ex his, aut ſimilibus teſtimoniis contra nos, nam ſolum probant dari in Deo certam, & infallibilem futurorum conditionatorum notitiam, quam non negamus, ut dictum eſt, ſed in decretis conditionatis ſun iari contendimus. Igitur ad tria ſimul, & ſimilia, hac una, ac facili expoſitione poterat fieri ſatis, nempè, quòd effectus liberi, & contingentes in eis ut futuri conditionaliter prędicuntur, non pręſciebantur à Deo ut futuri determinatè ante decratum conditionatum liberum ſuæ voluntatis, quo data hypotheſi voluit, ut fierent, ſi ſint boni, vel permittere, ut fierent, ſi ſint mali, vel peccata; unda ut in ſuperioribus dicebamus, non ſcientia media, ſed ſimpliciter libera cognoſcuntur in eodem decreto; & hæc ſcientia eſt ejuſdem rationis cum ſcientia, qua cognoſcit Deus ſutura abſoluta in decreto abſoloto ſuæ voluntatis. An verò ad ſcientiam viſionis, vel ad ſimplicis intelligentiæ liberam reducenda ſit jam ſufficienter explicatum eſt, & parum refert ad noſtrum intentum, dum tamen conſtat liberam eſſe ſimpliciter. §. Hanc verò explicationem ſaltim ad teſtimonium illud ex 4. Reg. videtur neceſſariò eſſe admittendam, quia cum nulla ſit prorſus connexio inter antec., & conſeq., falſa eſſet omninò hypothetica propoſitio, niſi ſub intelligeretur propoſitum, ſeù decretum divinum, in quo ejus veritas, & bonitas fundetur; & ità etiam, ut vidimus; fatetur Vaſquez hac ratione convictus in hac 1. par. qu. 67. cap. 4. §. *rogabit*. In tantum ergo illa conditionalis erat vera, quia decreverat Deus, quòd ſi Rex Joas ità percuſſiſſet terram, penitùs deſtrueret ſyriam.

Sed prætereà ad duo priora, quæ ſpeciali indigent expoſitione, reſp., ad primum quidem ex 1. Reg. veriſimilius eſſe non prædici ibi deſcenſum Saulis in Ceilam, & Davidis proditionem à Ceilitis ex hypotheſi, quòd maneret, ſed directè Davidem interrogaſſe Dominum de animo, & voluntate Saulis circa deſcenſum, & de voluntate Ceilitarum circa traditionem, & ideò ſolum prædici, quòd Saol habebat propoſitum determinatum deſcendendi, & Ceilitæ tradendi illum, unde traditio illius, & deſcenſus Saulis prędicitur, ut futurus pro tunc quantum erat ex vi illius propoſiti, & determinationis. Ex pluribus colligit Mag. Catalam veritatem hujus expoſitionis 1. par. tum ex Gloſs. interlineali, quę illud *tradent te* ſic exponit. *In voluntate habent, ut tradant*. Tum ex Vatablo, qui lii *deſcendet*, ſic explicat. *Parat deſcendere*. Tum ex paraphraſi caldaicę, quę ſic habet. *Num cogitantes* [ſub intelligitur, ſunt] *tradere me Ceilitæ in manu illius? Num cogitat deſcendere juxtà id, quod audivit ſervus tuus, Domine Deus indica ſervo tuo, & dixit Dominus cogitat deſcendere*: Quòd autem tale propoſitum ſatis eſſet, ut veriſſimè diceretur futurus deſcenſus Saulis, & proditio Davidis conſtat ex locis ſuperiùs relatis D. Thom., & adhoc ex referendis in ſolut. confirm. Et ratio eſt, quia effectum eſſe futurum, ut late oſtenſum eſt, nil aliud eſt, quàm eſſe pręparatum in cauſa determinata ad illius productionem, ergo ſtante propoſito deſcendendi, & tradendi verè utrūque pręnunciari poterat, ut futurum. Ità etiam explicat Mag. Lemos tract. 5. cap. 26.

Ad aliud ex D. Matt., & Luc., licet magis ex profeſſo tractetur in materia de auxiliis, nihilominus ut opponitur etiam ad hanc rem, ſive in favurem ſcientiæ medię reſp. aliud eſſe, quòd futura eſſet pœnitentia Tyriorum, & Sidoniorum data illa, hypotheſi, quòd fierent coram eis miracula, quę fecerat Chriſtus Bethſaidæ, & Corozain, aliud verò, quòd futura eſſet ex ſola illa hypotheſi miraculorum ante gratuitum decretom de danda illis pœnitentia, data tali hypotheſi. Primū docet ibi Chriſtus juxta expoſitionem relatam ex D. Aug. ſecundum nec leviter inſinuat, nec poteſt admitti, [ut rectè ponderat laudatus Magiſter hìc, & latè proſequitur infra de auxiliis dub. 7. ad 1., conr. 1., & 2. concl., [non ſolum quia, ut adverſarii fatentur ad hæreſim Pelagii pertinet aſſerere, quòd ad converſionem ſufficiat externa prædicatio, quibuſvis miraculis confirmata, (nam præter hæc requiritur internum auxilium Divinæ gratiæ.) Sed quia eſt etiam cont. D. Aug. eodem lib c. 14. ubi ſic ait. *An quiſquam dicere audebit Deum non præſciviſse, quibus daturus eſſet, ut crederent* quæ utiquè ſi *præſcivit profectò beneficia ſua, quibus nos liberare dignatur, præſcivit*. Et infrà de Tyriis, & Sydoniis ſic ait. *Audiunt enim, & faciunt, quibus datū eſt; non autē faciunt ſivè audiant ſive non audiant, quibus non eſt datum, quorum alterum ad miſericordiam, alterum ad judicium &c.* §. Et c. 12. loquens de pręſcientia Dei circa futura opera bona dixerat, Deum ſua futura facta præſcire. Ex quibus patet ad gratuitam Dei voluntatem de danda pœnitentia, ut ad cauſam futuritionis referendum eſſe, quòd futura eſſet pœnitentia data illa hypotheſi, & ideò nec potuiſſe præſciri, ut futuram ante prædictum decretum liberum divinæ voluntatis. §. His addo, quòd ut in ſuperioribus inſinuavimus; ad veritatem conditionalis non requiritur, quòd conditione *ſi*, importetur cauſa effectus, qui prædicitur futurus, ſed aliquando importatur tantum nuda conditio, ut in hac, ſi ignis

apli-

applicetur ad comburrendum combnret; aliquando effectus, ut si dies sit, sol lucebit. Unde in illa hypothesi, *si in Tyro* oon importatur causa futuritioois pœnitentiæ, sed conditio, quæ si posita fuisset, pœnitentiam egissent, non ex nuda innata libertate, sed auxilio interioris gratiæ, quod decreverat Deus eis dare, & dedisset, ut pœnitentiam ageret.

Ad id verò, quod subditur, [& potest esse replica;] scil. hinc videri immeritò increpari judæos, quia etiam ipsi egissent illam, si Deus decrevisset dare illis, & dedisset, ac proinde respondere potuissent, se non acturos ex defectu ejusdem decreti, & auxiliorum: Resp. justè increpatos fuisse exeplo Tyriorum, & Sidoniorum non solum quia ipsi erant pares in auxiliis sufficientibus, quæ dantur ad posse, sed quia majora impedimenta præstiterunt, ne eis daretur efficax, quod datur ad agere, ut innuit August. lib. de bono persever: cap. 14. Quamvis enim, ait, propria voluntate homo non possit obtinere auxilium gratiæ, propria tamen voluntate peccando impedimentum præstat gratiæ juxta illud Oseæ 13. *Perditio tua ex te tantummodo in me auxilium tuum.* Increpatione ergo illa significare voluit Christus propter graviora peccata indigniores fuisse judæos auxilio Dei, ot pœniteotiam agerent, quàm Gentiles, & ideò eis fuisse negatum, quod Gentilibus foret concessum.

Ad confirm, post 3. testim. facilis est solutio ex dictis, & ex dicendis, quòd nempè veritas prophetiæ comminatoriæ, & promissoriæ innititur libero decreto Dei conditionato de adimplenda re, quæ prædicitur. Cœterum quàm leve hinc sumatur argumentum in favorem scientiæ mediæ, audiatur Div. Thom. quæst. 12. de veritate [quæ est de Prophetia] ar. 10. *Circa futurorum cognitionem*, inquit, *duo est considerare, nempè ipsum ordinem causarum ad futuros effectus, & exitum, sive executionem huius ordinis in hoc quòd effectus actu procedunt à suis causis .... Deus non solum cognoscit futura ratione ordinis causarum, sed etiam quantum ad ipsum exitum, vel executionem ordinis .... Quandoque igitur à divina providentia derivatur prophetia ratione ordinis causarum* (scilicet quantum ad earum ordinem) *quandoque verò ratione executionis, vel impletionis illius ordinis*. sive quantum ad executionem, & impletionem illius) *cum ergo fit prophetica revelatio solummodo de ordine causarum dicitur prophetia comminationis: tunc enim nihil aliud prophetæ revelatur, nisi secundum ea, quæ nunc sunt talis ad hoc, vel illud est ordinatus*, idest, nisi quòd secundum dispositionem causarum futurus est effectus. Et solut. ad 8. addit. *Quòd si prophetia comminationis referatur ad ordinem causarum, quem directè respicit, sic est absque omni conditione: Absolutè enim est ita ordinatum esse in causis, ut effectus contingat. Si autem referatur ad eventum, quem respicit indirectè, sic intelligenda est sub conditione causæ*: idest (ut explicat ad 10.) quòd effectus eveniat, si talis ordo rerum, & determinatio causarum non impediatur. Videtur etiam 22. qu. 171. ar. 6. ad 2. ubi ut vidimus, idem docet, & subdit; Prophetiæ non sub esse falsum, & si effectus non eveniat, quia ejus sensus est, quòd dispositio causarum inferiorum exigit, ut effectus eveniat, quòd tamen non ità eveniat, ab æterno Deus ordinaverat. Cajet. etiam qu. 177. ar. 4. ex D. Thom ibidem probat Prophetam, cui revelatur aliquod futurum, in causis evidenter cognoscere illud futurum esse in causis, sed non oportere, quod sciat, an sit ponendum in esse, vel non, & propterea, inquit, Jonas recusabat prædicare Ninivitis dubitans de eo, quod evenit. Et quòd ad rem scientiæ mediæ non solum non conducunt hujusmodi prophetiæ comminatoriæ, vel promissoriæ, sed magis adversantur cum non respiciant effectum futurum in signo, vel statu puræ indifferentiæ, vel independenter ab omni determinatione causarum, & præcipuè supremæ, à qua omnes, & earum effectus dependent, ac proinde sine ejus cõsilio, & determinatione, nulla potest haberi certa futuritio, vel non futuritio, ut præclarè ibidẽ explicat D. Th. Et ex his etiã potest satis fieri ad quę aliqua alia scripturæ testimonia.

Secundò arguitur ex PP., quorum efficaciora sunt hęc Primum ex D. August. epist. 49. q. 2. non longè à fine ubi ait. *Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud Judæos prædicari suam doctrinam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri*. Idem repetit lib. de prædestinatione SS. cap. 9. subdens. *Nihil esse verius, quàm præscivisse Christum qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri*. Hęc autẽ de pręscientia conditionata antecedente decretum liberum Dei intelligenda esse constat ex eo, quia pręscientia futuræ fidei, quę pręsupponitur ad voluntatem, qua Deus decrevit tali tempore venire in mundum non potest esse pręscientia absoluta supponens liberum Dei decretum.

Secundum est D. Ambrosii, qui ad illud Rom. 8. *His, qui secundum propositum vocati sunt Sancti, inquit: Hi secundum propositum vocantur, quos credentes præscivit Deus futuros sibi idoneos, ut antequam crederent, scirentur. Et infrà: istos, quos præscivit futuros sibi devotos, ipsos elegit ad promissa præmia*. Quibus verbis Deum secundum propositum, idest decretum suæ voluntatis eus vocare, & eligere, quos præscivit futuros idoneos, & devotos, si vocarentur, & eligerentur, ergo talis præscientia non est absoluta præsupponens Dei voluntatem liberam, sed conditionata præveniens illam.

Tertium est D. Crisost. homil. 31. in Matt. in principio, ubi quærens cur Matt. non vocavit, quando Petrum, & Joan. Resp. *Quemadmodum tunc illos vocavit, quando obtemperaturos sciebat, sic Matt. quoque nunc vocavit, quando minimè reluctaturum videbat, nam qui corda scrutatur, & occultæ mentium perspicit, is etiam quando unusquisque ad obediendum paratus erat, non ignoravit*. Quibus verbis manifestè supponit Deum non priùs decernere vocare unumquemque, quàm prævideat consensurum, ergo præscientia futuri consensus prævenit Divinum decretum.

Urgetur hoc; quià sæpissimè PP. ut respondeant Æthincis, & Hæreticis quærentibus, cur Deus Dæmones creavit, quos præscivit futuros malos? Cur homini in Paradiso dedit mandatum, quod sciebat transgressurum, & similia? Respondent præsupponendo Deum, anteqnam decerneret eos creare, præscivisse futuros malos, si crearentur.

Ad hoc ex dictis patet primò esse solvendum ab omnibus, nisi velint Deum posse prævidere in illo priori, aut concurrere ad effectum ut futurum, à casu, & præter ejus intentionem, quod est manifesta repugnantia in terminis, ut ostensum est. §. Deindè ad primum dicimus D. August. manifestè stare pro nobis, nam cap. illo 9. explicans relata verba in argumento, expressè docet præscientiam talium futurorum supponere prædestinationem, vel electionem

nem Dei; ait enim: *Sed utrum tantummodò eos præſcierit, an etiam prædeſtinaverit Deus, diſſerere tunc neceſſarium non putavi; proindè dixi, tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum*, & apud eos prædicari Doctrinam ſuam, quando ſciabat, & ubi ſciebat, qui fuerant in eum credituri, poſſet ſic dici, tunc voluiſſe hominibus apparere Criſtū, & apud eos prędicari Doctrinam ſuam, quando ſciebat, & ubi ſciabat eſſe, qui electi fuerant ab ipſo ante Mundi conſtitutionem.

Ad 2. ex D. Ambr. clariſſimè etiam conſtat loqui de ſcientia libera præſupponente liberum Dei decretum abſulutum, quæ præcedit vocationem, & electionem, quæ fit in tempore, prout Deus ab æterno decreverat fieri, ut facilimè conſtabit leganti textum. Senſus ergo illius eſt; quòd juxtà æternum Dei propoſitum, & prædeſtinationem illi vocantur, & eliguntur in tempore ad promiſſa præmia, quos ab æterno præſcivit ſibi futuros devotos, & idoneos, non quià ante Dei propoſitum tales futuri eſſent, ſed quià ſuo æterno propoſito decraverat eos tales facere. Conſtat hoc ex illis verbis, ut antequam crederent, ſcirentur, quià cum impoſſibile ſit ſinè fide placere Deo, non potuerunt ſciri futuri Devoti, & Sancti anteque ſcirentur crediturí, ergo illud, *antequàm crederent*, non poteſt intelligi de fide prout eſt præſcientia Dei ab æterno, ſed prout in tempore in executione donatur, & ſenſus eſt, ut antequā in tempore crederent, ſcirentur futuri devoti, & idonei; non tamen ſcientia præcedenta propoſitum, eos ſic tales faciendi, aliàs ut vidimus, propoſitum ſequens non eſſet liberum aliter faciendi ſalva immutabilitate Divinæ Scientiæ: tum quia atiam, ut proximè, & ſupra dictum eſt, terminaretur hæc ad futurum à caſu, ſive præter intentionam Dei, ut potè ab illo non vol’tum, quod derogat tum eidem ſcientiæ perpetuò illud penatranti, ſeù comprehenſivæ illius, ad proindè nulla omiſſa illius cauſa à priori, & pręcipuè ſuprama, à cujus actuali influxu, vel decreto potiſſimū pendet ejus futuritio, ut oſtanſum eſt; tum præter alia ſuperiora abſurda contra ſupremam Dei Providentiā, ad quam, ut dicebamus, non ſolum concurrit ſcientia, ſed etiam voluntas, vel ejus decretum.

Ad 3. ex Chryſ. fatamur quidem docere ibidem, quòd Chriſtus eo tampore acceſſit ad unumquemqua vocandum, in quo ſciebat conſenſurum, ſed quòd ità ab æterno præſciret ante omne ſui beneplacitum, quo ſtatueret, ut tali tempore conſentirent, nunquam docuit. Præſcivit ergo tali tempore paratos ad obediendum, quià ipſe ab æterno, decreto ab ſoluto ſtatuerat tali tempore, & non alio, ſua gratia paratos facere, quod eſt præſcire non ſcientia media, ſed viſionis ſimpliciter libera.

Ad confirm. ex PP. nihil eſſe falſius, inquit ſæpè laudatus mag.; quàm quòd PP. ut ſolvant quæſt. illas ſupponant ſamper Deum anteqnam decerneret creare homines, præſciviſſe futuros malos, nam ut plurimùm ſolum loquuntur de præſcientia abſoluta, qua ab æterno, ſuppoſito decreto creandi præſcivit futuros malos antequam actu crearentur. Quòd ſi aliquis ex illis de præſcientia antecedente decretum abſolutum loquatur, nullus tamen aſſerit eam præſcientiam futuri peccati non præſupponere in Deo decretum conditionatum de permittendo illud, & cauſando quoad materiale ex hypotheſi, quòd crearentur illi homines, quos dicitur præſciviſſe malos. Cur verò Deus decerneret creare, quos ſic præſciebat futuros malos, non eſt noſtræ tenuitatis, imò temeritatis altiſſimam ejus providentiam, & occultiſſima judicia ſemper tamen juſtiſſima, velle inveſtigare, aut quaſi redarguere, ſed humiliter ſiſtere cum D. Aug. apud D. Thom. infrà q. 24. ar. 5. ad 3. noli velle judicara, ſi non vis errare. Vid. ibi D. Tho. & 22. ubi ſupra q. 165. ar. 1. in corp. & ad 2.

Sed inſtas contra hanc expoſitionem ad PP. nam iſti docent Scientiam Dei reſpectu futurorum contingentium eſſe valdè mirabilem, & humani ingenii captum tranſcendere, at hoc verum non eſſet, ſi juxtà illos eſſet fundata in decreto ſive abſoluto, ſive conditionato, cum nihil mirabila in hoc ſit, quòd Deus videat ſua decrata, & in illis effectus futuroa infallibiliter cum illis connexoa, argo non videntur rectà explicari de ſcientia eiſdem innixa.

Reſp. neg. mi. nam ex noſtra ſententia non ſolum excitatur ſumma admiratio erga ſui ſcientiam, ſed ſumma ſimul reverentia, & ſubjectio ad altiſſimam ſui providentiam, ſupremum dominium, & omnimodam indapendentiam ab omni ente creato aut creabili quàmlibet excellentiſſimo, ut ſatis conſtat ex dictis, dum in eadem contemplamur Deum ſe ſolo ad intrà ſecundum ſui beneplacitum derivantem omnem futuritionem, ſivè abſulutam, ſive conditionatam in creaturis abſque omni indigentia, vel neceſſitate explorandi, quid priùs ſit volitura creaturæ ante omne ſui conſilium, vel determinationem, quòd non ſolum videtur darogare eiſdem attributis, ſed planè eſſe in intelligibile, ut oſtenſum eſt, quòd nempè effectus in aliquo ſui modo eſſendi raali præoccupet ſuam cauſam à conſilio, & deliberatione operantem, & præcipuè ſupremam, à qua omnis creata, ut potè, ejus participatio, non potaſt in omni ſui determinatione, & alectione non pendere. Fateor quidem eſſe quid magis mirabile in ſententia oppoſita hæc negante, ſeu extendenta Divinam Scientiam ad prædicta futura certò, & infallibiliter cognoſcendam ante omnem liberam determinationem decreti; & tamen, ut dictum aſt, admiratio hæc eſt magis derogans aidem ſcientiæ, quàm conciliet ejus reverentiam, cum eam deprimere videatur, dum obligat Deum recurrere ad extrà, ſeū ad extremum creatum, ut ſit certa, & infallibilis, nec poſſit hanc infallibilitatem habere à ſe ipſo priùs ad intrà.

Rectiſſimè ergo ad piiſſimam mentem PP. dicimus nihil eſſe mirabilius in Deo, quàm quòd nihil extrà ſe ipſum, ſed omnia tanquam in cauſa, & ſpeculo puriſſimo contempletur in ſua eſſentia, vel nudè ſumpta, ut poſſibilia, vel determinata per decretum, ut futura. Ex hoc enim provenit, ut patet ex ſuperioribus, quòd ejus ſcientia ſit cauſa rerum, & eminenter ſpeculativa, & practica; quòd non ſit menſurata à rebus, ſed potiùs ſit earum regula, & menſura; quòd ſit omninò certa, & infallibilis ut potè nixa medio certiſſimo, & infallibili; quòd non ſit inæqualitas in Deo intra ſe ipſum; quòd ſit infinita, & omnia ſubjiciat ſuæ cauſalitati, quam nulla creatura in univerſum ſubterfugare poteſt. E contra verò in ſententia contrariorum his oppoſita inferuntur, ut patet ax dictis, nam Scientia Dai tantum ponitur ſpeculativa, & exploratrix, ac menſurata à rebus, non verò illorum regula, & menſura, cum non faciat, ſed ſupponat illarum futuritionem, nec ideò res futuræ ſint, quia ſciuntur à Deo, ſed potiùs idaò à Deo ſciuntur, quia futuræ ſunt ut rectè etiam cum aliis diſcurrit Gonet, in Manual. tract. 3. c. 5. ad 4., & ſubdit hanc ſcientiam ſimilem eſſe ſcientiæ

Aſtro-

Astrologorum, quæ non facit, sed solum speculatur, & explorat conjunctiones syderum, cursusq; planetarũ.

§. VI.

Solvuntur alia argumenta.

TErtiò arg. ratione. Si Deus tantùm cognosceret in decreto suo quid faceret in his, vel illis circumstantiis arbitrium creatum, non cognosceret, quid istud faceret liberè, sed tantùm quid faceret necessariò, ergo magis in nostra sententia deprimitur amplitudo Divinæ Scientiæ, quàm in opposite, prob. ant. quidquid necessariò sequitur ex suppositione antecedente in impedibili à nostra voluntate non est sub dominio ejus, sicut quia ad ortum solis sequitur necessariò dies, & non ast à nobis ejus ortus impedibilis, neque est sub nostro dominio ipsa dies, sed ex suppositione decreti sequ tur necessariò actus decretatus, & aliàs decretum, ut potè omninò antecedens est in impedibile à nobis ergo non cognosceret Deus, quid à nobis fieret libarè, sed tantùm quid necessariò, conseq. tenet quia id, quod fieret, scil. actus noster, non esset liber, ut potè non cadens sub dominio voluntatis, sed necessarius.

Expl., & arg. hoc. Quod est necessarium ax suppositione antecedente consensum creatæ voinntatis est simpliciter necessarium respectu illius, & repugnat libertati, sed voluntatem velle id, ed quod eam Deus movet decreto suo antecedente præsciantiam consensus ast necessarinm ex suppositione antecedente consensum voluntatis creatæ, ergo ed necessarium simpliciter respectu illius, non cadens sub dominio ejus, ac proindè si solum Deus actus nostros cognosceret in decreto non cognosceret ut liberos, sed ut necessarios simplicitar; uttaque cons. est evidens, mi per se nota ax terminis: ma. verò prob. quod est necessarium ax suppositione anteced. consensum volnntatis est necessarium ex priori, & causa, sed quod est necessarinm ex priori, & causa est necassarium simpliciter posite causa, argo: ma. patet quia suppositio antec. liberum consensum voluntatis non potest infallibiliter, aut aliquomodo necessariò inferre ejus actum, nisi sit causa ejus, unde nullus Thomistarum negare potest decretum Dei asse causam verè efficientem actum voluntatis; mi. verò prob. 1. ex D. Thom. 3. p. qu. 46. ar. 1., ubi divarsos modos necessitatis explicans ait. Alio modo dicitur aliqnod necessarium, quod quidem si sit causa efficians, vel movens facit necessitatem coactionis: & 2. cont. Gent., cap. 29. ait, necessarium ex causis prioribus in esse sicut ex principiis essentialibus, seu moventibus, esse necessarium absolutè: & 2. Phys. lect. 15. in principio inquit; necessites, quç dependet ex causis prioribus est necessitas absoluta; & postea exemplo in causa materiali, & formali subdit. Similiter quod habet necessitatem ex causa efficiente est necessarium absolutè §. S. cundò eadem mi. prob.: Cui non est liberum ponere, & auferte causam, qua posita necessariò sequitur effectus, nec est liberum ponere, aut auferre effectum, qui sequitur ex causa, argo quòd est necessarium tanquam ex priori, & causa posita antecedenter ad liberum consensum voluntatis est simpliciter necessarium respectu voluntatis.

Urg. 1. Quia quod est necessariũ ex prioti, & causa præcipuè inimpedibili, ut in casu, repugnat non poni, ergo non ast in dominio, & potastate volũtatis ponere, & non ponere, sed semper illi necessarium ex suppositione decreti, conf. tenàt, tum superiori exemplo, tũ quia si posita ecclipsi ex natura rei repugnaret nõ sequi mortẽ Patri, mors esset simplicitar necessaria respectu illius, quia non est in ejus potestate tollere ecclipsim ergo.

Urg. 2. Nam motus primò primi ideò dicuntur simpliciter necessarii, & non liberi, quia oriuntur necessariò ex complexione naturali cũ inadvertentia antecedente consensũ voluntatis, ergo quod est nacessarium ex suppositione antec., & inimpedili est necessarium simpliciter. §. Tertiò nam quia ex efficaci intentione finis sequitur necessario electio medii, sine quo finis haberi non potest, si positio intentionis finis non est libera voluntati, nec ast libera electio medii, sed simpliciter necessaria supposita intentione finis, ergo si positio decreti non est libera luntati, nec erit ei liber actus, qui sequitur necessariò ex illius suppositione. §. Ultimò tandem. Nam amor Dei in patria, licet oriatur à voluntate secundum se indifferente, quia tamen est ex suppositione claræ Dei visionis, est simpliciter necessarius, ergo quod est necessarium ex suppositione antecedente consensum, & inimpedibili est simpliciter tale, consequenter non potest asse objectum cognoscibile, ut liberum, sed tantum ut simpliciter necessarium.

Ad hoc, quòd proposui prout aliquomodo juvat in favorem ejudem scientiæ, & ad explicandam efficaciam infinitam divinæ voluntatis, ejusque decretorum; re p. pro nunc neg. ant. Ad prob. nego ma. universaliter sumptam, quamvis de aliqua suppositione antac. vera sit, non quia antecedens, sed quia est talis naturæ, ut cum omnimoda determinatione ad unum moveat, seu quia est exercitium agentis finitæ efficaciæ, non infinitæ, seu primi liberi amineuter continentis omnem nostram libertatem, & in cujus dominio, & potastate, ut dicebamus ex D. Aug., magis sunt nostræ voluntates, quàm in potestate hominum, unde non sunt ad rem exemple, quæ ex agentibus creatis efficaciæ, & virtutis finitæ adducuntur. In casu ergo, quia decratum divinum est exercitium primi liberi, quod est infinitæ efficaciæ, ac proindè causans actus nostros tam quoad substantiam, & modum libertatis, & eminenter continens libertatem nostram utpotè prima radix totiùs libertatis creatæ, licet sit inimpedibile à nobis non præjudicat dominio nostræ voluntatis supra suos actus, quia scil. isti absolutè, & simpliciter cadant sub ejus dominio, ut statim ulteriùs declarabitur ex Div. Thom.

Ex his ad confirm. nago iterum ma., ad ejus prob. dicimus illud esse arg. 3., quod sibi objicit infra D. Thom qu. 19. ar. 8. ad prob. divinam voluntatem imponere rebus volitis, nacessitatem; cui resp. Ad 3. *dicendum, quòd posteriora habent necessitatem à prioribus secundum modum priorum, unde ea, quæ fiunt à voluntate divina talem necessitatem habent, qualem Deus vult eam habere, scil. vel absolutam, vel conditionalem tantum, & sic non omnia sunt necessaria absolute.* Ità D. Th. Quem doctrinam informa applicado ad arg. dist. mi. Quod est necessarium ex priori, & causa est necessarium simpliciter, si talis causa sit finitæ efficaciæ in agendo, ac proindè per suam virtutem nequeat movere omnibus modis couc.; si infinitæ, & per sui causalitatem, vel decretum omnibus modis movera possit prout vult, ut est Deus ne-

go, quia tunc talem habent effectus necessitatem, qualem agens vult illos habere, unde cùm Deus æterno sui decreto statuerit, ut actus humani liberè fiant, necessè est fieri liberè, sicut & quæ statuit fieri necessariò, necessè est necessariò fieri, quia Deus non solum potest facere, ut causæ secundæ operetur, sed etiam, quòd operetur modo operandi sibi connaturali: Videatur etiam qu. 22. infrà ar. 4. ad 1.

Ad 1. prob. ex 3. p. dicimus non esse cont. hanc distinctionem, quia D. Thom. expressè loquitur ibi de necessitate proveniente à causa efficiente creata, quod patet, quia ibidem asserit necessitatem ex suppositione prædefinitionis, vel decreti Dei de morte Christi non esse necessitatem simpliciter, & ideò Christo liberum fuisse mori, & non mori: In aliis verò duobus locis expresè loquitur de causis particularibus operantibus per modum naturæ cum determinatione ad unum. Rationem autem, ob quam ex suppositione divinæ voluntatis, quamvis sit causa efficiens, & movens, non inferatur effectum esse simpliciter necessarium, assignat etiam D. Thom. 1. Perhier. lect. 14. post medium dicens; *divina voluntas* est intelligenda, ut extrà ordinem entium existens, vel ut causa quædam profundens totum ens, & omnes ejus differentias, & ideò ex ipsa divina voluntate originatur necessitas, & contingentia in rebus, sicut à prima causa, quæ transcendit ordinem necessitatis, & contingentiæ, hoc autem non potest dici de qualibet alia causa, quia omnis alia cadit jam sub ordine necessitatis, & contingentiæ, & ideò opportet, quòd vel ipsa possit deficere, vel ejus effectus non sit contingens, sed necessarius.

Ad 2. prob. dicimus antec. esse tantum verum, quando posita causa sequitur effectus necessariò necessitate coactionis, falsum verò si tantum sequatur necessitate infallibilitatis, ut præcipuè sequitur in casu ob rationem proximè adductam ex D. Thom.; quam repetit infrà qu. 19. quia tunc causa licet infallibiliter inferat effectum, tamen propter infinitam sui efficaciam in agendo non solum efficere potest, ut fiat, sed etiam ut fiat juxtà exigentiam causæ, quam movet, & ideò ex positione illius non aufertur nostra facultas ponendi, & non ponendi effectum, quamvis in sensu composito non possit, non poni. Tum quia ut alibi etiam subtiliter advertit Mag. Catalani, & supra etiam insinuavimus ex D. Augusti. necessitas ex suppositione divinæ voluntatis, etsi antecedat causam secundam, non tamen antecedit simpliciter causam effectus, quia non antecedit divinam voluntatem, quæ magis influit in effectum, & à qua magis dependet libertas effectus, unde nego consequentiam.

Ad 3. Confir. ejusdem mi. neg. cons. quia decretum Dei non est de movende voluntate otcunque, sed de movenda suaviter ad actum liberè eliciendum modo sibi connaturali, unde posito decreto repugnat non poni libere, unde potiùs stabilitur potestas ponendi, & non ponendi actū, quàm auferatur. Ad ejus prob., jam dictum est, quòd licet suppositio antec. proveniens à causa particulari creata, & finitæ efficaciæ necessariò inferat effectum, & pugnet cum libertate, non tamen proveniens à prima efficaciæ infinitæ ob rationem, & discrimen assignatum; & quia ut D. Thom. docet infra q. 106. ar. 2., & 3. cont. Gent. cap. 88., & 89. solus Deus, est Author voluntatis, potest physice eam movere salvo ejus dominio, & libertate. Per quòd patet iter rum ad exemplum de ecl ipsi, & aliis similibus.

Ad 2. dicimus, quòd ideò motus primò primi non sunt liberi, quia inadvertentia naturalis privat hominem usu rationis in ordine ad tales actus; cæterum decretum efficax Dei, quo statuit hominem movere ad liberè operandū accommodatur naturæ liberæ facultatis, undè non solū non privat hominē judicio rationis, sed potiùs ex natura rei exigit, ut homo ex judicio rationis indifferente objectivè eliciatur ad volendum, sicut decretum de movendo necessariò exigit ex natura rei propositionem objecti cum determinatione ad unum.

Ad 3. neg. conseq. Quia supposita efficaci intentione finis, medium sine quo haberi non potest, proponitur voluntati, ut necessariò eligendum, & ideò si intentio finis est necessaria simpliciter, nequit electio esse libera voluntati, quia deest judicium indifferens, quod est radix actus liberi.

Ad ultimum ex his resp. amorem Dei in patria, non ideò esse necessarium simpliciter, quia oritur ex suppositione antec. consensum voluntatis (imò verò suppositio visionis (ut idem Mag. advertit ibidem) non est omninò antecedens consensum illius, quia beati desideraverūt eam in via, & postulaverunt) non ergo quia est suppositio antecedens, sed quia est talis naturæ, ut radicem libertatis, & formalem rationem objectivam actus liberi destruat, nam visio clara Dei repræsentat, seu proponit Deum, ut necessariò amandum in exercitio, quia judicat nullo modo posse esse bonum voluntati cessare ab actu dilectionis, unde actus amoris in patria est simpliciter necessarius, non enim est idem, ut concludit laudatus Mag. actum esse tantum necessarium ex suppositione, quæ dicitur necessitas conditionata, & esse necessarium supposito hoc, vel illo.

Ex his etiam solvitur instantia, quam opponit P. Martinez ex D. Thom. in 2. dist. 21. quæst. unica ar. 1., ubi docet, quòd illa agentia, quorum actiones non determinantur ab ipsis, sed à quibusdam aliis causis prioribus non habent libertatem, sed tantum illa, quæ determinant sibi finem, & actum suum in finem, ergo juxtà D. Thom. omne agens liberum etiam creatum determinat se ipsum, & non determinatur ab alio priori se, ac proindè non à divino decreto. §. Solvitur in quam; ex discrimine assignato à D. Thom. inter primum liberum, vel causam 1., & liberum 2., & causam 2. efficaciæ finitæ, unde nego suppositū conseq., quòd dum voluntas determinatur à causa 1., vel à sui decreto juxtà modum sibi connaturalem amittat hoc, quòd est determinare se ipsam cum subordinatione ad Deum, nam aliàs non esset liberum 2., sed 1., ut sæpè dictum est; neque oppositum docet ibi D. Thom., neque alibi unquam, nisi velimus apertissimè sibi contradicere, & suis principiis, ut patet ex superioribus ejus testimoniis, nunquam enim excludit determinationem illius à causa prima, ut manifestè constat ex doctrina ejus, & ut suppono ex communi Theologorū, nempè quòd effectus liber, ut dictum est, magis dependeat à primo libero, quàm à secundo, quod est participatio illius. Et ità etiam explicandi sunt PP. si qui adducantur, quòd dicant de ratione agentis liberi esse non determinari ab alio, scil. non primo, quia istud nunquam potest excludi, salva libertate creaturæ etiam in exercitio, sicut enim non potest excludi Deus in quacunq; alia linea, non pereuntè creatura, in illa, ità nec excludi potest in ista nō pereuntè creatura, & libero ejus exercitio in eadē, undè tantū ab est, quod

quòd ad salvandem libertatem creaturę, excludi debeat libera daterminatio primi liberi, quin potiùs hac axclusa statim periret omnis determinatio liberi secundi, cũ sit essentialiter participatio libaræ determinationis primi, cui essentialiter sub ordinatur secundũ. Videatur D. Th. etiam infra q. 83. ar. 1. ad 3. & q. 3. de malo ar. 2. ad 4. & qu. 24. de veritate ar. 1. ad 3.

Sed instas ex eodem 4. Nam medium exaquutivum decreti Thomistici est physica præmotio, sed hæc tollit libertatem actus, ad qnem decratum per illam præmovet volnntatem ergo, prob. mi. quia licet non omnis suppositio ant. tollat libertatem actus, cum quo necessariò connectitur, quando se tenet ex parte causæ remotæ, secus tamen quę se tenet ex parte causę, seu actu primi proximi, quia actus specificatur à principio proxi no, sed præmotio physica, ut potè qualitas intrinsecè recepta in voluntate pro priori ad actum secundum se tenat ex parte causæ, seu actus primi proximi, ergo.

Huic instantiæ, quàm obiter proposuimus ad explicandam prædictam efficaciam decreti, & meritum primi liberi. Respond. nego mi. ad ejus probat. in primis, ut supra, & alibi in phys. insinuavimus; dicimus nondeesse atiam intra Scholam D. Thom., qui non recurrunt ad aliquam qualitatem superadditam intrinsecè receptam in creatura, tanquam ad medium veluti formale axequutivum decreti, & tenens se ex parte actus principii proximi, juxtà verò hunc modum dicendi, quòd Deus immediatè actione sui increata moveat, patet instantiã non habere vires, si vera est doctrina Authoris illius, quàm ferè omnes Recentiores ejusdem sententiæ sequuntur, nempè quòd ea solum suppositio ant. tollit libertatem actus, cum quo necessariò connectitur, quæ se tenet ex parte actus primi proximi, idest, quæ est aliquid intrinsecè receptum in voluntate, ut præcedens realiter operationem tamquam reale principium illius.

Sed præterea concedendo præmotionem esse quid in illa receptum intrinsecè, nego mi., ad prob. dato transeat ad ma. nego mi. Quia præmotio, ut alibi explicatum est, licet dicatur complere actum primum, seu voluntatem, non tamen ut constituens illam quasi in ratione principii habitualis, sed transit ad actum secundum per modum actualis epplicationis æd illum faciens infallibiliter operari juxtà modum connaturalem voluntatis, ut dictum ast, cum sit vis motiva, qua divina voluntas facit eam operari modo, quo ab æterno statuit eam operaturam, scil. liberé ob sui infinitam efficaciam, unda est divina voluntas, vel efficax illius decretum veluti in virtute, sicut proportionabiliter divinus in physicis de accidente, quòd quia est virtus substantiæ, aut veluti substantia ipsa in virtute, influere potast ad productionem substantiæ, seu effectus substantialis, quidquid sit, quòd ut purum accidens est, influere non possit ad illum producendum, unde quidquid etiam sit, quòd eadam præmotio, ut quid purè creatum influere non posset ad illam sic suaviter movendam, & aplicandom juxta modum sibi connaturalem, & liberum, prout tamen deservit primò libero potest ita movere illam, & aplicare, infallibiliter eam conjungando cum oparatione, in quo distinguitur à cœteris, quæ se tenent ex parte actus primi separabiliter saltem divinitùs ab actu secundo. Ad infinitam ergo afficaciam, ut sæpè dictum est, id totum reducitur, ut etiam docet D. Ansel. lib. de coocordia præscientiæ, & prædestinationis c. 1. pauló post principium sic dicens. Quoniam; quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatam nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendum, vel non volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est volnntatem esse liberam, & esse quod vult. ita Ansel., & cum eodem sæpissimè, aut perpetuò D. Thom. quæst. 23. de veritate ar. 5. in corp., 1. cont. Gent. c. 85. ratione 1., & infra quæst. 19. ar. 8. in corp., & ad 2., & 1. 2. qu. 10. ar. 4. ad 1., quibus locis, ut contingentiam, & libertatem effectuum causarum secundarum cum ponat cum decreto divinæ voluntatis nunquam recurrit ad præscientiam futuritionis eorũ ex hypothesi, sed ad illius efficaciam afferens ex hoc, quòd divina voluntas efficacissima sit, & fortissima in agendo, sicut ei resisti non possit, non inferri, quòd rebus volitis imponat necessitatem, quin potiùs ex hoc infertur, quòd liberè, vel necessariò fiant, prout Deus vult fieri, & rationem reddit, ut supra, quia quando causa efficax est ad agendum, effectus sequitur causam non tantum secundum id, quod fit, (idest secundum substantiam effectus,) sed etiam secundum modum essendi, vel fiendi.

Quòd si dicas pertinare quidem ad efficaciam divinæ voluntatis non solum ut fiant, sed etiam ut liberè fiant, quæ Deus vult fieri, & liberè fieri, cœterum non posse Deum absoluta, & efficaci voluntate velle, quòd aliquid fiat liberè à voluntate creata, nisi priùs præviderit hanc illud idem pro sui libertate voliturum. §. Resp. in primis manifestè solutionem, vel instantiam repugnare in terminis, nam planè repugnat, ex efficacia divinæ volnntatis in agendo, quòd effectus liberè fiant, & quòd propter eandem efficaciam non stat cum decrato absoluto Dei antecedente, quòd liberè fiant, alioquin idem esset causa statuens, ac destruens libertatem.

Deinde respond. neque esse ad mentem utriusque Sancti Doctoris, nam si eodam decrato antecadente præscientiam consensus voluntatis creatæ non posset Deus velle, ut aliquid liberè ab eadem fierer id impediente efficacia decreti, jam non proveniret ex eadem efficacia, quod divina voluntas non imponat necessitatem rebus volitis, sed magis ax hoc, quòd non vult res fieri nisi præsupposita præscientia futuritionis earum, hoc autem manifestè pugnat cum superiori utriusque doctrina, & præcipuè D. Thom., nam locis relatis præsertim ex quæst. 19. infra, expressè asserit necessitatem provenientam ex efficacia divinæ voluntatis esse necessitatem ex priori, & antecedente, ac proindè non supponere hanc voluntatẽ efficacem Dei præscientiam futuri consensus.

Quibus obiter atiam adda in favorem quoque superiorum, quòd si id non posset Deus velle antacedentar, sed tantum præsupposita eadem præscientia sequaretur, ut patet, omnes hujusmodi affectus pendentes à voluntate, (& præcipuè aliis omissis) redemptionis nostræ, & dispositionis Ecclesiæ militantis, scil. mortem Christi, Incarnationem, & meritũ illius, consensum B. Virginis ad illam, actus Apostolorum prædicantium Fidem, & disponentiom alia ad statum Ecclesiæ, magis hæc omnia reducenda esse ad voluntatem humanam, eique deberi tanquam primo determinanti, quàm divinæ, nec fuisse absolutè prædeterminata à Deo, sed à voluntate humana priùs ratione, quàm à Deo, ac proindè nec etiã sufficienter prędestiniti essent, & provisi à Deo antacedenter ad determinationem humanæ volnntatis

tatis, nullus enim sufficienter prædeterminat effe-ctum aliquem, nisi sufficienter prædeterminet cau-sas omnes ad ejus consecutionem necessarias, con-sequens autem videtur satis alienum, & contra illud ad Hebr. 10. *Ecce venio*, ut faciam voluntatem tuam Deus, nam si Deus nihil prædefiniisset de operationi-bus Christi, nisi præsupposita determinatione vo-luntatis creatæ illius, veriùs dixisset Christus, ecce venio, ut faciam voluntatem meam, ut Deus ope-retur secundum illam, quia tota prædefinitio Dei, & volitio pendebat à voluntate Christi humana tan-quam à primo determinante, Et cont. illud aliud ad Rom, 8. *Deus proprio filio non pepercit, sed pro omni-bus nobis tradidit illum*. Veriùs enim iterum di-ceretur, Christum, ut hominem non pepercisse sibi, sed pro nobis se tradidisse, quia Deus non voluisset, velle tradere eum, nisi prævidisset eum volun-tate humana se traditurum, Et denique cont. eundem ad Ephes. 1, *Qui* operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ; consilium enim idem significat, quòd beneplacitum, sententia, vel determinationem di-vinæ voluntatis; si autem absolutum decretum Dei penderet à determinatione voluntatis creatæ præv-sa ut futura, veriùs diceretur Deum operari omnia secundum consilium voluntatis nostræ, quia solum posset velle operari id, quod præscivit voluntatem creatam pro sua libertate volituram, De his videri possunt Alvarez alibi ad materiā de gratia disp. 22, & Mag. Catalam dub. 10.

Secundò Arg. (& potest esse replica) Ex positione scientiæ mediæ seu præscientiæ nostri consensus an-tec. ad omnem determinationem divinam respectu illius adhuc est liberum Deo, vel in potestate ejus impedire determinationem nostræ voluntatis ad il-lum, ergo nec læditur libertas voluntatis divinæ, nec subjicitur hæc determinationi voluntatis creatæ, nec tollitur, aut deprimitur supremum jus, vel domi-nium supra illam, ergo non est deoaganda ex his in-convenientibus contra illam adductis; conf. tenet, nam ex his specialiter negatur; ant. verò prob., quia voluntas creata nequit se determinare non supposita libera hypothesi auxiliorum, seu non supposita Dei libera potestate apponendi illam, & non appo-nendi, sed scientia media non tollit hanc potesta-tem, ergo nec libertatem divinam impediendi de-terminationem nostram.

Dices neg. ant. Ad prob, neg. supposit., quòd hy-pothesis auxiliorum aliquid determinationis influat juxta eorum principia, ad determinationem volun-tatis creatæ, cum juxta illa, nulla determinatio, aut suppositio antecedens stare possit cum libertate il-lius, ut explic. est, Unde ratio adducta ex eisdem in-convenientibus supponit hypothesim, qua voluntas creata possit se convertere, & possit non se conver-tere, & supposita hac hypothesi, probat quòd Deus non habeat in sui potestate facere, quòd voluntas creata, vel se determinet, vel non se determinet, sed maneat indifferens, ac proinde quòd teneatur Deus expectare determinationem à voluntate creata, vel ab actu ejus, quam impedire non valet ex supposi-tione, quòd dederit posse auxiliorum sufficientium, & sic necessitatur à voluntate creata ad concurren-dum, quò ipsa voluerit; ex quo deinde sequuntur prædicta inconvenientia. §. Præterquamquòd volun-tas dandi auxilia sufficientia est sola voluntas dandi posse, integra manente libertate voluntatis creatæ ad eligendum, quod voluerit, ita ut hæc subsistere non possit prævia aliqua determinatione Dei ad illius consensum, ut ipsi dicunt, unde tenentur asserere, quòd semel hac prævisa, non possit Deus eam am-pliùs impedire, sed necessitetur ad concurrendum cum illa, concursu veluti pedissequo juxtà liberam ejus determinationem.

Sed contra hoc est quia prædicta potestas ponendi, vel non ponendi hypothesim auxiliorum, sive etiam volūtas dandi illa, non est potestas, aut voluntas purè speculativè, aut quasi abstractivè sūpta, sed simul cō-currandi cum arbitrio creato, ad partem ad quam se determinabit tanquam ratum habens quidquid voluntas creata factura est, ergo determinatio arbi-trii creati est etiam voluntaria Deo, & ab illo de-pendens; conf. patet, quia dependet à voluntate Dei sic concurrendi, & ratum habendi, not. etiam con-stat, quia est potestas, & voluntas respiciens even-tum futurum.

Resp, bene ibi. Ad replicam, vel nego supposit. ant. quòd possit Deus habere talem voluntatem con-currendi cum arbitrio creato se primò determinante ut ostensum est; vel dist. est voluntas simul concur-rendi, sibi omninò repugnans conc. aliter nego, un-de impossibile est, quòd possit id ratum habere; & similiter dist. conf. est voluntaria, & dependens, præ-cisè, nego voluntaria, & non voluntaria, vel depen-dens, & non dependens conc., primum quidem, ne supponitur, posterius verò, quia omninò id re pu-gnat Deo, utpotè pugnans cum supremo illius do-minio, & jure causæ primæ, quæ sicut renunciare nequit rationi entis à se, aut primi moventis, ità nec supremi domini, aut alterius cujuslibet perfe-ctionis, quæ important infinitatem, vel indepen-tium à quocunque alio, ut est ratio primò se deter-minantis, & aliæ similes, ut dictum est; nam per ista distinguitur à creatura, unde nequit illas eidem communicare salvis juribus sui supremi dominii su-per actos arbitrii creati, & ideò omninò illi repugnat habere hunc actum, vel decretum, nempè volo con-currere cum creatura ad partem, ad quam ipsa se de-terminaverit, immò ut dictum est, subjiceret pro-priam voluntatem voluntati creatæ faciens eam qua-si pedissequam illius, quæ manifestè repugnant Deo.

Sed adhuc instas. Nam salvo jure primi consi-liantis potest Deus inire hoc pactum cum crea-tura: elige partem, quam malueris, & hoc habe pro consilio, ergo salvo jure primi determinantis pote-rit habere hanc voluntatem concurrendi ad partem, ad quam se determinaverit. §. Resp. vel neg. suppo-situm antec. quòd dari possit talis ratio consiliandi, ut statim dicemus; vel dist. salva ratione primi cōsiliantis in Deo, debita illi, neg., repugnante conc., quia cum voluntas creata possit eligere partem, vel extremum peccaminosum, nequit sic indifferenter consiliari, à Deo salva sui summa bonitate, exponeret se namque Deus evidenti periculo causandi pecca-tum per suum consilium inito tali pacto; undè po-terat retorqueri, quòd sicut nequit istud sine læsio-ne summæ suæ bonitatis, ità nequit habere prædi-ctam voluntatem concurrendi sinè læsione sui su-premi dominii.

Tertiò Arg. (& iterum potest esse replica) Quam-vis scientia media nequeat salvari in Deo pro priori ad decretum in ordine ad actus proprios conditiona-tè futuros salva eadem libertate Dei, bene verò in ordine ad nostros conditionatè futuros ergo non est ei deneganda in ordine ad istos, saltem attenta suavi ejus

ejus providentia, qua se accommodat naturis rerum; prob. ant. Ex eo in ordine ad proprios læderetur ejus libertas, quia intrinsecè existit in voluntate Divine, & necessariò connectitur cum illis; tum quia non requiritur ad dirigendam Divinam voluntatem quoad sua libera decreta; tum quia hæc non sunt priùs intentionaliter in essentia Divina, quàm physicè, sed hæc omnia, ut patet, non militant de illa in ordine ad actus nostros, ergo saltem in ordine ad istos poterit admitti salvo omni jure, & perfectione Divina,

Ad hoc ex dictis neg. ant. ad prob. ex dictis ratione à priori ad negandam eandem scientiam non esse præcisam sequelam prædictorum inconvenientium, sed summam Dei perfectionem, quæ exigit independenter ab omni creatura habere à se ipso immediatè, & intrinsecè certam, & infallibilem cognitionem cujuslibet veri, sicut etiam essentia Divina est repræsentativa omnium sine tali dependentia, ut dictum est; undè nisi assignatur disparitas, (ut rectè etiam advertit Eminentiss. Ferrarius,) cur actus arbitrii creati fundet determinatam veritatem, quòd esset, vel suæ futuritionis independenter à decreto libero absolutè existente, secus verò actus arbitrii Divini, nunquam poterit concedi, sive ad istos, sive ad illos; Difficile est autem, imò ut ex superioribus apparet, impossibile eam assignare.

Deindè quoad ad suppositum futuritionis decretorum resp. primò argum., ut vidimus; esse de subjecto non supponente, quòd futuritio cadere possit supra aliquod Divinum, sivè absolutum, sivè liberum, cum sola in divinis admitti possit prioritas à *quo*, quæ non est sufficiens ad futuritionem etiam virtualem, sed necessariò requiritur prioritas existentiæ, vel instantis *in quo*, quæ omninò repugnat Deo, nam cum omnia in illo sint essentialiter coæterna, implicat vel etiam concipere signum rationis, in quo unum sit, vel concipiatur esse, & aliud non, ut infrà etiam ostenditur de Trinitate. Tum quia si sola prioritas à *quo* sufficeret ad futuritionem virtualem, Verbum Divinum pro priori à *quo* originis, quo Pater intelligitur, ut principium illius, verè obtineret rationem futuri, aut concipi posset, ut virtualiter futurum respectu illius, quod nullus Theologorum admittit, nec potest jure admittere. Tum quia illud virtualiter exigitur ad futuritionem virtualem, quod realiter requiritur ad futuritionem realem, sed ad hanc non sufficit quæcun, què prioritas, vel posterioritas realis, sed requiritur, quòd unum sit prius alio realiter existens, ut patet in essentiæ respectu suarum proprietatum, quæ licet realiter inter se distinguantur, & sit essentia realiter prior illis, non tamen datur vere successio inter illam, & proprietates, nec istæ sunt realiter futuræ respectu essentiæ, quia nempè cum illa simul realiter existunt, & non est essentia prior illis prioritate existentiæ, & instantis *in quo*, sed solâ prioritate naturæ, & instantis *à quo*, ergo similiter ad prioritatem virtualem non sufficit quæcunque prioritas, & posterioritas, sed requiritur, quòd unum sit prius alio prioritate existantiæ, & instantis *in quo*, quod non admittunt inter se prædicata Divina, nec admittere possunt, salva eorum, ut dictum est, coæternitate essentiali, vel in ipso etiam conceptu, aut signorationis.

Ex his responderi poterat ad 1. prob. de libertate, non præcisè hanc lædi ex eo, quòd quis cognoscat actus proprios liberos futuros, nam de Christo, (in quo datur scientia visionis,) asseritur per illam cognovisse suos actus liberos absolutè futuros absque læsione propriæ libertatis, videretur tamen lædi Divina libertas etiam in ordine ad actus propriæ voluntatis futuros conditionatè, si in priori signo rationis certò cognoscerentur, ut sic determinatè futuri, sivè in eadem voluntate quasi undè cognita, vel nondum se determinante ad hoc potiùs quàm ad illud, quia ob immutabilitatem Divinæ scientiæ, non esset Deo liberum aliter decernere in posteriori signo, quàm fuerit prævisum in priori, ut similiter dicimus in ordine ad actus nostros; quamvis reverà ità sit, quòd licet in signo illo rationis, in quo Deus nondum intelligitur habere liberum decretum, sed tantum concipiuntur ejus actus naturales, & necessarii comprehendat per scientiam simplicis intelligentiæ suam assentiam, & voluntatem, quia tamen in tali signo Divina voluntas adhuc est, vel concipitur ut omninò indifferens, & indeterminata ad rerum productionem, non est medium, in quo Divina decreta possint cognosci, ut determinatè futura, nisi in principio omninò indifferenti velimus posse cognosci hunc actum magis, quàm alium determinatè futurum, quod repugnat in terminis, ut sæpè dictum est, undè parum refert, quòd cognitio sit comprehensiva essentiæ, & voluntatis Divinæ ad inferendum, ut infert Suarez, quòd debeat in ea cognoscere sua decreta futura in sequenti signo, aliàs non videretur comprehendere illam si non se extenderet ad omne id, quod in objecto comprehenso continetur; supponit enim falsum quòd in priori signo ante omne consilium ejusdem voluntatis determinatè contineantur in illa, si velimus esse signum totius indifferentiæ; unde etiam, ut dicebamus, essent prævisa, & cognita, ut futura à casu, scil. ante idem consilium, ac proindè non solum videretur in suppositione ejusdem futuritionis lædi Divina libertas, sed etiam providentia, ut opponimus in ordine ad actus nostros.

Ex quibus etiam ad 2., & 3. prob. dicimus, quòd quidquid sit, quòd non requiretur ad dirigendam Divinam voluntatem, ut hujus actus, vel decreta sint priùs intentionaliter in Deo, quam physicè, data tamen futuritione respectu eorum in priori signo, in quo nondum intelligitur determinatum consilium voluntatis Divinæ, impossibile est, quòd appareant, ut determinatè talia, vel futura, nisi perpetuò velimus in principio omninò indifferenti magis determinatè apparere hunc actum, quàm alium, quod manifestè repugnet. Quamvis enim omnia Divina, sivè tam actus naturales, quàm necessarii perpetuò Deo conveniant, & quoad omnem perfectionem, & entitatem intrinsecè contineantur in illo, ità ut nihil intrinsecum subjectivè, vel entitativè, & perfectivè illi advenire possit, semel tamen admisso signo aliquo priori rationis antecedente omne sui consilium, impossibile est, quòd concipi possint in illo decreta fua ut determinatè futura, salva contradictione, quòd essent, & non essent, vel aliter concipi, & non concipi, ut determinatè talia.

Sed præterea permissa eadem futuritione resp. ad arg. neg. iterum ant., ad 1. prob. jam dictum est, prædictam rationem non esse à priori, sed à posteriori, undè illam debet præcipuè impugnare adversarius. Undè distinguo, quia tolleret libertatem ex eo præcisè, vel à priori nego, ob summam Dei perfe-

persectionem, nt explicatum ast, conc., & licet eam etiam sustineamus, adhuc tamen, ut vidimus, militare posset in ordine ad proprios. §. Ad 2. dicimus militara etiam de scientia media in ndine ad nostros, quia neque ista requiritur ad dirigendam voluntatem, & providentiam quoad decreta de actibus liberi arbitrii creati, quia ut rectè etiam ponderat idem Eminentissimus, & latè patet ex superioribus, intantum prudens provisor antequam liberè decernat aliquem effectum futurum ex aliqua causa exse indifferenti prævidere debet, quid faceret hæc sub hoc, vel illo auxilio sufficienti, in hac, vel illa opportunitate operandi in actu 1., in quantum non est efficaciæ infinitæ, nec habens in plena sui potestate talem causam, ut in quacunque occasione, vel opportunitate operandi in actu 1. possit eam flectere, & conjungere cum actu 2. prout liberè voluerit salvo omni ejus jure, quod non verificatur da Deo infinitè transcendente, sivè in linea essendi, sivè operandi omnem creaturam, & plenissimè habente, ut toties dictum est ex D. Aug., magis in sua potestate voluntates nostras, quàm illas nos ipsi, undè non tenetur prævidere, vel expectare ante sui consilium, vel decretum, illarum determinationem, sed magis decreto suo eam prævenire, ut illæsum, & intactum remaneat jus suum, cui essentialiter subordinatur jus nostrum, cum sit participatio ejus, undè non solum non tenetur quoad ad hoc se accommodare juri nostro expectando determinationem ejus, quin potiùs destrueret illud removendo ab eodem strictissimam subordinationem ad proprium, & gravissimè læderet istud subjiciendo idem juri creaturæ. Tantum verò abest, ut sic præveniendo libertati nostræ præjudicet, quin potiùs eam fovet, & conservat, ut explicatum est ex D. Tho.; non enim effectus sunt liberi, vel contingentes ex eo præcisè, quòd sunt à causis liberis, vel contingentibus, (hoc enim est veluti à posteriori;) sed imò quia Deus, à quo magis dependent, quàm à causis proximis, ut dictum est; alios voluit liberos, alios necessarios; *ideò quibusdam præparavit causas necessarias, ut necessariò evenirent, quibusdam verò causas contingentes, ut evenirent contingenter, secundum conditionem causarum proximarum*, scilicet ab ipso ad hunc finem præparatarum, ut egregiè, inquit, infrà q.22. ar.4. in fine corp. Ex quibus atiam patet fundamentum, [cui potissimum, vel unicè innititur P. Esparza vir alias egregius, & quem aliquandò olim hìc Romæ audiebam,] non solum non esse momenti contra nos, quin potiùs stabilire nostram sententiã; in hoc enim consistit, quòd provisor habeat, ut supra, prævidere, quod quidem respectu supremi provisoris, & efficaciæ infinitæ, oppositum manifestè infert, si ad illius meritum velimus attendare, ut ostensum est. §. Ad 4. patet etiam ex proximè dictis, nec esse momenti, sed magis deprimere afficaciam argumenti, nam semel admissa futuritjoua decretorum, sicut actus arbitrii creati, quia sunt realiter futuri priusquã sint physicè in se ipsis sunt intentinnaliter in Divina essentia prioritate realis durationis, ità pariter actus arbitrii Divini, si semal concipiuntur ut virtualiter futari, ut ipsi dicunt, & supponit argumentum, priùs intentionaliter assa poterunt in Divina essentia prioritate virtuali in priori signo, antequam sint physicè in se ipsis in posteriori, eo modo, quo possibilis est, vel ipsi contendunt prioritate inter prædicata Divina.

Ultimò tandem arg. retorquendo clamores nostros. Quia Thomistæ dum magnis vocibus improbant scientiam mediam, aliam mediam statuunt ergo vel utramqua, vel nullam improbare tenentur; prob. ant. nam scientia futurorum conditinnatorum, quã Deo tribuunt innixam decreto actualiter in illo existanti, verè est media inter scientiam simplicis intelligentiæ, & scientiam visionis, quia ex quo est de conditionatis contingantibus non est necessaria, nec simplicis intellgentiæ, ex quo varò est de conditionatis nunquam axtituris non est scientia visionis, quæ ast de aliquando extituris, alia enim visibilia non sunt, seù intuitivè cognoscibilia ergo est media.

Ad hoc patet ex dictis nos non clamare præcisè contra vocem *mediam*, quasi instituentes quæstionem de nomine, sed contra rem, seù contra mediam, qua contendunt Deum ante omne sui decretum certò, & infallibiliter cognoscere futura conditionata, & hanc judicant impossibilem, ut latissimè probatum est, quia ante decretum, nullum est assignabile medium, in quo certò, & infallibiliter cognosci possint, imò nec in illis est, aut esse potest ante illud certa, & infallibilis cognoscibilitas, ut ipsi utcumque prætendunt, & nos urgentissimá impugnavimus. §. Unde in forma, vel neg. ant., vel dist. claritatis gratia, statuunt mediam, ad alterum extremum non pertinentem simpliciter, idest, quæ nec sit necessaria, nec simpliciter libera neg., quæ sit libera simpliciter, ut explicatum est, conc., nam scientia innixa decreto conditionato, quo data hypothesi voluit ut effectus conditionati fierent, si sint boni, vel permittare, ut fierent, si sint mali vel peccata, non scientia media, sed libera est simpliciter, & ejusdem rationis cum scientia, qua cognoscit Deus futura absoluta in decreto absoluto suæ voluntatis, & parum refert ad intentum, ut dictum ast, an ad scientiam visionis, vel ad scientiam simplicis intelligentiæ liberam reducenda sit, dum tamen constet liberam esse simpliciter: per quòd etiam patet ad prob. Nihilominus ad eandam ex superioribus dicimus ad utramque posse reduci, ad hanc quidem posteriorem, seù simplicis intelligentiæ, prout est simplex notitia sui objecti, nam post divisionem scientiæ Dei in eam, quæ visionis est, & in eam, quæ est simplicis intelligentiæ, idest notitiam rerum non existentium nec aliquando extiturarum hanc deindè dividunt Thnmistæ in necessariam, & liberam, juxtà distinctionem veritatum penes necessarias, & liberas sivè ad istas, ut simplici notitia, vel abstractivè sunt attingibiles, ut sunt prædicta conditionata, prout nunquam extitura: unde quandò D. Tho. & Theologi dicunt scientiam simplicis intelligentiæ esse necessariò naturalem, hoc ideò asserunt, quia illa præcipuè occupatur circa merè possibilia, quæ Deus naturaliter, & necassariò cognoscit. Præterea etiam reduci potest ad illam visionis, quatenus est scientia approbationis conditionatæ ax parte objecti, nec inducit existentiam in illo, dicitur abstractiva non intuitiva, licet si velimus aam extendera ad faciendã sufficienter præsentiam eorum in æternitate, quatenus aliquomodo respicit existentiam illorum, ut ponendam sub conditione, dici etiam possit intuitiva, prout in superioribus axplicatum est, juxtà diversitatem modi diciendi, nunquam tamen statuut mediam inter necessariam, & liberam, sed determinatè libera est, quia simpliciter supponit de-

cretum

cretum estò conditionatum ex parte objecti, in quo è regione distat à scientia media contrariorum, qui nolunt eam supponere decretum aliquod antecedens, & prædeterminans. Sicut ergo necessaria præcedens decretum est intuitiva, & abstractiva; intuitiva eorum, quæ formaliter existunt in Deo, & abstractiva respectu possibilium, ità scientia libera, scientia videlicet approbationis supponens decretū, est intuitiva respectu eorum, de quibus est decretum omninò absolutum etiam ex parte objecti, & abstractiva respectu eorum, de quibus est decretum absolutum ex parte actus, sed conditionatum ex parte objecti, quorum conditiones nunquam ponentur in esse, nisi iterum velimus dare illi rationem intuitivi modo explicato, & tunc strictiùs reducere ad scientiam visionis. Sed præscindendo etiam ab hac ratione intuitivi, & præsentia eorum in æternitate, adhuc salvatur posse per hanc scientiam visionis cognosci, sci. non quatanus est visionis formaliter, quia sub hac ratione dicitur solum terminari ad res futuras, ut sunt præsentes in æternitate,) sed in quantum est libera, & approbationis, seu prout habet adjunctum decretum Divinæ voluntatis, in quo fundatur, & cui ut medio innititur, sic enim non solum terminatur ad res futuras, ut in æternitate præsentes, sed etiam se extendit ad omnia objecta libera, & contingentia, quæcunque illa sint.

Omitto, quæ in contrarium adduci poterant, autoritates ex D.Tho. nam adeò constans est mens ejus, & clarissima in favorem nostræ sententiæ, ut patet ex locis relatis, ut tam dubitari potest de illa, quàm de luce meridiana. Præcipua enim, qua nobis opponunt ex 3.p. qu.1. art. 3. ad 4., nempè quòd prædestinatio supponit præscientiam futurorum, non nisi violenter aplicari, vel extendi potest à futura conditionata, ut manifestissimè ostendit mag. lemos ubi supra tract.5. c.10., nam apertè ibi loquitur de futuris absolutis, intendit enim ibi, quòd prædestinatio Christi supponit præscientiam peccati Adæ, quod ut absolutè futurum, est certum in via D.Tho., supponi prævisum ante decretum Incarnationis, non quasi prævisio ejus præcedat omne decretum Dei etiam permissivum sui, sed quia prioritate occasionali præcedit decretum prædestinationis Christi, qui non fuit prædestinatus, nisi occasione peccati; licet prioritate causæ finalis præcesserit Christus, sicut & omne aliud prævisum prioritate causæ materialis, vel dispositivæ, ut latè ibidem ostendimus contra Scotum, & alios explicando hanc mutuam prioritatem inter Christum, & cætera connexa cùm decreto Incarnationis, ut hinc inferamus Christum non venturum A damo non peccante, vel peccato non existente, aut non extituro, ac proindè non venisse nisi in remedium peccati, non exclusis tamen aliis motivis connexis cum isto. §. Pro quo breviter adverto, quòd hujusmodi futura absoluta, sunt in duplici differentia; quædam sunt effectus prædestinationis, & hæc non supponuntur ante prædestinationem, seu decretum, cujus sunt effectus, ac proindè nec cognoscuntur absoluta præscientia ante prædestinationem. Alia sunt futura, quæ sunt occasio, vel prærequisitum ad prædestinationem, & istorum præscientia supponitur ad prædestinationem, seu decretum; non quasi, ut dictum est, eorum futuritio, vel præscientia præcedere debeat omne Divinum decretum, aut supponi respectu eorum, sed illius tel, ad cujus prædestinationem prærequiruntur, & sola etiam prioritate prædicta præcipuè in casu, & ità cognitio originalis peccati supponitur ad decretum Incarnationis, quia in hoc ordine rerum fuit occasio decreti redemptivi, cum istud non præcisè respiciat Christum, sed cum gloria Redemptoris: undè, ut ait mag. lemos, talis peccati permissio in genere causæ quasi materialis, & dispositivæ prior fuit in Divina mente, quàm Christi prædestinatio, & consequenter in isto genere priùs fuit peccatum prævisum scientia visionis absoluta. Quarè inducere hic scientiam conditionatam, est illam ad quodlibet sinè delectu intromittere.

Igitur tantum abest D. Thom. vel minimùm favere scientiæ mediæ, cum potiùs statuat duo veluti principia contradictoriè eidem opposita, ut latè patet ex superioribus, sæpè quòd Deus alia à se non cognoscat nisi in se ipso, non verò immediatè in se ipsis; & 2. quòd nihil sit ab æterno futurū sive absolutè, sive conditionatè nisi ratione decreti actu in Deo existentis, quæ duo constanter negant contrarii, ut illam ædificare, & stabilire possint. Deindè ex eo, tanto conatu urgent eam promovere tanquam omninò necessariam, ut scil. conciliari possit efficacia gratiæ, providentiæ, & prædestinationis cum nostra libertate, sed ut apertissimè constat ex locis relatis nunquam D. Tho. pro utraque componendi recurrit ad hanc præscientiam antecedentem decretum, sed perpetuò ad infinitam efficaciam divinæ voluntatis, & omnipotentiæ, quæ est principium totius entis, vel profundens totum ens, undè nisi velimus in re tam magni momenti assumpsisse principia contradictoria, ferè otiosum est de illius mente vel levissimè suspicari; eò vel maximè, quòd præcipuus, vel primus illius promotor Molina fatetur 1.p.q.23.ar.4.,& 5.neminem ante le ipsum, sic utramque conciliasse per eandem scientiam, ac proindè nullum, nec D.Tho., nec quemvis alium ex antiquis scholasticis eam approbasse.

Ex dictis colligimus scientiam conditionatorum esse liberam Deo tam subjectivè, (quia supponit ut vidimus, decretum liberum,) quàm objectivè, quia est de objecto libero ipsi, unde nec est media inter illā simplicis intelligentiæ, & visionis, cum ad alterā reducenda sit, neque inter naturalem, & liberam, ut volunt contrarii, sed esse simpliciter liberam, nam ideò ipsi contendunt esse mediam, præsertim inter hanc utramque, quia prætendunt antecedere decretum, & ex hac parte spectare ad naturalem, & deindè esse liberam, quia est de objecto libero, non quidem Deo, sed creaturæ, in quo videntur magnam provinciam assumpsisse, quòd velint aliquid absolutè existens in Deo, quod illi liberum non sit, & solū esse liberum creaturæ, cum impossibile sit, ut sæpè dictum est, aliquod prædicatum concipere ex parte creaturæ antequam concipiatur ex parte Dei sive in genere entis, sive in genere operativo, cum sit primum per essentiam in quolibet, & est veluti implicantia in terminis ante istud primum simpliciter valle concipere aliquid prius, esset enim, & non esset tale, ut patet, & propterea diximus impossibile esse, quòd voluntas creata primò se determinet ante determinationem voluntatis divinæ, quia illa determinatio non posset esse libera, quia impossibile est dari, aut concipi aliquod liberum ante liberum primum, cujus est participatio, sicut concipi, aut dari aliquod ens ante primum, unde videtur contrarii magis destruere libertatem creatam, quàm eam sustinera

nera, dum ob metum læſionis ejus putant debere omninò eandam ſcientiam antecedere decretum, ac proindè liberam eſſe ſolum creaturæ, vel ex parte ejus non ipſi Deo.

Secundò etiam colligimus, [& obiter iterum ad rem magis explicandam] ex alio etiam capite ut inſinuavimus, magis ſe opponere libertati creatæ, quã Thomiſtas, quatenus reccurrunt ad principium determinativum, quod non eſt in ejus poteſtate abjicere, ſicut eſt illud, ad quod illi recurrunt ſcil. ad innatũ jus libertatis, quod utpotè per modũ proprietatis creaturæ rationali conveniens, non eſt in poteſtate ejus rejicere illud; Thomiſtæ verò ad aliquid mobile, ſive ad motionem, vel qualitatem ſuperadditam, vel gratiam, quam abjicere poteſt, ut infrà etiam explicatur de voluntate Dei, quidquid ſit, quomodo deindé componatur ejus efficacia cum illa, quod non eſt præſentis inſtituti, ſed alibi tractatur de auxiliis. Unde argumentum, quod proponunt contra decretum antecedens, quod repugnet libertati quia non eſt in poteſtate noſtra illud removere, ſolvendum eſt ab eiſdem in eodem jure, quod nec à nobis removeri poteſt. Quod verò ajunt, ex eodem oriri determinationem liberam, id magis tenentur affirmare de decreto, cum ſit prima radix totius noſtræ libertatis, & cujus eſt participatio omne noſtrum jus. Viderint ergo, quòd dum eadem ſcientia antecedente decretum, & explorante hoc jus ante illud, vel independenter ab illo putant libertatem ædificare, magis eam in nobis deſtruant.

QUÆSTIO TERTIA.

Utrum Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta in decreto efficaci ſuæ voluntatis.

Quamvis ex dictis præcipuè q. 1. concl. ultima reſolvi poſset præſens difficultas, nihilominus ad pleniorem hujus tam momentoſæ diſputationis notitiam placet eam ulteriùs promovere, ut aliqua etiam, quæ deſiderari poterant, radicitùs explanentur, & non omittantur. In qua re communiter affirmant Thomiſtę, nempè in decreto ſuo efficaci abſoluto, ante omnem prævisionem conſenſus noſtri ſub conditione futuri, ac proindè ante ſcientiam mediam certò, & infallibiliter Deum cognoſcere omnia futura abſoluta, unde negant conſequenter hanc eſse neceſsariam ad dirigendum Deum in ſuis decretis abſolutis, ut prętendunt contrarii, immò potiùs ad hoc eſse inutilem, ut ex eorum principiis oſtendit Gonet. hic in Manuali tract. 3. cap. 5. §. 4. Ex contrariis verò, qui admittunt decretum efficax innixum tamen ſcientiæ, vel præſcientię medię dicunt in illo etiam Deum cognoſcere futura contingentia abſoluta; qui tamen diviſi ſunt, ut advertit M. Ferre hic tom. 1. tract. 5. q. 8. §. 7. Nam aliqui dicunt quidem poſſe Deum in tali decreto cognoſcere futura, ſed non indigere illo, imò aſſerit P. Martinez, quòd ſi per poſſibile, vel impoſſibile Deus ab æterno nihil decreviſſet facere, ſed ſolum in tempore inciperet decernere, adhuc ab æterno præcognoviſſet ſcientia abſoluta, futura contingentia abſoluta. Alii verò ut refert Illuſtriſs. Godoy hic tract. 4. tom. 2. diſp. 39. qu. 14. §. 1. dicunt (& ferè in idem coincidit) omnia illa futura, quæ prædefinitione abſoluta efficaci à Deo prædefiniuntur, poſſe in tali prædefinitione certò cognoſci, quia tamen non omnia contingentia futura ſic prædefiniuntur, ideò non omnia poſſunt in tali prædefinitione cognoſci, ità Suarez lib. 1. de ſcientia abſolutorum c. 5. & lib. 2. de concurſu Dei c. 13.

Frequentior inter eoſdem ſententia negat abſolutè in tali decreto, ſive in divina eſſentia determinata per illud, Deum eadem cognoſcere tanquam in medio cum illis connexo, quam tenent Bellarmin. lib. 2. de amiſſione gratiæ cap. 2. 4., & 7. Molina in concordia diſp. 28., & 32. Fonſeca 2. Metaph. cap. 2. quæſt. 4. ſect. 6., Vaſquez diſp. 65. cap. 2., & 3. Alarcon tract. 1. diſput. 2. cap. 6., Herice tract. 1. diſp. 6. cap. 3. aſſerens ità ſentire ferè omnes DD. ſuæ Societatis.

§. PRIMUS.

Statuitur Concluſio.

Deus tantum in decreto ſuo cognoſcit omnia futura contingentia, & libera abſoluta, ſive in eſſentia ſua, ut determinata per illud. Ità communiter Thomiſtæ, quibus in hac parte conſentiunt diſcipuli Scoti ſecuti ſuum Mag. in 1. diſt. 39. quæſt. unica, & ex Patribus Societatis, Granadus, & Ruitz apud Alarcon, ubi ſuprà. Eſt perpetua mens D. Thom. ut latè conſtat ex locis in tota hac diſp. relatis, nam in doctrina ejus, ut vidimus, Deus tantum cognoſcit alia à ſe immediatè in ſe ipſo, & non extra in ſe ipſis, unde non eſt aliud medium reſpectu cognitionis divinæ ad cognoſcendum immediatè alia à ſe niſi eſſentia divina, ac proindè futura, quæcunque ſint in illa ſola, ut determinata per decretum certò, & infallibiliter cognoſcuntur.

Specialiter autem eam tradit non ſolum hìc, ut vidimus; ſed etiam 1. cont. Gent. cap. 68. ratione ſecunda: *Sic Deus*, inquit, *cognoſcendo ſuam eſſentiam alia cognoſcit, ſicut per cognitionem cauſæ cognoſcuntur effectus, omnia igitur Deus cognoſcit, ſuam eſſentiam cognoſcendo, ad quæ ſua cauſalitas extenditur, extenditur autem ad operationes intellectus, & voluntatis: cognoſcit igitur Deus cogitationes, & affectiones mentis.* Et deindè concludit caput, *& ſic remanet cauſalitas in cauſa prima, quæ Deus eſt, reſpectu motuum voluntatis, ut ſic Deus ſe ipſum cognoſcendo, hujuſmodi cognoſcere poſſit.* Quàm doctrinam ſæpè repetit toto illo cap. præcipuè ratione 3. dicens: *Sicut eſſe ſuum eſt primum, & per hoc omnis eſt cauſa, ità ſuum intelligere eſt primum, & per hoc omnis intellectualis operationis cauſa*, ſcil. adjuncta voluntate, quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum hac adjuncta, ſive decreto ejus, ut vidimus ex eodem, & tradit etiam verbis ſequentibus quibus ſic concludit. *Sicut igitur Deus cognoſcendo ſuum eſſe, vel intelligendo cognoſcit eſſe cujuſlibet rei, ita cognoſcendo ſuum intelligere, & velle cognoſcit omnem cogitationem, & voluntatem, ſeu volitionem.* At hæc, ut rectè ſub ſumit laudatus Illuſtriſs., in ſuo velle neceſſariò, cum iſtud non habeat neceſſariam connexionem cum futuris, ergo in ſuo velle, vel decreto libero, ſive in ſua eſſentia, ut determinata per illud.

Nec

Nec iuvat interpretari, quòd loquatur de nostro intelligere, & velle sub esse possibili, non futuro. Nam expressè reclamat textus, vel causalis illius, quia ideò infert cognoscere nostrum cognoscendo suum velle, & intelligere in quantum istud est causa nostri, at non est causa præcisè sub priori esse, sed sub utroque, ergo loquitur de illis sub utroque. Deindè hanc interpretationem, vel ipsemet excludit quæst.12. de veritate ar.10.ad 12. *Dicendum*, inquit, *quòd causæ superiores, quæ sunt rationes in divina præscientia nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideò in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non nisi sub conditione*. En quomodo effectuum contingentium cognitionem absolutam apertè reducit ad cognitionem in se ipso non tantum subesse possibili, sed etiam sub futuro.

Ex his prob. à priori, ratione qua supra impugnavimus scientiam mediam inter naturalem, & liberam. Futura omnia contingentia cognoscuntur à Deo in sua essentia tanquam in causa, & objecto priùs cognito, at non in illa, ut repræsentāte purè naturaliter, seu secundum formalitates necessarias, quas purè naturaliter, & omninò necessariò repræsentat, ergo cognoscit in illa, ut repræsentante liberè simpliciter, sive secundum aliquam formalitatem liberam, quam liberè simpliciter repræsentat, & consequenter prout per liberum decretum determinata, utraque conseq. tenet, quia non est alius modus repræsentandi, aut cognoscendi in illa, mi. etiam est certa, & patet ex terminis, quia in principio prout naturaliter omninò repræsentante, vel secundum sui prædicata necessaria non fit manifestatio effectus contingentis, & liberi, ac proindè nec erit cognoscibilis in illo prout sic, ergo solum poterit cognosci in illo, ut repræsentante liberè, seu determinato secundum aliquam formalitatem liberam, vel per decretum in casu: ma. verò latè ostensa est in superioribus. §. Tum quia ut docent omnes, vel cœteri Theologi cum D.Th.hic, & 1.Cont.Gent. c.40. Deus ut dictum est nihil intelligit, quod per suā essentiam ut speciem non repræsentetur, & omnis divina cognitio à sua essentia, ut primario objecto specificatur. §. Tum quia aliàs divina cognitio ut dicebamus, deberet specificari ab aliquo intelligibili creato, & dependere ab illo, cum objectum immediatum cognitionis, utpotè finis, sit specificativum, ac proindè terminus dependentiæ illius, quod omninò repugnat Deo, sive quoad prædicata necessaria, sive libera, cum sint omnia aliquid increatum, & divinum ex parte recti, vel subjectivè, & quoad eorum entitatem, quidquid sit quoad ex parte connotati, vel obliqui, sive sub conceptu terminationis ad illud dicatur defectibilis, defectibilitate cadente tota supra idem connotatum, ut ostendimus infra de voluntate, nam aliàs eadem facilitate dicamus, quòd si semel quoad prædicata libera specificari potest, & dependere ab aliquo creato libero, & contingenti non obstante omnimoda sui independentia subjectiva, & entitativa, pariter poterit quoad necessaria specificari, & dependere ab aliquo creato quoad illius veritates necessarias, & indefectibiles, non obstante eadem independentia, quod est alienum.

Urg., & explic. hoc. Nam ut supra etiam arguebamus, intelligibilitas divina passivè debet adæquari cum intellectualitate divina activa, aliàs Deus ut intellectivus excederet se ipsum, ut intelligibilem, at passiva non adæquaret activam non se extendens ad repræsentandum futura, quæ ratione etiam ostendimus non posse possibilia aliter cognosci, nisi in Deo, sive in essentia sua ut specie repræsentante illa, & cognita, ut objecto primario specificativo cognitionis divinæ, ergo nullum intelligibile creatum, sive possibile, sive futurum cognosci potest à Deo, nisi in essentia sua tanquam in causa, & objecto priùs cognito juxta eorum conditionem scil., vel secundum formalitates necessarias sub esse possibili, vel secundum aliquam liberam sub esse futuro. Et planè videtur inintelligibile, quòd aliquod cognosci possit à Deo intelligibilitate, aut repræsentatione non divina, itaut divina passiva non adæquet activam, ut contingeret, sive in ordine ad possibilia, sive ad futura, si semel aliquod ex his non cognosceretur ab illo mediante sua essentia, ut specie, & objecto cognito.

Ex quibus etiam præoccupatur altera contrariorum solutio ex discrimine inter prædicata necessaria, & libera. Non enim cessant ista esse quid increatum, quamvis libera sint. Prætetquam quòd quamvis libera quid defectibile sint sub conceptu terminationis, ut dictum est, quia tamen adhuc sunt aliquid increatum, & divinum, impossibile est, quòd dependeant à creatura sub aliquo sui conceptu tanquam ut ab efficiente, ergo eadem ratione impossibile erit, quòd dependeant ab illa, ut à specificante, cum non sit minus actualis, & independens in genere causæ finalis, quàm in genere efficientis, nec minùs in ratione liberi, quàm absoluti; defectibilitas autem in priori ratione nunquam cadit, aut cadere potest supra Deum passivè in se, sed activè pro aliis, (ut egregiè explicat infra Mag.Jo. à S.Thom.) seu supra connotatum, vel creaturam, quæ sola gravari potest his mutationibus, quàmvis revera ut cum eodem ostendimus ibidem, falsum est, quòd de ratione liberi ut sic, abstrahentis à libero creato, & increato sit defectibilitas (in quo ait esse magnam hallucinationem,) sed tantum hoc, quod est dominari super utrumque extremum, aliàs libertas, vel conceptus ejus non esset perfectio simpliciter simplex, unde defectibilitas, sive posse non esse solum convenit libero potentiali, vel creato non increato, & summè actuali. Sed de his latè ibidem de voluntate.

Aliter ergo eidem rationi resp. potest solutione jam insinuata, quòd divina essentia absque decreto libero potest repræsentare futura ex suppositione, quòd futura sint, unde hac data, sine eodem decreto potest esse ratio, & medium manifestandi illa. §. Sed contra hoc est, & in primis solutio, ut vidimus est de subjecto non supponente, quòd possit dari suppositio alicujus effectus, aut futuritionis ejus non supposita causa utrinsque, cum existentiæ, vel futuritionis rerum, & præcipuè contingentium, utpotè quid liberum, non conveniat illi ab intrinseco, & ex natura rei, sed inordine ad suam causam, constat autem ex dictis causam omnium rerum, & futuritionis earum potissimam esse primam, cujus est participatio omnis secunda, & à qua consequenter magis, quàm ab istis dependet omnis affectus in quolibet sui prædicato, unde impossibile est posse supponi futuritionem eorum absque decreto, vel causalitate Dei.

Ex his impugnatur secundò. Futura nequeunt repræsentari in divina essentia, nisi tanquam in

causa præparata, & determinata ad dandum esse, sed essentia nudè sumpta, vel absque decreto libero non est sic præparata, & determinata ad dandum determinetum effectum, sed indifferens, cum non magis determinatè contineat hunc, quam illum, ergo.

Explic. hoc. Divine essentia, & qualibat causa in universum in tantum repræsentat effectum, in quantum continet illum, nam omnis repræsentatio in causa fundatur in continentia in essendo, sed præscindendo à decreto non magis determinatè continet hunc, quàm illum, ut patet, ergo præscindendo, ab illo non magis potest repræsentare determinatè unum potius, quàm alium, ergo est omninò necessarium ad illum determinatè repræsentandum.

Tertiò impugnatur, & urg. præcedens. Nam in tantum divina essentia potest repræsentare futura, in quantum connectitur cum illis, est enim necessaria connexio, ut unum objectum repræsentet aliud, & illo cognito cognoscatur, unde si est repræsentatio per modum causæ, ut in casu, debet esse connexio per modum continentis; sed data etiam futuritione non adest in divina essentia hujusmodi connexio absque decreto libero, ergo etiam data hypothesi nequit in illa admitti talis repræsentatio, prob. mi. Tum quia nequit esse major connexio, quàm sit continentia, sed ante decretum non est determinata, ut dictum est, ergo nec determinata connexio ad determinatum effectum repræsentandum. Tum quia connexio cum futuris non est formalitas necessaria in Deo, sed libera, at omnis formelitas libera conveniens illi, vel convenit formaliter per decretum, vel supponit illud pro radice, ergo quacunque suppositione facta nunquam poterit repræsentare futura absque libero decreto, vel non determinata per illud.

Dices huic replicæ, & præcedenti non esse necessarium, quòd repræsentatio in esse intelligibili supponat continentiam in essendo, sed tantum continentiam in eodam genere, scil. intelligibili, hæc autem potest haberi sine altera in essendo, facta sola suppositione connotati, vel objecti repræsentandi, ut patet in speciebus angelicis, quæ licet non contineant in essendo futurũ, possunt tamen continere illud in esse intelligibili, & repræsentare illud sola supposita existentia illius, cum autem decretum determinet solum ad continendum in essendo, benè poterit divina essentia absque illo continere futura in esse intentionali, vel intelligibili, & repræsentare illa.

Sed hæc solutio præoccupatur eisdem replicis, quibus etiam retorqueri potest. Nam ideo in specie angelica non requiritur continentia in esse entitativo, sed sufficit in intentionali cum sola suppositione existentiæ objecti, quia non repræsentat aliquem sui effectum, vel habentem esse à se ipsa, sed à Deo, unde non est repræsentatio per modum causæ manifestantis effectum, sicut contingit in divina essantia, sed per modum speciei repræsentantis objectum, nem aliter teneretur etiam continere in genere essendi, sicut tenetur divina essentia, & quælibet causa in universum, ut probatum est, unde ex hac parte confirmat rationem factam cum suis replicis, ergo licet ad ejus repræsentationem non requiratur utraque continentia, sed sola sufficiat in esse intelligibili, ejusque infusio à Deo cum sola connotatione existentiæ objecti, ut actu illud repræsentet, secus tamen ad repræsentationem divinæ essentiæ.

Explic. hoc. Nam in eo maximè discrimantur species angelica, & increata Dei, sive essentia divina repræsentans aliquod futurum, quòd prior si actu non repræsentet illud nondum existens, & posteà repræsentet, quando existit, non provenit ex aliquo sui defectu intrinseco, aut principii intrinsecè requisiti ad repræsentandum, sed solius connotati, quia respectu illius dum non existit, est incapax repræsentabilitatis per illam, quatenus non dum actu participat id, per quod speciei angelicæ assimilari debet, ut per illam de facto repræsentetur, quia nempè ut dictum ast, non repræsentat per modum causæ, sed per modum speciei per simplicem similitudinem, unde satis est, quòd infundatur à Deo, & ponatur in re ejus connotatum, vel objectum repræsentandum. Cœterum essentia divina non repræsentat utcunque, sed tanquam causa effectum suum, à qua indispensabiliter dependet non solum in ratione existentis, sed etiam in ratione futuri, & magis ab ipsa, quàm à causa secunda, vel particulari proxima ut latè ostensum est, cum autem sit causa per suum decretum, (omnia enim causat Deus per sui intellectum, & voluntatem) impossibile est quòd repræsentet illud, data quacunque hypothesi, sive de existentia, sive de futuritione sine decreto, vel non determinata per illud, immò quæcunque hujusmodi suppositio manifestè est, ut dicebamus, de subjecto non supponente, nisi velimus creaturam esse, vel futuram esse independenter à voluntate Dei, vel sine beneplacito ejus, quod videtur inintelligibile, cum sicut ante primũ ens intelligi nequit aliquod ens, ita ante primum efficiens impossibile est intelligi aliquid jam actu effectibile, quale est omne futurum, & præcipuè absolutum. Hinc etiam patet, quòd si semel essentia ante determinationem creaturæ non repræsentaret futurum non oriretur id ex defectu solum extrinseco, vel ex parte connotati, ut contingit in specie angelica respectu objecti nondum existentis, sed etiam intrinseco, scil. ex defectu alicujus principii intrinsecè requisiti, sive decreti, per quod constituitur determinate causa ad repræsentendum.

§. II.

Aliis rationibus probatur Conclusio.

Secundò prob. etiam principaliter ratione, quam supra insinuavimus, & urgentur superiora. Cognitio Dei de futuro debet esse perfectissima ejus comprehensio à priori, ergo non solum est de illo in sui decreto, sive in essentia determinata per istud, sed nec potest aliter ei convenire; ant. est certum, aliàs non esset cognitio divina, sive supremi intelligentis per essentiam, nisi velimus aliam perfectiorem supra divinam; conseq. verò prob., cognitio comprehensiva, & à priori, alicujus effectus, & maximè omnium suprema, sive divina nequit esse talis, Deo non cognito, ut causa ejus, at Deus nequit à se ipso cognosci ut causa non cognito sui decreto, ergo nequit aliquis effectus, vel futurum ab eodem cognosci comprehensivè, & à priori non cognito decreto; ma. est communis consensus Philos. cum Arist. in lib. poster. Nam cognitio à priori non habetur, nisi per

causam

causam, & per perfectam cognitionem, quòd illud, per quod aliquid cognoscitur à priori sit illius causa, nisi velimus pro libito immutare definitiones rerum; sic enim definitur scientia à priori, ut vidimus ibidem, quòd sit cognitio rei per causam, & quòd illius sit causa, & quòd aliter sa habere non possit: mi. autem prob., quia Deus, ut dictum est, non causat, nisi per sui decretum, siva per intellectum, & voluntatem, ergo nequit Deus cognosci à se ipso, ut causa non cognito eodem decreto.

Huic rationi, qua olim etiam utebatur laudetus Mag. maus Ferre hic Romæ contrà P. Nicolaum occurrebat hic dicens, ità esse quòd requiratur cognitio decreti ad cognoscendum futurum absolutum contingens, non tamen tanquam medii, aut tanquam id, in quo cognoscatur, sed solum ut aliquid tanens se ex parte rei cognitæ, à quo dependeat, unde ajebat, quòd si per possibila Deus ab æterno non decerneret, sicut ab æterno non causat, sed tantum in tempore, adhuc ab æterno cognosceret perfectissimè illud in se ipso, ex quo infert decretum non esse medium intrinsecà determinans scientiam Dei, sed tantum extrinsecè.

Sed hæc solutio præoccupatur eodem erg., & magis destruit, quàm salvet conceptum scientiæ à priori. Nam scientia à priori alicujus effectos est cognitio illius in causa, ut causa, seu ex vi cognitionis causæ, ut causæ, ut patèt ex ejus definitione, at nequit Deus, vel divina essentia cognosci ut causa non determinate intrinsecè per decretum, ergo non sic determinata per istud nequit esse medium manifestandi à priori futurum, ac proindè non solum erit decretum medium extrinsecè determinans ex parta rei cognitæ, sed etiam intrinsecè ax parta scientiæ, vel essentiæ, utraque conseq. tenet, & mi. prob. primò, quia ut tradit D. Thom. hic ar. 8., & 9. ad 3. scientia Dei non est causa rerum, nisi voluntate adjuncta, unde non determineta intrinsecè per voluntatem indifferenter se habet ed opposita, itaut in illa, vel in essentia ut sic non determinata intrinsecè par decretum nou habetur, quòd res sint, aut futuræ siut in hac, vel illa temporis differentia; sed tantum, quòd possint esse, ergo nec in illa prout sic potest Deus determinatè à priori cognoscere futurum.

2. Quia ut dicebamus, essentia divina in tantum à priori manifestat futurum, in quantum continet, ut contingit in quelibet alia causa, at non continet determinatè, non determinata intrinsecè per liberum decretum, nam ex sua ratione formeli indifferanter continet omnia.

3. Quia ut iterum manifestet à priori, necessariò exigitur connexio inter illam, & futurum, sed in essentia divine non determinata intrinsecè per liberum decretum non adest infallibilis connexio, cum futuris, ut probatum est, cum non sit hæc formelitas necessaria, sed libere, tantum potens convenire per decretum liberum, ergo determinatio istius non debet sufficere rem cognitem, vel extrinsecè tantum cadere super istam, sed potiùs, & potissimum supra essentiam,

4. Et urgentur præcedentes. Si determinatio decreti tantum se haberat extrinsecè ax parte rei cognitæ, scientia Dei respectu futuri non esset à priori, sed magis à posteriori, ergo respectu illius non salvatur conceptus perfectissimæ scientiæ in Deo, scil. comprehensivæ, & à priori; prob. antac. Quia non inciperet à causa ut causa, sed magis ab effectu, idest non inciperet à Deo ut constituto per suam causalitatem, cum Deus causet, ut dictum est, per suum intellectum, & voluntatem, vel liberum ejus decretum, ergo non esset à priori. §. Urg. hoc ipsum Quia si cognitio possibilium in Deo non inciperet ab eadem essentia, vel Omnipotentia, ut medio intrinseco manifestante ille, non esset à priori, ergo nec erit à priori cognoscere futurum, si non inciperet ab illa, vel à decreto determinente illam ut medio intrinseco, conseq. tenet, quia sicut per Omnipotentiam tanquam per virtutem operativam constituitur Deus potens operari, ita per decretum actu causans, vel præparans ad causandum hoc, vel illo tampore; & planè dum in prædicta definitione scientiæ à priori dicitur, quòd est per causam, consensus Phylosophorum, ac Theologorum est, quòd sit per illam tanquam per medium intrinsecum, & ex vi connexionis intrinsecæ, ut illativæ à priori existentiæ, vel futuritionis, aut possibilitatis affectus juxtà meritum, aut conditionem status, in quo reperitur. Nã in hoc etiem distinguitur scientie à fide, quòd medium illius, sive id, quod assumit ut medium intrinsecè se habeat, fidei verò sit extrinsecum, seu testimonium dicentis, ergo dum scientie à priori assumit causam, totum, quod comprehendit causa, siva sit virtus ejus, sive causalitas, vel decratum in casu, erit medium intrinsecum, & non purà extrinsecum in ratione manifestantis. Unde præfata solutio magis videtur effugium ed declinandam, vel vitandam vim ergumenti, quàm ad infirmandem, præcipuè cum non solum detrahat conceptui scientiç à priori, sed etiam perfectissimç scientiæ Dei, quòd ad medium extrinsecum teneetur recurrere, ut comprehensivè, & à priori cognoscat creaturam, quasi non habens, vel minùs habens, aut insufficienter in se ipso ad intra ed illam comprehendendem, unde teneetur ab eedem accipere ad illius comprehensionem habendem, quod videtur setis alienum à scientia divina.

Dices quòd sicut Deus licet eb æterno actu non causet, potest nihilominùs videre futura quoad eorum existentiem solum in tempore ponendem, seu pro priori ad illius productionem, pariter poterit videre illud quoad illius futuritionem, estò actu ab æterno non decerneret, non enim magis depeadet à decreto quoad sui futuritionem, quàm dependeat ab actuali productione quoad existentiam, unde sicut actualis productio non est medium necessariū, sivè intrinsicè determinans essentiem, vel scientiam, ut cognoscatur ejus existentie, ità nec erit decretum, ut cognoscatur ejus futuritio.

Sed hæc solutio jam præoccupate est, & dissimulat discriman inter scientiam Dei, ut purè speculativa est, seu ut prævenit decretum, & ut practica est, sivè ut supponit illud edjunctæ voluntate, nam eodem semel supposito, cum non minus infinite sit in hac linee, quàm decretum, ad omne illud se extendit, ed quod se extendit decretum, cum verò istud se extendat non solum ed futura præparando ille, sed etiem ad existentia producendo actu juxtà beneplacitum Divinæ voluntatis, non tenetur scientia Dei expectare actualem productionem rerum, ut eas cognoscat quoad existentiam, sed satis est, quòd eb æterno Deus velit, ent decernat producere, undè semel determinete per decretum ad omnia se extendit, etiam antequàm actu producantur, sicut in simili dicebamus de æternitate, quòd quia est tota

simul, & infinita in sua linea, eo ipso, quòd aliquid semel illam in greditur, ut sunt futura, & non solùm existentie, statim omnia comprehendit ab æterno non expectans eorum productionam vel existentiam, unde paritas ab actuali productione ad antecedentiem decreti, cum sit à toto genere practici ad purè speculativum est de subjecto non supponente, quòd aliquid ante decretum intret jem lineam practici, ac proindè sit cognoscibile ante illud intrà eandem lineam, nisi purè speculativè scil. cognoscendo, quòd possit eam ingredi medio decreto, sicut cognoscuntur purè possibilie, non reduplicativè, ut effectus in causa ut causa de eadem linea, ad quam spectat futurum.

Ex quibus impugnatur solutio. Optimè stat Deum practicè ab æterno cognoscere futura, vel existentia antequam actu causet, non tamen sic cognoscere illa antequam actu decernat, ergo loquendo de scientia, de qua modo disputemus, scil. non purè speculative, illegitimè unum infertur ex alio; prob. ant. repugnet aliquid actu cognosci intrà aliquam lineam, nisi sit actu cognoscibile intrà illam, sivè tali modo, sed res ad extrà ante decretum non est practicè cognoscibilis, sivè intrà lineem practici, benè verò ante actualem productionem, ergo; prob. mi.: antè decretum non potest esse practicè producibilis, bene verò ante actualem productionem, ergo ante illud non est practicè cognoscibilis, benè verò ante istam, conseq: tenet, quia ad cognoscibilitatem practicam non sufficit pura possibilitas, hæc enim tantum fundare potest cognoscibilitalem purè speculativam, ut patet, nem unum quodque est cognoscibile eo modo, quo est, ergo ut aliquid sit practicè cognoscibile debet esse saltem practicè producibile; aut. verò prob. quia ante actualem productionem potest Deus esse volens; sed Deo semel volente statim induit creature rationem practicè producibilis, & illo non volente subtrahitur ab illa, quia illo non præparante, vel non volente extrahere à statu puræ possibilitatis, impossibile est, quòd extrahantur ab isto, nisi velimus supponere aliam priorem causam, quod est alienum: sicut enim in ordine supernaturali impossibile est creaturam transire independenter à Deo transferente ad statum gratiæ, vel ordinem ad illam à nihileitate peccati, ità & in ordine naturali à nihileitate entitatis ad statum futuritionis, & existentiæ, vel ordinem ad illam, unde rectè ait D. Tho. infrà, ut vidimus; q. 16. ar. 7. ad 3. *Quòd illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit, antequam esset, quia in causa sua erat, ut fieret, unde sublata causa non esset futurum illud fieri. Sola autem causa prima est æterna, unde ex hoc sequitur, quòd ea, quæ sunt non semper fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut esset futura.*

Quibus præoccupat omnes hujusmodi solutiones, & fundamenta contrariorum, & apertè confirmat, quod dicebamus, eas esse de subjecto non supponente, scil. quòd aliquid possit concipi ut futurũ quod Deo non decernente, sivè quod in causa sẽpiterna non fuit ut esset futurum, unde nec à Deo posset ab æterno cognosci, ut tale, supposito quòd ab æterno de illo non decerneret. Nec est idem, ut dictum est, de causare, nam etiamsi ab æterno non causet, potuit tamen ab æterno velle, aut decernere, & præparare, ut in tempore fiat juxtà sui beneplacitum, ex quo jam habetur ejus futuritio, ac proindè cognoscibilitas à priori in Deo, ut effectus in causa, at ante decretum nulla potest supponi futuritio ejus; undè omnes eorum hypotheses versantur circa impossibile §. Hinc etiam apparet, ut egregiè tangit hic D. Tho., quòd dum recurrunt ad aventum, vel ad hypothesim ex parte futuri non assigent rationem à priori, & consequenter, nec salvant perfectissimam scientiam, & comprehensivam Dei à priori; non enim res est futura, ut dicebamus; quia evenit sed magis e contra; undè quantumvis scientia Dei sit infinita, aut super comprehensiva, aut quibuscunque modis, aut titulis explicent, aut commendent scientiam suam mediam, nunquam inferre possunt intentum, quòd sint prædicta futura cognoscibilia ante decretum, imò potiùs oppositum, ut dictum est; quià quo perfectior est, eo perfectiùs, & conformiùs eorum cognoscibilitati, ut in se sunt, attingere debet; ut autem rectissimè dicit D. Tho., non potuit ab æterno verificari, ea, quæ sunt, fuisse futura, nisi quatenus in causa sempiterna, (quæ sola fuit ab æterno) fuit, ut esset futura, nam planè nec ad eadem futura recurrere possumus, nisi velimus effectum habere esse, vel futuritionem à se ipso, quod implicat in terminis, cum jam esset, antequam esset, ut patet, nec ad aliam causam, cum nulla sit ab æterno.

Dices habere illam ab æterno, non à se, nec ab eorum causis ut jam se determinantibus ab æterno, sed ut se determinaturis, sivè quia se aliquando determinabunt in tempore ad eorum productionem, sivè ad dandum illis esse, nam quod aliquando habebit esse, toto tempore antecedente, imò ab æterno fuit verum illud esse futurum, in quo sufficienter distinguitur à possibilibus. §. Sed hæc solutio ex proximè dictis, & sæpe ex superioribus manet impugnata. Tum quia iterũ est de subjecto non supponente, quòd possit prævideri causa secunda, ut primò se determinans non supposita determinatione Dei, vel primi motoris, cui essentialiter subordinatur in hac, & in quacunque alia linea, & cujus exercitii, & determinationis est participatio exercitium, & determinatio propria, ut dictum est, nisi velimus posse concipi in aliquo signo aliquod prædicatum in creatura imparticipatum à Deo, quod est esse, & non esse prædicatum creaturæ, undè impossibile est, quòd existante causa prima indifferente, (ut est Deus in eodem signo ante decretum,) quòd causæ secundæ non sint tales in eodem signo, nisi iterum velimus hanc se jam determinare ad operandum, Deo adhuc non volente illam operari, aut esse operaturam. Tum quia, ut dicebamus, non assignat rationem à priori juxtà meritum scientiæ Dei, quæ utpotè perfectissimè, & comprehensivè à priori tenetur incipere à prima omnium causa, sivè à se ipso, unde impossibile est primò incipere à creature, alias etiam Divina essentia in ratione veri non contineret omne verum cum ex sua ratione formali non contineat determinatè hoc, vel illud determinetum verum, nec liberè connectatur cum illo, nisi medio decreto libero; non enim hujusmodi connexio, vel continentia est inter formalitates necessarias, sed liberas, aliàs futura non potuisset non esse. Tum denique, ut ab initio etiam hujus disputationis ostensum est, verè de aliquo quandoque affirmatur esse futurum, de quo tamen non verificatur quod est, sivè sine eo quòd aliquando ponatur in re, ut de sanitate verè prænunciata à Medico, quæ tamen postea non verificatur; undè ad verificandam futuritionem non possumus

mus certò recurrere ad eventum, vel ad aliquid posterius ex parte causæ secundæ ante consilium, vel beneplacitum Dei, vel eodem omisso. Undè licet toto tempore antecedenti, de omni eo, de quo verificatur aliquando quod est, dsbeet priùs verificari, quòd erat futurum, vel habiturum esse, ratio tamen à priori fututitionis non est eventus, vel existentia rei, cum futuritio supponetur ad illam, nec semper conjungatur cum eadem, undè prætermisso decreto, vel ante illud impossibile est aliquid subsistere ex parte futuri, sivè quoad futuritionem, sivè quoad existentiam, sivè quoad determinationem ex perte causæ proximæ illius, sive quoad certam illius cognoscibilitatem, ac proindè nec certam in Deo, & infallibilem cognitionem de illo, & maximè à priori perfectissimè, & comprehensivè per umnem illins causam, ut exlgit ejus infinitas,

Tertiò prob. concl. ex hactenus dictis, urgendo iterum, & explicando superiore. Præscientia hujusmodi futurorum, sive cognitio eorum ante decretum, vel est immediata illorum attingentia, val mediata, sive in essentia Divine repræsentante ante illud, sed neturo modo salveri potest, ergo non est admittenda; ma. constat, quia non est alius modus assignabilis, ut patet ex superioribus; min. verò prob. 1. quoad 1. p., tum quia, ut laté ostensum est, deberet specificari ab aliquo ad extrà, cum primarium, & immedietum objectum scientiæ compararetur, ut finis: tum quia Deus, ut intellectivus, ut sæpè dictum est; excederet se ipsum, ut intelligibilem ergo. §. Quoad 2. verò sic. Nam Divina essentia inrantum repræsentat futura, in quantum continet, & liberè connectitur cum illis, sed ante decretum nequit sic continere, & liberè connecti, argo nec repræsentare, cons. tenet, & præmissæ patent ex dictis, ma. quidem, quia non est repræsentatio ut cunque, sed per modum causæ repræsentantis suum effectum liberum, sed hujusmodi repræsentatio, ut dictum ast, habari nequit ex præcisa sui ratione formali ante decretum, cum sit formelitas libera, non necessariè, aliàs non potuissent non assa ergo.

Explicatur hoc. Determinata hæc representatio in Divina essentia, sive determinatio absoluta ad repræsentandum futura in se ipsis sufficienter ad certò, & infallibiliter illa cognoscendum, & à priori, nequit fundari in continentia illorum purè intelligibili, vel intentionali, quia ut insinuevimus supra, & alibi in physicis, hæc continentia solum convenit speciebus intelligilibus, quæ ex sua ratione formali ad hoc tantum sunt, ut alia repræsentent, non vero ut sint, essentia verò Divina non præcisè est ut alia repræsantat, sed meximè ut sit, cum sit ens per essentiam, & fons totius esse, argo fundatur in præcontinentia eorum physica, & præcipuè cum sit repræsentatio per modum causæ respectu effectus; tunc sic. Sed hujusmodi præcontinentia, ut probatum est, salvari nequit sine libero decreto. Tum quia, ut dicebamus de speciebus Angelicis, licet repræsentatio speciei purè intelligibilis, quæ non præcisè est, ut sit, sed ut alia repræsantet, ac proindè non sit per modum causæ, repræsentantis suum effectum, non expectat aliquam intrinsecam determinationem ex parte sui, sed sufficiat daterminatio causæ, cujus ast effectus, & quòd iste ab eadem ponatur in re, secus tamen quando est repræsentatio per modum causæ, & præcipuè in ordine ad effectum liberè ponendum, & liberè connexum, hujusmodi enim formalitates liberæ non conveniunt Deo ex conceptu præciso naturæ ejus, seù non fundantur in Deo supra naturam, sed supra beneplacitum, alias liberæ nun essent ergo.

Preterquàmquòd, ut rectè etiam infert Magister Ferre si essentia Divina ante decretum omnia futura cognosceret in se ipsis ab æterno, tunc etiam repræsentaret decreta propria in se ipsis, cum in eodem priori essent futura, sicut & alie contingentia; hoc autem non solum repugnat, ut ostensum est, cum omnis futuritio etiam virtualis sit omninò incompossibilis cum quolibet Divino prædicato, sed hinc etiam evidenter infertur, non posse ampliùs Deum, quidquam liberè decernere in tempore, facta suppositione, quia apud recentiores societatis, si semel Deus propria decreta prævideat antequam existant, non erit ampliùs liber in decernendo, ut etiam supra ostendimus,

§. III.

Solvuntur argumenta.

Contra conclus. præcipuum contrariorum argumentum sumitor ex læsione libertatis, quia putant efficaciam decreti non posse omninò subsistere cum nostra libertate, unde si semel Deus futura cognosceret in illo, vel ex vi determinationis ejus, non cognoscarentur ut quid liberum, sed magis ut objectum necessarium; sed quia jam plenissimè solutum est, imò oppositum omninò inferendum esse ostendimus ex infinita ejus efficacia, ad quem perpetuò recurrit S. Tho, præcipuè cum D. Aug., & Ansel. non immoramur in ulteriori ejus solutione, ne eadem repetamus, & videri etiam potest M. Ferre hic §.9. ad 1. §. Deindè arguunt argumento etiam insinuato. Divina scientia potest immediatè terminare ad hæc vel ille futura sine decreto, ut medio cognoscendi, licet non sine illo ut madio, aut causa essendi, argo non ast necessitas recurrendi ad illud tanquam ad unicum medium cognoscendi illa, prob. ant. Divinam scientiam cognoscere, aut terminari immediatè, & determinatè ad hæc, vel illa in se ipsis, est sic eam terminari quòd determinetur ab illis tanquam à ratione sufficienti, sed potest sic determinari, argo & immediatè, & determinatè cognoscere; ma. constat ex dictis; mi. verò prob. scientia Dei in sua linea est necessariò cognitio omnis veri ex suppositione, quòd verum sit, aliàs non esset in linea cognitionis essentialiter infinita, ergo ut immediatè terminetur, & determinatè cognoscat, erit sufficiens determinativum, quòd illa sint verè determinatè futura,

Explicatur, & urg. hoc. Repugnat Divinam scientiam esse necessariò, & essentialiter cognitionem omnis veri, & ex hoc præcisè, quòd ponatur aliquod opus externum, vel ad extrà, non sit sufficienter determinate, ut immediatè cognoscat illud, ergo pariter repugnabit esse essentialiter talem, & quòd præcisè, quòd supponatur verè determinetè futurum non sit sufficienter determinata, ut illud immediatè cognoscat.

Ad hoc patet ex dictis perpetuò laborare in falsa suppositione, quòd independenter à decreto possit supponi determinata cognoscibilia, aut veritas ex parte futuri, non solum independenter ab illo, ut

cauſa eſſendi, ſed etiam, ut medio cognoſcendi, imò, ut oſtenſum eſt, non ſtat dependere priori modo ab eadem, ſine hac poſteriori dependentia in ratione ſcibilis, vel cognoſcibilis, quia non cognoſcitur, ut cunqua, ſed perfectiſſimè, ſiva comprehenſivè, & à priori, quæ eſt cognitio per cauſam, & quidem altiſſimam, ſeu ſupremam in caſu. Neque etiam, ut dicebamus, repræſentatio Divinæ eſſentiæ contra poſitivè ad illam ſpeciei Angelicæ, ſicut & cognitio Dei contra poſitivè ad illam Angeli, non eſt per modū ſimplicis ſpeciei, aut ſimplex cognitio objecti, ſed per modum cauſæ repræſentantis ſuum effectum, & practica cognitio, vel effectiva illius, non ſolum quo ad exiſtentiam, ſed etiam, quoad futuritionem, unde non tantùm dat illi rationem eſſendi, ſed etiam rationem objecti, & propterea, ut ſæpè dictum eſt, eſt omninò inſubſiſtens hypotheſis illa, cui nituntur hujuſmodi argumenta, dum dicitur ex ſuppoſitione, quòd ſint verè futura. Nam intrà hanc lineam futuritionis nequeunt habere rationem objecti cognoſcibilis, donec extrahantur à ſtatu poſſibilitatis à Deo, quod fit per liberum decretum, ut probatum eſt, nam ante illud impoſſibile eſt, quòd pertineat ad illam, niſi perpetuò velimus ordinem, vel præparationem rerum ad eſſendum incipere à creatura, ante omne Dei conſilium, vel iſtud prævenire ab eadem, quod videtur pluſquàm alienum; unde non ſatis eſt ponere, vel ſupponere purum extrinſecum connotatum, ſine aliquo intrinſeco ſuperaddito, ſcil. conſilio, vel determinatione decreti, ut verificetur Divinam eſſentiam repræſentare, & Deum comprehenſivè à priori cognoſcere hoc futurum determinatè ex ſola hujus determinatione, aut ſuppoſitione, ut contingit in ſpecie, aut cognitione angelica: unde etiam non refert, quòd Divina eſſentia ſit infinita ſive in repreſentando, & Divina ſcientia in cognoſcendo, ſive quòd ſit neceſſariò cognitio omnis veri, ut dicantur ſe extendere ad idem futurum ante eandem determinationem decreti, quia cum ante illam nondum pertinere poſſint ad lineam futuritionis, nequeunt conſequentar eſſe adhuc quid repræſentabile, vel cognoſcibile intrà iſtam; unde non eſt defectus ex parte eſſentiæ Dei, ſed ex parte objecti, quod pro eodem ſigno eſt de ſubjecto non ſupponente, quòd ſit repreſentabile, aut cognoſcibile intrà eandem lineam.

Ad hominem etiam pluribus exemplis inſtari poterat, quibus ipſi occurrere conantur Thomiſtis, dum ad eandem infinitatem, vel neceſſitatem in aliis ſimilibus recurrunt, v.g. in extendendo æternitatem præſentialiter phyſicè ad futura, & motionem divinam ad cauſam liberam prævié ad iſtius conſenſum ſalva ejuſdem libertate. Nam Deus non minus eſt infinitus, & neceſſariò æternus; nec minùs eſt infinitè, & neceſſariò movens, vel primus motor, quàm ſit infinitè, & neceſſariò ſciens, vel omniſcius, ſed non obſtante utraque priori infinitate, & neceſſitate, dicunt ipſi non poſſe æternitatem ſecundum eandem præſentiam ſe extendere antequam ſint in ſe ipſis, nec Deum præmovere noſtram voluntatem antequam ipſa ſe determinet ſalva ejus libertate, idque non refundi in defectum ex parte Dei, ſed tantum ex parte creaturæ, quia nempè hanc ante ſui exiſtentiam ſupponunt in capacem præſentiæ phyſicæ ab æterno, & ante ſui conſenſum, præmotionis divinæ ſalva ejus libertate, ergo non obſtante pariter infinitate, & neceſſitate ejus in linea ſcientiæ, vel cognitionis, optimè ſtare poterit non ſe extendere certò, & infallibiliter ad futura intra hanc lineam, vel liberam ob eorum incapacitatem ante determinationem decreti, quia nempè adhuc non pertinent in ratione repræſentabilis, & cognoſcibilis ad eandem ante iſtam.

Et poterat etiam retorqueri inſtantia de immenſitate, quam contra ſententiam noſtram de eadem reali eorum præſentia in æternitate urgenter, ſed infeliciter opponunt. Nam quamvis iterum ſit infinita immenſitas, & neceſſariò comprehenſiva omnium locabilium, & locorum, nihilominus dicunt, & communiter fatemur omnes, non ſe extendere ad loca futura, ſine ullo ſui præjudicio, ſed ob ſolam eorum incapacitatem, quia nempè in ſtatu futuritionis non dum pertinent ad aliquam differentiam loci, (in quo tamen ut vidimus maximè diſcriminantur à ſe ipſis comparativé ad æternitatem, cum jam prout ſic, ſcil. in ratione futuri ad lineam durationis pertineant, & ideò poteſt, immò tenetur æternitas ad illa ab æterno ſe extendere,) ergo ſine ullo etiam vel minimo præjudicio ſuæ infinitatis, vel neceſſitatis non tenebitur ſe extendere ſcientia Dei libera ad objectum non dum pertinens ad ſtatum liberum, vel futuritionis, ut eſt omne verum ad extra ante determinationem divinæ voluntatis.

Dicere verò ita eſſe ante ſuppoſitionem decreti, & ante omnem etiam ſuppoſitionem futuritionis eorum, non autem ante ſolam priorem. Jam vidimus id eſſe veluti ludere verbis, & petere principium, quòd ante illam concipi, aut verificari poſſit poſterior ſuppoſitio, & eadem facilitate retorqueri poterant priores inſtantiæ contra nos, factis ſimilibus ſuppoſitionibus, ut conſideranti facilè conſtabit.

In forma ad arg. negn ant. ad prob. vel nego ma. loquendo à priori, vel diſt., tanquam à ratione ſufficienti per modum rationis formalis, vel à priori nego ma., vel ſuppoſitum illius, quòd determinatio ab extra, ſeu à creatura poſſit ſe habere per modum rationis formalis, vel à priori reſpectu ſcientiæ Dei, ut dictum eſt, immò tenetur omninò ſupponere illam Dei, ſive ejus decreti: per modum ſigni à poſteriori, vel effectus reſpectu illius conc., & diſtincta eodem modo mi. nego conſeq. Ad prob. verò ma. patet primò veritatem futuri ante decretum in hac linea futuritionis eſſe de ſubjecto non ſupponente. Sed deindè diſt. ex ſuperioribus, eſt neceſſariò cognitio omnis veri, cum diſtributione accommoda conc., aliter nego, nam ad cognoſcendum quodcunque verum creatum perpetuò incipit à ſe ipſo; & ut tantum in ſe ipſo cognoſcendum, ut probatum eſt, nec eſt aliter cognoſcibile à Deo, unde ſi ſemel iſtud cognoſci debet ut jam extractum à ſtatu poſſibilitatis, ſive intra ſtatum futuritionis, aut præſentiæ phyſicæ, nequit aliter cognoſci ſe ipſo non cognito, ut cauſa illius, ac proinde non cognita eſſentia ut determinata per decretum tanquam medio repreſentante illud, ut exigit cognitio ejus comprehenſiva à priori.

Ex his etiam patet ad confirm. Nam omnis ſuppoſitio ad extra, ſive futuritionis, ſive exiſtentiæ rei ſupponit priorem ſuppoſitionem exiſtentiæ decreti, aliàs, ut toties dictū eſt, eſt de ſubjecto non ſupponente non enim creatura poteſt ſupponi in ſtatu ad extra independenter, vel ſine conſilio, aut decreto Dei, niſi velimus à ſe ipſa ſic conſtitui in illo, Deo adhuc non volante, quod videtur in intelligibile, & non ſolum alienum, unde nullum eſt aſſignabile ſufficiens deter-

determinativum ad extra scientiæ Dei, ut nempè hæc sit scientia determinatè horum futurorum, non supposito priori determinativo increato sui decreti tanquam ratione formali, & medio à priori cognoscendi illud.

Sed instas retorquendo priora exempla de æternitate, & immensitate. Nam quia utraque est infinita in sua linea est sufficienter determinata, ut faciant sibi rem præsentem physicè, semel constitutam in illis omni alio determinativo excluso, idest per hoc præcisè, quòd altera sit in propria duratione, & altera in proprio loco, unde æternitas facit sibi præsens quidquid semel durat, & immensitas quidquid semel locatur aliquo loco, adeò ut Deus sufficienter ad id determinetur per suam æternitatem, & immensitatem, ergo quia scientia Dei est pariter infinita in sua linea cognitionis erit sufficienter Deus determinatus per illam ad cognoscendum omne verum ex sola suppositione, quòd sit in se ipso verum, omni alio determinativo excluso.

Huic instantiæ iterum patet primò esse utrumque exemplum magis retorquendum contra Adversarios, nā sicut non obstante, quòd utraque sit infinita in sua linea, nequeunt tamen se extendere ad id, quod non dum pertinet ad illam, ut æternitas ad possibilia, & immensitas ad loca, vel locata futura, ità nec poterit scientia ejus libera se extendere ad id, quod nondum pertinet ad hanc lineam, scil. liberam, vel futuritionis, quale est omne id, quod prævenit decretum, vel consilium Dei, quo præparantur in causa ad essendum, ac proindè constituuntur in illa; & sicut etiam omnis suppositio respectu rei durantis, vel locatæ in loco ante omnem divinam dispositionem est de subjecto non supponente, ita pariter est omnis ante illam respectu rei ut liberè, seu intra lineam liberam cognoscibilis.

In forma ergo dist, similiter ut supra antec. Per hoc præcisè tanquam per rationem formalem, vel à priori, nego, à posteriori per modum signi, vel effectu, aut connotati extrinseci transeat, & dist. conf. eodem modo, ex sola suppositione, quòd sit in se verum, tanquam ratione formali, vel determinativo à priori nego, à posteriori, vel ex consequenti, sive tanquam à signo, vel effectu, aut connotato, vel conditione purè extrinsecè transeat, nam cum omne creatum, vel creabile comparativè ad Deum, solum venire possit per modum effectus, utpotè quid potentiale, vel participatio ejus in quocunque modo reali essendi ponatur, à nullo ex bis potest dependere Deus in suis prædicatis, sive constitutivè, sive determinativè etiam per modum conditionis, nisi purè extrinsecè, & à posteriori, quandò nempè sunt denominationes terminatæ, non absolutæ ut dicemus infra de constitutivo actus liberi Dei, unde nec æternitas, nec immensitas expectant aliquod extrinsecum, ut determinativum sui, sed solum se habet à posteriori, & per modum effectus illati, ut similiter dicimus de scientia ejus ut practica est, seu causa rerum. §. Ratio ergo determinativa æternitatis ad mensurandum, seu ambiendum omnem durationem creatam, & quamcunque rem durantem non est ipsa existentia in propria duratione, aliàs juxtà modum essendi rerum in illa, esset præsentia æternitatis ad res, quod est falsum, sed est ipsum divinum esse, quod est primum mensurabile ab eodem, quod est totum simul, & infinitum, & ideò æternitas est mensura tota simul & infinita cujuscunque durationis. Similiter formalis ratio præsentiæ immensitatis ad res est operatio divina, ut latè in superioribus ostensum est, nam per suam operationem Deus est in rebus in nostra sententia, unde etiam existentia rei in proprio loco est sola conditio à posteriori, vel conotatum extrinsecum, ut Deus faciat sibi rem præsentem in hac linea locativa, & ideò poterat utraque paritas ex hac parte retorqueri. §. Est tamen adhuc peculiare in scientia, quòd quia, ut toties dictum est, paritur notitia ex potentia, & objecto, ultrà illam determinationem, quam habet ex quo summè immaterialis est, & infinita, sive sumpta pro lumine infinito divini intellectus juxta nostrum modum concipiandi per modum actus primi ad cognoscendum omne verum per modum virtutis se tenentis ex parte potentiæ, seu principii cognitionis, adhuc est illi necessaria determinatio objectiva, tenens se ex parte rationis formalis objectivæ, ut actu per modum operationis constituentis Deum, aut denominantis actu scientem, determinatè attingat hoc, vel illud futurum, vel objectum liberè connexum, cum hoc illi non conveniat ex sua ratione formali, ut dictum est, sed ex libero decreto determinante primarium sui objectum, sive essentiam divinam, ut per modum causæ illativæ à priori certò, & infallibiliter illum repræsentet.

Ex his etiam duo inferri possunt ad præoccupandas aliàs instantias. Primum est disparatio inter hoc attributum scientiæ, & alia duo æternitatis, & immensitatis, quòd cum de ratione cognitionis sit specificari à suo objecto primario, vel immediato, utpotè dicens habitudinem mensurabilis ad mensuram, (ut vidimus in logicis, cum sit relatio tertii generis,) se habet hoc ajus objectum ut principium, seu ut ratio cognoscendi, & motivum cognitionis, nam ex eodem, & potentia paritur notitia, unde etiā comparatur ut finis respectu cognoscentis, vel cognitionis, ac proindè ut perfectivum ad perfectibile; hinc fit esse omninò necessariam determinationē objectivam ad habendā determinatā cognitionem hujus, vel alterius determinati objecti, hoc autem non militat ut patet de æternitate, nec de immensitate, unde non tenentur expectare aliquod determinativum extrinsecum vel objectivum, aut terminativum ut prior ambiat omnem durationem, & rem durantem, posterior verò omnem locum, & locatum, sicut expectat scientia determinationem objecti, ut dictum est, scil. primarii, sive intelligibilis divini per liberum decretum.

Secundum ex his discrimen est inter eandem scientiam, & alia etiam attributa, vel perfectiones divinas, ut omnipotentiam subsistentiam, & alia hujusmodi, ut in superioribus etiam insinuavimus, quòd hæ, sua ratione formali tendunt ad dandū esse creaturæ, non accipiendum, unde earum habitudo, est causæ ad effectum, vel perfectivi ad perfectibile, & ideò non est inconveniens, quòd Omnipotentia, ut est communis tribus personis dicatur immediatè terminari, aut respicere ens possibile ut sic, & subsistentia ad naturam creatam, vel humanam, ut in mysterio Incarnationis; sed habitudo scientiæ, vel cognitionis ad primarium, & immediatum sui objectum est habitudo motus ad motivum, perfectibilis ad perfectivum, mēsurati ad mensuram, & specificabilis ad specificativum, vel finem, quæ omninò repugnat scientiæ, vel cognitioni divinæ respectu veri creati, & propterea est impossibile, quòd immediatè termine-

tur

tur ad illud salvo ejus summa actualitate, & perfectione, præter illud superius inconveniens, quòd nempè Deus ut intellectivos excederet se ipsum, ut intelligibilem, si nempè immediatè tenderet, aut cognosceret illud non priùs repræsentatum, & cognitum in se ipso, vel in sui essentia, in qua tamen nequit determinatè, vel liberè cognosci, non priùs determinato, ut sæpè dictum est, per liberum decretum, per quod idem verum creatum accipiat exercitè rationem veri liberi, sive transferatur à statu necessario, vel possibili ad statum liberum, vel futuritionis, cum in se ipso nondum habeat rationem cognoscibilis in isto ut sæpe dictum est, & tradit D. Tho. 2. 2. q. 171. in ar. 3. in corp. propè finem, in quo deficiunt omnes suppositiones, vel argumenta contrariorum, ut ostensum est.

Sed adhuc instas. Quia videtur hujus oppositum tradi à D. Thom. infra qu. 17. ar. 3., & qu. 86. ar. 4. in corp. ubi circa medium inquit; *Sciendum est quòd futura dupliciter cognosci possunt. Uno modo in se ipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci non possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia, dum in cursu rerum sunt futura.* Quod etiam repetit 22. proximè relata ar. 6. §. Huic instantię patet ex superioribus nos non negare Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis, scil. ex parte rei cognitæ, aliàs perfectissimè, aut comprehensivè non cognosceret, non cognoscendo omnibus modis, quibus cognoscibilia sunt ex parte eorum, sive secundum omne esse, quod habent sive in suis causis, sive in se ipsis præsentialiter, sed tantum negamus ex parte medii, quia omne verum creatum est solum à Deo cognoscibile ad intra, ut dictum est, sive in medio divino, non ad extra immediatè in se ipso, & hoc est, quod negat D. Thom., ut apertissimè patet ex litera, & rationibus ex eodem adductis; immò esset manifesta repugnantia dicere, quòd cognoscat etiam futura in se ipsis, nisi velimus, quòd divina essentia non ità perfectè repræsentet, vel non sit medium clarius in infinitum repræsentans, quàm quodlibet medium creatum. Solutio est expressa D. Th. hìc ar. 6. ad 1., ubi præmissa distinctione, scil. ex parte rei cognitæ, & ex parte medii, & modi cognoscendi, ità concludit. *Sic igitur dicendum est, quòd Deus non solum cognoscit res esse in se ipso*, scil. tanquam in medio; *sed per id quòd in se ipso continet*; scil. tanquam causa, & speculum præclarissimum; *Cognoscit res in propria natura*; scil. ex parte rei cognitæ; *Et tantò perfectiùs, quantò, perfectiùs est unum quodque in ipso*. Idem docet qu. 2. de veritate ar. 6., ubi tam clarè exprimit hanc lui, & communem discipulorum ejus doctrinam, ut mirum sit ex hoc præcisè, quòd dicat Deum alia à se cognoscere in se ipsis, velle inferre medium à se ipso distinctum, in quo eadem cognoscat, nisi rem clarissimam confundere, & æquivocare, vel obscurare velimus. Audiatur utraque solutio, prior quidem, in qua sic ait. *Dicendum, quòd aliquid intelligitur dupliciter, uno modo in se ipso, quando scil. ex ipsa re intellecta, vel cognita formatur acies intuentis, alio modo videtur aliquid in altero, quo cognito, & illud cognoscitur. Deus ergo non se ipsum tantum cognoscit in se ipso, alia verò in se ipsis cognoscit; sed cognoscendo suam essentiam; & secundum hoc Philos. dixit, quòd Deus tantum se ipsum cognoscit, cui etiam consonat dictum Dionys. 7. cap. de Divinis Nominibus. Deus, inquit; existentia cognoscit, non scientia, quæ sit existentium, sed quæ sit sui ipsius.* En manifestè, quòd ex parte medii nunquam Deus egreditur extra se ipsum, sed unicè omnia cognoscit in se ipso, cum quo optimé stat, quòd alia à se cognoscat etiam in se ipsis, ut subtiliter innuit verbis ultimis Dionys., dum priùs affirmat omnia cognoscere, & dum immediate subdit, hanc cognitionem non esse existentium, sed sui ipsius, quòd nisi intelligantur cum præsente distinctione ex parte medii, & ex parte rei cognitæ, posteriora destruerent priora immò cum id confirmet ex Phil., ad ipsum lumen naturæ reducit hanc veritatem, quam ulteriùs declarat solut. seq. *Ad 6.*, inquit, *Dicendum, quòd si ratio cognitionis accipiatur ex parte cognoscentis, Deus eadem ratione cognoscit se, & alia, quia, & idem cognitionis actus, & idem medium est cognoscendi. Si autem accipiatur ratio ex parte rei cognita, sic non eadem ratione se cognoscit, & alia, quia non est eadem habitudo sui, & aliorum ad medium, quo cognoscit, quia ipse illi medio est idem per essentiam, res autem alia per assimilationem, & ideò se ipsum cognoscit per essentiam, alia vero per similitudinem, idem tamen est, quod ejus essentia, & aliorum similitudo.* Quid clariùs de mente ejus ad nostrum intentum, nisi de luce etiam meridiana suspicari velimus.

Ex his etiam sumitur recta intelligentia discriminis, quod nobis opponunt ex D. Thom. qu. 12. de veritate ar. 10. inter intellectum divinum, & creatum, quòd iste indiget medio præsenti ad cognoscendum futura, ut patet in Astrologo indigente dispositione astrorum, & planetarum ad cognoscendam Eclypsim futuram, & in medico cognoscente futuram mortem in morbo præsenti, secus vero Deus.

Etenim nisi velimus sibi ipsi manifestè contradicere, in priori quæst. 2. ibidem, intelligi nequit de exclusione cujuscunque medii præsentis, dum in utraque solutione immediatè relata expresse affirmet essentiam suam esse medium præsens respectu cognitionis eorum, sed tantum de exclusione medii præsentis in causis inferioribus, sive creatis; tum quia, ut dictum est, derogat omninò cognitioni divinæ ut indigeat, vel utatur medio extraneo; tum quia istud, quo indiget intellectus noster, cum non sit necessariò connexum cum eventu, utpotè pluribus modis impedibile, ut patet præcipuè in exemplo medici, non potest deservire ad cognoscendum infallibiliter eventum, seu futurum, qua ratione nos non habemus verè, & propriè scientiam futurorum, sed magis præsentium, idest solum dicimur cognoscere certò, & infallibiliter illa, quantum ad ordinem causarum, non autem quantum ad exitum ordinis, vel eventum. Et quidem tam clarè id explicat D. Th. in eodem articulo præsertim ad 7., 8., & 12., ut videtur mirum, velle nobis opponere doctrinam illius articuli ad excludendum medium præsens etiam divinum respectu intellectus divini de mente D. Th.

Sed adhuc non quiescunt, nam ulteriùs opponunt nobis eundem in 1. dist. 38. ar. 5. ad 3. Ubi ad ment. August., & aliorum PP., ut ostendat præscientiam Dei non tollere absolutam libertatem, & contingentiam à rebus futuris, utitur exemplo visionis nostræ respectu cursus v. g. fortis, quòd sicut hic cursus est absolutè contingens, & solum ex suppositione necessarius, scil. ex suppositione, quòd illum videam currentem, ita futurum ex eo quòd præscitur à Deo, solum amittit libertatem, & contingentiam conditionatam, sive ex suppositione, non autem absolutam;

tam ;

tam; Unde inquit; *Simile est sicut si ego videam fortem præsentialiter currere, quod quidem in se est contingens, sed relatum ad visum meum est necessarium, unde bona est distinctio, quid est necessarium necessitate consequentiæ, & non consequentis, vel necessitate conditionata, non absoluta*.

At hęc paritas cessat(sub sumont contrarii)si Deus non præsciret futura immediatè in se ipsis, sed in sui decreto, sive in sa ipso, vel in divina essentia determinata par illud, quia tunc necessitas ax præscientia innixa decreto, est necessitas consequentis, & noo ex præcisa suppositione, otpotè procedans ax causa infallibiliter inferente eventom futurum, mea verò visio non infert, sed supponit cursum, & ideò est sola necessitas consequentiæ, & secundum quid vel ex suppositione, ergo nisi velimus D. Thom. assumera paritatem destructivam solutionis, scil. quòd sola remaneat hæc posterior necessitas in futuro prævisio à Deo, tenemor asserera, quòd præscientia Dei respectu illius non innitatur decreto, sed sit immediata at. tingentia futuri in se ipso.

Huic instantiæ patet primò ex dictis, & ut etiam subtiliter pront de more advartit Eminentiss. Ferrarius, solvendam esse ab argumenta P. Martinez, qui licet, ut vidimus, nolit recurrere ad decretum tanquam ad medium cognitionis, ità ut medio illo prout sic videat Deus absolutè futura in se ipsis, non tamen sine illo ut causa essendi, qood saltam tenentur fatari omnes, nisi etiam velint posse Deum in hoc genere cognoscere illam ut primò incipiantē à se ipsa, quod non solum est alienum etiam à lumine naturali, sed manifesta implicantia in terminis, ut dictum est, cum sit essentialiter ens potentiale, ac proindè secundum, & per participationē à Deo, ut causa prima; tunc verò constat apertè præscientiam futuri ex parte objecti cogniti includere suppositionem a otecedētem, infallibiliter inferantem futurum, quam tamen non includit mea visio respectu ejusdam cursus neque ut medium cognoscendi, neque ut causa essendi, unde illis etiam constare potest paritatem assumi non posse quoad omnia adhuc in propria eorum doctrina.

Pro omnibus ergo neg. mi. sub sumptam; ad prob. annexam patet iterum ex dictis primò, quòd etiam si loquamur de præsentia, ut innixa decreto, sive secundum habitudinem causæ ad effectum, nihil obstat absolutę contingentię, vel libertati futuri, vel eventus ejus prævisi, quia est habitudo causæ infinitę efficacię, ut dictum est, & ad quam reccurrit D. Th. cum PP. ut componat hanc libertatem cum infallibilitate, & immutabilitate ejusdam scientiæ, vel pręscientię secundum hanc habitudinem, unde de hac loquens ibidem in corp. inquit. *Quandocunque enim sunt causa multæ ordinatæ effectus ultimus non sequitur causam primam in necessitate, & contingentia, sed causam proximam, quia virtus causa prima recipitur in causa secunda secundùm modum causa secunda*. Quod quidem si propter hanc etiam rationem verificatur de causa prima, sive de superiori creata, vel remota, ut statim ibi prosequitor, & examplificat in motu solis respectu florationis arboris, qui licet invariabilis sit, potest tamen floritio impediri, ob defectum causæ proximæ. scil. virtutis generativæ plantæ, quantò à fortiori id verificabitur de prima increata ob eandem sui efficaciam infinitam.

Cœterum D. Thom. dum utitur exemplo visionis ità apertè exprimit mentem suam in eodem corp. quòd non loquatur de præscientia Dei secundum hanc habitudinem causæ ad causatum, ut mirum iterum videatur, quòd arguens subsumat prædictam mi. ad æquivocandum magis, quàm aliqoid inferendum ex litera contra nos: nam D. Tho. ad ostendandum contra antiquos Philosophos, (qoos refert suppresso nomine,) optimè componi præscientiam Dei cum libertate, & contingentia futuri prævisi, distinguit in eadem præscientia respectu istius duplicem habitudinem, scil. causæ ad causatom, & scientiæ ad scitum, & ut etiam secundum hanc posteriorem declaret, id nō obstare(licet infallibilis sit,) eidem contingantiæ, assumit præfatum simile de visiona nostra, quod quidem, ut manifestè patet, non facit ad rem, ut iodè inferatur, quod intendit io eadem mi. confondendo unam habitudinem cum alia, vel ex una transeondo ad aliam cum aperta æquivocatione litaræ, vel utriusque habitudinis, & contra mentem D. Tho. hac in re, vel in favorem nostræ sententiæ condēsantissimam, ut ferè otiosum sit, de illa ulteriùs suspicari, vel plùs nimiò in eadem investiganda immorari, ut patet ex tot aliis adductis clarissimis testimoniis.

§. IV.

Solvuntur alia duo argumenta ex præscientia deformitatis peccati.

Tertiò arg. argum. in superioribus insinuato; Deus cognoscit formale, seù deformitatem peccati futuri, at non in decreto, quod habeat de illo ergo non omnia hojusmodi futura tenentur omninò cognosci in eodem tanquam in medio unico cognoscendi illa. §. Dices non cognosci in decreto positivo, quia Deus non concurrit positivè, vel influxivè ad formale peccati, bene verò in permissivo. §. Sed contra hoc est primò ex dictis, quia hæc solutio videtur destruere se ipsam, & præcipuum fundamentum nostræ sententiæ ergo; prob. ant., ex eo contendimus non posse à Deo cognosci intrà haoc lineam, scil. futuritionis independenter à decreto, ut medio cognoscendi, quia neqoeunt sine illo, actu, vel exercitè contineri intrà illam, ac proindè nec repræsentari, sed hæc solutio non salvat hanc continentiam, imò extrahit ab illa, ergo, prob. min., quia continentia in esse intelligibili, vel repræsentativo fundatur, ut dictum est, super continentiam in esse entitativo, sed hæc habetur ex vi decreti positivi, quod est causativum rerum, non permissivi ergo.

Secundò. Nam etiam admisso, quòd decretum permissivum possit esse medium cognoscendi peccatum futurū, non tamen certò, & infallibiliter, ergo; prob. ant, quia nequit illud infallibiliter ponere aut connecti cum illo, ergo necesse mediū certò manifestativum illius, prob. ant. quia aliàs Deus esset prima origo peccati, aut primum determinans ad peccandum; conseq. est falsum, ergo, prob. ma.. quia peccatum non poneretur non posito priùs decreto permissivo, & eodam priùs posito ob necessariam cum illo connexionem poneretur ante prævisam voluntatem peccaturam, ergo prima illius origo, & primum determinans ad illud esset Deus.

Tertiò si actus nostri necessariò connecterentur cum prima gratia auxilianta, efficiens illos verè

esset origo, vel initium nostræ justificationis, ac proinde istius initium esset à nobis, ergo si permissio peccati necessariò connectitur cum illo, Deus volens permissionem erit prima origo, vel initium illius, quod est alienum. §. 4. Si permissio peccati esset necessariò connexa cum illo, non posset Deus necessariò amare suam bonitatem, conseq. iterum est falsissimum, ergo, prob. ma., quia teneretur etiam velle peccatum, nàm volens aliquid, quo posito ob necessariam connexionem sequitur aliud, tenetur velle utrumque, sed volitio peccati, ut potè destructivi Divinæ bonitatis, non componitur cum amore illius, & præcipuè necessariò, ergo semel admissa eadem connexione necessaria peccati cum permissione, vel non posset Deus velle istam, vel deberet etiam velle illud cum amore necessario suæ bonitatis incompossibile.

Ad hoc erg. resp. bene ibi dictum esse. Ad 1. replicam neg. ant., ad illius prob. dist. mi. non salvat immediatè transeat, vel conc., mediatè, & connexivè neg., licet enim repræsentatio fiat ex vi continentiæ, non tamen est necessarium, quòd hæc se extendat immediatè ad omne cognoscibile ex vi illius, sed juxtà conditionem objecti cognoscibilis, nam si istud non est de lineæ effectibilis, ut est formale peccati, seu deformitas ejus, non est necessarium, quòd immediatè ratione sui contineatur intrà lineam causalitatis Divinæ, imò nec potest, cum sit extrà ambitum illius, sed satis est, quòd ejus materiale, cum quo necessariò, vel infallibiliter, connectitur, contineatur intrà illam, undè Divina essentia continens, & repræsentans materiale est sufficienter medium, ut cognoscat Deus etiam formale, cognito materiali in eadem essentia.

Sed instas. Formale peccati non connectitur infallibiliter cum materiali, nisi prout istud reduplicativè fundat illud, sed prout sic reduplicativè fundans non continetur, nec contineri potest continentia effectiva in Deo, cum non solum formale, sed neque etiam materiale reduplicativè, ut fundans illud causari possit à Deo, ut potè extrà ambitum Divinæ omnipotentiæ, ut modo supponimus, & poterit constare infrà, ergo nullo modo formale ex vi materialis infallibiliter cum illo connexi potest cognosci à Deo in sua essentia, ut determinata per decretum, ac proindè datur aliquod futurum cognitum à Deo independenter à decreto. §. Resp. dist. mi. non continetur reduplicativè ut fundans, nec ullo alio modo, neg., præcisè ut fundens, sive reduplicativè ut est materiale ipsius formalis conc., & neg. conseq., quia ut dicatur cognosci à Deo materiale formaliter acceptum ratione decreti, atque ex consequenti ratione ejusdem cognoscatur formale, satis est, quòd aliquomodo contineatur, scil. identicè, seù secundum portionem entis, vel formalitatem sibi identificatam, nam eo ipso, quòd semel secundum aliquid sui contineatur intrà lineam futuritionis indispensabiliter dependentis à decreto, non potest non cognosci ratione illius à Deo perfectissimè comprehendente se ipsum, ac proindè nec potest non cognosci ex consequenti secundum totum, quod importat, sive formaliter, sive identicè acceptum, esto totum ab illo causabile non sit, nam cum totum contineatur intrà ambitum cognitionis Divinæ, ut supponimus, (alias argumentum esset de subjecto supponente) non tamen intrà causalitatem Divinam, tenetur omnino Divina cognitio ad omnia illius se extendere, non tamen ejus' causalitas; licet quia ex vi istius, seù ex vi decreti secundum aliquid sui continetur, ad cætera ex vi ejusdem consequenter se extendere debeat, cum ex vi continentiæ repræsentetur, & cognoscatur objectum ut dictum est.

Ad secundam replicam neg. ant., ad prob. neg. etiam ant., ad prob., neg. ma., ad prob. dist. ant., posito, & non posito poneretur, & non poneretur, ex vi influxus divini, vel defectu illius requisiti ad illud, neg.; ex eo præcisè, quòd non impeditur poni, transeat; vel conc., ex quo tamen nullum infertur inconveniens contra Divinam sanctitatem, seù quòd sit Deus prima origo influxiva, seù primum determinans ad peccandum, cum ex nullo sui decreto, sive positivo ad materiale, sive permissivo ad formale evertatur libertas creata, (ex quo inferunt hæretici Deo attribuendum esse peccatum), sed positivo præcisivè influat ad materiale sub ratione entitatis, vel actualitatis, sub qua tantum continetur intrà ambitum suæ omnipotentiæ, extra quam non se extendit, nec potest se extendere causalitas Divina; permissivo autem tantum se habeat, ut non impediens, sine debito impediendi, ex quo nulla refunditur in Deum malitia, nam juxtà Doctrinam PP. præcipuè Aug. & D. Tho. nihil fit in mundo, sive bonum, sive malum, Deo non volente, ut fiet, aut permittente, vel sinente, sive non impediente, ut exèquetur.

Ad 3. nego conseq., quia actus nostri non se haberent purè permissivè, aut non impeditivè, sed influxivè, undè saltem effectivè disponerent ad primam gratiam, si semel ex propriis necessariò connecterentur cum illa, ac proindè inferri posset initium nostræ justificationis esse aliquomodo à nobis, cæterum non impedire præcisè non est influere, aut efficere, ut patet, sed tantum sinere, ut fiet, quod ab alio fit, undè licet ex necessaria illius connexione cum alio, dicatur istud infallibiliter sequi se quella logice, non tamen physica, vel effectiva, & refundenda, vel imputanda, ut dictum est, non fit debitum impediendi, ut passim contingit in humanis, ac proinde nullo modo inferri, aut concedi absolutè potest, quòd peccati initium sit à Deo.

Ad 4. nego ma. ad prob. iterum nego ma. ad illius prob. annexam dist., si utrumque contineatur intra ambitum ejusdem volitionis transeat, si alterum tantum, ut in casu, nego, nam velle divinum est præcisivum, ut dictum est, respectu formalis peccati, sicut & præcisiva est Omnipotentia in continendo illud: & deindè ad mi., quæ potest esse replica contra priores solutiones, quatenus peccatum cum sit destructivum divinæ bonitatis, teneatur Deus impedire, si necessariò connectitur cũ aliquo sui prædicato, aut si non impedit, quod sit refundendum in Deum, & quòd non amet necessariò suam bonitatem. Respond. ex his, quæ innuimus 3. p. de Incarnatione ad ar. 2. quæst. 1., quòd peccatum non est destructivum divinæ bonitatis quasi effectivè. (Nam prout sic magis nocet peccanti, juxtà illud Iob. 35. *Si peccaveris quid nocebis ei? Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua &c. v. 6., & v. 8.*,) sed tantum dicitur destruere quoad affectum, quo etiam in re posito, plenissimè adhuc in se semper subsistit bonitas divina; undè licet Deus eam necessariò amet, non propterea ad eam conservandam tenetur impedire peccatum, aut non permittere illud.

Sed

Sed instas. Nam licet peccatum sit solum destructivum divinæ bonitatis quoad affectum, quia tamen est sic destructivum nequit componi cum amore necessariò ejusdem bonitatis hoc, quòd est velle illud poni, vel existere in re, salva sanctitate bonitatis divinæ, ergo eadem salva nec poterit componi cum hoc, quod est velle permissionem illius, seu velle id, quo posito infallibiter ponitur in re, prob. conseq., quia saltem mediatè decretum divinum esset volitio peccati, nam volitio unius infallibiliter inferentis aliud, est saltem mediaté volitio istius, ut patet inductivè in pluribus exemplis, ergo cum volitio peccati, sive immediata, sive mediata repugnet divinæ sanctitati, cum nullo modo Deus possit velle illud, non stat Deum necessariò amare suam bonitatem cum hoc, quòd est velle permittere peccatum, quamvis istud dicatur solum quoad affectum destruere illam.

Urg. hoc. Nam Deus amans necessariò suam bonitatem non solum amat illam ut connexam, vel identificatam cum suis bonis, vel perfectionibus intrinsecis, sed etiam ut connexam cum bonis extrinsecis, honore, obedientia &c., sed licet peccatum dicatur solum quoad affectum lædere illam in prioribus bonis, de facto tamen, vel in re lædit in posterioribus, tollendo, vel negando ei debitam obedientiam, honorem &c. adeò ut sicut licet per nostra bona opera nō possimus Deo tribuere aliquod bonum intrinsecum, verè tamen tribuimus ei gloriam, & honorem, quæ sunt bona extrinseca, ità licet per peccatum non possit Deus à nobis lædi in bonis intrinsecis, potest tamen in extrinsecis, qua ratione dicimus esse proriè injuriam Dei contrà justitiam, sicut in humanis irrogatur injuria contra justitiam, si homo lædatur in his bonis, unde D. Thom. 2a. quæst. 59. ar. 1. ad 1. docet esse contra justitiam Dei, quæ respicit bonum debitum Deo à creatura, & hoc asserit doceri 1. Jo. 3. dum dicitur, omne peccatum est iniquitas, t. inæqualitas justitiæ opposita, quòd magis explicans qu. 79. ar. 2. ad 1. ait, omne peccatum esse contra justitiam legalem, quæ præcipit observari legem Dei, unde omne peccatum saltem materialiter includit contemptum legis, & obedientiæ debitæ Deo, ex quo etiam fit, quòd satisfactio pro illo fit actus justitiæ commutativæ ut nos etiam ostendimus 3. p. ad ar. illum 2. quæst. 1., quia nempè, [& hoc obiter dictum sit in gratiam argumenti] satisfactio, vel restitutio ex commutativa justitia non supponit necessariò injustitiam commutativam, ut patet in distribuente bona communia inæqualiter, qui licet peccet contra justitiam distributivam, tamen ex justitia commutativa tenetur restituere illi, cui minùs justo dedit, quamvis hinc, & hoc obiter etiam addimus] non liceat inferre peccatum v. g. gulæ habere duplicem malitiam, quia ad hoc requirebatur, ut per se formaliter fieret intentione contemnendi legem, nam etiam idem peccatum gulæ materialiter est contra charitatem, & includit odium Dei, & tamen non est duplex peccatum ergo non stat Deum necessariò amare suam bonitatem, & eadem salva velle permittere peccatum, ac proindè non poterit istud cognosci in decreto permissivo, sed extra independenter ab omni decreto saltem ut medio cognoscendi.

Resp. ad instantiam ex dictis nego conseq., quia cum peccatum utpotè malum morale de ordinans à Deo, nec ordinabile in illum ut finem, non sit capax terminandi volitionem divinam, licet dicatur non posse Deum velle ejus existentiam in re, potest tamen velle permittere, si solum quoad affectum lædat divinam bonitatem, quia hoc est tantum non impedire, cum non teneatur, unde non præjudicat amori necessario illius, ut dictum est, quidquid sit, quòd si effectivè læderet illam, teneretur tunc impedire, ne poneretur in re, nec posset componi cum amore sui necessario.

Ad confirm. quæ potest esse replica; dist. ma., amat etiam ut connexam cū bonis extrinsecis æqualiter, vel necessariò, nego, liberè, vel sine omni eorum indigentia, conced., unde etiam concessa mi. nego conseq., quia licet de facto, vel in re dicatur lædi in bonis extrinsecis, cum tamen per hoc nihil detrahatur de intrinsecis, adhuc non tenetur hanc extrinsecam læsionem, vel injuriam impedire. Nec ex eo quòd satisfactio pro peccato sit ex justitia commutativa aliquid præjudiciū infertur contra eadem bona intrinseca, sed solum, ut rectè dicitur in argumento ex D. Thom., quòd violetur justitia legalis, quæ præcipit observari legem Dei, unde læditur tantum extrinsecè justitia, quæ respicit bonum debitum Deo à creatura, ut tradit ibi D. Thom.

Sed adhuc instas. Nam licet personæ privata non teneatur reparare honorem sibi læsum, tenetur tamen persona publica, vel superior, & aliæ hujusmodi, quarum de honoratio, vel detractio famæ vergit in detrimentum aliorum, vel subditorum, sed læsio honoris divini, sive injuriæ Deo irrogatæ per blasphemias &c. summoperè corrumpant animas fidelium ut patet in hereticis, & similibus peccatoribus innumeros fideles corrumpentibus cum ingenti illorum scandalo, ergo à fortiori tenebitur Deus supremus omnium Provisor eas impedire, ac proindè non poterunt hæc duo componi, quòd decreto positivo velit eas permittere, & quod non velit earum existentiam, quod est incompossibile cum amore necessario suæ bonitatis; utraque conseq. tenet; nam sicut in humanis Superiori non impedienti ob debitum impediendi, imputaretur, si non impediret, ità similiter Deus, quod tamen est alienum: ma. verò sumitur ex D. Th. quodl. 10. q. 6. ar. 13. in corp. ubi ait. *Illi ergo, quibus incumbit ex officio, vel ex statu perfectionis aliorum saluti providere, peccant, nisi in famiam propriam juxtà posse repellant. Alii verò, quibus magis custodia suæ propriæ salutis imminet, possunt suæ humilitati providentes, famam, vel infamiam contemnere. . . . . . . & hoc est, quòd Gregorius dicit homil. super Ezech. linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ut ipsi pereant; ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat; aliquando etiam compescere, ut dum de nobis mala disseminant, eorum qui nos ad bona aud reperirēt, corda innocentiū corrūpant. Hi etenim quorū vita in exemplum imitationis est posita, debent si possunt, detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & in pravis moribus remanentes benè vivere contemnant.* Quod etiam in simili contra excitantes scandala repetit 22. qu. 23. ar. 8. in corp. ex eodem Div. Gregor. in fine, & præmittit in principio ejusdem, quòd superiores tenentur ea defendere, sicut & alia, quæ sunt de necessitate salutis.

Huic instantiæ, quæ aliquo modo coincidit cum arg. 2. quod objicit sibi D. Tho. infra quæst. 22. ar. 2.

resp. ex eodem esse latissimum discrimen inter Provisorem universalem, qualis est Deus, & cæteros inferiores, qui curam habent alicujus, vel aliquorum particularium, quod isti excludunt, vel tenentur excludere defectum ab eo, cujus curam gerit, (& idem similiter est de aliis, in quorum imitationis exemplum sunt positi, vel quibus doctrinam fidei, vel morum enunciant,) quantum potest, quia nempè non pertinet ad istos respicere bonum commune, ad quod aliorum defectus conferre possunt, nec ex malo elicere bonum, unde solum dicuntur male permittere, vel aliquando tolerare, in quantum non puniunt, cum possent punire. *Cæterum Provisor universalis*, inquit D. Thom, *permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius .... Nam corruptio unius est generatio alterius, per quam species conservatur. Cum igitur Deus sit universalis Provisor totius entis, ad ipsius providentiam pertinet, ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonū universi perfectum, si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent universo, non enim esset vita Leonis, si non esset occisio animaliū, nec esset patientia Martyrum, si non esset persecutio tyrannorum, Unde Aug. in Ench. c. 11.* inquit, *Deus Omnipotens nullo modo sineret malum aliquod esse in operibus suis, nisi usque adeo esset Omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo.* Neque hinc, ut dicebamus, aliquid detrahitur intrinsecè de honore Divino, quem perpetuò omnium oculis spectabilissimè Cœli enarrent, inmò summoperè confert ad illum manifestandum, dum justissimè contra impios crebrò etiam in hoc sæculo insurgit, eundemque vindicat.

Quartò arg. argumento opposita via procedente, Decretum permissivum non habet necessariam connexionem cum futuritione, vel existentia peccati, ergo nequit illud certò, & infallibiliter in illo cognosci, prob. ant. Quia posita etiam permissione in re adhuc voluntas est indifferens ad eliciendum, & non eliciendum actum peccati, ergo non est necessaria connexio decreti de permissione cum futuritione ejus, ac proindè manente voluntate sub eadem indifferentia non poterit Deus certò scire in eodem decreto, quid sit operatura.

Urg. hoc, Manente eadem indifferentia voluntatis ad peccandum, vel non peccādum adhuc, non apparet futuritio ejus, sed sola possibilitas, ergo in tali decreto solum potest certò cognosci voluntas potens peccare, non tamen certò peccatura, conseq. tenet, quia aliàs cognosceretur aliter, quàm sit, antecedens etiam constat ex terminis indifferentiæ ad utrumque &c.

Ad hoc nego ant. ad prob. dist. antec. manet indifferens, indifferentia exclusiva infallibilitatis, nego, necessitatis conc., nam cum decretum Dei frustrari non possit, & aliàs voluntas in ordine ad malum, habeat ex se efficaciam, si semel Deus decernit permittere, seu non impedire illius peccatum, infallibiliter sequitur esse peccaturam, unde posito decreto permissivo adhuc dicitur indifferens, quatenus non necessitatur necessitate rei illatæ, sed solius illationis, quæ non tollit indifferentiam ad oppositum, ut supra, & alibi latè dictum est, ne hinc dicatur ex necessitate peccare. In hoc ergo consistit creatæ voluntatis conditio, quæ utpotè ex nihilo, est primum principium deficiens, quod ex se respectu extremi mali, non solum habet sufficientiam, sed etiam efficaciam, unde si Deus decernat permittere illud non dando auxilium ad standum, ne cadat, aut declinet ab illo, infallibiliter cadet cum sine ejus auxilio stare non possit.

Ad confirm. supposito eodem decreto nego antec. Nam licet voluntas adhuc maneat indifferens, ut tamen jam substat eidem decreto, ex cujus suppositione ponitur simul decretum positivum de concurrendo ad materiale peccati, ut actus, & entitas est, nequit ampliùs voluntas prout sic, vel ejus peccatum concipi in puro statu possibilitatis, sed magis futuritionis, quia prout sic substans, & non impedita, cum ex se habeat efficaciam, ut dictum est, & non solam sufficientiam ad malum, infallibiliter, & de facto est peccatura, & non purè possibiliter, unde potest optimè Deus in eodem decreto, certò, & infallibiliter cognoscere illud.

Sed instas, Quia hujusmodi solutiones videntur de subjecto non supponente, scil. quòd in eadem suppositione decreti permissivi, vel non impeditivi per non collationem concursus, vel auxilii efficacis, voluntas sic infallibiliter conjungenda cum actu peccati, formaliter peccet, ita ut illud possit ei imputari ad culpam, ergo adhuc non habetur futuritio peccati pro formali, ut certò, & infallibiliter cognoscibilis à Deo in sui decreto permissivo, prob. ant. supponendo, quòd modo instet præceptum spei, tunc sic arg., facta eadem suppositione non est in potestate ejus, cui non datur talis concursus, vel auxilium efficax impeditivum, actualis operatio, ergo non potest ei imputari ad culpam ejus omissio, prob. antec. Non est in potestate actualis operatio, sive observantia præcepti in casu, cui non est in potestate aplicatio voluntatis ad bene operandum, vel observandum, sed hæc non est in potestate illius, cui non datur talis concursus, vel auxilium efficax, ergo nec est in ejus potestate actualis operatio conseq. tenet, ma. videtur certa, & declarari potest à simili, nam si aplicatio potentiæ visivæ ad videndum in exercitio non esset in mea potestate, nec esset in mea potestate actualis visio, itaut posset mihi imputari ad culpam non videre, quantum cunque haberem potentiam visivam completam perfectissimè in actu primo, quia non haberem illam proximè expeditam ad videndum; mi. verò prob. quia non est in potestate ejus habere tale auxilium, quod est ipse formalis aplicatio ad operationem, ergo; prob. ant. Quia supposito tali decreto Dei de non conferendo concursu, vel auxilio efficaci, impossibile est habere illud, ergo eodem supposito non est in ejus potestate aplicatio voluntatis ad benè operandum, vel observandum, prob. ant. Quia impossibile est divinam voluntatem mutari, sed non potest habere tale auxilium, nisi Dei voluntas, quæ decrevit non dare mutetur, ut patet, ergo.

Dices juxta communem solutionem distinguendo penultimum antec. supposito decreto non conferendi, habere illud est impossibile, secundum quid & in sensu composito, conc. simpliciter, & in sensu diviso nego ant., & conseq., quia absolutè, & simpliciter potest habere illud; ad illius prob. nego minor. quia licet non possint simul poni hæc duo, nempè quòd quis habeat auxilium efficax, & divina voluntas de non conferendo illud non mutetur, hoc tamen solum est non posse habere illud in sensu composito, nam absolutè, & simpliciter potest illud habere, quia adhuc

adhuc stante decreto de non conferendo illud, verum est Deum posse illud conferre, siquidem non necessariò, sed liberè illud non confert.

Sed contra hanc solut: instas. Licet impossibilitas habendi auxilium efficax orta ex immutabilitate divinæ voluntatis, sit tantum secundum quid, & in sensu composito, tamen hìc, & nunc instante præcepto de eliciendo actum spei, ex ille provenit carentie auxilii simpliciter necessarii ad talem actum, nec fuit liberum Petro v. g. ponere illam impossibilitetem, nec potest eam anferre, ergo hìc, & nunc non teneretur sperara, ac proindè non potest ei imputari ad culpam, quòd non speret, prob. conseq. quia hæc impossibilitas habendi euxilium, nec est, nec fuit unquam evitabilis Petro, ergo nec carentia auxilii efficacis, neccessarii ad actum sperendi potuir evitari ab illo, ergo sine sue culpa caret auxilio simpliciter ad sperendum: ut quid ergo imputatur non sperare?

Urg., & declaratur vis argumenti, Si Deus eidem ravelaret se decrevisse non conferre illi auxilium efficex ad sperandam beatitudinem, non teneretur sperareeam, nec peccaret non sperando, ergo nec modo licet per revelationem ei non constet, tenetur sperare, vel observare præceptum spei, itaut peccet, vel *imputetur* ei ed culpam, si non speret, vel *non observet* illud, conseq. tenet, nam ideò *supposita revelatioue* non teneretur sperare, quie videret actum sibi esse impossibilam, sed non minus est impossibilis etiem non supposita revelatione, sed tantum supposito decreto da non confarendo auxilium necesserium ed actum spei eliciendum, cum revelatio nullam virtutem operendi auferat, ergo nec sine revelatione tenetur sperare, vel implere præceptum, ant. autem prob., quia si Deus revelaret alicui suam *reprobationem* ex eo non teneretur sperere beetitudinem, quia sciret sibi esse impossibile ex suppositione decrati de non denda illam, ergo nec teneretur elicere actum spei, si ei revelaret se non daturum efficax auxilium ad illum eliciendum, quia etiam vidaret esse sibi impossibilem ex suppositione decreti de non dando illud, ergo da primo ad ultimum facta suppositione decreti permissivi, sive de non dendo concursum efficacem, vel auxilium necessarium ad observantiam præcepti, non potest legitimè inferri infallibilis futuritio peccati, ac proindè nec in illo videri certò, & infallibiliter.

Resp. ad priorem instantiam bene ibi dictum esse. Ad replicam, (quæ magis etiam spectat ad meteriam de auxiliis, sed obiter proposuimus tum occasione argumenti, tum quie præsens materia ad illam potissimum tendit;) resp. cum sæpè laudato meg. (cujus est eadem replica dub. 6. ad 5. quòd est in primis solvenda à contrariis, nem in ipsorum sententie Deus etiam ab æterno pro suo beneplacito decrevit quibusdam non dare congruam vocationem efficacem, quæ tamen necesseria est simpliciter, ut bene operetur; stante verò illo decreto impossibile est secundum quid, quòd eam heboant, nec est, nec fuit unquem in potestate illorum ponere, eut anferre tale decretum, & impossibilitatem habendi vocationem efficacem. Habet ergo eandem vim argumentum in eorum sententia. §. Sed prætereà resp. neg. conseq., ad prob. dist. conseq.; cerentia auxilii efficacis non potuit vitari ab illo; propriis viribus, vel secundum quid, & in sensu composito, conc., simpliciter, & in sensu diviso ex Divine misericordia, neg.; nam si habere euxilium ast tantum impossibile illi secundum quid, & possibile simpliciter hebere illud ex Divina misericordie, potest ex eadem vitare carentiam illius, unde meritò imputatur ei ad culpam, quòd non speret, quia nempe licet cereat auxilio efficaci, tamen in actu primo per sufficiens est simpliciter potens sperara, & simpliciter possibile est illi hebere euxilium exfficax. Ex quo etiam inferimus, quòd stante eodem præcepto non potest tunc voluntas suspendere inculpabiliter omnem actum suum, aut dici quòd sine culpa non consentiat in ipsa præcepti transgressione, quia dum simpliciter possibile est habere efficax, & est simpliciter potens sperare per sufficiens licet dicatur eidem formaliter non consentire, consentit tamen virtualiter, & interpretativè, ac proindè colpabiliter omittit, nam his suppositis saltem virtualiter, & interpretativè se determinat ad præcepti trensgressionem, supposito etiam, ut supponimus, quòd ad illius obligationem debitè advertat; in hoc enim consistit omissio culpabilis, quando quis potest tenetur, & non facit.

Ad confirmat., quæ potest esse replica, quatenus tendit ad impugnandum in eo casu debitum eliciendi actum spei impletivum præcepti, resp. cum eodem neg. ant., ad prob. transeat ant., de quo 22. q. 18. ar. 3., & neg. cons., quia revelatio reprobationis facta illi tolleret ab ipso rationem formalem objecti spei, vel saltem conditionem intrinsecè requisitam ex parte objecti formalis, ut in illud possit ferri voluntas; nam objectum actus spei est beatitudo, ut est bonum arduum futurum, idest prudenti judicio aprehensum, ut in re aliquando obtinendum à Deo; repugnat autem, quòd is, cui Deus revelaret suam reprobationem, prudenter judicara posset aliquando in re obtinendam beatitudinem, & ideò eadem revelatio excludit saltem ab eo, cui est facta, aprehensionem intrinsecè requisitam ex parte objecti spei, at verò revelatio de non conferendo euxilium efficax ad unum, vel ed plures actus spei, non excludit ab illo sufficiens principium in actu primo ad sperandum, nec excludit retionem formalem, aut conditionem intrinsecam ejusdem objecti, quia cum teli reveletione stet in re esse futurum beatitudinem, & ideò etiem, quòd prudenti judicio aprehendatur, ut in ra exhibenda à Deo aliquando, unde potest, & tenetur sperare.

Ex his; obiter iterum ad plenius evacuendas hujusmodi molestissimas objectiones, seu potiùs excusationes in peccatis; & ne etiem dicatur voluntatem createm ex se non esse potentem nisi ad peccatum, si ex quo non impeditur peccare, infallibiliter est peccature, edverto, quòd licet prædictum auxilium dici nequeat in nostra esse potestete tanquam in causa productiva illius, cum prioritate naturæ antecedet operationē liberii arbitrii, & efficienter cōcurrat ad illam simul cum ipso, adhuc tamen dicitur esse in nostra libere potestate propter duo. Primum est quie, ut docet D. Tho. 3. cont. Gent. cap. 159., quamvis homo per actum liberi arbitrii, nec possit illud promereri, nec ecquirere, potest tamen se ipsum impedire, ne illud recipiet, quod probat ex illo Job. 21. *Dixerunt Deo, recede à nobis*: & c. 24. *Ipsi fuerunt lumini*, & ideò cum hoc in potestata liberi arbitrii sit scil. impedire Divinæ gratiæ receptionē non immeritò in culpam non implere præceptum; ei imputatur, qui impedimentum præstat gratiæ.

rece-

receptioni, sive auxilio gratiæ necessario ad implendum præceptum. Secnndum ast, quie actuelis collatio auxilii efficacis pendet à libera operetione nostræ voluntetis, nam licet in genere causæ efficientis, prior sit infusio auxilii operetione snpernetureli voluntetis, quia hæc ab euxilio efficienter procedit, tamen in genere causæ meterielis dispositivæ prior est operatio voluntatis; sicut in simili discurrunt infrà nostri Thomistæ 12.q.113, er.8. asserentes gratiem, & habitus virtutum, nt sunt in actuali infusione in genere efficientis præcedere motum liberi arbitrii, qui est dispositio ad gratiam, quia ab eis efficientar procedit, & tamen in genere causæ materielis dispositivè priorem assa motum liberi arbitrli. §. Itaque dicimus, quòd habere euxiliam efficex est in potastete hominia non tanquam in potestate prima, & producente illud, sed tenquem in secunda potente producara liberam operationem bonam, qua se disponet ad illud recipiendum, & operationem malam, qua impediat illius collationem, nam primam par auxilium sufficiens fit potens producere, secundem ex propria fragilitate habet producere, & hoc sufficit, ut aplicatio sit in ejus potestate tenquam in causa secunda: & idem similiter est da aplicatione voluntatis ad operationem, per idem auxilinm, quod licet non sit in potestate hominis, seu ejuidem voluntatis, tanquàm in prima potestate, val causa independenter ab alia superiori causa, & potestate primò aplicante, quià sic esse in hominis potestate, contredictionem implicat, cum essentialiter sit causa secunda, est tamen tanquam in potestate, & causa secunda, essentialiter subordineta Deo primo aplicanti ipsum. Ut antem hoc modo dicatur operatio esse in libera potestate ejus, satis est, quòd per auxilium sufficiens hebeat virtutem, qua in actu primo sit potens, ut causa secunde producere operationem secundum totam suam actualitatem, & perfectionem.

Hinc etiã petet non esse inferendum, quòd volnntas in eo casu sibi relicta, vel non impedita, ex eo quùd est infallibilitar peccatura, non sit ex sa nisi potens ad peccatnm, quie etiam habet sufficientiam ad bonum, non quesi originativè, ex quo præcise ex nihilo est, sic enim magia habat efficaciam ad malum, sed quia est constitnte à Deo, ut causa ad operandum etiam bonum, sibi essentialiter subordinata, & parato dare omnibus euxilinm, per quod fit atiam superneturaliter potens, ut dictum ast, licet quia in linea boni adhuc potentialis est, non possit se ipsam primò reducere ad bonum, sed requirat à Deo primò aplicante efficaciam ad bena operendum, qua *soli privantur* (inquit D. Tho. cap. illo 159.,) *qui in se ipsis gratia impedimentum præstant, sicut sole mundum illuminante, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre non possit, nisi lumine solit præveniatur.*

Quòd si dicas, voluntatem semel ex se efficecem ad bonum non posse sibi relictam nisi ad bonum, & nullo modo ad malum, ergo pariter voluntas samel ex se efficax ad malum, non poterit sibi relicta nisi ad malum, & nullo modo ed bonum, qnod tamen est contra communem consensum Thaologorum. §. Resp. neg. conseq., & disparitas est, qnòd sicut in simili dicebamus da potentia, & hebitu, quòd qnie iste ex se, vel ex propriis, si virtuosus est, est determinatio, & perfectio illius, non potest nisi ad actum bonum, & solum permittit malum, potentie verò est ad utrunqne ob rationam adductam. Itaque voluntas quæ ax se, & sibi relicta habet efficaciam ad bonum, qualis est sola Divine, cum sit essentialiter regula in linea bene operandi, est omninò indeclinabilis ad malum, nisi velimus posse declinare, aut recedere à se ipsa, quod est implicatorium, ac proindè omninò determinata ab bonum, & solum permissivà se hebens ed malum, cœterum voluntas nostre, vel create, licet ex quo ex nihilo est, dicatur habere efficeciam ad malum, quia temen constitnta est ed operandum etiam bonum, non privatur sufficientia ed illud juxtà meritum ordinis, in quo debet opereri, ut elibi explicatur in materia da gratia, scil. vel indite, vel supperaddita, utrobique tamen semper primò reductivè à Deo, nt dictum est. Da his videri possunt, ne exeamus limites nostri instituti. M. Medine p.2. q.109. ar.10. dub.2. concl.3., & ad 2. Nngno q. 2. de auxiliis solut. ad 5., quæ habetur 3. p. tom.1. da Sacramentis ad q.62. ar.6. ad 11., Alvarez disp. 8. ad 6., & disp.36. ad 7. Gabrere 3.p. q.19. ar.4. disp.2. §. 11. num. 455., Zumal disp. 4. de auxiliis sect.2. concl.5., pag.82., 85.; 91., 92., M. Herrera tract. de enxil. dub.7. concl.2.

§. V.

Expeditur difficultas de medio cognitionis intuitivæ.

EX superioribus posset sufficienter resolvi præsens difficultas, nempè an ad salvandam in Deo rationē cognitionis intnitivæ respecto futurorum sit omninò necessaria aorum physica præsentie in æternitate, ne qnid tamen desit, ad pleniorem hujus tractatus notitiam, placet aam breviter resolvere, nam etiam inter Thomistes est aliquale dissidium, qui tamen in uno omnes conveniunt, (Salmaticensibus hic disp.8. dub.4. exceptis) nempè quòd ut sit certa, & infallibilis, sufficit præsentia eorum intentionalis, vél objectiva in decreto, vel in essentia Divina determineta per illud, quia jem adest certa, infallibilis connexio, ut vidimus, inter decretum, & eorum futuritionem, sed an hujusmodi præsentia sufficiat ad rationem cognitionis intnitivæ, an varò ulteriùs requiratur indispensabiliter prior physica in æternitata, videntur aliqualiter differre, nam Alverez 3.p. ad qu.11. disp.60. existimet ad rationem cognitionis intuitivæ satis esse, quòd ità clerè, & distinctè cognoscatur objectum cum sua existentia, ec si esset realiter præsans cognoscenti, qua retione affirmet cognitionem Christi per scientiam infusem de futuris contingentibus, scil. claré, & distinctè cognitis, nt habituris existentiam tali tempore, & cum talibus circumstantiis posse dici intuitivam, qnia nempè per species insusas, animæ ejus ità clarè, & distinctè repræsententur non solum eorum essentia, sed etiam existentia pro tempore, quo sunt eam habitura cum omnibus circumstentiis, ac si essant realiter sibi præsentia. Et videtur favere Cajet. ibidem dub.2. §. *& breviter dicens Animam Christi per species infusas intuitivè perfectè videre præterita, præsentia, & futura.* constat autem hanc futurorum præsentiam respectu Animæ Christi non esse physicam, vel realem, sed intentionelem magis, val objectivam

ctivam

ctivam per simplicem repræsentationem specierum.

Nihilominus dicendum est præsentiam physicam futurorum in æternitate esse omninò necessariam, ut cognitio Divina ad illa terminata, sit verè, & propriè intuitiva. Itá jam sentiunt communiter Thomistæ, & meritò, nam D. Tho. ut scientiam visionis statuat in Deo, perpetuò recurrit ad realem præsentiam eorum in æternitate. Nec oppositum sentit Cajet. ibidem dum prædictam cognitionem Christi appellat intuitivam; quia ut rectè advertit Mag. Gatalam ibi dub.2.concl.2.ex Cabrera.concl.3., intentum Cajet. non est ostendere, quòd Christus per scientiam infusam intuitivè propriè cognoscat futura contingentia, sed ostendere contra Scotum, quòd perfectè cognoscat singularia omnia etiam quantum ad existentiam, & conditiones individuales, unde dum ait, intuitivè videre omnia, idem est, quòd clarè, & evidenter.

Ratio autem à priori, quam superiùs insinuavimus, sumitur ex conceptu definitivo notitiæ intuitivæ, unde prob. sic. Ad notitiam intuitivam non sufficit, quòd cognoscatur res cum sua existentia, & omnibus circumstantiis evidenter, sed omninò requiritur, quòd res cognita sit jam præsens realiter in duratione, in qua est cognitio, ergo ad salvandum conceptum cognitionis intuitivæ in Deo respectu futurorum requiritur præsentia eorum physice in æternitate, conseq. tenet, qu a hæc est duratio cognitionis Divinæ, ant. verò prob., quia ut videre est apud M. Soto 1.p. Introductionum Summul. c.6. l.2. Notitia ab intuitiva definitur sic. Cognitio rei præsentis realiter; abstractiva autem est cognitio rei ab sentis duratione, qua ratione M. Medina, & Cabrera præfatam cognitionem Christi negant, & meritò, esse propriè intuitivam, quia existimant de ratione cognitionis intuitivæ esse, quòd terminetur ad rem, ut realiter præsentem in eadem duratione, in qua est cognitio; Nec licet pro libitorerũ definitiones immutare, aliàs nihil certi statui posset, ergo ad illam non sufficit ut cognoscatur res cum sua existentia, & omnibus circumstantiis evidenter, sed omninò requiritur physica, aut realis præsentia rei cognitæ in duratione, in qua est cognitio, ac proindè licet Deus in decreto efficaci suæ voluntatis, ut in causa determinata cognoscat evidenter futura cum sua existentia, & circumstantiis, sub quibus erunt, non tamen talis cognitio prout terminatur ad futura præcisè, ut sunt in decreto, & non ut sunt jam præsentia in æternitate est propriè intuitiva. De quo etiam videri potest ledesma disp.2, de auxiliis dub.2. ad 3. principale. Illustriss. Godoii hic §. 3. concl.3., A S. Tho. disp. 18, ar.4., M. Ferre q.8. §.14., Cabrera 3.p. disp.4. concl.1., ubi optimè eam probat à paritate, & notitia rei in speculo.

Præclarè etiam hanc sententiam indicat D. Aug. lib.11. confess. c.17., ubi ait, *Neque enim potest videri id, quod non est*, & c.18. versus medium inquit. *Videri quod non est, non potest, quod autem jam est non futurum, sed præsens est. Cum ergo videri dicuntur futura, non ipsa, quæ nondum sunt, idest, quæ futura sunt, sed eorum causa, vel signa forsitan videntur, quæ jam sunt; ideò non futura, sed præsentia sunt jam videntibus, ex quibus futura prædicantur animo concepta*: & infrà iterum in fine cap. repetit, *futura nondum esse, & si non sunt, videri omninò non possunt*. Ex quo arg. sic. Quod cognitione intuitivæ propriè dicta cognoscitur, propriissimè dicitur videri quia remuideri propriè, ut ibi accipitur ab Aug., non est aliud, quàm eam intuitivè cognitam, ergo si futura non possunt propriè sideri, nec possunt intuitivè cognosci, ac proindè erit necessaria alia eorum præsentia, non purè intentionalis, & objectiva, sed physica, vel realis in duratione, in qua est cognitio, sic enim fit præsens, & propriè intuibile.

Quòd si dicas cum M. Alvarez, D. Aug. solum negare futura posse cognosci cognitione naturali, §. In contra est; quia absolutè asserit, quod non est, non posse omninò videri, ergo non est limitanda ejus sententia ad solam cognitionem naturalem. Præterquamquòd cap.19., ut benè observat M. Catalam loco relato ex 3.p. dub.2; supponens Aug. ex præcedentibus futura videri non posse, Deum alloquitur interogans modum, quo Prophetis suis futura revelat. *Tu itaque regnator creaturæ tuæ, quis est modus, quo doces animas ea, quæ futura sunt? Docuisti enim Prophetas tuos*, ergo non loquitur præcisè de cognitione naturali.

Idem expressè docet D. Tho. hic ar.9. in corp. ex eo probans Deum scire omnia scientia visionis, etiam ea, quæ nunc in actu non sunt, sed fuerunt, vel erunt, quia sunt omnia sibi præsentia in æternitate, quod idem est, nempè, quia sunt præsentia in duratione, in qua est ejus cognitio, unde ait: *Quædam enim licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt, & omnia dicitur Deus scire scientia visionis. Quia cum intelligere Dei, quod est ejus esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens, totum tempus comprehendit; præsens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia, quæ sunt in quocunque tempore, sicut in subjecta sibi præsentialiter. Quædam verò sunt, quæ sunt in potentia Dei, vel creatura, quæ tamen nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, & respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. Quod ideò dicitur, quia ea, quæ videntur apud nos habent esse distinctum extrà videntem*. En quomodo sine eadem reali præsentia in æternitate, quæ est ejus duratio, non agnoscat scientiam visionis in Deo respectu futuri. Hac etiam similitudine visionis nostræ ad explicandum visionem Dei utitur q.2. de veritate ar.9. ad 2., ubi asserit solum videri, aut cognosci intuitivè, quæ habent esse extrà videntem; quia inquit, *scientia visionis dicitur ad similitudinem visus corporalis, qui res extrà se positas intuetur*; ergo juxtà D.Tho. ad cognitionem intuitivam non sufficit, quòd res sit præsens objectivè intellectui per speciem, sed requiritur, quòd præter præsentiam objectivam sit realiter existens in se, ut determinatè contingit respectu nostri, vel saltem præsens præsentia physica, vel reali, ut jam sunt futura in æternitate respectu Dei. Et planè de mente D. Tho. nullo modo videtur dubitandum hac in re, sive quantum ad conceptum cognitionis intuitivæ, seù visionis, quod sit necessaria præsentia realis, sive in duratione, in qua est cognitio, licet non ad præcisam certitudinem, vel infallibilitatem illius, ut dictum est, quia nempè certitudo in cognitione sumitur ex connexione mediorum cum objecto, & ex lumine illis mediis innixo, ut patet ex his, quæ tradimus in libris Poster; at verò visio, vel intuitio exigit ulteriùs præsentiam rei visæ, & coexistentiã cum scientia intuente, juxtà meritò definitionis ejus, ut vidimus,

dimus, undè dicitur, ut eit D.Tho. ad similitudi iem visionis corporalis, quæ tantum terminetur ad rem axtrà sibi præsentem, vel coexistentem non ad futuram, vel præteritam; videatur etiam D. Thom. q.2. relata de veritate ar.12. in corp., nbi expresè iterum docet, quòd intnitus Divinus non fertur in illud, ut in futurum, sed ut præsens; *semper*; inquit; *erdo Divinæ cognitionis ad rem quamcunq. est sicut ordo præsentis ad præsens*: & ibi universaliter probat, Deum non cognoscere futura contingentia, ut futura sunt sibi, & suæ cognitioni, sed futura nobis. Et hoc perpetuò docet S. Tho. hìc ar.13. ad 3.& r. Perhier. l.14.,& 1. cont.Gent.c.66. & in 1.dist.38. q.1. ar.5. Itaque epud S.Tho.tam necessaria est existentia, vel præsentia physica futurorum in ęternitate, ut intuitivè videentur à Deo, quàm necesseria est præsentia eorũ in se ipsis, ut videantur intuitivè à nobis; & non solum prout in suis causis, vel etiam prout in decreto, ut dictum est, qnia adhuc prout sic non considerentur ut extrà videntem secundum præsentiem physicam vel existentiam in ee mensura, vel duratione, in qua est cognitio, quod est omninò necessarium, ut vidimus, ad cognitionem intuitviam, sive ut res intuitivè videatur. Et ità idem Angelicus q.3.de veritate ar.3.ad 8. inquit, quòd visio addit supra simpl.cem cognitionem aliquid extrà genus notitiæ, quod est existentia rei, & loquitur de existentia physica, quia objectiva non est extrà genus notitiæ, quia est præsentia intentionalis, seu intelligibilis, & præsentia in cognitione per speciem, sive intrà ipsum cognoscentem, non in se ipsa.

Itaque Deus per scientiem visionis non dicitur scire, nisi quæ sunt extra ipsum, cumqne si futura non existerent, sive non essent præsentia physicè in æternitate, nullo modo verificeri posset, quòd ab æterno essent extra ipsum, (quialii *essent*, nec diceret vere mensuram propriam, nec alienam.) verè dicendũ est, quòd talis præexistentia, vel præsantia in nunc æternitatis indispensabiliter requiratur ad hoc, ut ab æterno divina cognitio sit eorum intuitiva, sive ut à Deo intuitivè cognoscentur.

Nec sufficit dicere, quòd cum Deus cognosceret non solum ut possibilem eorum existentiam, sed etiam prout in aliquo tempore extituram, supposito decreto de dando illis esse, jam talis notitia concerneret existentiam, ac proindè non esset purè speculativa, aut simplex intelligentie, sed practica, vel visiva, aut intuitiva. §. Non inquam sufficit, quia cum talis existentia prout tantum cognita in sue causa, vel in decreto, solnm haberet esse cognitum, non verò physicum, vel exercitum, sive secundum præsentiam physicam in mensura, vel duretione, in qua ast cognitio, adhuc non esset extra videntem, sed intra enm sola præsentia objectiva, vel intelligibili, quæ non sufficit ad cognitionem intnitivam, ut probatum est.

Sed inquires an sit nacessaria hujusmodi existentie, vel præsentia physica eorum ab æterno in æternitate, ut non solum sit intuitiva divina cognitio, sed etiam invariabilis, vel immutabilis. §. Respond. affirmativè ex D, Thom. hìc ar.15. ad 1., ubi tradit discrimen. [ut vidimus in priori tom. de æternitate Dei] inter respectus, vel [denominationea rationis, quæ possunt illi convenire in ordine ad creaturas, quòd quæ fundentur super actione transeunte, & terminantur ad illas, ut sunt in se ipsis, & conveniunt illi ut immutanti, (ut denominatio creatoris, Domini &c.) possnnt illi de novo advenire, vel convenire sine ejus mutatione, cum sola mutationa creaturæ. Quæ vero fundantur in actione purè immanente, vel tantum conveniunt illi ut immutaturo, non ut immutanti, [ut ibi etiam advertimus in solutione ad arg. M. Aravio, ut sunt denominationes scientis, & volentis,] non possunt advenire Deo sine ejus mutatione, itaut si divina cognitio futurorum solum esset ab æterno abstractiva, & non intuitiva, sed inciperet in tempore intueri illa, variaretur intrinsecè, transeundo transitu reali de abstractiva in intuitivam.

Ex quo prob. sic. Præsentia physica futurorum in æternitate est necessarie, ut cognitio divina eorum sit intuitive, ergo etiam ut sit inveriabilis, & immutabilis, ant. jam probatum est, conseq. verò prob., denominatio scientis fundatur super actione purè immanente, ut patet locis relatis ex D.Thom., nem simplex genus notitiæ non dicit aliquid extre vidantem, vel scientem ut explicatum est, sicut dicit intuitio, vel visio, ergo si est necessaria eedem præsentia ut cognitio Dei sit visiva, vel intuitiva, erit necessaria etiam ut sit invariabilis, prob. conseq. quia transitus ad rationem, vel formelitatem fundatam superactionem purè immanentem, importat variationem, vel mutationem Deo, vel ejus cognitioni repugnantem, ergo si talis præsentia est necessaria ad salvandã rationem intuitivi, erit etiam necessaria ad salvandam retionem invariabilis. prob. ant., quia Deus cum actione purè immanente, ut tali, summè identificatur, ergo quod super hanc fundatur non potest noviter advenire in tempore salva ejus immutabilitate, prob. conseq., quia in tempore noviter identificaretur cũ aliqno, cum quo tenebatur identificari ab æterno, utpotè fundeto super aliquo summè identificato, & purè immanente ab æterno in Deo, scil. actione sui purè immanente, ergo non stat hanc ut talem summè identificari cum illo, & respectum super illam fundatam, sive aliquam ejus formalitatẽ ut est ratio intuitivi, non convenire illi ab æterno, sed in tempore, & consequenter cognitionem ejus abstractivam fieri in tempore intuitivam salva ejus invariabilitate. Unde hec etiam ratione nos Thomistæ contendimus physicam eorum præsentiam ab æterno in æternitate.

Explic., & urg. hoc sistendo eidam discrimini. Nam actio, vel est furmaliter transiens, vel solum trensiens virtualiter, & formaliter immeneus, vel purè immanens, sive spectans ad lineam purè immanentium. Si est transiens formaliter, Deus non habet cum ille identificari, nec potest, cum hæc egrediatur, vel procedat ab illo, ut effectus ajus, unde etiam negamus Deum operari ad extra per actionem formaliter transeuntem. Si autem sit solum transiens virtualiter sic solum importat mutationem extrinsecam, sive ex parte creaturæ, unda respectus, qui in eadem fundantur, possunt noviter advenire, vel in tempore, salva immutabili omni intrinseca formalitate cognitionis Dei, nam solum connotatum ad extra, sive creatura, est, cui aliquid advenit de novo, & ideo hæc sola aliter se habet, vel mutatur, ec proindè ex eo quòd hujusmodi denominationes, vel respectus conveniant Deo in tempore, ex parte solius creaturæ argui non potest mutatio ex perte Dei. Si autem sit purè immanens, cum om-

nis

nis ejus formalitas cum Deo identificetur, consumatur, ut sic dicamus, ad intra. Unde si solum conveniret in tempore jam esset pariter mutatio ad intra, & non purè passivè ad extra. Cum ergo formalitas intuitionis sit de hac linea, scil. pure immanentium, si semel Deo in tempore noviter advenirct itaut ab æterno non intueretur futura, ut physicè existentia, vel præsentia in æternitate, necesse esset Deum in tempore mutari secundum scientiam suam & consequenter nec esset activè variabilis, & non tantum passivè.

Explic., & urg. ulteriùs totum hoc ex dictis ibidem de æternitate, & est alia optima ratio pro resolutione quæsiti. Non minus est infinita, & invariabilis cognitio intuitiva Dei in hac sua linea, quàm sit infinita immensitas, vel æternitas in sue, at si immensitas, vel æternitas non haberet ab æterno, sed successivè quidquid ab æterno spectat ad lineam loci, vel durationis, sed successivè in tempore, non subsisteret invariabilitas utriusque, ut latè ibidem ostensum est, cum non posset tunc refundi defectus ad connotatum, supposito quòd ab æterno jam pertineat ad earum lineam, ergo nec subsistet invariabilitas cognitionis intuitivæ Dei non se extendentis ab æterno ad omnia, quæ spectant ab æterno ad lineam suam, ergo cum sola existentia, vel præsentia physica futurorum in æternitate, ut probatum est, faciat hæc pertinere ad illam, erit hæc necessaria, ut sit invariabilis.

Itaque, (& præoccupatur solutio, quæ fortè ex alienis afferri potest) ut divina cognitio sit invariabilis requiritur, quòd simul, & semel (utpotè fundata in actione immanente, & mensurata æternitate,) cognoscat ab æterno omnia etiam, quæ successiva sunt in decursu temporis, sed ad hoc est necessaria coexistentia physica eorum in æternitate, ut constat ex hactenus dictis, & patet, quia cum nullum mensuratum habeat majorem uniformitatem in sua linea, quàm mensura in sua linea mensuræ, (nisi forte mitas enim est de linea mensuræ) si æternitas, quæ est mensura adæquate cognitionis divinæ non haberet in sua linea physicæ durationis, simul, & semel ab æterno continere omnia, quæ successivè sunt in decursu temporis, neque divina cognitio haberet simul omnia cognoscere, ac proinde mutari si transiret de abstractiva in intuitivam.

§. VI.

Solvuntur Argumenta contra priores resolutiones.

Primò arg. ad probandum in favorem Salmantic. prædictam præsentiam adeò esse necessariam, ut sine illa neque etiam conceptus certitudinis infallibilis subsistere possit, & non solum intuitionis, & invariabilitatis. Futura non cognito cum tali præsentia cognoscuntur tantum ut futura, sed cognitio futuri, ut futuri nequit esse certa, etiamsi sit divina, ergo præcisa eadem præsentia nequit divina cognitio de illis esse certa, & infallibilis, ma. constat, & mi. videtur expressa D. Tho. 1. cont. Gent. c. 67. ratione 1., ubi inquit. *Contingens enim certitudini cognitionis non repugnat, nisi secundum quòd futurum est, non autem secundum quòd præsens est, & rationem subdit, contingens enim cum futurum est, potest non esse, & sic cognitio æstimantis ipsum futurum esse, falli potest, falletur enim si non erit, quod futurum esse æstimavit. Ex quo autem præsens est, pro illo tempore non potest non esse, potest autem in futurum non esse, sed hoc non jam pertinet ad contingens prout præsens est, sed prout futurum est.* En quòd D. Thom. ad solam rationem præsentis refert certitudinem cognitionis.

Idem videtur repetere quæst. 2. de veritate ar. 2. in corp. versus medium, ubi ait. *Ex quo patet contingens ut futurum est, per nullam cognitionem sciri, cui falsitas sub esse non possit, unde cum divinæ scientiæ non subsit falsitas, nec sub esse possit, impossibile esset, quod de contingentibus futuris scientiam haberet Deus, si cognosceret ea, ut futura sunt*, & hic etiam ar. 13. ad 3. inquit. *Unde nobis, quia cognoscimus futura contingentia inquantum talia sunt, certa esse non possunt, sed soli Deo, cujus intelligere est in æternitate supra tempus.* En iterum quòd cognitio futuri non est certa, & propterea recurrit D. Thom. ad æternitatem, sive ad præsentiam in illa, ut divina cognitio vel scientia dicatur certa, & infallibilis, quia non possit sub esse falsum.

Dices D. Thom. non loqui de cognitione futuri relativè ad quamcunque causam, quando ait ejus cognitionem ut talem non esse certam, sed solum in ordine ad causas proximas, à quibus in genere causæ formalis accipiunt suam contingentiam, & ideo in his certò cognosci non potest: Cæterum ex causa prima, quæ remota est, contingentiam non habet, quia estò libere sit, formaliter tamen contingens non est, quia à nulla alia est impedibilis, ne sequatur id, quod ipsa determinat, unde optimè potest in ejus determinatione, certò, & infallibiliter cognosci.

Sed contra hoc est. Quia D. Thom. ut patet ex locis relatis, non agnoscit certitudinem in ejus cognitione, donec perveniat ad præsentiam in æternitate, & in tantum negat scientiam in Deo de futuro, in quantum divinæ cognitioni non potest sub esse falsitas, futurũ autem, ut tale, inquit, per nullam cognitionem sciri potest, cui falsitas sub esse non possit, ergo sine eadem præsentia juxtà D. Tho. non potest subsistere certitudo, & infallibilitas debita cognitioni divinæ.

Dices recurrere ad æternitatem, vel præsentiam in illa, non quia ex alio principio, vel medio haberi non possit cognitio certa, sed quia una ex causis, vel motivis, ex quibus haberi potest eadem certitudo est etiam existentia, vel præsentia eorum in mensura æternitatis. §. Sed contra hoc est. Quia si præter hanc præsentiam esset aliud medium, vel motivum, ad illud potius recurreret, quàm ad præcisam præsentiam in æternitate, nam hæc per nos non est præcisè necessaria ad conceptum certitudinis sed intuitionis, ergo si ad illud recurrit, & non ad aliud, signum est hanc agnoscere tanquam medium necessarium ad utrumque.

Ad hoc dico in primis esse ab omnibus solvendas, & explicandas authoritates D. Tho. nam non solum in doctrina D. Thom., sed in communi certissimum est, quòd connexio necessaria, & infallibilis inter duo extrema est medium sufficientissimum ad fundandam cognitionem certã, & infallibilem, esto extrema in se defectibilia sint, & nullius entitatis extra cognitionem, ut patet in scientia de ente rationis,

ut explicatum est in logicis, unde ad prædicatum certitudinis, hæc duo sunt media, quæ potissimum, conferunt ad illam, scilicet eadem conuexio tanquam intrinsecum in scientiis, & euthoritas dicentis tanqnam axtriosecnm in materia fidei: certissimum eutem etiam est, quòd inter decretum, & futurum est infallibilis coooexio, nisi velimus illnd, posse frustrari; tenamur ergo omnas admittera juxtà D. Thom., & communem metephysicam essa aliud medium ad fundandam certitudioem prætet eandem præsentiem in æternitete respectu cugnitionis, vel scientiæ divinæ.

Sed prætereà resp. benè ibi dictum esse, quòd solum relativè ad causas proximas futurum contingens ut tale, est iocapax certitudinis certæ, vel infallibilis, non in ordine ad supremam, & inimpedibilem, ut etiam constare potest ex eodem hic ar. 13. in fine corp., ubi sic concludit. *Unde omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione, qua babet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super omnia prout sunt in sua præsentialitate, unde manifestum est, quòd contingentia, & infallibiliter à Deo cognoscantur, in quantum subduntur divino conspectui secundum suam præsentialitatem, & tamen sunt futura contingentia suis causis proximis comparata.* In quibus duo efferit S. Thom. ad iotentum solntionis datæ ad argnmentum, & iterum ad replicam contra illam, nempè, quòd tota contingentia futurorum, ex qua impediuntur posse terminara cognitionem certam, refundanda est ed causes proximas, quia ut ait 22. qu. 171. ar. 6. ad 2. *prout sunt in suis causis nan sunt determinata, quin possint aliter evenire.* En quòd certitudo cognitionis divinæ respectu eorum, non ad præcisam præsentielitetem physicam in æternitate refundit, sed etiam ad rationem idæarum, scil. ad essentiem divinam, ut rectà etiam advertit ax Cajet. Illustris. Godoy hic §. 1. concl. 2., cum hoc temen discrimina, ut colligit ex D. Thom. qu. 3. de veritate er. 1. ad 6. quòd idæa respectu possibilium est sola essentia ut imitabilis à creaturis, respectu autem eorum, quæ sunt, erunt, vel fuerunt, determinatur ex proposito divinæ voluntatis, non autem ad ea, quæ, nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, & sic hujusmodi habent quodammodo indeterminatas idæas, unde mens aperte D. Thom. est, quòd omnia, quæ sunt, fuerunt, vel erunt posse certò cognosci à divino intellectu ratione idæarum superaddito divinæ voluntatis proposito. Nec possumus, oec debemus alitar phylosopheri selva doctrine ejus, ut dictum est, & communi metaphysicorum.

Ex qua etiam patet ed posteriorem replicem in favorem solutionis datæ ad illam, nam falsum est, quòd D. Thom. aliem rationem, vel medium non agnoscat ed selvandam certitudinem cognitionis divinæ, quàm solam præsentiam in æternitate, hæc enim specialiter deservit, vel utitur illa ad sustinendam simultatem, & intuitionem illius, & non præcisè certitudinem, ut facilè constabit considerenti textus illius, præcipuè ex quæst. ille 2. de verit., & & hic ad 3. adductos. Vid. etiam infra quæst. 19. a. 8. ubi expreisè docet, ut vidimus, quòd Deus omnia, quæ vult, ob sui infinitem efficaciam infallibiliter evenunt eo modo, quo vult, quod etiam repetit iofra quæst. 22. er. 4. qu. 23. er. 6. qu. 83. art. 1. ad 3., & p. 2. quæst. 10. ar. 4. ad 2., & in 1. ad Annibal. dis. 37. quæst. 1. ar. 4. ad 4., & 3. coot. Gent. cap. 89., & 1. Perhier: lect. 14.

Secundò arg. Certitudo divinæ scientiæ non stat sine ejus invariabilitate, sed hæc subsistere nequit respectu futurorum sine eadem physica præsentia, ut probatum est, argo nec subsistet sine ista illos certitudo, & infallibilitas. §. Urg. hoc. Si divina cognitio de ebstractiva trensiret in intoitivam in tempore variaretur, ut dictum est, cum ab æterno cognosceret Deus hanc propositionem, *contingentia sunt mihi futura*, & in tempore cognosceret istam *futura sunt mihi præsentia*, ergo sublata eorum præsentia physica in æteroitate, oon stat ejus infallibilitas, vel certitudo.

Ad hoc iterum patet primò esse solvendum ab omnibus, si velimus sustinere Infallibililatem divini decrati ex merito suæ infinitæ efficaciæ, & non præcisè ex vi ejusdem præsentiæ. §. Sed deindà ex dictis respond. solum probara, quòd identicè, & veluti materialiter pendeat certitudo divinæ scientiæ à prædicte præsentia, quetenus ideotificatur cum invariabilitate, vel immutabilitate, & non quie certitudo ut sic, necessariò exigat physicam objecti præsantiam, qoia certitudo. ut dictum ast, sufficientissimè habetur ex infallibili cnonexione medii, cui innititur, & objecti, ad quod terminatur etiam in absentia ejusdem præsentiæ ut patet in cognitione prophatica, assensu fidei, & scientiæ infusæ, qui actus variabiles sunt, cum æternitate oon mensurentur, & tamen gaudant certitudine omninò infallibili, ut rectè etiam advertit leudatus Illustris. ubi supre, unde ex eo, quòd scientiæ Dei invariabilitas subsistere nequeat absque prædicte præsentia, noo licet inferre hanc necessariò exigi in sensu formali ex capite certitudinis, sed sicut invariabilitas in hoc sensu probatur ex summa actuelitate, ex qua oritur immutabilitas, ità certitudo ex infallibili connexione, ut dictum est.

Unda in forme ed arg. concessis præmissis distinguo conseq., nec sine ista subsistet certitudo, in seosu materiali, vel identico, concedo, formali, vel loquendo de certitudine ut sic, val abstrahente à creata, & increata, nego. Per quod etiam patet ad confirm.

Sed instas. Nam in sensu formeli certitudo divinæ scientiæ subsistere non potest, nisi hæc sit æterna, sed æternitas scientiæ divinæ salvari nequit sine invariabilitate objecti, & hæc sine physice præsentia in meosure æteruitatis, si objectum sit capax hujus mensuretioois, ergo cum per oos futura contingentia sint talis mensuratioais capacia, eorum coexistentia, vel præsentia in æteroitate erit omninò necesseria etiam in sensu formali ad certitndinem sciantiæ divinæ: mi. constat ex dictis; ma. verò prob. certitudo ejusdem cognitionis divinæ, ut nos dicimus, non stat sine infallibilitate decreti, sed oeque hæc etiam stare potest sine æternitate, i. sine eo, quòd decretum sit æternum, sive mensuretur æternitate, ergo nec stabit line ista in Deo cogoitionis futurorum certitudo, vel infallibilitas, prob. mi., quie si decretum oon esset æteroum, nec esset infallibilis ejus duratio usque ed tempus v. g. Anti-Christi, sed deficiente hac ejus infallibilitete durationis usque ad idem tempus, necessè est etiem deficere infallibilitetem existentiæ Anti-Christi pro tali tempore, cum hæc posterior infallibilites à priori decteti dependeat, ergo infallibitas decreti, ec proindè certitudinis

scien-

scientiæ divinæ futurorum non stat sine æternitate.

Resp. nego ma., ad prob. dist. mi., non stat (scil. infallibilitas decreti) sine æternitate, ut motivo, vel medio omninò necessariò, & veluti formaliter concurrente ad illius subsistentiam conc., aliter, vel utcunque nego, nam aliter æternitas cōcurrit ad infallibilitatem decreti, & aliter ad illam cognitionis futurorum, hæc enim ut ostensum est haberi potest sine illa ex vi connexionis necessariæ medii cum objecto præcisivè ab æternitate, quidquid sit, quòd in eadem cognitione divina ob identitatem cū illa, semper eam exigat veluti materialiter, ut dictū est, at infallibilitas decreti ob rationem adductā in instantia, præscindere nequit ab illa, quia nepè sublata æternitate, connexio decreti cū futuritione, aut existentia rei decretatæ subsistere non potest, uā cū hæc, ut rectè dicitur in replica, à decreto dependeat ut effectus à causa, nequit habere ma. infallibilitatem, quàm habeat decretum, nisi velimus effectum posse superare suam causam, & aliquid habere non præcontentum, aut non habitum ab illa, quod implicat, cum teneretur habere à se ipso, & sic idem quoad hoc esset effectus, & causa sui, unde si semel decretum non esset æternum, nec esset indefectibile, vel infallibile, quod dependet ab illo, ac proindè nec infallibilis esset connexio inter utrumque.

Sed adhuc instas. Sicut Deus est causa rerum per sui decretum, ità pariter per sui scientiam, vel intuitionem, nam scientia Dei, ut vidimus, est causa rerum adjuncta volontate, unde Deus est causa earum per sui efficax imperium, & volitionem, ergo si quia decretum est causa futurorum est omninò necessaria æternitas ad illius infallibilitatem, ità ut nequeat esse infallibilis rerum futuritio absque infallibili permanantia decreti, nec erit infallibilis certitudo scientiæ futurorum independenter ab æternitate. §. Expl. hoc, Sicut non salvatur infallibilitas decreti absque infallibili connexione cum futuris, ità nec salvari potest infallibilitas scientiæ absque eadem infallibilitate connexionis cum illis; sed infallibilitas connexionis in decreto salvari nequit absque æternitate, ut fatemur omnes, ergo nec infallibilitas connexionis in scientia salvari poterit absque illa. §. Expl. ulteriùs, & urg. totum hoc. Ideò certitudo, vel infallibilitas decreti necessariò petit æternitatem, quia est causa futurorum, sed etiam certitudo scientiæ est causa illorum, quæ haber pro objecto ergo erit illi etiam necessaria æternitas.

Resp. ad instantiam vel neg. conseq. in sensu formali scientiæ, vel certitudinis; vel dist., nec erit infallibilis certitudo scientiæ absque æternitate in sensu veluti materiali, aut ex capite, vel motivo causalitatis quantum ad infallibilitatem eventus, conc., in ratione præcisa certudinis, neg., nam licet etiam scientia ratione causalitatis quoad infallibilitatem eventus exigat æternitatem, non tamen ex præcisa ratione scientiæ, vel certitudinis, secundum quam dicit infallibilem habitudinem ad scitum, & non præcise ut ad effectum, unde infallibilitas hujus habitudinis aliunde haberi potest, ut dictum est. Ad p. r. explicat. similiter resp. concessis præmissis dist. conseq., nec salvari poterit infallibilitas scientiæ absque illa, scil. æternitate, in ratione causæ, conc. in ratione præcise scientiæ, vel certitudinis in sensu formali utriusque neg. §. Ad 2., quæ potest esse replica, eodem modo dist. conseq. in ratione causæ quoad infallibilitatem eventus, conc., in ratione formali certitudinis, nego.

2. Arg. ad probandum ex opposito nec ad rationam intuitivi esse necessariam præsentiam physicam in æternitate. Nam visio, qua beati in Verbo cognoscunt futura contingentia est illorum intuitiva, et non existunt in duratione, quæ est ejus mensura, sive in qua existit eadem visio, ergo coexistentia objecti visi non est necessaria ad rationem intuitivi, conf. tenet ex dictis; ma. supponitur ex communi consensu Thomistarum; mi. vero prob., quia duratio, in qua existit visio beatorum, est aliquid creatum, ut etiam supponitur in jam communi, aut frequentiori eorundem sententia; scil. æternitas participata, sed nulla mensura finita durationis potest simul eminenter continere durationes proprias futurorum secundum ultimas differentias, ut latè patet ex dictis, cum hoc sit proprium æternitatis, sive mensuræ Dei ob ejus infinitatem, ergo non coexistunt durationi visionis; conf. tenet, quia in hac continentia, ut vidimus, fundatur physice coexistentia futurorum respectu mensuræ superioris, qua ratione contendimus esse coexistentiæ, vel physicè ab æterno præsentia in æternitate.

Ad hoc in sententia Ferrar: quòd prædicta visio, participata mensuretur æternitate per essentiam, cum sit formalis participatio visionis Dei, & ordinis Divini; sicut hac ratione potest immediatè extrinsecè specificari ab objecto Divino, vel increato, ità pariter mensurari possit extrinsecè duratiōne Divina, vel increata; patet non habere vires, vel esse de subjecto non supponente, quòd doret duratione intrinsecè finita, in qua proindè nequeant future illi coexistere. §. Sed præterà in hac opposite sententia resp. juxtà discrimen, & definitionem traditam utriusque cognitionis, scil. intuitivæ, & abstractivæ, quòd ad salvandum conceptum intuitivi, non est determinatè necessaria coexistentia, vel præsentia physica in præcisa duratione, in qua est, vel per quam mensuratur cognitio intuitiva, sed quod sit rei præsentis realiter, vel physica, sivè sit deindè præsens determinatè in proprie, ut contingit respectu cognitionis increatæ Dei, sive in duratione superiori, ut sunt futura in æternitate per essentiam quæ est etiam physicè præsens eidem visioni beatorum, & durationi ejus, & ad quam visio beatifica immediatè terminatur, nam per hoc sufficienter distinguitur ab abstractiva, quæ definitur, ut dictum est, cognitio rei absentia duratione, intuitiva verò rei præsentis realiter; sic enim verificatur rem visam, non esse intrà secundum præcisam præsentiam objectivam, vel intentionalem, sed extrà videntem secundum realem, vel physicam, quod requiritur ad rationem intuitus, ut vidimos ex D. Tho. per similitudinem ad visum corporalem, unde satis est ad notitiam intuitivam, quòd terminetur ad rem physicè existentem, vel realiter præsentem pro aliqua duratione, itaut non sufficiat, quòd sit evidens cognitio illius cum sua existentia, & omnibus circumstantiis secundum puram præsentiam objectivam, sed secundum aliquam realem, & physicam, ut sunt futura contingentia respectu ejusdem visionis beatorum.

3. Arg., & est replica contra præcedentem doctrinam. Notitia habita de re per propriam speciem terminata ad ejus quiditatem, existentiam, & accidentia, vel ad ejus differentias individuales verè est illius intuitiva, licet duratione præcedat sui objecti

existentiam, sed hæc potest sic terminari independenter à præsentia physica extrà videntem, vel extrà causas in propria, vel aliena duratione, ergo physica præsentia futurorum in æternitate non est necessaria ad conceptum intuitionis in scientia Divina illorum; cons. tenet, & mi. etiam certa, aliàs sine tali præsentia nunquam posset haberi evidens notitia rei, quod est alienum: ma. verò prob., quia talis notitia, nequit esse abstractive, cum non abstrahat ab existentia objecti, neque ab ejus duratione, sed ad hæc terminetur, ergo erit intuitiva.

Expl., & urg. hoc. 1. Rem intuitivè cognosci, est cognosci secundum prædicata, quæ illi prout in se ipsa, vel extrà causas convenire possunt, sed hæc sunt existentia, & cætera accidentia, vel circumstantiæ, sub quibus est ponenda in re, ergo cognoscere illam clarè, & evidenter secundum quiditatem, existentiam, & cætera accidentia, est verè cognoscere eam intuitivè, quamvis duratione illius existentiam præcedat, a. §. Si hæc notitia perseveraret usque ad præsentiam, vel existentiam rei positæ in re, tunc esset intuitiva, at non per transitum de abstractiva in intuitivam, ergo per indivisibilem continuationem sui in ratione intuitivi: ma. constat, quia tunc esset objectum præsens, mi. etiam videtur certa, nam divisio in hæc duo membra est essentialis, est autem impossibile, quod idem divisum transeat de una specie ad aliam; seù semel contractum per unam differentiam essentialem idem indivisibiliter contrahatur per aliam, undè sicut cognitio semel contracta per differentiam opinativi repugnat, quòd eadem indivisibiliter contrahatur per alteram demonstrativi, vel scientifici, itàut transeat de opinativa in scientificam, pariter repugnat, quòd de abstractiva transeat in intuitivam. §. 3. Potest dari notitia intuitiva de objecto existente quidem, sed non præsente localiter, ut si Petro existenti Bononiæ infundatur species repræsentans Paulum existentem hic Romæ quoad existentiam, & cætera illius accidentia, ergo pariter notitia habita clarè, & evidenter de objecto, quoad omnia hujusmodi prædicata poterit esse intuitiva, esto præsens durativè non sit, §. 4. Et arg. præcedens, simul probando illius cons. species infusæ possunt ità clarè, & evidenter repræsentare objectum absens durativè, quoad ad existentiam, & alia prædicata illi convenientia prout in se ipso, ac si esset realiter præsens, ergo sicut in præsentia ejus, tunc cognitio esset intuitiva, pariter erit talis in absentia, supposita clara, & evidente repræsentatione ejus. Unde hac ratione, ut insinuavimus, non desunt ex nostris, qui existiment prædictam cognitionem Christi de futuris contingentibus esse verè intuitivam, quia per species infusas animæ ejus tam clarè, & distinctè cognoscit objectum cum sua existentia, ac si esset realiter præsens cognoscenti, & hoc sufficere ad conceptum verè, ac propriè intuitivi, sicut in simili dicitur, quòd licet tria scuta in ratione metalli, vel materialiter non sint propriè una dupla, in ratione tamen valoris, & pretii, verè constituunt illam, & formaliter dicuntur talis.

Ad hoc neg. ma., ad ejus prob. neg. ant., ad prob. annexam disting., non abstrahit ab existentia quantum ad præsentiam objectivam, vel intentionalem conc., physicam, vel realem, neg., & hæc est necessaria, ut probatum est, ad veram, & propriam rationem intuitivi, §. Ad 1. confirm., vel explicat. dist., eodem modo ma. quæ illi conveniunt prout in se ipsa, & secundum eandem præsentiam, scil. physicam, & realem, conc., purè intentionalem, vel objectivam, neg., & deindè concessa mi. nego cons. §. Ad 2. in opinione asserente divisionem illam esse accidentalem, transeat, vel conc. ma., sed tunc poterat retorqueri, quòd sicut in hac sententia ante adventum præsentiæ realis nequit dici formaliter, aut denominativè intuitiva, ità neque in opposita poterit esse essentialiter talis; unde in altera affirmante esse divisionem essentialem neg. suppositum ma., quòd eadem invariabiliter transeat de intuitiva in abstractivam in adventu ejusdem præsentiæ, sicut enim variato subjecto, vel mobili variatur motus, itaut licet istud dicatur continuò moveri, non tamen motu continuo, ut explicatum est in physicis, dum lapis v.g. cadens ex alta turri, moritur in medio descensus, ità variato objecto variatur actus, vel cognitio, & si istud sine interruptione cognoscatur, nam ab objecto sumit suam specificationem. §. Ad 3. dato transeat ad ant., neg. cons. quia non ità requiritur ad conceptum intuitivi respectu objecti intuitivè cogniti præsentia localis, sicut præsentia realis, vel durativa sive in duratione, ut patet ex ejus definitione, & in futuris intuitivè cognitis à Deo, quæ in ratione futuri gaudent quidem præsentia reali in æternitate, ut fatemur omnes Thomistæ, non tamen prout sic, præsentia locali, cum futuritio non pertineat ad lineam loci, unde licet salvari possit notitia sine coexistentia intuitiva locali, non tamen sine durativa, sicut sine priori salvātur duo simul existentia à parte rei, vel extrà causas, non tamen absque posteriori, §. Ad 4. neg. cons., quia, ut dictum est; id non sufficit ad conceptum notitiæ intuitivæ salva ejus definitione, unde licet aliqui oppositū sentiant, eis tamen assentire non possumus, nisi rerum definitiones invertere velimus, & à communi jam Doctrina Thomistarum recedere, ut ostensum est. Per prædictas ergo species, (ut præcipuè contingit respectu intellectus Christi) possunt quidem repræsentari, & ab eadem cognosci per scientiam infusam futura in se ipsis, non tamen ut jam realiter existentia, sed ut habitura existentiam tali tempore, & sub talibus circumstantiis, & sic futura esse tantum objectivè præsentia cognitioni ejus, quod non sufficit ad rationem intuitivi. Ut autem sic repræsententur sufficit, quòd sint infallibiliter futura.

Hinc etiam dicimus per eandem scientiam cognoscere evidenter, & distinctè res præteritas tali tempore fuisse, & sub talibus circumstantiis, quia non minus possunt repræsentari per species infusas præterita, ut præterita cum suis circumstantiis, quàm futura, ut futura; non tamen cognoscere eas propriè intuitivè, quia res præterita non magis habet esse jam, quàm futura, unde si res futura, quia non est realiter, non potest intuitivè cognosci nec poterit præterita. De quo Cabrera ubi supra disp. 9.

Ad exemplum verò de auro, & argento dicimus per illud magis confirmari nostram sententiam, nam sicut tria scuta licet in ratione valoris quoad usum tanti æstimētur, ac dupla, nunquam tamen in ratione specifica metalli obtinere possunt verè, & propriè rationem duplæ, ità nec poterit notitia clara, & evidens rei futuræ habere verè, & propriè rationem intuitivæ licet illam attingat, ac si esset realiter præsens, unde poterat retorqueri.

4. Arg. si Deus intuitivè tantum cognosceret futura,

tura, sive ut præsantia in æternitate, nullum ex illis cognosceretur à Deo ut futurum, nec unum, ut prius alio, consequans videtur alienum, ergo cognitio intuitiva objecti non pendet à sola ejus præsantia physica, vel durativa; prob. sequela, quia respectu æternitatis nihil est præteritum, aut futurum, nec successivum, sed omnia simul, & præsentia ergo.

Urg. exemplo duorum corporum simul penetratorum, nam si hæc cognoscantur, ut perfectè inter se penetrata, nequit unum cognosci ut prius alio secundum locum, nec ut occupans diversum; sed omnia, quæ sunt æternitati præsantia, sunt penetrata cum illa, cum nihil æternitatis sit, cui utrumque non sit præsens, nisi velimus æternitatem non esse infinitam, & tanscendentem omnia præsentia, præterita, & futura, ergo si futura cognoscuntur à Deo prout in æternitate præsentia, non poterunt ut talia cognosci à Deo, nec unum prius alio. §. Urg. ulterius, Si futurum solum, cognosceretur intuitivè à Deo ut præsens in æternitate, deberet esse intuitivè cognitum ab illo non tantum simul cum aliis, & præsens in illa, sed etiam secundum omnem ejus virtualitatem, sed hoc videtur falsum, ergo; præmissæ constant, ma, quidem, quia cognitio Dei terminata ad futurum est intuitiva illius secundum omnem virtualitatem æternitatis, siquidem ut intuitiva mensuratur adequatè æternitate, unde est tota simul. & indivisibilis juxtà sui mensuram; mi, vero, quia nullum est præsans adequatè æternitati, sivè secundum omnem illius virtualitatem, sed tantum illi coexistit pro virtualitate correspondente suæ durationi, ergo nullum potest esse intuitivè cognitum secundum omnem illius virtualitatem.

Expl. hoc. Nam vel videtur secundũ omnẽ virtualitatẽ æternitatis, vel non; hoc posterius dici non potest, cum illa adequatè, ut dictum est, mensuratur æternitate; si verò dicatur primum, videtur manifestè sequi non esse necessariam præsentiam ad cognitionem intuitivam; prob. hæc sequela, quia ut etiam dictum est, nullum futurum est præsans pro omni illius virtualitate, sed tantum inadequatè coexistit æternitati pro sua, ergo si Deus pro omni, vel secundum omnem videt omnia, & singola, jam videt pro illa etiam, vel secundum illam, pro qua, vel secundum quam non sont præsentia, licet adhuc videat pro illa, quæ indequatè ex parte illorum correspondet singulis,

Ad hoc nego in primis ma. Quia adhuc clarissimè cognoscit in decreto, in quo non manifestantur, ut præsentia physicè, sed cum sola objectiva, ac proindè nec ut intuitivè cognoscibilia, quidquid sit, quòd propter invariabilitatem divinæ cognitionis, cum transire non possit de abstractiva in intuitivam, ut dicebamus, veluti gratia materiæ, seu perfectionis illius inferatur non cognosci ut futura, si non cognoscerentur ut intuitivè præsentia in æternitate. §. Sed deindè claritatis gratia dist. ma, respectu propriæ mensuræ, sive æternitatis conc., respectu mensuræ eorum nego, sicut enim ob meritum decreti, quod est infallibile, & ob meritum æternitatis, quæ est tota simul, & infinita, quamvis eadem futura habeant jam determinatam habitudinem ad propriam existantiam, & simultaneam præsantiam realiter in æternitate non tollitur per hoc, quin in propria duratione sint futura contingenter in ordine ad causas inferiores, quæ non sunt adhuc determinatæ ad ea producenda, sed determinandæ liberè, & contingenter suo tempore, & quin etiam in eadem sint futura successivè; ità licet Deus infallibiliter in decreto; & intuitivè, sive ut præsentia tantum cognoscat in æternitate, non sequitur, quin etiam cognoscat ut contingentia respectu causarum inferiorum, & ut futura, ac successiva respectu eorum durationis; unde ad illius prob. similiter dicimus, quòd licet respectu ejusdem decreti de futuritione eorum, quodlibet sit infallibiliter futurum, & respectu æternitatis sint simul realiter præsentia, adhuc tamen sunt cognoscibilia ut contingenter futura in ordine ad causas inferiores, ita etiam cognoscibilia sunt à Deo ut futura, & ut successiva in ordine ad proprias eorum durationes, quia nempè æternitas licet in se sit formaliter indivisibilis, & tota simul absque omni successione, est tamen successiva, & divisibilis virtualiter, vel eminenter, sicut similiter decretum Dei, licet in se sit formaliter infallibile, est tamen contingens virtualiter, unde sicut istud non impedit contingentiam futurorum in ordine ad causas inferiores, quas eminenter continet, nec etiam æternitas impedit futuritionem, nec successionem eorum comparativè ad durationes proprias.

Ex his ad 1. confirm. nego conseq. Nam duo corpora perfectè inter se penetrata gaudent identitate loci tam formaliter, quàm virtualiter, undè intra lineam localem nequeunt habere, aut concipi cum aliqua prioritate, aut diversitate, quam permittat eis locus ex vi continentiæ alicujus eminentialis, aut virtualis, ut contingit in casu, nam æternitas, (& idem est de decreto, & aliis divinis perfectionibus intra suam lineam, ut in superioribus explicatum est,) ob sui virtualem, aut eminentialem continentiam omnium durationum, quamvis sit una formaliter, est tamen virtualiter multiplex, illis coexistens secundum diversas virtualitates, unde quæ continentur in illa, aut eam penetrant secundum esse formale, nequeunt adæquare, aut penetrare omnem ejus virtualitatem, ac proindè diversis, ut successivis durationibus ab illa contentis mensurari, & respectu illarum intactam remanere eorum prioritatem, diversitatem, ac futuritionem, salva omnium simultate, ac præsentia ex parte æternitatis.

Ad 2., quæ potest esse replica, dist. claritatis gratia ma. sed etiam secundum omnem ejus virtualitatem, lii *secundum* reduplicante modum cognoscentis, conc., modum rei cognitæ nego, sicut enim de eisdem futuris, & omnibus successivis dicimus, quòd à Deo cognoscuntur simul simultate scil. importante modum cognoscentis, non rei cognitæ, ità similiter quòd cognoscuntur secundum omnem virtualitatem, non quia sint præsantia per coexistentiam ad omnem, aliàs adæquaret æternitatem, quod est impossibile, cum quodlibet sit finitum respectu illius, sed quia cognitio intuitiva Dei, sicut ex eo quòd est tota simul, nequit ea respicere successivè, sed simul, ità ex hoc, quod est infinita per adæquationem cum æternitate ut sui mensura, nequit aliquod eorum respicere ut præsens in una illius virtualitate, & non in alia, quamvis hujusmodi præsentia ex parte rei cognitæ uni tantum correspondeat, nempè cui coexistit sua duratio. Per quod patet ad illius prob.

Ad 2., vel explic. dicimus cognosci secundum omnem modo exposito, undè ad ejus impugnationem


nem nego sequelam ad intentum illius, ad probat, nego suppositum juxtà distinctionem datam, quòd teneatur quodlibet ex parte sui esse præsens per coexistentiam ad omnem, ut dicatur cognosci ut præsens secundum omnem, quia hæc præsentia secundum omnem non importat, ut dictum est, modum rei cognitæ, sed cognoscentis. Quod alii sub aliis terminis explicant, scil. quòd cognitio Dei est intuitiva cujuslibet futuri in omni virtualitate, vel secundum omnem specificativè, non reduplicativè, sive ex omni, sed solum ex illa, pro qua illi physicè coexistit; ad rationem autem cognitionis intuitivæ, requiri quidem, quòd terminetur ad objectum præsens, vel coexistens, non tamen in omni differentia, vel virtualitate durationis, in qua est specificativè intuitiva, sed ex qua reduplicativè habet rationem præsentis. §. Quòd si dicas, hinc posse similiter dici, quòd eadem cognitio divina sit tantum intuitiva eorum ab æterno non reduplicativè, sed specificativè, quia licet quodlibet cognoscat ut sibi physicè coexistens, & præsens in æternitate, non tamen ab æterno, sed pro sua differentia temporis.

Resp. nego sequelam, ad probat. annexam nego suppositum, quòd præsentia cujuslibet illorum, ex eo quod tantum correspondeat uni virtualitati, cui successivè, vel in tempora ex parte rei cognitæ coexistit in re sua duratio, non jam sit ab æterno contenta in superiori illa mensura tota simul, & infinita, ac proindè quòd quodlibet non jam sit præsens, at intuitibile ab æterno non solùm specificativè, vel in omni, sed etiam reduplicativè pro illa, cui correspondet sua duratio; nam si æternitas non contineret illud actu physicè ab æterno, ut sibi coexistens, nullo modo Deus cognosceret idem ab æterno, sive specificativè, sive reduplicativè, quia divina cognitio non est intuitiva nisi ratione æternitatis, qua mensuratur, & nisi secundum modum, quo res ad extra continentur in illa, & sicut earum continentia naquit in illa incipere in tempore, cum sit mensura tota simul, & infinita ab æterno, ut sæpè dictum est, nec pariter cognitio illarum intuitiva potest successivè esse, si semel ab æterno non est.

Ex hactenus dictis tria distingui possunt media, in quibus Deus certò, & infallibiliter cognoscit futura contingentia. Primum est decretum, quod ob sui infinitam virtutem, & efficaciam habet certam, & infallibilem cum illis connexionem. Secundum, causa secunda, vel inferior, non quidam prout antecedit omnem Dei determinationem, sive nudè sumpta, & secundum se considerata, ut latè ostensum est, quia prout sic non magis est determinata ad fora, quàm ad non fore eorum pro priori ad eandem determinationem, nisi velimus effectum, vel creaturam infallibiliter extituram, Deo adhuc non volente, vel ante ejus omne consilium, quod est alienum; sed ut subsunt eidem decreto, ex quo determinantur, & infallibilitantur ad productionem sui effectus, unde quando D. Thom. hic ar. 13., & alibi docet futura contingentia non posse certò cognosci in causis inferioribus, intelligendus est de his priori modo acceptis, non posteriori, nam expressè 1. cont. Gent. cap. 67. & qu. 12. de veritate ar. 10. loquens de illis, ut divinæ motioni subjectis, quæ est causalitas, vel executio ejusdem decreti, egregiè prout de more, explicat, quo modo induant infallibilitatem in ratione objecti à Deo cognoscibilis, quia non solum cognoscit futura secundum ordinem causarum præcisè secundum se, (nam prout sic sunt impedibiles,) sed etiam quantum ad ipsum exitum, vel executionem ordinis, qui prout subsunt eidem motioni divinæ, inimpedibilia est, & infallibiliter impletur, unde uno simplici intuitu videt, & ad quid causæ sunt ordinatæ, & qualiter ordo ille impleatur, (inquit ibi,) ex quo statuit infallibilitatem scientiæ divinæ in illis cognoscendis. Vid. ibidem. Tertium medium est ejus æternitas, in quo non solum certò, sed etiam intuitivè, ut dictum est, cognoscit, quia nempè æternitas ratione suæ infinitatis, indivisibilitatis, & simultatis omnia facit sibi præsentia, licet respectu propriæ eorum durationis, quæ successivè advenit, aliqua dicantur præterita, alia futura, & præsentia, undè priori loco cont. Gent. id subtiliter explicans, ratione 6. ait. *Cum dicitur Deus scit, vel scivit hoc futurum, medium quoddam accipitur inter divinam scientiam, & rem scitam, scil. tempus, in quo est locutio, respectu cujus id, quod à Deo scitum dicitur, est futurum, non autem respectu divinæ scientiæ est futurum, quæ in momento æternitatis existens ad omnia præsentialiter se habet.* Quod hìc etiam ar. 13, ad 3, exemplificat in eo, qui existens in aliqua altitudine omnes simul videt transeuntes in via, ut sibi præsentes, quos tamen non ita videt, qui vadit per illam, cum videre non possit post se venientes.

Eodem exemplo [ut in superioribus etiam diceśiamus, 1 quæst. 2. de veritate ar. 12. id totum iterum explicat, & simul egregiè conciliat contingentiam rei visæ, cum infallibilitate divinæ scientiæ, quia nempè inquit, *semper ordo divinæ cognitionis ad rem quamcunque est sicut ordo præsentis ad præsens. Quod quidem hoc modo intelligi potest, si aliquis videret multos transeuntes per unam viam successivè, & hoc per aliquod tempus, in singulis partibus temporis videret præsentialiter aliquos transeuntes, ità quod in toto tempore suæ visionis omnes transeuntes præsentialiter videret, nec tamen simul omnes præsentialiter, quia tempus suæ visionis non est totum simul, si autem sua visio tota simul posset existere, simul præsentialiter omnes videret, quamvis non omnes simul præsentialiter transirent, unde cum visio divina scientiæ æternitate mensuretur, quæ est tota simul, & tamen totum tempus includit, nec alicui parti temporis deest, sequitur, ut quidquid in tempore geritur, non ut futurum, sed ut præsens videat; hoc enim, quod à Deo visum est, futurum est rei alteri, cui succedit in tempore; sed ipsi divinæ visioni, quæ non in tempore, sed extra tempus est, non est futurum, sed præsens . . . . . sicut ergo noster visus, non fallitur unquam videns contingentia, ut sunt præsentia, & tamen ex hoc non removet, quin illa contingenter eveniant, ita Deus infallibiliter videt omnia contingentia, sive quæ nobis sunt præsentia, sive quæ præterita, sive quæ futura, quia sibi non sunt futura, sed ea inspicit esse tunc, quando sunt; Unde ex hoc non removetur, quin illa contingenter eveniant.* Et ut hujus gravissimæ difficultatis, quam alii nobis tanquam insuperabilem objiciunt, originem detegat, subdit. *Difficultas autem in hoc accidit, eo quòd divinam cognitionem significare non possumus, nisi per modum nostræ cognitionis consignificando differentias, si enim significaretur, ut est Dei scientia, magis deberet dici,*

dici; quòd Deus scit hoc esse, quàm quid sciat futurum, quia sibi nunquam sunt futura, sed semper præsentia, unde etiam Boetius libr. 5. de consolatione dicit eius cognitio futuris magis propriè dicitur providentia, quàm prævidentia, quia à porro quasi longè positus in æternitatis speculo intuetur, quamvis etiam prævidentia dici possit. propter ordinem eius, quod ab eo scitur, ad alia quibus futurum est, Ità D. Thom, Deus itaque. ut ait S. D. ita se habet in suo nunc æternitatis, sicut qui ex alta specula intuetur totam viam, & omnes in ea transeuntes, nam licet isti successivè transeant, & prior non videat posteriorem, ipse tamen aspicit omnes simul, & habet sibi præsentes, sic similiter Deus res omnes temporales, & successivas, quæ semel ingrediuntur lineam durationis, ut sunt non solum existentia, sed etiam futura, & præsentia, ut in superioribus explicatum est, habet sibi ab æterno præsentes in eodem nunc tanquam in specula æternitatis, licet istæ in duratione, vel mensura propria, utpotè finita, & successiva nequeant simul existere, sed ad invicem succedant. Et hæc de hoc Tractatu Scientiæ Dei, quem placuit paulò prolixiùs perficere, quia latam viam aperit, & explanat in posterioribus ad eorum gravissimas difficultates rectè percipiendas.



TRA-

TRACTATUS SECUNDUS
DE VOLUNTATE DEI.

DEscendimus immediatè ad materiam de voluntate, cum sit valdè affinis ad superiorem de scientia, nam quæ spectant ad illam divinarum idæarum, & ad sequentes qq. usque ad 19., plura jam in superioribus, & alibi in phylosophisicis examinata sunt, ne eadem repetamus, nec sint in tanto apud Theologos disputationis fervore, de quibus tamen præcipuè de Idæis videri etiam potest D. Thom. quæst.3. de veritate, in 1. dist.36. quæst.2.; 1.Cont. Gent., & Quodlib.8. q.1. a.2. Dividimus autem præsentem Tractatum in quatuor disputationes, in 1. agemus de existentia divinæ voluntatis, in 2. De objecto, & libertate divinæ volitionis, in 3. de voluntate antecedenti, & in 4. de consequenti.

DISPUTATIO PRIMA.

De pertinentibus ad existentiam voluntatis divinæ.



E voluntate Dei disputant Scholastici, cum Magistro in 1. dist.45., & cum D.Thom. in præsenti quæst.19. per totam, & 1. cont. Gent. cap.62., & q.23. de veritate. Duo autem principali er in; ... us, aliquid etiam dicturi in fine de existentia appetitus naturalis in Deo, & de identitate velle Dei cum esse ejus. Primum ergo, & principale est circa efficaciam rationis D. Thom. ad probandum existentiam voluntatis in Deo. Secundum, an in voluntate Dei admitti possit ratio actus primi distincta ab actu 2. volendi additis in fine pluribus Corolariis.

QUÆSTIO PRIMA.

An sit efficax ratio Div. Thom. ad probandam existentiam voluntatis in Deo.



I NDeo dari volontatem supponimus, ut certum de fide, & probat D.Tho. inter alia Scripturæ testimonia ex illo ad Rom. 12., *ut probetis, quæ sit voluntas Dei*. Quod etiam est notum lumine naturali, quia istud cognoscit tanquam principium per se notum, ut patet ex superioribus, Deo attribuenda esse prædicata perfectissima, sed inter hæc certum est esse voluntatem, sive appetitum rationalem, tum quia est perfectio simpliciter simplex, tum quia perfectior modus operandi in agentibus est operari per voluntatem, quàm per aliam quamcunque qualitatem, vel virtutem, simul cum intellectu, ut supponitur, nam agens per voluntatem non solum dominatur suprà effectum, sed etiam supra actionem propriam, quia est Dominus suæ actionis, cum ergo Deus sit perfectissimus non tantom in gradu essendi, sed etiam in illo operandi, tenemur omninò fateri in illo esse voluntatem.

Difficultas autem est circa rationem, qua D.Tho. in corp. probat hanc veritatem, & proponitur sic: Omne intellectivū est volitivum, sed Deus est intellectivus, ergo est volitivus: mi. cum con seq. patent, & latè constat ex dictis supra ad quæst.14. ma. verò, quæ est fundamentum, prob. ex proportione ad res naturales. Nam sicut res naturalis est in actu per suam formam naturalem, ita intellectos per suam intelligibilem, sed ad formam naturalem sequitur appetitus ionatus, vel natoralis, ergo ad intelligibilem sequetur rationalis, vel elicitus, scil. voluntas: ma. non probat D. Thom., quia videtur certa lumine naturali, cum unumquodque in suo genere constituatur per formam propriam: mi. verò prob. ab eodem, quia quælibet res naturalis habet hanc habitudinem ad suam formam naturalem, ut tendat ad illam, quando non habet, & quiescat in illa, quando habet, & idem est de qualibet perfectione naturali, quæ est bonom naturæ, sed hæc habitudo vocatur appetitus naturalis, ergo ad formam naturalem sequitur appetitus innatus, vel naturalis, ergo cum hoc sit commune omnibus generibus, quod

res tendat in bonum, quod est propria perfectio, quando non habet, & quiescat, quando habet, natura intellectualis hanc habitudinem habebit ad bonum aprehensum per formam intelligibilem, & consequenter voluntatem, vel appetitum rationalem.

Hanc rationem D. Thom. Vasquez num. 16. existimat esse in efficacem, & solum per illam voluisse D. Thom. non tam conclusionem demonstrare, quàm debita quadam proportione, & congruentia explicare appetitum rationalem in natura intelligente ex naturali appetitu in rebus naturalibus, quòd sicut naturalis, qui in omnibus rebus naturalem formam consequitur est quædam propensio ad perfectionem, & bonum naturale, ità rationalis, qui sequitur cognitionem sit propensio quædam, & inclinatio ad bonum intelligibile, vel aprehensum, aut cognitum, unde appetitus rationalis, aut animalis, quia cognitionem sequitur, dicitur elicitus, sicut & qui præcisè formam, naturalis.

§. I.

Statuitur prima conclusio.

Ratio D. Tho. est demonstratio. Ut rectè, & efficaciter probetur concl. assumimus præfatum syllogismum. Omne intellectivum est volitivum, sed Deus est intellectivus, ergo est volitivus. §. prob. esse demonstrationem; nam conseq. est optima, ut potè in prima figura absque defectu, ut statim constabit, & præmissæ sunt notæ lumine naturali, & causa conclusionis ergo est demonstratio; cons. tenet, & ant. quoad 2. part., quòd scil. Deus sit intellectivus per se patet, ut vidimus q. 14. quoad 1. verò, nempè, omne intellectivum esse volitivum sit lumine naturali notum, prob. deducendo ad impossibile; nam si illa propositio univarsaliter vera non est, & nota lumine naturali, sequitur, quòd hæc possit aliquando esse vera, scil. aliquod intellectivum non est intellectivum, conseq. est implicatorium, quia esset, & non esset tale, ut patet, ergo, prob. sequela, nam bene stat aliquod intellectivum non esse volitivum, ergo bene stabit aliquod intellectivum non esse intellectivum; ant. supponitur, si tamel prædicta propositio non est universaliter vera, ità ut saltem de potentia absoluta dari possit in opposita sententia aliquod intellectivum non volitivum; cons. verò prob., nam intellectivum non volitivum est intellectivum non ostansivum boni intelligibilis, sed intellectivum non ostensivum hujus boni est intellectivum non intellectivum, seu non habet essentiam intellectivi, ergo dari posset intellectivum, non intellectivũ, cons. tenet. ma. etiam constat, quia in intellectivo non volitivo nequit admitti, imò est impossibilis voluntas, quam assentialiter connotat intellectivum, quod est ostensivum boni, cum voluntati fiat ostensio boni, ergo intellectivum non volitivum nequit esse ostensivum boni, quod est, proprium objectum voluntatis, nam ubi est impossibilis terminus alicujus habitudinis est etiam impossibilis habitudo specificata ab illo. Mi. autem prob., quia intellectivum non ostensivum boni, est intellectivum non attingens bonum practicè, sed repugnat hujusmodi intellectivum, ergo intellectivum non ostensivum boni asset intellectivum non intellectivum, seu non habens essentiam intellectivi: ma. constat, quia esse ostansivum boni est attingere, vel intelligere bonum secundum quòd est connvaniens, vel disconveniens ad appetandum, & consequenter practicè, ergo non esse ostensivum boni est attingere illud, vel non intelligere practicè; mi. verò prob., quia de ratione intellectivi est intelligere omna bonum, qua ratione probat infrà D. Thom. q. 79. ar. 11. eandem esse indivisibilem potentiam, intellectum practicum, & speculativum: & præterea constat àpriori, nam de ratione intellectivi est intelligera omne verum, ergo pariter est de ratione illius intelligere omne bonum, cum bonum sit quoddam verum, & omne varum sit quoddam bonum: tum quia aliàs omna bonum non esset intelligibile, nec omne verum appetibile, ut advertit ibi D. Tho. ad 2.

Dices posse Deum saltem de potentia absoluta creare intellectivum purè spaculativum, & nullo modo practicum, in quo nulla apparet repugnantia, & consequenter intellectivum non volitivum, vel non ostensivum boni, quia ad intellectivum purè speculativum non sequitur necessariò volitivum, nam ex eo. quòd bonum cognoscatur tantum speculativè non resultat aliquod motivum respectu voluntatis, quod erat necessarium, ut indispensabiliter consequeretur volitivum, vel appetitivum rationale, sicut si modo noster intellectus tantum intelligeret quidditatem hominis sistendo in hac pura consideratione ejus, nunquam moveretur voluntas ad aliquid appetendum, quia ad cognitionem purè speculativam non ad practicam non sequitur aliquis appetitus, vel actus voluntatis, & ità ex eo quòd detur aliquod intellectivum non volitivum non sequitur dari aliquod intellectivum non intellectivum.

Sed contra hoc est, & in primis jam habemus, quòd saltem de facto repugnet dari intellectivum non volitivum, cum de facto non detur hujusmodi intellectivum non volitivum, & nullo modo practicum, ac proinde de facto, vel ex natura rei tale intellectivum non volitivum esset intellectivum non intellectivum. §. Deinde insto supponendo secundum D. Tho. ibi, & varitatem, intellectivum practicum, in hoc tantum distingui à speculativo, quòd practicum ordinat bonum aprehensum ad opus, & propterea dicitur operativum, speculativum verò sistit in contemplatione veritatis, quod non diversificat essentialiter intellectivum, ut probat D. Tho. in corp., nam hujusmodi rationes accidentaliter se habent ad rationem objectivam intellectus, sicut parvum, & magnum, ob ejus scil. amplitudinem, ut in superioribus explicatum est q. 12. ad arr. 2. §. Ex quo arg. sic. Implicet dari intellectivum impotens ordinare aprehensum ad opus, ergo implicat dari intellectivum non practicum; cons. tenet, quia intellectivum non practicum est impotens ad sic ordinandum illud; ant. verò prob., nam intellectivũ impotens ordinare aprehensum ad opus est, est impotens intelligere aprehansũ esse ordinabile ad illud, sed implicat hoc intellectivum sic impotens ergo. Mi. cõstat, quia intelligere aprehensum esse ordinabile ad opus est intelligere passivam ajos ordinabilitatem ad illud, sed repugnat dari intellectivum impotens intelligere hanc passivam potentiam ordinabilitatis, cum pertineat ad objectum intellectus, sicut & quolibet aliud verum, nisi etiã velimus quòd bonum aprehensum non sit ordinabile ad opus,

 quod

quod est alienum, ergo. Ma. autem prob., quia intelligere aptehensum esse ordinabile ad opus, & de facto ordinare illud per intellectionem, differunt tantum sicut actus, & potentia, vel accidentalitet se habent ad rationem objectivam intellectivi, ergo intellectivum impotens ordinare aprehansum ad opus est impotens intelligere esse ordioabile ad illud.

Dices huic teplicæ, sicut & principali argumento, nos petere principium, quia supponimus dari voluntatem, quod erat probandum; nam actus prefticus intellectivi, seù intellectus supponit actum practicum voluntatis, à quo habet, quòd sit practicus, & quòd possit movere illam. §. Sed contra hoc est. Nam licet ità sit de aliquo acto intellectus comparative ad alium voluntatis, non tameo de omni, cum nihil sit volitum quin præcognitum, ut suppono ex communi consensu, & tradunt D. Tho., & Aug., & constabit infrà de prædestinationa anumerando utriusque actus, & latè etiam ostenditur p.a.; ergo deveniendo ad primum, falsum est intellectum practicum supponere voluntatem, vel primum hujus actum ad omnem intellectus. §. Expl. hoc. Nam licet ità sit, quòd actus practicus consilii, & judicium practicum supponant actum intentionis voluntatis, & imperium supponat electionam, tameo actua intellectus dirigens practicè actum voluntatis, qui est intellectio, vel saltem actus amoris simplicis complacentiæ, non potest supponere aliquem allum voluntatis, a iis procederemus in infinitum in causis subordinatis, cum quemlibet actum voluntatis præcedat aliquis actus intellectus practici, ut potè nil volitum, ut dictum est, quin præcognitum. De actu ergo intellectus dirigeote actum inteotionis, vel primum actum voluntatis procedit argumentum, nam iste est actus intellectus practici, & tamen noo supponit actum voluntatis. ergo falsum est nos supponere probandum, aut quòd intellectus practicus supponat voluntatem, & consequenter fiat petitio principii. §. Denique impugnaotur hæc omnie, & simul urg. principale fundamentum, nam bonum aprehansum esse ordinabile ad opus est eliquod objectum prout sic simpliciter cognoscibile, & appetibile intrà lineam practicam, ut per se patet, ergo tenemor omninò assignare illi potentiam simpliciter cogaoscitivam, & appetivam intra hanc lineam; at non est alia assignabilis nisi intellectus practicus, cui correspondeat voluntas, vel appetitus rationalis, ergo impossibile est dari intellectum purè specolativum, non practicum, vel sine sequela, eut illatione appetitus rationalis ad se ipsum; hæc posterior cons. cum min. subsumpta per se iterum patent; at etiam est manifestum; tum quia ita de facto est ordinabile, & ordinatur ad opus; tum quia in nulla suppositione, sicut non amittit rationem veri, ità neqnit emittera rationem boni appetibilis, sed bonum appetibile per se ab intrinseco, ut pote pertinens ad lineam practicam, est ordinabile ad opus, ergo est cognoscibile, & appetibila, ut tale: prima verò conseq. licet sit etiam de se manifesta, cum cuilibet objecto correspondeat sua potentia dicans habitudinem ad illud; præterea prob. à simili; quia repugnat dari objectum scibile simpliciter, non assignata illi scientia, quæ versetur circa illud, qua ratione, ut vidimus in logicis, tenemur omninò assignare scientiam, quæ per se tractet de ente rationis, quie licet sit ens diminutum, & deficiens in linea entis, est tamen scibile simpliciter ob necessariam cum suis passionibus coonexionem, in qua fundatur scibilitas simpliciter, ergo si bonum sic aprehensum est cognoscibile simpliciter intrà lineam practicam, & consequenter appetibile, teoemur indispensabiter assignare illi utramque potentiam. Et ratio omnium est, quia sicut potentia, (& idem de habitu, vel scientia, ut potè ralativum transcendentele, dicit habitudinem essentialem ad sui objectum, taoquam ad specificativum, & finem, ac proinde impossibile est, quòd præscindat ab ordine ad illud, & quòd nullius objecti sit potantia, & consequenter, quòd etiam præscindat à se ipsa, vel à sui essentie, cum in tali habitudine, vel ordine consistat, ut ibidem in logicis explicatum est; ità pariter est impossibila, quòd objectum in ea ratione, vel linea, in qua est objectum, quòd nullius poteotiæ sit objectum, vel fiois.

Præterquàmquod licet daretur per impossibile in nobis, vel iotelligente creato, quòd ob sui finitatem, aut limitationem posset intellectus speculativus præscindere à ratione practici, sive dari intellectivum speculativum non practicum, non tamen in Deo, in quo sicut idem indispensabiliter est potentia, & essentia, & iotellectus, & voluntas, & sapientia, & justitia, ità ratio intellectivi speculativi, & practici, unde sicut hac ratione ut in simili discurrit D. Tho. infrà q.25.ar.5. ad 1. nihil potest esse in potentia Divine, quòd non possit esse in voluntate justa ipsios, & in intellectu sapiente ejus, ità nihil poterit esse in iotellectu speculativo præcisivè à practico, sive ratio intellectivi speculetivi in Deo noo practici; eminenter enim est utraq. perfectio, à qua deficere non potest: ex qoo etiam supra in proœmialibus diximus Theologiam nostram esse simul speculativam, & practicam, quia est participatio Divinæ scientiæ, quæ est simul eminenter utrumque; undè impossibile est in Deo, (esto admitteretur in creatis) dari iotellectivum non appetitivum, vel volitivum, sed tunc aliter, sive ex altiori principio ex superioribus formanda esset ratio ad intentum, nempè. In Deo est necessariò admittenda omnis perfectio, sed intellectivum fundans volitivum, vel necessario cum illo connexum, est maxime perfectio, ergo est necessario admittendum in illo, ac proindè voluntas; utraque cons. tenet, & præmissæ, ut constat, sunt iterum notæ lumine naturæ.

Secundò prob. concl., & urg. præcedens ratio cum suis replicis. Nam voluntas ex sua natora est propria passio naturæ intellectivæ, ergo nequit dari intellectivum, quod volitivum non sit; ant. constat, cum appetitivum nequeat habere rationem primi in linea intellectuali, sed sit ex propriis inclinatio ad bonum apreheosum, vel cognitum, ac proioda de linea consequentium in eadem linea, nisi etiem velimus dari volitivum non intellectivum, quod est alienum, ergo cum noo sit alia assignabilis radix, erit propria passio naturæ intellectivæ; cons. verò prob. natura in universum radicans eliquam proprietatem, nequit saltem exigitivè esse sine illa ob necessariam connexionem ioter radicem, & sui proprietatem, ergo si semel voluntas est passio consequens, ad naturam intellectualem, impossibile est verificari, aut dari intellectivum sine volitivo, & maxime in Deo, ubi proprietates, vel attribute, ut potè actus puri non salvautur cum sola exigentia absque

quæ exercitio, sive ultima actualitate, quidquid sit in creatis, ubi exercitium impediri potest, quamvis in his etiam ob eandem connexionem necessariam, fundantem propositionem æternæ veritatis, perpetuò unum sit affirmabile, vel affirmandum de alio; nec oppositum est intellegibile sine destructione radicis, cum respectu illius continentiæ suarum proprietatum sit prædicatum essentiale, unde impossibile est, ut alibi ostendimus, quòd salve identitate radicis, seu eadem essentialiter perseverante possit deficere aliqua ejus proprietas etiam secundum continentiam. Et hac ratione etiam dicimus infrà, quòd pereunte aliquo, vel uno tantum possibili non remaneret omnipotentia ejusdem rationis, sicut modo est, quia cum continentia illius sit prædicatum ejus essentiale, deberet omninò intrinsecè variari, & non purè extrinsecè ex parte termini.

Expl. totum hoc, quia non stat voluntatem radicari, aut se qui ex propriis ad naturam intellectualem, & non exigi, aut sequi necessariò ad potentiam intellectivam, ergo nec stabit dari intellectivum, non solum radicale, sed etiam proximum non volitivum, sive non ostensivum boni, conf. tenet, quia nequit dari extremum necessariò connexùm cum alio, aut necessariò exigens illud, isto pereunte, ut patet in relativis, & aliis hujusmodi: ant. etiam constat, quia potentia intellectiva est prima passio naturæ intellectualis, sed prima passio connectitur cum cæteris ejusdem naturæ, vel radicis, tanquam cum propriis perfectionibus illius, omnes enim determinatè, & indivisibiliter sunt institutæ in ornatum, & officium suæ radicis, à Deo, ut dicebamus; unde si una tantum deficeret, jam non subsisteret ampliùs eadem specificè radix, vel natura, cujus sunt proprietates, quia jam deficeret aliquod ejus prædicatum essentiale, scil. continentia talis proprietatis, unde communiter dicimus, quòd essentiæ rerum sunt sicut numeri, quibus si una tantum substrahatur unitas, vel super addatur, statim solvitur ejus species, & fit transitus ad aliam, quia nempè sicut numerus constat indivisibiliter determinatis unitatibus, quibus non potest fieri additio, vel diminutio salva ejus specie, ità quælibet essentia indivisibiliter constituitur tot determinatis prædicatis, quorum si unum subtrahatur, vel superadd atur, jam non manet ampliùs talis essentia, vel naturæ ejusdem rationis, sicut anteà erat, & quidem in creatis, ob earum finitatem, vel limitationem; in Deo autem ob ejus summam perfectionem, & actualitatem. Et hoc est, quod intendit vera sententia asserens, omne intellectivum esse volitivum ob necessariam connexionem cùm isto, & maximè in Deo, in quo, ut dictum est, non habet locum quæstio illa, utrum propriè passio, vel proprietas, saltem de potentia absoluta sit separabilis à sui radice, vel essentia, cum sit essentialiter actus purus, & intrinsecè consequenter invariabilis, vel immutabilis.

§. II.

Statuitur Secunda conclusio, simulque examinantur propositiones. D. Thomæ.

RAtio D.Tho. non solum est congruentia, aut paritas proportionalis, sed evidens argumentum procedens ex principiis intrinsecis intellectos, & voluntatis. Hanc conclusionem, licet ferè eadem sit cum priori, nihilominus eam statuimus ad pleniorem ejusdem intelligentiam, & ut magis ex propriis, sicut jam insinuavimus, eam corroboremus: & placet eandem rationem aliter ponere cum D.Th. infrà q.80. ar.1. in corp. sic. Ad formam intelligentium sequitur aliqua inclinatio, sed non alia nisi volontas, ergo voluntas sequitur ad intellectivum, seu ad formam intelligentium, ac proindè omne intellectivum est volitivum, utraque conf. tenet; ma. est per se nota lumine naturali, nam quælibet natura appetitit bonum proprium ad sui conservationem, ac proindè inclinatur ad illud, mi: verò prob., appetitus consequens ad formam intelligentium est elicitus, ergo est voluntas, ut potè permanens, & principium appetitus eliciti; conf. iterum tenet, quia inclinatio & appetitus consecutus ad formam permanentē est sicut ipsa forma indesinenter appetens proprium bonum, ad quod inclinatur: ant. autem prob., quia inclinatio, vel appetitus consequens ad formam intelligentium altior est, & perfectior consequente ad formam naturalium, ut patet, cum debeat proportionari suæ formæ, sed nequit esse altior, & perfectior nisi sit elicitus, ergo: prob. mi., tum quia non est altior assignabilis, nisi sit elicitus, cum duplex sit tantum appetitus, scil. innatus, & elicitus: tum quia innatus non extenditur nisi ad proprium esse determinatum, elicitus verò consequens ad formam, vel naturam intelligentium extenditur ad omne aprehensum, præter esse proprium naturale, ergo est elicitus. Ex ratione sic proposita constat, quàm solidè ac demonstrativè procedat D.Tho. hic, & non ex pure proportione, sed ex principiis intrinsecis, & prædicatis essentialibus utriusque naturæ, scil. intellectualis, vel cognoscentis, & non cognoscentis; & appetitus tam naturalis, & eliciti, ut requiritur ad optimam demonstrationem.

Sed ut hoc magis appareat, placet probare singulas propositiones D. Thom. Prima est intellectus habet esse in actu per propriam formam intelligibilem, quæ prob. sic. Quælibet res in universum constituitur in sua specie per aliquam formam, sed non est alia imaginabilis constituens intellectum in actu secundum sui habitudinem specificam, nempè ad sui specificativum, vel objectum, quàm forma, vel species intelligibilis, ergo. Mi. latè constat ex dictis supra quæst.12. ad ar.2., & præterea etiam prob., nam species alicujus generis per formam ad idem genus pertinentem constitui debet, ergo intellectus in genere intelligibili nequit per aliam formam constitui, quàm per speciem intelligibilam.

Dices in hoc genere non solum reperiri speciem, sed etiam intellectionem, & per istam magis esse constituendum, quàm per illam, cum sit propria ejus

 actu-

actualitas reducens de potentia ad actum,

Contra, Quamvis intellectio constituat intellectũ in actu, non tamen ut actualitas prima, sed ultima, & per modum actionis, sed actio supponit jam agens constitutum in sua specie, ergo, Ma. patet, quia intellectio est per modum existentiæ in genere intelligibili activo: & hinc etiam prob. mi. Nam existentia rei supponit rem constitutam in sua specie, & solum tribuit illi ultimum complementum per modum ultimi actus in genere magis efficienti, quàm formali, vel specifico, ergo intellectio non constituit, sed supponit intellectum constitutum in specie secundum sui primariam habitudinem, vel specificam per speciem intelligibilem, tanquam per formam specificam illius generis, Species enim in hoc genere sumitur ex primaria habitudine, ad objectum, cujus est vicaria species, ut latè alibi, & supra ostensum est.

Secunda propositio est, Ad formam naturalem sequitur hæc inclinatio, ut quando non habet sui perfectionem tendat in eam, & quando habet, quiescat in illa, & idem est de qualibet perfectione naturali, quæ est bonum naturæ, quæ prob. sic, Cuilibet enti competit appetere, vel inclinari ad bonum, quod est connaturalis perfectio, & conservatio sui esse, sed hæc inclinatio in absentia ejus est per modum desiderii, & in possessione ejus per modum gaudii, & quietis, ergo quando non habet tendit ad sui bonum, vel perfectionem, & quando habet, quiescit in illa; conseq. tenet, quia in hoc tendentia distinguitur à quiete, quia illa dicit carentiam termini, hæc verò possessionem, vel tentionem illius. ma. est notissima, quia nihil magis connaturale est rei, quàm appetere conservationem sui. Tum quia inclinatio rei, ad aliquid indispensabiliter terminatur, sed non ad contrarium, cum magis sit pugna, & resistentia ad illud; neque ad indifferens, quod scil. neque est perfectio, neque contrarium, nam ad hoc habet tantum non repugnantiam, ergo erit ad bonum, quod est connaturalis perfectio.

Dices esse de subjecto non supponenta, quòd res tendat ad formam, quando non habet, nam prout sic supponitur esse, antequam sit, quia cum res constituatur per suam formam, implicat, quòd res jam sit, antequam habeat illam, aut quòd non habens tendat ad eam, §. Sed contra hoc est, & in primis propositio D. Thom. habet duas partes, primam, quòd res tendat, quando non habet, secundam, quòd quiescat, quando habet, ergo stando in subjecta materia efficaciter probat suum intentum, prob. conseq. quia Deus perpetuò possidet omnem sui perfectionem. §. 2. Insto pro prima parte. Quia ad salvandam veritatem illius satis est quòd forma absit sub modo convenienti, ergo quando non est conveniens modus habendi optimè verificatur tendere ad illam, ant. patet in igne tendente in suam formam, quando illam habet extra spheram, vel locum superiorem, & ratio est, quia tunc solum dicitur haberi forma simpliciter, quando possidetur sub modo convenienti. §. 3. Nam D. Thom. subdit, & idem est, de qualibet perfectione naturali, quæ est bonum naturæ, ergo adhuc in habente formam salvatur appetitus per modum tendentiæ, prob. conseq. quia licet res non tendat in propriam formã, tendit tamen in perfectionem sibi connaturalem, quando non habet, & hoc etiam maximè facit ad intentum D. Thom., nempe quòd voluntas tendat in bonum aprehensum quod est perfectio naturæ, quando illud non habet, & quiescat in eo, quando habet,

Præterquàm quod ad verificandam propositionem D. Tho. etiam in ordine ad formam semper præsentem satis est sensus conditionatus, scil. quòd est conditio, vel natura cujuslibet rei, quòd ita vehementer exigit, & quiescit in propria forma, quòd si eam non haberet, impetu quodam tenderet ad illam, cum sit bonum conservativum sui, quod satis etiam urgenter, vel à fortiori juvat ad præsens intentum, vel in casu, in quo contraditor posse voluntatem deesse naturæ intellectivæ, cujus est bonum tam excellens, ut statim etiam constabit,

Tertia propositio est, Natura intellectualis similem habet habitudinem ad bonum aprehensum per formam intelligibilem. Ut probetur supponendum est, quamcunque potentiam, sive ordinis naturalis, sive intelligibilis appetere perfectionem propriam appetitu innato, hoc est, ad quam inclinatur ex sua forma naturali, & quidem de rebus naturalibus nulla potest esse difficultas, nam quia ignis ex propria forma inclinatur ad locum superiorem appetitu innato appetit illum, & idem est proportionabiliter in potentia intellectiva, quæ etiam ex propria forma & ex merito naturæ intellectualis inclinatur ad intelligendum appetitu innato juxtà illud, omnis homo naturaliter scire desiderat, & similiter volitiva ad volendum, ex quo tamen non licet inferre, quòd appetitu innato etiam tendat ad bonum aprehensum, nam ad bonum sub aprehensione, non inclinatur ex forma naturali intellectus, aut naturæ intellectualis quasi per modum naturæ, (sic anim ut dictum est, inclinatur ad intelligendum) sed appetitu elicito, secundum quòd est potens ex meritis suæ formæ fieri alia à se, unde sicut voluntas, ut alibi vidimus, consideratur, & ut natura est, & ut facultas libera, ita intellectus, & ut natura est, & ut cognoscens, vel actuatus specie intelligibili, primo modo tendit veluti determinatè ad unum, Secundò verò ad omne aprehensum appetitu elicito, unde etiam intelligere, secundũ quòd aprehenditur ut bonum naturæ cadit sub hoc posteriori appetitu, & non sub innato.

Ex his facilè prob. propositio. Quia ut supra dicebamus, quælibet res in universum tendit per suam formam ad perfectionem, quæ est proprium bonum naturæ, ergo natura intellectualis carere nequit hac habitudine ad bonum aprehensum per formam intelligibilem, ut quando habet quiescat, & quando non habet, quærat illud, ad vel maximè quòd perfectior sit cœteris, ac proindè urgentiùs inclinatur ad id, quod est de linea perfectionis sui, conseq. tenet, quia bonum aprehensum per eandem formam, utpotè proprium objectum, est bonum, vel maxima sui perfectio.

Dices ità esse, sed hinc non colligi appetitum elicitum, sed solum innatum, quia sicut ad formam naturalem, quia per illam res tendit, quando non habet, & quiescat quando habet; sequitur appetitus innatus, ita ad formam intelligibilem similis habitudo consequi debet ex hoc præcisò motivo. §. Sed contra hoc est, & in primis ad formã intelligibilem, ut vidimus, altior appetitus consequi debet juxtà meritum, & perfectionem formæ, 2. Quia ut constat ex superioribus, forma, vel species intelligibilis, non consideratur præcisè ut accidens intellectus in puro genere entis, secundum quòd ponitur in prædica-

dicameato qualitetis, vel præcisé ad ornetum naturæ, sed ed exercitium in geoere intelligibili ut repræseotative est boni ed extre, quod est formale munus illius, & ratione cujus determinatur objectivè intellectus, ut sit ptuximè intellectivus secundum habitudinem specificam ad illud, ad quod antea non non erat sic determinatus ed illud intelligendum, ut explicatum est, sed hic appetitus consequens ad formam intelligibilem non est iunatus, sed elicirus, ergo, prob. mi. Quia prout sic non sequitur tanquam passio, & proprietas secundum determinationem ad unum, ut sequitur innetus, sed secundum amplicudinem ed posse omnia fieri, ergo non est innatus,

Explic. hoc. Appetitus innatus non sequitor ad formam, nisi forma determinet subjectum ad unum esse, ut patet ioductivé, led forma intelligibilis non sic determinat ad unum esse, nisi materialiter sumpta, & in genere entis, ergo, prob. mi. Quia in genere intelligibili pro formali non sequitur ex propriis ad formam substentialem oaturæ intellectualis ut ejus proprietas, sed aliundé venit ex objecto, vel ecquiritur ex parte ejus, ergo in hoc genere non coarctatur ad daodum esse determinetum, sicut forma, ad quam sequuntur propriæ passiones, sed amplissimè extendit in genere cognitionis ad qoodlibet verum tanquam ad perfectivum neturæ cognoscenris, ergo est elicitus, sive altiori modo consequens, quàm purus innatus, conseq. tenet ex dictis ad ar. 2. quæst. 12.

Dices, dato etiam, quòd seqoatur elicitus, non propteree inferri, quòd sit ad bonum ad extra ab iotellectu eprehensum, sed solum ed speciem intelligibilem, cum sit ab illo distincte. Vel hoc etiam admisso tantum colligi, quòd sit ed bonum aprehensum in esse iotelligibili, non ut est in se, & à parte rei. §. Sed conte hoc est. Nam idem est ferri ad speciem intelligibilem, ut repræsentantem, & ed bonum ut repræsentatum, ergo si semel est ad speciem non poterit non esse ad bonum eprehensum; ent. coostat ex dictis ad eundem ar. 2., & in 2. de anima. Quia species intelligibilis in hoc genere identificatur cum objecto, ut toties dictum est, joxtà illud axiome, ex potentia, vel conceptu, & objecto fit magis unum, quàm ex materie, & forma, nam ex his sic fit unum, ut resultet tertium, & partes meneant realiter distinctæ, in hoc verò genere extrema transeunt in unum per identicatem, ut ad prædictum er. 2. explicatum est. §. 2. Impugnetur solutio, edmisso eriam, quòd neque species identificetur cum objecto, ut tenet Illustriss. Godoy, nam in nulla sententia negari potest, quòd species intelligibilis sit vicaria objecti, cum istud secundum se, eut secundum suum esse naturalè uniri nequeat intellectui, ut dictum est, & patet, sed solum intelligibiliter, & repræsentativè media specie, ergo non poterit inclinatio terminari ad speciem præcisivè ab objecto repræsentato per illam, sicut in simili dicimus non posse edorationem terminari ad imaginem repræsententem suum Prototypum præcisivè ab isto ut repræsentato per illam. §. 3. Et simul impogoatur id, quod subditur de objecto in esse repræsentativo, & secundum se, Nam intellectus ut practicus non solum repræsentat, eut proponit objectum, sed etiam illius convenieotiem secundum quòd existit à perte rei, quie in hoc distinguitur à purè speculativo, quòd ostendit ejus bonitatem, ut convenientem, vel non coovenientem naturæ, eut ut assequibilem, ergo inclinatio consequens ad speciem intelligibilem secundum quòd est principium actus intellectus prectici, vel practicè determinaos illum objectivè, non solum præscindere nequit ab objecto, vel bono eprehenso quesi speculativè, sed etiam precticè secundum bonitatem illi convenientem secundum se, aut ut est à parte rei,

§. III.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. contre utramque conclus. impugnendo primam ratinnem. Nulla infertur contradictio ex eo, quòd negetur omne intellectivum esse volitivum, prob. entec. si alique sequitur maximè edducta scil., quòd aliquod intellectivum oon esset intellectivum, sed hæc non iofertur, ergo nulla, prob. mi. non minus ed cognnscitivum sensitivum sequitur appetitivum sensitivum, quàm sequarur volitivum ed intellectivom, sed respectu prioris cognoscitivi non infertur talis contradictio ex eadem negatione respectu illius, ergo nec inferende est respectu posterioris; prob. mi. nam de secto sensus exteriores sunt cognoscitivi, & tamen ebsque omni contradictione negamus esse appetitivos, ergo; mi. constat, quia ad sensus exteriores, vel ad eorum cognitiooem nullus sequitur appetites animalis, sed solum ad illam interiorum, ut supponimus ex lib. de anima, ergo.

Ad hoc dico in primis solvendum esse eb omnibus, quie non solum probet de possibili, ut præcipuè contendirer in casu, sed etiam de facto, ut patet, unde etiem de facto, nullus sequeretur apperitus rationelis ed cognnscitivum intellectivum, cujus oppositum, ut dictum est, supponimus de fide, dari nempè in Deo voluntetem. Sed præterea nego anc. ad prob. nego mi., ad illius prob. nego iterum mi., & ed ejus prob. nego pariter mi., & ad prob. dist. ant. nullus sequitur appetitus exterior, conc., interior correspondens tam sensibus inreriorıbus, quàm exterioribus, nego, vel aliter dist., nullus sequitur immediatè, conc. mediatè nego, nam licet sensui exteriori non correspondeat, immediatè appetirus distinctus eb interiori, adhuc temen aliquis ei correspondet, scil. interior saltem mediatè, quòd satis est ad veritarem propositionis D. Thom., quòd omne inrellectivum sit volitivum, quie sic generaliter salvatur, quòd omne cognoscitivum sit etiam sensitivum, sive per sensum exteriorem, sive interiorem fundet, vel exigat aliquem appetitum, quidquid sit quòd non multiplicent illũ à toto genere sensitivi, & facta compararione inter unum, & alium seosum, sed sufficit, quòd habeant illum contrepositivè ad superius intellectivum, quie licet hujusmodi sensus distinguantur formaliter inter se comparetivè ad sua peculiaria objecta, hæc temen diversitas materialis est comparativè ad ratinnem cognoscitivi per sensum, sicut in simili dicebamus de diversitate habituum scientiarum, quæ licet sit formelis inter se, ob diversitetem suorum objectorum, meterialis temen est comparetivè ad rationem intellectivi, vel ad intellectum, unde non est necesserium, quòd quillibet exigat distinctum appetitum, sed petest idem correspondere utrique sensui, cum sint conexi, & unus alte-

alteri subordinatus, ac proindè utrique deservire potest, de quo in lib. de anima.

2. Arg., & potest esse replica, impugnando 2. rationem ex eodem D. Thom. Potest dari aliquod judicium intellectus non habens connexionem cum aliquo actu voluntatis, neq; exigens illũ, ergo ex merito connexionis non infertur omne intellectivũ esse volitivum, vel omne cognoscitivum esse appetitivum, prob. ant., nam si Deus decerneret non concurrere ad aliquem actum voluntatis, & hoc decretum revelaret Angelo, & tunc iste formaret hoc judicium, Deus concurrit ad aliquem actum voluntatis; illud judicium non esset connexum cum tali actu, ergo prob. mi., quia supposito eodem decreto talis actus esset impossibilis, tum quia tunc teneretur judicare esse impossibilem, cum Deo non volente nihil esse possit, ergo prædictum judicium magis connectitur cum impossibilitate talis actus, quàm cum existentia aut possibilitate ejus.

Ad hoc dico in primis esse iterum solvendum à Contrariis in propositione illa, homo est risibilis, nam etiam si Deus similiter decerneret non concurrere ad risum hominis, & hoc Angelo revelaret, non propterea formare posset judicium oppositum eidem propositioni, neque aliquis unquam negabit illam in quacunque suppositione decreti, vel revelationis, cum sit æternę veritatis. Quid ergo ipsi dicent ad salvandam in hoc casu veritatem illius, & connexionem utriusque ejus extremi, dicemus, & nos ad salvandam veritatem, & connexionem in casu.

Sed prætereà respondetur admittendo priùs tale judicium, & decretum esse revelabile, quod tamen alii negant, licet reverà nullum videatur sequi inconveniens ex eadem revelatione contra veritatem, quæ fundatur in sequela necessaria unius ad ad aliud, & non dependeant à concursu libero Dei, sed nostro modo intelligendi dicantur prævenire illum, unde si Deus nullam decrevisset producere creaturam, adhuc subsisteret veritas talium propositionum.

Illo ergo admisso resp, nego antec., ad prob. nego mi. Ad 1. prob. dist. ant., esset impossibilis, impossibilitate ab extrinseco proveniens, vel actualis sequelæ, transeat, impossibilitate ab intrinseco, vel ex defectu necessariæ connexionis, nego ant., & conseq., nam veritas illius fundatur in hac connexione necessaria, unde nunquam impeditur ob defectum aliquam coucursus liberi, ex quo solum sequi non posit; aut poni in re: & tunc etiam ad 2. dico non posse aliter judicari impossibilem ab Angelo, scil. judicio cadente solum suprà factum, non suprà connexionem, quæ cum necessaria sit etiam pro priori ad quemlibet concursum liberum, nunquam potest falsificare veritatem fundatam in illa, unde perpetuò erit verum, quòd omne intellectivum est volitivum, quia istud sequitur ex principiis intrinsecis intellectivi, ac proindè necessariò exigitur ab illo, quod satis est ad propositionem demonstrativam, ut patet in aliis similibus, quia fundantur in aliquo immobili, & inimpedibili in quacunque supsuppositione, scil. in eadem connexione necessaria prædicati cum subjecto,

Sed instas, Ex eo quòd intellectivum, quantum est ex se fundet, vel radicet volitivum, non sequitur istud esse absolutè connexum cum illo, ergo non tenebitur Angelus judicare possibilitatem illius, possibilitate connexionis in data hypothesi, prob. ante c. nam ex eo, quòd potentia infinita Dei, quantum est ex se posit producere infinitum in actu non sequitur hoc esse connexum absolutè cum illa, ergo &c. Et ratio utriusque est, quia exigentia, vel facultas quantum est ex se, solum est conditionata, non absoluta, unde potest tantum fundare connexionem conditionatam, non absolutam, & ità de facto discurrunt plures Theologi de Omnipotentia Dei ad salvandam virtutem ejus infinitam, quòd nempè adhuc subsisteret, etiamsi plura, vel omnia possibilia redderentur impossibilia, quia adhuc subsisteret hoc, quòd quantum est ex se posset omnia illa producere.

Respond. nego antec., ad prob. nego suppositum ant., quòd infinitas potentiæ Dei se extendat ad continendum infinitum in actu, vel alia hujusmodi impossibilia extra lineam possibilium, nam solum dicitur infinita verè, & propriè, quia continet infinitos effectus in virtute, sive diversæ rationis sine termino, itaut quemcumque ex omni illa collectione posit producere, & simul producere non tot, quin plures; simultas verò infinitorum entium in eodem instanti non continetur in infinitate potentiæ Dei, quia aliàs ejus potentia esset, & non esset infinita, sed exhauribilis, unde licet hæc contradictio, vel implicantia non proveniat ex defectu potentiæ Dei, provenit tamen ex hoc, quòd non pertinet ad ejus infinitatem, scil. quòd infinita in eadem collectione contenta sint producibilia simul, & sic de aliis impossibilibus. §. In duobus ergo formalis conceptus Omnipotentiæ consistit, primum est ut se extendat ad omnia factibilia producenda, aut producilia non purè conditionatè, sed absolutè, nam produciblia conditionatè, vel sub aliqua conditione, aut suppositione impossibili non continentur intra ambitũ virtutis, aut continentiæ ejus, ac proindè producibilitates eorum sunt de subjecto non supponente respectu illius quia impossibile est esse ab eadem producibile, quod ab illa non continetur: nec contineri potest virtute superioris agentis dantis sibi vim ad continendum, ut cõtingit respectu agentis creati ut in superioribus dicebamus, quia agentia creata habent superiorem causam, à qua possunt accipere vires ad continendum quod sibi ex natura rei non continet, ut explicatum est quæst. 12. ar. 5. Unde secundum est, ut posit ea producere ut virtus principalis continens eminenter omnia, & indepẽdenter à cõcursu superioris agentis, ac proindè nulli creaturæ est communicabilis, quià in suo formali conceptu includit ut ibidem dictum est, infinitatem creaturæ repugnantem quamvis enim creaturis communicari posit virtus activa Dei sub conceptu, & nomine potentiæ activæ, [& idem similiter est de aliis divinis perfectionibus importantibus in formali sui conceptu infinitatem,] non tamen sub conceptu, & nomine Omnipotentiæ. Cæterum in casu; intellectivum ita est potens radicare quantum est ex se volitivum, quòd illud etiam sit radicabile, & de facto radicetur, & non purè conditionaliter, nisi divinitùs impediatur, unde non est sola connexio conditionata, sed absoluta, & poterat instantia retorqueri, nam si aliquid probat, probat etiam de facto, quod nullus concedit.

Ex his etiam patet, quod subditur de connexione conditionata alicujus potentiæ, vel causæ cum suis effectibus, & maximè de illa Omnipotentiæ, cum possibilibus sub conditione impossibili tantum producibilibus, dicimus namque esse chimericam, quia

talis

talis est virtus productiva, qualis est conditio, sub qua ponitur, unde si hæc est impossibilis pariter erit impossibilis virtus, quæ ponitur sub illa, & ratio omnium est, quam proximè insinuavimus, quia sine prævia continentia effectus, [quam non supponit, nec supponere potest conditio impossibilis,]implicat causam efficientem posse producere effectum, unde respectu illius debet iste supponi absolutè possibilis, & non purè conditionaliter, sub conditione aliqua impossibili, & ideò à cæteris Theologis communiter impugnatur hec conditionata connexio. Neque etiam id negari potest in opposita sententia, quæ non ex hoc præciso motivo movetur posse dari intellectivum sine volitivo, sed quia putat posse dari aliquod intellectivum, ad cujus naturam non sequatur appetitos elicitus, sed tantum innatus, sicut ad omnes rerum naturalium, neque aliud requiri in eadem sententia ad rationem intellectivi ut sic, quamvis tale, vel tale intellectivum exigat elicitum ob alia motiva &c.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum intellectus noster cum fundamento in re possit in voluntate Dei distinguere rationem potentiæ, seu actus primi distinctam ab actu secundo volendi.

SUpponimus hæc duo in re nec distingui realiter, neque ex natura rei, ut voluit Scotus, & latè contra eundem in superioribus ostensum est, unde difficultas est, an per conceptus nostros cū fundamēto in re distingui possint, itaut importent duos adæquatos, alter exprimens voluntatem per modum potentiæ, vel actus primi, alter verò ejus velle, seu volitionem per modum actus secundi, sicut dantur duo, alter exprimens, vel repræsentans justitiam, alter verò misericordiam; an verò sint duo inadæquati cum sola distinctione rationis ratiocinantis constituentes unū adæquatum ejusdem perfectionis volitivæ, seu voluntatis. §. In qua re, ut etiam insinuavimus supra ad qu. 2., est etiam discrimen inter Thomistas, nam alii negant, ut Salmant. Jo. à S. Thom., Gonet. Gonzales, & alii, Affirmant verò Illustriss. Godoy, Aravio, Serra, Mag. Ferre hic tract. 9. quæst. 2., & pro utraque militant etiam alii extranei apud eandem Illustriss. disp. 47. tract. 6. §. 1. n. 6., & 7., & utriusque fundamentum specialiter reducitur adhoc, an salvari possit, vel non, ratio actus puri cum tali distinctione objectiva, seu rationis ratiocinatæ in voluntate per modum potentiæ, vel principii, aut actus primi proximi respectu actus secundi, seu volitionis, nam priores id negant, qua ratione supra ad eandem quæst. 2., constitutivum naturæ divinæ ad ultimam actualitatem, sive intellectionem contendunt esse reducendum. Affirmant verò posteriores, & ideo in intelligere radicali, ut explicatum est, collocant.

Sed pro recta intelligentia adverto ex Mag. Jo. à S. Thom., & M. Ferre, de divina voluntate dupliciter loqui posse, scilicet vel in ordine ad velle notionale productivum Spiritus Sancti, prout includit non solum absoluta, sed etiam respectiva saltem in obliquo, & de connotato, nam prout sic virtus spirativa connotat relationem Patris, & Filii, de quo infra de processione ejus, & tunc ast certum, quòd veram obtineat rationem potentiæ, ut probat infra Div. Thom. q. 41. ar. 4. dicens. *Quod sicut ponuntur actus notionales in divinis, ità necesse est ibi ponere potentiam respectu hujusmodi actuum, cum potentia nihil aliud significet, quàm principium* alicujus actus, unde cum Patrem intelligamus ut principium generationis, & Patrem, & Filium principium *spirationis, necesse est, quòd Patri attribuamus potentiam generandi, & Patri, & Filio potentiam spirandi*, ergo verè debemus Deo tribuere rationem potentiæ in Patris intellectu ad actum generationis, & in Patris, & Filii voluntate ad actum spirationis. Secundò considerari potest in ordine ad velle absolutum, ut præveniens omnes relationes, vel prout res ad extra procedunt per voluntatem juxtà illud ad Ephes. 1. *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, & tunc etiam priori modo certum est ex opposito non dari potentiam secundum rem, hoc est, realiter influens in velle absolutum, ut prævenit relativa, quia ut probat D. Thò. ibidem ad rationem potentiæ secundum rem requiritur, quòd per ejus actionem procedat aliquid secundum rem distinctum, constat autem, quòd ad velle absolutum ad intra pro eodem priori nihil sequitur, ut productum, vel distinctum secundum rem: Hinc etiam est certū, quòd posteriori modo, ut nempè per voluntatem divinam procedunt ad extra, vera, & propria ratio potentiæ salvatur in Deo, ut expressè docet idem Angelicus infra quæst. 25. ar. 1. ad 3., ubi ait. *Sic igitur in Deo salvatur ratio potentiæ quantum ad hoc, quod est principium effectus*, Reducitur ergo difficultas ad hoc, an in serie ordinis volitivi divini distingui possint, ut dicebamus, duo conceptus objectivi virtualiter distincti, in quorum altero exprimatur propria, & vera ratio potentiæ, in altero verò ratio actionis, ut virtualiter egredientis ab illa.

Dixi vera, & propria ratio potentiæ, ne difficultatem reducamus ad quæst. de nomine, nam si contendant non posse hanc salvari sine reali influxu ad actionem, & sine reali receptione ejus, statim cessat difficultas, quia salvo conceptu actus puri nequit talis influxus, & receptio admitti in Deo, ut per se patet, sive in ejus voluntate; nec realis egressus in ejus actione, unde magis videremur declinare difficultatem, quàm examinare, cum nullus possit legitimè de hoc dubitare, unde potissimè consistit, an sine omni reali influxu cum solo virtuali salvari possit vera ratio potentiæ in illa, & cum solo virtuali egressu vera ratio actionis, sive quod idem est, an virtualis egresus componi possit cum actualitate puræ ordinis volitivi, nam hac ratione, ut dictum est, prima sententia negat existimans esse incompossibiles, sicut & distinctionem virtualem, vel rationis ratiocinatæ, sive cum fundamento in re inter illas.

§. PRIMUS.

Statuitur prima conclusio.

IN Deo salvari potest vera, ac propria ratio potentiæ volitivæ. §. Prob. in Deo datur verè, & propriè facultas proxima volitiva, ergo etiam verè, & propriè potentia volitiva, conseq. tenet, nisi velimus veluti abuti terminis; quia nihil aliud intelligunt

gunt Theologi nomine potentiæ volitivæ, sicut nomine intellectus, nisi facultatem proximam intellectivam, & sic de aliis, & omnis alia hujus nominis usurpatio, inquit laudatus Illustriss., voluntaria erit; ant. verò prob., nam verè, & propriè datur in Deo actualis volitio, ergo etiam facultas proxima volitiva, ant. est certum, ut infrà etiam constabit; conf. autem prob., quia sibi invicem correspondent, ergo ubi cum proprietate admittitur actualis volitio, debet admitti etiam cum proprietate facultas proximè volitiva.

Expl., & urg. hoc præoccupando solutionem. Ad salvandam veram, & propriam rationem potentiæ in Divina voluntate non est necessarius realis influxus, nec realis receptio volitionis in se ipsa, sed sufficit virtualis, ergo non est ei neganda vera, & propria ratio potentiæ; conf. tenet, quia hac ratione negatur à contrariis, unde ex argumento facto, sive ex actuali volitione dicunt solum inferri potentiam logicam, seu non repugnantiam ad volendum, quæ non sufficit ad constituendam veram, & propriam rationem potentiæ volitivæ, sed omninò requiri prædictum influxum, & realem receptionem. Sed prob. ant., & simul impugnatur hoc ipsum. Salvatur in Deo vera ratio volitionis actualis sine reali egressu, & receptione, ergo pariter salvari potest vera ratio potentiæ sine reali influxu, & receptione; conf. tenet, tum quia non est major ratio de volitione, quàm de potentia volitiva; tum quia ex eo contrarii colligere possunt id requiri ad veram rationem potentiæ, quia hæc in creatis non salvatur sine reali influxu, & receptione actionis in se ipsa, sed neque actualis volitio salvatur in nobis sine reali egressu, & receptione sui in volente, ergo si nihil ominus salvatur hæc sine utroque in Deo, poterit etiã potentia salvari sine illis, ac proinde sicut non est de conceptu actualis volitionis, ut abstrahentis à creata, & increata egressus realis, & receptio in volente, sed tantum de conceptu creatæ, ità nec erit de conceptu potentiæ volitivæ, ut sic abstrahentis ab utraque, sed tantum de conceptu creatæ.

Urg. ulteriùs totum hoc præoccupando iterum solutionem, vel præcipuum eorum fundamentum. Potest salvari in Deo conceptus veræ radicis, salva ejus actualitate pura sine reali radicatione, cum sola virtuali, ergo etiam salvari potest conceptus veræ potentiæ, salva ejus puritate actus sine reali elicientia, & receptione, conf. tenet quia non videtur assignabilis ma. ratio de una, quàm de alia, ut dictum est, nam solum posset obstare, vel puritas actus, vel quia in creatis non salvatur sine reali influxu, & receptione; sed neutra obstat, tum quia utrobique est eadem puritas; tum quia etiam in nobis est realis radicatio, ergo si nihilominus in Deo salvatur sine ista, vera ratio radicis, poterit similiter salvari vera ratio potentiæ sine reali elicentia, & receptione: ant. verò constat in natura Divina, quæ veram habet rationem radicis cum sola virtuali radicatione, ut in superioribus explicatum est, & adhuc constabit infrà.

Secundò etiam prob. conclusio urgendo adhuc hæc omnia. Non stat convenire Deo voluntatem per modum actionis, repugnante illi per modum principii illius, ergo vel illi convenit utroque modo, vel neutro, prob. ant. ex dictis in logicis, & alibi; actio in Deo secundum proprium conceptum actionis, ut abstrahentis à creata, & increata, & ut distinguitur ab omni alia perfectione Divina est *Ab*, idest egressus ab alio, vel ab agente, aut à principio, (& præcipuè cum sit actio vitalis de cujus ratione est, quòd sit à principio intrinseco;) sicut de conceptu relationis, ut similiter abstrahentis ab utraque, est *Ad*, (salvo discrimine, ut infra) scil. ordo ad aliod, sive ad terminum, ergo sicut subsistere nequit hic posterior conceptus in relatione non supposito termino, ad quem tendat, nec subsistet prior in voluntate per modum actionis non supposito principio, à quo hæc intelligatur egredi; quidquid deindè sit, quod aliàs ibi sit discrimen, quòd in relatione ob realem oppositionem inter personas Divinas sit realis tendentia unius ad aliam, & ob defectum ejusdem oppositionis inter actionem, & principium, & ob illimitationem, & puritatem actus, sit solum egressus virtualis, in quo deficit omnis actio creaturæ, & propterea exigit egressum realem à sui principio: ex quo etiam patet non inferri legitimè à contrariis defectum veræ potentiæ in voluntate Divina ex defectu realis influxus, qui reperitur in creatis: unde in his, ut supra ibidẽ monuimus, attendendum est ad rationem formalem, an hæc importet limitationem, aut imperfectionem aliquam ex parte sui, sive potentialitatem, vel realem influxum vel receptionem, (quod negamus, ut patet in prædictis instantiis;) an solum ex parte subjecti ob ejus limitationem, ut in aliis prædicatis, aut perfectionibus contingere potest, ut contingit in casu, & ideò sine omni imperfectione admittere possumus veram, & propriam rationem potentiæ in voluntate Divina.

Dices huic rationi, & præcedenti, quòd sunt de subjecto non supponente, nam licet admitteretur non esse de conceptu essentiali potentię realẽ influxum, & receptionem actionis, nec de concepto essentiali istius egressionem realẽ, & receptionem sui in illa sed sufficere ex parte utriusque virtualem, nequit tamen ista admitti, ubi est summa identitas, ut requiritur inter volitionem, & voluntatẽ divinam, ac proinde admitti non posse veram rationem potentiæ in voluntate divina. §. Sed contra hoc est primò superiori instantia, naturæ, & proprietatum ejus, vel attributorum. Nam non obstante summa identitate naturæ divinæ cum suis attributis adhuc salvatur in illa vera ratio radicis cum radicatione virtuali, & vera ratio proprietatis, vel attributi in istis cum emanatione, aut egressu virtuali in istis, præcipuè loquendo de absolutis, quæ præcisè intelliguntur dimanare, & non produci contra positivè ad relativa, ut explicatur infrà de Trinitate, ergo non obstante eadem summa identitate volitionis cum voluntate, poterit salvari in ista vera ratio potentiæ cum influxu virtuali, & in illa vera ratio actionis cũm virtuali egressu. §. 2., & urg. præcedens. Non obstante summa identitate, adhuc salvatur in Deo vera ratio actionis, ergo salvatur etiam eadem non obstante egressus virtualis in ista à principio, ant. constat nisi velimus Deo repugnare veram rationem actionis, si semel summa identitas, quæ perpetuò est in illo, impedit veram rationem actionis; conf. verò prob., quia ut dictum est, de conceptu essentiali actionis juxta sui meritum est *Ab*; scil. egressus à principio, nempè realis formalis, ut in nobis, aut in actione creata; vel saltem virtualis, ut in Deo sicut proportionabiliter, de essentiali relationis *Ad*, ut tamen explicabitur infrà §. ultimo, ergo si semel eadem summa identitas non impedit ibi veram rationem actionis, nec impediet egres-

sum

sum illius virtualem à principio.

Dices, quòd in Deo admittenda quidem est vera ratio actionis, noa tamen sub expressione actionis, vel egressus etiam virtualis, sed solum sub expressione ultimæ actualitatis lineæ volitivæ, aliàs non subsisteret ratio actus puri in aadem linaa, quæ fundat hanc poritatem. §. Sed contra hoc est primò, quia ut supra ad relatam q. 2. dicebamus, in tantum volitio habet rationem ultimæ actualitatis, in qoantom est actio, hoc enim est proprissimum actionis in liaea agendi, quòd sit ultimum, sicut existentia in linea essendi ia nostra sententia, cui aon obstat puritas actus, aliàs nec natara ibidem posset habere rationem primi, vel radicis, cum ipsa etiam sit actus purus, ergo si semel habet volitio rationam actionis sub expressione ultimæ actualitatis in sua linea, vel agendi volitivè, pariter habebit sub axpressione actionis.

Expl., & urg. hoc. Nam vel hæc expressio volitionis sub conceptu ultimę actualitatis est de linea agendi, vel de illa essendi; hoc posterius videtur contra communem conceptionem Theologorum, quòd in Deo absolutè sumpto solum detur linea essendi, & non agendi sub propria hujus lineæ expressione, quod videtur inauditum, eo vel maximè, quòd utraque importat perfectionem simpliciter simplicem, ac proindè verè, & propriè affirmandam de illa sub hac eadem expressione, & non sub sola, & communi ultimæ actualitatis. Si verò primum, ergo verè habebit volitio propriam rationem actionis sub expressione de hac linea, scil. actionis, & non sub sola ultimæ actualitatis; imò intantum iterum habet sub hac posteriori, in quantum habet sub priori, ut dictum est. §. Expl., & urg. ulteriùs. Si divina volitio tantum sa haberet per modum oltimæ actualitatis, non per modum actionis, non esset à natura divina sub hoc posteriori concapto, sive sub concapt *Ab*, tanquam à principio, sed tantum sub priori, sicut cætara attributa, scil. per simplicem emanationem per modum radicati à sua radice, cum non videatur alius modus assignabilis essendi ab illa, consequens videtur contra communem consensum Theologorum, ergo: prob. mi., quia communiter Theologi impugnant Durandum asserentem non procadare Spiritum Sanctum ea processione, quæ sit actus alicujus potentiæ, sed qoæ sit immediata dimanatio à natura, qood communiter reiicitur, constituendo illam in volitione divina absoluta, ut connotante relationem Patris, & Filii, ac proindè productiva Spiritus Sancti, quod ultimæ actualitati volitivæ sub munere actionis tantum convenire potest, ut patet.

His rationibus, & replicis responderi potest ex Doctrina mag. Jo. à S. Thom., qui in eadam objectiva virtualitate admittit quidem conceptum actionis, non adhunc sensum, quòd alter exprimat rationem actus primi, ut perfectibilis ab alio, alter verò exprimat perfectionem actus 2., ut perficientem actum primum, sed penes hoc, quòd actus 2. dicat præcisè exitum ab alio, ratio autam principii exprimat id, à quo aliud procedit, quæ rationes, vel conceptus non important aliquam imperfectionem repugnantem Deo, ut patet in personis divinis quarum una procedit ab alia, ut à principio; undé sola expressio actoalitatis principii, & actus 2. nullam dicit imperfectionem, & in hoc sensu admittitur ab eodem in voluntate, & volitione divina, sed nihilominus adhoc negat illi verum, & propriom conceptum potentiæ, & huic proprium conceptum actionis . . . quia ad hunc utrumque salvandum existimat requiri utramque rationem in priori sensu, scil. quòd ratio actus primi dicat conceptum actuabilis per secendum, & ratio secundi conceptum perficientis primum intrà eandem lineam, quod conceptui actus puri repognat.

Sed contra hoc est. Quia non stat eandem actualitatem objectivam semel obtinere rationam principii, & actus 2. egredientis à principio sine distinctione virtuali, vel cum fundamanto in ra, sive sine distinctiona sufficientar ad veram rationem potentiæ, & actionis salvandam, ergo nequit utraque affirmari de voluntate, & volitione divina tanquam de eadem ultima actualitate etiam virtualiter eadem, ac proinde vel non habant rationem principii, & actus 2., vel distinguendæ sunt virtualiter secundum proprium conceptum utriusque; utraque cons. tenet, & ant. prob. nam ex eo D. Tho. infrà q. 40. ar. 2. versus finem corp. infert non posse per rationem originis constitui personam, à qua procedit, sive per sui originem activam, *quia origo*, inquit, *activè significata, significatur ut progrediens à persona subsistente*, ac proinde ut distincta, & præsupponens eam, ergo neqoit eadem virtualitas divina semal obtinere rationam principii, & actus 2. sufficienter ad salvandum conceptum principii, à quo aliquid egreditur, & conceptum actus 2. egredientis ab alio; ergo si divina voluntas sine omni imperfectione semel habere potest rationem principii, & divina volitio rationem actus 2., pariter habere poterit illa veram rationem potentiæ, & ista veram actionis rationem sine omni imperfectione, hæc postarior cons. tenat, nam in tantum possent impediri à vera utriusqoe ratione, in quantum sine imperfectione juxtà solutionam datam salvari nequit ratio principii per modum veræ potentiæ, & ratio actus 2. per modum veræ actionis, si semel admittunt distinctionem virtualem, quia nempè tunc ratio principii importaret rationem actuabilis requisitam ad veram rationem potentiæ, & ratio actus 2. rationem perficientis requisitam ad veram rationem actionis, ergo si illis semel conceditur ratio principii, ut à quo egreditur actus 2., & ratio actus 2. ut egredentis vel procedentis à principio sine tali imperfectione, ut revera ibi concedit D. Th. cum de origine activa fataatur procedere, vel egredi à persona ut jam constituta, concedenda est etiam vera ratio potentiæ, & actionis.

Urgetur, & explicatur hoc. Juxtà D. Tho. origo activa ibi procedit, aut egreditur egressu virtuali sine omni imperfectione, aliàs non concederet ei hunc egressum, sed hic egressus juxtà eundem importet distinctionem virtualem, ergo sina omni imperfectione juxtà D. Tho. salvatur egressus cum hac distinctione sine omni imperfectione, argo paritar sine illa salvabitur vera ratio potentiæ, & actionis, aliàs non negaret prędictam originem esse constitutivam personæ, ut patet ibidem, & ratio utriusque est (de quo tamen infrà, & latè in superioribus) quia tantum abest, quòd præjudicet puritati actua, talis distinctio, quin potius eam infert, ut sui radicem, cum oriatur ex summa emineentia in Deo, qua æquivalet distinctioni reali in nobis, ac proinde arguit summam identitatem in re inter utramque sine omni potentialitate, & exclosione objectiva unius perfectionis ab alia, ut contingit in nobis ob limitationem, & potentialitatem inter gradus, v.g. metaphysicos, ut explicatum est in logicis; unda non est distinctio virtualis exclusiva, & importans objectivè perfecti-

fectibilitatem unius ab alio, sed eminentialis, & summè identificans tam realiter, quàm formaliter unum cum alio, non tamen virtualiter, ne fiat præjudicium eminentiæ divinæ, unde egressus iste virtualis, sive ex parte principii, sive ex parte actus 2. cum eadem distinctione virtuali non debet accipi per viam potentialitatis intrà lineam imperfectionis, quasi unum debeat esse perfectibile ab alio, sed magis per viam eminentiæ, vel perfectionis, vel conceptus proprii objectivi, quæ nullum arguit defectum, sed solam non explicationem, vel distinctionem duarum rationum formalium, sicut dicebamus de essentia ibi, & existentia, & esto dicatur non posse unum ex primi sine alio non tamen ut pertinentem ad rationem formalem alterius, §. Ex his poterat 2. impugnari sic. Admissa semel ratione principii, & actus 2. cum egressu virtuali unius ab alio negari non potest vera ratio potentiæ, & actionis, sed juxtà solutionem admittitur utraque ratio cum eodem egressu in voluntate, & volitione Divina, ergo nequit illis denegari vera ratio potentiæ, & actionis; mi. patet ex dictis; ma. ex superiori replica, nam in tantum negatur admissa utraque ratione, in quantum censetur non posse salvari sine imperfectione perfectibilis, & perfectivi repugnante actui puro, sed hoc est falsum, ut probatum est; cum vera ratio potentiæ etiam ut virtualiter distinctæ ab actione nullam importet potentialitatem, sed magis summam eminentiam, in qua fundatur eadem distinctio, nam aliàs D. Thom. non concederet eam ibi, ut dictum est, cũ tali egressu, & distinctione, ob quam negat esse constitutivam personæ, à qua egreditur, ergo vel est utraque ratio illis concedenda tam principii, & actus 2., quàm veræ potentiæ, & actionis, vel utraque negari debet.

3. Etiam impugnatur iterum ex dictis, & urg. superiora, Si in divinis ratio egressus unius ab alio, cum virtuali distinctione utriusque importaret imperfectionem repugnantem puritati actus non posset in divina natura admitti vera ratio radicis, & in suis attributis vera ratio radicati, vel attributi cum fundamento in re, sed hoc communiter negatur, ergo: prob. ma, quia verà in illis concipimus cum fundamento rationem egressus attributi à natura cum distinctione virtuali, ergo si semel hæc duo important talem imperfectionem non poterunt admitti in natura, & attributis.

Explic. hoc. De facto in natura divina sine omni imperfectione repugnante puritati actus admittitur vera ratio naturæ, & radicis, & in suis attributis vera ratio attributi, & radicati, sed utrique huic conceptui non obstat egressus virtualis unius ab alio ut à principio, vel radice cum distinctione virtuali, ergo pariter admitti poterit in voluntate, & volitione divina sine imperfectione, & salva puritate actus, vera ratio principii, & potentiæ in illa, & vera ratio actus secundi, & actionis in ista cum egressu, & distinctione virtuali unius ab alio, §. Explic., & urg. ulterius, Si egressus virtualis cum distinctione virtuali indispensabiliter importat actuabilitatem, vel perfectibilitatem unius ab alio tenemur asserere, vel quòd hic si sit tantum virtualis (ut solum admitti potest in divinis,) nullum arguat inconveniens, vel imperfectionẽ repugnantẽ actui puro, vel quòd talis egressus cum eadem distinctione admittenda non sit inter naturam, & attributa, cum non minus sint actus purus, quàm voluntas, & volitio divina, ergo admissa etiam hac perfectibilitate, & distinctione virtuali in conceptu utriusque, non est deneganda in illis vera ratio potentiæ, & actionis.

Dices esse discrimen, quòd potentia ad actum comparatur tanquam ad sui specificativum, ut latè ostensum est in 2. phys. qua ratione probavimus non posse substantiam creatam esse immediatè operativam, quia nempè deberet specificari ab aliquo accidenti, cum actus, vel operatio in creaturis sit accidens, & propterea diximus, quòd potentia, & actus debent esse in eodem genere, idest si actus est accidens pariter potentia debet esse accidens ob debitum specificationis ab illo, unde divina voluntas si veram haberet rationem potentiæ, teneretur omninò comparari, ut aliquid perfectibile ad sui volitionem sicut comparatur omne specificabile ad sui specificativum, quod tamen derogat summæ ejus perfectioni, vel puritati actus. Cæterum natura non sic comparatur ad attributa, sed per modum puræ radicis ad sui proprietatem, in quo nõ importatur habitudo specificabibilis ad specificativum, ac proindè nec ut perfectibilis ad perfectivum.

Sed contra hanc solutionem, quæ videtur tangere præcipuam vim sententiæ oppositæ iterum militant superiores replicæ, & primò quidem, quia si aliquid probet, probat etiam, quòd non solum non possit habere voluntas divina veram rationem potentiæ, & ejus volitio veram rationem actionis, sed neque etiam veram rationem principii, & actus secundi, ergo vel est illis deneganda hæc posterior ratio, vel utraque concedenda, prob. antec., quia hæc habitudo principii, & actus secundi non est virtualis egressus per simplicem emanationem, ergo est per modum potentiæ, & actionis, quia non videtur assignabilis alia habitudo ibi inter principium, & actum secundum, ergo si semel hæc importat imperfectionem utraque importabit illam, ac proindè, vel utraque erit neganda, vel concedenda.

Urg. totum hoc, De ratione potentiæ abstrahentis à creata, & increata non est imperfectio, ergo sicut hac ratione salvatur in Deo vera ratio principii in voluntate divina respectu actus secundi, & vera ratio radicis in natura divina respectu attributorum, & in volitione vera ratio actus secundi, & in attributis vera ratio attributi sine omni imperfectione, pariter in eadem salvabitur vera ratio potentiæ, & in volitione vera ratio actionis sine imperfectione; consequenter, quia ob imperfectionem, ut dictum est, negatur ei vera ratio potentiæ; ant. verò prob., non est de ratione potentiæ, ut sic abstrahentis esse potentiam in reali potentia ad actum secundum, sed hæc sola importat imperfectionem potentialitatis, vel perfectibilitatis repugnantem actui puro, prob. mi., quia hæc sola importat carentiam actualitatis, ut contingit in agente creato ob sui limitationem, & propterea in illo inter principium proximum, vel potentiam, & actum secundum est habitudo specificabilis, & specificativi per modum perfectibilis, & perfectivi cum reali defectu actualitatis, quod repugnat puritati actus, ergo.

Explic., & urg. ulterius. Potentia non in potentia reali ad actum secundũ est de pura linea efficientis, sed hæc est perfectio simpliciter simplex ergo nullam includit imperfectionem: ma. patet, quia eo ipso, quòd non est in reali potentia nequit aliquid recipere, sed tantum dare, ergo est de pura linea efficientis, quæ ad hoc est præcisè, ut det esse, sicut in superioribus insinuavimus, & infra etiam explicatur de Omnipoten-

tia,

tia, ut communis est toti Trinitati, quæ licet dicatur respicere ens creabile ut sic, ut terminum primarium, vel immediatum, quia tamen ex propria linea puræ efficientię, non est nata recipere, sed tantum dare, non comparatur, ut aliquid perfectibile, vel specificabile ab illo, in quo ut vidimus, habet distingui à scientia, quia est nata recipere ex sui linea ab objecto, cum respiciat illud, ut finem, ac proindè ut specificativũ, & propterea, ut ostensum est, nequit scientia Dei respicere verum creatum primariò, & immediatè. Hinc etiam constat mi., quia cum pura linea efficientis sit præcisé ad dandum, non recipiendũ, nullam omninò importare potest potentialitatem, vel imperfectionem.

Ex quo etiam inferimus, (& poterit adhuc constare infra,) quòd sicut egressus virtualis inter principium, & actum secundi, quia est de eadem pure linea efficientis in Deo nullam importat distinctionem virtualem exclusivam, nec imperfectionem, & ideo salvatur ibi cum proprietate ratio actus primi, vel principii, & actus secundi, pariter ob eandem rationem nullam importabit inter potentiam, & actionem, ac proindè optimè salvari poterit in divina voluntate, & volitione utraque ratio cum proprietate, & sine imperfectione.

§. II.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. ex quibusdam authoritatibus D. Tho. nam infra quæst. 25. ar. 1. ad 3. ait, Potentia in rebus creatis non solum est principium actionis, sed etiam effectus sic igitur in Deo salvatur ratio potentiæ, quantum adhoc, quod est principium effectus non actionis, & qu. 41. art. 4. ad 3. in fine inquit. *Sed intelligere, & velle non sunt tales actus, qui designent processionem alicujus rei à Deo distinctę, vel essentialiter, vel personaliter, unde respectu horum actuum non potest salvari ratio potentiæ in Deo, nisi secundum modum intelligendi, & significandi tantum prout diversimodè significatur in Deo intellectus, & intelligere, cum tamen ipsum intelligere Dei sit ejus essentia non habens principium.* In quibus non solum apertè negat veram rationem potentiæ respectu intelligere, & velle in intellectu, & voluntate divina, sed etiam assignat rationem, quia nampè vera ratio potentiæ in Deo non salvatur nisi respectu alicujus distincti, vel essentialiter, vel personaliter, sive solum comparativè ad terminum productum ut sunt persona Filii, & Spiritus Sancti ad intra, vel ad effectũ, ut sunt creaturæ ad extra, & ideò sola admitti potest potentia generandi, & spirandi ad intra respectu Filii, & Spiritus Sancti, & potentia creandi respectu creaturarum ut præmittit in eadem solutione, non respectu intellectionis, & volitionis divinæ, nisi purè dialecticè, vel secundum modum significandi, ut concludit ibidem.

Hanc etiam doctrinam tradit 2. contra Gent. c. 10. ubi satis urgenter videtur confirmare illam: sic enim ait. *Quia vero nihil est sui ipsius principium, cum divina actio non sit aliud, quàm ejus potentia, manifestum est ex prædictis quòd potentia non dicitur in Deo, sicut principium actionis, sed sicut principiũ facti, & quia potentia respectum ad alterum importat in ratione principii, (est enim potentia activa principium agendi in aliud, ut patet per Philosoph. 5. Metaph.) manifestum est, quod potentia dicitur de Deo per respectum ad facta secundum rei veritatem, non respectum ad actionem, nisi secundum modum intelligendi, prout intellectus noster diversis cęceptionibus utrumque considerat scil. divinam potentiam, & ejus actionem; unde si aliquæ actiones Deo conveniant, quæ non in aliquod factum transeant, sed maneant in agente, respectu harum non dicetur in Deo potentia, nisi secundum modum intelligendi, non secundum rei veritatem. Hujusmodi autem actiones sunt intelligere, & velle. Potentia igitur Dei propriè loquendo non respicit hujusmodi actiones, sed solos effectus. Intellectus igitur, & voluntas in Deo non sunt, ut potentiæ, sed solum ut actiones.* Ita D. Thom. in quibus iterum tam conceptis verbis propriam negat rationem potentiæ in Deo respectu intelligere, & velle ut non nisi violenter videatur posse aliter explicari, nam expressè ait, quòd intellectus, & voluntas respectu intelligere, & velle non habent rationem potentiæ secundum rei veritatem, & iterum, quòd potentia Dei propriè loquendo non respicit hujusmodi actiones, ergo secundum proprietatem, & rei veritatem divina voluntas, [& idem est de intellectu respectu intelligere,] non habet rationem potentiæ respectu velle: Unde arg. sic. Istæ duæ sunt contradictoriæ. Divina voluntas verè, & propriè habet rationem potentiæ respectu volitionis, divina voluntas non habet eandem rationem respectu illius, sed hæc posterior in terminis est D. Thom. ergo prior est contra D. Tho.

Quòd si dicas intentum D. Thom. locis relatis non esse ad negandam ut cunque veram rationem potentiæ, sed solum secundum rem, sive per influxum realem, nam istum habet tantum respectu facti ut dicitur in litera, non respectu actionis ad intra, scil. intelligere, & velle.

In contra hoc est, quia hæc solutio videtur petere principium, nam id est, quod inquiritur, an salvari possit vera, & propria ratio potentiæ respectu actionis, vel actus secundi, ad quem verum, & realem influxum non habet: ob hujus enim defectum negat D. Thom. hanc proprietatem potentiæ in intellectu, & voluntate divina respectu intelligere, & velle, & concedit respectu facti, ergo signum est, non posse juxta D. Thom. illam salvari sine eodem reali influxu, ac proindè sine potentialitate, vel perfectibilitate & imperfectione, nã actio, ed quem per verum, & realem influxum influit potentia, perficit illam, cum sit ultima illius actualitas, ac proindè componi nequit vera ratio potentię cum puritate actus, in quo fundatur opposita sententia, ut dictum est, unde rectè ad hanc rem concludit D. Tho. illis verbis. *Intellectus igitur, & voluntas in Deo non sunt, ut potentiæ, sed ut actiones,* quasi diceret, non possunt verè, & propriè concipi nisi per modum ultimæ actualitatis, non ut aliquid actuabile, aut secundum habitudinem determinabilis ab ulteriori actu, qualis est actio, sed intransitivè obtinent rationem actionis.

2. Quia ita illis negat veram rationem potentiæ respectu utriusque, ut solum eam admittat secundum purum modum significandi scil. imperfectum, & dialecticũ, ergo ex parte objecti nequit correspondere fundamentum concipiendi illud secundum veram rationem potentiæ, nam si esset illud non recurreret ad diversam simplicem considerationem ut patet.

Ad hoc dico in primis, quòd videtur solvendum etiam à Contrariis, nam sicut utrobique negat rationem potentiæ respectu actionis, pariter negat rationem principii ut patet legenti textum, & tamen ut vidimus, admittunt Contrarii, veram rationem principii respectu intelligere, & velle. Similiter quamvis videatur negare eandem rationem potentiæ, admittit tamen rationem actionis, & tamen hanc negant Contrarii, solam admittentes rationem actus secundi, quam putant posse in Deo deputari à prædicta imperfectione, non verò rationem actionis, quia nempè ista importat non præcisum conceptum ultimæ actualitatis, sicut illa, sed etiam egressum potentialem à sui principio repugnantem puritati actus.

3. Denique, quia etiam origo ibi juxtà D.Thom. quæst.40. infra relata, activè sumpta, secundum modum tantum significandi concipitur ut progrediens, & tamen non infertur, quòd veram non habeat rationem originis; ergo similiter in casu. §. Sed præterea resp. benè ibi dictum esse, quia cum neget ibi rationem potentiæ ob prædictum defectum influxus, & distinctionis realis, & proindè solum concedat illam in ordine ad terminum, vel productum ad intra vel factum ad extra, satis apertè constare videtur, quòd non loquatur de illa à toto genere proprietatis ejus, tam secundum modum concipiendi, non purè tamen dialecticè, vel explicativè tantum per rationem ratiocinantem, sed etiam cum fundamento ex parte objecti, sive secundum rationem ratiocinatam, quia ut dictum est, cum sit potentia activa, vel de linea efficientis, & nullo modo ibi in potentia ad actum non summè identificatum, sed de pura linea efficientis, quæ nullam in suo conceptu formali importat imperfectionem, (ob quam Contrarii negant illi hanc proprietatem,) non tenemur reducere veram rationem potentiæ ad solam potentiæ per influxum, & distinctionem realem in ordine ad id, respectu cujus dicitur potentia, unde licet ad eundem terminum productum, vel factum dicatur potentia secundum rem, adhuc tamen salvatur vera, & propria ratio illius respectu actionis, ad quam dicitur solum influere virtualiter, sicut salvatur vera ratio principii, ut ipsi dicunt, respectu ejusdem actionis, sub munere actus secundi cum solo egressu virtuali istius ab illo ut etiam insinuat D. Thom. quæst.25. relata ar.1. ad 3. exemplo illo divinæ essentiæ, ubi ait. *Essentia divina potest intelligi sub ratione actionis, & sub ratione potentiæ sicut etiam intelligitur sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione naturæ.* Unde sicut veram damus rationem subsistentiæ absolutæ esto sola ratione distinguatur à natura; ità veram dare possumus rationem potentiæ cum sola distinctione rationis inter voluntatem, & volitionem in Deo,

Itaque in potentia, quæ est principium proximum operativum, duo considerari possunt, alterum est, quod præcisè, aut purè pertinet ad lineam efficientis, idest, facultas proxima operativa, seu volitiva in casu, ut dictum est, alterum verò est actualis influxus in operationem, quod importat esse potentiã in potentia ad illã, ac proindè potentialitatem, quia eo ipso, quod realiter, vel actualiter influit in illam, tenetur actu in re distingui ab illa, & consequenter comparari, ut quid potentiale, & perfectibile per illam, tanquam per ultimam sui actualitatem. Primum ponimus in voluntate divina, quia nullam dicit imperfectionem, ut probatum est, & exigitur ex sui ratione formali, quæ in tali conceptu consistit, ut distinguitur à ratione formali actionis, vel actus secundi consistentis in conceptu ultimæ actualitatis per modum egressus ab alio. Secundum verò negamus, quia ob summam identitatem realem cum volitione non potest Deo convenire secundum influxum realem in illam, sed tantum virtualem, qui nullam importat imperfectionem, vel potentialitatem, immò potiùs summam eminentiam, ut dictum est, & fœcunditatem, quia nēpè si esset assignāda potentia, vel facultas proxima elicitiva volitionis divinæ, esset divina voluntas, sicut similiter dicimus de immutabilitate respectu æternitatis, quæ si haberet causam, hæc esset immutabilitas,

Ad 5. replicam, quæ potest etiam militare contra hanc solutionem, quia nempè id est etiam, quod inquiritur, an dari possit hic influxus virtualis respectu utriusque, cum divina voluntas intra sui lineam, sive volitivam, utpotè athomam, vel indivisibilem, teneatur exprimere ultimam sui actualitatem, aliàs non exprimeretur per modum actus purissimi in illa. Respond. negando nos petere principium, aut quòd admitti non possit cum fundamento idem virtualis influxus, & quòd hic non sufficiat ad salvandam veram, & propriam rationem potentiæ, sed sit necessarius realis, vel actualis, immò nego suppositum, quòd de ratione potentiæ ut sic, cum proprietate sit aliqua imperfectio loquendo de activa, vel efficiente, de qua modo loquimur, quia ut supra, & proximè dicebamus, cum formalis ratio, aut proprius ejus conceptus juxta communem conceptionem Theologorum sit esse facultatem proximè operativam, quod purè dicit aliquid de linea efficientis, & consequenter de linea perfectionis simpliciter simplicis, exigit quidem ex quo de linea efficientis est secundū proprium sui conceptum, aliquem influxum, at non determinatè realem, vel actualem in sui actionem, sed cum distributione accommoda, scil. si sit in subjecto limitato, & potentiali, realem, si in illimitato, & summè actuali, ut est Deus, tantum virtualem, aliàs ex meritis suæ lineæ ut sic, non importaret imperfectionem simpliciter simplicem, quod est alienum, unde non respondemus idem per idem, sed inquirendo an salvara possit propria ratio potentiæ in divina voluntate respectu volitionis, assignamus hujus, & prædictorum omnium rationem à priori ex proprio ejus conceptu, seu ratione formali sine ulla imperfectione, & salva ratione actus purissimi, ut adhuc infra. §. Ex his etiam patet ad id, quod subditur ex D. Tho. nempè intellectum, & voluntatem non esse in Deo, ut potentias, sed ut actiones, dicimus solum negare secundum rem, cum loquatur de ratione potentiæ contrapositivè ad terminum productum, vel factum, unde quando ait salvari tantum secundum modum concipiendi, non est restringendus hic modus ad purum dialecticum, vel secundum explicari, sed magis extendendus ad totum genus modi concipiendi etiam cum fundamento in re, & salva proprietate potentiæ etiam ex parte conceptus objectivi, quia reverà, ut ostensum est, habemus fundamentum sic extendendi. Per quod etiam patet ad secundam.

2. Arg. ex Gonet, & aliis. De ratione potentiæ est, quòd sit principium per se influens in operationem, sed voluntas in Deo non potest esse, nec concipi cum fundamento in re, ut principium influens in volitionem divinam, ergo nequit habere rationem potentiæ in ordine ad illam: ma. est evidens; mi. verò

prob.

prob. Ad influxum potentiæ in actum requiritur distinctio formalis, vel saltem virtualis inter utrumque, sed voluntas divina nequit sic distingui a sua volitione, ergo nec concipi cum fundamento in re ut principium influens in illam: ma. patet, & mi. prob., quia voluntas in Deo, ut potè actus purissimus debet concipi, ut includens formaliter in suo conceptu ultimam suæ lineæ actualitatem, alioquin conciperetur, ut in potentia ad illam, & sic non conciperetur ut actus purissimus, sed ut potentialitati ad mixtus: unde cum volitio sit ultima actualitas lineæ volitivæ, debet divina voluntas concipi ut formaliter includens, & identificari cum illa absque distinctione etiam virtuali.

Urg. hoc præcipuè ex Jo. à S. Tho. Voluntas per modum potentiæ ad actum essentialiter dicit rationem actus primi perfectibilis per actum 2., ergo nequit sine imperfectione repugnante actui puro admitti in Deo, ant. constat, quia ratio actus primi est actuabilis per 2., ut patet exterminis, aliàs non esset in linea primi comparativè ad secundum tanquam ad ulteriorem actualitatem, sed magis esset in linea ultimi; conf. verò prob., quia ratio perfectibilis intrà lineam, in qua est, vel concipitur, ut perfectibilis est, vel concipitur ut minus habens, ac proinde cum defectu, & limitatione ergo in re, vel objectivè importat imperfectionem repugnantem actui puro; conf. tenet, & ant. iterum patet ex terminis.

Urg. 2. Actus primus ex conceptu primi per modum potentiæ dicit carentiam secundi, ergo repugnat conceptui actus puri, ac proinde voluntati divinæ salvo ejus conceptu puri actus; prob. ant., actus primus per modum potentiæ dicit posse pervenire ad 2. ergo dicit carentiam illius: ant. patet, tum ex conceptu potentiæ, quæ dicitur in teodentia ad operationem, nec videtur posse aliter concipi; tum etiam ex conceptu actus primi præcipuè proximi, qui similiter dicitur vialiter ad 2., & à quo distinguitur, quia est potens producere illum, conf. etiam tenet, quia si includeret illum, jam non posset concipi, ut potens ad illum pervenire, ut per se patet ergo.

3. Quia actus primus per modum potentiæ ità per se respicit 2., ut debeat actu, aut possit influere in illum, aliàs non conciperetur per modum potentiæ, seu principii proximi in genere efficienti, vel operativo, quia frustra est illud, quando nec reducitur, nec potest reduci ad actum, sed voluntas divina nullo modo actu potest influere in actum 2., seu volitionem divinam, ergo nequit cum fundamento concipi per modum potentiæ ad illam: mi. est certa, cum summè identificetur cum illa. §. Expl. hoc. Quamvis daretur voluntatem divinam posse virtualiter influere in volitionem divinam, non tamen sufficit hic influxus virtualis ad salvandum in illa verum, & proprium conceptum potentiæ, ergo ex nullo capite potest verè, & propriè concipi ut talis; prob. ant., & simul evertitur præcipuum fundamentum nostræ sententiæ; nam licet ità sit, quòd conceptus propriua potentiæ sit esse facultatem proximam operativam, non tamen cum impotentia reducibilitatis ad actum, aliàs est potentia de subjecto non supponente, quia frustra est potentia, quæ non reducitur, nec est reducibilis ad illum, sive in genere passivo, sive in activo, vel operativo, sed divina voluntas ut potè summè Identificata cum Divina volitione non est reducibilis ad hoc, ut actu influat, vel possit actu influere in illam, non cum pura impotentia extrinseca, sive ratione status, aut impedimento aliquo extrinseco, sed impossibilitat ab intrinseco ob eandem summam identitatem, & puritatem actus, qua per intrà lineam volitivam sic summè identificari cum volitione divina, ergo sine fundamento datur ei vera, & propria ratio potentiæ. §. Urg totum hoc. Licet dicamus posse eam concipi per modum principii virtualis, aut virtualiter influentis in volitionem divinam, non tamen ex hoc inferri potest, quòd Deo conveniat actualiter voluntas per modum potentiæ ergo, prob. ant., licet dicamus inter attributa divina dari ante opus intellectus distinctionem virtualem, non tamen dicere possumus, quòd ante illud Deo conveniat actualiter distinctio inter illa, ergo licet similiter detur, inter voluntatem, & divinam volitionem influxus virtualis, non tamen id sufficiet ad verificandum, quòd Deo conveniat actualiter voluntas per modum potentiæ.

Ad hoc patet ex dictis, unde dist. ma. Quod sit principium per se influens, actu, vel virtualiter juxtà sui conditionem, conc., determinatè actu, vel realiter, neg., & dist. mi. ut principium influens re aliter, vel actu, conc., virtualiter, neg., quia cum ex propria ratione formali juxtà communem conceptionem, ut dictum est, verè, & propriè concipiatur, ut facultas proxima volitiva, ut dictum est, verè etiam concipi potest ex eadem cum fundamento, licet non actu, (cui solum opponitur ratio actus puri,) saltem ut influens virtualiter; nam sic influere, ut insinuavimus, consistit in hoc, quòd si talis actus verè esset causabilis, aut producibilis, verè ab illa exiret; hoc enim importat formalis ratio utriusque, ut similiter explicantur rationes formales aliorum divinorum, in quibus admittitur distinctio virtualis, ut inter naturam, & attributa, & inter ista inter se, salva eorum puritate actus, etiam cum egressu, vel emanatione virtuali unius ab alio, ut dictum est; quia per id non tollitur summa realis identitas inter illa, nec aliàs est debitum explicandi, quando sunt distincti conceptus objectivi, vel definitivi.

Sed instat Gonet. Quia actus purissimus debet constitui, & concipi modo imaginabili purissimo, & perfectissimo, sed perfectior, ac purior concipitur divina perfectio, quando concipitur, ut exprimens ultimam suæ lineæ actualitatem, quam dum intelligitur ut implicitè solum includens, ergo ad rationem actus purissimi requiritur expressio ultimæ actualitatis propriæ lineæ, licet non requiratur expressio aliorum pertinentium ad distinctam: unde patet disparitas ad exemplum de aliis divinis, in quibus admittitur distinctio virtualis; nam attributa v.g. divina (& sic de aliis) non pertinent ad lineam essentiæ, vel naturæ, sed sunt quædam veluti proprietates, & affectiones ad illam consequentes, & ideò in essentia divina salvatur ratio actus purissimi, cum sola inclusione implicita illorum, secus autem in voluntate divina, cum sit ultima actualitas lineæ volitivæ.

Resp. huic instantiæ, quæ videtur tangere præcipuam vim sententiæ oppositæ; dist. ut supra ma. claritatis gratia. Debet concipi intrà limites suæ rationis formalis, seu juxtà exigentiam illius conc., aliter, neg.: & tunc concessa mi: nego suppositum consequentis in casu, scil. quòd divina volitio pertineat ad eandem rationem formalem, ac proinde ad eandem indivisibilem lineam athomam, ad quam pertinet divina voluntas, ut ostensum est, unde si hæc

ratio-

ratione alia divina concipi possunt modo putissimo, ac perfectissimo, sina exprassiona alterius, cum sola identitate, vel inclusiona reali, pariter concipi poterit divina voluntas sine expressiona divinę volitionis cum sola aadam idantitate, & inclusione reali. Vel dato atiem, quòd teneatur importare explicitè illam, non taman ut expressam intran.itivà, ex vi proprii conceptus, aut rationis furmalis sad alterins, scil. ex vi conceptus, & propriæ rationis ejusdem actionis, ut in simili dicebamus supra de essentia, & existentia divina, ob peculiarem connexionam, vel axigantiam inter utramqua rationem formalem, quòd una non possit exprimi sine alia, quod non contingit in omnibus aliis divinis in quibus est distinctio virtualis, ut patet in justitia, & misericordia, qnia ut dicebamus de conceptu proprio actionis ast *Ab*, sicut de illo relationis *Ad*, unde sicut naquit relatio exprimi sine expressione termini, ità nec videtur posse actionem sine expressione principii, vel potentiæ, à qua concipitur ut egrediens, vel atiam è contra. Cæterum sicut id non tollit dualitatam, ac proprietatem utriusq. rationis formalis earum, nec pariter tollit dualitatem, ac proprietatem distinctæ lineæ, ac proinde nec proprietatem potentiæ, & actionis in illis, juxtà ea, quæ diximus de eadem essentia, & existentia divina.

Ad 1. confirm. arg. principalis patet etiam ex dictis; unde dist. ant., dicit rationem perfectibilis realiter, vel secundum implicitum, & explicitum, neg., potè dialecticè, val secundum explicitum, modo immediatè explicato transeat, vel conc., & neg. conf., quia non ast debitum axplicandi, ut dictum est, ac proinde nulla argui potest imperfectio, aliàs arguenda esset in aliis divinis, in quibus est eadem virtualis distinctio: voluntatem verò divinam non habere hoc debitum explicandi saltem ex propria ratione formali sufficienter ostensum est. Per quod etiam patet ad illius probat; nam solum probat de perfectibili secundum rem, vel secundum explicitum, & implicitum, non secundum purè axplicitum sine debito explicandi, quia cum in isto non sit exclusio alterius actualitatis, quam non renetur explicare, nulla potest essa potentialitas, vel defectus actualitatis repugnans actui puro.

Ex his etiam fit satis ad 2., cui neg. ant. in casu, ad prob. dist. & explico ant., posse pervenire ad actuma., transitu determinatè reali, vel actuali, seu per realem influxum, vel actualem, neg., actuali, vel virtuali, conc., & eodem modo distinguenda est utraque ajus probatio. In hoc autem posteriori transitu, vel influxu nulla importatur carentia actualitatis, ut dictum est, sed pura non explicatio, vel dialectica tantum. §. Ad 3. iterum dist., & explico, ut supra ant., debeat, aut possit influere juxtà sui meritum conc., aliter, vel actu determinatè neg., nam si solum sit potentia virtualiter influens, non est necessarium, quòd aliquid actu influat in illum, sed solum, ut dictum est, quòd si actus esset causabilis, ab illa exiret. Ex quo eriam patet ad utramque illius prob. annexam, nam eo modo solum, quo concipitur per modum potantiæ, tenetur influere, scil. actu, vel virtualiter tantum, si semel est potentia solum distincta penes explicitum, & implicitum ab actu. Nec propterea dicanda est frustra, quasi sine fundamento concepta, si aliquando ad actum, sive ad actu influendum reducibilis non est; nam id solum varificari potest, aut exigi de potentia, quæ utroque modo distinguitur ab illo; nam hæc solum rafspicit actum, qui est capax actu exire. De potentia verò, quæ tantum penes explicitum distinguitur ab actu, id solum verificari potest purè conditionatè modo explicato.

Et quidem hæc confirmatio retorqueri poterat superioribus instantiis aliorum divinorum, ut facilè consideranti constara potest, & in cooceptu principii, quem admittunt in eadam voluntata, & conceptu actus secundi, quem negant, ut vidimus, volitioni divinæ. Prior enim conceptus cum non præcisè consideretur in ordine ad terminum, sive productum ad intra, sive factum ad extra, sed atiam secuudum saltem modum concipiendi in ordine ad actum secundum sub rationa generationis, vel spirationis iterum ad intra, vel creationis ad extra, non vidatur prout sic posse præscindi ab aliquo influxu virtuali, & posterior actus secundi à virtuali agressu, neutro tamen reducibili aliquando ad actum, ut intendit eadem confirmatio, ergo si nihilominus salvatur in illa vera ratio principii, & in volitione vera ratio actus secundi salvabitur etiam in illis propria ratio potentiæ, & propria actionis. Et quamvis etiam in eadem ratione principii, & actus secundi non admittaretur talis influxus, & egressus virtualis, adhuc ratio principii, utpotè de linea primi, non exprimit ex proprio conceptu rationem ultimæ actualitatis, ac proindè etiam ratio actus secundi exprimet hanc ultimam secundum aliquam habitudinem ad principium, quod est concipi secundum rationem actuabilis, & actuantis, ergo si nihilominus sine omni imperfectione, aut potentialitate admittitur utr que, & propriè utraque hæc pcterior ratio, vel conceptus, poterit atiam admitti ratio potentiæ, & actionis, se ratio utriusque est, ut supra, quia ast pura actuabilitas dialectica per non explicationem sine debito explicandi, & cum implicita inclusione, quæ nullo modo lædit puritatem actus, ut patet in aliis divinis.

Ex his etiam patet ad explicationem ejusdam 3. confirm. est enim de subjecto non supponente, quòd reducibilitas ad actum in potentia solum distincta penes explicitum ab actu secundo, vel actione, sit valuti absoluta, ut contingit in creatis, in quibus est exclusio, & non præcisa non explicatio, sed tantum conditionata modo explicato, nec tenetur altar reduci ad illum, nam in tantum in nobis, vel in agante creato potantia, quæ ast in potentia ad aliquem actũ, val perfectionem tenetur actu reduci, & non purè conditionatè, itaut si actu non raducatur, remaneat aliquid imperfectum, quia verè caret illa, nec est in potentia purè dialectica, vel axplicativa, sed physica, vel realis, qua ratione probat D. Thom. 3. p. quæst. 9. ar. 1. esse admittendam in Christo scientiam creatam præter divinam, quia anima ejus erat in potentia ad illam, ut ad propriam perfectionem, nam anima rationalis secundum se est in potentia ad cognoscenda intelligibilia per intellectum possibilem tanquam ad parfectionẽ propriam, ut docet Ph l. 3. de Anima t. 18. unde si caruisset scientia creata, non solum fuisset imperfecta, sed imperfectior animabus aliorum hominum, cœterum divina voluntas, ut dictum ast, cum solum distinguatur penes explicitum à volitione divina, ac proindè implicitè aam includat, non tenetur sic reduci, aut perfici per illam, ex eo præcisè quòd non explicet, sad tantum inferri potest, quòd sit in pura potantia dialectica sine ulla imperfectione objectiva.

Ad 4.

Ad 4. nego antec., ad prob. nego conseq., & disparitas est; quia hoc, quod est attributa inter se, vel naturam, & attributa distingui tantum virtualiter, pugnat cum actuali distinctione, ut patet ex terminis, unde non stat quòd ante intellectum distinguantur tantum virtualiter, & quòd Deo conveniat ante illud actualis distinctio inter illa; cæterum influxus virtualis non opponitur conceptui proprio potentiæ ut sic, ut constat ex dictis, unde licet ante opus intellectus solum ponamus influxum virtualem, nō tamen tenemur removere à Deo conceptū proprium potentiæ, licet non influat actu, sicut actu ponimus conceptū propriū naturæ, licet actu non radicet attributa.

3. Arg., & potest esse replica præcipuè contra præcedentem solut. ad 4. si Deo conveniret voluntas per modum potentiæ verè, & propriè, deberet ei convenire ut potentia realis volitiva, conseq. non videtur admittendum, ergo; ma. constat, aliàs esset magis quid fictum, quàm verè, & propriè potentia, nam quod reale non est, est confictum per intellectum; sequela verò prob. si esset potentia realis realiter volitiva, deberet actu distingui à volitione, & actu influere in illam, & non tantū virtualiter, ergo; prob. ant. de ratione potētiæ est distingui, & influere in actū, ergo de ratione potentiæ realis erit actu, vel realiter distinguī, vel influere in illam. §. 2. Prob. eadem mi., vel sequela. Nam quia de ratione compositionis est *distinctio* extremorum, non stat realis compositio sine reali eorum distinctione, ergo si de ratione potentiæ est distingui ab actu, de ratione potentiæ realis erit distingui realiter ab illo. §. 3. De ratione potentiæ est esse principium proximum actus, sed voluntas divina non est principium reale volitionis divinæ, ergo nec potētia realis illius. §. 4. Quia idem est potentia, quòd actus primus, sed in Deo non est actus primus realis in ordine ad 2., ergo, prob. mi. quia actus primus distinguitur à 2., sed in Deo non datur voluntas distincta realiter ab actu secundo, ergo nec actus primus realis in ordine ad volitionem.

Ad hoc patet ex dictis esse etiam solvendum à Contrariis, nam potest multiplicitur inferri in aliis divinis, ut rectè etiam ad ultimum advertit Illustriss. Godoy. Potest siquidem eadem facilitate inferri, quòd debeat natura divina distingui realiter à suis attributis, aut quòd in Deo non datur natura realis, nam de ratione naturæ pariter est distingui à suis proprietatibus, ergo vel in Deo non datur natura realis, vel tenetur hæc distingui realiter ab illis. §. Sed deindè nego mi., ad 1. illius prob. nego antec., ad ejus prob. dist. ut supra ant., est distingui ab actu, vel influere in illum, realiter, vel formaliter, aut virtualiter, conc., determinatè realiter, vel formaliter, nego ant. & cons., nam satis est, quòd distinguatur, vel influat virtualiter, ut patet in eadem natura divina respectu suorum attributorum.

Ad 2. dist. ant. loquendo præcipuè de compositione in re. Est distingui quomocunque, nego, determinatè formaliter, vel realiter, aut actualiter, conc., & nego conseq., quia de ratione potentię, ut ostensum est, non est distingui determinatè realiter, vel formaliter, aut actualiter, sed vel formaliter, aut actualiter, vel virtualiter; sicut quia de ratione scientię verè, & propriè non est discursus determinatè formalis, sed vel formalis, aut virtualis, vel objectivus, non sequitur, quòd in Deo non detur scientia realis verè, & propriè, ex eo quòd non detur in illo discursus formalis, sed tantum virtualis, vel objectivus, ut in superioribus explicatum est. Et patet etiam in volitione, & intellectione divina, quæ ex eo, quòd non distinguantur, aut specificentur realiter formaliter, sed tantum virtualiter ab objecto primariò volito, aut intellecto, sive à vero, & bono divino, non inde infertur, quòd in Deo non detur verè, & propriè volitio, & intellectio realis, & sic de aliis. Quare autem de ratione compositionis realis non sit distinctio sic indeterminetè, sicut in casu alibi 3. p. quæst. 2. ad ar. 4. explicatum est, quia idem realiter idem non potest seipsum componere, & ideo relatio, & essentia in Deo non faciunt compositionem, quia non distinguuntur realiter, ut etiam ostenditur infra de Trinitate: licet enim non semper requiratur, quòd extrema verè, & propriè componentia se habeant per modum partis, vel per modum alicujus imperfecti, vel incompleti, aut dependentis, ut probatur ibi de Persona Christi verè, & propriè composita ex utroque extremo divino, & humano contra Scotum, Durandum Bonavent., & alios, qui propterea negant, ut vidimus; simpliciter, & absolutè posse dici compositam, quia compositio, ut dicunt, intrinsecè includit imperfectionem divinæ naturæ repugnantem, (quod à fortiori militaret hic in favorem nostræ sententiæ,) nihilominus saltem requiritur distinctio aliqua realis, itaut compositum distinguatur saltem realiter à quolibet componentium, ut includens ab incluso, licet non necessariò ut res à re, quod etiam verificatur de eadam Persona Christi, quæ prout sic composita distinguitur à Persona verbi, quia includit humanitatem, quam non includit Persona verbi.

Ad 3. dist. similiter ma., est esse principium determinatè formale, aut per influxum formalem, neg. hoc enim solum convenit potentiæ creatæ, ut potè realiter distinctæ ab actu, formale, vel virtuale, aut per influxum formalem, vel virtualem conc., & eodem modo distincta mi., neg. conseq. quia sufficit ad rationem potentiæ verè, & propriè, ut dictum est, ratio principii formalis, aut virtualis, unde per hoc, quòd salvatur in Deo facultas proxima ad actum, virtualiter illum principians, salvatur etiam realis potentia formaliter, sicut salvatur realis scientia formaliter, per hoc quòd salvatur in illo discursus virtualis.

Ad 4. ne fiat æquivocatio dist., & explico ma., idem est, quòd actus primus, quasi in actu primo, neg. per modum principii proximi operativi, vel influxivi, conc., & dist. mi., non est in Deo actus primus, priori modo præcipuè realiter formaliter, conc., per modum principii proximi influxivi, neg., sicut enim non admittimus in Deo potentiam in potentia scil. realiter formaliter [hæc enim dicit carentiam actus 2., & non præcisam non explicationem illius] ità nec admittimus in illo actum primum in actu primo realiter formaliter, sed tantum virtualiter, vel penes explicitum, aut secundum potentiam purè dialecticam, ut explicatum est. Sed de hoc etiam videri potest Illustriss. Godoy hic §. 2. n. 25., ubi licet admittat rationem potentiæ realiter formaliter, non tamen rationem principii in ordine ad actum 2., nisi tantum virtualiter, quia non ità exprimitur; inquit; in potentia ratio principii, sicut in principio ratio influxivi, nā in isto non intellecta ratione influxivi, nihil remanet in illo; cæterum in potentia, non expressa ratione principii, manet aliquid, quod intelligatur, scil. ratio facultatis proximæ ad actum, ex quo fit, quòd licet ratio potentiæ realis formaliter

subsistere possit per solum influxum virtualem, non tamen ratio principii realis formaliter, & ideò in voluntate divina cum sola ratione principii realis virtualiter adhuc intendit salvare rationem potentiæ realis formaliter. Sed quid quid sit de hoc discrimine, inter rationem potentiæ, & principii, quod subtiliter ibi, & nn. sequenti promovet ad hominem contra Adversarios, ne videatur difficultas reduci quasi ad q. de nomina, placet priori modo procedere conformi ad superiora, & magis, ni fallor, ad præsens intentum.

Ult. arg. ex Suarez. Potentia volitiva est facultas ab eliciendam, & recipiendam volitionem, sed in Deo non datur volitio elicita, aut recepta, ergo nec verè datur potentia volitiva. §. Ad hoc iterum patet ex dictis esse multipliciter solvendum ab omnibus, tum in natura divina respectu suorum attributorum, vel proprietatum, quæ licet reali formali amanatione non amanent ab illa, non propterea impeditur eadem à vero, & proprio conceptu naturæ, sed satis est illi, quòd ut explicatum est per influxum virtualem radicet, aut influat in illas. Tum in aliis divinis, in quibus cũ solo influxu, vel egressu virtuali optimè salvatur proprius eorum conceptus, ut in volitione, intellectione, & vita actuali divina. In forma ergo dist. ma., ad eliciendam, & recipiendam volitionem, reali formali elicientia, & receptione, neg., virtuali, conc., & hoc sufficit, ut ostensum est, ad salvandam veram rationem potentiæ; quia de ratione potentiæ ut sic, abstrahentis à creata, & increata non est determinatè influxus, & receptio realis formalis, sed disjunctim scil., vel realis formalis, vel tantum virtualis, sicut similiter dicimus de ratione radicis, vel naturæ, ut lic: & ut etiam dicemus infra, de ratione liberi ut sic, quòd non est ità esse determinatè, quòd possit non esse, vel deficere subjectivè, & in se, aliàs libertas, vel conceptus liberi non esset perfectio simpliciter, unde optimè salvatur sine hoc defectu, [qui tantum convenit libero creato, vel potentiali,] vera, & propria ratio liberi in Deo.

§. III.

Statuitur secunda conclusio.

Voluntas divina prout in actu primo, sive per modum facultatis proximæ volitivæ distinguitur virtualiter, sive distinctione rationis ratiocinatæ, seu cum fundamento in re ab actuali volitione. Addo hanc 3. partem distinctionis, ut præscindamus à superiori illa difficultate, [de qua supra ad q. 2.,] an distinctio virtualis sit eadem cum fundamentali; unde satis est ad intentum, quòd omninò non coincidant, sive in eodem indivisibili conceptu, tam formaliter, quàm virtualiter, per modum ultimæ actualitatis à toto genere volitivi sine ulla distinctione virtuali, vel cum fundamento in re. §. Sumitur ex D. Tho. in 1. dist. 7. q. 1. ar. 1. ad 2., ubi etiam confirmat præcedentem, unde ait. *Egreditur etiam ab essentia alius actus, qui est etiam actus habenti essentiam sicut agentis, & essentiæ sicut principii agendi & iste est actus 2., & dicitur operatio; & inter essentiam, & talem operationem cadit virtus media differens ab utroque; in creaturis etiam realiter: in Deo rati one tantum: & talis actus est generare: & ideò sec undum modum intelligendi, natura non est principium ipsius, nisi mediante potentia.* In quo duo habentur, & quòd inter essentiam, seu principium radicale, & operationem vel actum 2. cadit virtus madia differens ratione ab utroque; sicut inter utrumquè est etiam virtus media in creatis differens realiter ab illis, & quòd hæc virtus est per modum potentiæ; sed cum discrimine insinuato à D. Tho. itaut sicut in nobis est verè, & propriè distinctio realis, & realis potentia cum reali formali influxu in operationem, pariter in Deo, sive in divina voluntate est realis potentia cum influxu virtuali, & similiter distinctio virtualis, sive rationis cum fundamento, nam loquitur ibi contrapositivè, & cum distributione accommoda, ut patet ex textu: unde voces illæ, *secundum modum intelligendi*, ut supra etiam dictum est, non sunt accipiendæ hac in re juxtà D. Tho., purè dialecticè, vel secundum explicaris, sed verè, & propriè, seu cum eodem fundamento, sufficienter ad affirmandam distinctionem virtualem, vel fundamentalem, aut rationis ratiocinatæ.

Ex his etiam poterat 1. argui sic. Juxtà D. Tho. Potentia generativa est virtus media inter essentiam, seu principium radicale generationis, & ipsam generationem, seu intellectionem tanquam potentia virtualiter, sive ratione ratiocinata, distincta ab ipsa generatione, ergo pariter potentia volitiva erit virtus media inter essentiam, seu principium radicale volitivum, & ipsam volitionem ab ista similiter distincta; conf. tenet, nam semel concesso ant., quod est D. Th., non videtur posse legitimè negari conseq., cum vel etiam contrarii de utraque virtute media negent hanc distinctionem ab actu 2., existimantes, ut dictum est, tam intellectum, quàm voluntatem pertinere ad eandem lineam athomam, ad quam pertinet actio, sive ultima actualitas totius lineæ, & ideò teneri ad eam explicandam ex conceptu actus puri.

2. Prob. ratione ex dictis. Quæ in creatis distinguntur ex suis rationibus formalibus, & non præcisè ob limitationem subjecti, distinguntur in Deo virtualiter, seu ratione ratiocinata objectivè, vel cum fundamento in re, sed ità in nobis distinguntur voluntas, & volitio, ergo distinguntur virtualiter, sive objectivè per rationem ratiocinatam: ma. patet inductivè in aliis attributis, in quibus admittitur eadem distinctio, quia tunc gaudent distincta definitione objectiva, ac proindè pertinent ad distinctam lineam, ut latè etiam ad q. 2. explicatum est: mi. quoque constat ex utroque superiori §., nam ratio formalis, aut conceptus facultatis proximæ volitivæ non est idem, aut ratio eadem formalis, ac ratio volitionis, cum de conceptu istius, ut dictum est, sit *Ab*, sive egressus à principio, & præcipuè, cum sit actio vitalis, de cujus ratione est, quòd sit à principio intrinseco, & quòd illud per illam se moveat, qua ratione diximus supra ad qu. 12. esse in supplebilem ab extrinseco, itaut non possit agens agere per actionem à se non productam, sicut potest agere per principium, vel virtutem proximam superadditam, seu ab extrinseco advenientem, ut ostensum est de lumine gloriæ, ergo nequeunt omninò in unam indivisibilem rationem, seu conceptum objectivum coincidere. Quòd si dicatur ut supra, ità esse, si sumatur, aut consideretur actio sub conceptu actionis, non si sub conceptu ultimæ actualitatis, vel actus 2. Jam sufficienter impugnatum est, ne eadem repetamus.

3. Prob. etiam ex dictis destruendo fundamentum oppositæ sententiæ, & simul explicatur, & urg. præcedens

cedens ratio. Distinctio virtualis, aut rationis ratiocinatæ inter divinam voluntatem, & ejus volitionem, nullam arguit imperfectionem in Deo, ergo non est illi denegauda, conf. tenet, quia hac ratione potissimum negatur: prob. ant., quia nullam arguit potentialitatem objectivam, sed purè dialecticam non repugnantem actui puro, ergo nec imperfectionem, ant. constat ex dictis, & præterea etiam prob.; ad salvandam puritatem actus inter utramque, tam in re, quàm in conceptu sufficit realis identitas, & implicita objectiva inclusio, sed distinctio virtualis, vel rationis ratiocinatæ non tollit hanc identitatem, & inclusionem, ergo nullam arguit potentialitatem adversam puritati actus: ma. constat, quia aliàs non posset admitti in Deo, sive inter alia prædicata divina: & hinc patet etiam mi., quia si obstaret eidem puritati, & inclusioni, iterum esset releganda à Deo.

Dices ut supra, ità esse ubi non est identitas lineæ, ut in casu, nam quodlibet prædicatum divinum tenetur explicare ultimam actualitatem suæ lineæ, nam hac ratione, qui admittunt distinctionem virtualem inter principium radicale, & ultimum actum, sive 2., vel actionem, dicunt sufficere prædictam identitatem, & inclusionem ad salvandum in illo conceptum actus puri, quia non pertinent ad eandem lineam athomam, cæterum ubi est identitas lineæ, non sufficit realis identitas, & implicita objectiva inclusio, sed etiam requiritur explicatio, ut salvetur in conceptu, ratio actus puri; sicut enim non salvaretur in re, vel objectivè, si non esset talis identitas in re, & inclusio in objecto, ità nec salvabitur in conceptu, si non sit talis explicatio, ubi est debitum explicandi, ut revera est quando est identitas lineæ, ut patet in cæteris divinis pertinentibus ad eandem lineam, & ideò divina voluntas licèt realiter sibi identificet, & objectivè implicitè includat volitionem, non tamen concipitur ut actus purus, si eam etiam non explicet ut potè actualitatem ultimam suæ lineæ, quod non componitur cum distinctione virtuali ab illa.

Sed hæc solutio jam præoccupata est, eamque retorqueo. In divinis ubi est distincta linea, distinctio virtualis non obstat puritati actus nec in re, nec in conceptu, etiamsi una perfectio non explicet actualitatem alterius, ut fatetur solutio cum cœteris communiter præcipuè Thomistis, sed ut ostensum est, divina voluntas, & volitio non pertinent ad eandem lineam athomam, cum importent diversas rationes formales, & definitiones objectivè distinctas, & habitudines disparatas, seu per modum tendendi, & procedendi penes egressum virtualem activum, & passivum, ergo tenemur inter illas admittere distinctionē virtualem, itaut voluntas per modum potentiæ non teneatur ex vi proprii conceptus explicare, actualitatem volitionis, quia licet hæc sit ultima totius lineę volitivæ, tamen hæc non est eadem indivisibilis virtualiter, sed partitur in radicalem, per modum naturæ, proximam per modum potentiæ, seu facultatis proximæ volitivæ, & ultimæ per modum exercitii, vel actionis.

Urg. hoc. Actualitas actionis non solum est ultima respectu voluntatis per modū potentiæ, vel actus primi, aut facultatis proximæ volitivæ, sed etiā respectu naturæ, ut principii volitivi radicalis, & tamen quia non est intra lineam naturæ absque ulla imperfectione distinguitur ab illa virtualiter, itaut non teneatur natura eam exprimere, ergo poterit similiter distingui à voluntate absque debito eam exprimendi.

Urg. hoc ipsum. Ideò non pertinet ad lineam naturæ, quatenus volitivæ, quia ex propria ratione formali est operatio egrediens radicaliter ab illa, sed etiam, ut probatum est, concipitur ut operatio, virtualiter proximè egrediens à potentia, ergo non pertinet ad lineam istius, sed est extra, ut distincta virtualiter. Et poterat exemplificari, & urgeri superiori exemplo existentiæ in sententia plorium ex Contrariis, qui non obstante, quòd hæc sit ultima essentiæ, ut spectat ad lineam entis, adhuc tamen eam distinguunt virtualiter ab illa, quia ex propria ratione formali, qua est terminus, non potest pertinere ad eandem indivisibilem athomam essentiæ; ut ibidem explicatum est.

Denique ut plures etiam ex eisdem concedunt, particulares volitionum rationes non obstante, quòd sint ultimæ actualitates voluntatis, adhuc nihilominus distinguuntur ab illa, unde distinguunt virtualiter in Deo intra hanc lineam, justitiam, misericordiam, charitatem, & aliàs hujusmodi virtutes affectivas, seu volitivas, ergo licet similiter volitio sit ultima in linea volitiva poterit tamē virtualiter distingui ab illa, quia nempè ex earum rationibus formalibus est partibilis hæc linea in plures athomas, per modum scil. principii radicalis, proximi, & actus secundi, itaut iste sicut non pertinet ad lineam naturæ, quatenus volitivæ, nec pariter pertineat ad lineam potentiæ, ut facultatis proximæ volitivæ.

§. IV.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

Primò arg. [& simul etiam impogn. 1. conclusio ex authoritate D.Thom. 1. cont.Gent.c.92., ubi inquirens quomodo in Deo ponantur esse virtutes, respond. non esse in illo secundum habitum, sed secundum actum, quia ut ait ratione 2. *habitus imperfectus actus est, quasi medius inter potentiam, & actum, unde & habentes habitum dormientibus comparantur.* Ex quo sic arg. magis distat potentia ab actu, quam distet habitus ab illo, sed juxta D. Tho. nequit in Deo poni habitus secundum proprietatem, nec secundum distinctionem ab acto, argo nec poterit poni potentia cum proprietate, aut distinctione ab eodem.

Ad hoc patet primò ex dictis esse solvendum, vel explicandum D. Thom. ab omnibus, nam sicut hìc ait, non dari habitum virtutis in Deo medium inter potentiam, & actum, ita in 1. ubi supra affirmat dari potentiam inter essentiam, & actionem, ergo tenemur omnes assignare discrimen inter habitum, & potentiam, nisi velimus sibi ipsi contradicere, si semel ex negatione habitus, & distinctione ejus ab actu licet inferre negationem potentiæ, & distinctionem illius. §. 2. Nam si quia magis distat potentia licet inferre negationem utriusque respectu illius ab actu pariter licebit inferre utriusque negationem respecto essentiæ, vel naturæ ab eodem, quia magis etiam distat natura ab illo, quàm potentia, cum hæc similiter mediet inter essentiam, & actionem, sicut mediat habitus inter actum, & potentiam.

Pro omnibus ergo resp. assignando discrimen ex dictis, & sumitur etiam ex D. Thom. ratione 3., quia nampè habitus ex sua ratione formali supponit de se-ctum in potentia, cum sit, vel ad vincendam difficultatem formalem, ut diximus in logicis, vel ad complendam ejus potentiam proximam, si non sit perfectè completa, ut ibidam dictum est de intellectu nostro raspectu actus scientifici, qua ratione probavimus necessitatem logicæ ad acquirendas alias scientias; val ad dandam adæquatam præcontinentiam actus, si nempè iste adæquatà superet efficaciam, vel vires proximas illius, ut eit actus supernaturalis, ut vidimus supra de lumine gloriæ, & alijs similibus, unde rectè ait D. Thom. *habitus potentiæ alicuius perfectivus est. In Deo autem nihil est secundum potentiam*, scil. verè, & propriè, sive secundum distinctionem realem ab actu, aut implicitam non continentiam actualem illius, quæ sola opponitur actui puro, vel in re, vel in conceptu objectivo, ut dictum est. Cœterum potentia ex concepta proprio non dicit hanc habitudinem ad radicale principium, sed quia istud ex propriis sistit intra lineam primi, seu mediatè tantum operativi, petit principium proximum, & immediatū, non ob indigentiam, (præcipuè loquendo de illo, ut abstrahit à creato, & increato,) sed magis ob sui nobilitatem, vel dignitatem, ut explicatum est in 2. physic., inferendo hinc non posse substantiam esse immediatè operativam, & constat etiam ex dictis ibidem de lumine, unde nisi sit potentia realiter distincta, vel exclusiva objectivà illius nullam arguit imperfectionem, aliàs non posset eam admittare D. Thom. ut virtutem mediam inter assentiam, & actionem in Deo, sicut non admittit habitum, si semal ob sui imperfectionam asset relegandà à Deo, sicut ob hanc etiam rationem rejicit ratione secunda, dum ait; Habitus imperfectus est, quasi medius inter potentiam, & actum, quia nempe tenetur realiter distingui, vel ex sua ratione formali excludera actum,

Secundò arg. præcipuò fundamento oppositæ sententiæ jam insinuato, cui maximè confidunt Contrarii Thomistæ. Voluntas divina ast actus purissimus omnem potentialitatem excludens, at non esset hujusmodi, semel admittens distinctionem virtualem à volitione divina ergo, Prob. mi. 1. si realiter distingueretur ab illa, esset realiter potentialis, ergo si distinguitur virtualiter, vel secundum rationam cum fundamento, erit virtualiter, vel cum fundamento talis. §. 2. Quia divina voluntas prout sic virtualiter distincta, vel ut proximè eliciens volitionem concipitur ut determinabilis per illam tanquam per actum, ergo ut potentialis, cum actus determinet potentiam, ut illi correspondens tanquam perfectivum respectu perfectibilis. §. 2. Quia sic virtualiter distincta nun solum erit elicitiva, sed etiam receptiva illius, ac proindè passiva, vel potentialis.

4. Deniqua quia actualis volitio est ultima actualitas lineæ, ac potentiæ volitivæ, sed quod concipitur sine ultima actualitate neqoit concipi ut actus purus, quia idem est concipi ut actus purus, ac concipi in actu ultimo ergo.

Ad hoc patet ex dictis, & iterum primò videtur manifeste ab eisdem solvendum, præcipuè dum infert virtualem potentialitatem, vel secundum rationem ex paritate realis, illatæ ex distinctione reali, nam si quia ex ista infertur potentialitas realis, pariter inferanda est virtualis potentialitas ex distinctione virtuali, itaut sicut distinctio realis non stat sine reali potentialitate, ita stara nequit virtualis distinctio sine potentialitate virtuali, unde nunquam poterit in aliis divinis, ut in natura, & attributis &c. admitti hujusmodi distinctio, vel si samel admittitur, (ut revera admittitur absque reali distinctione) cessat omninò eadem paritas,

Sed deindè nego mi., ad prob. nego conseq., quia ut dictum est, ad salvandam rationem actus puri, tam in re, quàm in conceptu sufficit realis identitas cum implicita inclusione actuali, ubi non est debitum explicandi, ut revera non est in casu, nam ob hanc rationem salvatur in aliis divinis, in quibus admittitur eadem distinctio. Unde sicut in illis optimè salvatur infinitas, & consequenter puritas actus etiam in conceptu, quia non tenetur unum explicara actualitatem alterius ob diversam rationem formalam, vel conceptum distinctum definitivum, ita pariter salvabitur in divina voluntate, cum nec illa teneatur explicare illam volitionis, saltem ex proprio conceptu, vel formali ratione ut ostensum est, quidquid sit quòd salvari non possit sine explicatione illios, non tamen intransitivè ex vi conceptus proprii, sed ex vi alterius, scil. ejusdemmet volitionis, quatenus important egressum vitualem activum, & passivum, quorum unus sine altero neqoit explicitè concipi, ut similter dictum est de essentia, & axistantia, quod à fortiori salvat indemnem ejus infinitatem, vel actus puritatam cum tunc nec sit, nec concipiatur potentialitas dialectica, utpotè etiam explicitè importata actualitate ultima volitionis.

Ad 2., val nego antec. juxta hunc posteriorem modum dicendi, cum tunc eam atiam explicitè importet. Val dist. illud, concipitur ut determinabilis, porè dialecticè, vel secundum explicitum tantum, transeat, vel conc., tam secundum axplicitum, quàm implicitum, nego, quia dum realiter illum sibi identificat, & implicitè actualiter includit sine dabito explicandi, nulla porest argui potentialitas etiam in conceptu ex pura non explicatione, aliàs ut sæpè dictum est, esset arguenda etiam in aliis divinis virtualiter distinctis. §. Quòd si instes in gradu generico realiter identificato cum differentiali, & adhuc tamen determinabili potentialiter objectivè per illum. Vel urgantiùs in gradu entis non solum identificato realiter cum modis, sed actu etiam implicitè includente illos, cum nihilominus concipiatur, ut potentialis in ordine ad eosdem, ac proindè realis identitas, & actualis implicita inclusio non videatur sufficere ad salvandam puritatem actus, vel impediendam potentialitatem objectivam,

Respond. ad 1., quòd ut vidimus in logicis, gradus genericus nec explicat, nec implicat, sed excludit objectivè, vel actu præscindit à differentiali, & ideo est potentialis, divina autem voluntas, vel solum non explicat, vel non explicat præcisè ex proprio conceptu volitionem, actu tamen implicitè claudit, unde nullam objectivè importat potentialitatem.

Ad 2. Resp. esse discrimen, quòd licet utrobique sit implicita inclusio, altera tamen modorū in ente oritur, vel fundatur in potētialitate, ob quā contrahitur metaphysicè per illos, licat in illis ob transcendentiam includatur; altere verò in divina voluntate est ex opposito, ut insinuavimus, ex summa, & infinita actualitate, ob quam volitio implicitè clauditur in illa, & tanquam ab actualissimo principio egreditur, unda licet prior inclusio non obstet potentialitati entis.

entis, benè hæc posterior potentialitati voluntatis divinæ.

Ad 3. superiorum prob. dist. antec., sed etiam receptive, purè dialecticè, vel secundum explicari sine debito explicandi, transeat, vel conc., physicè, vel metaphysicè, aut etiam logicè secundum indifferentiam objectivam, nego, cum sit realiter identificata & ex summa actualitate implicitè includat, vel etiam exigat explicari, ut dictum est.

Ad 4. dist. ma., est ultima lineæ volitivæ, à toto genere hujus lineæ nego, intra suam athomam, vel exercitii conc., & dist. mi., quod concipitur sine ultima suæ indivisibilis athomæ conc., alterius athomæ distinctæ nego, nam satis est, quòd hanc realiter identificet, & actu implicitè claudat, ut sæpè dictum est, quia ubi sunt distinctæ athomæ, ut in casu, non est debitum explicandi, unde non læditur conceptus actus puri, ex eo, quòd non explicet, & quidem à fortiori, si adhuc secundum proprium conceptum exigat explicari ex vi alterius sibi summè realiter identificati.

Sed adhuc instas. Quia si explicaret, & præcipue se ipsa immediatè ultimam actualitatem totius lineæ, seu volitionem conciperetur ut actualior, & perfectior, ut patet ex terminis, sed Deo attribuendum est, quod concipitur ut perfectius, immò quod est perfectissimum, ergo. §. 2. Si conciperetur sine implicita actualitate ultima, conciperetur ut potentialis secundum conceptum implicitum, ergo si concipitur sine eadem explicita, vel explicate concipitur ut potentialis secundum conceptum explicitum. §. 3. Et urgeotur præcedentes. Concipi ut actum purum est concipi cum tanta actualitate, quæ major intra hanc lineam ex cogitari non possit, sed major ex cogitari potest si omittitur aliqua explicanda, ut per se patet, nam quæ explicat, concipitur ut major, ergo. §. 4. Concipi ut aliquid potentiale, est concipi sine actu, & cum capacitate ad illum, sed sic concipitur voluntas divina, concepta præcisivè à volitione, vel sine illa, aut non explicans illam, ergo.

Ad has instantias patet continuò esse solvendas ab omnibus in aliis divinis, in quibus admittitur eadem distinctio; nam si quid probant, probant etiam in favorem plurium Recentiorum excludentium omnem distinctionem objectivam etiam inter absolutum, & relativum. §. Pro omnibus ergo ex dictis, & ex dicendis infra de Trinitate, ad 1. quidem dist. me. ut actualior, & perfectior, purè dialecticè, vel secundum explicari transeat, vel conc. physicè, vel metaphysicè, aut etiam logicè, ut explicatum est, nego. Vel iterum dist. conciperetur ut actualior, abstractivè, conc. concretivè nego suppositum, quòd possit, aut debeat sic concipi, salva ejus, aut non confusa ratione formali cum illa volitionis, vel actionis, sicut in simili infra de Trinitate respondemus ad Aureolum, dum contendit esse Deo tribuendam simplicitatem, qua major excogitari non possit, ac proindè solam esse admittendam distinctionem rationis ratiocinatis etiam inter absolutum, & relativum, dicimus enim quod simplicitas, qua major abstractivè ex cogitari non potest, etiam per exclusionem multiplicitatis, vel distinctionis virtualis non est componibilis cum summa ejus eminentia, [qua pluribus æquivalet in creatis,] & salvis utriusque rationibus formalibus, quæ cum ex propriis petant objectivè, vel definitivè distingui, nequeunt in unam indivisibilem virtualitatem convenire, ac proindè, nec mutuò se explicare.

Ad 2. dist. conseq. secundum explicitum cum debito explicandi, nego, sine illo, conc., hæc autem potentialitas cum sit purè dialectica, vel negativa, non logica, aut physica, vel metaphysica, aut privativa non præjudicat perfectionibus divinis, utpotè nullam importans carentiam actualitatis, vel objectivam exclusionem illius, [sicut importaret, si esset secundum conceptum implicitum] immò nec debitum explicandi, aliàs, ut toties dictum est, omninò esset excludenda à Deo hujusmodi distinctio.

Ad 3. sicut ad primam. Ad 4. dist. me., est concipi sine actu, & cum capacitate ad illum, eo modo, quo concipitur ut potentialis, conc., aliter, nego, ram in casu solum concipitur ut potentialis purè dialecticè, vel explicativè, aut negativè sine debito explicandi, quod non importat carentiam, aut capacitatem privativam, sed purè non explicativam sine tali debito, ex quo magis arguitur summa actualitas, quam defectus illius, quia licet non explicet, cum non habeat debitum explicandi, ita tamen sibi identificat, ut omnem omninò potentialitatem etiam etiam logicam, sive indifferentiam in esse objectivo excludat.

Omnes hujusmodi solutiones, quæ ferè in eandem coinciduot, fundantur ut supra in doctrina D. Tho. quæst. 1. de potentia ar. 1. ad 2., quod tale erat ad hanc rem scil. *Omne perfectissimum est Deo attribuendum secundum Ansel.*, scil. in Monol. cap. 14., *ergo quod respicit aliquid perfectius se non debet Deo attribui, sed omnis potentia respicit se perfectius, scil. passiva formam, & activa operationem, ergo potentia Deo attribui non potest*. Cui respondet. *Dicendum quòd licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum non tamen oportet, quid omne illud, quod Deo attribuitur sit perfectissimum, sed oportet, quod sit conveniens ad designationem perfectissimi ad quod competit aliquid ratione sua perfectionis, quod habet aliquid se perfectius: cui tamen deest illa, quam aliud habet*. En in terminis nostra sæpè repetita solutio, nempè, quòd licet exprimere ulteriorem actualitatem, sive in casu actualem volitionem, vel operationem, sit, aut concipiatur ut aliquid perfectius, quàm illam implicare, & involuere, & consequenter hæc expressio Deo concedenda sit, non tamen ad salvandum conceptum actus puri sine omni objectiva imperfectione est necessarium, quòd illam exprimat sub conceptu potentiæ volitivæ, operativæ, aut intellectivæ, sed tantum sub conceptu actualiter operantis, ut subtiliter etiam expendunt Illustriss. Godoy, & Mag. Ferre, quia nempè non tenentur sub priori conceptu, seu secundum propriam rationem formalem exprimere illam, sed quòd sint tantæ perfectionis, ut eam sibi realiter identificent, & actu implicitè claudant. Ex quo etiam evidenter infer mus, quòd hujusmodi potentialitas purè dialectica, seu non explicativa, sive non expressio sine debito explicandi nihil obstat ex D. Tho. puritati actus divinarum perfectionum.

Ultimò tandem arg. Ex eo admitti potest virtualis distinctio inter divinas perfectiones, quia vel sunt principia distinctionis realis, vel de illis verificantur prædicata contradictoria, sed neutrum ex his militat de voluntate, & actuali volitione ergo; mi. constat, quia neutra est principium alicujus distinctionis, nec aliquid affirmatur de una, quod non affirmetur de alia

alia: ma. verò quoad 1. p. patet in intellectu, & voluntata, nam ideò distinguntur virtualiter, quia sunt principium quo generationis Verbi, & processionis Spiritus Sancti realiter distinctorum: quoad 2. verò in natura, & paternitate, quia nempè de illa verificatur, quòd communicatur, & est communis tribus, id verò negatur de ista ergo. §. Urg. hoc. Quia nullum est aliud assignabile fundamentum, quo inferri possit hæc distinctio inter voluntatem, & actualem volitionem, ergo; prob. ant. quia vel est aliqua formalis efficientia, & actualis receptio, vel eminantia divina æquivalens volitioni creatæ effectæ, & receptæ, & voluntati efficienti, & recipienti intrinsecè volitionem, sed neutrum subsistit ergo solum duo priora possunt illam inferre; prob. mi. quoad 1. p. nam formalis efficientia, & receptio dicunt imperfectionem Deo repugnantem, ut constat ex dictis: quoad 2. verò, nam Deus eminenter continet hominem, & Leonem, & tamen hinc non infertur virtualis distinctio inter utriusque continentias, nec quòd cum fundamento tribuamus illi denominationem eorum, ergo prædicta eminentia non est sufficiens ad fundandam distinctionem virtualem, vel cum fundamento in re.

Ad hoc patet primò esse solvendum à sui Authore in aliis perfectionibus virtualiter distinctis, quæ tamen non sunt principia alicujus distinctionis realis, ut in misericordia, & justitia, & aliis hujusmodi. Unde neg. ma. quoad 1. p., [concessa, vel admissa quoad 2.] sed quia ut dictum est, ex proprio conceptu definitivo, seù ex propria ratione formali important lineam athoniam distinctam per modum egressus virtualis activi, & passivi, nam Deus ratione voluntatis est proximè potens velle, & virtualiter aliciens volitionem, non autem ratione actualis volitionis; sicut similiter ratione misericordiæ est id, quo miseretur, & ratione justitiæ, quo punit, & sic de aliis, unde licet etiam intellectus, & voluntas non essent principia distinctionis realis, adhuc ex suis rationibus formalibus haberent sufficienter distingui virtualiter, & cum fundamento, ut si esset una tantum persona in divinis, ut alii hæreticè dicunt.

Ad confirmat: patet ex his fundamentum statuendi hanc virtualem distinctionem: unde neg. ant., ad prob. dicimus nec esse realem formalem influxum, nec realem formalem receptionem, nec præcisam eminentiam, quæ æquivalet distinctis ut cunque realiter in creatis, sed qua præcipuè distinctis ex suis rationibus formalibus, & nonex pura limitatione subjecti, unde ascendêdo ad Deum, ubi est hæc diversitas rationum formalium, ex eminentia quidem habent, quòd vincant distinctionem realem ortam ex eadem limitatione in creatis, sed quia habent simpl distinctos conceptus definitivos, (quales sunt in casu ratio potentis velle, seù facultatis proximæ volitivæ, & ratio volentis actualiter; seù ratio voluntatis, & actualis volitionis,) quæ cum proprietate Deo conveniunt, & sine eadem distinctione virtuali, vel cum fundamento in re salvari nequeunt,) ideò retinent hanc distinctionem, sicut alia divina virtualiter distincta sine omni imperfectione objectiva, vel præjudicio puritatis actus.

Et quidem (ut subtiliter etiam opponit Illust. Godoy contra P. Herice Authorem hujus confirmat., & argumenti, & idè est contra alios oppositæ sententiæ) perpetua est instantia de natura, & ejus attributis, sive admittat radicationem eorum virtualem, sive non; nam si admittat, urgentiùs premitur: si verò nolit admittere, adhuc contra illum, & omnes militat conceptus proritatis conveniens eidam naturæ respectu illorum, quam negare non potest, salvo conceptu naturæ, & eorundem attributorum cum propriatate illis convenienete. Tunc enim fit idem argumentum, nam hæc virtualis prioritas, aut præcedentia; vel est aliqua præcedentia, aut prioritas formalis, vel æquivalentia ad naturam, & proprietates craatas, inter quas datur præcedentia formalis: non primum, quia est maxima imperfectio, sicut est elicientia formalis; non secundum, ut probat ejus exemplum. Quid ergo dicet huic instantiæ, dicemus & nos ejus argumento.

§. V.

Corolaria ex dictis.

Colligimus 1. etiam distingui virtualiter potantiam generativam ab actuali generatione ob distinctas similiter rationes formales, scil. potentis generare, & actualiter generantis, nam sicut Deus est potens velle ratione voluntatis, non ratione volitionis, ità est potens generare ratione potentiæ generativæ, non ratione actualis generationis. Neque hic distinctus virtualiter conceptus utriusque objectivus obstat quinario numero notionum, licet tam potentia generativa, quàm actualis generatio sint notiones Patris, quia cum notio sit ratio indicans, vel manifestans dignitatem Personæ, ut duo in divinis multis plicentur in ratione notionis requiritur, ut manifestent distinctam illius dignitatem; constat autem, quòd utraque manifestat eandem dignitatem Patris, unde licet distinguantur virtualiter in ratione potentiæ generativæ, & actualis generationis, non tamen in ratione notionis.

2. Colligimus à fortiori distingui virtualiter voluntatem à volitivo radicali, quod nihil aliud est quàm natura intellectiva: unde major est distantia objectiva inter voluntatem, & volitivum radicale, quàm inter eandem, & volitionem, nam utraque hæc pertinet ad lineam volitivam, ut distinctam ab intellectiva, ad quam pertinet volitivum radicale. Tria namquam in ista distinguimus, nempè intellectivum radicale, quod est radix potentiæ volitivæ in gradu intellectivo; deindè intellectivum proximum, quod est intellectus, & actualis intellectio. In volitiva verò duo tantum, scil. voluntas, & actualis volitio, ergo si inter istas invenitur diversitas rationum formalium sufficienter ad distinguendum illas virtualiter, à fortiori concedendæ sunt inter voluntatem, & naturam, itaut sicut voluntas est potens velle, seù principium proximum potens influere virtualiter ratione sui, & non ratione volitionis, ità natura est principium influens radicaliter ratione sui, & non ratione voluntatis, ut supra etiam vidimus ex D. Th. ponente voluntatem, ut virtutem mediam inter essentiam, vel naturam, & ipsam actionem.

Expl., & urg. hoc. Nam communiter dicimus, (ut rectè etiam advertit M. Ferre hic §. 3.) quòd natura divina ex propria ratione formali, seù conceptu naturæ non est formaliter sapiens, non est formaliter aeterna, & sic de aliis, (à quibus fatemur, præcipuè nos Thomistæ virtualiter distingui, sed tantū radicaliter, ergo similiter dicendum est, quòd ex eodem conceptu non

non est formaliter voluntas, sed tantum radicaliter, sicut enim illa enumerata sunt attributa, pariter voluntas attributum est, §. Et urg. ulterius. Nam volitivum radicale, ut dictum est, nihil est aliud, quàm natura intellectiva, quæ primò radicat intellectum, & mediante intellectu voluntatem, sed omnis series ordinis volitivi distinguitur à gradu intellectivo, quo natura intellectualis constituitur, ut latè in superioribus ostensum est, ergo proximè volitivum virtualiter distinguitur à volitivo radicaliter. Itaque cum natura divina non constituatur essentialiter metaphysicè per intelligere, & velle, sed tantum per intelligere, prima radix potentiæ volitivæ habetur in gradu intellectivo, ergo cum ab isto distinguatur virtualiter, tota series voluntatis, sive lineæ volitivæ, (ut potè etiam habentis diversum modum tendendi, vel procedendi,) consequenter voluntas per modum principii proximi volitionis distinguetur virtualiter à volitivo radicaliter,

3. Colligimus circa paritatem assumptam, conceptus *Ad* relationis ad explicandum conceptum *Ab* actionis, quòd licet optimè juvet ad intentum, nempè, quòd sicut relatio indispensabiliter importat habitudinem ad terminum, ita actio ad principium, ut explicatum est, non tamen eodem modo, vel secundum eandem convenientiam, vel denominationem formalem, nam de ratione relationis abstrahentis à creata, & in creata est *Ad*, seu respectus realis formalis ad terminum, de ratione verò actionis sic abstrahentis non est determinatè *Ab*, sive egressus realis formalis, sed in determinatè, vel disjunctim, ut dictum est, scil. formalis, vel virtualis cujus discrimen egregiè assignat laudatus Illustrifs. §. ultimo n. 88. ad ultimam probat. 5. Tum quia sic communiter accipitur definitio relationis, secus autem definitio actionis. Tum quia cum actio sit intrinseca principio, taliter debet ei concedi conceptus egressionis, ut non repugnet identitati ejus reali cum suo principio, qualem habet cum illo actio increata, sive in Deo, repugnaret autem huic identitati, si illi conveniret egressus determinatè formalis, ut patet inductivè in qualibet actione sic formaliter egrediente, quia cum sit ejus actualitas, & perfectio, tenetur omninò realiter distingui ab illo tanquam à sui realiter perfectibili, nisi velimus realiter formaliter perficere se ipsam, quod implicat, cum perfectibile realiter formaliter ab alio sit in reali potentia ad illud, ac proinde realiter distinctum, cæterum relatio non comparatur ad sui correlativum, ut perfectio, vel actualitas, sed magis in casu, ut quid oppositum, unde quòd realiter distinguatur ab illo nullum est inconveniens in Deo, imò necessarium ad salvandum mistérium Trinitatis.

Hinc infero, quòd si semel uterque conceptus deberent omninò parificari, nullus catholicorum nisi hæreticè posset admittere veram rationem actionis in Deo, sicut nullus eorum admittere potest veram rationem relationis in illo, à toto genere relationis sine reali distinctione à termino sibi opposito, quod tamen nemo ex contrariis audebit huic sententiæ opponere, undè paritas, quam aliqui retorquent de conceptu *Ad*, ad conceptum *Ab*, qui similiter deberet importare determinatè egressum formalem ratione actionis etiam abstrahentis à creata, & increata, sicut importat conceptus *Ad* respectum determinatè formalem respectu relationis similiter abstrahentis ab utraque, videtur esse ab omnibus solvenda, ut potè plus nimiò probans.

Hinc etiam præoccupatur instantia contra utrumque discrimè, quòd nempè sint petitio principii, dum supponitur in illis dari in Deo conceptum realis actionis, quem negant contrarii, sicut negant illum realis potentiæ verè, ac propriè loquendo. §. Nam in primis occurrimus paritati relationis, quam retorquent contra nos, quia non solum probaret esse à Deo removendam veram rationem actionis, sed non nisi hæreticè posset admitti, quod nemo hactenus objecit, nec, ut reor, objciet. Deindè efficaciter ostendimus ex D.Tho. ubi supra, tria enumerante in Deo, scil. conceptum naturæ, sive principii radicalis, conceptum virtutis mediæ, sive facultatis proximæ operativæ, sive intellectivæ, aut volitivæ, & conceptum actionis, præcipuè vitalis, ut dictum est, unde sicut verè datur conceptus realis naturæ sine omni imperfectione in Deo, ità verè dari potest conceptus potentiæ, & actionis. Tum quia Deus verà vivit in actu 2., hoc autem juxtà communem consensum, verè & propriè habetur ratione actionis vitalis, cum vivere in actu 2., sit se actu movere, quod solum habetur per actionem, non ratione potentiæ, aut naturæ, nam ratione principii proximi, vel radicalis, solum constituitur vivens radicaliter, aut proximè se movens, seu potens se movere; non se moveas actu, ut patet ex superioribus, qua ratione diximus non posse intellectum intelligere per actionem à se non productam, vel extrinsecus advenientem, benè verò per virtutem superadditam ab extrinseco, quia per hanc non constituitur actu intelligens, vel vivens, sed tantum proximè potens intelligere, vel vivere, unde de conceptu actionis etiam abstrahentis à creata, & increata est conceptus *Ab*, sive intrinsecè egredi saltem per modum egressus virtualis, sicut de conceptu relationis est *Ad*, salvo tamen discrimine assignato. In quo nulla habetur petitio principii, quia solvendo supponere possumus, quod aliàs efficaciter probatur, vel probatum est.

Quod si opponatur Deum vivere omninò à se etiam in actu 2., ac proindè non posse cum fundamento concipi in illo actionem, (per quam sic vivit,) ut ab alio. Resp. dist., ut ab alio, cum quo realiter non identificetur, & in quo actu implicitè non claudatur, conc., aliter neg., quia ab aleitas ista per solum egressum virtualem non tollit realem identitatem, nec actualem implicitam continentiam, quæ sufficit, ut dictum est, ad salvandam puritatem actus & omnem imperfectionem Deo repugnantem, §. Sed dices iterum, ut supra; quòd perfectius conciperetur actio divina, vel vivere in actu 2. omninò à se in Deo, si conciperetur sine omni ab aleitate etiam virtuali, ut patet ex terminis, ergo sic tenemur concipere. §. Huic instantiæ jam dictum est, ità esse quòd abstractivè loquendo conciperetur cum majori aseitate, sed concretivè non possumus eam admittere salvo conceptu actionis vitalis, unde concretivè est excessus repugnans illi. Et quidè hujusmodi instantiæ videtur etiam militare contra mysterium Trinitatis; nam etiam Filius, [& sic de aliis,] perfectius conciperetur, ut Deus, si conciperetur ut omninò à se, & non ab alio, quia tamen exclusio totius ab aleitatis repugnat huic mysterio, non possumus eam admittere in Deo, sicut ergo sine omni imperfectione, & sine præjudicio divinæ Aseitatis una persona est ab alia, quia accipit idem esse, & in omnibus sum me identificatum cum illa, ubi non obstat oppositio relativa

inter

inter illas, quia sic exigit idem mysterium, ità pariter sine omni imperfectione poterit actio divina egredi virtualiter ab alio, quia sic exigit proprius ejus conceptus actionis vitalis. §. præterquamquòd tenentur contrarii etiam in propria sententia eas solvere, quia licet non admittant egressum virtualem in volitione, dicunt tamen concipi natura posteriorem ut subjecto informationis per unionem virtualem, ut bene observat idem Illustris. Tunc autem conciperetur volitio, ut quid perfectius, si nullo modo præsupponeret naturam, quàm præsupponendo ut subjectum in formationis, & tamen hic excessus non conceditur volitioni, ergo nec debet concedi excessus resultans ex negatione virtualis principii. Quia nempè excessus virtualis principii est proprius conceptus naturæ saltem inadæquatus prout distinguitur ab attributis, ac proinde his (interquæ, ut dictum est) compatatur volitio, concedi non debet. Unde perpetuo retorqueri possunt eorum instantiæ.

4. Colligimus non esse quidem admittendam in voluntate divina rationem habitus, bene verò inclinationem innatam ad volitionem, ut ad perfectionem virtualiter distinctam, & proportionatam. Primum patet quia non solum ità expressè habetur in D. Tho. cap.9. relato ex 1. cont. Gent., sed etiam quia habitus dantur ad vincendas difficultates formales ex parte potentiæ, unde facilitas, quæ tribuitur ab habitu ad operandum supponit hanc difficultatem ex parte illius & ideo potentia, v.g. visiva, quæ eam non patitur non est capax habitus; constat autem in voluntate divina ut potè summè actuali, & infinitæ efficaciæ nullam posse supponi difficultatem superandam, ac proinde quamvis de se facilis, & prompta sit non tamen est capax habitus. Secundum verò, quia inclinatio innata supra potentiam solum addit ex parte termini, vel actionis perfectionem, & proportionem idest, quòd terminus, vel actio sit perfectio proportionata, undè defectu primi negatur in voluntate creata ratio inclinationis ad peccatum pro formali, quia non est perfectio ejus, imò imperfectio maxima; defectu autem secundi negavimus supra q.2. ad ar.2. in natura intellectuali creata inclinationem, vel appetitum innatum (ut explicatum est,) ad beatitudinem; & 3.p. in humanitate Christi ad personalitatem Verbi, quia non proportionantur cum illis, sed excedunt earum exigentiam; cæterum actualis volitio divina utrumque habet respectu voluntatis divinæ, scil. rationem perfectionis, & proportionis ut per se patet, ergo in eadem non solum datur ratio potentiæ, sed etiam inclinationis, cumque hæc non sit elicita, erit innata.

Quòd si inquiras, quam rationem actionis habeat eadem volitio, cum non videatur posse concipi, nec sub ratione eductionis, aliàs deberet concipi ut accidens saltem virtualiter, cum intelligeretur advenire essentiæ subsistenti, & completæ: nec etiam sub ratione creationis, cum hæc importet esse ex nihilo, quod omninò repugnat enti in creato sub quocunque conceptu, cum sub omni dicat negationem non solum essendi ex nihilo, sed etiam ab alio, ut causa, aliàs increatum, & independens non esset. §. Respond. quòd prout sic virtualiter distincta, est virtualiter eductio, quia cum fundamento in re, ut ostensum est, concipitur ut egrediens à voluntate divina, & ex illa.

Neque obstat advenire essentiæ subsistenti, & completæ, ut dicatur esse accidens, quia adhoc erat necessarium eidem advenire, ut aliquid extraneum, seu terminatum per distinctam existentiam; constat autem ex dictis, & ex communi doctrina solum concipi advenire, ut inclusam tamen in ejus conceptu, & terminatam per eandem existentiam, nam in sententia D. Thom. in divinis non multiplicatur existentia, sicut subsistentia, (ut constabit infra de Trinitate,) sed omnia attributa, vel divina existunt per eandem existentiam, & poterat à fortiori exemplificari in unione humanitatis ad Verbum, quæ licet adveniat, vel non solum uniatur illi jam completo, & perfectè existenti, sed posset etiam abesse sine ullo ejus detrimento, (quòd urgentiùs arguit rationem accidentis, ut patet ex ejus definitione, quod non contingit in casu,) non tamen advenit illi, ut accidens subjecto, ut communiter docent Theologi cum D.Thom. 3.p. quæst.2. ar.6. contra Durandum in 3. dist.6. quæst.4. nu.7., quia scil. ut tradit Angelicus ibi ad 2. trahitur ad esse suppositi divini, sive existit per eandem existentiam Verbi, & ideò adhuc substantialiter unitur illi, sive unione substantiali non accidentali, *sicut in resurrectione*, inquit *corpus advenit animæ præexistenti, non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur*.

Vel poterat ulteriùs explicari idem axioma, seu conceptus definitivus accidentis, nempè id, quod advenit enti completo præexistenti, & potest adesse, & abesse, ipsi advenire accidentaliter, quando non tribuit illi esse substantialiter, ut iterum explicat D. Thom. in 4. cont. Gent. c.49. ad ultimum, qua ratione etiam salvat eandem humanitatem non advenire accidentaliter Verbo, quia tribuit illi esse hominem, quod est substantiale. Constat autem omnia divina esse quid substantiale, & nullum respectu alterius posse etiam intelligibiliter ab esse. Obiter tamen adverto cum Mag. Cetalam 3.p. ibidem dubio unico ad 1., quòd hæc posterior explicatio, vel solutio D.Thom. prout attinet ad idem mysterium infert, & includit priorem, quia si humanitas non traheretur ad idem esse Verbi divini non tribueret illi esse substantialiter hominem.

Sed placet ulteriùs advertere obiter iterum cum eodem non solum ad tantum mysterium explicandum, sed etiam prout attinet ad rem, vel idem axioma rectè, & radicitùs intelligendum, non satis esse ad impediendam unionem unius cum alio substantialem, quòd alterum jam in se sit ens actu perfectissimum, aliàs esset impossibilis talis unio in eodem mysterio, scil. Verbi divini cum humanitate, (cû perpetuò in se ante illam sit ens actu perfectissimum,) sed requiritur, quòd subsistentia, & existentia ejusdem extremi sit reducta antecedenter ad omnem actum terminandi, ut contingit in entibus creatis completis, & perfectis, nam quia ista ut talia sunt reducta ad omnem actum, quem possunt habere communicandi suum esse, vel recipiendi aliud esse substantialiter, non possunt prout sic alteri uniri nisi accidentaliter; Cæterum quantum primò attinet ad idem mysterium, licet Verbum Divinum sit in se ens actu perfectissimum, ejus tamen subsistentia, & existentia ut terminativa ad extra non est reducta ad omnem actum terminandi, quem potest habere, & ideò apta est adhuc terminare, vel uniri substantialiter humanitati: Ad quod explicandum nullum aptius simile adhiberi poterat, quàm quo utitur D. Thom. de unione animæ, & corporis in resurrectione. Consistit enim similitudo in hoc, quòd sicut anima ratio-

tionalis separata à corpore, & si existens, & subsistens sit independenter ab illo, quia tamen apta est communicara corpori propriam existentiam, & subsistentiam, ideo potest substantialiter illi uniri. §. Ex his ad rem nostram proportionabiliter dicimus, quòd licet divina essentia sit pariter in se ut ab attributis virtualiter distincta, ens actu perfectissimum, quia tamen prout sic non est reducta, ut sic dicamus, ad omnem actum communicandi suum esse, sed apta eisdem communicara illud, optimè adhuc concipi cum fundamento quòd uniatur illis substantialiter, & non accidentaliter, unde salvo omni eorum esse substantiale, ac puritate actus, rectè admitti potest prædicta distinctio, & egressus virtualis in illis.

Ultimò Colligimus admitti etiam posse in Deo appetitum non solum elicitum, sed etiam innatum non tantum respectu suarum perfectionum ut explicatum est, sed etiam respectu creaturarum, per modum inclinationis, vel ponderis naturæ consistentam non in operatione, sed in unione quadam affectiva non quidem propter acquirendam, sed magis ad communicandam illis liberè perfectionem, sicut similiter dictum est de Omnipotentia, quæ quia nata est dare non recipera à creaturis, potest eas immediatè respicere sine ullo, vel minimo sui præjudicio specificationis ab illis, in quo eam distinximus à scientia, quæ nata est recipere ab objecto, utpotè fine illius, & ideo non potest scientia Dei illa immediatè respicare, sive tanquam objectum primarium, vel immediatum, sine eo quòd specificetur ab eisdem.

Sumitur hoc Corolarium quoad 2. p. ex natura boni, nam cum istud ex natura rei sit diffusivum, vel communicativum sui juxtà propriam conditionem, non potest non raperiri in illo proportionata inclinatio naturalis, ut se diffundat, & communicet, argo hoc maximè conveniet Deo, infinito, & summo bono, ut hujusmodi naturalem inclinationem habeat independenter ab actu voluntatis ad se communicandum creaturis, quamvis actuale exercitium, sive actualis communicatio, libera sit, non necessaria.

Ex quo egregiè probatur à D. Thom. 3. p. qu. 1. ar. 1. non solum possibilitas, sed etiam convenientia Incarnationis, sine omni mutatione, vel imperfectio ie ex parte Verbi, quia non est ad acquirendam aliquam actualitatem, vel perfectionem, sed magis ad illam communicandam humanitati.

Quibus adde, quod ut alicubi piissimè advertit noster Ludovicus Granatensis, cum Spiritus Sanctus nihil ad intra communicet, videtur hinc magis urgere, vel inclinari infinita ejus bonitas divina ad aliquid communicandum ad extra, ut quasi indigeret nostra malitia, & infirmitate ex peccato contracta ad eam sanandam per communicationem, & diffusionem suæ infinitæ bonitatis, & charitatis in cordibus nostris.

Prima etiam colligi potest ex dictis. Nam licet appetitus videatur significara tendentiam ad rem non habitam, si attendamus ad id, à quo nomen impositum est, si tamen ad id, ad quod significandum imponitur, sic dicitur etiam significare amorem rei præsentis, & gaudium in re possessa, sicut similiter dicitur de desiderio, quòd licet attendendo ad id, à quo nomen impositum est referatur ad rem absentem; si tamen ad id etiam ad quod imponitur, non extrahitur omninò à præsenti, juxtà illud, in quo desiderant Angeli prospicere, cum tamen eorum visio sit rei præsentissimæ, & actus perfectissimus ex natura sua invariabiliter in æternum permaneres. Quamvis ergo in priori acceptione nequeat in Deo admitti hujusmodi appetitus, cum proprium bonum ab æterno possideat, bene tamen per modum gaudii, & quietis, nam quo intimius propria perfectio possidetur, eò magis magis delectamur, & quiescimus in illa, unde sicut in Deo cum fundamento in re per conceptus nostros inadæquatos unum alteri præintelligitur, ità præintelligimus in eodem appetitum naturalem, qui dicitur pondus naturæ, ad suas naturales perfectiones quasi radicem appetitus eliciti, quo se naturaliter amat, & diligit, cum aliud non sit hujusmodi pondus, quàm naturalis determinatio ad bonum sibi proprium, quæ verè reperitur in Deo, etiam si non intelligatur à nobis per modum quasi elicientis formaliter volitionem, vel amorem, seu per transitum formalem ad illum, ut explicatum est.

Ultimò tandem. Colligimus contra Suarez tom. 2. metaph. disp. 30. sect. 16. num. 14. & alios, quòd licet vella Dei ob summam identitatem pertineat ad physicam constitutionem naturæ, quæ debet coalescere ex omnibus prædicatis divinis tam absolutis, quàm relativis, non tamen ad metaphysicam, in quam solum venit prædicatum, quod primò objicitur intellectui cum fundamento in re, & se habet veluti radix, & origo aliarum perfectionum, quæ competunt rei, sive quòd ex propriis constituit aliquem gradum, appetitivum autem, ut docet D. Thom. infra qu. 78. ar. 1. non constituit aliquam gradum viventium, sed consecutivè se habet ad sensum, vel ad intellectum, argo neque in Deo constituet gradum, sed ex consequanti se habebit ad intellectum, ac proinde non poterit pertinere ad constitutionem metaphysicam divinæ naturæ, quæ nonnisi ex solis veris gradibus constituitur.

Nec juvat dicere cum eodem, quòd divinum intelligere ob sui infinitatem, & perfectionem affert se cum velle non solum consecutivè, sed etiam formaliter. §. Nam in primis negamus hoc ipsum, cum perfectio unius lineæ nequeat constitutivè metaphysicè, vel formaliter afferre perfectionem alterius, aliàs dicant afferre etiam secum formalitar, & constitutivè metaphysicè omnia alia prædicata divina & non tantum consecutivè, si semel diversitas lineæ, & ratio consecuti ad gradum non obstat rationi constitutivi metaphysici.

Deindè. Quia adhuc non intellecta ratione volitivi in natura divina intelligimus illam completam in suis gradibus metaphysicis per solam rationem intellectivi, ergo nequit volitivum pertinere formaliter ad rationem intellectivi, antec. est doctrina ejusdem Authoris, dum asserit, quòd Dei intelligere est tale ut absque illo non intelligatur natura divina in proprio gradu, & perfectione essentiali constituta, & cum illo intelligatur sufficienter constituta intra eandem, ergo per solam rationem intellectivi intelligitur completa in suis gradibus metaphysicis non intellecta formaliter ratione volitivi. Sed præterea prob. idem antec. Quia sola intellecta ratione intellectivi habetur ratio generativa filii, sive similis in natura specifica, & generatio sit in similitudinem naturæ specificæ, cum tantum per intellectum generatur, ergo per hanc solam habetur ratio completa naturæ specificæ, sive in suis gradibus metaphysicis, prob. conseq. nam ex terminis generare sibi simile in natura specifica supponit hanc in

gene-

generante, ergo. §. Unde si ratio volitivi formaliter iogreditur lineam intellectivam, vix effugiet processionem Spiritus Sancti veré esse generationem, & Spiritum Sanctum veré esse genitum, quod tamen reprobatur in Symbolo Athanasii.

Quòd si dicas naturam specificam non posse adæquaté intelligi non intellecta formaliter ut radice omnium proprietatum, ac proindé non intellecta etiam ratione volitivi, quæ est proprietas illius, quod est hanc comprehendere in sui constitotione specifica, vel metaphysica.

In contra est. Tum quia hac ratiooe etiam alia divina debereot ingredi, ut dictum est, ejus constitutivum metaphysicum, vel complere illam formaliter, vel specificè, cum pariter iotelligi nequeat non intellecta ut radice aliorum. Tum quia hoc solum probat de coostitutivo physico, noo metaphysico, qua ratione infra de Trinitate efficaciter ostendimus Verbum per se procedare ex cogoitioue omnium divinorum, quia non potest per se non procedere ex cognitione naturæ sub conceptu radicis, cum sit ejus prædicatum essentiale, scil. physicum, & in re, prout ibi cousideratur processio personarum. Tum quia licet ita sit, quòd non iotelligatur completa ratio specifica naturæ, non intellecta ut radice volitivi, sive non intellecta ratione volitivi radicaliter, non tamen hioc infertur, quòd velle, aut ratio volitivi, vel appetitivi pertineat ad formale consti-tutivum ejus specificum, vel metaphysicum, ergo solutio est nulla; prob. ant., quia radix volitivi, seu volitivum radicale est intellectivum prout mediante intellectu radicat secuodam passionem, quæ est voluutas, nam volitivum intra propriam lineam non habet radicem sui, unde compertum est, quòd voluntas sit secuoda passio orta mediante intellectu, & consequenter reducenda est ad id, ad quod reducitur intellectus, qui est prima, scil. ad gradum intellectivum, ergo ex eo, quòd intelligi nequeat natura completè specifica non iotellecta ut radix volitivi, sive ut volitiva radicaliter, non rectè infertur, quòd velle, aut linea volitiva pertineat ad cooceptum metaphysicum illius, aut quòd volitivum radicale coostituat distinctum gradum ab intellectivo, sed quòd in isto habeatur primò ratio intellectus, & medio isto ratio volitatis, sicut in simili dicimus de homine, quòd licet sit radicaliter discursivus, admirativus, risivus &c. non tameo ratio discursivi &c. multiplicant gradus io illo, aut pertinent ad ejus constitutivum metaphysicom, sed solum dicitur talis, quia primò radicat discursum, & deindè cœteras proprietates salva sui unitate gradus, in quo habetur primò radix primæ passioois, & mediaote ista secundæ, & sic de aliis. Sed de his latè in superiori tomo, ne eadem repetamus.

DISPUTATIO SECUNDA.

De objecto, & libertate ipsius velle Dei.



Duo principaliter inquirimos, alterum de objecto extensivo, au divina voluntas, aut velle ejus se extendat ad creaturas possibiles; nam de specificativo, sive motivo, sive terminativo proportioabiliter discurrendum est, sicot supra de specificativo intellectus, aut scientiæ ejus, sicut enim nollum verum, vel intelligibile creatum potest esse objectum primariom, sive motivum, sive terminativum intellectus divini, ita nec bonum creatum voluntatis divinæ. Solum est aliqua difficultas inter Thomistas, an sit sola bonitas iocreata essentiæ, an aggregatum ex illa essentiæ, & attributorum, de quo etiam ibidem circa verum intelligibile increatum, oe actum iterum agamus. Alterum vero est de constitutivo actus liberi Dei, dicturi in fine an possit esse in tempore sine ejus Imperfectione, & an possit Deus ab omni suspendere.

QUÆSTIO PRIMA.

An Deus velit, vel amet creaturas possibiles.

§. PRIMUS.

Præmissis duobus suppositis referuntur sententiæ.

Supponimos primò Deom propriam bonitatem non tantum velle, & amare sed etiam necessariò utraque necessitate, scil. specificatioois, & exercitii, cum cessare non possit ab actu diligendi illam, nisi velimus Spiritum Sanctum potuisse ab æterno non procedere, cum ut docet infra D. Tho. qu.37. ar.2. ad 3. procedat, ut amor suæ bonitatis. Tum quia omnis potentia necessariò, utraque necessitate, fertur ad objectum, in quo est omnis ratio objecti, sive ad objectum primarium, vel specificativum debitè aplicatum, & remoto omni impedimento, ut patet in viso respectu colorati, & in nostra voluntate respectu nostræ beatitudiois, sed divina bonitas, otpotè infinita, est objectum, in quo est omnis ratio bonitatis, & est objectum formale primarium divinæ voluntatis debitè illi aplicatum, utpotè comprehensivè cognitum, & sibi identificatum, & sine ullo

nullo impedimento, ergo utraque necessitate Deus illam diligit.

An vero ratio D.Th. ad utramque extendenda sit, negant Cajet. hic ar.2., Ferrara 1. cont.Gent.c.80., Bannez, Nazarius, Franciscus Aragon hic, sed affirmant M. Albelda, & Illustris. Godoy disput.2. §.1. Tum quia cum in amore Dei erga illam utraque reperiatur, si ad utramque non se extenderet, videretur diminutè explicare hunc amorem Dei erga illam. Tum quia loquitur de amore necessario absolutè, sed necessarius sola necessitate specificationis, non dicitur propriè talis absolutè. Tum quia infra ar.10. docet non habere liberum arbitrium respectu propriæ bonitatis, quia necessariò illam diligit, ut probaverat art.3. ad quem se remittit, at nisi hìc utramque comprehenderet, non benè ibi negaret idem arbitrium respectu illius, cum ad istud satis sit libertas quoad exercitium, ergo de utraque intelligi debet.

Quòd si dicas D. Thom. negare etiam ibi liberum arbitrium *in* nobis erga propriam felicitatem, & tamen voluntas nostra non est necessitata circa illam utraque necessitate, sed solius specificationis, non quoad exercitium, ergo ex sola negatione liberi arbitrii in Deo erga suam bonitatem non rectè infertur utraque necessitas amoris Divini erga illam.

Sed contra hoc est. Nam licet etiam neget illud in nobis erga propriam felicitatem non tamen est eadem ratio negandi omnimodè in nobis erga illam sicut in Deo erga propriam bonitatem, ergo. Prob. antec. ex dictis supra quæst.12. ad ar.1., nam ex eo voluntas nostra erga propriam felicitatem (præcipuè modo in via] necessitatur sola necessitate specificationis erga propriam felicitatem, quia licet in illa secundum se nulla apparere possit ratio mali, adhuc tamen potest intervenire aliqua deceptio, vel error, unde licet si eliciat actum non possit esse nolitio, fuga, vel odium, sed debeat esse volitio, desiderium, vel amor, potest tamen suspendare actum, vel non elicere circa illam secundum se consideratam, sed hæc ratio, ut patet cessat omninò in Deo, ergo dum in ar.10. negat liberum arbitrium, ex eo quòd necessariò amat suam bonitatem, ut probat hic ar.3. ad quem se remittit, adæquatè negat illum ibidem, & de utraque necessitate loquitur in præsenti.

Imò ut ibidem etiam advertimus, quamvis erga eandem felicitatem secundum se in voluntas nostra sit quoad specificationem necessitata, sic quòd non possit habere actum nolitionis, fugam, vel odium, quia secundum se intrinsecè nihil mali includat, adhuc tamen ratione alicujus adjuncti, v.g. propter difficultatem in assequendo illam, potest respui à volontate, licet hoc sit per accidens, nec tam sit respuere illam, quam laborem assequutionis; quæ tamen iterum constat omninò cessare in Deo, ac proinde negare omninò in illo liberum arbitrium respectu propriæ bonitatis, licet omninò non negetur in nobis respectu nostræ felicitatis, sed solum quoad libertatem contrarietatis, non contradictionis. Est enim paritas, & non identitas, & consistit in hoc, quòd sicut homo quia naturali instinctu, & non liberè tendit ad propriam felicitatem, non habet liberum arbitrium circa illam, (*non enim ad istud pertinet*, ut inquit ibi, *quòd velimus esse felices, sed ad naturalem instinctum*) ità nec habet Deus circa propriam bonitatem, quia nampè ex necessitate vult illam, quidquid sit, quòd sit aliàs discrimen circa libertatem contradictionis ob rationes assignatas, nam quoad hanc magis conducit exemplum, quod insinuat de cæteris animalibus, *quæ quia*, subdit; *naturaliter moventur ad aliquid, non dicuntur libero arbitrio moveri*, ideft nullo modo moventur ex eodem. Unde sensus integer ad intentum est, quòd sicut homo ad id, ad quod necessariò movetur, [& idem proportionabiliter est de aliis animalibus,] non movetur intra eandem lineam necessitatis, ex libero arbitrio, si nempè inter utramque, scil. specificationis, & exercitii, nec specificativè, nec exercitè, (ut patet in patria respectu visionis beatæ,) si verò intra alteram tantum, non movatur ex eodem intra illam, ità similiter Deus; licet deinde homo retineat istud circa suam felicitatem quoad exercitium, non tamen Deus circa suam bonitatem ob discrimen assignatum. §. Supponimus secondò Deum quidem amare creaturas existentes, non tamen necessariò, sed liberè. Primam part. tradit hìc D.Tho. art.2., & fide est certam constat ex illo 1.ad Thessal.4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*, & patet ratione Divi Thomæ hìc fundata in natura boni, & præcipuè perfecti, sicut est bonitas divina. *Quod apparet*, inquit, *à similis res enim naturalis non solum habet inclinationem naturalem respectu proprii boni, ut acquirat ipsum cum non habet, vel ut quiescat in illo, cum habet, sed etiam ut proprium bonum in alia diffundat secundum quòd possibile est, unde videmus, quòd omne agens in quantum est actu, & perfectum facit sibi simile. Unde & hoc pertinet ad rationem voluntatis, ut bonum, quod quis hab.t aliis communicet secundum quòd possibile est. Et hoc præcipue pertinet ad voluntatem divinam, à qua per quandam similitudinem derivatur omnis perfectio .... Sic igitur* (voluntas divina) *vult & se esse, & alia, sed se ut finem, alia verò ut ad finem*. Ex quibus fit argumentum. Res naturales in quantum sunt perfectæ non solū inclinantur ad proprium bonum, sed etiam ad illud in alia diffundendum, ut patet ab effectu in omni agente perfecto, ergo voluntas, quæ est appetitus rationalis, & maximè divina, quæ est perfectissima, & à qua omnis perfectio derivatur, habet inclinationem non solum ad propriam bonitatem, sed etiam ad illam communicandam creaturis, ac proinde illas diligit, cum diligere, sit amare sit velle bonum. Hæc tamen ratio, ut ait idem Illust. hìc §.2. cum Cajet. & aliis recentioribus Thomistis, [& patet ex his, quæ tradidimus 3.p. ubi supra,] non est demonstratio, sed magis efficax congruentia, cum velle illas, Deo non sit necessarium, sed liberum, non potest à priori demonstrari, sed solum ab affectu, & ex divina revelatione, unde efficaciter tantum convincitur ex eadem, quòd sicut Dei bonitati consonum, & congruum est se communicare creaturis, pariter consonum, & congruum est divinæ voluntati amare illas. 2.pars, quòd non necessariò, sed liberè velit, prob. etiam primò à D. Tho. in arg. sed contra ex illo ad Ephes.1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, Quod autem operamur ex consilio voluntatis non ex necessitate volumus. Deinde probat in corp. *Quia alia à se Deus vult in quantum ordinantur ad suam bonitatem ut in finem: ea autem, quæ sunt ad finem, non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sint talia, sine quibus finis esse non potest, sicut volumus cibum volentes conservationem vitæ, & navem volentes transfretare. Non sic autem*

 ea

ex necessitate volumus ea, sine quibus finis esse potest, sicut equum ad ambulandum, quia sine illo possumus ire. Unde cum bonitas Dei sit perfecta, & esse possit sine aliis cum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur, quòd alia à se eum velle non sit necessarium absoluti, & tamen est necessarium ex suppositione. Sup, posite enim, quòd velit, non potest non velle, quia non potest voluntas eius mutari. Ex quibus iterum fit argumentum. Hæc est conditio mediorum, ut ea liberè non necessariò sint volita à volente finem, sine quibus iste subsistere potest, sed sine creaturis, quæ sunt media ordinata ad bonitatem divinam, hæc subsistere potest, ergo Deus volens suam bonitatem liberè, & non necessariò absolutè vult illas, nisi facta suppositione, quòd velit, quia mutari non potest: conseq. tenet, & præmissæ patent ex discursu D.Tho.

Contra hanc tamen rationem videntur militare ultima illa verba, *& tamen necessarium est ex suppositione*, scilicet supposito quòd velit illas, nam hæc videntur eam destruere, & magis inferre, quòd velit necessariò, quam liberè: quia talis censenda est volitio mediorum in volente finem, qualis est suppositio volitionis finis in illo, cum volens finem ut finem ex suppositione talis volitionis velit media, ergo si Deus necessariò vult suam bonitatem, ut finem creaturarum, volitio creaturarum ex suppositione volitionis suæ bonitatis erit necessaria non libera. Quòd verò Deus velit necessariò suam bonitatem, ut finem creaturarum patet: quia Deum esse finem creaturarum est perfectio infinita per essentiam, sed Deus vult necessariò omnem sui perfectionem, quia est infinita per essentiam, ergo necessariò vult suam bonitatem, ut finem creaturarum.

Explicatur hoc. Nam ex eo probatur infra esse omninò repugnantem, & chimericam virtutem productivam effectus absolutè repugnantis ex sola conditione, aut suppositione non repugnantiæ ejus, quia talis censenda est virtus, qualis est conditio, vel suppositio, sub qua ponitur, aut à qua pendet, unde si conditio, aut suppositio est impossibilis, pariter impossibilis, aut chimerica est talis virtus sub illa, ergo ubi suppositio, ut in casu, est necessaria, erit etiam necessarium id, quod pendet ab illa, ac proindè si necessaria est suppositio volitionis finis ut finis, erit quoque necessaria volitio mediorum in volente finem ut finem illorum. Et ratio est quia tunc ratio sub qua diligendi media, est bonitas finis, ergo eadem necessitate, qua quis vult finem debet velle media, qua ratione amor creaturarum possibilium, si semel datur in Deo, est necessarius, & non liber, ut frequentiùs docent Theologi, quia ratio amandi illas est divina bonitas, unde si etiam creaturæ existentes sunt volitæ ratione bonitatis divinæ, ut finis, sive ex suppositione volitionis illius, non stat hanc esse necessariam, & illarum volitionem esse liberam. Et poterat etiam explicari in cultu, vel adoratione humanitatis Christi, (aliis pluribus omissis,) nam quia ratio sub qua adorandi illam, est excellentia divinitatis Christi, in ordine ad quam adoratur, eodem cultu adoratur, scil. latriæ, quo adoratur divinitas ejus, estò secundum se non mereatur talem cultum, ergo quia ratio sub qua diligendi creaturas existentes est divina bonitas in ordine ad quam ut finem diliguntur à Deo, eodem amore necessario, quo diligitur hæc ut earum finis, diligentur & illæ, estò secundum se, ut potè finitæ bonitatis nequeant hunc amorem exigere. Et ratio ulteriùs omnium videtur esse, quia ut alibi insinuavimus, eadem tendentia tendit potentia ad objectum, & rationem formalem illius, cum sit ejusdem rationis ad utrumque, ergo si divina bonitas, vel suppositio volitionis ejus est ratio diligendi creaturas existentes, erit utraque volitio ejusdem rationis, sive necessaria.

Ad hæc omnia resp. Ad primum quidem neg. suppositum ma., quòd necessitas volitionis creaturarum oriatur in Deo ex suppositione volitionis sui ut finis, sed ex eo quòd si semel velit illas, idest ex suppositione quòd velit illas, tunc facta hac suppositione, non potest non velle, quia non potest ejus voluntas mutari, ut inquit in fine corp., & manifestè patet ex serie sui discursus, quem fundat in eo, quòd quia media non sunt volita nisi juxtà necessitatem finis, si iste subsistere non indiget illis ad sui consistentiam, non possunt illa esse volita absolutè, sed tantum ex suppositione, quòd velit uti illis, quòd si deinde contingat volentem esse immutabilem in suis actibus, ut in casu, tunc solum possunt dici volita ex suppositione, scil., quòd velit illa, & non ex suppositione volitionis sui.

Unde informa potest sic etiam distingui ma. qualis est suppositio volitionis finis, juxtà dependentiam vel exigentiam istius à mediis conc., aliter, neg., & nego iterum suppositum consequentis, quòd volitio creaturarum oriatur ex suppositione volitionis sui, aut quòd bonitas divina dependeat, vel exigat creaturas ad sui subsistentiam. Et per hæc patet ad explicationem, nam talis suppositio virtutis revera fundatur in suppositione non repugnantiæ termini, vel effectus, & juxtà illam regulatur, unde rectè inferimus, esse impossibilem, si terminus est impossibilis absolutè. Præterquàmquòd sermo est ibi de possibilibus respectu omnipotentiæ, quæ necessariò connectitur cum illis, divina autem bonitas non connectitur necessariò cum creaturis existentibus.

Ex his etiam fit satis ad alia, quæ subduntur, & primò ad rationem factam, nam licet divina bonitas sit ratio diligendi creaturas, non tamen ut necessariò connexa cum illis, sed liberè, cum illis non indigeat ad subsistentiam sui, unde non tenetur divina voluntas eadem necessitate velle illas, qua vult suam bonitatem. Ad paritatem autem de possibilibus dicimus ex opposito, quòd ideò amor illorum, si semel datur, censetur necessarius, quia necessariò connectuntur, ut modo supponimus, unde poterant hujusmodi instantiæ retorqueri. §. Ad aliud verò simile de cultu, vel adoratione humanitatis dicimus cum D.Tho. 3.p. q.25.ar.1., & 2. quòd quia adoratio, vel honor debetur hypostasi subsistenti, & in Christo sit tantum hypostasis divina, una tantum ex parte rei adoratæ debet esse adoratio, scil. latriæ etiam respectu humanitatis, quia sic adorare humanitatem, vel carnem Christi, nihil est aliud, inquit D.Tho., quàm adorare Verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem Regis, nihil est aliud, quàm adorare Regem vestitum: cæterum si attendamus ad causam, vel rationem honoris, tunc non est una tantum adoratio, sed plures, nec adoratio humanitatis Christi, quæ nempè fit ratione humanitatis ejus perfectæ omni munere gratiarum est adoratio latriæ, sed duliæ, *ità scil.*, ut concludit D.Tho. art. 2., *quòd una, & eadem persona Christi adoretur adoratione latriæ propter suam divinitatem, & adoratione Duliæ propter perfectionem humanitatis*. Unde hæc etiam instantia poterat retor-

retorqueri. §. Ad ultimum denique dist., & explico, eadem tendentia tendit potentia juxtà meritum objectorum conc., aliter, neg. Non enim refert identitas tendentiæ, ficut & quòd fit ejusdem quiditatis, & fpeciei, ut dicatur varie ri penes liberem, & necesfarie in, nam actus charitatis in Christo simul eret liber, & necessarius prout regulatus diversu lumine, fcil. gloriæ, & fcientiæ infusæ, ut alibi explicator 3.p. & modo etiem actus noster charitatis in via, est ejusdem speciei cum dilectione beatorum, & tamen in via est liber, in Patria necessarius, unde ex eo quòd amor, quo Deus diligit fe fit ejusdem rationis cum amore, quo diligit creaturas, non rectè infertur, quòd fi est necesserius prout terminetur ed fuem bonitatem, pariter fit talis, & non liber prout terminatur ad illas.

Quòd fi ulteriùs insles contra idem suppositum in decretis efficacibus liberis, ut liberis, quæ necessariò connectuntur cum creaturis, ficut omuipotentia cum possibilibus, & aliàs necessariò diliguntur à Deo, cum Deus necessariò diligat honestatem fuarum virtutum moralium, v.g. justitiæ, misericordiæ, & honestes istorum, io actibus liberis ut liberis consiftat, nam fine libertate non datur bonitas moralis, ergo faltem suppositis eisdem decretis eadem necessitate, qua Deus diligit illa, periter diliget creaturas existentes, ficut eadem qua diligit fuem omuipotentiam, diligit possibilia necessariò connexa cum eadem, fi femel funt capacia terminandi amorem divinum, ut revera funt capaces terminandi illum ctea. turæ existentes.

Huic instantiæ, quæ potest esse replica contra fuperiora, & de qua etiam poterit constare infrà: respond. quòd prædicta honestes justitiæ, ut fubtiliter prout de more advertit laudatus Illustrifs. hic ad 2., dupliciter confiderari potest, vel ut terminata ad divinam bonitatem ut est ratio puniendi in actu primo; vel in actu 2., & licet priori modo necessariò diligatur à Deo, non tamen posteriori, quo folum constituit decretum liberum, & quia amor creaturarum existentium non infertur ex dilectione illius priori modo, fed tantum posteriori, non licet inferre, quòd fi Deus diligit necessario eandem honestatem, quòd etiam necessariò diligat creaturas existentes; est enim de fubjecto non fupponente, quòd ex tali amore illius inferatur amor illarum; nam folū infertur ex amore ejusdem fub posteriori consideratione, qui tamen est liber; unde & hæc etiam poterat retorqueri. Et quamvis bonitas moralis meritum in nobis fundans, libertatem necessariò fupponat, honestas tamen virtutum non fundatur necessariò in illa, fed optimè fublistere potest fine eadem, ut patet in amore beatorum in Patria, qui liber non est, fed necessarius, & tamen non definit esse honestus honestate charitatis.

His fuppositis difficultas est de amore possibilium, non quidem effectivo, feu efficaci effectivè, cum medio istu tantum profequatur creaturam volendo illi aliquod bonum, & communicando illud per actus liberos fuæ voluntatis, quod non contingit respectu creaturarum possibilium, cum illas prout fic nunquam decreverit extra causas producere, ac proindè nec bonum aliquod effectivè communicare, fed de amore fimplicis complacentiæ, quo Deus complacet fibi fuper bonitatem veram, quæcunque illa fit. Similiter non loquimur de possibilibus fecundum esse, quo gaudent in Deo prout in illo funt, vel eminenter continentur, nam fic est certum Deum velle illa, & amare necessariò, ficut amat fe ipsum, vel fuam omnipotentiam, in qua continentur, cum proot fic fint ipsa creatrix essentia, vel omnipotentia; fed fecundum esse distinctum, quod habent à Deo, & consequenter de earum bonitate prout contradistincta à bonitate Dei. In qua re affirmant Scotus in 3.dist. 34.q. unica. Vasquez, disp.39. art.2., & alii recentiores apud Jo. à S.Tho. disp.4.art.6. quod etiam ex nostris defendit Mag. Serre hic quæst.20. feq. ar.2. dub.unic. §. Oppositum fustinent jam communiter Thomistæ, & fequuntur ex focietate Molina qu.34. circa art.3., Suatez in metaph. dif.30. fect.19., n.41. & lib.3. de Attributis positivis cap.6., & lib.15. de Trinitate cap.2., & alii.

§. II.

Statuitur conclusio.

Creaturæ possibiles ut fic nullo modo amantur à Deo. Sumitur ex D.Tho. in 3.dist.32.q.1.ar.1. ad 3., & de veritate q.23.ar.4.ad 13., & 1.cont.Gent. c.80. ufq. ad 83., & lib.2. c.27., & lib.3. c.97. & fupra q.5. ar.1., & q.feq. ar.2., ubi juxtà communem doctrinam asserit, (maximè loquendo de amore divino, qui sterilis non est,) quòd amare est velle bonum, constat autem, ut jam infinuavimus, Deum creaturis possilibus ut fic, nullum velle bonum, imò magis vult non habere illud, cum velit prout fic nullum habere bonum, imò magis vult non habere illud, cum velit prout fic illas non habere esse, quod est fundamentum boni, ut docet fupra q.5. Quòd verò mens ejus fit ad excludendum omnem amorem etiam per modum fimplicis complacentiæ constat ex eo, quòd ubicunque egit, (ut videri potest locis relatis) de amore dei ad creaturas, perpetuò fatetur illum esse liberum; qui tamen non est, fi femel admittatur respectu possibilium, (ut communiter jam fatentur Theologi contra Scotum, & Valentinum) ob necessariam connexionem cum fua bonitate, & omnipotentia, unde ficut Deus intelligens fe, necessariò intelligit creaturas possibiles, quia funt cognoscibiles, & aliàs cum fe ipso primo intellecto necessariò connexæ, pariter diligendo fe ipsum necessariò, fi femel funt diligibiles, & aliàs necessariò connexæ cum fe ipso primo dilecto, necessariò diliget illas.

Deinde D.Tho. hic ar.6. ad 2. non folum omnem hujusmodi amorem excludit à Deo respectu possibilium fecundum illud esse, quod consideratur in illis ut distinctum, de quo modo est difficultas, fed etiam rationem assignat ex discrimine, quod est inter intellectum, & voluntatem in modo attingendi objectum, quia nempè intellectus trahit ad fe res, & objectum in fe ipso cognoscit, voluntas autem fertur ad res prout in fe ipsis juxtà illud, amor meus pondus meum, illuc feror, quocunque feror, qua ratione dicitur, ut alibi explicari folet, quòd modo potest perfectiùs amari Deus, quàm cognosci. Verba illius funt. *Ad 2. dicendum, quòd actus cognoscitivæ virtutis est, fecundum quòd cognitum est in cognoscente, actus autem appetitivæ virtutis est ordinatus ad res fecundum quòd in fe ipsis funt. Quic quid autem potest habere rationem entis, & veri totum est virtualiter in Deo, fed non totum in rebus creatis, & ideò Deus cognoscit omne verum, non tamen vult omne bonum, nisi in quantum vult fe, in quo virtualiter*

liter enim bonum existit,

In quibus, ut per se patet, solum admittit esse volite secundum illud esse indistinctum, quod habent in Deo, prout virtualiter continentur in illo, ut dictum est; quòd verò excludet actum complacentiæ petet ex eodem discrimine, quod non salvetur tantum in actu efficaci effectivo, sed etiam in simplici complacentia, cum voluntas non alium habeat modum tendendi in omnibus suis actibus, ut suppono apud omnes, unde non rectè niteretur eidem discrimini, si solum militaret de actu efficaci effectivo. Tum quia non satisfaceret argumento, quod planè non est ad probandum hunc amorem efficacem, de quo nulle potest esse difficultas, ut probatum est, cum possibilia non sint capacia istius amoris, ut iterum suppono jam ex communi consensu: neque etiam contrarii contendunt illum, nec quod argumentum velit inferre eundem, aliàs nec opus esset explicare solutionem de simplici complacentia. Tum quia D.Tho. loquitur contrapositivè dum dicit, quòd intelligit illa, non verè amet, hoc autem non salvatur, si semel intelligendus est de simplici complacentia, quia nec etiam intelligit intellectione efficaci effectiva, sed solum simplici notitia, seu per scientiam simplicis intelligentiæ, sive ut purè speculativam, unde inutiliter uteretur prædicto discrimine, ergo mens D.Tho. omninò est ad excludendum utrumque amorem, nec nisi violenter videtur posse aliter explicari.

Ratione deindè ex eodem descrimine prob. coclus. à priori. Objectum voluntatis est bonitas rei non purè quiditativa, sed per modum exercitè existentis, sed in purè possibilibus reduplicato hoc statu possibilitatis nequit esse hujusmodi bonitas, ergo nec potest ad illa ferri voluntas: mi. patet ex dictis, quia illis prout sic nulla fit communicatio à Deo, aliàs non remanerent, aut considerarentur in puro illo statu, sive non repugnantiæ ad habendum esse, sed magis in alio existentiæ, aut saltem futuritionis per habitudinem, aut tendentiam ad habendum esse præparatum in causa, ut patet ex superioribus. Ant. verò sumitur ex eodem discrimine omnibus noto, quòd voluntas trahitur ab objecto, intellectus verò trahit illud intra se, sed nequit intelligi bonitas trahens, nisi sit per modum exercitii, ut patet ex terminis, ergo salvo eodem discrimine ab omnibus admisso, vel admittendo, nisi velimus evertere modum tendendi utriusque potentiæ, nequit aliud assignari objectum voluntatis, nisi bonitas exercita, sive exercitè existens.

Dices voluntatem ferri in objectum, ut proponitur ab intellectu, constet autem, quòd intellectus rem non existentem, ut existentem possit falsò concipere, ac proindè hæc ut sic propalita esto existens non sit, poterit terminare actum voluntatis.

Sed hæc solutio in primis nō potest militare de Deo, cum intellectus ejus nequeat falsò concipere rem non existentem, ut existentem, ac proindè nec voluntas ejus ferri ad rem, nisi ut verè existentem. Deindè quia hinc magis roboretur ratio facta. Licet intellectus noster possit falsò concipere rem non existentem, ut existentem, & eam sic proponere voluntati ut amandam, voluntas tamen non fertur ad illam, nisi ut sic conceptam sub existentia, licet falsò, ergo ejus objectum nequit esse bonitas purè quiditativa, vel præscindens ab omni existentia, & maximè loquendo de voluntate divina rem attingente sicut verè est. 5. Præterquàmquòd sicut intellectus attingit suum objectum, ut in specie repræsentatum, iii ut dicente conditionem, pariter voluntas attingit suum, ut intra intellectum, sive ut propositum ab illo, iii ut dicente illam, ut constat ex dictis in Physica, ergo nisi voluntas feratur ad res prout sunt in se ipsis, non salvetur præfatum discrimen in modo attingendi, nisi eadem feratur ad res in se ipsis, iii *in se ipsis* dicente existentiam exercitam saltem conceptam.

Urg. hoc ipsum ex D. Tho. infra quæst. 82. ar.3. in corp. ubi ait. *Objectum enim intellectus est simplicius, & magis absolutum, quàm objectum voluntatis, nam objectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis, bonum autem appetibile, cujus ratio est in intellectu, est objectum voluntatis*. Quibus verbis efficaciter confirmat præcedentem replicam, & rationem factam, nam si semel distinguenda est una potentia ab alia, sive ex parte objecti, sive ex modo tendendi, non possumus dare voluntati aliam tendentiam, nisi ad res prout in se ipsis secundum existentiam exercitam saltem conceptam, ut etiam innuit quæst. seq. ar.2., & non purè quidditativam, aliàs respectu utriusque erit idem objectum, sive eadem ratio boni æque simplex, in qua utpotè purè quiditativa, non potest haberi ratio trahentis importans exercitium, ut per se patet, & sic etiam cessat modus tendendi ex parte voluntatis, cum sit de subjecto non supponente, quòd trahetur à non habente vim trahendi. Unde acutè ait D. Tho., quòd *objectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis, bonum autem appetibile est objectum voluntatis*. Quia nempè objectam intellectus est simplicius, & abstractius, idest abstrahens ab aliquo, à quo abstrahere nequit illud voluntatis, quod planè non est aliud assignabile, quam existentia exercita, quod est idem, ac dicere, ut sectè ibidem interpretatur Cajet., quòd objectum intellectus est quidditas rei sub conceptu quidditatis, & illud voluntatis est res prout existens.

Cujus etiam rationem tradit ibi D. Tho., & nos latè expendimus in 3. de anima ex excessu intellectus supra voluntatem in ratione potentiæ, quia quo aliqua potentia est nobilior, & immaterialior, eò nobilius, sive abstractius, & immaterialius debet esse ejus objectum, cum penes istud attendatur earum perfectio, & nobilitas, ut inductivè etiam patet in virtutibus, & habitibus, eorumque actibus, sed intellectus, utpotè propinquior naturæ, sive principio radicali, intellectuali, vel immateriali, ac abundantiùs participans de illo, est nobilior, & immaterialior voluntate, ergo ejus objectum erit etiam nobilius, & immaterialius, & consequenter abstractius, ergo cum hæc major abstractio, ut dictum est, nequeat esse nisi respectu existentiæ exercitæ, cum non sit aliud assignabile, hanc includet objectum voluntatis.

§. III.

Alia duplici ratione probatur Conclusio,

Secundò etiam prob. principaliter ex doctrina ejusdem Angelici locis relatis præcipuè qu. seq. ar.2. in corp. ubi præmisso ut supra, quòd amare est velle

velle bonum alicui, statuit deindé discrimen inter voluntatem nostram, ejusque amorem, & voluntatem divinam, & amorem illius, quòd *quia voluntas nostra*, inquit, *non est causa bonitatis rerum, sed ab ea movetur, sicut ab objecto, amor noster, quo bonum alicui volumus, non est causa bonitatis ipsius, sed è cóverso bonitas ejus, vel vera, vel existimata provocat ad amorem, quo ei volumus, & bonum conservari, quod habet, & addi, quod non habet, & adhoc operamur. Sed amor Dei est infundens, & creans bonitatem in rebus.*

Ex quo fit argumentum. Quilibet amor Dei, vel producit, vel supponit existentiam productam in creaturis, sed amor possibilium, nec produceret, nec supponeret eam in illis productam, ergo non datur in Deo amor respectu possibilium; mi. est certa, & patet ex dictis: ma. verò constat ex discrimine proximé relato ex D. Thom. inter amorem Dei, & nostrum. Ex quo etiam prob. sic Amor Dei ad creaturas nequit esse sterilis, vel simplicis, vel puræ affectionis, ergo vel est productivus, vel supponens productivum realiter identificatum, conseq. tenet, ant. verò prob. tum ex eodem discrimine, nam omnis amor Dei in respiciendo objectum ad extra infinitá excedit omnem amorem nostrum, at si esset sterilis, & purè affectivus, vel nullius boni communicativus non sic excedit, cum nihil conferat, ergo. Tum quia omnis amor Dei ad creaturam oritur ex radice suæ infinitæ suæ bonitatis, sed hæc est ex sui natura, ut vidimus, diffusiva, vel communicativa sui, ergo si semel actu respicit illam, nequit esse actu sterilis, vel purè affectivus. Tum quia ut subtiliter, ac piè docet D. Thom. in 3. ubi supra, in Deo nequit admitti amor ad creaturam transformativus Dei in creaturam, sive amantis in amatum, sed magis è contra, sive amati in amantem, vel creaturæ in Deum, cum Deus nihil recipiat à creatura, sed magis creatura ab illa per participationem divinæ bonitatis, sed priorem transformationem Deo repugnantem, scil. amantis in amatum per participationem bonitatis amati facit amor purè affectivus, vel non communicativus bonitatis ipsius amantis, posteriorem verò amor affectivus, vel communicativus bonitatis propriæ ergo hic solus potest in Deo admitti.

Explic., & urg. hoc ex eodem ibidem. Nam licet omnis amor, ut inquit Angelicus, transferat quodammodo amantem in amatum, hoc tamen dupliciter contingit, uno modo secundum quòd amans transfertur ad participandum ea, quæ sunt amati, alio modo ut communicet amato ea, quæ sunt sua, sed hoc tantum posteriori modo potest Deus transferri in amatum, quod est creatura, in quantum suam bonitatem ei communicat, qua ratione dicit Dionis. 4. cap. de div. nom. quod etiam ipse Deus est per amorem extasim passus ergo solus amor communicativus suæ bonitatis potest in Deo admitti respectu creaturæ.

Quòd si dicas hæc tantum convincere de amore, per quem fit aliqua participatio unius ab alio, non de amore simplicis complacentiæ, per quem amans præcisè complacet sibi in objecto, vel bonitate amata, quæcunque sit, sine aliqua redundantia ex parte sui in amatum, vel amati in se ipsum. §. Sed hæc solutio, præterquàm quòd sufficienter excluditur ratione facta: adhuc tamen impugnari potest insistendo in hac ultima probatione, & doctrina D. Thom. Nam omnis amor juxtà D. Thom., & veritatem est aliquo modo translativus amantis in amatum, sed hæc translatio ono tantum modo potest Deo convenire, ut dicit D. Thom. ex D. Dion. scil. per communicationem suæ bonitatis, ergo solus amor communicativus suæ bonitatis, & consequenter solus amor effectionis potest illi tribui.

Expl., & urg. iterum ratio facta, quia non intendimus excludere omnem amorem simplicis complacentiæ in Deo respectu creaturarum, sed qui sit purè affectivus, vel nullius boni communicativus, seu prævius ad omnem effectivum, seu productivum existentiæ earum, ut esset respectu possibilium. Unde duplex amor potest in Deo considerari, alius efficax, sive productivus rei amatæ, vel boni eidem collati, alius verò, qui identificatur cum efficaci, vel priori productivo, & est posterior ratione sequutus ad illum, vel si ratione distinguitur ab eodem efficaci, illum omninò supponit, & dicitur simplicis complacentiæ, sed non est alius excogitabilis, qui antecedat omnem efficacem, vel productivum, ut probatum est, ergo si amor ille ad possibilia nec producit, nec supponit productivum nequit in Deo admitti.

Explic. ulteriùs, & adhoc urgentur superiora præoccupando solutionem, nempè quòd ex his videretur etiam concludi, nec posse in Deo dari amorem simplicis complacentiæ respectu existentium, qui purè quiescat in re amata, si semel illi repugnat amor purè affectivus. Nam in primis ex parte objecti est manifestum discrimen, quòd existentes, cum habeant bonitatem per modum exercitii habent sufficientem bonitatem ad terminandum actum voluntatis. Deindè licet dicamus dari amorem simplicis complacentiæ in Deo distinctum ab efficaci, vel productivo, non tamen qui sit sterilis, vel purè affectivos, vel nullius boni communicativus, sicut esset ille respectu possibilium, nam in sententia D. Tho. p. 1. 2. qu. 113. ar. 2. & in 1. ubi supra, & quæst. seq. ar. 2. relato, & alibi sæpè, nequit alius amor admitti in Deo, nisi efficax, sive productivus, aut communicativus alicujus boni, in quo, ut vidimus, constituit differentiam inter amorem divinum, & creatum, quòd divinus amando creaturas, semper producit, aut communicat aliquod bonum, creatus verò terminatur ad bonitatem jam existentem: dicitur ergo simplicis complacentiæ, non quia efficax non sit, cum sit veluti exercitium suæ bonitatis, ac proindè diffusionis ejus juxta illius naturam, ut dictum est, si semel actu illam tangit, sed quia supponit existentiam jam à se ipso communicatam sub munere primò productivi, sive creativè, sive generativè, vel eductivè ut explicatum est, unde complacet sibi in bono communicato, sive in se ipso, ut communicante illud, & consequenter est omninò identificatus cum efficaci, & productivo, & non quasi solitariè se habens sine consortio illius.

Ex his urgentur superiora, & impugnatur eadem solutio. Quamvis sit inconveniens dari in Deo amorem purè affectivum, vel sine consortio efficacis, non tamen identificatum cum illo, ergo benè stabit Deum amare amore simplicis complacentiæ creaturas existentes, non tamen possibiles, conseq. tenet, quia amor existentium semper est communicativus, ut patet ex discrimine adducto, & consequenter in consortio efficacis; ille verò possibilium nullam bonitatem confert, cum reduplicato hoc statu non sint capacia illius, & ideo reperitur sine consortio efficacis,

cacis, vel nullam exercens efficaciam respectu illorum: ant. verò prob., & 1. quoad 1. p., quia amor simplicis complacentiæ sine consortio efficacis terminatur principaliter ad creaturas, & non ad aliquod bonum divinum: neque enim ex eo quòd ametur à Deo ejus Omnipotentia amore simplicis complacentiæ sequitur amari etiam creaturas possibiles, quia Omnipotentia ex vi puræ connexionis cum illis non communicat eis aliquam bonitatem ut constabit infra, & patet, aliàs non liberè in tempore, sed necessariò ab æterno juxtà meritum conexionis, quæ necessaria est, communicaret eam, ac proindè nec liberè in tempore produceret creaturas Deus, sed necessariò ab æterno ex necessitate naturæ, quod est alienum, si semel influxivè se haberet ad illas ex vi ejusdem connexionis necessariæ, unde ad hoc, quòd dicerentur objectum secundarium ejus amoris erat necessarium, quòd participarent aliquam bonitatem ex objecto primario, sicut existentes, & ideo excluduntur à ratione objecti etiam secundarii. Quoad 2. verò prob. sic, nam amor simplicis complacentiæ identificatus cum efficaci non tam terminatur ad perfectionem communicatam, quàm ad actionem communicandi, vel ad Omnipotentiam ut communicatam, cum amor divinus, ut dictum est, semper terminet primariò ad bonitatem increatam, ergo absque inconvenienti potest in Deo dari prout sic circa creaturas existentes, conseq. tenet, quia Deus prout sic, magis quiescit in aliquo divino bono, quàm creato: antec. ulteriùs etiam prob. nam se communicare creaturis est perfectio Dei, ut docet D.Tho. hic ar.2., ergo amor simplicis complacentiæ conjunctus cum efficaci, & communicativo, principaliter est ad bonum divinum, scil. communicationem activam, & secundariò ad passivam, sive ad perfectionem communicatam, & idem similiter est, quando supponuntur res jam productæ, tunc enim dicitur terminari ad conservationem boni producti, quæ est continuata productio, quæ tamen non militant respectu possibilium, ut dictum est, unde si semel amentur, principaliter amantur, & non secundariò, quod derogat amori divino.

Ultimò tandem prob. iterum à priori, sive prosequendo primam rationem. Quod nullam habet existentiam, nullam habet bonitatem terminativam amoris, sed creaturæ possibiles nullam habent existentiam, ergo nullius amoris possunt esse termini, reduplicato hoc statu: ma. sumitur ex D.Tho. supra quæst.3. ar.3., & qu.5. ar.3. ad 4., & qu.6. ar.3., & prob. ratione illius, nam unumquodque dicitur bonum secundum quòd est perfectum, sed quod nullam habet existentiam nullā potest habere perfectionem, ergo nullam habet bonitatem, ac proindè nec amabilitatem. Probat. mi. ex eodem ibidem distinguente triplicem perfectionem rei. Prima est secundam, quòd in suo esse constituitur. Secunda, prout ei superadduntur accidentia ad suam perfectam operationem necessarie. Tertia secundum quòd aliquid aliud attingit ut finem.

Ex quibus prob. sic. Quod caret omni actualitate caret omni perfectione, sed quod caret existentia, caret omni actualitate, ergo caret omni perfectione: ma. est certa, nam sicut imperfectio oritur ex potentialitate, ita perfectio ex actualitate, & propterea Deus caret omni imperfectione tam physica, quàm metaphysica, quia est actus purus: mi. vero prob. Nam primordialis actualitas fundans omnem perfectionem est existentia, ut tradit ibi D. Thom. & patet; Nam ex eo iterum Deus est fons totius perfectionis, quia est ipsum subsistens, & existens in ipsa plenitudine essendi, & subsistendi, vel existendi, ergo quod caret existentia caret accidentibus ad perfectè operandum necessariis, & attingentia finis, ac proindè omni perfectione, & amabilitate fundata in perfectione, ac bonitate, & actualitate.

Dices solum ex his convinci de volitione efficaci; non verò inefficaci per modum simplicis attingentiæ objecti, vel complacentiæ, quia ad terminandum hujusmodi amorem non requiritur, quòd habeant actualem bonitatem, sed solum possibilem, nam licet actualiter non habeant, earum tamen bonitas, actualites, & existentia, cujus possibilis sunt capacia, perfectè cognoscitur à Deo per scientiam simplicis intelligentiæ, constat autem, quòd bonitas aprehensa est sufficiens ad terminandum actum voluntatis, unde rectè poterunt antequam existant, amari à Deo.

Sed hęc solutio jam sufficienter impugnata est, cum respectu Dei talis amor sit de subjecto non supponente. Deinde, ut dicebamus, bonitas sufficiens ad terminandum actum voluntatis, vel amoris, non est pure bonitas per modum quiditatis, (hæc enim magis est intelligibilis, quàm amabilis,) sed debet esse per modum exercitii, vel saltem secundum aprehensionem falsam, quæ tamen non potest esse in Deo, sed prædicta bonitas per scientiam simplicis intelligentiæ cognita est purè quiditativa, vel transcendentalis, & non per modum exercitii, vel in re, ut dictum est, ergo non est sufficiens ad terminandum amorem, quicunque sit,

Urg. hoc paritate addocta quæst. seq. relata in ente mathematico, nam quia illud secundum rationem distinguitur ab exercitio, sive motu, vel existentia, & materia, non reperitur in illo prout sic ratio boni, ut etiam docet Phylos. 3. metaph. text.4., & consequenter nec ratio amabilis à voluntate ergo si pariter creaturæ possibiles habent solam bonitatem per modum quiditatis, sive abstrahentem ab existentia, & motu, non habent sufficientem ad terminandum actum voluntatis, vel amoris pro eodem statu. Eò vel maximè quòd ut jam insinuavimus, recurrere non possunt ad ordinē ad existentiam, cum non sint præparatæ in causa ad essendum, & ex vi prædicatorum essentialium, solam dicant non non repugnantiam, non ordinem positivum ad illam, aliàs terminarent productionem sui, & magis necessariò producerentur, quàm liberè, quod iterum est alienum,

§. I V.

Solvuntur Argumenta. Ex authoritate Divus Thomæ.

PRimò arg. quibusdam anthoritatibus D. Thom., & primam opponit M. Serra ubi supra ex 1. cont. Gent. c.84. ubi ratione 4. de Deo sic concludit. *Qui non vult nisi ea, quæ sunt, vel possunt esse bona.* Quibus verbis non solum tradit oppositam sententiam, sed etiam manifestè destruit fundamentum nostræ, quòd nempè requiratur existentia, vel bonitas per modum exercitii ad terminandum actum voluntatis, quicunque sit, cum expressè dicat voluntatis

lunta-

luntatem divinam se extendere non solum ed ea, quę sunt, sed etiam, quæ possunt esse bona.

Deindè infra quæst. 37. ar. 2. ed 3. inquit, *Sicut pater dicit se, & omnem creaturam Verbo, quod genuit, in quantum Verbum genitum sufficienter repræsentat patrem, & omnem creaturam, ità diligit se, & omnem creaturam Spiritu Sancto, in quantum Spiritus Sanctus procedit, ut amor bonitatis primæ, secundum, quàm pater amat se, & omnem creaturam.* Ex quibus erguitur primò sic. Ità pater diligit se, & omnem creaturam Spiritu Sancto, sicut dicit sa, & omnem creaturam Verbo, sed dicit se, & omnem creaturam etiam possibilem Verbo, cum per sa procedat Verbum ex cognitione etiam possibilium, ut constabit infra de Trinitate, ergo diligit se, & omnem creaturam etiam possibilem Spiritu Sancto.

2. Ex eo Pater, ut constabit etiam ibidem, dicit se, & omnem creaturam etiam possibilem Verbo, quia dicit, sive cognoscit se cognitione perfectissima, sive comprehensiva, sed etiam amet se amore perfectissimo, siva comprehensivo, ergo sicut dicendo se dicit omnem creaturam etiam possibilem Verbo, pariter diligendo se, diligit omnem etiam possibilem Spiritu Sancto. §. 3. Et præoccupatur solutio, nam quia Pater sic dicit se, Verbum non solum procedit ex cognitione essentiæ, sed etiam creaturarum possibilium, non tantum secundum esse, quod habent indistinctum à Deo, seu prout in omnipotentia continentur, (que ratione, ut dictum est, sunt creatrix essentia,) sed etiam prout ab illa distinguntur, ergo quia sic diligit se, Spiritus Sanctus procedit ex amore earum, prout distinguntur ab eadem, & consequentar etiam pront sic distinctæ emantur à Deo.

Ad 1. Resp. solum posse concludi, Deum velle, (ut de facto voluit omnes exituras, seu quas decrevit ab æterno producere) non tamen amore simplicis complacentiæ purè affectivà. & nullo modo efficaciter relinquendo eas, quas volult, in statu puræ possibilitatis, sic enim repugnat, tum ex parte Dei, ut probatum est, cum nullus ejus amor sit sterilis, aut poré affectivus; tum ex parte objecti, quod cum sola bonitate quiditativa non est capax terminandi actum voluntatis. Sensus argo D. Tho. est, quòd Deus vult non solum ea, quæ sunt, sed etiam, quæ possunt esse bona, vel existere, quie potest illis dare esse, & bonitatem, & si semel decrevit dare, de facto voluit illa ab æterno, & non quia vult illa reduplicato hoc statu, scil. possibilitatis, sive eadem relinquendo in illo. Hoc enim non facit ed ejus intentum, imò confunderet illud divertando se ed aliud quæsitum, quod non est ad rem, Nam intentum ejus est, ut patet ex titulo capitis, an voluntes Dei sit de impossibilibus, & probat quatuor rationibus, quòd non; quæ tandunt ad hoc nempè quòd non potest illis ob eorum incapacitatem, vel repugnantiam ad essendum, dare esse, vel imprimere similitudinem suæ bonitatis, sicut potest creaturis possibilibus, ondè concludit totum caput relatis verbis, & erguit sic: *secundum quòd unum quodque se habet ad esse, ità se habet ad bonitatem, sed impossibilia sunt, qua non possunt esse bona, ergo nec volita à Deo, qui non vult, nisi ea, qua sunt, vel possunt esse bona.* In quibus, ut manifestè patet intentum D. Th. non est præcisè de possibilibus an sint volita à Deo, sed ad concludendam de impossibilibus, quòd nec sunt, nec possunt esse volita, quia non sunt, nec possunt esse bona, sicut possibilia, quæ possunt esse talia, non quie reduplicato hoc statu velit ea, (hoc enim non est ad rem, vel intentum quæsiti.) sed quia potest velle illa extrahendo ab illo, & conferando illis bonum, sive imprimendo prædictam similitudinem bonitatis suæ, quod non potest militare de impossibilibus ob rationes ab eodem adductas, unde verbum illud, *non vult*, ut subtiliter etiam advertit M. Ferre, idem valet, quod non potest velle, ut rectè concludat de impossibilibus, de quibus non est præcisè quæstio, nec conclusio D. Tho. de negationa volitionis, sed impossibilitatis ejus, ut evidenter patet ex tota serie capitis, sive ex ejus rationibus, quibus vult concludere, quòd nullo modo possunt esse volita, hoc autem non concluderet, ut patet, si tantum negarat exercitium volendi; de quo modo disputamus circa possibilia. Per quod patet, nec esse ibi in favorem oppositæ sententiæ, nec dastruere fundementum nostræ.

Ad 2. dicimus primò, quòd non videtur militare contra conclus., cum loquatur ibi D. Tho., ut supponimus; de dilectione efficaci, vel productiva Spiritus Sancti, & tunc, ut jam insinuavimus, non est dubitandum, quòd terminari possit dilectio ejus ad creaturas possibiles, quas scil. decrevit ab æterno producere, transferendo ad statum futuritionis per eaum præparationem in causa ad dandum illis esse in tempore. §. Secundò respond. D. Tho. intelligendum esse secundum distributionam accomodam si velimus salvum ejus, & universale discrimen superius inter utremque potentiam, nam sicut ex parte Verbi ly omnem creaturam intelligitur secundum hanc eandem distributionem, ut non æqualiter veniant, sed possibiles per se, futuræ verò tantum ex suppositione, quòd decreverit producere, ità ex parte Spiritus Sancti, quod veniant etiam possibiles, non quæ relinquuntur in illo statu, sed quas statuit extrahere ab illo, & sensus sit, quòd sicut Petar dicit se, & omnem creaturam Verbo, non tamen omnem per se ed mensuram cognitionis sui, sed solam possibilem, quæ necessariò connectitur cum sui omnipotentia, & futuram, vel existentem solum de facto, quæ solum liberè; ità diligit se, & omnem creaturam Spiritu Sancto, non tamen omnem tam existentem, quàm possibilem, sed ex his solum, quas statuit producere, cum in ratione amabilis, ut dictum est, non connectantur necessariò, sed tantum liberè, & in illo statu ex eodem discrimine non sint capaces terminandi amorem, sicut sunt capaces terminandi cognitionem.

Sed instas. Quia creaturæ possibiles sunt convenientes divinæ omnipotentiæ, ergo non est ei denegande capacitas terminandi amorem divinum; conseq. tenet, quia ratio convenientis, & disconvenientis est sufficiens ratio terminandi fugæ, vel prosequutionem voluntatis, nec potest Deus non amare, quod est sibi conveniens; ant. autem constat ex superioribus, & ex dicendis infrà; quia non potest non esse conveniens, ex cujus negatione infertur variatio omnipotentiæ, sed ex negatione possibilitatis creaturarum, vel etiam unius tantum, infertur variatio, vel negatio omnipotentiæ, cum inferatur negatio, vel variatio continentiæ earum in illa, ergo sicut non potest non esse disconveniens, negatio, nec poterit non esse conveniens, affirmatio possibilitatis earum.

Expl., & urg. hoc. Odium alicujus extremi oritur ex amore oppositi, cui illud adversatur, ut patet indu-

indoctivè in nobis, nam ideò displicet, & odio habemus, quidquid nobis adversatur, vel impedit bonum nostrum, quia diligimus nos ipsos,& omne bonum nostrum. & ideò etiam Deus summè odit peccatum, quia summè diligit suam sanctitatem, & bonit tem divinam, sed etiam odio haber negationem possib litatis creaturarum, ut potè illativam negationis, vel non esse propriæ omni potentiæ,ergo non potest non diligere possibilitatem earum.

Resp. huic instantiæ neg. ant. quia non potest esse ratio convenientis, ubi non est ratio bonitatis, nam bonum, & malum fundant rationem convenientis, & disconvenientis; constat autem ex dictis,quòd cum bonitas creaturarum haberi non possit sine ordine saltem ad actuale esse. non potest hæc reperiri inpuris possibilibus, in quibus non est hic ordo, sed pura non repugnantia ad habendum esse, ut dictum est, ex quo iterum inferimus, quòd licet possibilia necessariò connectantur cum divina essentia in ratione cognoscibilis, & ideò necessariò cognoscantur eadem cognita, non tamen in ratione amabilis, quia cum amabilitas supponat hunc ordinem ad esse, ac proinde actum efficacem, vel liberum, quo præparentur ad habendum esse, est de subjecto non supponente, in statu possib.litatis, unde non potest admitti, nisi intrà lineam liberam, vel supponentem aliquem actum efficacem divinæ voluntatis.

Ad prob. dist, ma. infertur à priori conc.,si solum inferatur à posteriori, & veluti à signo. nego, & hoc modo solum infertur ex negatione possibilitatis, variatio. aut defectus omnipotentiæ; nam à priori magis infertur ex opposito negatio possibilitatis earum ex negatione omnipotentiæ, quia ut jam insinuavimus in superioribus, ex eo quòd Deus sit ens per essentiam sequitur quòd sit omne id, quod est formaliter in se ipso, vel ad intrà, & quòd sit etiam eminenter, aut virtualiter omne id, quod potest esse extra se ipsum, ac proinde ex summa sui plenitudine in genere essendi sit fons totius esse inferendo à priori eandem possibilitatem creaturarum, unde non connectitur cum illa, quasi ex indigentia, aut convenientia orta ex creaturis, sed ex summa sui perfectione, quod non arguit aliquam amabilitatem in illis antequam decernat dare eis existentiam, à qua pendet omnis illarum perfectio,vel bonitas per modum exercitii, sufficienter ad terminandum actum voluntatis, ut dictum est; unde in eodem statu ante omnem actum liberum Dei non sunt adhuc capaces alicujus simplicis complacentiæ secundum purum esse quiditativum, quo gaudent in illo, ut distinctum à Deo, sed solum secundum aliud indistinctum ab illo, secundum quòd, ut dicebamus, sunt ipsa creatrix essentia, & respectu cujus tantum admittit D.Tho. amorem divinum.

Ad explicat. similiter respond. solum convincere, quando unum infertur ex alio à priori, & utrumque est capax terminandi amorem, vel odium, quod non contingit in casu sistendo in eodem puro statu possibilitatis. Unde in forma, vel nego suppositum ma., in casu, quòd negatio possibilitatis creaturarum opposita affirmationi omnipotentiæ sit capax terminandi odium divinum, sicut affirmatio, vel omnipotentia, cui oppoonitur est capax terminandi amorem, aut quod eidem opponatur illativè à priori: vel dato transeat ad illam, neg. mi., & ad illius prob. annexam iterum dist.. Est illativa à priori, & capax terminandi odium neg.,à posteriori, & in capax terminandi illud, conc, sicut enim affirmatio possibilis tantum infert à posteriori, ac proinde est incapax terminandi amorem divinum, ità negatio illius solum infert à posteriori, & est incapax terminandi odium. Unde sicut ex amore omnipotentiæ non infertur amor possibilium, quia sunt incapacia terminandi illum, ità ex odio negationis omnipotentiæ, inferri nequit odium negationis possibilitatis illorum, quia est incapax hæc negatio terminandi illud.

§. V.

Solvuntur alia argumenta ex ratione.

Secundò arg., & est replica contra superiora firmendo iterum fundamentum ex D. Tho. supra q.6. ar.1. in corpore, & alibi. Nam unumquodque est appetibile,& amabile, secundum quod est bonum, sed creaturæ possibiles, adhuc reduplicato statu possibilitatis sunt bonæ saltem secundum quid,ergo sunt appetibiles, & amabiles saltem secundum quid, sive amore simplicis complacentiæ, qui comparativè ad efficacem dici potest secundum quid: ma. est D.Tho. ibidem ubi ait. Bonum aliquid est secundum, quòd est appetibile: mi. etiam constat ex dictis, quia licet ob defectum existentiæ, vel ordinis ad illam careant existentia simpliciter, non tamen carent omni, nisi velimus possibilitatem rerum esse adæquatè extrà lineam entis, cujus passio est bonum, eo modo, quo est ens, vel cum quo convertitur.

Urgetur hoc ex eodem 1. cont. Gent. c.27., quia; ut inquit ibi ratione prima. Voluntas ad omne id nata est se extendere,quod ei intellectus sub omni ratione proponere potest, cum bonum per intellectum aprehensum moveat appetitum, & sit objectum illius, ergo si creaturæ possibiles sunt saltem secundum quid bonæ, poterit earum bonitas aprehensa per intellectum, vel ab eodem proposita esse sufficientes terminus amoris divini.

Urgetur ulterius. Nam hujusmodi bonitas nequit esse pura bonitas, sive consistens in præcisa rei integritate, sed magis in ratione perfectivi alterius per modum finis, ergo est appetibilis, & consequenter amabilis, conseq. tenet, quia ut docet D.Tho. supra q.6. relata ar.1. omne perfectivum per modum finis est appetibile; unumquodque enim,inquit,appetit suam perfectionem; ant. verò prob., quia hujusmodi bonitas est quid consecutum tanquam passio ad illarum entitatem, ergo nequit esse bonitas quiditativa, sive pertinens ad primum illarum conceptum, sive integritatem, patet cons. quia forma pertinens ad primum rei conceptum, sive intrinsecè illam constituens, & integrans, ac proinde integritas ipsa, non est passio consecuta, sed spectans ad illius essentiam, vel primum conceptum; ant. verò videtur admitti; & admittendum, nisi velimus dare puram essentiam in illis sine passione consequta, aut quòd verum, & bonum, non sint passiones entis contra communem consensum Metaphysicorum, §. Denique ut dicebamus supra cum D.Tho. hic art. 1. sicut ad formam naturalem sequitur appetitus naturalis, ità ad formam, seu bonum aprehensum sequitur appetitus elicitus, ergo sicut non stat bonum naturale, aut connaturale, quod capax non sit terminandi appetitum natu-

naturalem, vel innetum, nec stabit bonum aprehensum, vel cognitum, & voluntati propositum, quod capax non sit terminandi appetitum elicitum, vel retionalem.

Ad hoc patet ex dictis unde dist. ma. est appetibile secundum quod est bonum, ut cunque, vel purè transcendētaliter, ut sunt possibilie, neg., bonitate formali, vel perfectiva, conc., & tunc neg. mi. quam licet creaturæ possibiles dicantur bonæ secundum quid, vel priori bonitate, non tamen formali, vel perfectiva alterius, quæ sola attenditur, ut vidimus ex D. Tho., penes existentiam, vel saltem ordinem ad illem, sic enim induit rationem finis, vel appetibilis, & amabilis, seù trahentis, ut requiritur ad objectum apppetitus contrapositivè ad illud intellectus ex assignato discrimine inter utramque potentiam; nam planè repugnat posse eliquid sic concipi per modum exercitii ante omnem existentiam, vel ordinem ad illam, ac proinde nec per modum appetibilis in retione objecti voluntatis, sed tantum per modum speculabilis, & objecti intellectus; ut satis etiam apertè tradit D. Th. pro eodē accipiens appetibile, ac perfectivum, seù bonum intre lineam efficientis, ut patebit legenti textum.

Ex his etiam fit satis ad omnes confirmat. Ad primam quidem dist. ent. Ad omne id, quod intellectus proponere potest, intrà lineam perfectivi conc., aliter, neg., nam expressè D. Tho. loquitur ibi de bonitate intrà eandem lineam, ut patet ex titulo capitis, scil. *an divina voluntas coarctetur ad determinatos effectus*: unde omninò intelligendus est de bonitate formali, sive perfectiva, vel effectiva, dum docet, quod bonum aprehansum movet appetitum, non de pura transcendenteli, quæ non est ad intentum ejusdem quæsiti, nisi etiam dicamus, ut supra, quodquidem etiam se extendit ad illum statum, non tamen emore simplici, sed efficaci, seù transferendo possibilia, quæ decrevit producere, ad illum futuritionis, vel existentiæ.

Ad 2. dist. ant. quoad 2. p., sed magis in ratione perfectivi, reduplicato illo statu, nego, translata ad alium statum futuritionis, vel existentiæ, conc., & neg. consi. stando in eodem statu. Ad illus verò prob. ex dictis ad quæst. 11. respond., quòd sicut unitas est passio entis, quia non importat entitatem ut cunque, sed prout fundatam in negatione divisionis in se, & identitatia cum alio, ità pariter bonitas est passio illius, non prout dicit integritatem absolutè acceptam, hæc enim prout sic ast essentialis cuilibet rei, sed prout fundat negationem defectus perfectionum, quæ alicui debentur ut rectè advetit atiam Illustris. Godoy hic ad 3. Cœterum prout sic adhuc non spectat ad lineam appetibilis, vel amabilis, sed tantum speculabilis, vel intelligibilis, quia non dum obtinere potest rationem finis potentis trahere, ut requiritur ad rationem objecti voluntatis, ut dictum est.

Ad 3. similiter dicimus ita esse, quòd ad bonum aprehensum sequitur appetitus rationalis, loquendo tamen de bono, de quo loquitur ibi D. Tho. ad sui intentum, ut scil. concludat dari voluntatem in Deo, hoc autem constat non esse purum bonum speculabile, vel transcendentale, sed formale, & per modum exercitii, seu quod est conveniens alteri, & consequenter sufficiens ad trahendum ad sui prosequutionem, ad quam nequit trahere per puram sui aprehensionem, ut præcisè integri in se, si velimus subsistere prædictum discrimen ab eodem traditum intar utramque potentiam.

3. Arg., & iterum est replica. Quamvis non habeant bonitatem per modum exercitii, sed tantum in potentia, vel nominaliter, terminant nihilominus simpliciter actum divini intellectus, ergo etiam possont terminare actum divinæ voluntatis, prob. conseq. Ex eò possunt terminare primum, quia licet sintentia in potentia, adhuc tamen in eis reperitur veritas, sed omne verum est particulare bonom. Tum quia, ut dictum ast, sicut voluntas sequitur ad intellectum, ità actus voluntatis ad actum intellectus, ergo non stat esse intelligibilia, & non esse volibilia.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio. Voluntas potest moveri ab objecto etiam non existente, ergo defectus existentiæ non impedit rationem volibilis, vel amabilis; prob. ant. tum in nobis, quibus bonitas possibilis sufficit, ut possibilia appetamus desiderando v. g. sanitatem, quam non habemus, nec habere possumus ex causis naturalibus, & quam Deus infirmo decrevit non dare. Tum etiam in Deo, qui vult omnes homines salvos fieri, sed salus omnium est purè possibilis, cum plures non salventur. Tum quia quando nos absque peccato volumus possibilia, Deus vult nos illa velle, ergo etiam ipse illa vult, quia non vult nos velle nisi quod ipsi placet, ergo.

Ad hoc patet ex dictis, unde neg conseq. Ad 1. prob. dist. mi. est particulare bonum juxtà meritum status, in quo reperitur, scil. vel transcendentale, vel formale, sive per modum exercitii, conc., aliter nego. Ad terminandum verò actum intellectus ex eodē discrimine sufficit quæcunq; veritas, non autem ad illum voluntatis, quæcunque bonitas, nam eo ipso quòd intellectus trahit, sufficit ad ejus objectum quòd habeat esse in cognoscente, in ipsa specie, & in verbo, quod quidem habere possunt etiam entia in potentia, cum retineant suam quiditatem, cœterum cum voluntas ex opposito trahatur, non habet ad quod terminetur, si objectum in se aliquomodo actu non sit, vel saltem non aprehendetur ut existens, quia non possumus recurrere ad aliud esse, quod habeat in voluntate, aliàs non traharetur hæc, sed magis traheret, & propterea dicitur intellectum res intelligere in se ipso, voluntatem verò amare illas in se ipsis, & ideò indispensabiliter concernit existentiam, vel collatam, vel conferendam, vel saltem aprehensam ut talem. Et per hæc etiam patet ad 2. Quia non idaò dicuntur possibilia non amari, quasi non sit actus voluntaria, vel dilectionis in Deo, sed quia non habent sufficientem bonitatam ad terminandum illum, sicut sunt capacia terminandi illum intellectus.

Ad confirm. dist. antec. Ab objecto non existente; reduplicativè ut non existente, sive ut dicit negationem existentiæ futuræ nego, aprehenso saltem ut existente conc., & hoc modo appeti dicuntur possibilia, ut ab infirmo sanitas non obtinenda, saltem conditionatè, si dignaretur Deus concedere illam, nunquam tamen sub ratione purè possibilis. Ad aliam de salute omnium hominum, dicimus non terminare voluntatem Dei antecedentem sub præcise ratione possibilis, sed futuræ saltem conditionetè, quia licet ex parte omnium hominum non sit ponenda in re, & ideò non dicatur absolutè futura, respectu tamen voluntatis divinæ eret reducenda ad exercitium, si per

ipsos non fleret, unde respectu illius dicitur futura inchoativé, vel conditionaté, cum revera ex eadem procedant auxilia sufficientia ad salutem consequendam, undè ratione illorum dicitur aliquomodo extitutura, licet non infallibiliter, quod sufficit, ut dicatur aliquomodo extracta à statu puræ possibilitatis. Deo quo latè infra.

Ad 3. resp. dist. eodem modo, & explico ant. vult nos illa velle, eo modo, quo volumus illa, conc. aliter nego, nos autem non volumus illa sub ratione purè possibilis, sed aprehensa saltem, ut existentia, vel extitura, unde poterant, ut supra, hujusmodi instantiæ, vel probationes retorqueri, & præcipuè superior de salute omnium hominum, quem valdè magnificant contrarii, quia plus proberent per illam, quam intendant, nam ipsi solum contendunt amorem simplicis complacentiæ necessarium erga possibilia, ut autem communiter docent Theologi infra ad ar. 6. amor ille, quo vult Deus salutem omnium hominum, non est simplex complacentia necessaria, sed magis suo modo efficax, & liber saltem conditionaté, cum procedant ab illa prædicta auxilia, & respiciet salutem dandam, si per ipsus non steterit.

4. Arg., & est iterum replica, Deus necessariò vult suam creativam potentiam, & suam bonitatem, ut communicabilem creaturis, ergo etiam vult necessariò creaturas possibiles; prob. conseq., quia si non essent creaturæ possibiles non esset in Deo potentia creandi, nec esset ejus bonitas aliis communicabilis, & qui necessariò vult finem ex necessitate vult ea, quæ sunt ad finem, sine quibus finis esse non potest ut docet D. Tho. hic ar. 3. §. Dices præter superiora manifestè instari in pœnitentia, quæ necessariò connectitur cum peccato, & sine quo esse non potest, & tamen amatur à Deo non volito peccato, unde ad inferendum amorem, vel volitionem unius ex volitione, vel amore alterius non est præcisè recurrendum ad necessariam utriusque connexionem, ob quam unum sine alio esse non possit, sed supponenda est etiam capacitas in utroque terminandi illam, nam planè virtus pœnitentiæ ità connectitur cum peccato, utpotè pertinente ad objectum formale ejus, ut sine illo omninò esse non possit, unde ut alibi ostendimus 3. p. qu. 7. ad ar. 2. actus illius in viatoribus, aut est satisfactio pro proprio peccato, aut benè affici ad satisfaciendum pro illo, in beatis verò est gaudere de satisfactione pro peccato proprio, & ideò peccatum proprium dicitur per se ingredi objectum formale illius, in quo ut vidimus ibidem distinguitur ab aliis virtutibus moralibus comparativè ad passiones in ordinatas, quæ respectu illarum magis se habent ut terminus à quo recedunt, quam ut terminus ad quem, objectum specificans, ut docet D. Thom. de virtutibus quæst. 4. ar. 4. ad 5., & infra quæst. 95. ar. 3. ad 1., & ideo potuerunt esse in Christo, non autem virtus pœnitentiæ, quia quòd actu eas frænent per accidens illis convenit, & solum habent ex propria ratione sic disponere appetitum, ut quantum est ex se repellerent ab eo passiones inordinatas si insurgerent, unde solū est de ratione illarū perficere habitualiter appetitum ad eliciendam rectam electionem in propria materia juxtà regulas prudentiæ naturalis. Si igitur potest à Deo nihilominus amari pœnitentia, non volito peccato ex eo quòd istud est incapax terminandi amorem divinum, poterit pariter amari ab illo Omnipotentia, & bonitas propria nō volitis possibilibus ob incapacitatem terminandi amorem divinum, & quidem à fortiori, cum possibilia non pertineant ad objectum formale, vel specificans volitionem divinam, ut ostensum est, neque inferant à priori, sed tantum à posteriori, Omnipotentiam, ut dictum est.

Sed contra hoc est. Nam ideo Deus volens pœnitentiam, non tenetur velle peccatum, quia istud connectitur ratione defectus, & propterea est incapax terminandi amorem divinum, sed creaturæ possibiles, non dicunt aliquam imperfectionem moralem Deo repugnantem, ergo volita Omnipotentia, & propria bonitate non poterit non velle possibilia.

Explic. hoc. Nam connexio peccati cum pœnitentia est connexio materiæ destruendæ per illam, & ideò amor pœnitentiæ nequit transire ad illud, quia nullus per modum prosequutionis tendit ad id, quod intendit destruere, sed magis se habet per modum fugæ; sed creaturæ possibiles connectuntur, ut materia ædificanda, seu ut producenda per Omnipotentiam, ergo semel volita Omnipotentia, tenetur ejus volitio, vel amor transire ad illas.

Resp. benè ibi dictum esse. Ad replicam dist. mi., non dicunt imperfectionem, & aliàs afferunt sufficientem bonitatem ad terminandum amorem nego, carent illa conc. §. Sed adhuc instas. Quia ita connectuntur, ut sine illis non possit omninò subsistere Omnipotentia, sed ut innuit argumentum ex D. Th., volens finem necessariò vult media sine quibus finis absolutè subsistere nequit, sicut volens conservationem vitæ, tenetur velle necessariò cibum, quia sine isto non potest vita conservari, ergo non stabit Deum velle necessariò suam Omnipotentiam, & non velle media necessaria, scil. creaturas possibiles, sine quibus esse non potest Omnipotentia.

Urg. hoc præoccupando solutionem. Non stat, immo videtur repugnare in terminis, quòd sint media ita necessariò connexa cum Omnipotentia, ut sine illis hæc esse non possit, & quòd aliàs sint incapacia terminandi amorem divinum, ergo. Prob. ant. Non stat, immò videtur repugnare in terminis, quòd aliquid sit medium omninò necessarium ad aliquem finem necessariò volitum, & quòd sit incapax terminandi amorem volentis finem, nam aliàs esset, & non esset medium necessarium ad illum, si semel non potest esse intentum, vel volitum ab intendente, vel volente finem, immo convinceretur non velle illum, si non vellet medium omninò necessarium ad illius consecutionem, vel subsistentiam ut patet in eodem exemplo, ergo non stabit creaturas possibiles, ità esse media necessaria, ut sine illis esse non possit Omnipotentia necessariò volita à Deo, & quòd sint incapacia terminandi ejus amorem.

Respond. iterum primo solvendam esse hujusmodi instantiam cum sui confirm. à Contrariis in eodem peccato, quòd non ipsum necessariò connectitur, cum pœnitentia, sed etiam tanquam objectum specificans, ut dictum est, ac proindè strictiùs sine illo esse non potest, & tamen non tenetur Deus, immo nec potest velle illud volita pœnitentia.

Respond. ergo quòd sicut utrumque ibi optimè componitur, & volitio pœnitentiæ sine volitione, immo cum incapacitate illius ex parte peccati, non obstante necessaria connexione utriusque; & in subsistentia unius sine subsistentia alterius, poterit etiam componi amor Omnipotentiæ sine amore, immò

cum

cum incapacitate illius ex parte possibilium non obstante connexione necessaria utriusque, & in subsistentia nulus sine subsistentia, vel suppositione alterius, quia licet in possibilibus non sit incapacitas terminandi ob defectum moralem, sicut in peccato, est tamen ob defectum bonitatis positivæ, sive formalis, vel per modum exercitii, cum sit sola bonitas transcendens in illis, sive abstrahens à malitia, & bonitate formali, & consequenter à convenientia, & disconvenientia, ut neque sit eorum negatio capax odii, ut dictum est.

Unde in forma ad argomentū neg. conf., vel etiam suppositum illius, quòd creaturæ possibiles prout sic sint capaces terminandi volitionem, vel simplicem amorem cōplacentiæ. Ad prob. dist. ut supra 1. p. a 1 t. si non essent; nō esset in Deo Omnipotentia, itaut defectus istius arguatur à priori ex defectu illarum, nego, à posteriori, & veluti à signo, ut dictum est, transeat, vel conc., & licet etiam daretur argui quasi à priori adhoc non esset inferenda necessitas amoris illarum ex præciso amore Omnipotentiæ, ob incapacitatem terminandi illum, ut iterum patet in peccato, cujus defectus licet veluti à priori (cum sit objectum per se specificans pœnitentiam, ut dictum est,) inferat defectum istius, non tamen volens istam tenetur velle illud, ob sui incapacitatem terminandi amorem volentis pœnitentiam. Per quod etiam patet ad 2. part. Nam priùs erat probanda capacitas terminandi volitionem in his, quæ sunt necessaria ad subsistentiam alterius, ut supponit ibi D. Tho. & patet in illius exemplo de cibo ad conservationem vitæ necessario.

Sed deindè nego suppositum, quòd possibilia habeant rationem medii ob necessitatem Omnipotentiæ, cum necessitas istius sit ab intrinseco, & à se, cum Deus sit ens per essentiam, ut dictum est, sive fons totius esse in creaturis, ac proindè independens ab omni esse earum, unde solū dicuntur habere rationem termini respectu suæ infinitæ bonitatis, & omnipotentiæ, quidquid sit quòd creaturæ jam existentes possint deservire tanquam media ad manifestandam suam gloriam, vel aliquod ex suis attributis, ac proindè etiam amari amore efficaci ab illo.

Ex his etiam patet ad omnes replicas cum suis confirmationibus, nam in illis supponitur capacitas terminandi amorem divinum, & quòd habeant (præcipuè in ultima confirmat.) rationem medii, quod erat probandum, nisi velimus, ut dictum est, Deum non habere necessitatem ab intrinseco, & à se, sed dependenter à creatura, quod est alienum à summa sui actualitate, & perfectione, licet habere possit connexionem necessariam, cum illa tanquam cum termino suæ bonitatis, inferendo illius possibilitatem ex plenitudine sui esse, quod non leviter indicat etiam D. Tho., dum subdit hic ar. 2. *Unde cum bonitas Dei sit perfecta, & possit esse sine aliis, cum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur, quod alia à se eum velle non sit necessarium absolutè.* In quibus licet loquatur etiam de existentibus, in eo tamen, quòd ex creatura dicat nihil ei perfectionis accrescere, apertè negat omnem necessitatem amoris ad illam, quæcunque sit, [cum tamen hanc necessitatem in amore simplici contendant contrarii] & quòd deinde creatura habere possit rationem medii respectu propriæ subsistentiæ, unde concludit, ut vidimus, quòd solum teneatur velle ex suppositione, quòd velit illas, si nempè decernat producere, quia nempè ejus voluntas mutari non potest, *sed hoc tantum arguit posse ejus amorem terminari ad possibilia non relinquendo illa in eodem statu, sed transferendo, ut sæpè dictum est, ad alterum futuritionis, & existentiæ, qui tamen non est amor simplicis complacentiæ, sed efficax, vel effectivus.*

Ultimò arg., & ad huc est replica. Ex eo creaturæ possibiles nequeunt amari à Deo, quia pro illo statu nec est communicata, nec potest illis communicari aliqua bonitas, sed hæc ratio non convincit de amore simplicis complacentiæ ergo. Prob. mi. quia hic amor nec est effectivus prout est in se, nec etiam prout est in Deo ergo. Prob. ant. Tum quia in hoc solum distinguitur ab amore efficaci. Tum etiam quoad 1. par. patet in nobis, in quibus est complacentia, & delectatio de rebus præteritis, ac etiam de impossibilibus, unde potest homo desiderare esse immortalem, & Angelum. Quoad 2. verò prob. nam divina voluntas amat suam essentiam, & tamen nihil illi comunicat. §. Quod si iterum dicas amorem complacentiæ, licet non sit factivus, semper tamen terminari ad rem existentem, quia hoc est de ratione amoris in communi ob conditionem voluntatis, ut dictum est, quæ habet trahi, ac proinde supponere bonitatem per modum exercitii contrapositivè ad intellectum, & quamvis voluntas humana aliquando desideret impossibilia, aut lætetur de illis, aut de fabulis, semper fertur ad illa objecta sub ratione existentiæ, aut futuritionis saltem conditionatè. §. In contra hoc est. Nam simplex complacentia, vel actus voluntatis potest esse respectu objecti non solum non existantis, sed neqoè etiam extituri, dummodo dicat ordinem saltem non repugnanter ab intrinseco ad existentiam, sed possibilia licet reduplicato hoc statu non sint existentia, nec extitura, saltem dicunt hujusmodi ordinem, aliàs possibilia non essent, ergo; prob. ma. tum iterum in nobis respectu universalium, quæ pariter in hoc statu nec sunt existentia, nec extitura, cum prout sic abstrahant ab hic, & nunc, sive à singularitate, & ab omni existentia, & tamen, quia dicunt ordinem saltem non repugnanter ab intrinseco ad illam, sunt terminus amoris, cum apprehendatur sub ratione boni, quod sufficit ad rationem amabilis, ergo. Tum urgentiùs in non esse creaturarum possibilium, [quas nempè Deus decrevit non producere] nam istud nec est existens, nec exiturum, imò supposito eodem decreto, repugnanter extiturum, & tamen quia ab intrinseco dicunt hunc ordinem saltem non repugnanter ad esse, est volitum à Deo, cum velit Deus ea non producere, ergo defectus existentiæ, vel futuritionis, aut positivi ordinis non obstat amabilitati objecti, & consequenter, nec amori, aut volitioni ejus.

Urg. hoc. Quia magis distat non esse ab esse, quàm posse esse, nam non esse opponitur contradictoriè esse, ergo si non esse potest esse volitum à Deo à fortiori posse esse, §. 2. Nam Deus nequit se habere negativè respectu alicujus objecti, ergo nec respectu possibilium, licet sub existentia, aut futuritione non sint. Prob. ant. nam quodlibet objectum ante actualem existentiam clauditur sub hoc disjuncto, futurum, vel non futurum, sed Deus circa neutrum negativè se habet, ergo. Prob. mi., & de futuro constat: de non futuro prob. nam ideò aliquid est non futurum, quia Deus vult defacto non esse, ergo.

Respond. benè ibi dictum esse. Nec paritas de desiderio, aut complacentia humana aliquid convincit, quia voluntas nostra ob sui imperfectionem potest habere hujusmodi velleitates, seù terminari ad objectum etiam impossibile, aprehansum ut possibile, vel sub aliqua ratione boni. Ad replicam neg. ma., sed omninò requiritur ordo positivus, & non sufficit negativus, vel per modum puræ non repugnantiæ, aut puræ potentiæ objectivæ. Ad 1. prob. de universalibus disting. claritatis gratia ma. nec axtitura, saltem apreheusivè, ut cadunt sub objecto voluntatis, nego, sub illo intellectus transeat, vel conc., & tunc neg. mi. quòd amentur, ut abstrahunt prout sic ab omni etiam ordine positivo ad existentiam, sed ut sunt in suis singularibus, vel saltē ut positivè dicunt ordinem ad illa, sive ad existantiam in illis, si loquamur de universalibus in essendo: si verò loquamur de illis in causando, ut de charitate, & aliis hujusmodi; dicimus amari quidem, sed ut sunt aliquid existens, & causa plurium actuum.

Ad 2. de non esse creaturam possibilium, quæ videtur difficilior, ut respondeatur adverto, quòd non esse illarum potest dupliciter sumi, vel purè possibiliter, sive ut prævenit omne decretum de producendo, vel non producendo; 2. ut cadit sub hoc posteriori, sive postquam Deus decravit non producere. Hoc supposito dicimus, quòd si loquamur de illo, priori modo, minus est capax prout sic terminandi amorem, vel volitionem, quàm posse esse, ut dicitur in prima confirmatione; loquendo verò de illo, ut cadit sub decreto de nolendo dare illis esse; patet tunc non manere amplius sub statu puræ possibilitatis, sed transire ad alium statum, nisi velimus decrete non esse extractiva à priori statu, quod videtur alienum, unde non est instantie ad rem, cum loquamur de objecto in statu puræ possibilitatis.

Igitur loquendo de hoc non esse, prout jam cadit sub decreto [quamvis non desint, qui absolutè negent negationem existentiæ terminare actum volitionis divinæ,] dicimus, vel quòd solum terminat actum voluntatis per modum fugæ, & tunc iterum non est ad rem, cum modo difficultas sit de actu complacentiæ, qui est prosequutio, & non fuga; vel quòd terminat par modum existentis intra suam lineam: unde dist. ma. non est existens ex parte termini, seù possibilis, quod decrevit Deus non producere, conc., ex parte sui, seù ipsius negationis, nego; quia etiam negatio non purè possibiliter sumpta, sed ut cadit sub eodam dacreto, dicitur suo modo existere, nam eo ipso, quòd Deus volt rem aliquā non esse statim intelligitur existentia negationis illius creaturæ, nam tali posito decreto vare affirmatur de illa esse aliquid realiter seù per modum exercitii intrà suam lineam extrà purum statum possibilitatis, sive non secundum purum esse objectivum, aliàs decretum nihil eidem conferret, nec aliter se haberet, ac ante illud, quod nequit admitti, unde nego deindè causalam, quòd sit volitum istud non esse ex puro ordine per modum non repugnantiæ, qui convenit omnibus possibilibus, & pertinet præcisè ad eundem statum antevertendo omne decretum.

Ex his etiam patet ad 1. confirmat. Nam quidquid sit an divina voluntas possit se habere merè negativè, aut suspensivè circa objectum ad extrà, de quo infrà, & supra, vel alibi jam insinuavimus in logicis, dicimus tamen, quòd si semel terminatur ad aliquod eorum non terminatur simplici amore complacentiæ, sed efficaci transferendo ad alium statum, ut dictum est, scil. existentiæ, vel futuritionis, cum positivo ordine ad illam: unde dato transeat ad ant. dist. probat. annexam; magis distat non esse ab esse, quàm posse esse, si sumatur non esse purè possibiliter, vel prævie ad omne decretum, transeat, vel conc., quia sumptum purè possibiliter, vel purè non repugnenter ad esse, idem ferè est, quòd posse esse; si post decretum, aut ut terminus illius, nego, quia tunc jam conjungitur existentiæ, suo modo, vel prout est capex intrà lineam propriam, sive per modum exercitii intrà illam. Vel iterum dist. si sumatur non esse, contradictoriè ad esse, sive ut negatio cujuscunque esse, etiam possibilitatis conc., quia tunc non solum importat distantiam ab esse, sed etiam incapacitatem, sive impossibilitatem illius; si privativè non repugnenter pro præcisa carentia existantiæ, vel futuritionis, cujus est capax quodlibet possibile, transeat, vel conc., saltem secundum modum explicandi; sed tunc nego suppositum, quòd prout sic terminet, vel sit capax terminandi volitionem, vel amorem divinum, similiter enim negamus de illo, ac de quocunque possibili, quamdiù manet in eodam statu possibilitatis, quamvis possit extrahi ab illo, sicut & cætera possibilia per decretum; at ut dictum est, non terminat tunc simplicem amorem, sed efficacem sub ratione existentiæ, juxtà sui conditionem. Et per hæc etiam fit satis ad 2. de qua adhuc statim dicemus.

Ex dictis colligimus primò Deum circa creaturas possibiles intransitivè, sive manentes in hoc statu, suspensivè se habere quoad amorem, quia per modum exercitii nec bonæ, nec malæ sunt. Pro quo adverto duplicem distingui suspensionem, alteram includentem actum, sive versantem circa actum volitionis, & nolitionis; alteram abstrahentem ab omni actu. Prima contingit, quando quis per actum veluti reflexivum vult suspendere omnem actum volitionis, & nolitionis, circa aliquod objectum; tunc enim actus reflexivus habet pro objecto solū utramque, & nullum aliud volitum, aut nolitum, & de hac non loquimur in præsenti, sed de posteriori, ut dicitur de pura omissione, non tamen libera, de que agitur infra; sed necessaria, prout dicit negationem utriusque actus ob incapacitatem objecti, quia nec est bonum, nec malum in actu, sed tantum in potentia. §. Quòd si dicas possibilia dicere carentiam privativam existentiæ, vel perfectionis, cum possint habere illam, ac proindè habeant aliquam rationem mali sufficienter ad terminandum actum odii, vel fugæ. §. Resp. quòd licet, ut jam insinuatum est, dicantur habere carentiam privativam illius ob capacitatem per modum puræ non repugnantiæ, non tamen per modum exigantiæ, & ut sibi debitam, unde non est sufficiens ad constituendam rationem mali, ut possint terminare odium, vel fugam.

Colligimus 2. Actum illum circa possibilia si admitteretur, nec posse esse liberum, nec necessarium, ac proindè esse omninò repugnantem. Primum patet, quia divina voluntas, ut vidimus ex D. Th., necessariò necessitate ab intrinseco, & absolutè solum terminatur ad bonitatem propriam, cum nihil perfectionis ex aliis sibi accrescere possit. Secundum verò; quia si Deus liberè diligeret, posset ab æterno diligere, & non diligere, sed repugnat Deum ab æterno posse sic velle, & non velle aliquid intrà eundam statum, & eodem reduplicato, cum Deus liberè non diligat objectum ad extrà sine aliqua mutatione ex

parte

parte rei volitæ, quæ tamen in illo statu est impossibilis eodem perseverante, cum in illo non veniant, ut vidimus, nisi prædicata necessaria, & immobilia.

QUÆSTIO SECUNDA.

De constitutivo actus liberi Dei.

Supponimus Deum actu libero diligere creaturas existentes ex illo ad Ephes. 1. ver. 11. apud D. Th. hic ar. 3. in argum. sed contra. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ* & priori v. 4. *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*. Constat autem, quòd operari ex consilio, & ex electione sunt actus potentiæ, vel facultatis liberæ. Et constat etiam ex eo, quòd Deus diligit creaturas existentes ob infinitem suam bonitatem ut rationem finalem, & formalem sui amoris, cum bonitas infinita Dei, ut dictum est, sit objectum per se primò specificans voluntatem Dei, creaturæ verò existentes sunt solum materiale, & secundarium, aut tanquam medium volitum in ordine ad divinam bonitatem tanquam ad finem, sed ut patet ex dictis, & ex D. Tho. hic ar. 3., non sunt medium ità necessariò volitum, ut sine illis esse, & amare non possit suam bonitatem, ut potè summè infinitè perfectam, ac proindè independentem à quocunque bono creato, ergo habitudo voluntatis Dei ad creaturas non est necessaria sicut ad suam bonitatem. De hoc ergo actu libero est gravissima difficultas, per quid constituatur, nam adeò premit Theologorum ingenia, ut non de sint, qui asserant ejus resolutionem magis esse expectandam in Patria, ubi licebit Deum revelata facie contemplari quoad omnia ejus prædicata tam necessaria, quàm libera modo in superioribus exposito ad q. 12.

§. PRIMUS.

Aperitur radix difficultatis, & status ejus.

Duo difficillime sunt, & ferè incompossibilia inter se, ex quibus tota difficultas dependet, nam cū de ratione actus liberi sit, ità, ut esse, quòd possit non esse, & quòd immanens, & vitalis sit, pro hac parte recurrere non possumus ad aliquod extrinsecum, cum repugnet formam extrinsecam non immanentem, nec vitalem esse constitutivam actus immanentis, & vitalis. Proprime verò videmus omninò impediri ad assignandum aliquod intrinsecum, ut prætendimus, cum impossibile sit perfectionem aliquam intrinsecam in Deo deficere posse.

Pro cujus ampliori intelligentia adverto, quòd in eodem actu libero Dei circa productionem mundi v. g., ob sui perfectionem, eminentiam, & summam actualitatem exclusivam totius potentialitatis continentur volitio, & nolitio tanquam rationes inadæquatæ, & per modum ejusdem actualitatis, quamvis in voluntate creata ob sui imperfectionem, & limitationem distinguantur realiter inter se, ut duo actus, quorum quilibet licet limitatus potest determinare adæquatè indifferentiam voluntatis, & de facto determinat, cæterum volitio, & nolitio circà idem objectum creatum, & limitatum, si præcipuè sumantur seorsim impossibile est quòd adæquent voluntatem liberam Dei, quia cum non sit indifferens ad eliciendos actus, ut potè summa, & pure actualitas solum erit indifferens ad objecta, respectu quorum volitio, & nolitio constituunt unam formaliter actualitatem in actu 2. voluntatis divinæ, quæ actualitas est indifferens, & potens termineri ad productionem mundi per modum volitionis, & iterum sine aliqua sui mutatione per modum volitionis, ut constabit infrà. Et cum etiam, ut dicemus in sequentibus, determinatio divinæ voluntatis, qua intelligitur se determinare ad hoc, quòd conceptus adæquatus actus liberi Dei intelligatur magis terminatus per modum volitionis, quàm nolitionis, sit realis, & intrinseca perfectio, non satis erit asserere, quòd id, quod deficere potest, sit terminatio illa actus liberi, nisi simul dicamus posse realem intrinsecam determinationem deficere, nam ab hac ponitur, aut pendet hæc terminatio, magis quam alia: unde subsistente, aut perseverante hac determinatione non potest non subsistere, aut perseverare terminatio per modum volitionis, & è contra: sicut & hac deficiente, altera quoque non deficere, ergo si semel potest deficere actus liber Dei, aut constitutivum sub ratione terminationis, poterit pariter deficere aliqua perfectio realis, & intrinseca illius, quod est impossibile. En nodus difficultatis ferè indissolubilis, nec ità facile aperietur aditus ad illum solvendum, quibuscunquè velint modis, aut verbis uti ad explicandum hujusmodi formale constitutivum.

Si namquam dicatur, esse aliquod reale formaliter, & intrinsecum jam aliquod reale formaliter in Deo deficere potest. Si verò aliquid rationis, f. relatio rationis, assignandum est fundamentum illius, & de isto inquirimus, an sit perfectio intrinseca, vel non; si primum, jam deficiente respectu rationis necessarium est aliquomodo deficere, aut variari fundamentum sub aliquo sui conceptu, aut formalitate. Videtur enim in intelligibile, quòd fundamento posita resultet relatio etiam rationis, & quòd illo perseverante sub omni formalicete, quam habere potest, deficiat, aut non perseveret relatio.

Quòd si dicatur posse relationem rationis deficere solo deficiente termino, esto idem maneat, & eodem modo fundamentum quia cum relatio per se dependeat ab utroque, altero solum pereunte, necessè est illam deficere, ac proindè cum creaturæ fuerint terminus ejusdem relationis, & in æternum fuerint non esse, etiam relatio potuit non esse, quamvis ex parte Dei omnia fixa maneant, & immobilia.

Contra hoc est. Quidquid sit de fundamento remoto, proximum saltem ità connectitur cum termino, ut sine illo stare nequeat, ut patet in relatione unius ad aliud album, nam deficiente termino ejus, deficit quoque convenientia unius cum alio, quæ dicitur proximum illius fundamentum. Similiter patet in relatione fundata in actione, & passione, nam etiam pereunte passo, vel genito deficit quoque generans, non in ratione v. g. hominis, sed in ratione generantis, vel dicentis habitudinem ad genitum, quod est fundamentum proximum paternitatis realis, & idem est de aliis relationibus, ergo nequit perseverare omninò idem fundamentum sub omni formalitate, non perseverante relatione, & consequenter necessè erit deficere aliquam intrinsecam perfectionem, quæ est fundamentum proximum illius.

Si dicatur relationem rationis consecutivè se habere

bere ad constitutivum reale actus liberi Dei. Redit argumentum, nam cum in hac sententia sit aliqua realis perfectio intrinseca, poterit hæc deficere in Deo juxta conditionem actus liberi, cujus est constitutiva. §. Si autem dicatur esse quandam terminationem ad productionem mundi magis, quam ad non productionem, quæ secundum explicationem neq. est aliquid reale, nec rationis, sed pura terminatio, solaq. illa deficere possit, non propterea à sequitur aliquod reale secundum entitatem, vel perfectionem intrinsecam in Deo deficere posse.

Contra hoc est. Nam tunc inquirimus, cur potiùs sit hæc terminatio ad productionem mundi, quàm altera ad non productionem. Ad quod tenentur respondere, quòd sic Deus liberè decrevit, aut se intrinsecè determinavit, cum potuisset non sic se determinare. Nam cum voluntas Dei sit indifferens ad objecta ad extrà activè, necesse est, quòd à se ipsa determinetur potiùs ad producendum, quàm ad non producendum. Quia si nulla esset determinatio divinæ voluntatis non produceretur. De hac autem determinatione, quæ potarat non esse fit idem argumentum: quia vel est intrinseca realis perfectio, vel aliquid extrinsecum; hoc secundum est impossibile, cum repugnet Deum determinari ab aliquo extrinseco; si verò primum, jam aliquid reale intrinsecum in Deo deficere poterit.

Si tandem explicare velint nihil in Deo reale deficere deficiente actu libero per hoc, quòd eidem actui nunquam deficere possit, aut terminatio ad productionem mundi, aut terminatio ad non productionem illius, quod est de essentia actus liberi. §. Iterum inquirendum est cur potiùs determinatè sit terminatio ad productionem, quàm ad non productionem. Et tunc non videtur posse aliter fieri satis, nisi ut dictum est, quod quia voluntas divina indifferens est ad illa objecta, determinatur à se ipsa. Sic autem manet eadem difficultas. Nam illa determinatio, vel est libera, vel non. Hoc secundum implicat, quòd ab actu necessario determinetur voluntas divina potiùs ad producendum mundum, quàm ad non producendum. Si verò dicatur primum, ergo potest deesse Deo. In tam gravi pondere difficultatis fateor aptiùs hic foré repetendum, quod alibi circa 2. prædicabile, scil. esse unam difficultatem ob sui difficultatem ferè omittendam, & præcipuè in nostra sententia, in qua omnes recurrimus ad aliquod intrinsecum in constituendo hujusmodi actum liberum. Et ut clariùs procedamus successivè per distinctus §§. referemus simul, & impugnabimus extraneos modos dicendi, & tandem proprium statuemus ex D. Tho., nam existimo Thomistas omnes in re convenire, ut etiam fatetur Illustriss. Godoy §. 5., qui licet videatur aliquomodo recedere, aut concedere aliquam defectibilitatem ex parte actus secundum id, quod superaddit ad perfectiones necessarias, nihilominus subdit substantiam suæ conclusionis, & si non ita explicatam, tenere omnes discipulos D. Th., nam planè nullus ex his, aut Theologorum aliquis concedet unquam posse aliquid divinum entitativè deficere, aut sub conceptu entitatis, quidquid sit, explicativè, aut determinativè, de quo infra, & ipse explicat §. 6. sequenti.

§. I.

Refertur, & impugnatur primus modus dicendi statuendo primam Conclusionem.

IN hac re sunt duæ veluti sententiæ extremæ, & aliæ mediæ. Prima est Aureoli apud Capreolum in 1. dist. 45. quæst. 1. ar. 2. asserentis actum liberum Dei constitui per denominationem extrinsecam desumptam ex ipsa productione creaturarum ad extra, quæ juxta hanc sententiam est formaliter transiens, & in ipsis creaturis recepta, unde negat requiri aliquam determinationem intrinsecam divinæ voluntatis ad producendum magis, quàm non producendum, sed satis esse ex parte Dei assignare plenitudinem potestatis, quam habet ad sic producendum, vel non producendum, unde sicut ignis, inquit, si in sua potestate haberet præsentem stipulam ignire & non ignire, dum igniret diceretur voluntariè ignire, & quærenti, cur igniret, resp. quia vult, non quia velle exprimeret aliquem actum determinatum voluntatis, sed tantum plenitudinem potestatis, ita pariter quia Deus voluntariè producit, quidquid producit, absque eo quòd determinetur per aliquod velle intrinsecum ad producendum, ex eo præcisè, quòd vult, & quia in sua potestate habet producere, & non producere, sive plenitudinem potestatis ad utrumque. In quo quidam salvat facilè immutabilitatem Dei, sed tamen videtur destruere libertatem, dum ad extrinsecum tantum recurrens solam videtur adstruere indifferentiam ex parte objecti, & nullam actualem ex parte Dei, sed solam plenitudinem potestatis: quamvis nec explicet, quid præcisè illud extrinsecum sit, unde etiam in ejus sententia vel poterit affirmari, quòd est actio productiva ad extra, (quæ pariter debet esse effectus divinæ voluntatis liberæ, si semel est formaliter transiens, & recepta in creatura,) vel quod est terminus illius.

Prima Conclusio. Actus liber Dei consistere nequit in determinatione extrinseca desumpta ex productione ad extra, sive in hoc, quòd possit producere, & non producere, & posita productione tantum extrinsece determinetur ad unum extremum, absque omni velle intrinseco per solam plenitudinem potestatis ad producendum, & non producendum. Ita jam communiter sentiunt Theologi, quorum aliqui præterea affirmant, vix posse oppositum defendi juxtà principia fidei, nam psal. 109. habetur, quòd *omnia, quæcunque voluit, fecit*, ubi aliquomodo distinguitur velle ab efficere, immò efficere ponitur tanquam effectus volitionis. Et ad Ephes. 1. ait Apost. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*. Ubi iterum operatio ad extra ponitur, ut procedens ab actu suæ voluntatis, & consequenter non non potest hic non distingui ab eadem operatione ad extra.

Ratione prob. Volitio secundum se est actus immanens in voluntate, cujus est actus, ergo volitio divina nequit esse actio extrinseca, sed immanens productiva actionis ad extra, ant. est certum, cum sit actio vitalis, & consequenter à principio intrinseco,

co, & immanens in illo: conseq. verò probat. quia volitio divina est perfectissimum velle, ergo si velle secundum se est actus immanens, à fortiori erit immanens, vella divinum: prob. conseq. quo major est unitas actionis cum agente, tanto perfectior est actio, ergo si velle divinum est perfectissimum, magis ei conveniet esse immanens, & intimum per identitatem realem cum voluntate divina.

Dices ita esse de actu necessario respiciente propriam bonitatem, non de libero respiciente creaturas, nam ad rationem istius sufficit, quòd habeat plenitudinem essendi, & plenitudinem potestatis ad producendum, & non producendum, ex quo dicitur actio libera, quia potest producere, & non producere quantùvis extrinseca sit, nam ratio liberi sumitur ex indifferentia principii, & potestatis ad opposita, & nihil aliud requiritur; nã etiam Thomistæ non aliam assignant libertatem nisi ex parte objecti, vel ejus, ad quod dicitur, ut etiam explicat D. Thom. 1. cont, cap. 82.

Sed contra hoc est, & in primis, quod proximè tangitur de D. Thom., & ejus discipulis quasi aliam non velint libertatem, nisi extrinsecam, val objectivam est magna æquivocatio, idque perperam eisdem attribuitur, ut alibi latè ostensum est, & adhuc infra constare poterit, nam ita explicant, ut intelligatur non esse in Deo in ordine ad actum, quo careat, sed ad objectum cum negatione necessariæ habitudinis.

Sed deindè insto 1. Nam actio libera, & actio omninò necessaria conveniunt in præcisa formalitate actionis, ergo si volitio necessaria est immanens, pariter erit immanens libera; conseq. tenet, quia ratio immanentis attenditur penes principium à quo est, & subjectum, in quo est, & objectum, ad quod est, vel connexivè, vel propriè relativè, sed hæc omnia volitioni conveniunt in ratione volitionis, ergo si secundum formalitatem volitionis sunt ejusdem rationis, pariter erunt secundum rationem actus immanentis. Ex quibus etiam prob. ant. Nam formalitas volitionis præcipuè sumitur in ordine ad volitum, sed in hac ratione omninò conveniunt actio libera, & necessaria, quidquid sit, en diverso modo tendant ad illud ergo; prob. mi., simul & declaratur cum ma. ex D. Tho. quæst. 23. de veritate ar. 4. ad 15. ubi loquens de voluntate etiam ut libera ait, *Voluntas ad volitum habet duplicem respectum, primum ad ipsum, in quantum est volitum; secundum verò habet ad idem in quantum producendum in actu, & hic respectus supponit primum*. Ex quibus prob. sic. Primus respectus ad volitum est communis actui necessario, & libero, & ejusdem est rationis, sed hic convenit actibus voluntatis in ratione volitionis ergo in formali respectu ad volitum omninò conveniunt volitio libere, & necessaria.

2. Impugnetur solutio. Nam ex præcisa plenitudine potestatis ad producendum, & non producendum non magis intelligitur voluntas productura, quàm non productura, ergo in assignando causam, vel rationem productionis in re, tenemur ad aliquid distinctum, vel medium recurrere inter eandem plenitudinem, & productionem, ergo cum non sit aliud assignabile, nisi volitio actualis intrinseca, verè hæc erit actus immanens divinæ voluntatis, Ant, præterquàm quod traditur ab opposita sententia, patet etiam ex terminis, quia aliàs non esset plenitudo potestatis ad utrumque, ergo dum invariata manet, vel sibi relinquitur, aut non determinatur per aliquid superadditum, vel distinctum non magis intelligitur voluntas productura, quàm non productura, Tum quia principium illud constitutum per eandem plenitudinem, vel est causa necessaria determinatè respiciens unum, vel indifferens. Si primum, ergo actus non erit liber. Si secundum, ergo non magis determinativè se habet ad unum, quàm ad aliud. Et hinc etiam colligitur prima conseq., quia ut dictum est, principio, vel causa omninò immutata, vel idem semper producitur effectus, vel nullus, ergo si divina voluntas ex vi plenitudinis potestatis non magis ad unum se habet, quàm ad aliud necessariò assignandum est aliquid distinctum, vel medium superadditum determinans ad productionem magis, quàm ad non productionem, Secunda verò probat, quia ut etiam dictum est, non est aliud assignabile, nisi actus 2. ejusdem principii, ergo si principium ex meriis solius plenitudinis est omninò indifferens, erit recurrendum ad illius actum, sive ad efficacem ejus volitionem, dicendo, quòd ideò producit, quia efficaciter vult, & non quia præcisè habeat plenitudinem potestatis, sistendo in sola sui indifferentia, sed transeundo ad volitionem, à qua tanquam à forma dicitur formaliter volens.

Dices his omnibus, ità esse, quòd præter plenitudinem solius potestatis requiritur aliquis actus, ad salvandam actualem libertatem in Deo magis determinatè ad unum, quàm ad aliud, sed hic actus non debet esse interior. in illo, sed sufficit exterior in creatura, quia cum hujusmodi libertas non sit libertas propriè, sed magis metaphoricè non requirit actum proprium voluntatis divinæ, sed satis est externa operatio ex parte creaturæ dependens ab eadem plenitudine potestatis.

Sed hæc solutio jam præocupata est. Tum quia si ex parte Dei nullus est actus, vel volitio, sed sola plenitudo potestatis omninò indifferentis, non magis intelligi potest operatio ad extra per modum productionis, quàm non productionis, nisi velimus aliquid ad extra determinatè in ratione effectus independenter à Deo determinatè se habente ad illud, quod est alienum. Tum quia ut dicebamus, expressè ex Sacra Scriptura habetur, quòd id., quod est ad extra in tantum verificatur esse, in quantum Deus vult illud, ut patet locis relatis, & alibi sæpè, ergo supponendum est Deum priùs voluisse illud, ergo cum Deus ex parte sui determinatè non velit per solem plenitudinem potestatis omninò indifferentis, impossibile est assignare externam operationem ex parte creaturæ, quæ nec elicitivè, nec imperativè sit à voluntate divina, non supposito aliquo actu ejusdem voluntatis. Tum quia, (& explicatur totum hoc.) Inintelligibile est poni aliquid operativè, vel effectivè ad extrà, Deo nullo modo se habente ut agente, vel efficiente, sed Deus intelligi nequit simul ut agens non supposita aliqua ejus intellectiona, vel volitione, ergo hac non supposita est de subjecto non supponante hujusmodi externa operatio, aut aliud creatum ad extra. Ma. est evidens, aliàs in creatura erit ratio primi agentis, vel efficientis, quod est alienum. Mi. verò prob. tum quia Deus, ut dictum est, non constituitur actu agens, vel efficiens per solam plenitudinem potestatis. Tum quia Deus non tantum est agens, sed perfectissimum agens, ergo debet agere per intellectum, & voluntatem, & consequenter per liberam volitionem, dum liberè agit, ut in casu.

Tum

Tum denique impugnatur solutio quatenus recurrit ad libertatem impropriam, vel metaphoricam. Quia juxtà communem regulam verba Sacræ Scripturæ intelliganda sunt in sensu proprio, ubi nullum obstat inconvanieus, sive repugnantia cum aliis locis scripturæ, nec cum bonis moribus, nec cum ratione evidenti suadente oppositum, sed scripturæ adductæ dum exprimunt Dei libertatem in volendo, & operando nullam ex his patiuntur pugnam, ergo juxtà illas propriissima In Deo admittenda est libertas, & non metaphorica. Eò vel maximè, quòd conceptus libertatis, ut constabit infra, est conceptus perfectionis simpliciter simplicis, sive nullam importans imperfectionem. Unde non solum statuenda est libertas in Deo contra aliquos ex antiquis Philosophis negantes in illo liberum arbitrium ex eo quòd non valerent illam componere cum ejus immutabilitate, unde omnia asserebant operari ex necessitate naturæ, ex quo etiam fortè intulit Aristoteles mundum fuisse ab æternò, quia causa æterna agens necessariò, & per modum naturæ non poterat non agere ab æterno, quod tamen falsissimum est, cum operetur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ac proindè quando vult, & prout vult secundum infinitam sui sapientiam: sed etiam communiter cum cœteris Theologis libertas propria in illo, & non tantum metaphoricè, sive in actione, vel operatione externa consistens, quæ non nisi metaphoricè dicitur voluntas.

§. III.

Refertur, & impugnatur alius modus temperans priorem statuendo secundam Conclusionem.

SEcundus modus veluti medius accedens priori iterum recurrit partim ad aliquod intrinsecum, & partim ad extrinsecum, quam variè explicant Authores, & quidem admittunt contra Aureolum propriam libertatem in Deo, & ipsam etiam volitionem tanquam principium externæ operationis præter solam plenitudinem potestatis ad utrumque, dicunt tamen quòd actus liber Dei non consistit in volendo, aut amando, sed in operando, itaut nisi conjungatur cum externa operatione libera alicujus effectus, sive positivi, sive negativi, non intelligatur in actu 2. constitutus in ratione liberi. Ita P. Herice, unde notat, quòd Deus actu suo necessario vult se, & vult universaliter omnia volibilia juxtà eorum conditionem, scil. positivè, vel amando, si bona sunt, vel odio habendo, seu permissivè, si mala sunt; & hic actus prout sic est liber in actu primo, quatenus retinet indifferentiam ad operandum, & non operandum. Prout verò deindè conjungitur cum prædicta operatione externa effectus ad extra dicitur liber in actu 2., unde apud istum Authorem non videtur in Deo esse alia libertas, nisi egressus operationis externæ à volitione Dei secundum se necessaria, & solum libera principiativè, seu prout ab illa egreditur externa operatio libera, itaut istud extrinsecum intrans constitutionem actus liberi Dei sit passiva productio creaturarum, vel effectus ad extra productos, tanquam forma partialiter constituens in recto. Alii verò dicunt esse quidem actionem externam, seu productivam, sed solum concurrere in obliquo, & terminativè, ut Arrubal, & Granado. Unde juxta hunc modum dicendi volitio libera Dei duo essentialiter includit, scil. intrinsecam perfectionem volitionis divinæ, quæ ut terminatur ad bonitatem Dei est omninò necessaria, ut vero connotat, scil. extrinsecè, (nam intrinseca connotatio, seu habitudo ut ad objectum, vel volitum non necessarium, est in recto, vel entitativè intrinseca perfectio, & nunquã prout sic desectibilis:) operationem, seu causalitatem, qua Deus in tempore ad extra operatur, est libera & hoc est, quod formaliter distinguit actum liberum Dei à necessario, ac proindè ut liber deficere potest nulla deficiente intrinseca perfectione.

Secunda conclusio. Actus liber Dei nequit in sa formaliter constitui, aut distingui à necessario per prædictum egressum operationis externæ, nec per connotationem, aut denominationem extrinsecam desumptam à productione ad extrà. Dico aut denominationem extrinsecam, quia prædicta connotatio, ut jam insinuavimus, juxtà posteriorem moderationem, nihil aliud est, quàm existentia ejusdem actionis, quæ omninò extrinseca est divinæ voluntati, per eam tamen denominatur extrinsecè connotans actionem productivam effectus ad extrà, sicut dicunt aliqui extrà scholam D. Tho., quòd nihil aliud sit relatio prædicamentalis, quàm denominatio extrinseca desumpta à termino, & hac ratione explicant relativa prædicamentalia constitui per connotationem termini.

Hoc supposito prob., & primò quidem ex dictis contra priorem modum explicandi. Nam operatio externa, (& idemest, de quolibet alio extrinseco) nequit intelligi ut liberè egrediens à divina volitione tanquam à principio, non supposita hac volitione jam libera, ergo præter libertatem externæ operationis, & in operando tenemur assignare præviam libertatem ex parte volitionis, vel in volendo, conf. tenet, & ant. est per se evidens, quia repugnat liberè egredi nisi sit liberè volita, repugnat enim poni aliquid ad extrà independenter à Deo volente illud juxtà sui conditionem, vel propriæ lineæ, scil. necessariò, vel liberè, aliàs non erit aliquid creatum; sed pariter repugnat esse aliquid liberè volitum à Deo, non supposita ejus volitione libera, seù per volitionem non priùs liberam, cum hæc sit causa illius, & causa in eo, vel intrà lineam, in qua est causa, (præcipuè loquendo de efficiente) præsupponitur propriu effectui ergo.

Expl. hoc, Nam cum Deus ad extrà non operetur à casu, sed secundum consilium voluntatis suæ ut dictum est, eo modo aliquid egreditur operativè ab ipso, quo vult, ergo repugnat operationem externam liberè egredi à Deo volente, nisi Deus velit liberè illam, & consequenter nisi ejus volitio sit priùs libera, libertate volitionis, vel in volendo, & non sola libertate operationis, vel in operando; imò hæc posterior libertas est de subjecto non supponente, non supposita priori libertate, non minus, quàm suppositio effectus non supposita ejus causa:

Dices eodem, ut supra, non esse necessarium præsupponere volitionem jam liberam, ut prædictus egressus dicatur liberè esse, vel dependenter à Deo operante liberè, sed satis esse, quòd præcedat actus necessarius, qui sit liber in actu primo, qui licet

velle

velle divinum quia est subsistens in se, sit necessaria volitio omnium volibilium, est tamen ad operandum indifferens per modum actus primi, unde dum ab isto egreditur operatio, liberè egreditur libertata in operando, licet non in volendo.

Sed contra hoc est eodem argumento. Quia repugnat libertas in operando non supponens in Deo libertatem in essendo, ergo. Prob. ant. quia sicut in tantum Deus operatur in quantum vult operari, ità in tantum liberè operatur in quantum liberè vult operari liberè, sicut enim juxtà scripturam, omnia quæcunque voluit fecit, ità omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, & ratio etiam est, quia cum sit perfectissimum agens, & consequenter per intellectum, & voluntatem, impossibile est quòd operetur, aut operetur liberè, non volendo, aut non volendo liberè, argo nòn stat, quòd Deus velit omnia volibilia necessariò, & quod operatur liberè.

2. Impug. hic modus explicandi. Deus juxtà fidem non est ab æterno operans, sed omnia produxit in tempore, sed nihilominus dicitur ab æterno libere volens, cum libera Dei decreta non ponantur in tempore, sed sint in Deo ab æterno: & quòd absolutè Dei volitio, qua dicitur liberè volens præcedat externam operationem patet ex illo Rom. 9. v. 11., & 13. (aliis omissis) *cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Ubi etiam expressè præmittitur libera Dei electio ante eorumdem operationem. *Ut secundum electionem propositum Dei maneret.* ergo non est confundenda libertas volitionis, sive in volendo cum libertate operationis, sive in operando, & consequenter formalis ratio constitutiva velle liberi Dei nequit sumi ab externa operatione, vel à quocunque alio extrinseco, sive adæquatè, sive inadæquatè, aut partialiter, sive in recto, sive in obliquo, cum omne liberum extrinsecum, ut potè effectus Dei volentis, teneatur omninò supponere liberam Dei volitionem. Per quod etiam sufficienter impugnari potest posterior modus explicandi.

Sed præterea ex his prob. concl. Connotatio, aut denominatio (& idem est de quocunque extrinseco) desumpta à productione ad extra est aliquid creatum, ergo impossibile est posse ullo modo ingredi formale constitutivum actus liberi Dei; ant. est certum, nam sicut actio productiva ad extra in opposita sententia aliquid creatum est, & affectus Dei, seu decreti divinę voluntatis, (si semel velint Deum agere ad extra per actionem formaliter transeuntem, & receptam in creatura,) ità & denominatio ab illa desumpta, est aliquid creatum. Tum quia ex eo recurrit ad extrinsecum, ut assignet aliquid desectibile, ut videtur requiri ad actum liberum, constat autem solam creaturam esse capacem desectibilitatis: conf. verò prob. quia implicat aliquid creatum pertinere ad formale constitutivum liberi increati, aut cujuscunque prædicati divini simpliciter talis, nisi velimus, quòd ens per participationem, aut potentiale pertineat ad formalem constitutionem entis per essentiam, vel actus puri; aut quòd effectus ad formalem constitutionem suæ causæ, quæ sunt repugnantia in terminis, cum causa præcipuè efficiens det esse suo effectui, & non accipiat ab ipso; & ens per essentiam, ut potè fons totius esse, derivet totum esse in creatura, aliàs hæc non esset participatio ejus, ac proindè nec creatura ergo.

Dices connotationem, vel denominationem extrinsecam non passivè acceptam pro effectu producto esse constitutivam etiam inadæquatè, (sic enim supponit actum jam constitutum,) sed activè pro causalitate, vel actione, qua Deus illum ad extrà producit, hæc enim cum sit prior creatura producta, benè potest actus liber per illam constitutus præcedere sui effectum ad extra. §. Sed hæc solutio non evadit vim argumenti, quod æquè militat contra effectum, ac contra productionem, cum hæc pariter quid creatum sit, ut dictum est. Tum quia de illa verificatur existere, aut futuram esse, quia Deus vult esse, aut futuram esse, ut sæpa affirmat scriptura, ut vidimus, & lumen ipsum naturale, nisi velimus ignorare se ipsum, cum non aliter esse, aut concipi valeat creatura, ens potentiale, & per participationem, nisi quia primum ens per essentiam, aut primum efficiens, cujus est participatio, vult ità esse. Unde insto sic: sicut effectus productus est posterior actione sui productiva ad extrà, ità hæc est posterior decreto libero Dei, cum sit pariter effectus ejus, argo si quia ille est posterior, denominatio sumpta ab effectu nequit etiam inadæquatè constituere actum liberum Dei, sed tenetur omninò supponere illum jam constitutum, nec poterit denominatio sumpta ab actione ad extrà constituere illum etiam inadæquatè, sed magis supponere constitutum.

Expl. hoc. Actio hæc productiva ad extra, ut potè formaliter transiens, & recepta in creatura, ut ipsi dicunt, non est immediatè elicita à divina voluntate, sed tantum imperata, tum quia non est vitalis respectu sui, nec æterna, ut tenaretur esse, si semel esset ab eadem elicita, cum Deus ab æterno vivat per omnem sui actionem vitalem, sicut quodlibet principium vivans vivit per actionem, quam elicit; nec in tempore Deus incipiat vivere per aliquam actionem ad extra, unde etiam, ut dictum est, teneretur ab æterno operari per illam, cum iterum non incipiat solum in tempore elicere aliquam sui operationem, ac proindè solum potest comparari, ut imperans, sive movens, vel applicans potentiam executivam ad illam aliciendam; at actio imperata est effectus principii imperantis, & supponit illud jam in suo esse libero constitutum ad liberè volendum, ut etiam patet in voluntate creata respectu actionis elicitæ à potentia executiva, & ab eadem voluntate imperatæ, & inductivè etiam in habitibus volitivis, ut in charitate, & aliis hujusmodi respectu actionum, quæ ab illis imperantur, ergo non potarit actio ad extrà pertinere ullo modo ad formalem constitutionem actus liberi imperantis, sed magis supponere constitutum, sicut supponunt cæteræ imperatæ suum principium imperans, & quidem à fortiori id verificari debet respectu Dei, qui in nullo sui prædicato dependere potest à creatura, sive in essendo, sive in operando, sive in volando, aut in quacunque alia linea.

Dices huic replicæ, sicut argumento principali esse doctrinam plurium Thomistarum, supra q. 13. ar. 7. ad mentem Cajet., quòd nomina, quæ important relationem ad creaturas, & dicuntur in tempore de Deo, tantum ei conveniant denominatione quadam extrinseca desumpta à relatione existente in creatura juxtà illud Philos. 5. metaph. tex. 20., aliqua nempè dici relativè, non quia ipsa referantur ad alia, sed quia alia referuntur ad ipsa, ut etiam explicatum est supra, & in logicis, ergo benè

bene poterit Deus dici liberè volens à productione extrinseca creaturæ, sicut dicitur dominus, & creator à servitute, & creatione extrinseca illius.

Sed contra hoc est. Et in primis hæc solutio æquivocat doctrinam Thomistarum, ut statim constabit; unde insto sic. Si hæc solutio aliquid convincit, convincit esse assignandum aliquid intrinsecum, ratione cujus dicatur Deus liberè formaliter volens, ergo contra se ipsos recurrunt ad denominationem Domini, & Creatoris. Prob. ant. nam admissa eadem sententia, quæ tribuitur Cajet., nunquàm Deus dicitur realiter Dominus à pura servitute extrinsecè existente in creatura, sed à potentia coercitiva realiter ab æterno existente in illo, ut docet ibidem D.Tho. ad v., ubi explicans, quomodo præfatum dominium conveniat Deo inquit, *quod cum ea ratione referatur Deus ad creaturā, qua creatura refertur ad ipsum, cum relatio subjectionis realiter sit in creatura, sequitur quòd Deus non secundum rationem tantum, sed realiter sit Dominus, eo enim modo dicitur Dominus, quo creatura ei subjecta est*. En quomodo D.Tho. ad fundandam hujusmodi denominationem, aut dominium, recurrit ad aliquod reale ab æterno conveniens Deo, nempè ad eandem potentiam coercitivam, & non solum ad servitutem creaturæ.

2. Impugnatur solutio iterum retorquendo paritatem. Nam si hæc aliquid probat, sequitur liberum increatum tanquam à forma unica, & totali, & non solum inadequatè, vel partialiter constitui per formam creatam, consequens est alienum, & à nemine admittitur, cum neque Aureolus, ut dictum est, excludat omne intrinsecum, nam saltem admittit plenitudinem potestatis, ergo. Prob. sequela, quia paritas contendit Deum denominari dominum à sola relatione extrinseca servitutis, tanquam à formā essentiali, ergo erit ex eadem inferendum Deum formaliter constitui liberè volentem per purum extrinsecum tanquam per formam essentialem, & totalem.

Dices intentum paritatis esse ad ostendendum, quomodo inconveniens nō sit, quòd in his, quę dicunt respectum ad creaturas recurrere possimus in denominando Deum ad aliquod extrinsecum, non excludendo tamen omne intrinsecum. §. Sed contra hoc est, & in primis rectè intulimus paritatē nō esse ad rem, quia est nimis probans. Deindè quia nullum est aliud assignabile intrinsecum, nisi actus necessarius, cum recurrere nolint ad aliquam determinationem intrinsecam, sed actus necessarius nequit esse fundamentum denominandi Deum liberè volentem, aliàs non esset necessè recurrere ad aliquod extrinsecum, ergo hæc denominatio in eadem sententia erit desumenda ab extrinseco tanquam à forma essentiali, & totali.

Explic. hoc, & simul prob. mi. Quia actus necessarius nullo modo respicit productionem ad extra creaturæ, sed solum versatur circa bonitatem divinam, ut proprium objectum specificativum adæquatum, & totale, aliàs adæquatè specificativè necessarius non esset, unde esset talis, & non esset, ergo nequit esse fundamentum intrinsecum denominationis liberæ volitionis.

Quòd si fortè ad id salvandum recurras ad priorem modum quasi utrumque componendo, & iterum dicas ut supra, actum scil. necessarium non præcisè, ut talem, sive ut præcisè versatur circa bonitatem divinam esse fundamentum denominationis liberæ, aut constituere libertatem divinam, vel actus liberi, sed ut liberum in actu primo, scil. in ratione sufficientis amoris omnium volibilium, & sufficientis odii omnium odibilium, & ut conjunctum cum aliquo effectu positivo, aut privativo, vel aliqua dependentia rei in ordine ad existentiam, & prout sic denominare, aut constituere libertatem Dei in actu secundo.

Præterquàmquòd hic modus sufficienter impugnatus est; adhuc instatur sic. Quia non salvatur per hanc solutionem, aut modum, Deum actu denominari, aut producere creaturam, quia vult, sed tantum, quia est potens velle, consequens non componitur cum prædictis locis Scripturæ, ergo; ma. constat, quia Deum sufficienter velle creaturas, non est actu velle illas, sed tantum posse velle, unde de facto vult sufficienter prout sic productionem alterius mundi, & tamen nullus dicet actu velle illam: minor etiam patet, quia alàs dum dicitur. *Quæcumque voluit, fecit, aut salvum me fecit, quoniam voluit me*, & sic de aliis; fieret sensus, quæcunque potuit velle, fecit, quod est alienum, ergo actos necessarius, ut præcisè liber in actu primo in ratione sufficientis amoris, vel odii omnium volibilium, vel odibilium nequit esse sufficiens fundamentum ad denominandum actu, vel constituendam libertatem divinam in actu 2., aut liberè constitutivè conjungendam cum operatione externa, vel effectu ejus. Unde quando dicitur hic actus necessarius licet sit tantum liber in actu primo, prout tamen conjungitur cum prædictis extrinsecis constituit libertatem divinam, vel volitionem efficacem, sive liberam in actu 2., videtur petitio principii, nam de hoc est difficultas, quomodo si solum est sufficiens ratio amoris, vel odii possit sic actu liberè conjungi, aut actu denominare, vel constituere, si nullum aliud intrinsecum divinum per modum liberi proximi, vel efficacis assignetur. Et ita de primo ad ultimū forma totalis constitutiva erit aliquod extrinsecum, quod nullus nisi, vel ipsi naturali lumini, ut dictum est, renunciare velit, audebit efferere.

2. Impugnatur, & urgetur totum hoc. Nam Deum denominari actu, vel efficaciter liberè conjungi cum eisdem extrinsecis, importat determinatum esse futuritionis, vel existentiæ, sed hoc esse determinatum, nequit haberi, ut insinuavimus à Deo, ut indifferenter, sed ut determinatè volente, ergo divina voluntas non solum debet præcedere creaturas in ratione futuræ, vel existentis ut amor sufficiens, sed etiam ut actualis, & efficax illius, ac proindè ab hoc solo poterit denominari Deus liberè actu volens: ma. patet, & mi. etiam constat ex dictis. Tum quia sicut creaturæ non causantur ob Omnipotentia, ut indifferenter, sed ut determinatè causante, itaut non sola vis causativa, sed etiam illius causalitas earum productionem præcedat, ita nec constituuntur futuræ, vel existantes à Deo indifferenter, sed determinatè volente, itaut non tantum præcedere debeat earum existentiam, vel futuritionem voluntas ejus indifferens, aut sola vis volitiva, sed actualis etiam volitio, vel efficax amor earum, & ratio utriusque est, quia ab indifferenti, ut tali, nequit haberi determinatus effectus, ut patet ex terminis.

Quòd si dicas posse haberi à voluntate determinata determinatione tantum concomitante, vel ab illa

illa proveniente. §. In contra ast, quia hactenus ostensum est, totum, quod relucet, & habetur in effectu, à causa esse debet, nisi velimus à se ipso habere esse, quod implicat, ergo determinatio ejus debet esse à determinatione causæ, & non ab ipso effectu, ac proinde determinationem causæ supponere, & non tantum concomitari illam. Præterquàm effectus ad extra sunt de se indifferentes ut sint, vel non sint; non enim, ut patet ex superioribus, futuritio illis necessariò convenit, ergo in tantum sunt determinatè futuri, in quantum divina voluntas determinatè vult illos esse.

Nec juvat recurrere ad suppositionem futuritionis eorum, quasi dici possint determinati, ex suppositiona istius. §. Nam hæc pariter suppositio non convenit illis necessariò, sed à libera Dei voluntate, at non ex illa ut præcisè indifferenti ut dictum est, nec ut per talem suppositionem determinata, cum hæc etiam determinatio suppositionis sit effectus determinationis voluntatis divinæ, nisi velimus oriri ex intrinsecis ipsius effectus, quod iterum est alienum, ergo.

§. IV.

Ratione iterum probatur Conclusio, & impugnatur præcedens modus ab inconvenienti.

SEcundò prob. ab inconvenienti circuli vitiosi. Si productio ad extra denominat constitutivè, aut formaliter determinat velle divinum, sequitur manifestè dari circulum vitiosum inter hujusmodi intrinsecum, & extrinsecum constitutivum, sive inter principium potens ab æterno producere, vel Deum ab æterno volentem producere, & ipsam productionem ad extra, consequens non admittitur etiam à Contrariis ut suppono, aliàs circulus vitiosus non esset, ergo. Prob. sequela, quia ut ipsi dicunt, ideo volitio est libera, quia est libera productio ad extra, & ex ejus indifferentia completur, sed productio est libera, quia vult producere, vel quia à principio potente producere, & nō producere descendit ergo committitur circulus vitiosus: minor patet ex dictis, quia libera productio, sicut & denominatio ab eadem desumpta est effectus liberæ Dei volitionis.

Dices non ideo Deum liberè velle creaturas futuras, quia istæ futuræ sunt, & ideò hàs esse futuras, quia illas Deus liberè vult, sic enim esset vitiosus circulus, sed ideò velle res futuras, quia vult illas producere productione formaliter, non causaliter determinante, in quo nullum est vitium, unde subdit Arrubal hic disp. 16. c. 10. quòd sicut voluntas creata est indifferens ad velle, & nolle, indifferentia in actu primo, ità actus divinæ voluntatis, qui est formaliter volitio, & nolitio, indifferens est, non ad volendum, & nolendum, sed ad producendum, & non producendum, non enim essentialiter requirit libertas, quòd actus sit à voluntate, ut ad se ipsum indifferens est, sed ad producere, & non producere, & sic eadem volitio à productione ad extra determinari potest, & denominati, aut compleri constitutivè.

Sed contra hoc est, & in primis hæc solutio id totum asserit, quod ponabat Aureolus, nempè ideò Deum esse liberum, non quia possit velle, & non velle, sed quia potest producere, & non producere, quod tamen est falsum, & adversum Sacræ Scripturæ, ut ostensum est. Fieret enim sensus, quòd omnia quæcunque fecit Dominus, fecit, & sic de aliis, quia juxta solutionem, ideo Deus liberè vult, quia liberè producit, & facit, ubi volitionem confundit cum productione trahens illam ad sensum metaphoricum, quod videtur omninò alienum à sensu Scripturæ, ut probatum est, non enim quis dicet, ideò Dominus salvum me fecit, quia me fecit.

2. Insto, & retorqueo solutionem eodem argumento. Nam juxta illam si dicatur, ideò Deum liberè velle futura, quia ista sunt futura, & ideo esse futura, quia liberà Deus vult illa, committitur circulus vitiosus, ergo pariter committitur, si dicatur Deum liberè velle, quia liberè producit, aut liberè producere, quia liberè vult, conseq. tenet, quia juxta illam, ideo vult illa, quia vult producere.

Dices quòd in opposita sententia non redditur hæc posterior causalia, quòd ideò liberè producit, quia liberè vult, sed quia est principium indifferens ad producere, & non producere. §. Sed contra hoc est, & primò iterum reducitur solutio ad modum Aureoli, nec componitur cum prædictis Scripturis, in quibus producere, vel facere tribuitur velle facere, & non præcisè ipsi posse facere. Deindè indifferentia principii excluso proximo, vel actuali velle determinatè, utrumque indeterminatà respicit, ergo nequit assumi ut causa alterius determinatè; conseq. tenet, quia ab indifferenti ut sic, nequit haberi, ut vidimus, determinatus effectus, & patet ex terminis. Tum quia in eisdem locis fieret sensus, quòd omnia, quæcunque voluit, & noluit, fecit, si velle, indifferenter sumitur pro velle, & nolle, quod esset nugatoria locutio, & absurda, cum Deo nolente nihil fiat. Tum quia maximum inconveniens est, ut rectè etiam advertit hic M. Jo. à S. Tho. num. 24. quòd productio rei ad extra, quæ est executio divinæ voluntatis, libera sit, immò eandem formaliter constituat actu volentem, & nihilominus divinam voluntatem, cui essentialiter, & primordialiter competit jus libertatis, nullum habere actum intrinsecum liberum, à quo dicatur formaliter volens in actu.

Dicas quòd in probabili aliquorum opinione actus voluntatis creatæ dicitur formaliter liber sola denominatione extrinseca desumpta à principio indifferente, nihilominus constituit voluntatem formaliter actu volentem liberè, immò in eadem sententia idem numero actus potest transire de necessario in liberum ex sola advertentia intellectus, quæ extrinseca est actui voluntatis, sicut ergo iste, quamvis solum dicatur extrinsecè liber à principio indifferente, adhuc constituit voluntatem actu volentem liberè, poterit similiter productio extrinseca quamvis extrinsecè libera sit à principio indifferente constituere divinam voluntatem actu volentem liberè.

Sed contra hoc est. Nam etiam admissa illa opinione, quæ tamen communiter rejicitur, nihilominus ponitur in voluntate juxta illam entitas actu 2. emanans à voluntate, tanquam à principio intrinseco, & manens in illo, & non sola ratio volentis in actu primo indifferens ad utrumque, ergo saltem admittendus erit in divinis actus intrinsecus, seu velle

primum, vel actuale manens in divina voluntate. Est autem discrimen inter prædictam opinionem, & veram, vel communem, quòd hæc contendit perfectionem libertatis in actu 2., esse intrinsecam actui libero, illam verò esse denominationem,extrinsecam desumptam à principio indifferente,unde juxta communem sensum Theologorum, magis erit constituenda divina libertas in aliquo intrinseco ex parte actus divini velle, quàm in extrinseca denominatione desumpta ab extrinseca productione ed extra.

Ex quo patet solutionem posse retorqueri. Nam quidquid sit de perfectione libertatis; in communi tamen sententia actus liber voluntatis creatæ importat entitatem intrinsecam ab illa procedentem, & in eadem immanentem, ergo pariter actus liber Dei erit entitas intrinseca immanens in divina voluntate, & non pura denominatio extrinseca desumpta à productione creaturæ ed extra. Unde solum poterat fieri paritas in eo, quòd actus liber est entitas actus necessarii cum denominatione desumpta à principio indifferente, quod tamen negant Contrarii, qui solum admittunt principium indifferens ad producendum, & non producendum, non tamen ad volendum, & nolendum, & ita ad explicendum, cur divina voluntas magis dicatur volens, quàm nolens ad formam extrinsecam, & creatam recurrunt, nempè ad productionem ed extra, in quo vix, aut nulla via evadere possunt prædictum circulum, licet pluribus contendant, sed infeliciter eludere illum, si rectè ponderentur superiora, & quòd omne assignabile ad extra est perpetuò effectus Dei volentis, & determinationis ejus, ut dictum est.

§. V.

Refertur alius modus recurrens ad respectum rationis, & simul statuitur tertia Conclusio contra eundem.

Alter modus iterum temperans sententiam Aureoli est P. Vasquez hic disp. 80. c. 2. num. 6., qui pariter cum priori asserit nec esse aliquid purè intrinsecum, nec purè extrinsecum, sed esse divinam essentiam per modum actus vitalis, & affectus eliciti, includere tamen habitudinem quandam rationis ad res futuras liberè Deo convenientem, quia cum hæc consurgat ex fundamento non necessario, sed libero, nempè ex rebus ipsis, quæ liberè sunt futuræ, potest Deo non convenire liberè, non quidam intrinsecè, sed extrinsecè denominatione, quam Deo convenire, & non convenire non est absurdum, Igitur cum velle liberum Dei non præcisè includat essentiam, sed cum tali respectu, qui potest adesse, & abesse, pariter libera voluntas putarit adesse, & abesse sine aliquo inconveniente, quod divinæ simplicitati, aut immutabilitati repugnet. Cæterum num. 12. videns non evacuare difficultatem, nec posse evadere præcedentem circulum, nisi quia à libere Dei voluntate causaretur, tandem videtur succumbere asserens suam sententiã esse nodũ indissolubilem,

3. Conclusio. Actus liber Dei constitui nequit per relationem rationis modo explicato fundatam in creaturis, sic quòd detur mutua prioritas inter eandem relationem, & creaturas futuras, quòd ideò sunt futuræ, quia relatio rationis constituens actum liberum convenit voluntati divinæ, & est causa futuritionis earum; & iterum ideò relatio rationis convenit Deo, quia creaturæ sunt futuræ: ità jam sentiunt ferè omnes contra eundem Authorem.

Prob. 1. Implicat formalem rationem constitutivam causæ efficientis, ità pendere ab effectu, ut ab illo oriatur in eodem genere, ergo implicat respectum rationis fundatum in creatura esse, aut pertinere ad rationem formalem constitutivam actus liberi Dei. Ant. est certum, quia aliàs penderet, & non penderet ab eodem. Primum supponitur, cum fundetur in illo, Secundum verò, quia in eo, quòd pertinet ad formale constitutivum causæ, vel est constitutiva ejus est prior illo, sicut, & ipsa causa. Cons. verò prob. Quia divina voluntas libera est causa effectus ad extra producti, ut dictum est, ergo si in opposita sententie relatio constitutiva ejus, ità pendet, aut respicit creaturam, ut oriatur ab illa tanquam à causa efficiente implicabit esse constitutivam, aut pertinere ad formale constitutivum actus liberi Dei.

Dices ex doctrine P. Alarcon discipuli ejus hic tract. 3. disp. 4. c. 9. mentem sui Præceptoris non esse, quòd creatura fundans illam denominationem, aut relationem rationis pertineat ad constitutionem decreti liberi tanquam ratio formalis, sed solum per modum termini, vel objecti extrinseci, sine quo nullo modo esset in Deo formalis volitio creaturæ.

Sed hæc solutio, vel explicatio stare non potest, vel esse ad mentem sui Magistri; nam iste ut vidimus ex eodem, ità arduum existimat juxtà hunc sui modum dicendi posse evadere præfatum circulum, ut illum appellet nodum indissolubilem, ergo non præcisè intendit creaturam concurrere, ut terminum, vel objectum extrinsecum, sed etiam ut fundamentum, sive in genere esse ientis. Prob. conseq. Quia in diverso genere nullum est vitium, ut tradetur in Physicis, & in libris Poster, ergo ideò fatetur tam arduam se incurrere difficultatem, quia videt circulum militare intra idem genus efficientis.

Nec est in hoc immorandum, cum apertè dicat habitudinem illam, aut respectum consurgere tanquam ex fundamento ex rebus ipsis, unde nisi velimus idem esse fundamentum, & terminum nequit mens ejus explicari de concursu creaturæ tanquam termini.

Prætarquàmquòd in hac sua explicatione videtur hic Author, & eidem Magistro, & sibi contradicere, nam alibi in ejus sententia loquendo de creaturis possibilibus docuit omnipotentiam non ità connecti cum istis, ut stare non possit eisdem deficientibus, & propterea negant, ut vidimus, creaturas videri ex vi visionis divinæ essentiæ, & infra etiam Verbum Divinum per se procedere ex cognitione possibilium, ergo non potest explicare mentem ejus, aut reducere illam ad hoc, quòd ità exigantur creaturæ tanquam terminus ut sine illis salvari non possit libera Dei volitio. Non enim hæc potest esse magis dependens, aut minus absoluta à creatura terminente, quàm Omnipotentia à possibili, cum creaturam existentem Deus liberè respiciat, non verò possibilem, cum in eo, quod sit eius per essentiam, ut vidimus, necessariò

sit

sit formaliter omne id, quod potest esse extra se, ac proinde necessario habeat virtutem creativam supponentem, aut necessario connexam cum possibilitate creaturarum, alias hæc vis productiva ad extra, esset de subjecto non supponente, quod tamen non militat de termino liberè volito, ut patet ex terminis.

2. Prob. concl. Nam juxta hunc modum dicendi sequitur, quòd res futuræ causentur liberè, & non liberè à Deo, consequens est implicatorium, ergo. Sequela quoad 1. p. supponitur. Quoad 2. prob. Nam si res futuræ essent fundamentum relationis constitutivæ, vel pertinentis ad formale constitutivum actus liberi Dei necessariò prout sic, deberent præintelligi ante illam, nam influxus in hoc genere necessariò præintelligitur suo effectui, sed prout sic non intelliguntur procedere ab actu libero, ergo non essent liberè, sed magis necessariò ab illo productæ; conseq. tenet, quia cum qualibet creatura sit à Deo, si semel non est liberè ab illo, erit necessariò à Deo producta. Mi. verò prob, quia nequit intelligi actus liber pro priori ad sui constitutivum, alias ante illud posset intelligi aliquid constitutum, quod repugnat in terminis.

Tertiò prob. ex dictis. Velle liberum Dei est verè in re, & ab æterno independens à quocunque extrinseco, ergo nequit formaliter constitui per respectum rationis secundum sui esse formale, & fundatum in aliquo extrinseco; conseq. tenet, nam de hoc respectu sic explicato modo loquimur, qua ratione purè aliquid extrinsecum est, non de illo fundamentaliter sumpto, pro fundamento intrinseco, ad quod etiam recurrunt aliqui ex nostris, de quo §. sequenti. Ant. etiam constat, aliàs divinum non esset.

Dices non de esse etiam ex Thomistis, qui concedant hujusmodi relationes rationis formari posse ab intellectu divino, qui sicut concipiendo essentiam suam, ut ideam creaturarum format respectus rationis, quibus multiplicantur ideæ, ut non leviter insinuat D. Tho. supra q. 15. ar. 2. ad 3., ità concipiendo essentiam suam, ut habet rationem libaræ volitionis formare potest respectos rationis, quibus constitui possunt, & multiplicari decreta divina, & referri ad diversas creaturas. Hos verò, sicut, & priores inconveniens non est esse ab æterno in Deo, imò necessarium, sicut necessarium est esse ab æter no intellectum divinum sic concipientem essentiam suam, ad cujus cognitionem sic conceptæ resultant: quidquit sit de aliis, quæ fiunt ab intellectu creato, qui ab æterno non est.

Sed hæc solutio in primis non militat in favorem Authoris, aut modi ejus dicendi, quem modo impugnamus, nam ut ex eodem vidimus, non loquitur de quocunque respectu rationis, sed de fundato in denominatione extrinseca desumpta ob operatione externa, sive ejus effectu, qui æternus non est, nec formato ab intellectu divino, nam qui probabiliter dicuntur formati ab ipso, habent fundamentum intrinsecum, sive eminentiam divinæ essentiæ, sive eandem, ut sic diversimodè, & perfectissimè cognitam, ad cujus cognitionem consequuntur, undè ut dicemus infra, non desunt gravissimi Thomistæ, qui ad hujusmodi respectos rationis recurrunt, sumptos tamen pro fundamento.

Deinde non omnes admittunt hujusmodi respectus pro formali in Deo, ut vidimus in logicis; & quamvis aliqui, ut Illustris. Godoy hic §. 3. nu. 50. (qui tamen de omnibus negat) disputationis gratia admittat posse aliquem ab intellectu divino formari, non tamen per modum complentis decretum liberum, quod etiam efficaciter probat, quia vel fieret ab illo per actum necessarium, & tunc talis respectus esset necessarius Deo, ac proindè decretum non esset liberum; vel per actum liberum, & tunc teneretur supponere decretum liberum, nam omnis actus liber intellectus divini supponit idem decretum liberum, cum libertas intellectus ex libertate voluntatis oriatur, ergo nullatenus potest decretum liberum Dei compleri per respectum rationis formatum ab intellectu divino, ex quo generaliter concludit non posse per quemcunque respectum rationis constitui; quia nempè quicunque alius format us à nostro, ut dictum est, solum potest esse in tempore, sicut & intellectus noster, vel creatus incipit in tempore existere.

Sed admisso etiam, quòd non solum priores ideæ les, quibus multiplicantur ideæ, sed etiam posteriores, quibus multiplicantur decreta divina effici possint à Deo, non tamen inferri potest, quòd ab aliquo eorum pendere possit in sui constitutione decretum liberum, ergo solutio est nulla. Prob. ant. tum ob rationem ejusdem Illustris. Tum quia à nullo extrinseco, ut dictum est, pendere potest siva constitutivè, sive formaliter completivè prædicatum divinum, cum sit ens per essentiam, & sibi ipsi sufficientissimum in ratione constitui, & compleri.

Expl. hoc, & præoccupatur solutio. Nam licet dicatur denominationem liberi, ut potè terminatam, & respectivam, intelligi non posse non intellecto simul respectu ad creaturas, concomitanter, aut consequenter, non tamen quasi à priori respectu illius, nisi velimus creaturam, aut aliquid de linea ejus se habere à priori, & præcipuè constitutivè respectu Dei, quod videtur manifesta implicantia in terminis, [in quo deficiunt omnia exempla in creatis, & præsertim de ente rationis, ut dicemus infra, comparativè ad intellectum creatum, vel actum ejus, à quo efformatur,] ergo licet pariter dicatur prædictos respectus effici ab intellectu divino, & consequenter esse ab æterno, non tamen, quòd constituere possint, aut complere actum liberum Dei; nam neque per hoc amittit actus iste esse quid divinum, nec respectus idem rationis esse quid purum objectivum, & nullo modo in re, sed de his iterum infra.

§. VI.

Refertur secunda sententia extrema cum suis modis statuendo quartam conclusionem.

Secunda sententia extrema adæquatè recurrit ad aliquod intrinsecum constanter affirmans Deum intrinsecè se determinare ad agendum per interiorem, & immanentem actum suæ voluntatis, & quidquid ad extra est, sive sit entitas, sive modus realis ejus, esse effectum actus liberi Dei, & consequenter non posse pertinere ad formale constitutivum illius.

In

In hac convaniont omnes Thomistæ, qui tamen, ut insinuavimus, in assignando, vel explicando istud intrinsecum, saltem in modo loquendi differunt. Nam alii dicunt hujusmodi determinationem, esse perfectionem quandam realem superadditam actui necessario, quam vocant voluntariam, & omninò liberam, & hanc posse deficere non reputant in conveniens, ut est v.g. determinatio ad nolendum producere hunc mundum, quam modo Deus non habet, quia nempè est tantum perfectio secundum quid. Ita solet attribui Cajet. hic ar.2., & 3.

Hunc modum dicendi acriter aliqui impugnant, existimantes, quòd dum Cajet. admittit perfectionem liberam intendat posse dari in illo perfectionem aliquam increatam, quæ possit Deo convenire, & non convenire, quod est omninò alienum ab ejus immutabilitate, nam licet admittatur in Deo perfectio actus liberi, non tamen perfectio libera, scil. potens deficere, cum impossibile sit, quòd aliquid de linea perfectionis deficere possit in Deo. Perfectio namque libera videtur importare actualitatem potentem deficere in recto, & non præcisè in obliquo sub aliquo respectu, aut terminatione, quod non componitur cum summa ejus immutabilitate, & puritate actus. Unde variis id notant aliqui censuris, quòd sit absurdum, parum tutum in fide, & pias aures offendens, ut videre est apud Valentiam, Vasquez, & Molinam.

Cæterum quòd perspicacissima tanti Cardinalis mens sic ruditer de Deo sentiat, ut lubricam velit ejus immutabilitatem ast omninò alienum, & incredibile. Unde existimo cum Nazario hic art.3. §.2., Jo. à S.Tho. ar.4. num.16., & pluribus aliis ab omni suspicione pravi sensus vindicantibus nil aliud sentire, nisi quòd io re sentiunt alii communiter Thomistæ, dari nempè perfectionem, quam licet asperiori voce appellaverit liberam, non tamen, quæ subjectivè ex parte Dei, sive passivè in se deficere posiit, sed extrinsecè tantum, vel extensivè in ordine ad objectum divinæ voluntati inadæquatum, ut est quælibet creatura, àc proindè illi non necessariom, unde sub hoc respectu, vel denominatione deesse potest, in quo nullum est inconveniens, ut constabit infra. Fundamentum hujus sumitur ex eodem ar.3. relato §. ad hoc dicendum, ubi explicat se ipsum, & hanc duplicem distinguit perfectionem amoris, scil. intensivam ex parte subjecti, quæ pertinet ad substantiam ejus, & omninò indefectibilis est, & deinde extensivam secundum condecentiam ad extra, sive ex parte objecti, & aplicationis ad illud; & hæc terminativè deesse potest salva omninò immutabilitate Dei. Videatur ibidem.

Alter modus dicendi satis frequens inter Thomistas recurrit ad respectum rationis non quidem prædicamentalem, aut secundum esse, & fundatum in creaturis, ut posuit Vasquez, sed transcendentalem, & secundum dici ad instar respectus realis, quam dicit actio creata ob sui imperfectionem ad suum terminum, unde non renentur sic assignare aliquod fundamentum, sicut respectu aliarum, & consequenter nec illam mutuam prioritatem, quam vult Vasquez inter creaturas futuras, & constitutivum actus libari, sed præcisé illas se habere ut terminum productum, & ut quid consecutum. Cæterum discrepant in modo assignandi, nam aliqui cum M. Bannez hic ar.3. dicunt, quòd licet id, quod primò, & per se, aut primariò importat constitutivum sit aliquid reale intrinsecum, scil. entitas divini actus, nihilominus saltem secundariò, & tanquam modum intrinsecum includit prædictum respectum rationis, sic quòd conceptus ejus adæquatus claudat utrumque, ad eum modum, quo dicitur de ultima differentia motus, quod est aliquod reale, non tamen præcisè, sed ut habens annexam rationem termini, quæ est aliquid rationis. Et idem patet in formali ratione unius, & fidei, quæ similiter sunt aliquid reale; prima tamen, ut habens annexam indivisionem, & secunda obscuritatem: sicut ergo in voluntate creata per conceptus inadæquatos, alterum per modum qualitatis afficientis subjectum, & alterum per modum ordinis transcendantalis, realis tamen ob sui imperfectionem, ab objectum, & utrumque clausum in conceptu adæquato, ita proportionabiliter in divino adæquatum ejus constitutivum partitur in conceptum entitatis, & respectus rationis ad creaturas.

Alii verò ut salmaticenses hìc tract.4. dis.7. dub.7. Jo. à D. Tho. ubi supra num.14. corol.3., & alii plures tum ax antiquoribus, tum ex racentioribus Thomistis existimant hunc respectum rationis non formaliter, sed consecutivè tantum, aut concomitanter se habére ad constitutionam actus liberi, ut etiam insinuat M. Catalam 3.p. q.10. ad ar.2. dub.2. ad 1., & ideo illum supponere jam constitutum, non constituare, sicut dicitur de actione Dei productiva ad extra, quòd respectus rationis ad effectum non constituit illam æternam in se sed supponit, & consequitur. Quamvis ita sit, quòd qnia denominatio ista, ut dicebamus, non est veluti absoluta, sed terminata, vel raspectiva, non denominetur Deus actu agens, & producens illas, antequam sequatur effectus, vel sine tali raspectu ad illum, quia non solum requiritur subjectum, sed etiam terminus ad quem, & raspectus ad illum, unde etiam volitio divina, licet actu sit samper in Deo, non tamen denominat illum volentem magis determinatè, quàm nolentem, antequam consequatur habitudo, vel sine illa ad objectum volitum, quia non est denominatio absoluta, sed respectiva, vel terminata, ad quam proprerea requiritur ipsum volitum, & respectus ad illud, non quasi constituentia, sed consequenria, aut concomitantia, & velnti indicativa, aut designativa, vel explicativa actus jam constituti in ratione volitionis, magis quàm nolitionis, quia volitum istud non comparatur præcisè ad actum, ut objectum, sed etiam ut effectus, unde constituitur ab actu illo, & immutatur in se subratione voliti magis, quàm noliti, sive accipit priorem rationem magis, quàm posteriorem ex vi illius, nulla mutatione facta ex parta actus, sed tantum ex parte voliti, quod solum gravari potest his mutationibus, ut potè quid potentiale, potens accipere hanc, vel illam rationem voliti, vel noliti pro beneplacito & consilio divinæ voluntatis, & idab per hoc, quòd idem actus dicatur, aut sit determinatè volitio magis, quàm nolitio, nil tollitur, aut reale advenit Deo, sive nihil accrescit, aut diminuitur, vel detrahitur ex parte Dei à suis prædicatis intrinsecis, vel perfectionis, sed sola fit mutatio ex parte creaturæ, & in Deo solum variatur respectus rationis, ut similiter pater in æternitate in ratione mensuræ respectu mensurabilium ad extra intra lineà durationis; vel io cognirione intuitiva ejus respectu eorumdem intra eandem lineam, si extraherentur ab illa, nam solum deficeret respectos rationis præsentiæ, vel intuitionis, & terminus, illius,

sive

ſive menſurabile extrinſecum, non aliquid reale intrinſecum ex parte illarum. Et demum in myſterio Incarnationis, & aliis ſimilibus, in quo ex eo quòd Perſona Filii Dei modo uniat ſibi, aut terminet humanitatem, cum eatnee non terminaret, aut eam dimitteret, quam modo terminat, nihil deficeret ex parte Dei, ſed ſolum ex parte creaturæ, quæ ſola realiter mutari poteſt, de quo infra.

Alii tandem explicant non per reſpectum rationis, ſed per conceptum terminationis, unde in eo cum cæteris Thomiſtis conveniunt, quòd per aliquod intrinſecum conſtituatur, dicunt què conſiſtere in actualitate actus neceſſarii ut ad creaturas terminata, & ita actum liberum ſuperaddere ad perfectiones neceſſarias terminationem ratione diſtinctam ſub explicito conceptu terminationis, & proinde ſic defectibilem. Ita videntur ſentire Capreol., Ferrera, Godoy, Gonet, ſelmaotic., & in idem videtur coincidere Suarez diſp. 30. metaph. ſect. 9. ubi totam rationem actus liberi, ut diſtinguitur à neceſſario, ſimiliter conſtituit in intrinſeca perfectione divina non præcisè, ſed ut inadequatè ſe explicat erga objectum ad extra, quia ex ſe habet non neceſſariò ſe explicare, & adæquatè quoad omnem rationem; & quoad hoc officium ſe inadæquatè explicendi contingenter convenit, aut defectibiliter.

Mag. verò Albelda hic diſp. 53. ſect. 2. recurrens ad eandem terminationem explicat ſic, nempè quòd implicitè eſt entitas ejuſdem actus neceſſarii, explicitè autem nec eſt realis, nec rationis, unde conceptus formalis, qui formatur de conſtitutivo actus liberi divini, & diſtinctivo ab actu neceſſario, implicitè includit entitatem iſtius tanquam prædicatum intrinſecum, explicat tamen quandam terminationem ad productionem mundi, in qua explicatione non exprimitur aliqua entitas realis, aut rationis, neque formalitas aliqua realis, aut rationis; ad eum modum, quo paſſiones entis ſcil. intelligibile, & bonum in ſuis conceptibus formalibus includunt eſſentialiter rationem entis, non tamen explicant illam, ſed tantum terminationem quandam intellectus, vel voluntatis, quæ licet implicitè, vel incluſivè ens reale ſit, explicativè tamen ab utroque præſcindit, & quoad explicitum deficeret, ſi in Deo terminativè non eſſet actus liber circa productionem mundi, in quo nullum eſt inconveniens, quia illa ſic deficiente nulla entitas realis deficit, quia licet implicitè entitas realis ſit, explicitè tamen, & virtualiter ab illa diſtinguitur, ſicut dicitur in ſimili de peccati deformitate, quæ licet implicitè importet conceptum entitatis poſitivæ, quia tamen illum non explicat, ab illoque diſtinguitur penes explicitum, & implicitum ſtat optimè deformitatem peccati cauſari à Deo ſub conceptu entitatis, quin ab illo cauſetur ſub altero deformitatis. Unde ſicut in ſententia ſatis frequenti, quòd peccatum conſiſtat in aliquo poſitivo, hæc conſeq. eſt nulla; deformitas peccati ſub conceptu deformitatis eſt entitas poſitiva ſed omnis poſitiva cauſatur à Deo, ergo deformitas cauſetur à Deo; ita nulla eſt hæc; terminatio libere adhuc ſub conceptu terminationis eſt entitas divina intrinſeca Deo, ſed potuit deficere, aut non eſſe ſub conceptu terminationis, ergo etiam potuit deficere ſub conceptu intrinſecæ entitatis. Ità etiam diſcurrit Illuſtriſs. Godoy hic §. 6. o. 10 t. qui tamen modus dicendi licet præſertim apud recentiores ſatis plauſibilis ſit, graviſſimas tamen patitur difficultates, ut videre eſt apud eundem oum. ſeqq., & apud M. Ferre §. 7. ubi ex profeſſo illum impugnat.

4. Conc. non poteſt velle Dei ullo modo conſtitui per habitudinem aliquam rationis ad objectum volitum potiùs, quam nolitum. Sumitur ex D. Tho. qu. ſeq. ar. v., ubi aſſerit, quòd velle Dei non includit in ſua ſignificatione aliquod objectum, ex cujus diverſitate poſſit dici Deus magis, vel minus volens. Ex quo prob. ſic. Velle Dei eſt omninò abſolutum, & independens ab omni extrinſeco, ergo pariter conſtitutivum ejus eſt omninò independens ab illo, & reſpectu ad illud.

Dices ſolum probari, quòd reſpectus rationis non pertineat ad conſtitutivum illius, ut formalis ratio, non tamen ut modus intrinſecus, ut patet in exemplis adductis. §. Sed contra hoc eſt. Tum quia ſolutio non conſonat literæ D. Tho., vel menti ejus. Quia ut concludit ibi, & diſcurrit in corp., ita ſe habet velle Dei ad volitum extrinſecum, ſicut amor ejus ad amatum, ſed reſpectu amoris nullum extrinſecum pertinet ad illius conſtitutivum, ſive ut ratio formalis, ſive ut modus intrinſecus, ſed tantum ſe habet conſecutivè, & ut effectus ejus, ut expreſsè docet in corp., ergo nullum pertinebit ad conſtitutivum ipſius velle, ſive ut formalis ratio, ſive ut modus juxta D. Tho.

2. Nam juxta Authores relatos, idem formaliſſimè velle tam reſpectu creaturarum, quàm divinæ voluntatis eſt eſſentia Dei, ergo impoſſibile eſt, quòd reſpectus aliquis rationis ullo modo ingrediatur ejus conſtitutivum. Prob. conſeq., quia totum, quod pertinet ad conſtitutivum divinæ eſſentiæ, vel illius, quod identicè etiam formaliter eſt divina eſſentia, ſive ut res, ſive ut modus, eſt Deus, ergo non poteſt eſſe formalis reſpectus rationis, conſ. tenet, & ant. prob. quia Deus eſt ſummè ſimplex, & actus puriſſimus, ergo ad ejus conſtitutivum nequit aliquid pertinere, quod Deus non ſit, ſive concipiatur, ut res, ſive ut modus, alias adæquatè intrinſecè actus purus non eſſet & ſummè ſimplex, ergo cum omne extrinſecum, & præcipuè reſpectus rationis, quid diminutum, & potentiale ſit, non poterit etiam ut modus pertinere ad illius conſtitutivum.

Et in hoc deficiunt exempla adducta, nam cum res creata, quæcunque ſit, cum non pertingat, nec pervenire poſſit ad ſupremam illius actualitatis perfectionem, & independentiam, ſed perpetuò quid potentiale ſit, perfici poteſt per aliquod extrinſecum, vel extra ſe ipſam, ſicut ſubſtantia per accidens, & ens, vel qualitas realis per ens rationis, ut explicatum eſt in proœmialibus logicæ; quamvis id etiam contingat in ente reali valdè imperfecto, ut patet in eiſdem exemplis de motu, qui eſt actus entis in potentia; de uno, quod eſt principium numeri; De fide, quæ licet ens ſupernaturale ſit, habet tamen intrinſecam imperfectionem obſcuritatis, ex qua etiam impeditur manere in patria; & de logica, quæ eſt veluti inſtrumentum ad ſcientias acquirendas, unde nec gaudet voce, aut titulo ſcientiæ realis, ſed rationalis tantum. Cæterum aſcendendo ad Deum, licet dicamus, quòd ſumme, & abſoluta ejus independentia in immutando, & ſubjiciendo ſibi creaturam concipi nobis non poſſit ſine omni reſpectu ad objectum creatum, non tamen tenemur aſſerere, quòd aliquomodo pertineat iſtis ad illius conſtitutivum, ſed præcisè ſe habeat, ut quid conſequens, aut cōcomitans, vel explicans determinationē

actus

actus ad volendum potiùs, quàm nolendum, sive ut tendat magis per modum volitionis, quàm nolitionis ob summam sui actualitatem, qua utramque includit, & ob quam secundum consilium divinæ voluntatis potest inadæquatè tendare ad illud, ut pote sibi inadæquatum, & non necessariò connexum, ut dictum est, de quo tamen infra. Et vidari potest D.Tho., 1. cont. Gent. cap. 8., & supra quæst. 13. ar. 2, ad 3. ubi ad imperfectum nostrum modum concipiendi reducit non posse à nobis concipi summam illam eminentiam, & actualitatis perfectionem sine respectu ad creaturas, cum tamen omnia hujusmodi consequantur potiùs, aut supponant jam constitutum, quàm constituant actum, à quo indispensabiliter dependent, cum sint effectus ejus.

Sed contra hæc omnia objicies ad ampliorem hujus conclusionis intelligentiam, & ut sana mens Thomistarum recurrentium adhunc respectum rationis rectè percipiatur, cum tamen conveniant, ut dictum est, in assignando adequatè aliquod intrinsecum pro constitutivo formali actus liberi Dei. Quia non videtur posse iste concipi non priùs ratione concepto, eodem respectu, ergo non se habet consecutivè, aut purè concomitanter, sed magis à priori, aut constitutivè saltem ut modus intrinsecus. Prob. antec. Quia voluntas divina priùs ratione, quàm intelligatur determinata ad producendas creaturas, intelligebatur indifferens ad volendum eas. Fingamos ergo aliquam videntam divinam voluntatem in illo priori; & deinde in secundo signo determinari divinam voluntatem ad producendas creaturas. Tunc fit argumentum. Qui ità videbat Deum in primo signo, non videbat aliquod decretum liberum in Deo, neque creaturam aliquam futuram, sed neque postea videt aliquod reale novum in divina voluntate, quia nihil reale est additum, ergo non potest videre determinationem divinæ voluntatis ad illas producendas ex vi solius visionis ejusdem voluntatis, aut assentiæ divinæ, ac proinde nec actus liber non priùs ratione viso aliquo superaddito, sive respectu rationis ad illas.

Mag. Navarrete hìc ar. 3. controv. 4., & 5., negat in 2. signo non videri aliquod reale novum, quia existimat decretum liberum, aliquod reale novum addere, & si non novã perfectionem; ad quod videotur etiam recurrere, qui ut supra, assignant realem intrinsecam terminationem, quæ in priori signo totius indifferentiæ, vel præviè ad omnem determinationem divinæ voluntatis apparere, vel concipi non potest. 5. Sed quidquid sit de hoc, quod etiam ingentem, ut dictum est, incurrit difficultatem.

Resp. nego ant. Ad prob. pro nunc nego conseq. argumenti, quia ut acutè ponderat M. Catalam ubi supra, unaquæque res ex parte objecti perfectè cognoscitur, vel intuitivè, sicut ipsa est in se, unde sicut Deus potest valle aliquid liberè sina additione alicujus novæ realitatis, & intelligi in 2. signo determinatus sine mutatione, ita nec mirum, quòd talis volitio libera, seu determinatio sit cognoscibilis in Deo, absque eo quod aliquod reale novum videatur, aut aliquid etiam rationis priùs ratione cognoscatur, sed tantum concomitanter, aut consecutivè, cum in se, vel à priori, nullo hujusmodi intrinseco indigeat ad sui constitutionem, aliàs intrinsecè plenus omninò, vel sufficientissimus non esset in omni linea realitatis, & perfectionis, quod apertè est contra summam sui actualitatem, & independentiam. Ut ergo, inquit, divina voluntas in 2. signo rationis se determinet, & consequenter ut intelligatur sic se determinans, sufficit, quòd virtualiter eminenter intelligatur habere aliquid de novo, quia sic se habet ac si de novo aliquid haberet, & si esset capax novæ realitatis revera illam haberet, ut in simili discurrimus, ut supra, in materia de distinctione attributorum, vel perfectionum ejus, unde ut cognoscatur ejus determinatio, sufficit, quòd cognoscatur virtualirer eminenter aliter se habens, licet id explicetur per superadditum respectum rationis, quem fundat, aut efficit per sui perfectissimam cognitionem, ut dictum est. Quando ergo dicitur decretum liberum solum addere supra divinam essentiam respectum rationis, non est sensus juxta jam communem mentem Thomistarum, quòd idem decretum consistat formaliter, aut aliquomodo constitutivè in illo, aliàs volitio efficax libera Dei, quæ est causa rerum, esset saltem inadæquatè ens rationis, & non pleoè quid divinum, quod est alieum, unde sensus est, quòd id, quod concipitur à nobis addere distinctum ab essentia divina, & quod poterat non esse in Deo non est aliqua perfectio realis, sed respectus rationis. Nihilominus decretum liberum, vel volitio Dei in illo dicit perfectionem infinitam, sed non aliam à perfectione essentiæ, quia decretum liberum est ipsa divina essentia, ut habet rationem liberæ volitionis efficacis. De quo Mag. Ledesma tom. de auxiliis p. 526. Hæc præsertim in gratiam hujusmodi dicandi dicta sint, nam de his adhuc infra.

§. VII.

Statuitur quinta Conclusio de distinctione actus liberi à necessario.

Quinta Conclusio. Probabile est actum liberum, & necessarium distingui virtualiter, aut ratione ratiocinata, itaut libertas, & necessitas in eadem voluntate non sint idem virtualiter conceptus in actu 2., sed ratione ratiocinata distinguantur, sicut alia attributa. Ita Mag. Albelda disp. 51. sect. 2. Jo. à S. Tho. ar. 5. num. 3. Mag. Franciscus Aragon hìc con. l. 4. contra aliquos Recentiores, asserentes, quòd actus liber in Deo solum addit secundum nostram considerationem aliquam terminationem, vel respectum rationis, unde sicut dicitur de perfectione absoluta, quòd est unica, & simplicissima, & actus divinæ providentiæ unicus, & simplicissimus sine distinctione virtuali terminator ad prædestinatos, & reprobos, ad entia naturalia, & supernaturalia, & idem pariter actus scientiæ in Deo terminatur ad possibilia, [à quibus sumit denominationem scientiæ simplicis intelligentiæ,] & ad futura, à quibus denominator scientia visionis, ita pariter unica, & simplicissima erit perfectio actus liberi, & necessarii, sive idem formalissimè, & virtualiter actus divinæ voluntatis prout terminatur ad divinam bonitatem sumet denominationem necessarii, prout verò ad creaturas, liberi. Contra hos ergo defendunt Authores relati utrumque virtualiter distingui, sive esse perfectionem sibi intrinsecam, itaut in proprio con-

concepto formali unus alium non explicet, sed quod formaliter completur intra propriam lineam, formalitate, aut conceptu essentiali, vel quidditativo sibi adæquato, sicut misericordia intra suam, & sic de aliis attributis virtualiter distinctis, licet aliàs inter se identificentur realiter formaliter.

Sic explicata prob. ratione, quia nempè ex propriis important distinctas rationes formales, ut statim constabit. Qualibet perfectio simpliciter simplex intra propriam lineam est in Deo formaliter, & distinguitur ratione ratiocinata à qualibet alia, sed libertas in actu 2., ut abstrahit à creata, & increata est hujusmodi, ergo est formaliter in Deo, & distinguitur virtualiter ab aliis, & consequenter à necessitate in actu 2.ma. patet, quia intra propriam lineam habet proprium constitutivum, aut conceptum diffinitiftum, & quidditativum, & consequenter distinctivum ab aliis, ut patet in aliis attributis. Mi. verò prob. Nam libertas formaliter, & intra propriam lineam dicit dominium sui actus, sed istud est perfectio simpliciter simplex, ergo. Ma. est certa, & traditur à D. Tho. 1. cont. Gent. cap. 88. ratione 4. ubi inquit. *Homo per hoc, quod habet liberum arbitrium dicitur suorum actuum Dominus*. Ex quo prob. mi. Nam dominium sui actus maximè competit primo agenti, ut subdit ibi D. Thom. cum illius actus à nullo alio dependeat, ergo non potest non esse perfectio *simpliciter* simplex, aliàs maximè non competeret Deo.

Dices quòd si semel libertas importat dominium super actum secundum jam non potarit actui 2. competere, sed tantum voluntati in actu 1. §. Sed contra hoc est, quia ut supra in simili arguebamus distinguendo voluntatem per modum potentiæ ab actu 2. volitionis; quamvis voluntati ratione sui utpotè facultati proximæ volitivæ, competat proximá, vel posse dominari, sicut proximè, vel posse velle, non tamen dominari actu, sicut nec velle actu, sed utromque ratione actus, ergo cum non solum sit perfectio simplicitar simplex posse dominari independenter ab omni alio, sed à fortiori actu dominari importatum intransitivè ab actu, non solum conveniet libertas, sive perfectio ejus simpliciter simplex voluntati, ut potentiæ proximè volitivæ, sed à fortiori actui ejus libero. Unde distinguendum est, ne fiat æquivocatio inter dominium, vel libertatem super actum, & dominium sui actus, scil. importatum intransitivè, velidenticè ab actu, sive conveniens immediatè ipsi actui, [quod est libartas in actu 2.,] quòd licet primum conveniat voluntati ratione sui, posterius tamen, vel libertas in actu 2. immediatè actui, sive ratione sui ex propriis actionis liberæ habet convenire, scil. per modum egressus liberi, ac proindè virtualiter distincti; sicut enim sunt duæ rationes formales distinctæ, conceptus actus primi, seu facultatis proximæ volitivæ, & conceptus actus 2. seu volitionis, qui est conceptus egressus, vel egredientis à principio, ita pariter conceptus facultatis proximæ liberæ, & actus 2. liberi, seu egressus liberi, vel liberè agredientis à principio formaliter, vel virtualiter, ut in casu, de qua tamen libertate adhuo infra.

2. Prob. concl. Essentialis, vel quiditativus conceptus necessitatis dicit naturalem determinationem ad objectum volitum sine indifferentia ad oppositum, sed hæc determinatio nequit qiditativè pertinere ad conceptum libertatis, ergo sunt virtualiter, vel ratione ratione ratiocinata saltem distincti; cons. tenet, & præmissæ patent ex terminis, cum de illo libertatis sit præfata indifferentia.

Dices ita esse respectu voluntatis creatæ ob ejus limitationem, in qua sicut nequeunt simul uniri volitio, & nolitio per modum unius actualitatis, ità neque idem actus formaliter necessarius respicere potest idem objectum liberum sola superaddita connotatione, vel terminatione ad istud. Cæterum divina voluntas ob summam sui actualitatem, & eminentiam benè potest habere actum, qui per se primò respiciat suam bonitatem, ut objectum specificativum, & idem adequatè terminari ad creaturas, ut ad secundarium, & liberum, nam etiam respectus ad istud provenit à respectu ad primarium, unde sicut unum objectum, scil. liberum intelligi nequit sine primario, & necessario, ita nec unus actus, vel liber sine necessario.

Sed contra hoc est, & in primis ob idem motivum summæ actualitatis, & æminentiæ, vel perfectionis esset etiam removenda distinctio ab aliis divinis. Deindè in illo sic. Licet sit ibi summa actualitas, & eminentia non tamen ex hac tollitur diversa utriusque formalis ratio, aut conceptus quiditativus intra propriam lineam, sed hac ratione probatur, ut vidimus, distinctio virtualis inter alia divina, ergo nec tolli debet in casu. Unde licet ob eandem summam actualitatem, & eminentiam simul uniri possint, vel identificari realiter formaliter in eadem voluntate divina, [non autem in creata ob ejus limitationem,] non tamen etiam virtualiter, vel ratione ratiocinata; quia non opponitur hæc distinctio eidem summæ actualitati, & simplicitati divinæ, aliàs ut dictum est, non posset admitti inter alias perfectiones, vel attributa divina.

2. Impugnatur. Quia non repugnat dari in Deo, perfectionem adæquatè per rationem, seu ra t one ratiocinata ab aliis distinctam in ordine ad objectum, secundarium, ut plures dicunt, ut suppono, de Omnipotentia respectu possibilium, sive ut est potentia productiva ad extra, & ut est productiva Verbi, & Spiritus Sancti ad intra, cum priori modo intelligatur priùs convenire essentiæ, utporè quid absolutum, & commune, quàm posteriori, & ut quid notiale, & relativum, sive ut dicit potentiam generativam, & spirativam, ergo. §. Sed licet etiam dicatur utroque modo pertinere ad idem attributum Omnipotentiæ, adhuc instari potest in illo misericordiæ, nam istud virtualiter distinguitur ab essentia, & tamen ejus distinctivum sumitur in ordine ad creaturam, ut sublevandam à miseria, ergo etiam in ordine ad illam, vel ad objectum secundarium sumenda erit perfectio ab aliis virtualiter distincta.

3. Impugnatur etiam principaliter. Actus liber Dei ut distinguitur à necessario, non solum versatur circa objectum secundarium, sed etiam circa primarium, sive divinam bonitatem, ergo nequit ex hoc capite negari præsens distinctio. Prob. antec. ex doctrina à S. Tho. hic ar. 5. nu. 1., quæ est Cajet. ubi supra ar. 3. §. Ad hoc dicendum; nam ideò Deus liberè vult, vel amat creaturas, quia liberè diligit suam bonitatem, ut illis communicabilem, quia ut vidimus supra, ante omnem redundantiam divinæ bonitatis ad illas non possunt ullo modo terminare

amorem divinum, ergo non præcisè respicit actus liber Dei objectum secundarium, sed etiam primarium.

Explic. hoc. Nam licet divina bonitas sit objectum necessarium necessariò terminans amorem divinum, si consideretur in se ut continet omnem perfectionem, & est simpliciter, & omnibus modis infinita, cum prout sic non possit nō adæquare inclinationem infinitam voluntatis divinæ ab objectum, & consequenter non amari ab illa, quod est necessario amari, nihilominus adhuc optimè potest liberè amari secundum quod est communicabilis creaturis, & tanquam exemplar communicationis de facto, in quantum potest velle se non communicare illis, ergo non solum Deus liberè diligit creaturas futuras, sed etiam suam bonitatem, ut eisdem communicabilem. Hic enim amor habet duplicem terminum, alterum scilicet divinam bonitatem, alterum verò creaturam, cui fit communicatio, unde non præcisè respicit liberè terminum communicationis, sed etiam bonitatem, ut communicabilem, licet eandem præsupponat nostro modo intelligendi, ut priùs terminantem amorem necessarium, qui etiam præcadit tanquam origo, & veluti radix amoris liberi.

Poterat etiam hoc ipsum declarari doctrina, quam tradunt plures 3. p. ad quæst. 19. ar. 3, ubi similiter in Christo distinguunt duplicem actum amoris, vel eundem, utregulatum visione beatæ circa divinam bonitatem in necessarium, & liberum priori modo, ut terminatur ad illam, ut infinitam in se, posteriori verò ut terminetur ad eandem, vel essentiam divinam, secundum quòd exercet rationem finis, vel exemplaris, de quo videri potest Cabrera ibidem disp. 4. §. 5. n. 52. & seq.

Ex his etiam patet ad id, quod subditur in fine solut. posse nempè dari in eadem voluntate actum necessarium circa objectum primarium, & liberum circa secundarium, quod nos non negamus, ut dicitur de Angelis beatis, quorum amor beatificus ad Deum clarè visum est necessarius, & ad creaturas liber, quia liberè dicuntur obedire Deo, sed quod contendimus est, non posse aliquam perfectionem divinam intra eandem lineam esse naturaliter determinatam ad objectum primarium, & indifferentem ad secundarium, quia cum hæc indifferentia, ut probatum est, sit perfectio simpliciter simplex petit ex propria linea distingui à qualibet alterius lineæ, & ita in eadem voluntate divina duplicem assignamus conceptum virtualiter distinctum, alterum secundum quem necessariò adhæret divinæ bonitati, alterum verò secundum quem liberè respicit creaturas, sive divinam bonitatem ut communicabilem creaturis futuris, & ut est exemplar earum.

§. VIII.

Præferuntur quædam necessaria ad resolutionem quæsiti, & alii modi dicendi.

Hactenus vidimus in constituendo actum liberum Dei non posse fieri recursum ad aliquod extrinsecum, sive adæquatè, sive inadæquatè pertinens ad illius constitutivum, sive in recto, sive in obliquo, sive ut rationem formalem, sive ut modum intrinsecum, superest ergo, ut adæquatè assignemus aliquod intrinsecum, ut constitutivum adæquatum ejusdem actus. Sed tunc vincenda est maxima illa difficultas, quomodo omnis intrinseca perfectio Dei stet immobiliter, sive indeficienter si semel aliqua ex illis adæquatè constituit actum liberum. Cui difficultati existimant aliqui faciliùs posse fieri satis recurrendo ad contingentiam illam eminentialem, vel virtualem, quam insinuavimus in 2. Physic. & proximè ex Mag. Catelam, quòd sicut essentia divina non distinguitur realiter à relationibus divinis, distinguitur tamen virtualiter, seu ratione ratiocinata ab illis, & hæc distinctio sufficit, ut in ordine ad aliquos effectus, vel prædicata opposita v. g. communicandi, & non communicandi verificanda, ita se habeat, ac si realiter distingueretur, ita actus, aut volitio divina, licet formaliter contingens non sit, quia tamen eminenter, vel virtualiter contingens est ob sui infinitam perfectionem, & actualitatem, ita se habet, ac si realiter contingens esset, unde sicut sufficit prædicta distinctio virtualis ad eosdem effectus, vel prædicata opposita sine ulla contradictione salvanda, ita sufficiat contingantia eminentialis, vel virtualis, ad velle mundum producendum, vel nolle sine ulla defectibilitate ex parte sui.

Hic modus dicendi licet displiceat Mag. Ferre, & ex professò illum impugnet §. 8. videtur tamen satis fundari in D. Tho. hic ar. 3. ad 5., ubi profundè insinuat radicem, & solutionem hujus difficultatis. Nam 5. loco proponens hoc argumentum. *Ab eo quod se habet ad utrumlibet non sequitur aliqua actio, nisi ab aliquo alio inclinetur ad unum, ut dicit Comment. in 2. Phys. si ergo voluntas Dei in aliquibus se habet ad utrumlibet, sequitur, quòd ab aliquo alio determinetur ad effectum, & sic habet aliquam causam priorem*, Cui respondet. *Ad 5. dicendum, quod causa, quæ est ex se contingens oportet, quòd determinetur ab aliquo exteriori ad effectum, sed voluntas divina, quæ ex se necessitatem habet, determinat se ipsam ad volitum ad quod habet habitudinem non necessariam*, In quibus ni fallor totius difficultatis vim simul, & solutionis indicat, nempè quòd licet Deus, vel ejus voluntas, non sit causa contingens, scil. formaliter, sed quoad omnem sui perfectionem, habeat ex se necessitatem, idest omnem perfectionem debitam in actu secundo libertatis necessariò possideat, quia tamen ex hac eadem necessitate habendi omnem hujusmodi perfectionem orta ex summa sui actualitate, & independentia ab omni extrinseco sine ulla habitudine necessaria ad illud, eminenter proindè transcendit, aut super eminet ad omnem contingentiam, potest se ipsum determinare sine ulla defectibilitate ex parte sui, & sine ulla indigentia, aut determinatione exterioris principii cum sola contingentia, aut novitate virtuali, 1. per hoc solū, quòd eminenter virtualiter, ut dicit idem Mag. intelligatur habere aliquid de novo, quia sic se habet, ac si de novo aliquid habaret, & si esset capax novæ realitatis, revera illam haberet, ut proportionabiliter nos Thomistæ discurrimus, ut dictum est, de distinctione, unde ad cognoscendum ejus determinationem, nempè ut sit determinatè volens mundum magis, quàm nolens sufficit, quòd cognoscatur virtualiter eminenter aliter se habens. Quod totum subtiliter paucis verbis exprimere videtur D. Tho.,

dum

dum ait, quòd divina voluntas ex se necessitatem habet, non quia sit causa necessaria, (hoc enim esset alienum à suprema ejus libertate,) sed quia necessariò habet omnem perfectionem debitam in actu 2. intra hanc lineam, & consequanter rationem determinativi sui ipsius sine ullo defectu juxtà meritum ejusdem lineæ, quæ, ut dictum est, importat ex propriis perfectionem simpliciter simplicem abstrahendo à creata, & increata, aut determinatè loquendo de ista, si velimus esse formaliter in Deo.

Quòd si opponas ex Mag. Ferre, ex his potiùs destrui, quàm sustineri formalem libertatem in Deo. Nam juxtà hunc modum dicendi, non alio modo ponitur in Deo libertas, nisi quo ponitur contingentia, aut distinctio, sed in Deo non ponitur contingentia, aut distinctio formalis actualis, sed tantum virtualis, ergo nec ponetur libertas formalis, sed tantum virtualis, aut eminentialis, vel per æquivalentiam. Prob. ma. quia juxtà illum eo modo ponitur libertas in Deo, quo ponitur vella divinum potuisse deficere scil. virtualiter, sive eo modo, quo ponitur distinctio nempè virtualis, ergo hoc tantum modo ponitur libertas.

Urgetur ex eodem. Nam si ità est, quòd volitio hujus mundi formaliter non potuit non esse volitio hujus mundi, sed tantum virtualiter, manifestà sequitur, quòd formaliter est necessaria volitio hujus mundi. Sicut si quis arguat sic. Intellectus actualitar in Deo est voluntas, ergo intellectus in Deo non distinguitur actualiter à voluntate. Tunc ultra. Qui ponit volitionem hujus mundi solum virtualiter potuisse non esse volitionem illius, ponit, quòd formaliter non potuit non esse hujus mundi volitio, ergo ponit, quòd volitio divina hujus mundi formaliter necessaria sit, quia liberum formaliter non componitur cum necessariò formaliter, ergo ponit volitionem hujus mundi non esse liberam formaliter.

Huic objectioni patet primò ex superioribus, quòd videtur solvenda ab omnibus in pluribus similibus instantiis, & quidam aliis omissis, in ipsa scientia, quam suppono admitti, vel esse formaliter in Deo, & tamen non admittitur in illo discursus formalis. sed tantum virtualis, sicut enim ad actum liberum requiritur contingentia, vel defectibilitas, ita ad scientiam discursus, & tamen non licet arguare, quòd si est tantum discursus virtualis in illo, debeat esse tantum scientia virtualis, & non formalia, eò vel maximè, quòd denominatio liberi est in linea efficientis, quæ non tenetur intra lineam denominationis regulari juxta denominationem fundamenti; nam continentia effectus, quæ est fundamentum ad illum producendum in causa sufficienti, satis est quòd sit virtualis, vel eminentialis, ut dicatur, vel sit causa formaliter talis, vel producens formaliter illum, unde sicut non eodem modo ponimus omnes rationem scientiæ, nec rationem causæ efficientis, vel producentis, quo ponimus discursum, vel continentiam, nec eodem modo ponunt Auctores hujus modi dicendi rationem liberi, quo ponunt contingentiam, vel defectibilitatem, nec tenentur ponere ad salvandam rationem liberi formaliter, sicut non tenemur ponere continentiam, aut discursum formalem ad salvandam scientiam formaliter, vel rationem efficientis, aut producentis formaliter.

Pro omnibus ergo neg. ma. argumenti. Ad prob. neg. iterum ma., nam sufficit, ut dictum est, contingentia virtualis, & præcipuè simul eminentialis, quæ potest optimè supplere in denominando, quidquid tribueret formalis, licet modo eminentiori, scil. absque defectu ex parte subjecti, quia ut dicebamus, eo ipso quòd intelligatur virtualiter eminenter contingens, sive virtualiter eminenter habere aliquid de novo, ita se habet, ac si aliquid de novo haberet, unde sicut si aliquid de novo haberet, denominaretur formaliter talis, sive ejus actus formaliter liber, pariter denominari, aut esse poterit formaliter liber, per hoc, quòd intelligatur virtualiter eminenter habere aliquid de novo.

Ad confirm. dicimus, quòd videtur æquivocè, aut diminutè procedere in inferendo immediatè ex negatione contingentiæ formalis in volitione divina rationem necessitatis formalis respectu objecti secundarii, vel liberi, sive respectu mundi voliti, vel noliti, est enim medium in illa, scil. contingentia virtualis eminentialis, quæ sufficit, ut dictum est, ad salvandam libertatem formalem, & removendam consequenter necessitatem formalem, vel absolutam respectu illius, quidquid sit ex suppositione, quòd decrevit producere illum. Unde neg. sequelam, nam licet dicatur formaliter non potuisse non esse volitionem hujus mundi, potuit tamen non esse virtualiter eminenter volitio illius, ac proindè non tenetur esse formaliter necessaria volitio ejusdem. Per quod etiam sit satis ad paritatem de intellectu, & volontate, nam similiter ibi est medium inter identitatem formalem, & actualem, & actualem distinctionem, scil. distinctio virtualis, vel eminentialis, undè sicut hæc impedit actualem, & præstat, quod tribueret formalis, vel actualis, ita contingentia virtualis eminentialis impedit necessitatem formalem in eadem volitione, & tribuit, quod tribueret formalis.

Alii denique ut Mag. Aragon hic ex M. Jo. à Tho: alia via, (quæ tamen in re videtur cum priori coincidere) conatur explicare, supponendo non esse difficultatem præcisè de causa formali, quarè Deus sit magis liberè volens, quàm nolens; hanc enim dicunt esse notissimam, & dari etiam in nobis. Volumus namquam, quia habemus volitionem, unde sicut volitio ipsa constituit formaliter volentem, ita libera volitio constituit formaliter volentem liberè. Ad fundamentalem argo reducunt difficultatem, sive ad quasi effectivà determinativà ad volitionem potiùs, quàm nolitionem, unde iterum supponunt Deum intrinsecè se determinare ad hoc, quòd actus simul includens volitionem, & nolitionem terminatus per modum volitionis ad mundi existentiam, vel per modum nolitionis, ut videtur expressè tradere D. Tho. hic ar. 3. solut. proximè relata ad 5.

Ex qua sic probant suppositum. Voluntas divina non est ex se causa contingens, sed necessitatem habens ergo in signo, in quo concipitur ad utrumlibet se habere determinatur intrinsecà à se ipsa: conf. tenet, quia determinatio causæ indifferentis, vel est à se ipsa intrinsecè, vel ab aliquo exteriori principio, ergo cum divina voluntas ut potè causa prima, determinari nequeat à principio exteriori in eodem signo indifferentiæ, determinabitur intrinsecè à se ipsa. Ant. autem prob. simul, & declaratur ut supra; nam causam habere ex se necessitatem, vel opponi causæ contingenti, non est idem, ac esse necessariam, prout opponitur liberæ, nam aliàs Deus non liberà, sed necessariò voluisset producere mundum, sed quia habet perfectionem necessariò convenientem sibi, à

qua potest intrinsecè determinari sine indigentia principii exterioris, quod provenit ex summa perfectione Dei tam in linea essendi, quàm operandi, nam sicuti, quia infinitæ perfectionis est in linea essendi, à se est independenter ab omni extrinseco, quia pariter est infinitæ in genere operativo, à se etit operativè, seu determinativè independentar à principio exteriori, à quo determinetur, & ita ex se necessitatem habet, idest omnis perfectio ad libertatem pertinens in actu 2. necessariò, & intrinsecè convenit divinæ voluntati ab æterno, ac proinde hoc, quod est esse determinativam sui, ut potè perfectionem maximam in linea libertatis.

In quo potissimè fundant Thomistæ necessitatem causæ creatæ, ut determinetur, & aplicetur à causa prima, siva sit illa contingens, siva necessaria, quia licet opponantur in modo operandi, conveniunt tamen in subordinatione ad primam, à qua proinde sicut in essendo indigent prævio ejus influxu productivo, ita in operando influxu determinativo, vel motivo, & aplicativo, contingens quidem propter duo, & quia est in potentia ad suam operationem, cum non sit actus purus, & quia est indifferens ad agendum, & non agendum, necessaria verò cum jam sit ex sua natura ad unum determinata, ut ignis ad calefaciendum, altero tantum titulo indiget eodem influxu, in quo dicunt, quòd videatur deficere opposita sententia negans prædeterminationem physicam, maximè ad actus naturales, ut explicatum est in physicis, quia dum vident ignem esse ex sua forma determinatum ad agendum, vel calefaciendum, superfluam existimant omnem aliam determinationem, vel aplicationem ex parte causæ, cum tamen ex eo, quòd causa, creata sit, & consequenter subordinata essentialiter non solum in essendo, sed etiam in operando causæ primæ, præter aplicationem agentis ad passum, alia indispensabiliter indiget, nempè superioris ad inferius ad hoc, ut agat quia prima causa agit, in quo consistit, & verificatur subordinatio agentis secundi ex parte sui ad primum in hoc genere, de quo latè ibidem, & obitar hic.

Quòd si dicas rationi factæ in favorem hujus modi dicendi, & suppositi ejus, non posse ex illa sufficienter colligi, quòd datur in Deo præfata perfectio, qua se ipsum intrinsecè determinet, quia non potest esse, aut consistere in actu necessario, cum sit extra lineam liberi, sive virtualiter distincta à libero, ut etiam tenent prædicti Authores, ad quem aliàs pertinet hæc determinatio. Tum quia actus necessarius saltem omninò negativè se habet ad volendum liberè, vel nolendum, sive præcisè est saltem in quadam indifferentia negativa remotissima sine ordine, aut connotatione unius extremi potiùs, quam alterius volendi, aut nolendi. Nec iterum potest in eodem libero consistere, quia iste quidem includit, ut dictum est, volitionem, & nolitionem, sed ex hac inclusione non magis inclinatur ad volendum, quàm nolendum, ot per se patet, argo sine fundamento ex præfata doctrina D. Tho. statuitur, aut supponitur intrinseca perfectio determinativa divinæ voluntatis.

Resp. ex eisdem admittendo non consistere formaliter in actu necessario, sed negando non reperiri in libero, quia licet iste in Deo utramque simol includat, non tamen terminativè simul, aliàs mundus esset simul volitus, & nolitus, quod implicat, unde ita unam determinatè includit, ut possit per modum unius terminari, & non per modum alterius, aut per quamlibet illarum disjunctivè, ac proindè in actu libero debet esse necessariò perfectio, qua divina voluntas à se intrinsecè determinetur ad unum potiùs, quàm ad aliud, cum ab exteriori principio determinari non possit, ut dictum est, aliàs causa prima non esset. Tum quia jam perfectio actus liberi esset radicaliter, & intrinsecè otiosa circa creaturas futuras: non enim apparet, an causalitas illa sit positiva, vel negativa. Cum ergo certissimum sit posse eundem actum terminari per modum volitionis, aut volitionis, si semel determinatè terminatur per modum volitionis, necessariò assignandum est aliquod intrinsecum determinativum in divina voluntate.

Expl., & otg. hoc. Nam divina voluntas ut potè liberum primum, & in infinitum excedens in perfectione secundum, præhabet quidquid perfectionis est in isto, tam in genere essendi, quàm operandi ablatis imperfectionibus, sed in voluntate creata est potissima perfectio se ab intrinseco determinare positis omnibus requisitis, & aplicatione Dei, ergo ablatis imperfectionibus dependentiæ à primo libero, & realis egressus suorum actuum verá præcontinebit hanc perfectionem se ab intrinseco determinandi. §. Et revera non videtur id posse ullo modo negari, quia cum indifferentia aliqua omninò necessaria sit, ut divina voluntas dicatur libera juxta communem modum accipiendi libertatem apud Theologos contra aliquos Novatores, & hæc non possit esse in Deo ad diversos actus, ut contingit in nobis; nec etiam passiva, quæ in suo formali conceptu involuit imperfectionem perfectibilis, sive recipientis perfectionem per formam, sed activa, tenetur omninò eadem voluntas hoc habere, ut à se ipsa determinetur, vel esse sibi consiliom, quia sicut ad rationem indifferentiæ passivæ requiritur determinari ab alio, ita ad rationem activæ determinari à se ipso, nam ex quo activa est, respicit essentialiter actum, ex quo verò indifferentia est, respicit determinationem ad unum ex oppositis.

§. IX.

Statuitur ultima conclusio.

Velle Dei constituitur in esse liberi per hoc, quòd sit virtualiter eminenter contingens respectu objecti non habentis necessariam connexionem cum divina bonitate necessariò amata. Primam partem statuo cum M. Catalam ubi supra, & aliis, quos suppresso nomine refert M. Ferre §. 8., secundam verò cum ho eodem Mag. ibidē, & in utraque videntur in re convenire ut insinuavimus, Mag. Jo. à S. Tho., & Aragon proximè relati, & alii eisdem adhærentes.

Pro intelligentia verò utriusque partis adverto, (& est doctina locis infra referendis ex D.Th.) quòd cum divinum velle sit ex se, vel ab intrinseco infinitæ perfectionis, ac proindè ex sola bonitate primariò volita habeat omnem sui perfectionem independenter ab omni extrinseco, cum hæc sit perfecta, & esse possit sine aliis, ut hic ait D.Th. ar. 3. in corp., per hoc, quòd determinetur ad volendum hunc mundum v.g. nihil ei perfectionis ex aliis accrescit, nec substantialis, nec modalis; onde ex eo quòd esset

noli-

nolitio illius, sicut modo est volitio, nihil iterum deperderet, aut diminueretur de sui perfectione, & immutabilitate, quia ex eadem summa perfectione, & virtuali eminentiali contingentia id totum verificari potest sine ullo sui detrimento, vel mutatione, ut jam insinuavimus, & iterum dicemus infra, quia ad id verificandum, sive ad sic se determinandum liberè per modum volitionis, vel nolitionis hujus mundi, sine omni dependentia ab aliquo extrinseco, & sine mutatione ex parte sui, cum sola mutatione ex parte creaturæ; sufficit, ad primum quidem, quòd sit causa necessitatem habens, ut hic ait D. Tho. ad 5. relatum; ad secundum verò, quòd intelligatur virtualiter eminenter aliter se habere, & quòd objectum volitum, vel nolitum, (quod solum est capax realis mutationis) non habeat prout sic necessariam connexionem cum divina bonitate, sicut enim cum hac reali formali mutatione verè concipimus rationem liberi in voluntate creata, ita verè concipere possumus illam in divina cum sola contingentia, vel mutatione virtuali eminentiali, quia hæc præstat, quod faceret formalis, ut dictum est; unde velle divinum si in se ipso spectetur, est quidem realiter formaliter necessarium, sed virtualiter eminenter contingens respectu objecti sibi non necessarii, aut divinæ bonitati necessariò non connexi. Ex quo fit, quòd in ordine ad alia à se volenda, vel nolenda nullam necessitatem habeat, sed liberè diligat, ac proindè sic se determinet ad volendum illa, quæ de facto vult, quòd potuerit non sic se determinare ad volendum illa, vel nolendum, salva, & immuni omni sui perfectione, & immutabilitate.

In duobus ergo juxtà conclusionem dicimus consistere, vel fundari libertatem divini velle, nempè ex parte Dei in ipsa necessitate omnimoda, quam ex se habet, cum sola virtuali eminentiali contingentia, & in ipsa defectibilitate, & contingentia formali creaturæ, quam diligit, non quasi quòd hæc requiratur essentialiter ad libertatem divini actus, (quia ut toties dictum est, nullum extrinsecum potest ullo modo pertinere ad formale, vel essentiale constitutivum alicujus prædicati, vel perfectionis divinæ,) sed ad hunc sensum, quòd supposita objecti contingentia, divinum velle ex se habeat sic ferri in illud, quòd potuerit non ferri; quia hæc est ejus libertas ob summam sui perfectionem, & independentiam, quæ omne creatum sibi subjicit, & omnibus præeminet, quòd respectu rei, quæ potuit non non amari ità sit volitio, quòd illæsa remanente omni sui perfectione potuerit esse nolitio, & sola mutatio se teneat ex parte objecti voliti, vel noliti.

Quòd si dicas esse ferè intelligibile, aut implicare in terminis, quòd ita sit volitio hujus mundi, ut potuerit esse nolitio, & quòd omninò invariatum remaneat. §. Ad hoc enim patet ex hactenus dictis, & ulteriùs constabit ex dicendis id solum militare in voluntate creata, & potentiali, quæ tenetur deponere, vel carere actualitate volitionis, dum habet illam nolitionis, vel è contra ob sui limitationem, & potentialitatem, non in divina, quæ simul utramque includit in suo actu ob oppositam infinitatem, & perfectionem, unde potest sic se determinare, ut dictum est, per modum volitionis hujus mundi, ut potuerit pro sui placito determinare se per modum nolitionis sine jactura, vel carentia actualitatis alterius, cum sola contingentia, virtuali eminentiali, quia est eadem actualitas utriusque.

His suppositis, & sic explicata conclusio sumitur ex D. Tho. tum prædicta solut. hic ar. 3. ad 5., ubi ultimis illius verbis satis apertè videtur eam exprimere, dum ait, *Quod voluntas divina, quæ ex se necessitatem habet determinat se ipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam.* Tum etiam 1. cont. Gent. c. 82., ubi ratione 4. asserit, quòd divina voluntas ad utrumlibet se habet ex parte ejus, ad quod dicitur, quia ejus perfecta operatio virtutis à neutra dependet, sed tamen ad utrumque esse potest ob sui eminentiam, in quantum utrumque oppositorum excedit, & ob hoc determinatur ad neutrum, sed ad utrumlibet se habet. Ita utrobique D. Thom. in quibus priori loco ut ponderavimus, adhoc recurrit, ut se ipsam intrinsecè determinet, quia est causa ex se necessitatem habens modo explicato. Posteriori verò ad ejus eminantiam, qua utrumque oppositorum excedit, & ad neutrum determinatur, & ideo cum sola contingentia virtuali eminentiali optimè potest actus ejus liber modo terminari per modum volitionis, & non per modum nolitionis, vel è contra, aut iterum per modum volitionis ad unam creaturam magis, quàm ad aliam, sine omni mutatione formali, cum sola formali mutatione creaturæ, quia cum Deus sit summè actualis, & consequenter sibi ipsi sufficientissimus, habet talem eminentiam, ut liberè tendere possit ad extra prout vult, scil. volitivè, vel nolitivè sine omni defectu, ac proinde cum sola præfata contingantia, vel mutatione virtuali eminentiali, ut similiter patet in exemplis adductis de æternitate, quæ cum sola virtuali eminentiali successione omnibus successivis assistit sine omni formali ex parte sui, sed solum ex parte rei mensuratæ, ob sui nempè infinitam eminentiam in ratione mensuræ intra hanc lineam durationis. Et iterum in mysterio Incarnationis, ubi pariter personalitas divini Verbi ob sui infinitatem, & eminentiam in ratione terminandi potest humanitatem assumptam terminare, & non terminare, sine omni defectu, vel mutatione ex parte sui, sed solum ex parte naturæ assumptæ. Cum ergo divina voluntas, aut velle ejus liberum non sit minus infinitum, & eminens in hac linea libertatis, rectè poterit sine omni defectu determinare se ad tendendum per modum volitionis, aut nolitionis cum sola reali mutatione ex parte voliti, vel noliti creati, & sola virtuali eminentiali ex parte sui, idest, quòd intelligatur ut dictum est, virtualiter eminentialiter aliter se habere ut concipiamus ejus determinationem ad sic diversimodè tendendum, unde nulla est necessitas recurrendi ad aliquod extrinsecum tanquam pertinens ad illius constitutivum.

Secundò prob. ex eodem D. Tho. præcipuè quoad 3. p. quæst. 23. de veritate ar. 4. in corp., ubi ferè ad liberam tradit, quod docet hic ar. 3., nam explicans velle liberum Dei respectu objecti secundarii, seu voliti creati, ad quod solum exercetur libertas ejus inquit versus medium. *Respectu igitur illius principalis voliti, quod est sua bonitas, voluntas divina necessitatem habet non quidem coactionis, sed naturalis ordinis, qui libertati non repugnat secundum Augustinum in 5. de Civitate Dei. Non enim potest Deus velle se non esse bonum, & per consequens se non esse intelligentem, vel potentem, vel quodcunque eorum, quæ ratio eius bonitatis includit.*

Sed

Sed respectu nullius alterius voliti, (prosequitur ad rem nostram,) *necessitatem habet. Cum enim ratio volendi his, quæ sunt ad finem sit ipse finis, secundum hoc, quòd id, quòd est ad finem, comparatur ad finem secundum hoc comparatur ad voluntatem. Unde si quod est ad finem sit quasi fini proportionatum hoc modo, scil., quòd finem perfectè includat, & sine eo finis haberi non possit, sicut de necessitate appetitur finis, ita de necessitate appetitur id, quod est ad finem & præcipuè à voluntate, quæ sapientiæ regulam exire non potest. Ejusdem enim rationis videtur desiderare vitæ continuationem, & nutrimenti sumptionem, quo vita conservatur, & sine quo vita conservari non potest. Sed sicut nullus effectus divinus potentiam causæ adæquat, ità nihil, quod in Deum sicut in finem ordinatur est fini adæquatum; nulla enim creatura perfectè Deo assimilatur. Hoc enim est solius Verbi increati. Unde contingit, quòd quantumcumque nobiliori modo aliqua creatura in Deum ordinetur aliquomodo ei assimilata, possibile sit aliquam aliam creaturam modo æque nobili in ipsum Deum ordinari, & divinam bonitatem repræsentare. Unde patet, quòd non est necessitas divinæ voluntatis ex amore, quem habet ad suam bonitatem, quòd velit hoc, vel illud circa creaturam, nec inest ei aliqua necessitas respectu totius creaturæ, eo quòd divina bonitas in se perfecta est, etiamsi nulla creatura existeret, quia bonorum nostrorum non eget ut in Psalm. 15. dicitur. Non enim divina bonitas est talis finis, qui efficiatur ex his, quæ sunt ad finem; sed magis, quo efficiuntur, & perficiuntur ea, quæ ad ipsum ordinantur. Unde Avicen. dicit, quòd solius actio Dei est purè liberalis, quia nihil sibi accrescit ex his, quæ vult, vel operatur circa creaturam. Patet igitur ex dictis, quòd quidquid Deus vult in se ipso de necessitate vult, quidquid autem vult circa creaturam nsu de necessitate vult.* En in terminis 2. pars conclusionis, immò & ratio fundamentalis ejus.

Idem repetit ad 15., ubi præmissa duplici habitudine voluntatis ad volitum scil., & in quantum est volitum, & in quantum est producendum io actu per voluntatem inquit. *Primus ergo respectus divinæ voluntatis ad volitum non est necessarius absolutè propter improportionem voliti ad finem, qui est ratio volendi, ut dictum est, unde non est necessarium absolutè, quòd Deus velit illud.* Rectè ergo explicatur & constituitur juxtà D. Tho. velle liberum Dei per hoc, quòd sit respectu objecti non habentis necessariam connexionem cum divina bonitate. Cui si adjungatur præfata virtualis eminentialis contingentia, vel alietas, salvatur totum id, quod desiderari potest ad conceptum libertatis sine omni defectu ex parte sui, sed solius creaturæ. Qui videtur suavior, & facilior modus explicandi, & resolvendi hanc gravissimam difficultatem ad mentem Angelici Præceptoris.

Ratione ex his prob. concl. Divinum velle per hoc quòd sit virtualiter eminenter contingens, & volitio objecti non connaxi necessariò cum divina bonitata habet à priori totum id, quod desideratur ad ejus libertatem, argo per id sufficienter constituitur in ratione liberi; cons. tenet, quia hoc importat constitutivum rei in sua linea, Ant. verò prob. Nam id desideratur ad ejus libertatem, quòd ita sit volitio alicujus objecti, quòd potuerit non esse volitio ejus, sed per hoc, quòd sit ita contingens, & objecti non necessariò connexi salvatur hoc ipsum, ergo; ma. constat; mi. verò prob. ex dictis. Quia par id salvatur, quòd desiderari potest ad rationem liberi, & liberi divini, ergo; prob. ant. quia ad rationem liberi, & liberi divini duo dasiderari possunt scil. alietas sine defectu, sive quòd sit ita volitio alicujus objecti, quòd potuerit non esse volitio ejus manante immuni omni perfectione ejus, sed prædicta duo salvant utrumque, ergo: ma. est certa, & mi. prob. quia per hoc quòd sit virtualiter eminenter contingens, ità se habet, ac si aliter se haberet sine omni raali formali alietate, vel mutatione, ac proindè sine omni defectu, vel imperfectione, ut explicatum est; & per hoc quòd sit objecti necessariò non connexi non obligatur ad prosequutionem illius, ergo per id rectè salvatur utromque.

Dices desiderari ulteriùs, quòd talis alietas conveniat illi ab extrinseco, & non præcisè ex parte objecti, vel ab extrinseco, aliàs non arit intrinsecè liberum, sed tantum extrinsecé, sive ex parte ejusdem objecti, quod potuit non amari. Nam eo modo est liberum, quo potuit deficere, vel non esse, unde si hæc defectibilitas reducitur ad solam carentiam connexionis nacessariæ, ex parte objecti, sola in illo erit libertas objectiva, & extrinseca, nou intrinseca ex parte actus, vel subjecti.

Sed hæc solutio præoccupatur argumento facto, & ex superiori D. Thom. Nam ex eo à priori oritur defectus connexionis necessariæ ex parte objecti, quia divina bouitas est infinitè perfecta, ac proindè sine illo potest eminenter virtualiter sa habere aliter ad illud, ergo noo præcisè ab extrinseco habetur hæc alietas sine defectu, sed ab intrinseco, vel ab infinitate divinæ bouitatis, quæ à nullo extrinseco, sive seorsim, sive collectivè adæquari potest, ut rectè explicat, ubi supra D. Thom.

Hanc solutionem aliter impugnat, val sub aliis verbis Mag. Ferre, sed videtur difficilior impuguatio, & plures pati difficultates, quas hìc ingeront Contrarii, unde placuit cum Mag. Catalam juxta etiam superiorem doctrinam D. Tho. recurrere ad eandem infinitatem divinæ bonitatis, & ad præfatam virtualem eminentialem alietatem, vel contingentiam in ea fundatam, quæ videtur magis quietare intellectum, ut patet in exemplis adductis; & faciliùs componere duo illa satis ardna nempè, quòd adæquatum constitutivum sit aliquid intrinsecum, & quòd nihilominus salvo conceptu actus liberi nihil reale intrinsecum deficiat, & faciliùs etiam solui possunt argumenta, quæ contendunt esse omoinò recurrendum ad aliquod extrinsecum, sive per modum rationis lormalis, siva per modum connotati, aut complementi, aut modi intrinseci, ut videtur exigi à ratione liberi, quòd ita sit, nt possit non esse, quod quidem juxta meritom liberi increati, & ipsius etiam libertatis prout abstrahentis à creata, & increata, & specialiter increatæ non importat defectum aliquem passivum, vel intrinsecum ex parte subjecti, scil, realem, vel formalem, cum sit perfectio simpliciter, sed satis sit virtualis eminentialis, qui magis oritur ab infinita perfectioue Dei, & suæ bonitatis ab omni extriuseco inadæquabilis, ut explicatum est ex D. Th. & propterea solū tendere potest ad illud secundum habitudinem, vel connexionem non necessariam, scil. per modum volitionis, vel nolitionis cum sola prædicta contingentia, vel alietate.

§. X.

§. X.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. argumento communi ad probandum non posse saltem adæquatè constitui actum liberum Dei per aliquod intrinsecum. Nam actus liber ex proprio conceptu petit posse deficere, sed nihil voluntati divinæ intrinsecum deficere potuit, ergo per nullum intrinsecum constituitur saltem adæquatè, excluso omne extrinseco sub quocunque munere, vel formalitate: ma. patet ex terminis aliàs liber non esset, si non posset non esse; mi. etiam est certissima, cum Deus in nullo sui prædicato, aut perfectione intrinseca deficere possit, aliàs nec ipse infinitè perfectus esset, vel actus purus.

Huic argumento variè respondent Authores juxta proprios unius cujusque modos explicandi superiùs relatos, frequentior tamen solutio præcipuè apud Recentiores recurrit ad terminationem intrinsecam, quam existimant posse deficere, ut dictum est, sub conceptu puræ terminationis, licet non sub illo entitatis, & actualitatis, vel perfectionis, quia cum terminatio ista sub hoc explicito munere terminationis, utpote ad objectum non necessarium, non sit proinde necessaria, sive ad esse, sive ad benè esse divinæ entitatis, vel actualitatis, aut perfectionis, potest sub eodem deficere non deficiente in ratione entitatis, vel perfectionis, in quo distinguitur ab aliis prædicatis intrinsecis divinis, ut ab intellectu, voluntate, & aliis attributis, quæ non sunt de eadem linea libertatis, quæ quia necessaria sunt ad entitatem divinam, intelligi nequeunt semel deficere sub aliquo munere non deficientibus sub ratione entitatis. Et patet etiam in objecto ad extra semel connexo cum aliqua perfectione, vel attributo divino, aut cum ratione entis per essentiam, ut in possibilibus respectu omnipotentiæ, vel ejusdem entis per essentiam, quod quia sunt, ut vidimus necessariò connexa cum illis, si semel deficerent sub ratione possibilis, inferrent pariter defectum omnipotentiæ, vel ejusdem rationis per essentiam.

Sed licet hæc solutio valdè subtilis, & plausibilis sit, graves adhuc patitur difficultates, ut inter alios apud Mag. Ferre ubi supra, videri possunt. Et quidem sub munere etiam explicito terminationis activæ tenetur aliquid exprimere, non enim est sicut vox *Blictiri* nihil significans. Tunc verò redit argumentum; nam id quod exprimit juxta hunc modum nequit esse aliquid rationis, quia impugnat recurrentes ad respectum rationis, ergo est aliquod reale, ergo si sub hoc munere deficere potest jam aliquod reale divinum deficere poterit.

Præterea Authores hujusmodi, ex eo acriter impugnant alterum modum recurrentem ad terminationem extrinsecam, & dicentem posse actus divinæ voluntatis censeri quoad explicitum terminationis; quia aliàs deberent etiam censeri quoad implicitum entitatis, ergo si pariter apud ipsos deficere potest quoad explicitum terminationis, deficere etiam poterit, vel debebit quoad implicitum entitatis; non enim videtur major ratio de prædicato producibilitatis, ac de illo defectibilitatis, immò oppositum à fortiori, quia major est intimitas inter explicitum, & implicitum terminationis intrinsecæ sub ratione intrinsecæ, quam inter explicitum, & implicitum terminationis extrinsecæ sub ratione extrinsecæ, cum sit major distantia inter hæc duo, ut patet.

Neque exemplum, aut instantia, quàm adducit Illustriss. Godoy de peccato producibili sub implicito entitatis, & improducibili sub explicito peccati videtur suffragari, immò ni fallor retorqueri. Nam ex eo est quid producibile secundum implicitum, & improducibile secundum explicitum, quia secundum istud importat prædicatum oppositum implicito, sive repugnans tam implicito, quàm causalitati divinæ, scil. deformitatem, sive malum culpæ, quod non est ens, sed potiùs defectus entis, & aversivum à Deo, & consequenter extra ambitum causalitatis divinæ, sed activa intrinseca terminatio secundum utrumque est quid reale divinum, ac proindè indefectibile, nisi iterum velimus, quòd secundum explicitum nihil significet, ut Blictiri, aut quòd significet aliquid creatum, quod non est ad hujusmodi rem, nec tunc salvaretur libertas ex parte activi intrinseci divini, sed ex parte passivi, vel ab extrinseco, ergo vel secundum neutrum est defectibile, vel si secundum alterum, vel explicitum non obstante, quòd aliquid divinum sit, erit etiam defectibile velle liberum Dei secundum implicitum in ratione entitatis.

Ex his etiam præoccupatur solutio, si dicatur terminationem activam sumptam pro eo, quod impliplicat, & explicat, esse quid intrinsecum actui necessario, sumptam verò pro eo, quod præcisè explicat esse quid extrinsecum. §. Nam si solum potest deficere quoad id, quod explicat, & non pro eo, quod simul implicat, & explicat, cum id, quod præcisè explicat, sit purè aliquid extrinsecum, jam velle Dei salvatur solum in esse liberi constitutivè per aliquid extrinsecum, aut purè denominationem extrinsecam, quam ipsi quoque impugnant, & consequenter, quòd ab intrinseco nullo modo deficere possit, quę etiam omnia sunt contra Authores principalis solutionis, & modi dicendi,

Denique ut dicebamus, si id, quod præcisè explicat, sit aliquid extrinsecum, aut pura denominatio extrinseca, minus erit intimum Deo, immò nec illi intrinsecè conveniens, cum denominatio purè extrinseca, ut esse visum in lapide, licet afficiat subjectum, eique conjungatur, nunquam tamen fit, aut fieri potest quid intrinsecum illi, aliàs purè extrinseca non esset, ergo si hæc terminatio quoad id, quod explicat, vel addit ad entitatem actus est aliquid purè extrinsecum non potest dici, aut fieri aliquid intrinsecum, ac per consequens nec dici potest velle liberum Dei esse quid intrinsecum quoad implicitum, & quid extrinsecum quoad explicitum. Alia plura opponi poterant, sed non vacat plus nimiò immorari.

Aliter ergo ad argum, dist. ma. posse deficere, vel realiter formaliter, vel virtualiter eminenter, transeat, vel conc., determinatè priori modo, nego, vel sub dist. de ratione actus liberi creati, vel potentialis, transeat, abstrahentis à creato, vel increato, nego, quia ut dictum est, sufficit, quòd posteriori modo possit non esse, quia prout sic ita aliter se habet, ac si aliter realiter se haberet. Dixi transeat, quia ut alii explicant, præcipuè Jo. à S. Tho. falsum est esse de ratione liberi ut sic, vel abstrahentis à creato, & increato, vel de ratione illius, ita esse, quòd possit non esse, seu deficere, videtur enim magna hallucinatio sic explicare rationem liberi, ut sic,

vel

vel increati, cum libartas prout sic, vel increata sit perfectio simpliciter simplex, ac proindè nullam involnens imperfactionam, aut defectum in suo conceptu formali, sad hoc tantum, quod ast domineri super utrumque extremum, & ideo sufficit illi possa non esse perfactivè, aut activè pro aliis, non passivè in sa, aut defactivè hoc auim convenit libaro creato, ex ao quòd potantiale ast. Contra priorem solutionem opponi poterant, quæ superiori §. adducta sunt ex M. Ferra ad impugnaudum nostrum modum dicendi expressum in priori parte concl., sed jam soluta sunt, ne eadem repetamus.

Iustas argo alia via, qua simul etiam prob. esse recurrendum ad aliquod extrinsecum, ut principaliter intendunt adversarii contra Thomistas. De ratione liberi quodcunque sit, est, quòd non necessa sit esse, ergo quod possit non esse, aut deficere formaliter in se, & non tantum virtualitar eminenter. Ant. patet ex terminis, aliàs necessariò esset. Cons. verò prob., nam quod non necessè est essa, possibile est non aise, aliàs necessè esset, sed quod possibile est non esse, ast formaliter defectibile in se, & non per virtualem aminentiam, cum possibilitas non essendi fundetur, aut supponat potentialitatem intrinsecam rei defectibilis ergo.

Resp. dist. claritatis gratia ant. Quòd non necessé sit esse juxta maritum, vel conditionem sui conc., aliter neg. nam de ente summè actuali, & infinitæ perfectionis solo n verificari potest, quòd non necessè sit esse per solam virtualem eminentialam contingantiam, ita ut secundum hanc solam aliter se habeat, non secundum formalem, aliàs summè actuale, aut infinitè parfectum non esset; val juxta posteriorem solutionam, quòd non passivè in se, sed activè pro aliis, quæ adequare non possunt suam infinitam bonitatem, non necessè sit esse. Unde neg. cons., quia utroque hoc modo tantum posse non esse, non infert possibilitatem non essendi ortam ex potentialitate, sed solam novitatem ita aliter se habendi, ac si aliter realiter se haberet, fundatam in summa actualitate, aut perfactione, ut explicatum est; vel solam alietatem activam pro aliis, non passivam in se ob eandam infinitam perfectionem liberi.

2. Arg. in favoram prioris solutionis recurrentis ad terminationem activam intrinsecam. Primò quidem ex D Tho. 1. cont. Gent. c. 82. in fine. Ubi inquit, *Voluntas namquè sua* (scil. divina) *uno, & eodem actu vult se, & alia; sed habitudo ejus ad se est necessaria, & naturalis, habitudo autem ejus ad alia, est secundum convenientiam quandam, non quidem necessaria, & naturalis, neque violenta, aut innaturalis, sed voluntaria, quod autem est voluntarium, neque naturale nequè violentum, neque necesse est esse.* In quibus ponderant non posse D. Tho. intelligi nomine habitudinis pro varo respectu sive reali, siva rationis, quia utitur illo non solum in ordine ad alia à se, sed etiam in ordina ad se, certum est autem, quòd in ordine ad se neutrum dicit respectum divina voluntas, ex quo inferunt intelligendum esse de sola tarminationa extrinseca activa, ut explicari selat à nostris, cum ergo per hanc constitui non possit divinum velle in esse liberi, ut probatum est, per solam eandem intrinsecam habitudinem constituandum erit juxta D. Tho., cum non sit aliud extrinsecum assignabile, ad quad nos Thomistæ recurramus.

Expl., & urg. hoc. Quia in his, quæ ab intrinseco possunt divino velle convenire numerantur hæc tria, scil. realis entitas, perfectio, & eadem tarminatio activa, sed ad illud constituendum in esse liberi non possumus racurrere ad duo priora, argo ad terminationem intrinsecam recurrendum est. Prob. mi., quia ad id tantum recurrere possumua in constituendo illud in ratione liberi, per quod verificari potest, quòd ab intrinseco deficere possit, sed id tantū verificari potest de ratione terminationis intrinsecæ, nam quoad antitatem realem, & perfectionem, fatemur omnes non posse intrinsecè deficera. Tum quia de sola terminatione, ut ait D. Tho., nomine habitudinis dici potest, quòd est voluntaria, sive quòd non necessè sit esse, ut concludit ibidem de divino velle in ordine ad alia, ergo ad hanc solam recurrendum est in constituendo illud in esse liberi.

Ad hoc primò dicimus, quòd videtur solvendum ab omnibus, quia ut ostensum est, non stat semel posse deficere in ratione terminationis intrinsecæ, etiam quoad explicitum, nisi etiam deficiat quoad implicitum entitatis. §. Rasp. ergo D. Tho. nomine habitudinis non præcisè accipere pro raspectu, sive raali, sive rationis loquendo da illa intra lineam constitutivam, cum per nullum respectum ad alia à se constitui possit, ut vidimus ex eodem, & suppono jam in communi sententia Thomistarum non admittentium alium respectum in Deo ad creaturas, nisi purum respectum rationis, per quem constitui nequit libertas ejus, sed tantum explicari emanatio, & redundantia libera suæ bonitatis ad illas, sed pro eo, quod est se habara, scil. necessariò in ordine ad se, & voluntariè, vel non necessariò, aut liberé in ordine ad alia à se, ut sonat, vel ipsa vox habitudo. Et sit sensus, ut exponimus in conclusione, quòd in ordine ad se, vel ad suam infinitam bonitatem divinum velle nullo modo contingenter se habeat, sed omninò necessariò, ut potè illi adæquatam; in ordine verò ad alia, quia nullum ex his ex opposito, nequa omnia simul possunt esse eidem adæquata, ac proindè non connexa necassariò, ita se habet in ordine ad illa ob eandem sui eminentiam, & excessum, quòd voluntariè, sive aliquomodo contingenter se habeat ad illa, scil. virtualiter eminenter, ut explicatum est, quia per hanc virtualem eminentialem contingentiam, val alietatem, ut sæpè dictum est, ita se habet, ac si aliter realiter se haberet, quod proprium est liberi divini incapacis alietatis realis. Unde admittendo, quod ad rationem liberi requiratur aliqua alietas, sive ita asse, quòd possit non esse, & quòd hæc libertas non purè extrinsecè conveniat actui divino, sed ab intrinseco, ut potè maxima perfectio, rectè ad hanc virtualem eminentialem contingentiam, & ad defectum connaxionis necessariæ voliti creati cum divina recurrimus in constituendo illum in esse libari, ut salva sint omnia intrinseca divina, & salvus etiam conceptus libertatis, qui videtur modus facilior explicandi hanc arduam difficultatem ad utrumque componendum.

Ex his etiam resp. ad explicationem, vel confirmationem, quòd præter illa tria assignamus quartum, scil. prædictam virtualem eminentialem contingentiam cum defectu connexionis non necessariæ ortæ ex excessu divinæ bonitatis supra omne volitum creatum sive saorsim, sive collectivè; unde dist. ma. numerantur hæc tria, tantum, neg., & aliquid aliud conc., & deinde etiam dist. mi., neque ad aliquid aliud etiam comprehensa terminatione intrinseca, neg., & ad aliquid aliud, conc., & ad illius pro-

probat. neg. mi., imò suppositum illius, quòd deficere possit, ut dictum est, in ratione terminationis non deficiente in ratione entitatis. Ad prob. ex D. Tho. jam vidimus, quid intelligi debeat nomine habitudinis.

3. Arg. iterum in favorem ejusdem modi terminationis intrinsecæ, & est replica indefectibilitas terminationis sub conceptu terminationis intrinsecæ salvari potest absque defectu entitatis, & perfectionis, ergo negandum non est ex hoc motivo velle liberum Dei posse constitui per terminationem intrinsecam, cum aliàs illa admissa optimè salvetur illius libertas. Prob. ant. superiori exemplo mysterii Incarnationis. Nam personalitas divini Verbi intrinsecè terminat humanitatem; & tamen sic terminat, quòd potest non terminare illam, sola deficiente terminatione ab intrinseco quoad explicitum, vel sub puro munere terminationis, & non quoad intrinsecum entitatis, ergo poterit similiter deficere velle divinum ab intrinseco sub puro munere, vel quoad explicitum terminationis, & non quoad intrinsecum entitatis. Et ratio utriusque est, quia sicut personalitas noviter terminando nullam entitatem acquirit, sed purò intrinseco exercitio terminationis superaddito, ita divinum velle sine additione alicujus entitatis, aut perfectionis intrinsecè; terminans ad volitum creatum solo superaddito exercitio terminationis, ergo sicut illa sine omni defectu entitatis potest deficere ab intrinseco quoad purum exercitium, vel munus terminationis, poterit eodem modo deficere velle divinum.

Expl., & arg. hoc. Quia deficere entitativè, vel mutari non est quicunque transitus, sed de non esse ad esse, vel de esse ad non esse, ergo sicut hac ratione personalitas, quia nihil acquirit de entitate, aut perfectione noviter intrinsecè terminat humanitatem; sicut sine defectu nec de eadem deperderet, si eam desereret, habet sic eam intrinsecè terminare, cum posset non terminare cum solo defectu quoad explicitum terminationis, vel sub puro munere illius, & non quoad implicitum entitatis, similiter velle divinum, quia nihil entitatis, aut perfectionis acquirit terminando intrinsecè ad volitum creatum, poterit sic terminare ad illud cum solo defectu quoad explicitum, vel munus terminationis sine ullo implicito entitatis, & perfectionis.

Ad hoc dico in primis, quòd si hæc paritas, vel exemplum teneret quoad omnia, esset argumentum multipliciter solvendum à contrariis; quòd nempè divinum velle posset terminare in tempore ad idem volitum, & non ab æterno, sicut potuit personalitas; & quòd posset etiam modo non terminare sine ullo defectu, aut mutatione quoad implicitum sicut potest sine ullo eadem personalitas, quorum neutrum conceditur ab illis, nec concedi potest præcipuè quoad primum, ut fatentur communiter Thomistæ, & insinuat D. Tho. hic ar. 7. ubi ex immutabilitate Dei probat non posse velle in tempore, quod ab æterno noluit, aut velle, quod voluit ab æterno, & in solut. ad 4., cum si objecisset, quòd Deus nonex necessitate vult id, quod vult. Respondet, *quod licet Deum velle aliquid non sit necessarium absolutè, tamen necessarium est ex suppositione propter immutabilitatem divinæ voluntatis*. De quo M. Ferre hic §. 11.

Pro omnibus resp. quòd licet idem exemplum satis juvet ad componendum duo illa superiora tam difficilia, quòd nempè constitutivum velle liberi Dei, adæquatè consistat in aliquo intrinseco, & nihilominus indemnis omninò perseveret omnis ejus perfectio, non tamen quòd possint hæc duo salvari per quodcunque intrinsecum, aut per terminationem intrinsecam illius, sicut contingit in eodem mysterio, nem. quoad hoc est discrimen, ut statim dicemus. Unde in forma neg. ant. Ad prob. neg. conseq., & disparitas est, quòd terminatio personalitatis non est ab illa activè vitaliter, vel effectivè se habendo ad humanitatem, aliàs esset simul à tribus personis, cum omnis activus vitalis influxus, vel effectivus ad extra sit communis toti Trinitati, sed purè terminativè, vel passivè, & ideò potest præscindere, sive esse, & non esse cum solo defectu exercitii, vel puri muneris terminandi salvis omnibus intrinsecis personalitatis, sicut præscindit ab exercitio, vel munere terminandi respectu aliarum personarum, unde hujusmodi exercitium non superaddit ei sibi intrinsecè aliquid intrinsecum, quod deficere debeat illa non terminante, sed puram denominationem extrinsecam eidem advenientem, vel defectibilem ex solo defectu, aut mutatione humanitatis. Cæterum velle Dei est vitale activum, vel effectivum, quod præscindere nequit in aliquo sui conceptu juxta meritum vitalis activi à suis intrinsecis, aliàs non exprimeretur, aut non esset in sui terminatione, ut exercitium vitale, unde sicut non potest verificari, aut convenire nisi ratione alicujus formalitatis intrinsecæ, ita nec cessare, aut deficere non deficiente aliquo ex suis intrinsecis; & ideò deficiente terminatione illius quoad explicitum, vel munus terminationis, deficeret etiam quoad munus entitatis, & perfectionis. Et per hæc etiam patet ad rationem factam, & ad explicationem simul, & ad confirmationem.

§. XI.

Solvuntur alia argumenta.

Quart. arg. ex quodam recentiori ex societate ad principale intentum contrarium, quod non constituetur adæquatè per aliquid intrinsecum. Quia plura sequuntur inconvenientia ex hac nostra opposita sententia. 1. Quòd libera Dei volitio v.g. creandi hunc mundum esset adæquatè necessaria in essendo ut potè identificata actui necessario, & simul simpliciter libera in essendo, quia ut talis potuit non esse. 2. Quia sequeretur eundem actum Dei necessarium adæquatè identificari duobus actibus realiter incompossibilibus, volitioni nempè hujus mundi, & ejusdem nolitioni, quæ absolutè potest esse, & consequenter posse in Deo dari transitum à contradictorio in contradictorium, nempè à volente ad non volentem sine mutatione reali. 3. Sequitur volitionem, & nolitionem in Deo esse formaliter idem, quia essent formaliter, & adæquatè idem cum uno tertio. 4. Sequitur causam formalem adæquatam, qua Deus constituitur volens creare mundum posse esse in Deo sine suo effectu, quæ & similia inde inconvenientia manifestè repugnant huic principio. Idem non potest simul esse, & non esse.

Ad hoc, quo convincitur P. Platelius ad deferendum alios graviores ex Societate Suarez, Valentiam, Ruitz, & alios satis in favorem nostræ conclus. asse-

zentes liberam Dei volitionem esse actum præcisè divinæ voluntatis necessarium in essendo ratione suæ infinitatis, & ratiuna eminentiæ incomprehensibilis ita liberum in terminando, ut Dei arbitrio se extendat, & intrinsecè terminetur ad hæc, aut ista objecta determinatè, atque ita se ipso absque ullo alio, sive intrinseco, sive extrinseco, formaliter constitnere Deum liberè volentem, & absque ulla sui variatione potuisse non terminari ad illa, in qoo conveniunt cum communi Thomistarum excludente omne extrinsecum. Resp. procedere ex eo quòd actus ille summè actualis considaratur modulo nostro ad modum actus liberi in nobis, in quo, ut dictum est, ob soi finitatem, & potentialitatem nequeunt simul includi, aut uniri volitio, & nolitiu, sed tenetur voluntas dum alicit volitionem carere nolitione, & si de volente fiat nolens deponere volitionem ob eandem sui finitatem, & potentialitatem, quod non militat, nec militare potest de divina, & ejus actu, sed magis oppositum ob summam utriusque actualitatem, cum sint actus purus. Unde in forma neg. ant. Ad 1. inconvanienz neg. ant. quod velle divinum si præcisè in se ipso, vel in sue entitate, & actualitete aut respectu suæ bonitatis consideretur habeat rationem liberi, aut potentis non esse, aut non convenire, nihil enim invanitor in eo prout sic nisi ratio necessarii, ut innuit D. Tho. cap. illo 82. ex cont. Gent., dum ait, quòd *divina voluntas une, eodemque actu vult se, & alia, sed habitudo ejus ad se est necessaria, & naturalis*; unde rationem liberi habet ex excessu, & eminentia, qua fundat habitudinem ed alia non necessariam, nec naturalem, sed secundum convenientiam qoandam, seù voluntariam ut explicatum est. Et licet prout sic dicatur posse non esse, vel aliter se habere, scil. virtualiter eminenter, non tamen priori modo, vel in essendo, aut ut sistit in se, unde non est adæquatè, vel secundum omninò idem, aut eundem habitudinem, sive modum se habendi, vel prout sumitur absolutè in se, vel connexivè ad alie sibi non necessaria, & inadæquata vel simul adæquas necessarium, & liberum.

Ad 2. ex his dist., eundam actum necessarium adæquatè identificari, realiter formaliter conc., quia in se entitativè non admittit distinctionem realem formalem inter volitionem, & nolitionem; adæquatè tam re, quàm retione neg., quia prout sic distinguuntur secondum diversam habitudinem mudo explicato, nec sunt incompossibiles in acto summè actuali, licet non sint compossibiles terminativè simul, aliàs esset mundos simul volitus, & nolitus, sed in ratione entitatis, & perfectionis possunt simul esse in illo ob eandem summam actualitatem illius, qua vincit oppositionem, quam habent in nobis respectu ejusdem actus, & non solum respectu objecti, unde in Deo, ut idem entitativè terminetur per modum volitionis, & possit etiam per modum nolitionis, sufficit ut dictum est sola contingentie, vel alietas virtualis eminentialis conjuncta connexioni non necessariæ cum objecto sibi inadæquato, sine alietate, vel mutatione reali, vel formali. Et per hæc patet ad 3., quod sunt quidem realiter formaliter idem adæquatè, distingui tamen ratione, vel secundum diversam habitudinem.

Ad 4. dicimus, quòd licet causa formalis dans effectum formalem intra puram lineam formæ, sive intra purum genus causæ formalis nequeat semel communicata subjecto, vel esse in illo, & non det suum effectum formalem præcipuè primarium, cum sit ipsa forma eidem communicata, ut in 1. physic., & alibi explicatum est; si tamen det illum, aut sit in illo magis intra genus efficientis, quàm formalis, non est necessarium, quòd statim, ac intelligitur esse in subjecto, aut unita illi det suum effectum, quia non dat illum formaliter, vel per modum puræ formæ, sed voluntariè, sive pro beneplacito, & consilio suæ voluntatis, & secundum ordinem suæ infinitæ sapientiæ ut in caso. Solutio sumitur ex D.Th. 3.p. q.50. ar.2. ubi inquirens, an in morte Christi fuerit separata divinitas à carne 3. loco ad prob. quòd sic, proponit hoc arg. *Major est virtus vivificativa Dei, quàm anima; sed corpus mori non poterat, nisi anima separata, ergo multo minus mori poterat nisi separata divinitate.* Cui ut supra resp. *Dicendum quòd anima habet vim vivificandi formaliter, & ideò præsente, & unita formaliter, necesse est corpus esse vivum, divinitas autem non habet vim vivificandi formaliter, sed effectivè, Et ideò non est necessarium, quòd manente unione divinitatis ad carnem caro sit viva, quia Deus non ex necessitate agit, sed voluntate.* En discrimen manifestum inter præsentiam, vel unionem formæ per modum formæ dantis effectum formaliter, & unionem, vel præsentiam ejus dantis illum effectivè, quòd licet ad præsentiam illius priori modo statim ponatur effectus præcipuè primarius (nam quoad alios attendanda est etiam capacitas subiecti, ut ubi supra, & 3.p. ad qu.7. de gratia Christi explicatum est,) non tamen posteriori, unde licet in Deo perpetuò sit omnis ejus entitas, & intrinseca perfectio, non tamen statim inferenda est determinatè ratio volentis, vel nolentis, vel ratio liberi determinatè per modum volitionis, vel nolitionis, sed juxta consilium voluntatis suæ, & secundum ordinem infinitæ suæ sapientiæ, quia nempè Deus ad extra, vel ad alia à se, ubi supra, & proximè ait D.Tho., non agit, aut non se habet ex necessitate, sed voluntate.

Nec propterea ex hoc, quòd liberè velit, seù ita velit, quòd potuerit non velle, vel è contra, inferendus est transitus in illo ab actu volitionis ad actum nolitionis, vel è contra, sicut infertur in nobis, quia in Deo, cum sit actus purus non est indifferentia passiva ad actum, sed activa ab objectum, nam perpetuò eodem actu, ut iterum ait D. Tho., non solum vult alia à se, sed etiam se cum sola diversitate habitudinis, ut dictum est; sed solum transit terminativè, ut vidimus cum virtuali tantum, & eminentiali contingentia, vel alietate, quæ non obstat ejus puritati actus, sed magis arguit summam eminentiam in illo, qua utramque includit, scil. volitionem, & nolitionem cum excessu ad omne volitum creatum.

4. Arg., & potest esse replica. Omnis perfectio Dei est necessaria, & necessariò reperitur in illo, sed actus liber nec est perfectio necessaria, nec necessariò reperitur in Deo ergo nequit saltem adæquatè consistere in perfectione intrinseca illius: ma. patet, quia Deus est necessariò infinitè perfectus: mi. etiam constat, qoia liberum est, quod potest non convenire.

Dices ut supra, quòd licet non sit perfectio necessaria, vel necessariò non sit in Deo terminativè, vel objectivè, seù secundum habitudinem, vel connexionem ad alia à se, est tamen necessaria, & necessariò conveniens secundum omnem sui actualitatem, & perfectionem in se ipso, nam prout sic nun-

quàm

quàm deficit, aut deficere potest, cum importet habitudinem necessariam, vel naturalem, idest quòd prout sic ita se habet, quòd aliter se habere non possit.

Sed contra hoc est. Quia hinc sequitur indifferentiam, & libertatem objectivè tantum, vel extrinsecè convenire Deo, non intrinsecè, & entitativè, vel subjectivè, & in se ipso, consequens est alienum, ergo, Prob. ma. nam eo modo aliquid est indifferens, & liberum, quo potest non convenire, vel adesse, & abesse, ergo si solum potest non convenire objectivè, & extrinsecè, non entitativè, & intrinsecè, solum objectivè, & extrinsecè erit in Deo libertas, & indifferentia, non intrinsecè, & entitativè. 5. Ad hoc patet ex dictis, unde resp. benè ibi. Ad replicam dist., ut supra ma., quo potest non convenire juxta meritum, & conditionem liberi, conc., aliter neg., nam de ratione liberi increati, ut dictum est, non est necessaria mobilis convenientia, vel alietas realis formalis, sed sufficit virtualis eminentialis, qua ob sui eminentiam ita se habet, ac si aliter realiter se haberet: & hæc non convenit illi à priori ex objecto, sed ex summa sui actualitate, & perfectione, quæ excedit illud, unde non præcisè ab extrinseco conveniunt ei indifferentia, & libertas, sed ob habitudinem sui, vel connexionem non necessariam ad illud utram ex eadem sui perfectione infinita, & excessu ut dictum est.

Quintò Arg. in favorem Arrubal ad prob. volitionem liberam Dei præter perfectionem intrinsecam connotare necessariò, & essentialiter productionem tanquam formale distinctivum actus liberi à necessario. Velle liberum Dei non præcisè tendit in bonum creatum, sed dando illi existentiam, ergo connotat productionem ad extra, ut formale distinctivum sui ab actu necessario; ant. est certum, quia non tendit ad illud purè speculativè, sed practicè; conseq. verò prob. Nam per id debet constitui, ant distingui volitio per se tendens ad dandam existentiam, per quod illam communicat objecto volito, sed hoc propriè, & formaliter est causalitas, vel actio productiva ad extra, ergo hæc est connotatum formaliter distinctivum: minor patet, quia per illam influit in suum objectum effectivè extrahendo illud extra causas.

Ad hoc dist. ant., prius illud constituendo in ratione objecti, & voliti conc., aliter, nego, quia ut vidimus supra, cum volitio divina nullam supponat in creaturæ rationem boni ante se ipsam, quæ ratione in statu possibilitatis, ut probavimus, est eadem incapax terminandi amorem divinum, non solum dat illi rationem effectus, ant constituit eam in ratione producti communicando existentiam, sed priùs dat illi rationem objecti, & voliti, unde tenemur priùs supponere voluntatem jam determinatam intrinsecè per se ipsam, ut magis terminet per modum volitionis, quàm per modum nolitionis, antequam conferat eidem existentiam producendo illam, & consequenter, quód sit jam constituta ante omne extrinsecum, ac proindè quòd istud solum veniat, ut aliquid consecutum, & nullo modo ut constitutivum.

Sed instas iterum ut supra. Quia antecedenter ad omne extrinsecum, totum, quod reperitur in actu est necessarium, & immutabile, vel invariabile, ergo antecedenter ad illud nequit intelligi, quòd sic contingenter se determinet, & constituat objectum in ratione objecti potiùs voliti, quàm noliti; prob. conseq. Nam è contra omninò invariete non magis procedit hic effectus, quàm alius, ut patet ex terminis, ergo si totum quod est antecedenter in divina volitione est omninò necessarium, & immotabile, non magis ab illo poterit haberi ex parte objecti ratio voliti, quàm noliti.

Huic instantiæ patet ex dictis; & videtur retorquenda quoad rationem producti, nam totum etiam, quod reperitur in actu ente illam si non supponetur priùs determinata in ordine ad volitum magis, quàm nolitum, totum adhuc, quòd reperitur intrinsecè in actu est similiter necessarium, & invariatum, non minus ut ipsi dicunt, in ordine ad volitum, nisi velimus, quòd effectus præcedat se ipsum, & determinet causam ad sui productionem, quod implicat in terminis, quia deberet esse antequam esset, eo vel maximè, quod etiam in ratione prævisi non extrahit illum à ratione effectus, & consequenter elicujus consecuti. Quid ergo dicent de illo quoad hanc posteriorem producti ante omnem illius determinationem ab intrinseco, dicemus, & nos in ordine ad priorem voliti.

Pro omnibus ergo dist. ant. ut supra, est necessarium prout in se ipso entitativè, & in ratione perfectionis conc., connexivè, vel secundum omnem sui habitudinem, nego, quia ut sæpè dictum est, in ordine ad alia non se habet necessariò, seu secundum habitudinem necessariam, ut dicit D. Tho., sed voluntariam, cum infinitè excedat omne extrinsecum; & cum aliàs sit causa necessitatem habens modo explicato, nec indigeat determinari ad aliquo extrinseco contrapositivè ad causam creatam, & potentialem, potest se ipsam divina voluntas determinare, ut terminet per modum volitionis magis, quàm nolitionis, unde licet antecedenter ad rationem tam voliti, quàm producti sit omnimoda necessitas per exclusionem cujuscunque contingentiæ, & mutationis tam realis, quàm formalis, non tamen virtualis eminentialis, qua ità aliter se habere potest, ac si aliter realiter se haberet. De quo etiam videri potest D. Tho. quæst. illa 23. de veritate ar. 5. ad 1. ubi egregiè tradit totam hanc doctrinam, & optimè ostendit, quomodo ad salva eadem libertatem, & contingentiam in actu sufficiat formalis contingentia, & defectibilitas ex parte objecti, & ejus inadæquatio in ordine ad causam, sic quod in attingentia, & derivatione sui in illo contingens sit, licet in sa ipsa entitativè necessitatem habeat, & omnia sui intrinseca permanenter, & invariabiliter possideat. Unde inquit. *Quod ex voluntate sequitur aliquid eo modo, quo voluntas disponit. & non eo modo, quo voluntas habet esse, sicut accidit in causis naturalibus, in quibus attenditur assimilatio quantum ad eandem conditionem causæ, & causati, cum tamen in causis voluntariis attendatur assimilatio secundum quod in effectu impletur voluntas agentis.*

6. Arg. in favorem Vasquez, & potest esse replica contra solut. Nam in signo possibilitatis antecedente amorem creaturarum omnia sunt indifferentia tam objectivè, quàm subjectivè ex parte Dei, ergo ut in posteriori signo sit determinatè magis volens, quàm nolens, & objectum magis volitum, quàm nolitum tenemur recurrere ad aliquod extrinsecum saltem per modum respectus rationis determinativum, & constitutivum. Ant. supponitur, nam actus ille ab æterno indifferenter includit, ut nos etiam dicimus,

volitionem, & nolitionem, & indifferenter objecta sunt volibilia, & nolibilia, nam aliàs in posteriori signo non possent determinatè constitui in ratione voliti magis, quam noliti; neque etiam actus magis determinatè esse volitio, quam oolitio; consaq. verò prob. quia secluso omni extrinseco, aut respectu etiam rationis, nihil accrescit ex parte Dei, ergo stando in solo intrinseco non habetur determinativum, ut actus magis sit volitio, quàm nolitio, aut objectum magis volitum, quam nolitum; conseq. tenet, quia ut dictum est, extremis, vel causis manentibus omninò invariatis impossibile est sequi diversum effectum.

Explic., & urg. hoc. Nam in priori illo signo, in quo Deus non dum intelligitur amare creaturas, sed tantum se ipsum, non solum entitativè, vel in se ipso ad intra, sed etiam terminativè ad extra est omninò invariatus, cum propt sic adhuc oon intelligatur per suum actum terminari ad aliquod volibile ad extra, ergo in quocunque alio signo tam subjectivè, quam terminativè stando in puro intrinseco manebit omninò invariatus; prob. conseq., quia ex parte Dei, ut dictum est, stando in solo intrinseco nihil accrescit, ac per consequens nisi recurramus ad aliquod extrinsecum determinans saltem per modum respectus rationis, ut actus sit magis volitio, quàm nolitio non poterit sic determinatè se habere ad objectum ad extra.

Ad hoc, quod est præcipuum ejus fundamentum, jam responsum est supra, & videtur etiam manifestè solvendum ut vidimus ab eodem; nam de illo extrinseco, vel respectu rationis etiam inquiro, unde habeat, quòd magis sit per modum respectus rationis ad objectum volitum, quàm nolitum, si semel actus, cujus est respectus, vel quem concomitatur, non supponitur ante illum jam determinatus, ut sit magis volitio, quàm nolitio; aut unde fingere possumus, quòd magis determinet illum ad rationem volitionis, quàm nolitionis? Planè à se ipso id habere non potest nisi velimus quòd ipse fingat, aut efficiat se ipsum, aliàs esset antequam esset, Neque etiam habere potest ab actu, cum potiùs actus, ut contendit argumentum, id habeat à respectu, (& idem similiter est de quocunque alio extrinseco) neque est aliud assignabile nisi recurramus, ut supra, ad circulum vitiosū, qui proculdubio est inævitabilis juxta hunc, & alios hujusmodi modos dicendi recurrentes ad extrinsecum, tanquam ad constitutivum, aut aliquid spectans ad illud.

Respond. ergo nego conseq. Ad prob. nego suppositum ant. quòd ut dicatur determinatè volens in posteriori signo indigeat aliquo exteriori determinativo, quia ut sæpè vidimus ex D. Tho., divina voluntas est causa ex se necessitatem habens, ut explicatum est, ac proindè ipsa sufficientissimè consilium sibi, ut actus proprius terminetur per modum volitionis, vel nolitionis, unde ut in eodem signo se determinet, sufficit ut dicebamus, quòd virtualiter eminenter intelligatur habere aliquid de novo, quia sic se habet, ac si de novo aliquid haberet, & si esset capax novæ realitatis reverà illam haberet, nec est opus recurrere ad aliquod extrinsecum, vel respectum rationis, hæc enim omnia se habent solum concomitanter, aut consecutivè ad explicandam libertatem actus, non constituendam, cum sit libertas divina incapax omninò constitui per aliquod extrinsecum, & solum capax connexivè, aut voluntariè se habere ad illud, ut dictum est. Per quod etiam patet ad explic., vel confirm.

§. XII.

Solvuntur alia Argumenta.

Septimò Arg. in favorem etiam nostrorum recurrentium ad aliquem respectum rationis, Repugnat divinam volitionem sic contingenter, aut voluntariè se habere ad volitum creatum non intellecto respectu rationis ad illud, ergo aliquomodo ingreditur ejus constitutivum intrinsecum saltem ut conditio intrinseca, vel modus; conseq. tenet, quia id sine quo res intelligi nequit aliquomodo pertinet ad illius constitutivū, ut patet in pluribus inductivè, ut in ratione non visi respectu fidei, vel objecti ejus, licet istud quid divinum sit; & in ratione aprehensi respectu voluntatis, & illius objecti, sive boni, ad quod pertinet ut conditio intrinseca, sine qua nō habet bonitas finalizare, aut specificare illam, sicut nec fidem veritas divina sine ratione non visi. Ant. autem prob., quia repugnat actum terminari, aut tendere ad objectum non intellecto respectu ad illud, ergo cum Deus non referatur ad creaturam respectu reali, repugnabit actum ejus tendere, aut terminari ad illam non intellecto aliquo respectu rationis.

Explic. hoc. Quia secundum D. Tho., ut dictum est, divina voluntas, quia ex se necessitatem habet, determinat se ipsam ad volitum, ad quod dicit habitudinem non necessariam, sic quòd velle Dei in suo conceptu explicat habitudinem ad illud. Unde Div. Thom, hic ar. 2, ad 1, inquit, *quid licet velle divinum sit ejus esse secundum, rem, tamen differt ratione secundum diversum modum intelligendi, & significandi, In hoc enim quod dico Deum esse non importatur habitudo ad aliquid; sicut in hoc quod dico Deum velle, & ideo licet non sit aliquid aliud à se, vult tamen aliquid aliud à se;* & repetit, ut vidimus, ar. seq. ad 5. dicens, *Sed divina voluntas, quæ ex se necessitatem habet, determinat se ipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam.* Quod alibi etiam docuit ubi supra ex cont. Gent. In quibus videtur manifestè sentire, quod complatè, & integrè nequit intelligi velle Dei sine omni habitudine saltem rationis ad volitum præsertim creatum, ad quod aliàs, ut dictum est, referri nequit relatione reali, vel transcendentali.

Ad hoc jam dictum est: & videtur etiam ab eisdem ex nostris solvendum, nam si semel conceditur, quòd aliquid extrinsecum possit aliquomodo ingredi constitutivum actus liberi Dei, facilius alii Recentiores contendent superiores alios modos recurrentes pariter contra Thomistas communiter ad aliud extrinsecum, & fortè quidem à fortiori, cum videatur minus inconveniens recurrere ad aliquod reale saltem ut modum intrinsecum, aut conditionem, quàm ad purum respectum rationis.

Sed quidquid sit de hoc. Resp. ut supra, vel nego ant., cum probabilissimè plures negent Deum formare ens rationis, & ab æterno intellectus creatus cum non dum esset, formare non poterat illud ad constituendum actum liberum jam existentem ab æterno. Vel dist., non intellecto respectu rationis, concomitanter, vel consecutivè se habente conced.

ali-

aliter, vel à priori, aut consecutivè nego. In hoc enim differt actus summè actualis, vel infinitè perfectus, ut est quilibet divinus, à finito, & limitato, aut potentiali ut est quilibet creaturæ, quòd prior cum sit omninò independens ab omni extrinseco non indiget illo sicut posterior, sive per modum specificativi extrinseci, ut est objectum, sive intrinseci, ut est ordo, vel respectus ad illud, aliàs summè independens non esset, nec sibi sufficians, quod est alienum ab ente summè actuali, vel infinitæ perfectionis; immò si indigeret, magis videretur indigere respectu reali transcendentali, ut patet in cœteris actibus in ordine ad eorum obiecta, sine quibus, aut sine respectu ad illa intelligi nequeunt plenè saltem, aut completè constituti. Unde etiam concesso tali respectu rationis ad volitum creatum nullo modo pertinere potest ad constitutivum actus liberi Dei, sed tantum consecutivè, aut concomitanter se habere ad illum. Per quod patet ad illius prob. quia vel non est tendentia per modum relationis, sed magis per modum habitudinis, vel connexionis non necessariæ vel si per modum respectus solum est consecutivè, aut concomitanter. Ad exempla verò statim dicemus;

Ad confirm. ex D.Tho. jam etiam dictum est, non esse præcisè intelligendum de habitudine per modum respectus, nam aliàs magis videretur habitudo necessaria, quàm non necessaria, si ita requiritur, quòd sine illo intelligi nequit completè actus constitutus, aut quòd omninò pertineat ad intrinsecum ejus constitutivum; licet nos sic explicemus per respectum rationis, quia ut docet idem supra quæst. 13. ar. 1. ad 2., quia summam eius actualitatem, excessum, & independentiam concipere aliter non possumus ob imperfectum modum intelligendi divina ad modum creaturarum, & propterea etiam omnis noster conceptus de Deo dicitur connotativus ad res materiales, ut etiam innuit verbis illis ad 1. *Sed differt ratione secundum modum intelligendi, & significandi*. Quia nempe nos summam illam eminentiam actus summè actualis, & infinitè excedentis omne volitum creatum, nequit intellectus noster concipere, & significare sine respectu, aut habitune non necessaria. Quod verò ait. In hoc distingui velle ab esse, quod illud est aliquomodo respectivum non verò istud, iterum dicimus id salvari sufficienter per hoc, quòd quia valle, vel actus concernit objectum, (cū per illū fiat illi communicatio divinæ bonitatis, non vero per esse,) attenditur in actu diversus ille modus se habendi ad illud, scil. voluntarie, non necessariò sicut ad suam bonitatem, ut ait cap. relato ex cont. Gent., quod non contingit in esse, quod se habet omninò ad se, & non ad objectum. Cæterum modus iste non est limitandus ad rationem respectus, sed vel ad rationem hanc, & tunc solum consecutivè, vel concomitanter se habentem suppositio, quòd Deus ab æterno illum efficiat; vel ad modum se habendi per modum connexionis, ut dictum est, nam aliàs inferenda esset habitudo, per modum respectus, ut insinuavimus, tam in ordine ad suam bonitatem, quàm ad volitum creatum, cum tamen illam non respiciat, aut terminetur per modum tendentiæ, aut respectus, sive realis, sive rationis, sed magis per modum identitatis, aut connexionis omninò necessariæ, utpotè ad objectum, sibi adæquatum.

Et ratio est etiam, ut dicebamus, quia supposita omnimoda independentia in Deo ab omni extrinseco, quam illi negare non possumus, salvo jure primi efficientis, vel nullo modo potest exire ad extra respectu aliquo reali, ut fatemur omnes, vel non indiget sic etiam exire respectu rationis, aliàs omninò independens non esset, si sine isto haberi nequit integrum ejus constitutivum intrinsecum. In quo maximè differt à quolibet ente respectivo creato, sive potentia, sive habitu, vel actu, quia cum ista perficiantur, utpotè entia potentialia, per sui objecta, non derogat eorum perfectioni, etiamsi quid supernaturale sint, quòd ex parte illorum requiratur aliquid ut conditio, vel modus intrinsecus: Neque etiam id derogat perfectioni objecti, etiamsi quid divinum sit ut in objecto fidei, quia non consideratur prout sic juxtà meritum sui, sed juxta modum tendendi imperfectum potentiæ, vel habitus, aut actus, ut patet etiam in objecto spei, cui adjungitur ratio futuri, quæ tamen repugnat Deo secundum se.

8. Arg. ad prob. actum liberum non esse virtualiter distinctum à necessario. N... perfectio Dei absoluta est una, & simplicissima etiam virtualiter licet in se omnes perfectiones creaturarum eminenter, vel formaliter contineat modo explicato, ergo pariter actus divinæ voluntatis erit unus, & simplicissimus etiam virtualiter, licet omnem perfectionem contineat actus liberi, & necessarii: antec. patet, quia eadem est ratio de perfectione Dei absoluta, atque de ejus essentia, ergo sicut essentia est una, non multiplex etiam virtualiter, pariter erit una, & non multiplex etiam virtualiter, perfectio absoluta. Conf. verò prob. non ideo perfectio est una etiam virtualiter non obstante tam multiplici continentia aliarum perfectionum, quia modo unitissimo, & simplicissimo continet illas, sed etiam actus divinæ voluntatis sic etiam præcontinet perfectionem liberi, & necessarii. Tum quia actus iste est ipsa perfectio, & essentia sub quacunque ratione reali consideretur ergo.

Urg. hoc pluribus instantiis. Nam actus divinæ providentiæ est unus etiam virtualiter licet terminetur ad diversa objecta naturalia, & supernaturalia, reprobos, & prædestinatos. Similiter actus scientiæ divinæ est idem virtualiter, licet respiciat diversa objecta, scilicet possibilia, in ordine quæ, dicitur simplex intelligentia, & futura, respectu quorum dicitur sciētia visionis, & sic de aiis, ergo pariter actus divinæ voluntatis erit virtualiter idem, licet ut terminatus ad divinam bonitatem sit necessarius, & ut ad volitum creatum sit liber,

Ad hoc, quod est cujusdam Thomistæ dicimus primò, quòd videtur nimis probans, nam facilè etiam probare posset, ut insinuavimus, inter nulla ferè attributa esse admittendam distinctionem virtualem, cum pariter realiter formaliter quid simplicissimum sint, & summa pariter in re gaudeant unitate formali, & realiter iterum formaliter sint ipsa perfectio, & essentia divina. Respond. ergo ut supra licet sub aliis terminis, quòd sicut in Deo concipimus duplicem rationem actus puri, scil. generalem, vel transcendentem, quæ ambit omnia divina, & particularem, vel determinatam, quæ convenit cuilibet attributo in sua linea, ità similiter duplicem distinguere possumus perfectionem, alteram, quæ transcendat omnia divina, & in se perfectissimè adunet omnes perfectiones creaturarum, alteram deindè veluti gradualem, & hæc quidem multiplex est virtuali-

tualiter, secundum quòd quælibet perfectio simplex ex sui ratione formali, ut dictum est, habet proprium constitutivum, & consequenter distinctivum à qualibet alia alterius lineæ, aliàs nec possent multiplicari attributa virtualiter distincta. In forma ergo dist. antec. Perfectio generalis, vel transcendens conc., gradualis, & veluti specifica, aut determinata nego. Ad prob. dist. eodem modo ant., & nego conseq. loquendo de graduali.

Ad confirm. quidquid modo sit de ant., de quo jam aliquid in superioribus, & infra etiam de prædestinatione, nego conseq., & disparitas est, tum quia prædicti actus, ut præcisè terminantur ad objecta materialia non ita important perfectionem simpliciter simplicem adæquatè per rationem distinctam ab aliis, ut ratio liberi, ut ostensum est. Tum quia actus liber ut vidimus, etiam ut liber non tantum versatur circa objectum secundarium, & materiale, sed etiam circa primarium, sumpta ejus libertate à priori ex eminentia, & excessu divinæ voluntatis supra omne volitum creatum, ex quo proindè contingenter, & voluntariè se habet, ut sibi non necessarium, & inadæquatum, unde non videtur eidem sufficere, quòd importet puram terminationem veluti extrinsecam, aut respectum rationis superadditum ad rationem necessarii, sed etiam perfectionem virtualiter, aut ratione ratiocinata distinctam.

Ultimò tandem arg. contra 2. par. concl. nostræ recurrentem ad objectum non habens necessariam connexionem cum divina bonitate necessariò amata, & similiter procedit, sicut superius in favorem respectus rationis. Nam ex eo contendimus prædictum respectum nullo modo ingredi posse constitutivum actus liberi Dei, quia hic est omninò independens, ac proinde sibi sufficientissimus sine illo ut pertinente ad sui constitutionem in ratione liberi, ergo nec poterit constitui per hoc, quòd sit volitio objecti non habentis præfatam necessariam connexionem, ita ut ad salvandam ejus libertatem requiratur etiam objectum creatum volitum.

Ad hoc M.Ferre adæquatè explicans constitutivum per eandem 2. par., resp. divinitatem esse quidem sufficientem ad salvandum conceptum libertatis in Deo quoad rectum illius non tamen quoad obliquum & satis esse ut dicatur sibi sufficere ad radicandum attributum ejusdem libertatis independenter à respectu rationis, quia licet divinum velle connotet objectum non necessariò connexum cum divina bonitate, rectum tamen libertatis consistit in ipsa actualitate actus, ac proindè forma constitutiva illius est quid divinum, licet connotatum sit creatura volita; & cum sibi obiiciat hinc tantum convinci respectum rationis non esse formam constitutivam ejusdem actus in esse liberi, non tamen, quòd non sit complementum constitutivi, & ita non impugnari Authores, qui dicunt velle divinum constitui in ratione liberi per aliquid reale connotando tamen respectum rationis, qui potuit non esse. Respondet ratione à se facta, [nempè quòd aliàs divinitas, non esset sufficiens ad radicandum idem attributum] non impugnare eos, qui dicunt respectum rationis se habere tantum, ut complementum, vel conditionem sine qua non, sed alios, qui volunt esse formam constitutivam, quia tunc efficaciter infertur in sufficientia divinitatis ad illud radicandum, si aliundè indigeret forma rationis, aut eam expectaret ad illud formaliter constituendum, unde etiam volitio efficax libera Dei, quæ est causa rerum esset ens rationis.

Sed hæc solutio licet revera efficax sit ad idem intentum, & eam insinuet Mag. Catalam 3.p. qu.10. ad ar.2. dub.2. relato ad 2. in supposito 2., quia tamen ut ea utitur præcedens Mag. videtur admittere, quod intendunt priores Authores, nempè respectum rationis aliquomodo concurrere ad idem constitutivum, ac proinde non haberi illud adæquatè ab intrinseco, ut jam communiter contendunt Thomistæ, adhuc videtur ab eodem, & à nobis omnibus solvendum. Unde cum posteriori Mag. ut supra, Resp. omnia hujusmodi extrinseca se habere tantum consecutivè, aut concomitanter non constitutivè, sed supponere actum jam in esse liberi integrè constitutum, quia licet à nobis ob insufficientiam nostri intellectus intelligi nequeat sic plenè constitutus, sine aliquo extrinseco, aut sine eodem respectu ad objectum sibi non necessarium, ob defectum non necessariæ connexionis cum divina bonitate, id totum tamen oritur à priori, ut dictum est, ex eminentia, & excessu supra omne extrinsecum, unde totum consecutivè se habet, aut purè concomitanter materialiter, & nullo modo, ut conducens ad ejus constitutionem, nisi velimus, quòd hoc, quod est Deum esse causam ex se necessitatem habentem, (ex quo plenè haber, ut air D. Tho. hic ar.3. ad 5. se intrinsecè determinare ad contingenter, scil. virtualiter eminenter se habendum ad objecta ad extra per modum volentis, vel nolentis, quæ est summa perfectio in illo,) accipere ab aliquo creato, & non habere plenissimè à se ipso, nec sufficientissimè divinam voluntatem esse consilium sibi, quod est alienum ab eadem summa sui actualitate, & independentia.

In forma ergo nego suppositum consequentis, quod in eo sensu intelligatur 2.pars conclus., ut scil. objectum volitum, vel respectus ad illud veniat constitutivè, sed tantum consecutivè, vel concomitanter respectu nostri, quia nequit intellectus noster ob sui imperfectionem intelligere sic constitutum sine illo, & non quia illo indigeat, aut exigat divina volitio ad sui constitutionem in ratione liberi, sed magis infert illum ex sui libertate in infinitum excedente omne volibile, aut nolibile, vel omne volitum ad extra. Quæ valde notanda sunt in hac re ad rectè concipiendam libertatem divinam, & adæquatam ejus intrinsecam radicem, vel constitutionem sine ullo defectu ex parte Dei, & cum sola virtuali eminentiali contingentia, aut alierate, ut explicatum est, qui videtur modus facilior, & congruentior ad explanandam rem tam difficilem, & arduam.

Ex his etiam, & superioribus colligere possumus, cur Deus sit causa magis immutans, quàm non immutans, aut magis volens, quam nolens objectum ad extra sine omni vitio circuli, in nostra sententia fiat satis dicendo tom ex parte creaturæ à posteriori, quia est volita, tum ex parte Dei à priori juxtà D.Tho., quia est causa ex se necessitatem habens, ac proinde se ipsum intrinsecè determinat sine indigentia exterioris principii, ut magis ad illam se habeat per modum volentis, quàm nolentis, sive ut eam subjiciat sibi magis per modum voliti, quàm noliti, dando ei non solum rationem effectus producendo, sed etiam rationem objecti volendo illam, ac præparando in causa, ut aliquando sit, scil. tempore determinato juxta consilium suæ voluntatis,

& or-

& ordinem infinitæ suæ sapientiæ. Neque ad hoc requiritur, ut dictum est, aliqua realis, vel formalis mutatio ex parte sui, sed solius creaturæ, nam ex parte sui ad salvandum plenissimè conceptum libertatis, ut pote perfectionis simpliciter simplicis, sufficit ut dictum est, quòd intelligatur virtualiter eminenter habere aliquid de novo, quia sic se habet ob eminentiam suæ infinitæ perfectionis, ac si de nuovo aliquid haberet, & si novæ relatatis esset capax, revera illam haberet. Ex quo etiam diximus, quòd ut intelligatur ejus determinatio, sufficit quòd cognoscatur virtualiter eminenter aliter se habens. Cœterum in aliis modis dicendi recurrentibus ad aliquod extrinsecum tanquam spectans ad ejus constitutionem, & maximè per modum formæ vix aut nonquam evitabitur prædictus circulus, ut patet ex dictis, & facilè constare poterit rectè considaranti meritum urriusqſe extremi. Placuit autem gravissimam hanc difficultatem paulò fusiùs pertractare, quia breviori calamo exposita fortè diffisilior evasisset.

§. XIII.

Expeditur difficultas an possit Deus incipere velle aliquid in tempore, aut etiam desistere ab illo sine sui mutatione.

Sermo est de mutatione physica, quam negant alii ex Societate Molina supra ad q.14.ar.5.existimans solum inferri vicissitudinis obumbrationem; & Suarez disp.30. metaph. sect.4., solam admittens mutationem moralem, & alii recentiores. Supponimus autem ut certum de fide non posse Deum ita velle in tempore, aut desistere in tempore à decreto semel habito ab æterno, ut sæpè tradit Scriptura num.23. *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur.* Prov.9. *multæ cogitiones mortalium; voluntas autem Domini manet in æternum* Malach.3. *Ego Deus, & non mutor.* Unde rectè D. Tho. hic ar. 3. in corp. concludit, quòd licet velle Dei in ordine ad alia à se non sit necessarium absolutè: *est tamen necessarium ex suppositione: suppsitis enim quod velit, non potest non velle, quia non potest voluntas ejus mutari.* Difficultas ergo est de qualitate mutationis, an revera sequatur physica, ut communiter sentiunt Thomistæ, an solum alia superior ut dicunt præfati Authores.

Respond. ergo affirmativè quoad priorem physicam, ut expressè etiam tradit D.Tho. hic ar.7., ubi inquit. *Sed circa hoc considerandum est, quòd aliud est mutare voluntatem, & aliud est velle aliquarum rerum mutationem. Potest enim aliquis eadem voluntate immobiliter permanente velle, quòd nunc fiat hoc, & postea fiat contrarium. Sed tunc voluntas mutaretur, si aliquis inciperet velle, quod priùs non voluit, vel desineret velle, quod priùs voluit.* Quòd verò loquatur de mutatione physica constat ex ratione, quam immediatè subdit, nempè quia *id accidere non potest nisi præsupposita mutatione vel ex parte cognitionis, vel circa dispositionem substantiæ ipsius volentis*, Constat autem, ut statim etiam dicemus, hanc esse physicam.

Prob. hoc reducendo illam ad hanc formam. Non potest Deus sic in tempore velle, aut cessare sine mutatione vel in substantia, vel in cognitione ejus, sed utraque ut patet, est physica cum tam substantia, quàm cognitio volentis non sit quid morale, aut apparens sed quid physicum, & statim iterum constabit, ergo. Prob. ma. quia id solum provenire potest, vel ex hoc, quòd incipiat sibi esse bonum, & conveniens, quod bonum, & conveniens non erat; vel ex hoc, quod de novo ut bonum cognoscat, quod priùs ut bonum non cognoscebat, sed primum arguit mutationem in divina substantia, posterius verò in ejus cognitione ergo. Ma. constat, quia cum objectum, volunt tis sit bonum cognitum contingit novitas volitionis, vel ex novitate boni, vel ex novitate cognitionis. Minorem verò pro 2.p. supponit D. Tho. ex dictis supra q.14. ar.15. Pro prima autem ostandit exemplo illius, cui incipit esse conveniens sedere ad ignem, cum priùs disconveniens, aut conveniens non esset, quod non aliter contingit, nisi quia physicè mutatus est de calido in frigidum, unde ait, *sicut adveniente frigore, incipit esse bonum sedere ad ignem*; quia nempè per physicam mutationem fit ex frigido calidus. Quod etiam alio simili explicat Illustris. Godoii hic §. 2. disp. 53. tract. 6. in homine irato, cui prout sic bona apparet inimici vindicta, quam tamen postea pacatus judicat disconvenientem.

Dices cum Suarez, Valentia, Vasquez, & aliis, quibus non placet ratio D.Tho., quòd videtur deficiens, & diminuta, quia non numerantur omnes causæ, ex quibus potest provenire eadem inceptio, & cessatio, nam est alia assignabilis, ex qua invariato bono, & cognitione boni id contingere potest, scil. propria libertas supra sui amorem, aut supra proprios actus liberos. §. Sed hæc solutio videtur imprimis petitio principii, nam de hoc inquirimus, an possit salvari talis libertas in Deo ad incipiendum, vel cessandum in tempore sine mutatione physica, vel in substantia, vel in cognitione ejus, & hoc solum ex duplici capite, ad quæ recurrit S. Tho., ostendi, nec est aliud assignabile præcipuè respectu Dei. Unde impug. sic. Licet volens imprudenter, & sine consilio possit sic noviter velle, aut cessare invariato bono, aut cognitione boni, solius exercitii libertatis causa, non tamen volens secundum infinitam sui sapientiam, & prudentiam, ut est Deus, omnia scil. prudentissimè, & sapientissimè volens ad extra ad finem suæ bonitatis manifestandæ, & communicandæ, non quasi otiosè ad experimentum suæ libertatis, ut contingere potest in nobis ad jocum, vanitatem, vel otium, ergo nequit aliter contingere in Deo sic incipere, aut cessare, nisi ex duplici illo capite assignato à D.Tho.

Dices, quòd cum exercitium libertatis sit etiam speciale bonum non quasi otiosà, sed prudenter potest id contingere in Deo absque omni variatione sive in bono amato, sive in illius cognitione. §. Sed contra hoc est, & simul urgetur præcedens replica, nam præterquàmquòd ut dicebamus, non videtur id conducere ad excellentiam suæ infinitæ bonitatis, qua vult magis eam communicare, quàm cessare ab illius communicatione, ut manifestè patet ex perpetua praxi immensæ suæ charitatis in utroque ordine naturæ, & gratiæ in exhibitione sui, unde non vida-

videtur fundamentum recurrendi ad hoc tertium caput, sive ad experimentum, vel exercitium libertatis sine ulla omninò diffusione sui, imò cum cessatione ab illa ob præcisum bonum ejusdem exercitii; Adde etiam solutio videtur destruere se ipsam, Quia si aliquid convincit, magis convincit repugnare, aut nolle, quam velle idem bonum, ergo aut in subsistens, Prob. antec. Quia velle solum incipere in tempore, vel temporaliter cessare à sui libero decreto idem est, quòd ab æterno omninò suspendere illud, suspensione scil. omissiva, usque ad determinatum tempus, & deinde cessare, vel iterum suspendere usque ad aliud determinatum, sed utroque modo ut patet, magis importatur defectus, aut carentia exercitii, quàm exercitium, cum reducatur ad puram omissionem illius, ergo magis convincit, quòd nolit, quàm quod velit idem bonum, aut quòd ob illud bonum id contingat in Deo, si revera magis removetur, aut retardetur, quàm quòd ponatur, aut exerceatur.

Dices fortè ita esse, quòd removetur, aut retardatur, quia tamen id contingit pro sui beneplacito, in hoc manifestatur bonum suæ libertatis, sive quòd ex eadem tanquam ex radice id proveniat. 5. Sed contra hoc est eodem argumento. Nam licet pro sui beneplacito retardetur, aut removeatur, vel cesset, adhuc tamen dilatio, vel remotio important puram negationem exercitii, ergo quidquid fit, quòd ex sui beneplacito id contingat, non tamen per illas promovetur bonum illius, aut quòd Deus ob illud noviter prudenter se gerat, cum sit de subjecto non supponante, dum differtur, aut removetur.

Urg. hoc. Nam illud bonum exercitii, vel fuit sibi bonum, & conveniens ab æterno, sed solum in tempora cognitum, aut solum incepit temporaliter esse bonum sibi; aut fuit ab æterno simul cognitum, & bonum sibi, sed ob libertatem usque ad tempus non habitum. Primum, & secundum sine mutatione physica in substantia, & in cognitione Dei affirmari non possunt, ut probatum est ex D. Tho. Tertium vero ut proxime arguebamus, non videtur posse rationabiliter subsistere, ergo nec dilatio, vel cessatio usque ad tempus ejusdem decreti prudens esse non potest, nisi vel in bono, vel in ejus cognitione variatio contingat.

Secundò etiam principaliter impugnatur solutio, & simul urgentur præcedentes replicæ. Ex eo potest quis rationabiliter cessare ab amore alicujus boni solius exercitii libertatis causa, in quantum putat hoc exercitium esse sibi majus bonum, quàm continuatio amoris alterius boni, sed id contingere non potest invariato bono, & cognitione ejus, ergo adhuc subsistit propositio D. Tho. non obstante recursu ad exercitium libertatis; nempè quòd nullus desistit ab amore boni voliti invariato bono, & cognitione ejus ma. constat, quia in eo, quòd deserit unum propter aliud, præfert unum alteri, non enim desereret, nisi præferret; propter quod enim, unumquodque tale, & illud magis, ergo in tantum quis deserit amorem unius boni propter aliud bonum, in quantum illud reputat sibi majus bonum, vel magis conveniens Equidem prædictum axioma specialiter tenet quando potest fieri reflexio super aliud ut causam, sicut dum dicimus luna est lucida propter solem, & sol est lucidus, ergo est magis lucidus, ut proportionabiliter in casu, nam deseritur unum bonum propter aliud, & illud est bonum, scil. exercitium libertatis, ergo illud est magis bonum, & magis conveniens, aliàs non videretur rationabiliter procedere, Prob. mi. quia bonum, quod deseritur respectu boni prælecti apud amantem minoratur, vel fit minùs conveniens ad intentum volentis hic, & tunc, ergo nequit intelligi, quòd cesset ab amore illius, bono invariato, aut cognitione ejus, ac proindè sine variatione amantis, vel in substantia, vel in cognitione illius, ut rectè arguit D. Thom. ergo cum respectu Dei nihil possit transire de bono majori ad minus bonum, vel ad minus conveniens, aut è contra salva ejus immutabilitate, repugnat Deum temporaliter cessare à volitione alicuius boni sine physico præiudicio suæ immutabilitatis.

2. Prob. resolutio, & simul urgentur hæc omnia, & præcipuè antecedens replica. Repugnat Deum velle incipere, aut desinere velle in tempore, invariato bono volito, sed illud nequit variari, Deo non variato in se ipso, Ma. patet, quia cum quodlibet bonum creatum sit participatio divinæ bonitatis ante volentem sibi communicare illam, habet solam non repugnantiam, ut sibi eam Deus liberè *velit* communicare, unde etiam qui tenent posse volitionem Dei terminari ad creaturas possibiles, dicunt, ut vidimus, reduplicato eodem statu solum posse terminari ad illas per modum simplicis complacentiæ, quia nequit in eisdem supponi aliqua bonitas ante illius amorem efficacem, qui est terminus, vel effectus eiusdem amoris, ergo non potest contingere, quòd Deus sic incipiat velle, aut desinere ob amore voliti boni, non accepta, aut de perdita ab isto bonitate sibi communicata, quod est propriè mutari. Hinc iterum etiam prob. mi. quia repugnat quòd ab æterno non sit, & solum in tempore sit volens communicare, vel è contra, nisi transeat realiter de volente ab æterno ad volentem in tempora, vel e contra, ergo nequit id contingere sine mutatione ex parte sui, unde esset in potentia.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio si fiat recursus ad solam denominationem, vel mutationem extrinsecam, vel terminativam. Nam hoc est discrimen inter Deum operantem in tempore, & volentem in tempore, itaut nulla fiat mutatio in ipso, sed tantum in effectu, dum transit de non operante in operantem, quia solum in tempore exequitur, quod ab æterno iam voluit, itaut in tempore solum ponatur ex vi volitionis efficacis habitæ ab æterno, unde ex parte sui nihil de novo advenit, et si porreretur volitio non habita ab æterno, iam aliquid de novo etiam adveniret ex parte Dei, ergo nequit salvari transitus de non volente ab æterno ad esse volentem in tempore, sicut salvatur de non operante in operantem cum sola denominatione, aut terminatione extrinseca, sed sicut realiter effectus transit de non actu amato ad actu amatum cum sui mutatione intrinseca, ita realiter transiret volitio divina de non volitione ad volitionem ejus cum sui pariter mutatione. Qua ratione etiam supra dicebamus proportionabiliter de illius æternitate, (& idem est de aliis similibus denominationibus,) quod si ab æterno non asset physicè præsens, & coexistens futuris, sed solum temporaliter in eorum productione non esset defectus, aut mutatio tantum ex parte connotati, sive futori, sed etiam ex parte ipsius æternitatis, quia cum illis coexistat ratione suæ infinitæ, & simultaneæ continentiæ, deberet realiter transire de non continente in continentem, ac proindè realiter

liter mutari in ratione mensuræ, & durationis si deberet expectare temporalem durationem creaturæ.

Quod verò ait Moline solam sequi vicissitudinis ob umbrationem, non mutationem videtur mere confusio, vel æqoivocatio terminorum scripturæ, dum dicit *apud quem non est mutatio, nec vicissitudinis ob umbratio*, nam pro eodem accipitur utraque vox à Patribus, quia nempè mutatio est quædam umbre divini luminis, unde obscuraretur istud, si esset mutatio in Deo, quia hæc non est in illo, ideò nec est vicissitudinis obumbratio. Ita Greg. lib. 12. moralium c. 37. dicens. *Ipsa enim mutabilitas umbra est qua quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret, sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercedit.*

§. XIV.

Solvitur unicum, ac difficile argumentum.

ARg. contra resolutionem. Nam per nos ut supra explicatum est, sicut voluit Deus mundum ab æterno, its potuit nolle salva omni ejus immutabilitate physica, ergo eadem salva poterat illum velle in tempore, quem non voluisset ab æterno, non enim apparet discrimen inter priorem, & posteriorem transitum; nam si per nos optimè salvatur prior, & propriua conceptus libertatis non obstante tali transitu sine omni variatione, aut mutatione intrinseca, sive in substantia, sive in cognitione, & sine defectu perfectionis in illo cum sole virtuali eminentiali contingentia, vel alietate, aut cum solo defectu terminationis, aut respectus rationis, aut connexionis ex parte objecti, ut alii Thomistæ explicant, cur non poterit similiter salvari posterior hic transitus in tempore?

Urg., & explic. hoc. Ex eo salvatur prior transitus sine mutatione, quia juxtà prædictos modos explicandi nihil reale advenit de novo, aut de perditur, ex vi illius, sed sola novitas virtualis eminentialis, vel puræ terminationis, aut connexionis; sed idem contingeret in posteriori, cum non videtur assignabilis disparitas, non enim Deus est minùs infinitè perfectus, aut minoris actualitatis in tempore, quàm sit ab æterno, ergo.

Urg., & explic. ulteriùs superiori exemplo mysterii Incarnationis. Ita est Deus summè infinitè perfectus, & summè actualis in subsistendo, vel terminando naturam creatam, quàm sit in volendo illam, sed potuit nihilominus facere illam subsistentem, aut terminare in tempore, sine omni motatione ex parte sui, cum sole mutatione ex parte humanitatis, ergo potuit similiter velle in tempore cum sola mutatione ex parte illius, & non in se ipso. Et ratio utriusque est proximè assignata, quia non contingit realis mutatio sine novitate reali perfectionis acquisitæ, vel deperditæ, ergo sicut ob sui infinitam perfectionem, & actualitatem in subsistendo potuit in tempore terminare sine omni intrinseca mutatione pariter potuisset in tempore velle.

3. Quia in omni signo ante volitionē hujus mundi Deus perpetuò habet omnem perfectionem, & actualitatem sibi debitam, cum in nullo concipi possit ut carens illa, aliàs non conciperetur, ut Deus, vel summè infinitè perfectus, & actualis, ergo pro nullo posteriori etiam temporali concipi potest, ut acquirens aliquem de novo, aliàs pro priori ante illam non conciperetur, ut habeos omnem.

4. Denique, & retorquetur discrimen superius inter transitum de non operante ad operantem, & de non volente ad volentem. Nam Deus operatur, & producit ad extra per liberum sui velle, seu per efficax sui decretum liberum, cum per nos non operetur ad extra per actionem formaliter transeuntem, ergo si prior transitus salvari potest sine omni sui mutatione physica, pariter salvari poterit posterior, ac proindè sicut ex mutatione effectus noviter producti nulla arguatur mutatio intrinsece ex parte Dei, sed solum ex parte creaturæ, nulla pariter arguetur ex mutatione istius noviter volitæ.

Ad hoc, quod non leviter tangit præsentem, & superiorem etiam difficultatem de constitutivo. ejusdem velle liberi. Respond. dist. claritatis gratie ant., ita potuit nolle, per solam virtualem eminentialem alietatem, vel contingentiam semper habitem conc., aliter, nego ant., & conseq., quia si inciperet velle in tempore non esset pura alietas virtualis eminentialis, sed etiam realis formalis ob rationem D. Th., quæ tamen non militat de volitione æterna, quæ licet ot libera est, dicatur potuisse non esse, scil. virtualiter eminentialiter, non tamen realiter formaliter si semel æterna est, nam supposita ejus æternitate, perpetuò objectum fuit sibi bonum conveniens, & cognitum, cum semper fuerit volitum, cujus oppositum contingit, si solum esset volitum in tempore, quia cum non possit supponi bonum ante volitionem divinam, per quam est omnis participatio bonitatis in creaturis, nec iterum supponi possit cognitum, ut bonum conveniens, quando adhoc reverà non est bonum, nec conveniens, utrobique esset motatio, ut convincit eadem ratio: & per hæc etiam patet ad confirm.

Ad 2. dist. iterum claritatis gratia. Non minus, & eodem modo se habet in terminando, ac in volendo, nego, diverso conc., quia cum denominatio volentis non connotet objectum, ut in propria mensura, (cum non sit actio transiens, ut dictum est, sed de numero immanentium,) sed ut contentum in mensura æternitatis, vel ad intra in essentie divina, ut determinata per decretum, obi nequit esse novitas, si semel non esset ab æterno, sed in tempore, ejus denominatio temporalis necessariò afferret variationem entitatis actus in se ipso, cæterum denominatio terminantis, vel facientis subsistere naturam creatam, vel subsistentis in ille, connotet ex oppositione naturam ad extra, & ideò est denominatio de linea transeuntiom, ut jam insinuatum est, (& iterum dicemus de denominatione producentis.) & ideo possunt advenire tantum extrinsecè sine ulla variatione intrinseca. Unde paritas hæc, & aliæ hujusmodi procedunt ex fallacia non causæ, et causæ. Et per hæc patet etiam ad rationem factam, nam licet ex summa actualitate, & perfectione Dei salvetur libertas, sive in volendo, sive in terminando, [cum ex eadem habeat, quòd nihil sibi ex aliis à se accrescere possit, ac proindè utrobique sit ad aliquid non necessarium, vel non necessariò connexum cum divina bonitate necessariò volita, & cum divina natura necessariò terminata,] est tamen discrimen assignatum inter vo-

 lendo

lendo, & terminando, vel producendo ad extra, quòd alterum est de linea transeuntium, alterum verò de linea immanentium, respectu quorum efficaciter urget ratio D. Tho.

Ad 3. etiam patet ex dictis, quòd licet detur fingi aliquod signum rationis, in quo concipiatur divina voluntas ut indifferens ad sa habere per modum volitionis, vel nolitionis, & in posteriori ut determinata cum sola virtuali eminentiali alietate, vel contingentia, nullum tamen admittimus, in quo concipiatur ut non habens omnem perfectionem, & actualitatem sibi debitam, ac proindè nullum etiam, in quo concipi possit cum variatione, aut mutatione aliqua intrinseca, sicut conciperetur, si de non volente ab æterno transiret ad volentem in tempore ut probat D. Thom.

Ad 4., quæ potest esse replica contra solut. ad 2. resp. quidquid sit an potentia executiva distinguatur virtualiter ab intellectu, & voluntate, de quo supra, dist. Per sui velle liberum efficax, ut actualiter transiens conc., aliter, vel ut sistit intra lineam immanentium nego, nam denominatio operantis ad extra, sive producentis, aut creantis, quamvis intrinseca sit sumitur ab actu voluntatis, vel intellectus divini ut virtualiter transeunte, & connotante objectum, ut dictum est, prout existens in propria mensura, cum autem istud prout sic incipiat in tempore, consequens fit, quòd absque novitate intrinseca, vel in entitate actus possit eadem denominatio in tempore incipere; non sic autem denominatio liberè volentis quæ sistit ad intra, seu respicit objectum prout in æternitate contentum, & non prout in mensura propria, vel temporali, unde nequit temporaliter absque novitate ex parte actus ob eandem rationem D. Thom. velle illud.

§. XV.

Expenditur altera difficultas de suspensione ab omni actu.

Non loquimur hic de suspensione reflexiva, quæ scil. includit actum, quoquis vult suspendere omnem sui actum volitionis, & nolitionis, sed de qua supra, scil. de omni, aut purè omissiva, quæ importat libertatem contradictionis, unde difficultas est, quòd sicut in probabili aliquorum Theologorum sententia potest voluntas creata proposito sibi objecto manere libera non dum libertate contrarietatis, sed etiam contradictionis formaliter, itaut cessare possit ab omni actu positivo per puram omissionem, ita voluntas Dei proposita sibi ab æterno futuritione istius, vel alterius, aut plurium possibilium, & negatione illorum, non solum sit libera libertate contrarietatis, quatenus potuit velle futuritionem, aut negationem illorum, sed etiam contradictionis formalis, itaut potuerit merè negativè se habere, seu omissivè ab omni actu, nec volendo, scil. futuritionem, nec volendo negationem, sed cessare terminativè liberè ab utraque.

In quare variè etiam opinati sunt nostri, nam alii affirmant, ut Ferrara, Gonet., & Illustrifs. Godoy referens Catharinum, Durandum, Curielem, & Herreram in manuscriptis hic ad ar. 3., & alios supresso nomine ex nostris, cui ut probabiliori subscribit. §. Opposita tamen videtur frequentior inter discipulos D. Thom., eamque sustinent Navarrete, Nazarius, Gonzales, Mag. Ferre hic §. 3. & Salmanticenses tract. 4. disp. 5. dub. 3. §. 2., & favent alii relati supra circa distinctionem actus liberi à necessario, Mag. Jo. à S. Tho., & Franciscus Aragon, & ex Societate Suarez, Valquez, Granad., & Arrubal.

Dicimus ergo juxta hanc sententiam (salva probabilitate oppositæ.) non esse in Deo admittendam suspensionem purè negativam ab omni actu libero, sivo ab omni libero exercitio suæ voluntatis. Videtur id conforme principiis, ac doctrinæ D. Thom. superius traditæ ad constituendam ejus libertatem adæquatà in aliquo intrinseco ob summam ejus perfectionem, & actualitatem, & independentiam, & ad negandam non posse in tempore velle, quod ab æterno non voluit, atque ejus immutabilitate, & sine detrimento suæ infinitæ perfectionis.

Prob. 1. Exercitium actus liberi, vel divinæ libertatis est perfectio simpliciter simplex, ut ostensum est, ergo nequit Deus carere illo purè suspensive se habendo ab omni actu libero salva ejus infinita perfectione, prob. conf., quia pura suspensio intra hanc lineam est sine illo, ut patet ex terminis, ergo si importat perfectionem simpliciter simplicem, non poterit dari suspensio purè negativa intra hanc lineam salva omni perfectione Dei. §. Dices, quòd licet sit perfectio simpliciter simplex, vel maxima perfectio in Deo, quia tamen adæquatè consistit in aliquo intrinseco, nec ab ullo volito ad extra dependeat, integrè adhuc subsistit omnis intrinseca perfectio, posita tali suspensione ab omni terminatione libera ad idem volitum, quia adhuc perseverat summa ejus eminentia, & actualitas, qua potuisset pro sui beneplacito velle illud. §. Sed hæc solutio præoccupatur argumento facto, quia divina libertas ex propriis, vel ut contra distinguitur à linea necessitatis, vel naturali in Deo, non solum est simpliciter simplex quasi in actu primo, sed etiam ut importat exercitium sui sive in actu 2., ergo sicut salvari nequit summa ejusdem perfectionis plenitudo sine illa in actu primo, nec salvari poterit sinè eadem in actu 2., imò à fortiori, cum quælibet perfectio in actu 2. sit quodammodo major, saltem ex modo significandi, quàm in primo, cum sit, aut concipiatur, ut actualior.

Expl., & urg. evertendo præcipuum fundamentum sententiæ oppositæ. Nam licet ex aliis à se, vel à nullo extrinseco, ut dicebamus, accrescere possit perfectioni divinæ quasi à priori, sive sit per modum terminationis, vel connotationis, aut respectu rationis, qua ratione omnia hujusmodi extrinseca adæquatè excludimus à constitutivo actus liberi Dei, potest nihilominus ex positione illius, vel defectu argui quasi à posteriori, vel à signo augmentum, vel defectus intrinsecus perfectionis divinæ, quia non esset, aut non posset concipi intra eandem lineam perfectio libertatis in actu ultimo, vel 2., sed tantum in primo; sicut enim, ut dictum est, licet omnipotentia non dependeat à possibilibus, nihil ominus illis deficientibus, aut aliquo illorum arguitur à posteriori defectus intrinsecus illius in prædicato fœcunditatis, vel continentiæ eorum, nec ampliùs integrè subsistaret ratio entis à se derivans tanquam fons omnem possibilitatem creaturarum.

Nec refert, quòd cum possibilibus sit necessaria con-

connexio, non tamen cum futuris, vel existentibus. Nam sit vis, & paritas in eo, quòd licet omnipotentia non dependeat ab illis, & sint quid extrinsecum respectu illius, scil. secundum esse, quòd habent distinctum à Deo, ut potè de linea creaturæ, ac proinde neq; specificent eam, adhuc nihilominus tanquam à signo, vel à posteriori infertur defectus, vel variatio intrinseca in illa, pariter inferri potest in velle libero respectu summæ suæ actualitatis, quia nempè non esset in actu ultimo, eò non dependeret, aut non esset connexum necessariò cum volito extrinseco, nam utrobiquè arguitur à priori ex summa utriusque perfectione, & non præcisè ex merito connexionis, vel dependentiæ, unde non videtur posse salvari summa actualitas ejus.

2. *Prob.* ex resolutione præcedentis difficultatis, quia non videtur etiam posse componi summa ejus immutabilitas cum eadem suspensione purè negativa; vel si componitur cum ista, poterit etiam componi cum temporali inceptione, quam tamen communiter negant Thomistæ ob præjudicium ejusdem immutabilitatis, ut vidimus ex D. Tho. unde arguitur sic. Admissa suspensione purè negativa in Deo circa aliquod possibile, admittenda pariter est temporalis inceptio volitionis circa illud salva ejus immutabilitate, ergo tenemur utrobique negare, vel affirmare. Prob. ant. quia eadem admissa adhuc idem possibile est volibile & ex vi terminorum, & etiam ex suppositione, ergo adhuc posset Deus velle illud sine aliquo sui deterimento. Ant. videtur certum quia neque ex terminis, neque ex vi ejusdem suppositionis extrahitur à linea possibilitatis, cum perpetuò maneat habitudo, & connexio terminorum ejus, & consequenter non repugnantia in illo ad esse, cum talis habitudo, & connexio sit necessaria, & æternæ veritatis, ac proinde indefectibilis, nam pura suspensio relinquit illud intactum intra eandem lineam, cum purè negativè se habeat ad idem. Conf. verò prob. Tum quia Deus eadem supposita non fit impotens ad volendum, quod in omni signo æternitatis poterat velle, aliàs evidentiùs argueretur mutatio in illo. Tum quia quod Deus omnibus modis potest, sine detrimento suorum attributorum potest, ergo sine detrimento etiam suæ immutabilitatis potest velle illud, si semel manet possibile.

Dices quòd sicut creatura jam producta, si Deus suspendat suum concursum conservativum, statim transit ad non esse, sive ad repugnantiam existendi, & redigitur ad nihilum, ita ante sui productionem, vel futuritionem, si purè suspensivè se habeat circa illam statim transibit ad repugnantiam possibilitatis ad essendum. Et ratio etiam est, quia eo ipso quòd Deus ab æterno eam cognovit, & non determinaverit dare illi esse, cum potuisset dare, censendus est, quòd saltem interpretativè, aut virtualiter voluerit nunquam esse, quod est illam contrahere repugnantiam ad esse, cum repugnet posse esse, Deo volente nunquam esse. §. Sed contra hoc est. Quia ut infra 1. 2. de voluntario, & involuntario, & iterum de vitiis, & peccatis ostendimus, ut dicatur aliquid etiam interpretativè voluntarium, vel ab illo positivè volitum, non satis est, quòd advertens omittat, sed quòd teneatur non omittere; sed Deus purè omissivè, vel suspensivè se habens ad creaturam, licet eam cognoscat, non tamen tenetur eam velle, aut nolle, cum nihil sibi perfectionis accrescat ex illa, ut dictum est, ergo ex eadem pura omissione, vel suspensione non possumus legitimè interpretari, quòd saltem virtualiter eam velit nunquam esse. Præterquàmquòd velle purè virtuale, & interpretativum, cum sit valde imperfectum utpote purum velle indirectum, videtur non posse ullo modo admitti in Deo.

Expl. hoc. Licet in opinione cujusdam recentioris apud Salmant. ubi supra num. 70. & Illustriss. Godoy hic n. 4. §. 1. admittentis solam suspensionem reflexivam, vel importantem actum, quo vult suspendere omnem volitionem, & nolitionem, sive omnem liberam terminationem ad extra, non purè omissivam ab omni actu libero, possit inferri talis repugnantia in eodem possibili ad esse, cum jam Deus actu illo veluti reflexivo exprimat se velle nunquam fore, non tamen si purè omissivè se habeat sine debito volendi, & nolendi, nam supposito quòd non teneatur, etsi advertat, cum utrumque habeat in sui plenissima potestate, & velle, & nolle eam nunquam fore, vel aliquando fore, quis novit sensum ejus, aut fuit consiliarius, ut interpretari velit, aut possit, magis determinate in eadem pura suspensione, & indifferentia alterum extremum præ alio; ut hinc repugnantiam ad esse velit in tali possibili nec volito, nec nolito, ergo adhuc prout sic relinquitur in sui possibilitate, ac volibilitate. Per quod etiam patet discrimen inter suspensionem concursus conservativi respectu creaturę jam productę vel jam existentis, & suspensionem purè omissivam, vel adæquatam actus liberi, nam prior suspensio non contingit, nisi volente, actu scil. veluti reflexivo, vel positivo creaturam annihilari; posterior verò relinquit idem possibile intactum, sive non magis volitum, quàm nolitum, ac proinde sine omni repugnantia ad esse.

Dices in hac etiam posteriori suspensione posse legitimè inferri, quòd velit nunquam fore ex eo, quòd cum sciat se non posse deinde temporaliter velle eam sine sui mutatione, ut nos contendimus, si semel ab æterno purè omissivè, aut suspensivè se habet, jam vellet nunquam fore, aliàs vellet sui mutationem. §. Sed contra hoc est. Nam solutio petit principium, quia id est, quod inquirimus, & contendimus non posse hæc duo componi, quod purè suspensivè ab æterno se habeat, & indemnis, aut salva remaneat summa ejus immutabilitas; nam si illud possibile adhuc manet possibile, ac proinde volibile, ut probatum est, ergo non potest Deus ab æterno velle purè suspensive se habere circa illud, si non potest ampliùs velle illud sine sui mutatione.

3. *Prob.* resolutio invertendo præcipuum sententiæ oppositæ fundamentum. Nam ex eo censent posse admitti hanc puram suspensionem (inter cætera ejusdem motiva) quia putant adhuc optimè salvari summam actus liberi Dei perfectionem, & actualitatem, sed hoc supposita communi doctrina videtur falsum ergo. Ma. constat, quia si judicarent non posse eam simul subsistere, nec admittere possent talem suspensionem Mi. verò prob. Nam supposito, quòd Deus adhuc maneat summè actualis, jam poterit sine præjudicio suæ immutabilitatis in tempore velle illud, sed hoc communiter negatur à nobis, ut vidimus, & à D. Tho. ergo. *Prob.* ant. ex dictis, nam ex eo potest Deus cætera immutare ipso immutato, quia est summè actualis, unde ob hanc

ejus summam actualitatem, & infinitam perfectionem sine omni sui mutationa, aut novitate reali cum sola virtuali eminentiali, aut juxta alios modos explicandi Thomistarum posse adæquatè constitui ejus actum liberum per aliquid intrinsecum sine indigantia alicujus extrinseci ut pertinentis ad illius formale constitutivum communiter jam fatemur nos Thomistæ, ergo si manat adhuc summè actualis, non erit timanda aliqua mutatio io temporali volitione Dei, quod tamen negatur ab omnibus juxta D.Tho.

Urg., & expl. hoc, Nam supposito quòd adhuc maneret summè actualis, jam non esset in potentia reali ad volitionem illius possibilis, ergo solum possat eam habera noviter terminativè, vel connexivè, aut virtualiter aminentialiter, vel respectivè per rationem juxta eandem diversitatem modi explicandi sina reali mutationa, vel entitativa, aut perfectiva, sicut hac ratione potuisset illam hebara ab æterno sina illa; cons. tenet, & ant. etiam patet, quia esse in potantia reali non componitur cum summa actualitata, cum dicat realam carentiam actualitatis.

§. ULTIMUS.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem.

PRimò arg. ex Illustriss. Godoy opponente D.Th. ar.3., ut vidimus, quia circa objectum secundarium, sive ad alia ad à se nullum agnoscit actū necessarium, sed omnem necessitatem excludit, quia nempè *divina bonitas*, inquit, *cum sit perfecta, nihil ei perfectionis ex aliis accrescit*, ergo adstruere necessitatam ad complexum futuritionis, aut negationem illius divisivè acceptum positivè volendum menti D. Tho. adversatur. Deinde ar.10. hic ad 2. in fina inquit; *Et tamen ad opposita se habet, in quantum velle potest, hoc esse vel non esse, sicut & nos non peccando possumus velle sedere, & non velle sedere.* Sed nos possumus non valle sedere per omnimodam negationem actus, ut modo suppono, ergo voluntas Dei potast non velle futuritionem rerum absque actu positivo per omnimodam suspensionem actus.

Ex his arguit sic. Complexum ex futuritione, & negatione futuritionis rerum, & si necessarium sit acceptum divisivè, quatenus necessarium est rem esse, vel non asse non tamē habet bonitatam necessariam, ergo volūtas Dei non ast necassitata ad illud amandū vagè, & divisivè; cons. est evidens, quia solum ad bonum necessarium potest voluntas Dei necessariò ferri. Ant. autem prob. solum una pars prædicti complexi est capax bonitatis, scil. futuritio rerum, nam negatio illius potiùs est carentia bonitatis; atqui futuritio rarum necessaria non est, ut patet, ergo tala complexum non habet bonitatem necessariam.

Urg. ex eodem num. 9. Quia nullum positivum ad extra potest Deus necessariò velle voluntata afficaci, de qua modo loquimur, quidquid sit de simplici possibilium amore cum in nullo creato sit bonitas necessaria, quæ sit sufficiens ad terminandam afficacem voluntatem Dei, ut fatemur omoes, & patet ubi supra ax D.Tho., cum nulla bonitas creata sit sibi necessaria, ergo potest Deus ab omni prosequutiona illius suspendare.

Ad hoc, & primò ad D.Tho., qui videtur satis urgere pro opposita sententia resp. ad 1. esse intelligendum de actu necessario, necessitata orta ex merito objecti, ut convincit ejus causalis, quia nempe ex aliis à sa nihil sibi perfectionis accrascere possit, cum divina bonitas sit in sa infinitè perfecta, non tamen da nacassitata orta ex merito ejusdem suæ infinitæ perfectionis, & actualitatis, ut probatum est; & hoc satis ast ad intentū ejusdam art., imò id etiam colligi ax eodem, nam inquirit in ar.3., utrum Deus quidquid vult, ax necessitata velit, cui quæsito, ut respondaat recurrit ad meritum objacti, scil. bonitatis divinæ, & creatæ, & quia sola divina est sibi necessaria, ut potè proprium, & primarium divinæ voluntatis objectum, solam divinam necassariò vult non creatam, scil. quantum ast ax merito illius, quidquid sit, quòd aliunda ax merito sui. siva ex infinitate suæ perfectionis, & actualitatis, volitio libera creatæ sit sibi nacessaria, ut ostensum est, & satis indicat idem Angelicus art.7., dum probat non posse incipera aliquid temporalitar valle sine sui physica mutatione, ac proinde salva eadem sui summa actualitate, ax quo daduximus rationam factam pro nostra resolutiona.

Ex his etiam resp. ad 2. ax art.10., fatemur anim ita esse, quòd potast velle hoc esse vel non esse, si præcisè attendamus ad maritum objecti, quia à nulla bonitate ad extra potest necassitari, adhuc tamen pura suspensio ejus negativa aliunde impediri potest ex parte sui, ut dictum ast; quod iterum satis est ad intentum ejusdem, articuli, scil. ad salvandum liberum arbitrium in Deo, nam licet dicamus non posse hanc suspensionem admitti in illo, adhuc idam optimè subsistit sine ullo sui præjudicio, quia parpetuò liberè se habet ad illam, ad quod racurrit in corp., ut statuat illud in Deo. Unda sic concludit. *Cum igitur Deus ex necessitate suam bonitatem velit, alia verò non ex necessitate (ut supra ostensum est, scil, ar.3.,) respectu illorum, quæ non ex necessitate vult; liberum arbitrium habet.* En quòd istud non præcisè infert ex libertata contradictionis, sed quòd non ex nacessitate velit, sed liberè, ob sui nempè infinitam perfectionam, & actualitatem, ut eodem art.3. probavarat, & nos latè supra cum illo.

Ad argumentum deinde, vel rationem factam similiter resp. quòd videtur deficere fallacia non causæ ut causæ, quia non est perfectio bonitatis creatæ, sed magis infinita, & summè actualis increatæ, quæ obstat huic suspensioni, ut dictum est, sicut dicebamus in logicis ad simile argumentum ejusdam Illustriss., quo intendabat probare non possa afficere ens rationis adhuc loquando da respectibus idealibus, quia scil. aliàs Deus nacessariò efficatet, cum tamen à nullo extrinseco necassitari possit ad formandum illud; diximus enim ita esse non possa sic necessitari, benè taman ex summa perfectiona sui intellectus, qui cum necessariò cognoscat divinā essentiā omnibus modis, quibus cognoscibilis ast, ac proinda ut diversi modè imitabilem, & participabilam à craaturis, ad quam perfectissimam cognitionem habent resultare, proinde dicuntur necassariò affici à Deo, necessitata scil. orta ab intrinseco ex infinita perfectione in intelligendo. Et per hæc etiam patet ad confirmat.

2. Arg. ex eodem num. 19. seq., & potast esse replica.

plica. Nulla est imperfectio in voluntate Dei; quòd absque omni actu libero maneat suspensa, ergo potuit sic manere; conf. tenet, ant. autem prob. 1. Absque ulla imperfectione potuit misericordia Dei ab exercitio miserendi suspensa manere; & idem est de justitia divina, & de illius omnipotentia, quæ omnia attributa, si Deus nihil produxisset ad extra, à propriis exercitiis miserendi, puniendi, & producendi suspensa manerent, ergo etiam voluntas divina, ut libera est potuit absque ulla imperfectione ab omni exercitio liberè volentis suspensa manere. secundò à priori prob. idem ant. exercitium liberæ volitionis divinæ non superaddit ad perfectiones necessarias Dei entitatem, seu perfectionem, sed præcisè rationem terminationis, vel respectum rationis, seù denominationem extrinsecam, ergo ex eo quòd à tali exercitio adæquatè cessaret, nullius perfectionis, seù actualitatis defectus sequeretur, & conf. absque ulla imperfectione potuerit ab omni actu libero suspensa manere. §. Urg. hoc. Ideo absque ulla imperfectione potuit voluntas Dei non velle futuritionem v.g. Petri, quam de facto voluit, quia terminatio per modum volitionis non superaddit novam perfectionem; at nec etiam terminatio libera per modum volitionis, aut nolitionis vagè considerata perfectionem addit, ergo etiam ab illa prout sic absque ulla imperfectione potuit suspendi, & conseq. potuit, nec velle nec nolle futuritionem Petri, nec negationem futuritionis ejus.

Adhoc nego ant. Ad 1. prob. dico imprimis, quòd videtur solvenda à contrariis, nam si aliquid convincit, convincit etiam potuisse Deum incipere velle in tempore, sicut incæpit producere, & sic de aliis similibus denominationibus, quæ respiciunt objectum ad extra in se ipso, vel in propria mensura durationis existens, quod tamen ut vidimus communiter negant Thomistæ. Unde pro omnibus resp., transeat, vel conc. ant., nego conf. ex discrimine assignato, quòd denominationes producentis, miserentis, vel creantis &c. sumuntur, ut dictum est, ab actu voluntatis, vel intellectus divini ut virtualiter transeunte, & connotante objectum prout in propria duratione, unde possunt non esse, vel cessare, aut advenire ex solo defectu connotati, absque omni intrinseco entitatis, vel perfectionis divinæ, quod non militat de libera volentis, ut ostensum est, utpote de pura linea immanentium, qua ratione sicut non potest temporaliter advenire, aut cessare absque mutatione extrinseca, nec potest pariter omninò deficere absque illa per solum defectum extrinseci connotati.

Ad 2. patet etiam ex dictis, quòd licet non superaddat aliquid de linea perfectionis realiter, aut formaliter superadditum ad perfectiones necessarias, addit tamen aliquid ratione, vel virtualiter distinctum, cum exercitium libertatis, seu libertas, in actu secundo sit perfectio intra propriam lineam simpliciter simplex, unde eodem deficiente non posset concipi divina voluntas infinitè perfecta, aut summè actualis. Eò vel maximè, quòd cum in Deo non ponamus libertatem per modum actus primi, sed tantum in ipso actu 2. positivo, qui essentialiter volitio est, non potest ab ipso oriri aliquid per modum puræ omissionis intra hanc lineam, sed tantum ut volitum actu positivo, ad proindè sine omni exercitio intra illam salvari nequit conceptus infinitæ perfectionis, vel actualitatis in divina voluntate. Quamvis aliàs pura omissio oriri possit à voluntate per modum actus primi libera, ut in nobis juxta probabilem modum dicendi ejusdem Illustriss., quatenus indifferens est nostra voluntas ad actum, & omissionem ejus, non tamen à divina, quæ hanc indifferentiam in actu primo ad volitionem, & nolitionem habendam non habet, sed tantum in actu secundo, vel ad actū non in se ipso, sed liberé se habentem ad objectum sibi non necessariò, vel cum divina bonitate necessariò non connexum; ab ipsomet autem actu, qui necessariò est volitio, vel quid positivum, pura omissio, ut dictum est, oriri non potest, sed tantum aliquid positivum, vel positivè volitum.

Ad confirm. ex his nego causalem ma. præcipuè ut adæquatam, sed quia ut vidimus ex D. Tho. ex sui eminentia, & excessu ob eandem infinitam perfectionem, & actualitatem nullum volitum, aut volibile ad extra est sibi adæquatum, aut necessariò connexum cum divina bonitate, & licet hoc etiam militet de tota collectione eorum, & non tantum de quolibet determinatè, aliundè tamen impeditur divina voluntas, ne ab omni actu libero ad illa suspendat, aut purè omissivè se habeat, ut probatum est, scil. ne eidem summæ perfectioni, & actualitati præjudicet.

3. Arg. evertendo aliud præcipuum fundamentum nostræ sententiæ desumptum ex alia imperfectione, quæ infertur ex parte intellectus, vel scientiæ Dei. Quamvis divina voluntas non se determinasset circa futuritionem, vel non futuritionem aliquarum rerum possibilium, hoc tamen non obesset perfectioni divinæ scientiæ, nec impediret, quin certò cognosceret illas non esse futuras, ergo ruit, vel saltem nutat hoc fundamentum. Conseq. tenet, nam huic etiam fundamento nituntur Authores nostræ sententiæ. Antec. verò prob. ut Deus cognoscat aliquid non esse futurum, non requiritur quòd habeat aliquod decretum de ejus non futuritione, sed sufficit, quòd nullum habeat de non futuritione; talis enim libera decreti negatio, seu tale decretum negativum sufficit ad non futuritionem alicujus rei possibilis, ut supra ostenditur de scientia Dei, & constat ex discrimine inter futuritionem, & non futuritionem, quòd ad futuritionem, utpotè effectum positivum, & importantem ordinem ad existentiam aliquando habendam requiritur pro causa volitio libera Dei, sine qua impossibile est poni aliquid ad extra, secus verò ad non futuritionem, cum non sit aliquid positivum, sed sola negatio futuritionis, ad quam non requiritur aliquis influxus, sed sufficit sola ejus negatio, ut aliqua res sit non futura, unde ut talis à Deo cognoscatur satis est, quòd divina voluntas circa ejus futuritionem, vel non futuritionem maneat suspensa, & habeat circa illam decretum negativum, seu liberam ejus negationem, sicut ut sit calor requiritur causa positive influens in illum, ut verò non sit, sufficit sola influxus negatio.

Confirm. 1. sicut se habet concursus Dei ad extra in ordine ad existentiam rerum, ita se habet ejus decretum in ordine ad illarum futuritionem; Atqui ad negationem existentiæ alicujus rei non requiritur influxus positivus divinæ omnipotentiæ, sed sufficit sola concursus, sive influxus negatio, ergo similiter ad non futuritionem illius nullum requiritur positivum decretum, sed sufficit libera ejus negatio, seu libera divinæ voluntatis suspensio.

Con-

Confirm. 2. Absurdum videtur fingere in Deo infinita ferè decreta conditionata circà infinitas ferè combinationes possibiles, interquas, plures videntur absurdæ, & nugatoriæ, & asserere, quòd in Deo sit decretum positivum, & actuale, quo positivè velit, & determinet, quòd si capra v. g. saltet, arbor non florebit; quod si gallus cantet, Turca non convertatur, & sic de aliis. Unde multò convenientiùs videtur asserere voluntatem divinam circa hujusmodi combinationes, & futura conditionata disparata, mansisse suspensam, & habuisse solum circa illa decretum negativum, seu liberam negationem, in qua certò cognoscit illa non esse futura.

Ad hoc, quod 2. loco opponit nobis Gonet., iterum in primis dicimus, quòd videtur valdè diminutè, aut æquivocè, vel confusè procedere non distinguendo inter lineam liberi, de qua modo disputamus, & puræ possibilem, sive confundendo non futuritionem inter utramque lineam, nam in posteriori consideratur purè negativè, vel ut pura negatio futuritionis sine repugnantia ad esse, ut similiter considerantur cœtera possibilia, quæ reduplicato hoc eorum statu solum considerantur secundum prædicata necessaria, & cum non repugnantia ad esse, & prout sic, ut certò cognoscantur non indigent aliquo decreto, sed omnes propositiones, quæ de illis formantur, si sunt affirmativæ de prædicato libero, ut dictū est in superioribus, sunt necessariò falsæ, si negativæ, necessariò veræ, quia in prioribus fit sensus, quòd tale prædicatum sit de numero eorum, quæ pertinent ad illum statum, scil. necessariorum, & ut tale affirmatur de subjecto, (cum non sit capax idem status prædicatorum contingentium, vel liberorum,) quod tamen est falsum: in posterioribus vero ex opposito sensu sunt necessariò veræ. Cœterum si consideretur non futuritio intra lineam liberi, & non purè negativè, aut purè possibiliter, ut modo loquimur, (cū negatio futuritionis prout sic non conveniat illi ex natura rei, sed cum repugnantia ad esse, quæ solum potest illi ab extrinseco convenire) necessè est, quòd supponat decretum de non dando esse.

In forma ergo dist., & explico ant. Non ob esset, nec impediret, quin certò cognosceret illas non futuras, non futuritione purè negativè, aut purè possibili conc., hanc enim certò cognoscit Deus per scientiam simplicis intelligentiæ, sicut, & cœtera possibilia sine indigentia decreti. Non futuritione libera, vel extra statum puræ possibilitatis nego. Nullum enim possibile egradi potest illum statum, sive per modum determinatè futuri, sive non futuri, independenter à decreto, si velimus sistere in nostris principiis superiùs statutis, & infra ampliùs stabiliendis, cum ex intrinsecis sui principiis id, nullum possibile habere valeat, sed indifferenter se habeat ad esse, & non esse, unde ut certò prout sic cognoscantur omninò indigent decreto determinante ad dandum, vel non dandum esse, & non sufficit pura suspensio ab omni actu libero, ex qua sicut haberi nequit determinatè magis esse, quàm non esse, ità nec determinatè magis futuritio, quàm non futuritio. Unde hoc ejus argumentum tantum ab est, quòd faciat ruere, vel nutare idem fundamentum nostræ sententiæ, quin potiùs videtur, quòd faciat ruere, vel nutare principia Thomistarum, nempè quòd id, quod determinatè pertinet ad lineam futuritionis, vel non futuritionis extra statum possibilitatis possit à Deo cognosci, & infallibiliter sine indigentia decreti positivi, sed tantum interpretativi, vel virtualis, [si tamen istud in statu, vel in signo puræ suspensionis ab omni actu libero admitti valeat, quod ut supra negamus.] quod facilè, aut libenter admittent Contrarii, ut negant tanquam unicum medium ad certò cognoscendum futura esse divinam assentiam determinatam per decretum positivum, ut constantar, & jam communiter nos Thomistæ contendimus. Et per hæc etiam patet ad illius probationem, quæ solum convincit de non futuritione purè possibili, aut purè negativa sine repugnantia ad esse, quam contrahit ex vi decreti, vel suppositionis illius.

Ad 1. confirm. jam dictum est esse primò discrimen inter rem jam existentem, & non dum determinatam per aliquem actum liberum ad existendum, vel non existendum in signo totius suspensionis ab illo, quòd licet jam existens statim cessat per suspensionem concursus conservativi, non videtur tamen id contingere sine suspensione reflexiva, aut sine actu, quo non vult ampliùs conservare, nam extra statum possibilitatis, vel à parte rei, sicut Deo non volente nihil fit, sic nec illo nolente nihil subsistit, aut conservatur, unde sicut nullum possibile exit à statu possibilitatis ad illum existentiæ nisi ipso volente, aut nisi per actum sui liberum, quo vult eius existentim, aut futuritionem importantem repugnantiam ad non esse, ita nullum existens egreditur, aut extrahitur ab hoc statu nisi ipso nolente, aut nisi per nolitionem, qua vult ampliùs non esse cum repugnantia ad essendum, nam cum utraque hæc repugnantia non habeatur ex natura rei, tenemur recurrere dum est, ad aliquem actum liberum Dei, quo vult rem esse vel ampliùs non esse, si nempè ab æterno decrevisset nolle extiturum, nisi ad determinatum tempus..

Sed dato etiam, quòd non esset necessarius actus, vel decretum positivum, vel reflexivum respectu existentis, sed sufficere solam suspensionem influxus terminativi, non tamen infertur non esse necessarium respectu rei nondum determinatæ ad essendum, vel non essendum, quia certum est, & fatemur omnes, ita omnia creata, vel existentia, dependere ab eodem influxu conservativo, ut eo cessante statim redigantur in nihilum, etiam quæ in sui natura non habent contrarium, ut Angeli &c. qua ratione, ut dicimus infra, licet ab intrinseco sint incorruptibiles, possunt tamen annihilari à Deo, per suspensionem influxus conservativi, cœterum ante omnem determinationem, vel actum liberum Dei non habent possibilia, ut dictum est, ex pura suspensione concursus, quòd sint magis determinatè futura, nisi iterum velimus evertere principia Thomistarum, & ideò non possunt certò cognosci, prout sic, ut determinatè magis futura, quàm non futura.

Ad 2. iterum dico in primis, quòd videtur solvenda ab omnibus, quia simile, aut similia argumenta producunt infra contrarii contra decreta nostra conditionata. Resp. ergo quòd facta suppositione futuritionis, vel existentiæ omnium prædictarum combinationum nec erit inconveniens, immò necessarium admittere totidem decreta, vel quòd uno virtualiter multiplici omnes respiciat, nisi velimus ejus providentiā diminutam, vel quòd possit aliquid contingere independenter à Deo volente, aut permittente. Neque enim ut alibi dicit idem Gonet, providentiæ, aut res divinæ metiendæ sunt, ut judicamus

dicandæ secundum modulum nostrum, quo illas imperfectissimè, & tanquam vespertiliones inspicimus, nam cum possit habere fines altissimos, quos omninò ignoramus, ad aliquod sui attributum manifestandum, vel universalissimam sui providentiam, & infinitam potentiam, vel aliud hujusmodi, quæ licet videantur quid incongruum, non tamen sunt quid indecens, ut in simili dicimus nos Thomistæ 3. p. qu. 4. ad ar. 1. quod si Verbum assumpsisset naturam irrationalem, ut poterat juxta D. Tho., in 3. dist. 2. quæst. 1. ar. 5: , scilicet de potentia absoluta, quia sicut natura irrationalis licet non sit congruè assumptibilis tamen simpliciter non esse indecens, quod assumetur, quia dicunt, si Deus hoc faceret contra nullam virtutem peccaret, nec fœdaretur divina Persona, nec deesset ratio ob quam decenter hoc faceret, v. g. ad ostendendam suam Omnipotentiam, vel confundendam hominum superbiam, ut docuit Tertullianus lib. de Carne Christi contra Marcionem c. 4.

DISPUTATIO TERTIA.

De voluntate antecedenti.



Plura se offerunt explicanda simul, & examinanda in hac disputat. Primum scil. de quiditate, distinctione à consequenti, & existentia ejus in Deo, (ubi plura etiam contra Jansenium, & alios Recentiores) & quomodo sit conditionata. Secundum an omnis voluntas Dei impleatur. 3. de effectibus ejus, dictuti etiam circa rectam intelligentiam expositionis D. August., & D. Thom. ad illud Apostoli. Qui vult omnes homines salvos fieri. 4. de decretis conditionatis.

QUÆSTIO PRIMA.

De quiditate, distinctione, & existentia voluntatis antecedentis in Deo.



Conveniunt jam communiter Theologi voluntatem dari antecedentem: sed difficultas est de modo existentiæ ejus in Deo an propriè & formaliter an solum metaphoricè, vel eminenter, (licet eam adnuc negaverit Jansenius lib. 6. 9., & 10. de gratia Christi Salvatoris contra quem tamen infra. Deindè in quo distinguatur à consequenti, ibique etiam de voluntate signi, & beneplaciti, quæ successivè resolvemus per distinctos §§.

§. PRIMUS.

Quid sit, & in quo distinguatur voluntas antecedens à consequenti, & quomodo sit in Deo.

Admittunt etiam communiter Theologi hanc divisionem cum D. Tho. hic ar. 6. ad 1., sed non eodem modo explicant, & intelligunt; nam defensores scientiæ mediæ consequenter ad propria principia dicunt esse antecedentem, quæ antecedit nostrum consensum, & prævisionem meritorum, vel demeritorum; consequentem verò, quæ supponit consensum liberi arbitrii, & præscientiam eorumdem meritorum, vel demeritorum. §. Thomistæ verò cum eodem Angelico asserunt priorem dici, qua aliquid amatur secundum se consideratum præcisivè à circumstantiis, v. g. natura rationalis, ut præcisè capax gloriæ; posteriorem, qua aliquid prosequitur ut vestitum circumstantiis positis, vel ponendis in re, ut eandem naturam vestitam circumstantiis vitiorum, vel virtutum, ut explicat ibidem D. Thom. unde Iudex priori voluntate vult omnes cives vivere si considerentur præcisè, ut cives sunt, vult nihilominus posteriori, homicidam perdi; unde huiusmodi distinctio non accipitur ex parte voluntatis divinæ, in qua nihil est priùs, & posterius, sed ex parte rei volitæ sic diversimodè acceptæ, ac proindè non distinguuntur virtualiter in Deo, sed magis ex parte objecti, vel connotati materialis.

Egregiè id totum explicat ibi D. Thom. dicens. *Quæ quidem distinctio non accipitur ex parte voluntatis divinæ, in qua nihil est priùs, & posterius, sed ex parte volitorum. Ad cujus intellectum considerandum est, quòd unumquodque secundum quod bonum est, sic est volitum à Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione, secundum quod absolutè consideratur bonum, vel malum; quod tamen prout cum aliquo adjuncto consideratur, quæ est consequens consideratio ejus è contrariè se habet. Sicut hominem vivere est bonum, & hominem occidi est malum secundum absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquem hominem, quòd sit homicida, vel vivens in periculum multitudinis; sic bonum est eum occidi, & malum est vivere. Unde potest dici, quòd Iudex justus antecedenter vult omnem hominem vivere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem salvari, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ justitiæ.*

Idem docet, & explic. in 1. dist. 46. ar. 1. in corp. Dicen-

Dicendum, inquit, *secundum Damasc., quòd voluntas est duplex, scil. antec., & consequens, & hoc contingit non ex aliqua diversitate voluntatis divinæ, sed propter diversas conditiones ipsius voliti, Potest enim in unoquoque homine considerari natura ejus, & alia circumstantia ipsius; ut quòd est volens, & præparans se ad salutem suam; vel etiam repugnans, & contrariè agens, si ergo in homine tantum natura ejus consideretur, æqualiter bonum est omnem hominem salvari, quia omnes conveniunt in natura humana. Et cum omne bonum sit volitum à Deo*, [nota hic contra Jansenium respuentem hanc voluntatem,] *hoc etiam Deus vult. Et hoc vocatur voluntas antecedens, qua omnes homines salvos fieri vult secundum Damasc. Et hujus voluntatis effectus est ipse ordo naturæ in finem salutis, & promoventia in finem omnibus communiter proposita tam naturalia, quàm gratuita; sicut potentiæ naturales, & præcepta legis, & hujusmodi. Consideratis autem omnibus circumstantiis personæ, sic non invenitur de omnibus bonum esse, quòd salventur: bonum est enim eum, qui se præparat, & consentit, salvari per largitatem gratiæ divinæ: nolentem verò, & resistentem non est bonum salvari, quia injustum est. Et quia hoc modo se habet aliquid ad hoc, quod sit volitum à Deo sicut se habet ad hoc, quòd sit bonum: & ideo istum hominem sub istis conditionibus consideratum non vult Deus salvari, sed tantum istum, qui est volens, & consentiens: & hæc dicitur voluntas consequens.* Et deinde ad 2. inquit. *Dicendum, quòd voluntas antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis, sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis, quæ exiguntur ad rectum ordinem in salutem.* Altera divisio est in voluntatem beneplaciti, sive propriè, & voluntatem signi, sive metaphoricè dictam. Prima sumitur pro actu voluntatis, quo Deus verè, & propriè vult aliquid. Secunda pro effectu ad extra indicante nobis tanquam signo divinam voluntatem, unde non nisi metaphoricè dicitur Dei voluntas esse in illo, ut inquit S.Tho. hic ar. 11., *sicut cum aliquis præcipit aliquid, signum est, quòd velit illud fieri; unde præceptum divinum quandoque metaphoricè voluntas Dei dicitur secundum illud Matt.6. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra.* De hac utraque voluntate tractant Scholastici cum Magistro in 1. dist.45., & cum D.Tho. hic q.19. & videri etiam potest qu.23. de veritate ar.3. Et de prima etiam fit mentio ad Rom.12. *Ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*, & psal.10. *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.* De secunda verò psal.15. *Mirificavit omnes voluntates suas in eis*; & psal.110. *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus.* Et Matt.12. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, hic meus Frater, & Mater est.* Certum est autem non fieri voluntatem ejus, prout in illo, sed id, quod ab ipsa præceptum est, aut ordinatum tanquam manifestativum illius, de quo D. Tho. hic art.12. ubi quinque ejus signa enumerat, nempè operationem, & præceptum, quæ versantur circa bona, permissionem, & prohibitionem, quæ circa mala, & consilium circa perfecta.

Sed circa hæc adverto cum Mag. Serra permissionem peccati non ideo dici signum, quia demonstrat peccatum esse volitum à Deo, sed quia solet in nobis esse signum indirectè volendi id, quod permittimus. Unde sicut punitio Dei, ejus ira vocatur, non quia significet in Deo esse aliquam iræ passionem, sed quia illud, quod est signum talis passionis in nobis, in Deo nomine illius passionis metaphoricè significatur, ut docet D. Tho. hic art.11.: ita permissio Dei, voluntas dicitur metaphoricè, non quia demonstret Deum velle peccatum, ut blasphemant Hæretici, sed quia in nobis solet esse signum permissionis voluntatis, & actus interioris, ut explicat q.23. relata de veritate ar.3. ad 2. ubi post. 1. resp. inquit. *Vel potest dici, quòd voluntas signi non pro tanto dicitur, quia significet Deum velle illud, sed quia quod solet esse signum voluntatis apud nos, voluntas nominatur.* Cujus rationem reddit ex discrimine, quod egregiè explicat inter operationem, & verbum in ratione signi, & plurimum deservit ad vitandas ambiguitates, in quas interdum impingimus, & in quibus plures facilè decipi possunt. Unde subdit. *Nec autem oportet, ut id, quod solet esse alicujus rei signum sit falsum, quando ei non respondet id, quod solet significare, nisi tunc tantum, quando ad significandum illud adhibetur. Quamvis ergo præceptum in nobis sit signum volendi illud, non tamen quandocunque præcipit aliquid vel Deus, vel homo, oportet quod significet se velle illud esse. Unde non sequitur, quòd sit signum falsum, & inde est, quod in actibus non semper est signum falsum, quandocunque aliqua actio agitur, per quam solet aliquid significari, si illud non subsit; sed in verbo, si non subsit illud, quod significat de necessitate est falsitas: quia scil. verba* (en ratio, & discrimen) *ad hoc sunt instituta, ut sint signa, unde si non respondet eis signatum est ibi falsitas; actiones autem non sunt ad hoc institutæ, ut significent, sed ut aliquid per eas fiat, accidit autem, quod per eas aliquid significetur, & ideo non semper est falsitas in eis si signatum non respondet, sed tunc tantum, quando ad significandum applicantur ab agente.* Ita D.Tho.

Ex quibus etiam rectè percipies (& hoc obiter dictum sit) quomodo contingat aliquid quandoque præcipi in scripturis, nec tamen opportere, quòd significet, ut ait D.Tho., se velle illud esse, aut impleri, ita ut inculpentur, qui non implent, ut aliis omissis, constare potest, quando Dominus Matt.9. duobus cæcis curatis præcepit dicens. *Videte ne quis sciat.* Illi autem exeuntes diffamaverunt eum per totam terram illam, nec tamen inculpantur; quia nempè, ut hic subtiliter explicat, & probat D.Th., non semper opportet, quòd præcipiens significet se velle illud esse, unde 22.q.104. ar.4. ad 1. solvens hanc eandem difficultatem inquit. *Dicendum quòd Dominus cæcis dixit, ut miraculum occultarent, non quasi intendens eos per virtutem divini præcepti obligare.* Quia scil. juxta superiorem ejus doctrinam poterat non intendere sic præcipiendo. Ad quod præfatum discrimen non attendentes Authores damnatarum propositionum in materia restrictionum mentalium putabant verba salvari sine significato illis respondente, sed soli intentioni, quod erat magnus eorum abusus contra propriam institutionem.

Ex his etiam adverto 2., quòd licet prædictæ duæ voluntates inter se differant, non tamen semper mutuò se excludunt, sed interdum utraque versatur circa idem objectum diversimodè consideratum, ut inquit D.Th. ar.12. ad 2. ubi inquit *dicendum quòd*

sicut

ficut Deus potest significari metaphoricè velle id, quod non vult, voluntate propriè accepta, ita potest metaphoricè significari velle id, quod propriè vult, unde nihil prohibet de eodem esse voluntatem beneplaciti, & voluntatem signi. Quod magis explicant art. illo 3. de veritate ad 6. ait. *Sciendum est, quòd voluntas signi tribus modis se habet ad voluntatem beneplaciti, quaedam enim est voluntas signi, quæ nunquam incidit in idem cum voluntate beneplaciti, sicut permissio, qua permittit mala fieri, cum mala fieri nunquam velit. Quædam enim semper in idem incidit, sicut operatio. Quædam verò quandoque incidit, & quandoque non, sicut præceptum, prohibitio, & consilium*: unde ad hoc etiam præmittit, dicens. *Quòd voluntas signi non distinguitur contra voluntatem beneplaciti per hoc, quod ist impleri, & non impleri: unde quamvis voluntas beneplaciti semper impleatur, potest tamen ad voluntatem signi aliquid pertinere, quod impletur, unde ea, quæ Deus præcipit, vel consulit, quandaque vult voluntate beneplaciti. Distinguitur autem voluntas signi à voluntate beneplaciti; quia unum est ipse Deus, aliud est effectus ejus, ut jam dictum est*. Scil. in corp. art. Per quod etiam ulteriùs patet præcedens discrimen assignatum ibidem ad 3., quomodo non semper præceptum Dei opporteat impleri, ut dictum est; quando nempè non conjungitur cum voluntate beneplaciti; ut contradistincta ab illa signi, ut infra.

His præmissis existimant aliqui voluntatem illam antecedentem non esse voluntatem beneplaciti, sed tantum signi, quia non semper impletur, ut constabit infra, sicut illa beneplaciti, & consequenter nec reperiri formaliter in Deo; ita plurès ex antiquis Alensis, Scotus, Bonav., major, & Marsilius; & ex nostris Cajet., Bannez, & Zumel apud M. Gonzalez hìc disp.56. sect.1., & 3., quamvis etiam oppositam reputant probabilem. §. Secunda sententia absolutè affirmat esse formaliter in illo, inefficacem, & conditionatam ex parte objecti. Ita M. Jo. à S.Tho. hìc disp.5. ar.6. n.13., Alvarez, Nazarius, Salmant. Gonzales, Gonet ar.3. §.1., & alii: & ex parte etiam consentit Vasquez disp.83. c.1., quatenus asserit in Deo dari formaliter voluntatem inefficacem, quæ fit voluntas beneplaciti, & consequenter non omnem beneplaciti impleri. Quamvis aliàs neget esse conditionatam, ut explicant nostri, scil. ex parte objecti, & absolutam ex parte subjecti; sed tantum vult esse conditionatam virtualiter, quatenus non actu fertur in objectum sub conditione, sed quia est talis voluntas, ut ex illa oriretur alia voluntas de facto, si conditio ponaretur, sicut Christo Domino ita placebat non mori, quòd si non obstitisset necessitas redemptionis non esset de facto moriturus. Id etiam affirmat de actibus voluntatis creatæ.

§. II.

Statuitur conclusio affirmativa.

IN Deo propriè, & formaliter detur voluntas antecedens, & conditionata pro salute omnium hominum, et proinde non est pura voluntas signi, sed beneplaciti. Hæc posterior pars constabit ex probationibus prioris, & satis expressè videtur eam tradere D.To. in 1.dist.47. q.1. ar.2. & ar., illo 3. de veritate in corp., ubi circa medium ait. *Invenitur enim in Deo propriè ratio voluntatis, ut supra dictum est*, (scil.ar.1.) *& sic voluntas de Deo propriè dicitur, & hæc est voluntas beneplaciti, quæ per antecedentem, & consequentem distinguitur, ut dictum est*. Scil. ar. praeced. Ubi duo dicit. Primum est, quòd ratio voluntatis propriè in Deo reperitur, quæ solum est voluntas beneplaciti, quod docet expressius hic ar.11. in fine corp. Alterum est, quòd voluntas antecedens est voluntas beneplaciti, idest propriè non metaphoricè, nam *voluntas metaphoricè*, ut ait hic, *est voluntas signi, eo quod ipsum signum voluntatis voluntas dicitur. Voluntas enim propriè dicta est voluntas beneplaciti*, ut immediatè præmittit.

Et potest breviter probari. Quia voluntas antecedens propriè habet objectum amabile ergo est voluntas beneplaciti. Ant. constat, quia, ut dicemus infra, hoc objectum, nampè bonitas secundum se, verè est amabile: cons. verò prob., nam sola voluntas beneplaciti tendit ad objectum amabile per modum actus formalis; quia illa signi tantum sumitur pro effectu, ut signo voluntatis, ut ait D.Tho., & non per modum tendentiæ ad objectum. Tum quia si hæc pro effectu sumitur, coincidere non poterit cum voluntate antecedente, nam cum hæc inefficax sit, quamvis sine omni imperfectione, ut constabit, nequit dici ratione alicujus effectus. Quod etiam declarari poterat superiori exemplo Judicis, qui non metaphoricè tantum, sed verè, & realiter vult homicidam vivere, sublato obstaculo boni Reipublicæ, sic pariter Deus non metaphoricè tantum, sed propriè vult omnes salvos fieri, nisi obsisterent circunstantiæ consequentes, aut bonum justitiæ necessariò manifestandæ in universo; quæ planè voluntas, beneplaciti est, sive propriè, non metaphoricè, ut ex dicendis pro priori parte manifestum fiet.

Prima ergo pars, [quàm eligimus, ut magis etiam recedamus ab erroribus Jansenii, contra quam infra] sumitur iterum ex D.Tho. hic ar.11., verbis proximè relatis, & in 1. dist. 47.qu. 1.ar.2. ubi in corp. ait. *Possumus ergo loqui de voluntate beneplaciti, vel signi, & de voluntate beneplaciti vel consequente, vel antecedente*. In quibus habetur utraque pars, cum voluntas beneplaciti, ad quam affirmat pertinere etiam voluntatem antecedentem sit voluntas propriè, ut dicit hic, & de veritate, & sit propriè & formaliter in Deo, imò sit ipse Deus, ut ait ibidem, contrapositivè ad illam signi. Et patet utrumque ulteriori exemplo mercatoris, quo etiam utitur eisdem locis. Quis enim dicet, quòd metaphoricè, & impropriè, & non verè, & realiter velit, voluntate in ipso verè, & propriè existente conservare merces si posset, tempestate imminente, quamvis voluntate conditionata, si nempè non immineret naufragium, & vitæ periculum. Ibidem etiam in 1.dist.46. q.1. ar.1. ad 2., ut vidimus, inquit, *quod voluntas antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divinæ, sed ex parte veliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis, quæ exiguntur ad rectum ordinem in salutem*. Ubi in eo, quod asserit esse conditionatam sine imperfectione, manifestè supponit illam esse propriè, & formaliter in Deo. Nam aliàs quid opus esset expri-

exprimere, aut salvare illam ab imperfectione, si propriè non esset in illo?

Ex his etiam prob. evertendo præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ desumptum ex eadem imperfectione. Nulla est imperfectio, quòd voluntas terminetur ad objectum, secundum quòd illi proponitur ab intellectu, sed ab intellectu divino est proponibilis salus omnium hominum sine circunstantiis in particulari, ergo sine omni imperfectione poterit voluntas divina sic conditionatè terminari ad illam. Ma. patet, quia cum voluntas, ut probatum est, sit potentia essentialiter consequens intellectum tenetur habere suam perfectionem juxta meritum potentiæ consequentis, quod est habere illam in sequella objecti secundum quòd sibi proponitur ab intellectu; mi, verò prob. quia ab intellectu divino possunt omnes homines cognosci secundum se, sive ut in illis relucet bonitas sine circumstantiis in particulari, ut etiam innuit D. Tho. verbis proximè relatis ad idem 2., dum ait, *sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis*; scil. ab intellectu proponente, & consequenter à voluntate; ergo possunt sic proponi, ut amabiles.

Expl. hoc, & simul prob. hoc posterius ant. Nam in hominibus futuris, & aliquando existentibus plura possunt prædicata considerari capacia amabilitatis. Est enim bonitas existentiæ, & realitatis sub existentia. Sunt deindè alia prædicata, aut circunstantiæ consequentes in particulari, quæ illud objectum constituunt bonum, aut malum simpliciter, ut sunt virtutes, & vitia, quæ potest ex suo libero arbitrio habere Deo influente, aut permittente. Intellectus ergo divinus, licet eodem actu omnia ista attingat, secundum tamen considerationem nostram priùs attingit rationem illam amabilitatis absolutam, & sine aliquo adjuncto, quàm posteriores, & consequentes. Sunt enim diversæ rationes præcisivè ex parte objecti attingibiles, sicut possunt præcisivè una esse sine alia; imò etiam secundum contrariam attingibilitatem; quod expressit D.Th. hic ar.6.ad 1.illis verbis supra relatis. *Unum quodque secundum quòd bonum est, sic est volitum à Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione secundum quòd absolutè consideratur bonum, vel malum, quod tamen prout cum aliquo adjuncto consideratur, quæ est consequens consideratio ejus, è contrario se habet.* Idque explicat ut vidimus, exemplo hominis, cujus vivere in prima sui consideratione est bonum, & occidi est malum. Sed si addatur, quod sit homicida, vel in periculum multitudinis, tunc ex opposito, vivere ejus est malum, & occidi est bonum. Vel si iterum se præparet, & consentiat, bonum est, quòd salvetur, si verò nolit, & resistat non est bonum, quia injustum est, ut explicat ar. illo primo dist. 40., ergo secundum hanc diversam considerationem, vel nostrum modum intelligendi cum fundamento in re poterit sic proponi homo ab intellectu divino ut priùs, aut diversimodè amabilis secundum bonitatem absolutè, & antecedenter amabilem, & deinde secundum circunstantias consequentes; ergo prout sic terminata verè erit conditionata. Hæc 2. cons. tenet, quia includit conditionem alterius terminationis, si aliter proponatur objectum. 1. Etiam, quia est volitum sicut est diversimodè, vel ordinatè bonum: nec enim unitas, & simplicitas divinæ volitionis tollit diversitatem, & ordinem amabilitatis ex parte objecti, sicut non tollit diversitatem, & ordinem bonitatis illius.

Dices præcisionem hominis secundum se ab homine in particulari cum circumstantiis consequentibus non posse esse sine imperfectione, ut patet in nostro intellectu attingente animalitatem v.g. sine rationalitate, & ratio est, quia objectum prout sic non cognoscitur secundum quòd est in se, cum in se una ratio non sit abstracta, sed contracta per aliam, unde etiam voluntas conditionata, quæ terminatur ad objectum sic præcisum non minus in suo conceptu intrinseco dicet imperfectionem, quàm cognitio præcisiva objecti requisita ad eandem voluntatem.

Sed contra hoc est, & imprimis solutio prout attinet ad nostros videtur obstare litera D.Th. in prædicta solut. ad 2., cum expressè asserat, *nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divinæ; sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis*; non quasi intellectus, aut voluntas divina non attingat illa, sed quia homo secundum se, & ut conjunctus cum illis importat distinctam cognoscibilitatem, sicut & bonitatem, imò potiùs videretur argui imperfectio, si aliter attingerent, quia non attingerent juxta meritum objecti sic diversimodè cognoscibilis, & amabilis, ac proinde non attingerent secundum quòd meretur, ut est in se.

2. Ex his impug. Quamvis cognitio præcisiva per non attingentiam utriusque rationis imperfecta sit, non tamen præcisiva per solam prioritatem objectivam unius ad aliam juxta meritum utriusque, sed hoc modo solum est præcisiva cognitio divina in attingentia hominis secundum se, & ut conjuncti cum suis circumstantiis, cum sit comprehensive illius secundum omnia, quæ illi conveniunt, aut convenire possunt, ergo nulla est imperfectio ex parte illius. Ma. patet etiam in nobis, nam intantum imperfectè præscindimus, in quantum intellectus præcisè terminatur ad unum, & non ad aliud, non tamen si terminetur ad utrumque cum sola prioritate ad unum respectu alterius priùs alio cognoscibilis, ut patet in specie repræsentante simul gradum superiorem, & inferiorem, quorum utrumque attingit, sed unum priùs alio juxta eorum meritum, immò tunc aliter attingeret, quàm prout est in se, si aliter attingeret, cum revera in se hunc ordinem habeant.

Urg. hoc. Nam divina cognitio, ut alibi dicebamus in logicis, non est purè aprehensiva, ut in nobis, sed judicativa ob sui maximam perfectionem, ob quam non sistit in pura aprehensione objecti, sed statim judicat de illo, ut pote comprehensiva illius, ergo tantum abest, quòd vel minimè arguatur imperfectio in illa sic attingente objectum quin potiùs argueretur, si aliter attingeret. Prob. conseq. quia si aliter attingeret, simul judicaret, si simul est judicativa, non esse sic attingibilem, vel non esse talem ordinem in illo, quod est falsissimum, cum hic ordo negari non possit ex parte objecti, cum revera sit in illo, sicut est in gradu, vel prædicato superiori, & inferiori, ergo supposita tali perfectione ejus, magis huic derogaretur si aliter attingeret, aut confusè proponeret intellectus divinus sine eodem ordine.

Dices his replicis, & iterum argumento principali, probari ex his voluntatem antecedentem, vel non esse conditionatam, vel si conditionata est, non esse formaliter in Deo. Et ratio utriusque est, quia cum de ratione voluntatis, sive actus ejus conditio-

ditionati fit, quòd non existat, sed sit extiturus, si ponetur conditio, vel voluntas illa jam formaliter existens, & terminata ad prædictum objectum, conditionata non est, vel quod voluntas antecedens, & conditionata in Deo formaliter non sit.

Sed contra hoc est. Nam in utraque sententia sive affirmante dari statu in Deo decreta conditionata circa objecta conditionatè futura, sive in opposita negante illa, & affirmante dari eadem futura sine his decretis tenemur asserare, quòd talia future, ut pote extracta à statu possibilitatis ad statum futuritionis saltem sub conditione habeant jam actu prout sic aliquam bonitatem amabilem, aliàs nullius amoris essent capacia, nec terminandi aliquam volitionem liberam, cum voluntas non feratur, aut terminari non possit ad objectum nulla bonitate gaudens in eo statu, in quo ferri debet, aut terminari ad illud. Ex quo argumentor sic. Bonitas modo hominum secundum se est actu illi conveniens, vel existens, & non tantum sub conditione, sed in utraque sententia bonitas futura sub conditione potest esse amabilis, vel capax terminandi amorem, ergo à fortiori bonitas existens esto includat conditionem aliter terminandi actum, nam hujusmodi conditionaliter terminandi non tollit ab objecto primam ejus bonitatem, aut secundum se illi convenientem, sed tantum dicit aliam terminationem poteatem illi convenire, si aliter proponatur, ergo optimè componitur cum amabilitate, aut appetibilitate de facto ejusdem objecti.

Urg. hoc, & simul præcedentes replicæ. Nam quælibet bonitas existens in universum est potens terminare actum amoris, sed non extiturum, ergo existentem, ergo si modo bonitas hominum secundum se est actu illis conveniens, vel existens, erit potens terminare amorem existentem, quamtumvis includatur conditio aliter terminandi, si aliter proponatur objectum. Hæc posterior conf. tenet, quia conditio aliter terminandi, ut dictum est, non tollit existentiam bonitatis propositæ, ergo nec capacitatem terminandi actum existentem. Prima etiam cum ma. constant. Mi. autem prob. Quia actus non existens, sed extiturus, tantum specificatur à bonitate extitura, si ponatur conditio, ergo bonitas modo actu conveniens, vel existens non est objectum amoris extituri, sed existentis. Antec. est certum, quia specificativum, & specificatum debent eodem modo, & eadem ratione cointelligi, cum se invicem inferant, sive ponant, & interimant.

2. Ex his prob. specialiter, quòd sit conditionata, ut eam affirmat D. Thom. Nam voluntas includens conditionem aliter terminandi, si aliter proponatur objectum est voluntas conditionata, sed voluntas antecedens includit conditionem aliter terminandi ad salutem hominum, si aliter proponatur, ergo est conditionata: mi. patet, quia cum terminet ad salutem hominum secundum se non potest non includere conditionem aliter terminandi, cum homini secundum se, ut explicat ubi supra Div. Thom. possit aliquid adjungi exigens aliam terminationem, si nempè proponatur cum omnibus circumstantiis consequentibus. Ma. verò prob. Quia tendentia voluntatis cum conditione aliter terminandi est sola tendentia ad bonitatem secundum se, & veluti abstractam, ergo nequit esse absoluta, & simpliciter, sed tantum conditionate, & secundum quid, ut ait D. Thom., ant. supponitur, & conseq. prob. Quia voluntas ex sua natura tendit ad bonitatem secundum quòd est in particulari, & contracta, aut vestita circumstantiis consequentibus, argo si tendentia voluntatis cum tali conditione est ad solam bonitatem secundum se nequit esse absoluta, & simpliciter, sed tantum conditionata, & secundum quid. Antec. est etiam D. Tho. ut statim constabit. Conf. verò prob. Nam tendentia absoluta voluntatis debet esse ad bonum, ad quod ex sua natura semper inclinatur, sive ad bonum simpliciter tale ut inductivè etiam patet manifesto experimento, ergo si voluntas ex sua natura semper inclinatur ad bonitatem ut contractam, aut vestitam circumstantiis consequentibus, tendentia illius ad bonitatem illas prævenientem nequit esse absoluta, sed tantum conditionata, & secundum quid. Et ratio est. Quia voluntas absolutè, & simpliciter tendit ad solam bonitatem, ut assequibilem, sed bonitas conveniens objecto secundum se valuti abstractivè, aut ut prævenienis circumstantias consequentes non est prout sic assequibilis, ut patet, ergo nequit esse prout sic absolutè, & simpliciter amabilis, sed tantum secundum quid, & conditionetè, si aliter proponstur cum ejusdam circumstantiis, ut manifestè patet in eisdem exemplis D. Tho. Non enim Judex absolutè, & simpliciter intendit proferre sententiam mortis, nisi posita circumstantia homicidii; nec mercator projicere merces non existente imminenter periculo naufragii; nec quis consequi salutem sine præparatione; nam antecedenter solum intelliguntur, aut intelligi possunt, quòd tantum valint secundum quid, vel sub conditione, & per modum velleitatis, ut ait D. Tho.

Explicantur hæc omnia. Quia ut ostensum est, dum dicimus voluntatem antecedentem esse conditionatam, & secundum quid, ex eo quòd versatur circa bonitatem hominis secundum se præveniendo circumstantias consequentes, non intendimus, quòd divina voluntas omissivè se habeat ad istas, nam cum actus ejus sit infinitè perfectus, attingit objectum sub omni ratione bonitatis repræsentabilia, sed tanius est, quòd quia istud secundum se, & ut prævenit easdem circumstantias habet suam bonitatem, & consequenter amabilitatem ab illis distinctam sive à se ipso, ut conjuncto cum illis, duplex tendentia considaretur in divina volunteta respectu illius, altera, secundum quam attingit priorem bonitatem, altera vero secundum quam attingit posteriorem, sive ut terminatur ad illam, ut conjunctum cum prædictis circumstantiis, & quia hæc sola est bonitas simpliciter talis, sola tendentia ad hanc bonitatem est absolutè, & simpliciter talis, non verò tendentia antecedens, quæ quasi expectet hanc posteriorem, & hic ar.6. ad 1. appellat voluntatem secundum quid, & per modum velleitatis, dicens. *Neque tamen id, quod antecedenter volumus, simpliciter volumus sed secundum quid, quia voluntas comparatur ad res, secundum quòd in se ipsis sunt, in se ipsis autem sunt in particulari, unde simpliciter volumus aliquid secundum quòd volumus illud consideratis omnibus circumstantiis particularibus, quod est consequenter velle.* Et paulò infra de eadem antecedente subdit. *Unde magis potest dici velleitas, quam absoluta voluntas.* Et ratio est, quam insinuavimus, quia salus omnium hominum prout sic non consideratur in ordine ad salutem humanam, ut habens connexionem simpliciter, & absolutè cum illa congruen-

ter dispofita, cum deficiant ei virtutes, & alia dona congruentia ad falutem æternam, ergo folum eft appetibilis fecundum quid, per modum velleitatis.

Ultimò tandem prob. concl. In Deo datur verè, & formaliter voluntas antecedens terminata ad media, five auxilia fufficientia ad falutem eaque faltem præparando, ac difponendo, ergo veré, ac formaliter datur etiam voluntas antecedens ejufdem falutis faltem inefficax: ant. conftabit infra, nam ex negatione illius veluti ex radice orti funt errores Janfenii. Confeq. verò prob. volitio mediorum fufficientium ad finem neceffariò fupponit inefficacem faltem finis volitionem, ficut efficax volitio mediorum efficacium fupponit neceffariò efficacem finis intentionem. Tum quia aliàs volitio mediorum non prævia intentione finis effet à cafu; nec minor eft ordo in appetibilibus inter utramque volitionem, quàm fit in fpeculabilibus inter utramque affenfum conclufionis, & præmiffarum, ergo ficut affenfus conclufionis fupponit affenfum præmiffarum, pariter volitio mediorum neceffariò fupponet intentionem finis faltem in efficacem.

Dices præfupponere quidem, non tamen formaliter, fed fatis eft, quod virtualiter, vel eminenter, & ita volitio auxiliorum fufficientium fatis eft, quòd procedat ex voluntate antecedente falutis, non formaliter exiftente in Deo, fed tantum virtualiter, vel eminenter. §. Sed contra hoc eft, & imprimis obftat paritas utriufque affenfus. Deindè impugnatur. Nam volitio virtualis finis eft volitio illius, ut contenti in mediis, fed ex illa prout fic nequit oriri formalis volitio mediorum, ergo ex fola formali finis oriri poterit. Ma. conftat; mi. verò prob. Quia volitio mediorum magis eft ex vi volitionis finis, quàm è contra, in tantum enim eligimus media, in quantum intendimus finem, nam omne agens ordinatè procedens incipit à fine, & movetur ab intentione illius ad eligendum media, aliàs iterum operatur à cafu; fed volitio finis, ut contenti in mediis, magis eft ex vi volitionis mediorum, quam è contra, cum fit volitio illius, ut terminata ad media, ac proindè magis ifta habent rationem termini, & finis, quam è contra, qua ratione infra efficaciter oftendunt noftri Thomiftæ voluntatem prædeftinativam ad gloriam debere formaliter præcedere meritorum præfcientiam, vel prævifionem, quia nempè efficax volitio mediorum nequit oriri ex fola virtuali efficaci finis, fed tenetur omninò fupponere volitionem formalem efficacem illius, nifi velimus invertere ordinem procedendi fapientiffimi Provisoris, ergo nec volitio formalis mediorum fufficientium oriri poterit ex fola virtuali finis volitione, five ex fola voluntate virtualiter, & eminenter exiftente in Deo, five finis tantum voliti in mediis, & non formaliter in fe ipfo, vel ex vi fui magis, quàm mediorum falvo eodem ordine.



§. III.

Solvuntur argumenta contra præcedentem Conclufionem.

PRimò arg. Voluntas antec. per nos, & juxta D. Tho. eft inefficax, ergo non eft formaliter in Deo, fed tantum virtualiter, vel eminenter. Prob. confeq. Quia voluntas inefficax eò dicitur, vel quia eft impedibilis, vel quia eft mutabilis, modo nolens, quod anteà volebat, fed utrumque, ut patet, dicit imperfectionem, ergo. Probatur ma. Nam voluntas inefficax eft, quia caret affectu, fed ex duplici illo tantum capite caret illo, ut iterum patet ergo.

Ad hoc nego confeq. Ad prob. dift. ma. ex eo tantum, nego, & quia etiam objectum prout fic non eft capax, aut non exigit ulteriorem voluntatem, aut tendentiam conc. nam propterea ait D. Tho. ubi fupra, quòd non eft imperfectio ex parte voluntatis divinæ, fed ex parte voliti, quia non accipitur prout fic fecundum omnes circumftantias, quæ exiguntur ad rectum ordinem ad falutem. Sicut ergo nulla arguitur imperfectio in Deo, ex eo quòd aliquas cognofcat cognitione tantum abftractiva, ut poffibilia, quia ifta prout fic non funt capacia ulterioris cognitionis, five intuitivæ, ita nulla eft ex eo quòd inefficaciter, aut antecedenter, vel fecundum quid velit objectum incapax ulterioris voluntatis, vel confequentis, aut abfoluté, vel fimpliciter talis, fed folum utrobique ex parte voliti, immò effet ex parte volentis, fi aliter vellet illud prout fic, ut dictum eft, quia non vellet illud, nec cognofceret prout eft in fe, ficut ex oppofito arguitur in nobis, quando ad objectum capax tendentiæ fimpliciter, & abfolutè, folum inefficaciter tendimus, vel fecundum quid, & per modum velleitatis.

Sed infias. Quamvis objectum prout fic, vel bonitas ejus fecundum fe, aut veluti abftractivè fumpta non fit capax alterius tendentiæ, vel confequentis, eft tamen in manu Dei conjungere illam cum omnibus circumftantiis ufque ad executionem finis, ergo tendentia inefficax ad illud non poteft non effe imperfecta, & quafi detrahens poteftati, & efficaciæ divinæ voluntatis. Prob. conf. Quia habens in manu fua objectum exequendum, imperfectè vult, inefficaciter volendo, quia veluti fuperfluè, & otiosè convincitur velle illud, ut patet in alio exemplo adducto à D. Thom. 1. ad Timot. 2. de volente projicere merces in mari imminente tempeftate, nam fi in manu ejus effet fedare illam, & confervare merces, omninò otiofa effet, & imperfecta voluntas projiciendi illas.

Refpond. nego confeq. Ad prob. dift. ant. imperfectè vult, inefficaciter volendo, inefficacia orta ex merito objecti, & propriæ etiam providentiæ, & gubernationis, nego, ex alio capite, vel fi nullum aliud effet motivum, tranfeat, vel conc. Nam Deus volendo antecedenter, & fecundum quid illam, five falutem omnium hominum, efto in manu fua habeat conjungere utramque cum mediis, & fine, non propterea cenfendus eft imperfectà, aut otiosè procedere, eftò non conjungat, quia non folum objectum in illo priori non eft capax alterius tendentiæ, fed quia

quia etiam sic exigit summa, & universalissima ejus providentia, ita ordinare omnia ad suos fines, ut permittat, quòd aliqua frustrentur suo effectu, & talem finem non consequãtur, quia si non frustrarẽtur, sequerentur majora inconvenientia, ut patet in ordine naturali, in quo Deus ordinat corruptionem, & destructionem quorumdem individuorum ad conservationem alterius speciei, ut quòd leo devoret agnum ad conservandem speciem Leonis. Sic pariter in ordine supernaturali tanquam Provisor universalis, ita providere debet per voluntatem antecedentem, quòd omnes homines sint capaces beatitudinis, & quòd eos ordinet ad illam, & quòd in eam tendant quantum est de se, ac proindè quòd præparet illis per hanc voluntatem media, & auxilia sufficientia ad illam consequendam, *sed quia divina sapientia*, [ut iterum ad hanc rem ait S. Tho. 22. qu. 165. ar. 1. in corp. [*disponit omnia suaviter sap. 8. in quantum scil. sua attribuit providentia singulis quæ eis competunt secundum suam naturam, quia ut dicit D. Dyonis. 4. cap. divinis nomin. Providentia non est naturam corrumpere, sed salvare*. Hoc autem spectet ad conditionem humanæ neturæ, ut sit causa libera, secundum illud Eccles. 15. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui*, propterea relinquit hominem in sue contingentia, & mutabilitate ut deficiat, si velit, ac proindè non tenetur efficaciter velle, aut per voluntatem consequentem omnibus eundem finem, sed solum antecedenter, vel secundum quid, & deindé permittere, ut aliqui deficiant, & ut etiam manifestetur pulchritudo suæ justitiæ erga aliquos, & splendor suæ misericordiæ, ergo alios. *Et hac est ratio*, [ut iterum inquit Div. Thom. infra q. 23. ar. 5. ad 3.] *quarè Deus quosdam reprobat. Et hanc causam*, subdit, *assignat Apost. ad Rom. 9. dicens. Volens Deus ostendere iram, idest vindictam justitiæ, & notam facere potentiam suam sustinuit, idest permisit in multa patientia vasa iræ in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam*. Vidaatur omninò D. Thom. in eadem solutione ubi mirificè explicat arcanum istud profundissimum, & inaffabite mysterium salutis, & reprobationis æternæ.

2. Arg., & potest esse replica. Si aliqua esset voluntas in Deo inefficax maximé, quæ vult omnes homines salvos fieri, sed hæc non est inefficax, ergo. Prob. mi. Deus volens salvos fieri, non vult salvos fieri à se ipsis, sed à se ipso, cum sit finis excedans vires naturæ, sed hic affectus volentis salvos fieri à se ipso, non est inefficax, ergo. Prob. mi. hic affectus volentis salvos fieri à se ipso est affectus volentis salvos facere omnes, cum sit universalis, sed affectus volentis salvos facere, non præcisè versatur circa bonitatem secundum se, sed ut vestitam circumstantiis, ergo. Prob. mi. Nam effectus volentis salvos facere, tenetur se extendere ad fieri salutis omnium hominum, cum facere, & fieri sint correlativa, ergo non præcisè respicit bonitatem secundum se, sed etiam circumstentias.

Ad hoc nego mi. Ad prob. nego iterum mi. Ad illius prob. dist. ma. Est volentis salvos facere simpliciter, & absolutè in re, nego, secundum quid, vel juxta exigentiam, aut capacitatem objecti, & secundum ordinem suæ sapientiæ, & providentiæ, conc. Quamvis ita sit, quòd si solum haberet Deus hanc tendentiam conditionatam non transeundo ad decernendum, quid tandem expediat exequendum de facto, diceratur tunc præfata voluntas imperfecta. Cæterum, ut vidimus, voluntas divina non sistit ibi, sed juxta meritum suæ providentiæ ordinat quidem omnes ad salutem, secundum quòd sunt capaces beatitudinis per eandem voluntatem generalem, sed quia non expedit, ut dictum est, ut omnes illam consequantur, ex eadem sua providentia vult, quòd careat effectu, quod non est frustrari, nec otiari, sed ordinatissimè procedere in providando, nam etiam hoc ipsum, quod est non habere effectum, est sapientissimè volitum, & præintentum, unde dicitur, quòd in ordine ad finam universalissimum supremi Provisoris voluntas Dei semper implatur, quidquid sit in ordine ad illum rei provisæ, de quo infra.

Sed instas. Nam affactus volentis salvos facere nequit intelligi sine respectu, aut connotatione actionis executivæ salutis, ergo non est inefficax, & quasi abstractivè, aut secundum quid tendens ad bonitatem secundũ se. Prob. ant. Quia actus liber, ut distinguitur à necessario intelligi nequit in ordine ad præcata ad intra, cum ad intra sint omnia necessaria, ut dictum est, ergo solum intelligi potest, ut distinguitur ab illo, per connotationem, vel respectum actionis extrinsecæ, vel executivæ. §. Resp. neg. ant. Quia, licet demus voluntatem antecedentem connotare actionem productivam auxilii sufficientis, (de quo etiam infra,) quia tamen illud dat tantum posse non reducendum prout sic ad actum, non debet inferri, quòd connotet actionem executivam salutis. Ad prob. similiter admisso non posse intelligi actum liberum, ut distinctum à necessario, sine tali connotatione ad extra, non tamen quòd istud connotatum sit actio executiva salutis, quia est aliud assignabile, si solum sit antecedens, scil. actio productiva, vel præparetiva auxilii sufficientis dantis nudum posse. Quamvis, ut dictum est, actus Dei liber, quicunque sit non indigeat hujusmodi extrinseco tanquam constitutivo, & distinctivo, cum etiam, aut magis in ordine ad divinam bonitatem, ut communicabilem versetur actio libera Dei, & solum materialiter, aut à posteriori respiciat aliud quodcunque extrinsecum.

3. Arg. & potest iterum esse replica. Non datur in Deo voluntas generalis inefficax puniandi, aut reprobandi omnes, ergo nec datur salvandi omnes. Ant. est certum, & constabit infra, nam voluntas reprobativa quæcunque sit, sive positiva, sive negativa, quæ est per modum actus, efficax est, & non antecedens tantum, quia est per modum providentiæ attingentis finem, & media. Cons. verò prob. Ex eo datur generalis affectus inefficax salvandi omnes, quia homo secundum se habet sufficientem bonitatem terminativam amoris, sed etiam secundum se habet sufficientam defectibilitatem ad terminandam exclusionem à saluta, cum ex nihilo sit, ergo si nihilominus respectu illius, ut secundum se defectibilis non admittitur generalis voluntas exclusiva, nec erit admittenda generalis inclusiva, seu inefficax salvendi illum ut amabilem secundum se.

Urg. hoc. Nam etiam ante prævisa demerita non admittitur generalis reprobandi per modum actus, quæ efficax non sit, ergo nec ante etiam prævisa merita admittenda est voluntas per modum actus, quæ inefficax sit: imò voluntati, aut reprobationi negativæ, quam habet Deus circa aliquos ante prævisionem operum videtur omninò opponi voluntas

salvan-

salvandi illos ante eandem prævisionem.

Ad hoc neg. Cons., & disparites est, quia reprobatio in Deo, prout contra ponitur voluntati divinæ de salute hominum, sive electioni ad gloriam, non dicit puram negationem eligendi, quæ magis est privatio electionis quàm prævisentia, sed necessariò utramque voluntatem includit, & excludendi, & infligendi pœnam, de quo infra, unde homo, ut objectum reprobandum, vel puniendum pertinere nequit ad antecedentem, sed consequentem, sive quæ sumitur ex ostentione suæ justitiæ, ac proinde supponentem demeritum, sive circumstantias demeritorias. Cæterum voluntas salvandi omnes nascitur ex se, & ex communicatione suæ bonitatis, qua ratione etiam dicitur, quòd misereri, & parcere convenit Deo secundum se, punire autem ex nobis, ut rectè etiam ajebat Tertull. lib. 1. contra Marcionem. *Deus est ex se ipse bonus, ex nobis justus. Prior est bonitas secundum naturam, posterior se veritas secundum causam.* Unde quia in priori ad circumstantias jam intelligitur redundantia divinæ bonitatis ad hominem secundum se, ut dictum est, & constabit infra, optimè admittere possumus generalem voluntatem salvandi omnes, quantum est ex parte bonitatis Dei, & ipsius hominis, ut homo est, non sic tamen reprobandi, vel puniendi. Et per hæc etiam patet ad confirmat. Ad id verò, quod subditur de oppositione inter utramque voluntatem. Resp. quòd quia altera est efficax, & altera inefficax, nulla in illis est oppositio, ut patet in utroque exemplo D.Tho., scil. mercatoris, & Judicis, in quibus utraque optimè componitur sine ulla oppositione.

4. Arg. Nam voluntas antecedens, terminari non potest ad salutem hominum, sive ut futuram sive ut merè possibilē, ergo non est formaliter in Deo. Ant. quoad 2. p. patet ex dictis, cum possibile, ut possibile non sit capax terminandi, amorem divinum etiam per modum simplicis complacentiæ. Quoad verò, 1. prob. quia salus reproborum revera futura non est, de illa enim nunquam verificabitur, quod de facto sit. §. Ad hoc patet etiam ex dictis, nempè terminari ad salutem inchoativè, & saltem conditionatè futuram, si per ipsos non steterit, unde ex illa etiam præparantur, & oriuntur auxilia sufficientia ad gloriam: neque etiam, ut ostendimus, de omni, de quo affirmamus, quod est futurum oportet verificari quòd aliquando sit, quia futuritio non sumitur ex eventu, cum illum præcedat, sed ex dispositione, vel determinatione causæ, quæ in creatis potest impediri à consequtione effectus; in divinis autem attendenda est dispositio divinæ providentiæ, ut proximè explicatum est.

Sed instas. Auxilia sufficientia orta ex eadem voluntate non determinant, sed relinquunt voluntatem indifferentem ad affectionem, vel non effecutionem salutis, ergo non sufficiunt ad constituendam futuritionem illius. Cons. tenet, quia futuritio nequit haberi à causa indeterminata, vel indifferente. §. Resp. dist., & explico ant. relinquunt indifferentem, respectu elicientiæ actus perfecti, & affecutionis effectus conc. respectu imperfecti, neg., nam licet quoad perfectum, ad quem ex sua natura ordinatur, solum inclinet, vel det posse, applicat tamen, & determinet quoad imperfectos, quivoluntatem præparent, disponunt, & inclinant ad perfectiores, ut alibi communiter explicant nostri Thomistæ, unde licet ex vi illorum, & consequenter ex vi voluntatis antecedentis, actus perfectus, & salus æterna non constituantur complete, & perfectè, vel absolutè ant simpliciter futura, habet tamen inchoativè, & imperfectè, aut conditionate, ut dictum est.

5. Arg. Ad prob. non esse formaliter conditionatam. Per nos voluntas antec. terminetur ad bonitatem hominum secundum se modo existentem, ergo si semel admittitur, magis est absoluta, quàm conditionata ex parte obj. Ant. ergo nequit esse conditionata. Utraque cons. tenet, quia conditionate non potest non includere conditionem ex parte objecti ant. verò prob. quia objectum jam existens non potest pendere ab aliqua conditione, ut per se patet.

Dices includi conditionem aliter terminandi, si aliter proponatur, unde prout sic non est capax nisi tendentiæ conditionatæ, ut dictum est, quia nempè voluntas cum simpliciter, & absolutè fertur in res ut in se ipsis sunt, & in se ipsis sint in singulari, sive cum debitis circumstantiis, aut consequentibus, si semel fertur ad objectum præcisivè ab illis, vel secundum se solum potest tendere ad illud conditionatè, conditione tenente se ex parte illius, sc. l. aliter terminandi, si aliter proponatur, cum non sic prout sic in ultima ratione terminandi.

Sed contra hoc est. Nam hæc conditio aliter terminandi, si aliter proponatur non sufficit, ut dicatur, aut verè sit voluntas conditionata ergo. Prob. ant. Quia de facto datur in Deo actus tendens ad objectum dependenter à tali conditione, quod tamen non sufficit, ut dicatur conditionatè, & non absolutè tendere ad illud ergo. Prob. ant. Nam actus amoris in illa strictè sumptus, sive ut contradistinctus ab illo gaudii tendit ad divinam bonitatem secundum se cum conditione aliter terminandi, si aliter proponatur, nempè ut præsens, sed nihilominus non est conditionatus ergo. Prob. ma. quia in hoc distinguitur ab actu gaudii, quòd ille terminat ad illam sub ratione præsentis, ut ostenditur infra de amore Dei, ergo prout sic contradistinctus à gaudio terminat ad divinam bonitatem secundum se, & præcisivè à ratione præsentiæ, ac proinde cum conditione aliter terminandi, scil. sub ratione præsentis.

Resp. bene ibi dictum esse. Ad replicam neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. Ad prob. dist. ma. cum conditione aliter terminandi spectante ad formalem rationem objecti neg. conditione purè respectiva, aut magis tenente se ex parte potentiæ, conc. nam actus amoris strictè dictus, ut distinguitur à gaudio terminat ad divinam bonitatem, secundum omnia, quæ ei ab intrinseco conveniunt, & consequenter sine conditione objectiva, aut tenente actum conditionatum, nam conditiones præsentiæ, vel præsentiæ magis sunt conditiones respectivæ, aut tenentes se ex parte potentiæ, quàm objecti, unde non diminuunt, aut dividunt formalem rationem illius, sufficienter ad constituendum actum conditionatum; unde objecto nihil deficit, ut dicatur præcisivè terminari ab aliquo spectante ad formalem suam rationem objectivam, sive consideretur ut præsens, sive ut absens potentiæ, & ideò potest idem actus absolutè terminari ad divinam bonitatem in se, etiam prout sic non concipiatur terminari ad illam, ut præsentem. Cæterum bonitas creaturæ rationalis, ut dictum est, si præcisè consideretur secundum se sine circumstantiis consequentibus virtutum, & alio-

rum

tum donorum deficiens est, & imperfecta, quia prout sic tantum concipitur, ut natura quædam physica cum existentia ejusdem ordinis, & cum sola capacitate ad virtutes, & vitia, sine quibus non dicitur homo simpliciter bonus, nec simpliciter malus, ac proinde solum capax terminandi voluntatem secundum quid, & conditionatam.

Ex his, & superioribus patet hanc voluntatē antecedentam, & si dicatur secundum quid, & per modū velleitatis, ut eam appellat D.Tho., esse tamen veram, & sinceram voluntatem de saluta omnium hominum, & verè, & formaliter esse in Deo; quia id non est ex defectu sui, sed objecti, & quia ita etiam exigit universalissima ejus providentia, ut explicatum est. Nisi etiam velimus voluntatem illam Christi, qua ante passionem, dum cœpit tædere, & mœstus esse, petebat à Patre transitum à sa Cali is suæ passionis non fuisse verem, & sinceram voluntatem ostendandi propriam humanitatem; (quamvis etiam à D.Tho.3.p.q.ar. ar.4. in corp. magis appelletur velleitas, quàm absoluta,) quod tamen est alienum, cum nemo audeat eam dicere fictitiam, & simulatoriam. Et perpetuò id patet in utroque superiori exemplo Judicis, & mercatoris ab eodem adducto. Tum quia voluntas conditionata comparativè ad absolutam altè vera, & sincera sit, solat nihilominus appellari velleitas, ut docet idem in 4.dist.17.q.2. ar.2. ad 3. dicens. *Quamvis voluntas completa non possit esse alicujus sapientis de impossibili, tamen voluntas conditionata, qua & velleitas dicitur, esse potest de impossibilibus, qua etiam sapiens vellet, quod impossibile est, si possibile foret.* Et Propterea verè, ac sincerè, imò, & sapientissimè potuit dicere Christus licet conditionatè, aut per modum velleitatis, *Pater mi si possibile est transeat à me Calix iste*.

Nec obstat, quòd eadē voluntas antecedens dicatur voluntas signi, prout refertur ex eodem D.Thom. opusc. de præscientia, & prædestinatione c.6., constet autem voluntatem signi, non esse formaliter in Deo, sed tantum metaphoricè, ut dictum est, unde ibidem ad 1. Respondens ad illud psal. *omnia quæcunque voluit, Dominus fecit*. Quo arguens intendebat probare prædistinationem imponere necessitatem inquit. *Auctoritas etiam psalmista non cogit dicere, quòd voluntas Dei necessitatem imponat; sed quod semper infallibiliter impleatur*. Deinde ad rem nostram subdat. *Sciendum tamen est. Quòd Deus dicitur velle aliquid dupliciter. Uno modo propriè, & sic dicitur velle aliquid, cujus voluntas verè in eo est, & quod sibi complacet: & hac dicitur voluntas beneplaciti, quæ semper in omnibus infallibiliter impletur. Et de hac loquitur Isaias omnis voluntas mea fiet. Alio modo dicitur aliquid velle metaphoricè idest per similitudinem, eo quòd ad modum volentis se habet, in quantum præcipit, vel consulit, prohibet, vel permittit aliquid. Et hac dicitur voluntas signi, quæ non semper impletur. De qua dicit Apost. 1. ad Timot. 2. qui vult omnes homines salvos fieri, cum tamen omnes salvi non fiant, sed multi damnentur*.

Non inquam obstat. Tum in primis, quia non admittitur inter opuscula D.Tho., cum non invenitur inter alia etiam in aditione Romana, quæ aliis præfertur, quamvis fuerit adjunctum in fine 1.par. post dubia Chris. Javelli editionis Venetæ cum comment. Cajet., & M. Perrectæ. Tum quia expressè contradicit doctrinæ D.Th. aliis locis relatis ut rectè etiam advertit Gonet hic ar.3. ad ult. §. Sed eodem adhuc admisso dicimus, quòd licet sit revera voluntas beneplaciti, possit nihilominus secundum aliquam considerationem pertinere ad illam signi, quatenus aliquo signo exteriori manifestatur, ut ibidem innuitur, & docet etiam D. Tho. 1. ad Timot. 2. lect.1. ad eadem verba Apost. *Qui vult omnes*. Ubi respondens objectioni, quòd aliàs omnes salvarentur, vel quòd omnipotens impediretur per voluntatem non omnipotentem, inquit. *Velle ponitur quandoque pro voluntate beneplaciti, quandoque pro voluntate signi. Pro voluntate signi vult salvare omnes, quia omnibus proposuit salutis præcepta, consilia, & remedia. Pro voluntate beneplaciti sic exponi potest. Quatuor modis*. Vid. ibidem. En quomodo juxta D.Th. voluntas antecedens sive vella generale vel antecedens pertinere aliquo modo etiam potest ad voluntatem signi, aliò propriè pertineat ad illam beneplaciti, ut docet aliis locis superiùs relatis.

§. IV.

Statuitur aliud Corolarium, quomodo sit conditionata.

Ex dictis Colligimus 2. contra Molinam, & alios Recentiores voluntatē antecedentam non dici conditionatam ex eo quòd pendeat à consensu voluntatis humanæ tanquam à conditione, quam supponat, vel expectet à libero arbitrio, ut ipsi dicunt; sed ut proximè insinuavimus, quia imposter actum conditionatum, quo Deus vellet salutem omnium hominum, nisi per ipsos steterit, præcipuè loquendo de adultis, ut statim etiam dicemus, & nisi hoc repugnaret ordini suæ universalissimæ providentiæ, ac proindè etiam nisi impediretur ex hoc, bonum universale suæ justitiæ, & manifestatio suorum attributorum: vel uno verbo si aliud non obsisteret, sicut in simili D.Tho. qu.illa 21.3. p.ar.4. in corp. explicet voluntatem nostram secundum quid, & conditionatam dicens. *Illud autem, quod volumus secundum motum sensualitatis vel etiam secundū motum voluntatis simplicis, quæ consideratur ut natura, non simpliciter volumus, sed secundum quid, scil. si aliud non obsisteret, quod per deliberationem rationis invenitur. Unde talis voluntas magis est dicenda velleitas, quàm absoluta voluntas, quia scil. homo hoc vellet si aliud non obsisteret*.

Id etiam docet ubi supra dist.46. qu.1. ar.1. ad 2. ubi ut vidimus, *dicendum*, inquit, *quòd volunt as antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divina, sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circunstantiis, quæ exiguntur ad rectum ordinem in finem*. En quòd ad explicandam hanc voluntatem conditionatam non recurrit ad consensum nostrum tanquam ad conditionem, sed quia attingit objectum præcisivè à circunstantiis, scil. manifestationis suæ justitiæ, pulchritudinis universi &c. quia nempè illam vellet si aliud preponderans non obsisteret, & non quia expectet consensum nostri liberi arbitrii tanquam conditionem. Et eodem modo explicat 1. ad Timot. 2. lect.1. exemplo mercatoris, qui vult merces salvare, nisi obstet submersio navis, & salus propria. Sumitur

mirur etiam hoc Corolarium ex D.August. 5. contre Iulianum cap.4., & in Enchir. cap.25., & 27. ubi ait, *Multi salvi non fiunt, non quia ipsi nelint, sed quia Deus nen vult, quod absque ulla controversia manifestatur in parvulis*. Quibus verbis rationem etiam efficacem assignat in instantia parvulorum, à quibus nequit expectari consensus, si ipsi velint, cum adhuc non habeant usum rationis, & liberi arbitrii: Unde si voluntas antecedens, se axtendit etiem ad parvulos sine baptismo decedentes, ut suppono ex communi consensu Theologorum contra Vasquez, non potast dici conditionata à conditione nostri cõsensus.

Nec juvat recurrera ad consensum prævisum, ut futurum, si ad activam sarvarentur ætatem Vel etiam ad consensum parentum, si nempè eos velint baptizari, aut si baptismo impedimentum non ponant. §. Nam utrumque excludit August. Primum quidem lib.1. de anima, & ejus origina, ubi ut in superioribus vidimus, impugnans errorem semipelagianorum asserentium parvulos damnari propter peccata, quæ Deus præsciebat acturos esse si viverent, inter alia ex hoc arguit contre eos, quie non potuit illa peccata præscira ut futura. *Quomodo enim*, inquit, *rectè dicitur præsciri ut futurum, quod non est futurum*.

Quòd si dicas non negare posse præsciri ut future sub conditione, (ac proindè etiam consensum.) sed tantum ut futura absolutè. §. Contre hoc est, quie ut pariter in superioribus ostendimus. Semipelagiani non asserabant præsciri ut futura absolutè, sed ex hypothesi, quòd parvuli vivèrent, ut videri potest apud D Prosperum in Epist. ad August., quæ habetur ante illius librum de prædast. Sanctorum, ergo hoc modo negat August. recte dici prǽsciri, ut futura, aliàs hostem fingeret, quem feriret.

Secundum etiam excluditur ab eodem S. Doctore de dono persaver. cap.12. *Quid dicam*, inqnit *quod parvulus aliquando illi per ministerium baptizantis succurri possit, expirat. Plerumque festinantibus parentibus, & paratis ministris ut baptismus parvulo detur, Deo tamen nelente non datur*. Et libr.6. cont. Iulian. cap.5. *Aliquando*, ait, *adoptat in filium, quem format in utero immundissimæ feminæ, & aliquando non vult esse filium suum, quem format in utero filiæ sua. Ille quippè ad baptismum nescio, qua provisione pervenit, iste repentina morte non pervenit. Atque ita Deus, in cujus potestate sunt omnia, facit esse in Christi consortio, quem formavit in Diaboli cemicilio, & non vult esse in regno suo, quem formavit in cemplo suo*. En quòd apertissime non recurrit, nec recurrere vult ad voluntatem, sive parentum, sive filiorum, ut ad conditionem, quod velit Deus, scil. antecedenter, sed ad altiorem conditionem, cum plerumque etiam paratis parantibus, & festinantibus, & tamen Deo nolente non datur baptismus, quia nempè aliud obsistit respectu prioris voluntatis, ut dictum est, & non præcisè consausus eorum. Videri etiam potest Epist.105., & 107. De gratia, & libero arbitrio cap.22. de natura, & gratie c.28., & alibi. Sedde his infra de prædast.

Adverto tamen ne fiet æquivocatio, & ut fiat setis præcipuo fundamento oppositæ sententiæ, quòd dum dicimus Deum non expectare nostrum consensum, non per hoc intendimus excludere illum, quasi liberum hominis arbitrium non debeat consentira Deo volenti salvere, & liberè coöperari volenti justificare, & salutem conferre [hoc enim est de fide, & definitum in Concil. Trid. contrà Lutherum impiè dicentem liberum arbitrium non cooperari in justificatione Deo movanti, & excitanti, sad merè passivè se habere recipiendo motum à solo Deo productum,) sed solum, quod à priori non se habeat raspectu divinæ voluntatis etiam per modum conditionis ut similiter dicebamus de constitutivo actus liberi, sed magis à posteriori, & per modum effectus, itaut Deus movens, excitans, & justificans per suam gratiam exigit à nobia liberum consensum, juxta illud Aug. *Qui creavit sine te non salvabit te sine te*, sed non qui sit in nobis ex nobis, sed qui sit etiam donum Dei, ut verax inveniatur, qui dicit, 1. Paral. 29. *quæ de manu sua accepimus reddimus tibi*. Unde divina volũtas dicitur non expectare, vel supponere, non quia excludat, aut velit excludere, sad magis, quia illum per suam gratiem præparantem, & aplicantem intus efficit in corde hominis. Quæ est etiam doctrine Augustini. Epist. 107. ubi ait. *Quapropter ut in Deum credamus, & pie vivamus, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei non quia velle non debeamus, & currere; sed quia ipse in nobis, & velle operatur, & currere*, Et de dono perseverantiæ cap.13. *Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur, & operari pro bona voluntate: Hoc nobis expedit, & credere, & dicere, hoc est pium, & verum, ut sit humilis, & submissa confessio, & detur totũ Deo*. Et per hæc facilè, & in sano sansu intelligi possunt, & axplicari plures Authoritates tum scripturæ, tum SS. PP., in quibus vidatur apperenter concedi prior aliquis influxus ax parte hominis respectu ejus justificationis, & salutis. Nihil aliud enim intenditur ab illis nisi prædictus consensus, & libere cooperatio, quod totum Deus in nobis per suam gratiam efficit, & non quasi priùs habeantur ex nobis, vel sine efficaci, si de facto hubentur, vel sine sufficienti, dum possumus habere, ut expressè etiam docet idem Sanctus Pater libr.2. contra duas Epistolas Pelagianarum cap.8. Sed iterum alibi de his in materia de gratia.

§. V.

Statuitur alind Corolarium contra Jansenium.

SEcundò inferimus Deum voluntate generali, & antecedante valle omnes homines post Adæ lapsum salvus facere. Nagavit hanc voluntatem Iansenius lib.9., & 10. de gratia Salvatoris, ac proinde atiam auxilia sufficiantie, quæ oriuntur, vel præparantur, aut offeruntur ab illa, ex quo tanquam ex radice suorum errorum ab Innoc. X., & Alex. VII. Sæculo præterito damnatorum, & novissimè etiam à Clem. XI. initio præsentes 1700. prout exprimitur in ejus Bulla, in qua fit mentio Bullarum utriusque Prædecessoris infeliciter intulit hunc inter alios. *Semipelagianum esse dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum fuisse, aut sanguinem fudisse*. Licet ante mortem ut refert Bail in sua sum. Concil. scripta sua subjacerit correctioni Ecclesiæ. De quo tamen errore infra, ne eadem repetamus. Igitur ibidem docuit Deum habuisse quidem talem voluntatem pro omnibus, & singulis hominibus consideratis

ratie in statu Innocentiæ, sed non post Adæ lapsum, & prævisionem peccati originalis, unde lib.3. eandem extensionem illam tam vagam, inquit, modernorum Scriptorum, scil. extendendi in hoc statu affectus redemptionis ad omnes, & singulos homines ex alio capite non fluxisse, quam ex iste generali, & indifferente voluntate Dei erga salutem omnium hominum, & ex illa sufficientis gratiæ omnibus conferendæ præparatione, Et quod pejus est tanta ibi confidentia, & animositate id proferat, ut non vereatur asserere, (ut advertit hèc M. Ferre §.5. ad ult.) quòd utrumque August., Prosper, & Fulgentius, & antiqua Ecclesia, velut Machinam à Semipelagianis introductam repudiaverit. In quo quàm turpiter erraverit, & deceptus sit non solum constat ex multiplici fulminè Sedis Apostolicę contra hinc ejus doctrinam, sed ex dicendis etiam fiet manifestum, adeò ut ejus asseclæ falsitatem præfatorum errorum negere non volentes ad duo effugia recurrebant, scil. quòd in ejus scriptis non inveniebantur, vel quod non erant ad ejus intentum, & sensum, quorum utrumque ab eadem Sancta Sede explosum est, prout exprimuntur in Bulla Alex.VII., & Clem.XI.

Cœterum corolarium efficaciter deducitur ex eodem celebri testim. Apost. 1. ad Timot.2, ubi manifestè fit sermo de hominibus etiam in statu naturæ lapsæ constitutis, nam de illis loquitur, pro quibus vult fieri orationes, & obsecrationes apud Deum, certum est autem hos non esse solum innocentes, aut quasi minus indigentes, sed præcipuè peccatores, ut apertè constat ex ejus causali, nam rationem assignans, quare dicat pro omnibus, ait. *Quia hoc bonum est acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes vult salvos fieri*, idest ut egregiè advertit Div. Thom. dicens. *Secundò ostendit pro quibus sit orandum ibi pro omnibus, Tertio assignat rationem ibi, Hoc enim bonū est. Dicit ergo, quia ita est, quod Christus venit peccatores salvos facere*. Tum quia Apost. subdit deindè, quòd ad hanc voluntatem Dei implendam *dedit Christus redemptionem semetipsum pro omnibus*. Iterum autem est certum, quòd redemptio dicitur relativè ad captivitatem, ac proinde supponit lapsum in originale, ut juxta illud etiam 2. Petri 3. adductum à D.Tho. *Nolens aliquos perire, sed omnes ad pænitentiam reverti*.

3. Quia nisi velimus Apostolum in tam brevi contextu æquivocè loqui, & rationem ejus minimè idoneam esse, tenemur asserere, quòd non minus generaliter, & sine exceptione loquatur, dum dicit quòd vult omnes salvos fieri, quàm dum obsecrat fieri orationes pro omnibus, sed hoc posterius generaliter intendit, & sine exceptione (ut nemo negat esse de mente ejus, & ex charitate deberi) ergo etiam primum.

Deindè hoc etiam apertè convincunt tres rationes quas insinuat illis verbis. *Quia unus est Deus omnium; unus est mediator Dei, & hominum, qui dedit semet ipsum pro omnibus*. At non est Deus tantum hominum in statu Innocentiæ, cum non provideat eis solum pro illo statu: Nec mediator pro eodem, sed magis pro præsenti, cum ad officium mediatoris propriè pertineat conjungere, & unire eos, inter quos constituitur mediator, scil. per reconciliationem, ut docet D. Tho. 3. p. qu.24. ar.1. juxta illud 2. ad Corint. 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*. Nec denique dedit semetipsum pro puro eodem statu, sed potissimum pro illo lapsus per modum redemptoris, ut explicat idem qu.28. ar.4., & 5. juxta illud ad Gal.3. *Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, Dicitur autem pro nobis factus maledictum*, (subdit D.Tho. in arg., sed cont. ar.4.,) *in quantum pro nobis passus est in ligno*, ergo perperam restringitur, & contra mentem Apostoli prædicta voluntas generalis ad homines pro statu Innocentiæ, ita ut Deus, (ut voluit Jansenius,) ante peccatum Adæ, omnibus, & singulis æternam voluerit conferre beatitudinem voluntate generali, & antecedente, ex eaque in illo statu produxisse in primos parentes auxilia sufficientia, subdita ipsorum voluntati, quantum ad efficaciam; & idcirco, sub indequa talem voluntatem fuisse perutilem, ut non esse extendendam ad omnes in damnatione primi peccati positos, que velit omnes salvos fieri, & qua omnibus præparet remedia, & auxilia generalia ad salutem necessaria. Id namque non solum ait contra Apost., sed manifestè enervat rationes ejus.

Quòd verò errorem suum conatur stabilire authoritatibus præcipuè D. Aug., constabit infra, explicando prædictam damnatam propositionem, quàm alienus fuerit à mente ejus, Et quidem tam apertè S. Pater hanc generalem voluntatem extendit ad omnes homines etiam pro hoc statu, ut mirum sit velle oppositum sentire de mente ejus, nam aliis omissis de spiritu, & littera cont. Pelagianos cap. 33. inquit, *Vult Deus omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo benè, vel malè utentes justissimè judicentur*. Unde D. Prosper fidelissimus ejus assecla in resp. ad 2. object. Vincentii subdit, *Sincerissimè credendum atque profitendum est. Deum velle, ut omnes homines salvi fiant, Si quidem Apostolus cujus ista sententia est, absolutissimè præcipit, quod in omnibus Ecclesiis piissimè custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur*. Idem docet in resp. ad object. sent.8. dicens, *Qui dicit, quòd non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum Prædestinatorum, durius loquitur, quàm loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei qui & omnes vult salvos fieri, atque ad cognitionem veritatis venire*. Idem etiam repetit lib.2. de vocatione Gentium cap.25., & 28., ubi ferè ad literam confirmat, quod ubi proximè tradit dum ait. *Fit manifestum, quod diversis, atque innumeris modis omnes homines vult Deus salvos fieri, sed qui veniunt Dei auxilio diriguntur, qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur*. Unde iterum mirum est, quòd velit Jansenius, ut dicebamus, Augustinum, Prosperum, & antiquam Ecclesiam utrumque tanquam machinam à Semipelagianis introductam repudiasse, scil. voluntatem hanc generalem, & auxilia sufficientia, vel generalia ab eadem provenientia, cum etiam perpetuò Ecclesia in die Parasceves oreos pro Schismaticis, & Hæreticis ad dominum clamet, *Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, & neminem vis perire respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni hæretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuę redeant unitatem*. Argumenta contra præsens Corolarium militant etiam contra sequens, unde solventur infra.

§. VI.

Alterum Corolarium contra eundem Jansenium.

Ex præcedenti inferimus hoc posterius, quod sicut generaliter voluit Deus omnes homines salvos fieri, ità pro omnibus Christus passus sit, & mortuus, seu passionem, & mortem suam obtulit, & ordinavit ad salutem omnium, & singulorum, & non tantū prædestinatorum, ut jam contra eundem definivit Sedes Apostolica. Unde licet Semipelagianum sit asserere pro omnibus æqualiter, & mortis suæ pretium æque omnibus dispensasse, nec majore ex Christi morte beneficia in vasa misericordiæ, quàm in vasa justitiæ derivari: Catholica tamen sententia est Christum pro omnibus sufficienter mortuum esse non sola pretii sufficientia, quòd sanguis ejus omnibus hominibus redimendis satis esset, sed sufficientia voluntatis, & intentionis, quod illum omnibus prodesse voluerit, licet antecedenti, & generali, pia tamen, & paterna voluntate. Nec in eo errarunt Semipelagiani, quòd gratiam generalem, seu sufficientem ex eadem generali voluntate ortam, vel præparatam omnibus hominibus absque ulla exceptione præsto esse asserebant, sed quòd illam ad initium boni operis vel fidei non requiri contenderent. Unde etiam damnata est hæc alia contra eundem. *Semipelagiani admittebant interioris prævenientis gratiæ necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quòd vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Unde displicet, quòd unus, vel alter recentior adhuc post Constitutionem Innoc. X. in qua damnatur hæc ordine quarta propositio, asserat quoad priorē partem Semipelagianos gratiam aliquam internam ad initium fidei admisisse; cum satis etiam constet ex Epistola Hilarii ad S. Aug. Semipelagianos distinxisse in nostra voluntate vires ad bene operandum, vel solum ad bene desiderandum, vel petendum, aut credendum, quod pertinet ad ipsa initia bonæ operationis, & dicebant, quòd nostra voluntas in statu integritatis ante lapsum poterat ad utrumque, scil. non solum bene petere, & desiderare, sed etiam bene velle, & operari, unde tunc gratia adjuvabat hominem bene volentem, & operantem, seu bonam voluntatem; sed post lapsum retinuit tantum vires ad primum, quæ dicebant esse semina virtutum naturalium insita animæ nostræ, & quia nemo potest petere salutem, nisi credat Salvatorem, inde etiam credulitatis effectum ex nostra voluntate esse, gratiamque antecedere dicebant, sicut ægrotus, qui non habet vires ad ambulandum, vel ad faciendum opus hominis sani, habet tamen potentiam ad desiderandum salutem, & quærendum remedium, & petendam medicinam, unde initia bonæ voluntatis non in solo actu fidei, & credulitatis ponebant, sed etiam in petendo, pulsando, desiderando, quærendo medicinam, & adjutorium Dei, ac proindè non indigere gratia interiori ad singulos actus etiam ad initium fidei. Id obiter dictum sit, ne fiat æquivocatio in hujusmodi damnatis propositionibus Jansenii, qui etiam secundam ejusdem propositionis protulit, scil. *& in hoc erant hæretici &c.* ut præcedentem damnatam 3. sustineret, vel consequenter ad illam promoveret hanc 4. Adeò enim gratiam efficacem in statu naturæ lapsæ voluit prædominari voluntati, quòd solum relinquat in illa spontaneam velle, non autem velle liberum à necessitate; in quo etiam Tridentino contradixit asserenti liberum arbitrium motum, & excitatum posse dissentire si velit. Unde D. Thom. contra eandam 3. quæst.6. de malo art, unico in corp. inquit, *quidam posuerunt, quòd voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum, nec tamen ponebant, quòd voluntas cogeretur* quæ est in terminis propositio Jansenii) Deindè subdit. *Hæc autem opinio est hæretica, tollit enim rationem meriti, & demeriti in humanis actibus.* Videatur ibidem, quem acriter invehat contra hujusmodi opiniones, seu extraneas phantasias.

Sed redeundo ad nostrum Corolarium, quod est contra 5. ejus propositionem damnatam: scil. quàm protulit lib. 3. de gratia Salvatoris cap. 21., vel ult. ubi ait. *Christus pro infidelium in infidelitate morientium, aut justorum non perseverantium saluti mortuus non est, nec sanguinem fudit, nec se ipsum redemptionem dedit, nec Patrem oravit, imò non magis pro æterna liberatione ipsorum, quàm pro Diaboli deprecatus est.* Cui doctrinæ videntur aliquomodo favere aliqui alii tum ex antiquis, tum ex recentioribus, qui licet admittent in Deo generalem, & antecedentem voluntatem salvandi omnes, nolunt tamen, ut insinuavimus, eam extendere ad parvulos in utero materno decedentes, cum eis Deus nullum præbeat peccati originalis remedium, subinque videntur tenari ad asserendum Christum pro illis parvulis non esse mortuum, contra quòd tamen jam dictum est, & statim etiam constabit &c.

Sumitur verò Corol. ex pluribus locis Apost.: qui ad Rom. 8. inquit, *qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ad Rom. 5. *Per unius delictum in omnes homines in condemnationem, & per unius justitiam in omnes homines in justificationem.* 2. ad Corint. 5. *Si unus pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt non sibi vivant, sed ei, qui pro omnibus mortuus est.* Ex quibus D. Aug. lib. 20. de Civitate Dei cap. 6., & lib. 6. cont. Julie cap. 4., & quæst. 9., & lib. 2. operis imperfecti, probat omnes homines esse mortuos peccato originali, argumento, quo hoc posteriori loco utitur Paulus, scil. quis Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Undè sic argumentor. Christus non est mortuus pro non mortuis; sed omnes mortui sunt, ut intendit concludere Apost., & ex eodem, Aug. ergo pro omnibus mortuos est etiam pro non prædestinatis Consequenter, quis aliàs contra intentum utriusque non omnes essent mortui, nam ex morte Christi pro omnibus, inferunt omnes esse mortuos. Quo argumento convincitur etiam in ordine ad prædictos parvulos; nisi velimus istos non esse mortuos peccato originali, quod est alienum. Idem etiam docet S. Pater in expositione Epist. Joan. tract. 5. cap. 3. dicens. *Perfecta Charitas est ista, ut paratus sis mori pro fratre. Hanc ipse Dominus in se exhibuit mortuus pro omnibus, orans pro eis à quibus Crucifigebatur.*

Ad hæc nihilominus clarissima testimonia Scripturæ conatus est Jansenius occurrere, & interpretari. Primò quantum ad sufficientem jam pretii, scil. mortem esse pretio, & valore per se sufficientem pro omnibus, at non fuisse pro omnibus oblatam ordinatio-

actione Christi, & Dei. Secundò fuisse quidem oblatam pro omnibus, scil. pro genere singulorum, non pro singulis generum. §. Sed imprimis valdè mirum videtur quòd cum oppositum utriusque evasionis sit ulla vel minima offensione eorumdem locorum Scripturæ tam pie, ac vehementer conducat ad commendandam intentissimam Charitatem Christi, & Dei, ad omnes, & singulos (quidquid sit quòd secundum universalissimâ sui providentiam nan expediat, ut dictum est, & dicemus infra; quantum ad affi. ceciam ad omnes eadē generalitate extendere, nihilominus velit sic diminutè, aut restrictivè explicare.

Sed deinde contrà utramque militat primo Trid. sess.6. cap. 3., ubi statuit contrà Calvinum. Quòd Christus est mortuus in eo sensu, in quo ab eodem negabatur, sed Calvinus non negabat esse mortuum pro omnibus quantum ad sufficientiam pretii, nec etiam pro aliquibus ex omni genere, & conditione hominum. Nam in cap. 17. Joan. hac utraque evasione utitur ad explicanda loca Scripturæ, in quibus asseritur Christum esse mortuum pro omnibus ergo. §.3. contra primam etiam facit, quòd offerens, aut dans se ipsum, seu vitam propriam ex ferventissima charitate pro alio, ut sa obtulit Christus, non solem intendit dare pretium sufficiens quantum est ex parte pretii, sed etiam dare illud pro utilitate alterius, nec videtur nisi cum injuria posse aliter interpretari: Et hoc etiam sonat vox illa *pro* juxtà communem acceptionem, juxtà quam aplicatur causæ *finali*, *cui*, scil. volumus utilitatem, & commodum ut dum dicimus venire Medicum in domum pro infirmo. Quis enim dicet non venire pro salute ejus, sed solum ad exhibendam medicinam, quæ quantum esse ex se, sit sufficienter senarive? ergo cum majori in infinitum charitate, & affectu venerit Christus in mundum peccatores salvos facere, perperam explicantur prædicta loca de sola sufficientia pretii exhibiti præcisivè ab ordinatione illius ad utilitatem, & salutem omnium. Per quod etiam excluditur secunda. §. Sed præterea contrà eandem, & utramque simul militat argumentum factum. Nam juxtà Apostolum, & Aug. itá Christus est mortuus pro omnibus, ut hinc legitimè inferatur, quòd omnes sunt mortui, vel dabitum mortis contraxerunt; sed non aliqui tantum ex omni genere, sed singuli, nec sola positione mali de se sufficientis ad inficiendum, sed cum permissione, & ordinatione, ut omnes, & singuli morerentur, vel debitum mortis contraherent, ergo Christus itá est mortuus; & dedit se ipsum pro omnibus, & non solum exhibuerit pretium de se sufficiens, sed ordinando etiam illud ad salutem omnium, & singulorum. Aliæ authoritates pro eodem Corol. tam ex PP. Græcis, quàm latinis videri possunt apud Gonet hic §. 3.

§. VII.

Solvuntur argumenta contra duo præcedentia Corolaria.

PRimò Arg. authoritate D. Aug. Nam 21. de Civitate Dei cap. 24. ait, Quòd si nosset Ecclesia, qui prædestinati sunt ire in ignem æternum cum Diabolo, tam pro eis non oraret, quàm nec pro ipso; Christus autem varè sciebat; qui prædestinati erant ire in ignem æternum cum Diabolo, ergo nec oravit pro eis, nec mortuus est. Unde etiam D. Thom. 3. par. quæst.21. art.4. ad 2. inquit. *Dicendum, quòd Dominus non oravit pro omnibus Crucifixoribus neque etiam pro omnibus, qui erant credituri in eum sed pro his solum qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consequerentur æternam.*

Urgetur ex eodem D. Aug., qui pluribus in locis exponens prædictum locum Apost. 1. ad Thimot. 2., in quo fundatur dubitum orandi pro omnibus nusquam illum intellexit universaliter, sed semper cum restrictione, & limitatione. Nam lib.4. contra Julia. cap.8. De correpti., & gratia c.14., & de Prædest. SS. docet eadem verba Apostoli esse intelligenda secundum distributionem accommodam, & non universaliter, ita ut Deus non valit salvare omnes absolutè, sed eos omnes, qui salvantur. Sicut dicitur aliquis Magister docere omnes pueros alicujus civitatis, non quia omnes eddiscant, sed quia nullus, nisi ab illo discit. Secundò etiam si universaliter intelligatur, non tamen universalitate completa, & pro singulis generum, sed incompleta, & pro generibus singulorum: sicut dicitur omne animal fuisse in Arca Noe, quia ex omni genere animalium aliquod fuit, & idem docet aliis in locis. Quam etiam explicationem adhibet D. Greg. in 1. Reg., lib.5. ubi ait. *Omnes quippè homines vult salvos fieri, quia de omni genere hominum eligit, quos ad gaudium æternæ salutis trahit.* 3. Etiam exponit D. Aug. Quod valit omnes salvos fieri, non formaliter, sed causaliter, quia facit Sanctos velle, & procurere omnium salutem. Dixit enim Apostolis. *Prædicate Evangelium omni creaturæ, docete omnes gentes baptizantes eas* sicut Spiritus Sanctus dicitur postulare pro nobis, quatenus facit, ut postulamus. Ita de correpe., & gratia cap. 8.

Ad hoc resp. Ad 1. quidam authoritatem Aug., quæ videtur aliquomodo difficilis, respondet D. Bonavent. in 1. dist. 46. ar. 1. q.2. ad 3. intelligendam esse de oratione Ecclesiæ ex voluntate efficaci impetrandi eis vitam æternam, adhuc tamen benè orare posset ex fine explicandi affectum, quem quantum est ex se habet de eorum salute, & sic etiam Christus orare potuit, pro notis sibi reprobis, non ex voluntate efficaci perducendi illos per orationem suam in gloriam, sed ut demonstraret affectum, quem habebat erga eosdem perducendi ad illam, quantum est ex se, & idem similiter dicendum est de morte ejus.

Sed adhuc videtur urgere eedem euthoritas, adeò ut D.Th. 3.p. in addit q.99. ar.3. ad 2. ea idem utatur ad ostendendum Ecclesiam, si posset, non magis esse oraturam, sicut non orat de facto pro damnatis: sed pro istis nullo modo orat etiā ad ostendendum talem affectum, ergo nec ullo modo etiam oraret pro illis si nosset, ergo cum Christus nosset, nullo modo oravit pro illis, & non solum ex voluntate efficaci perducendi illos per suam orationem, passionem, & mortem in vitam æternam. Verba D. Tho. sunt. *Dicendum, quòd sicut Aug. dicit 21. de civitate Dei*, & Greg. 25. moral., & 4. dialog., quòd Sancti in hac vita *ideò pro inimicis exorant, ut convertantur ad Deum, cum adhuc converti possunt: si enim esset nobis notum, quod essent præsciti ad mortem, non magis pro eis, quàm pro Dæmonibus oraremus, & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia tempus conversionis non erit nulla pro eis fiet oratio,*

nec ab Ecclesia militante, nec triumphante. Et deinde subdit rationem ex Apost. *Hec enim pro eis orandum est, ut Apost.dicit.2.Timot.2., ut det illis Deus pœnitentiam, & resipiscant à Diaboli laqueis.* Unde priori loco de Christo sciente omnes reprobos expressè dicit, nec pro omnibus crucifixoribus orasse etiam credituris, sed tantum pro prædestinatis. §. Ex quibus instatur sic. Istæ sunt contradictoriæ, vel oppositæ, non magis oraret, aut nullo modo oraret pro his, sicut pro illis; magis oraret, aut aliquomodo oraret pro eisdem; sed prima est prædictorum Patrum, ergo secunda est contra illos ergo cum Christus sciret præsentes reprobos, nullo modo pro his juxta eosdem PP. oravit, sed solum pro prædestinatis, ut ait D.Tho.

Sed nihil ominus sustinendo eandem solut. vel explicationem D. Bonaventuræ, quæ non solum non opponitur, sed magis colligitur ex eisdem PP., & præcipuè ex D.Tho., ut statim dicemus; resp. imprimis, quòd est ab omnibus solvendum etiam à contrariis, cum nullus negare possit esse discrimen inter reprobos præsentes, & damnatos, sive reprobos, qui sunt in termino simpliciter æternæ damnationis, quòd licet etiam de primis certum sit, nunquam consequuturos esse vitam æternam, adhuc tamen ut peregrinantur in via, non censentur extra statum salutis, unde adhuc tenentur sperare, quod de damnatis affirmari non potest. Unde tenemur omnes assignare aliquod discrimen, ac proinde nec omninò æqualiter de illis loqui comparativè ad orationem Ecclesiæ, si semel alii ex merito saltem status, non sunt extra viam, & consequenter tenentur adhuc sperare, alii verò non.

Pro omnibus ergo dicimus optimè sustineri à D. Bonav. orationem Ecclesiæ saltem ex fine explicandi affectum suum quantum est ex se pro reprobis præsentibus, cum adhuc non sint extra statum salutis, licet non ex voluntate efficaci illis eam impetrandi, si sciret esse ab illa exclusos. Et hanc solum voluntatem excludere prædictos Patres non leviter insinuat D. Tho., illis verbis, *non magis pro eis, quàm pro Dæmonibus oraremus, quia post hanc vitam decedentibus in gratia, tempus conversionis non erit.* Quibus verbis solum excluditur efficax voluntas impetrandi illis hunc finem, si semel eorum reprobatio esset nobis revelata, quia nemo potest corrigere, quem Deus despexerit, cæterum ex hoc non rectè infertur, quòd quamdiù manent in statu conversionis, quòd sint penitus excludendi ab affectu charitatis, quem possumus ostendere ergo illos, quantum est ex parte nostra, nisi quasi per injuriam erga eosdem Patres tanquam alienos ab hoc affectu ad omnes, qui nobiscum convivunt in eodem statu. Sicut à simili dicimus respectu illius, qui jam judicatus est ad ultimum supplicium per sententiam irrevocabilem, quòd licet post illam non habeamus voluntatem efficacem illum liberandi, adhuc tamen retinemus ante illius executionem desiderium, & affectum liberationis ejus, quamdiù nobiscum adhuc vivit, quem tamen habere non possumus post illius mortem, vel post sententiam executam.

Hanc solutionem, vel explicationem, non leviter videtur tangere iterum Div. Thom. eadem 3.p. qu.81. ar.2. Ubi sustinens cum D.Dion., & D.Aug. Christum etiam Judæ dedisse Corpus suum resp. ad 1., quod erat fundamentum Hilarii negantis hoc ipsum ex eo, quòd dedit illis solis Discipulis, qui erant iterum bibituri in Regno Patris ut dicitur Matt. 26., inter quos non erat Judas; nihilominus inquit D.Tho. *Dicendum, quòd illa est ratio Hilarii ad ostendendum, quòd Judas Corpus Christi non sumpsit, non tamen cogit, quia Christus loquitur Discipulis, à quorum Collegio Judas se separavit, non autem Christus eum exclusit, & ideò Christus, quantum est in se, etiam cum Juda vinum in Regno Dei bibit; Sed hoc convivium ipse Judas repudiavit.* En quòd Christus non obstante, quòd optimè sciret Judam non esse cum se ipso bibiturum, adhuc potuit verè, & sincerè juxta D. Tho., & Aug., quantum erat in se, ostendere illi hunc affectum non solum orando, ut ad omnes ostendit in Cruce dando Animam suam, sed etiam in cœna dando eidem reprobo Corpus suum. Cur ergo non poterit similiter Ecclesia ejus Sponsa, ostendere illum erga reprobos, præsentes sibi etiam notos, quantum est in se orando pro illis verè, & sincerè?

Ex his solvi possunt cæteræ authoritates adductæ & adducendæ, media eadem distinctione sine ulla contradictione in dictis Patrum; vel in eorum expositionibus ad prædictam authoritatem Apostolicam sive explicent illam de voluntate generali, & antecedente, ut explicat Damascenus, sive de consequenti, ut Aug., quæ procedunt in diverso sensu. Nam loquendo de priori verum est, quòd vult omnes nullo excepto salvos esse. At verò loquendo de posteriori, etiam verum est, quòd non vult omnes de facto salvari, vult tamen ex omnibus aliquos, & quòd nullus salvetur nisi per ejus voluntatem. Unde D.Tho. in 1. dist. 46. qu. 1. ar.1. ad 1. inquit. *Dicendum, quòd secundum Damasc. verbum Apost. intelligitur de voluntate antecedente, & non consequente, unde exponit eam dupliciter. Uno modo, ut sit distributio accomoda pro omnibus, qui salventur, ut in littera dicitur: Alio modo, ut sit distributio pro generibus singulorum: quia de qualibet conditione hominum, aliquos prædestinavit ad vitam, & non pro singulis generum.* Idem repetit 1. ad Timot. 2. ubi supra, ubi aliam etiam adducit relatam in argumento de locutione in sensu causali, & ostendit simul nullum esse inter illas dissidium, & quòd eadem præcedens Aug. de distributione pro generibus singulorum, *magis esse*, inquit *ad intentum Apostoli; quod nullum genus hominum excipiat à salute; quia olim tantum Judæis, sed modo omnibus præbetur.* Favet etiam his omnibus Aug. in Enchiridio c.103. ubi traditis duabus prioribus expositionibus subdit. *Quocunque alio modo id potest intelligi, dummodo concedere non cogamur, aliquid omnipotentem voluisse fieri, factumque non esse.*

Cur verò D. Aug. de voluntate potiùs consequente, quàm antecedente ex posuerit hic S.Doctor, præter proximè adductam à D. Tho., quòd magis faciat ad intentum Apost., alia etiam adducitur ratio, quia ibi de prædestinatione SS., & vocatione Dei agebat contra Pelagianos, & Semipelagianos, qui ut refert Prosper in Epist. ad Aug. contendebant non dari talem voluntatem secundum propositum tanquam veluti fatalem, unde dicebant Deum velle hominum salutem generali tantum, indiscreta, & indifferenti voluntate: itaut quòd prædestinati potiùs salverentur, quàm reprobi nullo modo in specialem Dei providentiam, & peculiarem quandam ipsius voluntatem, sed in humanam dumtaxat refunderetur. Ad quòd impugnandum, & statuendam volun-

voluntatem Dei afficacem, qua certò prædestinatos ad salutam promovet, varba illa Apostol. *Deus vult omnes homines salvos fieri* de voluntate afficaci, & consequente exposuit, qua divina prædestinatio continatur, eamque non universaliter, sed per distributionam accommodem, aut pro generibus singulorum non pro singulis generum intelligendam esse affetebat. Et quia SS. PP. dum arrorem aliquem impugnant, acri quodam, aut vehemanti Stilo eos aggrediuntur, ad id non ita cautè attendentes aliqui recentiores, prædictas tras expositiones August. quasi minùs rectas, aut duriores rejececunt, cum ta nen ad pietatem magis, & horrorem erroris oppositi eundem loquendi modum refundare debuissant. Nam doctrina illius hac in re, siva in his quanti facienda sit inter innumara doctrinæ eius ancomia, potissimum constat ex decreto Clam. VIII. ubi tandem dicitur, *quòd cum multi Pontifi es prædecessores doctrina D. Aug. de gratia tam acres fuerint assertores, ac vindices, ut eam quasi hareditario jure in Ecclesia relinqui voluerint, aequum non est, ut patiar, illam hac quasi hareditate privari*. Unde etiam Hormisda in Epist. ad Possessorem Episcopum, remittit cunctos fidales ad libros August., ut ibi videre possint, quid de gratia, & prædestinatione, Romana sautiat Ecclesia.

Advertò tamen, ne fortè quis incauté prædictos Recentiores, val alios ais inhærantes censura aliqua inurat, quòd licet expositionibus D. August. de voluntate efficaci, & consequenti non consentient, non tamen eam aliàs despiciunt, licet conentur dirigere, vel temperere ejus efficeciam per viàsciantiæ mediæ, seu prævisionam. Unde magnum adhuc est discrimen inter utrosque. Nam Semipelagiani nullam admittebant prædestinationam gratuitam ne dum ad gloriam, sed nec ad gratiam; alectionem, scil. ad gloriam maritis operum, tribuentas & ad gratiam meritò fidei, de qua dici non possat; *quid habet quod non accepisti? utpatè qua in eadem natura remanserit licet vitiata, qua prius sana, & perfecta donata sit*; ut refert Hilarius ad S. Aug. scribens. Quæ Pelagianorum sententia erat hæretica. Prædicti verò prædestinationem ad gratiam, omninò gratuitam profitentur. Et solam elactionem ad gloriam intuitu meritorum, val ax eorum prævisiona fieri volunt. Quod etiam spectat sciantiam illam, de qua supra, & quæ media nuncupatur, non in hoc Semipelagiani fuerunt hæretici, quod eam admisarint, ac propugnavatint, sed quòd ex præscientia meritorum, vel peccatorum, quæ nusquàm assent future, Deum hominum sortes dafinira assecerent, & alios prædestinare ad gloriam, alios damnare ad pœnam, idque etiam locum habere in parvulis. At Recentiores illi præfatam scientiam circa merita, val peccata, sub conditione, quæ nusquam ponenda sit. futura, non ita propugnant ut Deus in prædestinationis, & reprobationis negotio rationem eorum aliquam habeat, Unde salva Religione à suis Authoribus defenditur.

2. Arg. ax scripturis, & præcipua ast illa Matth. 26. *Hic est Sanguis novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Si pro multis, (inquit Jansenius,) ergo non pro omnibus. §. Præterea sæpè asseritur in illis, quòd Christus non est mortuus pro impiis: quòd Deus non vult salvare infidelas, nec peccatores. §. Ad hoc dico in primis, quoad primam asse ab eodem etiam solvendam. Nam similiter Paulus ad Rom. 5. dicit, quòd per peccatum, vel inobediantiam Adæ peccatores constituti sunt multi cum taman fateamur omnes, ut dictum est, illius peccatum, sive originale in omnes, & non in aliquos tantum, aut solum in multos contrapositivè ad omnes fuisse transfusum. §. Pro omnibus ergo dicimus, quòd ni velimus illas sibi ipsis contradicere, tenemur explicare, quod vox illa axplicans magnam multitudinem, accipiatur universelitar juxtà amplitudinam charitatis Christi pro tota collectione multitudinis, ut Sanguinem, & animam dederit in Cruca pro omnibus; cum val atiam Judæ, ut dictum ast, Corpus suum daderit in Cœna, & de illo atiam quantum erat in se dixerit asse bibiturum in Regno. Idemque apertè colligitur ex Apostolo ibidem, ubi immedietè antea exprimit eandem transfusionem voce omnium dicens *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines per condemnationem, sic per unius justitiam in omnes homines per justificationem vitæ*: unda Div. Thom. ad illud. *Peccatores constituti sunt multi*. Statim subdit, *idest omnes, qui ab eo nascuntur secundum rationem seminalem*.

2. Explicari potest cum D. Thom ibidam, quòd dum dicitur pro multis, intalligatur quoad efficaciam. Sed pro omnibus quoad sufficientiam. Unde ait, *Et pro multis, & pro omnibus. Quia si consideretur sufficientia 1. Io. 2. IPSE EST PROPITIATIO PRO PECCATIS NOSTRIS, SED NON PRO NOSTRIS TANTUM, SED ET TOTIUS MUNDI. Sed si consideremus effectum, non habet effectum, nisi in his, qui salvantur, & hoc ex culpa hominum*. Unde iterum mirum ast, quòd cum ad sint testimonia Scripturæ tam manifesta contra sui interpretetionem, voluerit nihilominus idem Author trahare ad sensum tam alienum à communi consensu Theologorum, & fidelium, & ipsius Ecclesiæ, ut experimento deindè comprobatum ast ax proscriptione damnatarum illius propositionum.

Ad cœtere loca superiora itarum dicimus val esse explicanda media eadem distinctiona; vel quòd fiat sensus dum dicitur non asse mortuum pro impiis; val non orasse pro illis, aut nolla eos salvare; non absolutè, val omninò exclusivus eorum, etiam quoad substantiam, aut substantialiter, sed reduplicato statu impietatis illorum, seu operantium ax influxu illius, quia certum est nullum prout sic velle perducere ad gloriam, cum quo tamen stet vara, & sincera voluntata omnibus voluissa salutem, pro omnibus orasse, Sanguinem fudissa saltem quoad sufficiantiam, licet non ax voluntata consaquenti, scil. perducendi ad vitam æternam, ut apertè etiam indicat D. Th. loco relato ex 3. p. qui suprà nobis objiciebatur, nàm statim postquàm ait Christū non orasse pro omnibus Crucifixoribus subdit immedietè, *ut per ipsum vitam consequerentur æternam*. Ex quibus, ut dictum est, fit satis ad cœtera tastimonia.

Undè ut benè advertit M. Ferre opusculo ad hanc rem manuscripto §. *quinta propositio*, loca omnia, quę sinistrè intellecta ex D. Aug. adducit Jansenius ad suum errorem fundandum tantum convincunt, quód Christus voluntata consequenti, & afficaci perducendi homines in vitam æternam solum voluerit mori pro prędestinatis, & de facto mortuus fuerit. Cœterum loquendo de voluntate antecedenta perducandi homines in vitam ęternam pro omnibus mortuum fuisse, ut axplicatum est, non solum expras-

sè

sè docet ubi supra, sed etiam lib. de Cathechizandis rudibus cap. 26. ubi ait. *Ab interitu, hoc est à pœnis sempiternis Deus misericors volens liberare, si sibi ipsi non sint inimici, & non resistant misericordiæ creatoris sui, misit unigenitum suum Filium.* Quibus, ut patet, admittit voluntatem ex parte Dei mittendi Filium suum, ut omnes pœnis æternis liberarat, conditionatam tamen ex parte hominum, quæ est illa voluntas, qua juxta Paulum vult omnes homines salvos fieri, quę non est absoluta, & consequens, sed conditionata, non quidem respectu hujus (Subdit idem Mag.) quod est mittere Filium suum pro omnibus, (quia quoad hoc consequens fuit,) sed respectu hujus, quod est perducere eos in vitam æternam.

Pro quo esse valdè valdè notandum ait, quòd Deus voluntate sua absoluta, & efficaci voluit Christum mori pro omnibus, sed quod ex hac morte de facto homines salutem æternam consequantur, hoc pro omnibus voluit voluntate antecedenti, & conditionata, pro solis autem prædestinatis voluntate absoluta, & consequenti, quod dicit Aug. in sua doctrina, & è diametro opponitur Jansenio, qui in Deo, respectu consequutionis salutis æternę noluit admittere prædictam voluntatem antecedentem Pauli, deceptus in hoc, quòd Aug. eam exposuerit de consequenti ob rationem adductam, non tamen quòd antecedentem rejecerit respectu ejusdem. Unde sicut Deus voluntate consequenti voluit Christum pro omnibus mori, ex voluntate tamen antecedente salvandi omnes, & consequenti erga prędestinatos; sic Christus plenissimè obediens, & conformis voluntati Patris, absolutè voluit pro omnibus mori, sed non ex voluntate absoluta salvandi omnes, sed solùm antecedenti, & conditionata erga omnes, & consequenti erga solos prędestinatos.

Sed quia maximam vim facit Jansenius in D. Aug. placet adhuc eandem ipsius doctrinam referre ex tract. 12. in Joan., ubi inquit. *Quantum in Medico est, sanare venit ægrotum, ipse se interimit, qui præcepta medici observare non vult. Jam inquiro, est ipse infirmus, sane infirmus qui præcepta medici observare non vult, & sic volendo se interimit. Non significabis eos, qui de numero prædestinatorum sunt, sed reproborum portabis figuram.* Et hinc (inquit Aug.) quòd medicus cœlestis Christus quantum est ex se, sanare vult. Ergo manifestè sentit, quòd Christus per mortem, & passionem suam habuit voluntatem, quantum est ex parte sui perducendi etiam reprobos in æternam salutem. Quæ voluntas antecedens, non consequens, non absoluta, sed conditionata de salute omnium est, & dicitur. Sed non vacat amplius hac in re plus nimiò immorari potest determinationē Ecclesiæ. Alia argumenta, & præcipuè cujusdam Doctoris Sorbonici videri possunt apud Gonet. hic ar, 5. §. 2., & 3., & ex dictis solvi possunt, & idem etiam eisdem rectè occurrit.



QUÆSTIO SECUNDA.

An per voluntatem antecedentem præparentur homini etiam in statu naturæ lapsæ auxilia sufficientia ad salutem.

Contrà Jansenium iterum procedit difficultas, qui ex eadem radice non admittendi voluntatem generalem salvandi omnes in statu naturæ lapsæ vitam sibi, ut omninò sterilem, & infructuosam noluit consequenter hujusmodi auxilia sufficientia, quibus habetur posse usque ad actum perfectum, unde ut insinuavimus, intulit quinque illas consequentias, saupropositiones damnatas à S. Sede; quamvis non negaverit in statu innocentiæ, sed libenter illam admittat, primis parentibus perutilam, ex ea gratiam sufficientem subditam illorum voluntati quantum ad usum, & efficaciam processisse fateatur. Itaque contendit nullum tale auxilium in hoc naturæ lapsæ statu hominibus dari. Putabat enim proprium esse naturæ integræ cum parato auxilio sufficienti posse agere si velit, adeoque in præsenti statu naturæ per peccatum debilitatæ auxilium illud esse inutile, imò noxium, & requiri aliud fortius, & efficacius, quo voluntas homini applicetur, & determinetur ad agendum, ità ut non sit illi liberum non agere si velit, sed necessariò actum illum, ad quem movetur elicere. Unde consequenter docet non modo infideles induratos, & quoscunque peccatores carere auxilio sufficienti, quo possint credere, & pœnitentiam agere si velint, sed etiam hominibus justis, & amicis Dei denegari auxilium sufficiens, quo possint Divina præcepta servare, tentationes occurrentes superare, & in gratia perseverare si velint. Tamque confidenter suo more affirmat esse sententiam Aug. ab Ecclesia probatam, & contrà Pelagianos, & Semipelagianos à variis Summis Pontificibus olim firmatam, & constitutam, itant sinè manifesto errore ab ea discedere non liceat. Sed ut jam insinuatum est, quàm infeliciter ista protulerit, ex damnatis 5. propositionibus ab hac procedentibus satis constare potest, & iterum ex dicendis.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio ex D. Thom, & D. Aug.

Deus per voluntatem antecedentem, qua vult omnes homines salvari præparat cunctis hominibus media, seu auxilia sufficientia ad salutem seu quibus ordinentur, & promoveantur in vitam æternam. Ità communiter Theologi contrà præfatum Authorem, & expresse eam tradit D. Thom. in 1. dist. illa 46. quęst. 1. ar. 1. Ubi versus medium corp. ait. *Et hujus voluntatis affectus est ipse ordo naturæ in finem salutis, & promoventia in finem omnibus communiter proposita tam naturalia, quàm gratuita*, Quibus, ut dicemus, insinuat etiam rationem.

sem fundamentalem, que valde torquatur Janseoius, & in omne latus se vertit ut eam solvat. Idem docat ad Hebr. cap. 12 lect. 3. Ubi ad illud *contemplantes nequis de sit gratia Dei* Subdit post ralstum aliud celebre Apost. superius testimonium 1. ad Tim. 2. *Qui vult omnes homines salvos fieri; Et idiò*, inquit D. Thom. *gratia Dei nulli deest, sed omnibus quantum in se est, se communicat, sicut nec sol de est oculis cacis*. Notetur hoc simile, ut maoifestè appareat, an hęc gratia Dei, sicut sol se exteodat ad cœcos etiam, vel infideles, & ad alios quoscunque uoiverfaliter, & non solum ad justos in statu innocentię, ut voluit Jaosenius. §. Deinde 3. Cont. Gent. cap. 159. idem adhibens testimonium Pauli, & exemplum solis inqoit in fine cap. *Deus enim quantum in se est paratus est omnibus dare gratiam. Vult enim omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, ut dicitur 1. ad Tim. 2. sed illi soli gratia privantur, qui in se ipsis gratia impedimentum prastant: sicut Sole Mundum illuminante in culpam imputatur ei si oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur licet videre non possit nisi lumine solis praveniatur*. Quibus atiam pręoccupat, pręcipuè his ultimis verbis excusaotes excusatiooes suas io peccatis.

Sed placet etiam probare aliquibus testimoniiis D. Aug., ot appareat, quàm sinistrè, ne dicam injuriosè trahat illum Jansenius ad sensum suum. Nam io primis lib. 1. de Geoesi c. 1. memorans illud Joan. *Est lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, utique per gratiam suam, ut plerique PP. exponunt. Hæc habet. *Nam solis istius corporei lumen, non illuminat omnem hominem, sed corpus hominis, & mortales oculos, in quibus nos vincunt aquilarum oculi, qui solem istum multò melius, quam nos dicuntur aspicere. Illud autem lumen gratiæ non irrationabilium animalium oculos pascis, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, & temporalium, se ad ejus pracepta servanda convertunt. QUOD OMNES POSSUNT SI VELINT, QUIA ILLUD LUMEN OMNEM HOMINEM ILLUMINAT VENIENTEM IN HUNC MUNDUM*. Ex qua solis similitudine soie ipso clariori manifestè patet omnes sufficienti gratia prævenire, per quam possunt, si velint, Deo credere, ejusque præcepta servare.

Lib. etiam 83. qq. qu. 68. agens de iis, qui ad cœnam vocati sunt. *Ad illam cœnam*, inquit, *quàm dominus dixit in Evangelio praparatam, neque omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque neque illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt. NEQUE ILLI, QUI VOLUERUNT VENIRE, DEBENT ALTERI TRIBUERE, SED TANTUM SIBI, QUONIAM, UT VENIRENT VOCATI, ERAT IN EORUM LIBERA VOLUNTATE. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur propterea, & si quisque sibi tribuit, quòd venit vocatus, non potest sibi tribuere, quòd vocatus est. QUI AUTEM VOCATUS NON VENIT, SICUT NON HABUIT MERITUM PRÆMII, UT VOCARETUR, SIC INCHOAT MERITUM SUPLICII, CUM VOCATUS VENIRE NEGLEXERIT*.

Ex quibus duo inferuntur apertè pugnantia cum doctrina Jansaoii. Primum quòd ille, qui vocatus venit possit sibi tribuere, quòd venerit; & si non debeat sibi tribuere, quòd vocatus est. Secundum, quòd aliter, qui non venit sit similiter vocatus, sicut ille, qui venit, & possit pariter venire, si valit, adeoque non Deo, sed tantum sibi tribuare debeat, si non veniat, Quæ è diametro pugnant cum doctrine ejus, cum quatenus docet venientem oon posse sibi tribuere, quòd venerit: eo quod putat eum ooo ita vocari, ut possit venire, si velit, ant non venire, sed ità ut necessariò venturus sit, quo ipso clarum est, eum non posse sibi tribuere, quòd venerit. Tum quatenus existimat eum, qui non venit, non vocari à Deo, ut veniat, itant ex parta illius non habeat paratum auxilium, necessarium, ut possit venire si valit.

Id etiam urgeri potest veriis ejusdem S. Doctoris testimoniis, quibus apud Jansen. libr. 9. capit. 21., post Paulum facit duplicem vocationem, eliam secundum propositum, quæ est propria electorum; aliam propriam non electorum, quæ affectu caret, & de qua dicitur: *Multi vocati, pauci electi*. Hæc enim posterior nihil aliud est, qoam gratia sufficiens. Quod nec ed versarius juxta propriam doctrinam negare potest.

Ad idem etiam rafertur, quòd apud istum lib. 3. de libero art. cap. 19. adducitur ex aodem S. Patre. *Cum ubique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi Dominaservientemaversum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligenter exhortetur, conantem adjuvet, exaudiat deprecantem; non tibi deputatur ad culpam, quòd invitus ignoras, SED QUOD NEGLIGIS QUÆRERE, QUOD IGNORAS; nec illud quòd vulnerata membra non colligis, SED QUOD VOLENTEM SANARE CONTEMNIS: ista tua peccata propria sunt*. Quibus maoifestè ostendit, quàm variis modis, Deus præsto adsit peccatori, ot eum ad se coovertat, & sanet, otiqua per gratiam sufficieotem, quæ teman effectu carat peccatoris malitia, qui medicum sanare volentem contemnit.

Quibus consentanea habet Chrysost. homil. 14. ex variis in Matth. loci dicens. *Noli dicere perii, quia jam medicum habes fortiorem te, & potentiorem, quàm informitas tua est. MEDICUM HABES VOLUNTATEM TUAM, SI VOLUERIS EMENDARE, ET POTENTEM, ET CUPIENTEM*. Ex his itarum patet, quàm cootrariè loquetur Jansen. his SS. Patrib.; tum quia oon aliam Christi gratiam medicinalem admittit, qoàm quæ dat actualiter benè operari, (&. propterea in 2. propositiona damnata,) inquit, *INTERIORI GRATIÆ NUNQUAM RESISTITUR*.) Cum tameo juxta Aug., & Chrysost., medicinalis gratia, ita offeretur ægrotaoti, ut possit illam respuere, si valit, & sæpè respuat. Tum quia contemnere medicum volentem sanare, perindè est, ac gratiam sufficientem oblatam nagligere, eamque utiqua nolle. Sed de his, & aliis aliorum SS. Patribus testimooiis in favorem Concl. videri etiam potast. Petrus à S. Joseph in priori parte opuscul. contra Jensenium.

§. II.

Probatur ratione ex D. Tho.

Prob. ex D. Thom. ubi supra dist. 46. in 1. Deus voluntate generali ordinat omnes homines in finem salutis. Nam *hujus voluntatis*, ut inquit ibi, *effe-*

effectus est ipse ordo in finem salutis, ergo per eandem præparat illis media, seu auxilia ad illam sufficientia, Cons. tenet, quia ut supra insinuavimus, repugnat hominem ordinari ad aliquem finem neglectis mediis, cum finis haberi non possit sine illis, unde veluti à casu, & sine consilio ordinaret ad illum, quod est omninò alienum à summo provisore, ergo non stat, quòd per illam omnes ordinet ad eundem finem, non præparatis mediis sufficientibus, sive generalibus auxiliis ad illum,

Urg. hoc. Nam finis salutis, seu vitæ æternæ, utpotè supernaturalis, excedit ex hac parte vires hominis, seu naturæ, ex alia etiam ordo, sive ordinatio ad illum ad salutis consequutionem, & ad observantiam præceptorum supernaturalium, cum per istam perducamur ad vitam æternam juxtà illud, si vis ingredi, serva mandata; sed hæc duo sunt impossibilia non præparatis auxiliis sufficientibus, vel sine illis dantibus posse, aliàs ut patet ordinarentur, & obligarentur ad aliquod impossibile, ergo præparantur, vel offeruntur respectu omnium auxilia supernaturalia. En sequela infelix Jansen., seu prima illius propositio damnata. *Aliqua Dei præcepta sunt impossibilia &c. deest quoque gratia illis, qua possibilia fiant*, Contra quam etiam Concil. Trid. sess. 6. c. 11. ex mente SS. PP. sic statuit. *Nemo temeraria illa, & à PP. sub anathemate prohibita voce uti debet, Dei præcepta homini justificato ad observandum esse impossibilia, nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adjuvat, ut possis*. Hi verò PP. sunt S. Basil. orat. in illud, *attende tibi*, & in regulis brevioribus interrog. 176. S. Aug. lib. de fide cont. Manichæos c. 10., lib. de natura, & gratia c. 43. & ser. 91. de tempore. Chrysost. homil. 8. de pœnit. circa med. homil. 16., & 17. super Epist. ad Hebr., & homil. 2. super Epist. ad Philip., & homil. 39. in Matth. Et Leo serm. de passione Domini, qui omnes dicunt repugnare Dei bonitati, & justitiæ, quòd ejus præcepta impossibilia sint; horum igitur authoritati nititur Concil. ut rectè advertit M. Ferre in relato opusculo M. S. ad eandem prop. 1. ex medina 3. p. qu. 49. & Alphons. Curiel. in 12. qu. 109. ar. 4. dub. 2. versic. *& deindè* ex testimoniis PP.

Scio in primis Jansenium, (qui plus nimio sibi confidit de recta intelligentia D. Aug.) inculcere non esse mentem illius, sed Pelagii Deum homini impossibilia non jubere; pluraque ad id adducere loca ejusdem S. P., in quibus videtur negare posse, hominibus justis ad præcepta adimplenda, §. Sed nescio quo jure hoc adhuc contendere potuerit post Bullam S. Pii V. contra Bajum, in qua expressè damnatur hæc nu. 52., vel 54. *Definitiva hæc sententia, Deum homini nihil impossibile præcepisse falsò tribuitur Augustino, cum Pelagii sit*, In quo propterea negandū non est fuisse prolatam à D. Aug., sed longè diverso motivo ab illo quidem, quia putabat viribus naturæ posse omnia præcepta ab homine impleri, traducens per hoc Catholicos tanquam assertores impossibilitatis servandi præcepta, quia necessitatem gratiæ adstruebant, in quo turpissimè erravit: sed ab Aug. in sensu verè Catholico; quia id nempè repugnat misericordiæ, justitiæ, & aliis divinis attributis, unde licet eorum observantia superet hominum vires sibi relictas, non tamen adjutas viribus gratiæ, vel Dei adjutorio, quod præsto est illis dare, præparando illud, & offerendo ut dictum est, & patet ex eodem locis relatis, Et propterea illo 191. ut refert hic Gonet, inquit, *Execramur eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid à Deo esse præceptum, & serm. 6. Nec impossibile aliquid potuit imperare, qui justus est, nec damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius est*. Cui succinit D. Tho. in 2. dist. 28. ar. 3. in arg. sed cont. ubi post relatam sent. Hierony. *dicentis qui Deum dicit præcipere impossibilia anathema sit*. Deinde arguit sic. *Deus non est magis crudelis, quàm homo, sed homini imputatur in crudelitatem, si obliget aliquem per præceptum ad id, quod implere non possit, ergo hoc de Deo nullo modo est extimandum*. Nec refert, quòd deinde concludet. *Et ita sine gratia homo per se legis præcepta implere potest*. Quis ut apertè se explicat in corp., non excludit omnem gratiam, sed solùm per modum doni habitualis, non auxiliantem, & dantem posse, de quo nullus dubitare potest, vel levissimè versatus in doctrina ejus, & videri potest ubi suprà ad Hebr. 12. l. 3. ubi inquit, *Dicendum, quòd hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit, undè si aliquis ponat, & tamen moveatur cor ejus ad removendum illud, hoc est ex dono gratiæ Dei vocantis per misericordiam suam. Hoc autem donum gratiæ non est gratum faciens. Quod ergo à quibus removetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei, quod autem non removetur, hoc est ex justitia ejus*,

In locis verò, quæ adducit Jansen. ex D. Aug. ad negandum istud posse de mente ejus, graviter etiam deceptus est, quia non loquitur ibi de quocunque posse, sed ex quo infallibiliter sequitur adimpletio mandatorum, non per quod actus adimpletionis tantum fit possibilis, ut monet M. Ferre; quod tamen Jansen. dum perversæ suæ doctrinæ adhærebat, nempè quòd homini lapso nunquam datur sufficientia possibilitatis actus, sed solùm sufficientia cum actuali adimpletione conjuncta, & ab illa nunquam divisa conatus est Aug. trahere, vel interpretari in suum sensum, ac damnata dogmata.

Hac ergo impossibilitate, & argumento facta ad illam deducente strictè pressus, variè tentavit occurrere. Primò, quòd si homo sit justus habet posse per gratiam, & charitatem. Si fidelis per fidem, & spem. Si Hæreticus, vel Paganus per liberum arbitrium, ut capax beatitudinis, unde ad habendum illud non est necessarium recurrere ad auxilium sufficiens per modum gratiæ actualis. §. Sed hæc sunt aliena à bona theologia. Primum quidem quia sola charitas per modum habitus nequit habere rationem auxilii plenè, & completè sufficientis ad super naturales actus sibi proportionatos, & ad evitanda peccata, vel ad observanda præcepta supernaturalia sine Spiritus Sancti influxu, vel auxilio excitante, exhortante, & movente, nam habitus ut potè imperfectæ participationes divinæ virtutis, scilicet ut præcisè habent rationem actus primi ut dictum est, nequeunt dare posse proximum, sed magis dicuntur esse in anima veluti dormientes, sed hoc spectat ad auxilium actuale, quod est participatio ejusdem virtutis, seù voluntatis, aut potentiæ non præcisè ut habet rationem actus primi, aut principii productivi, sed ut simul habet rationem operationis, unde si est actuale efficax, est effectus, & participatio divinæ volitionis efficacis, quæ solet vocari voluntas consequens, & absoluta, si verò sufficiens, est effectus, & participatio divinæ volitionis inefficacis, quæ dici-

tur ut explicatum est voluntas antecedens, & conditionata, ergo nequeunt habitus gratiæ, & charitatis dare posse completè sine actuali gratia, vel auxilio ex parte intellectus proponente, & exhortante, & ex parte voluntatis piè afficiente ad boni pro equutionem, sine quibus voluntas solo utroque habitu proximè, vel expeditè, & completè prædicta facere nequit.

Eodem argumento convincitur etiam de habitu fidei in peccatore, & quidem à fortiori, nam iste residet in solo intellectu, ergo nequit dare vires, aut posse proximum voluntati ad benè operandum. §. Quod verò sit de libero arbitrio in infideli non solum est insubsistens, & contra bonam Theologiam, sed etiam contra sanam doctrinam, nam liberum arbitrium ut sic, nec habet exigentiam, nec connexionem, sed puram cooperationem, aut habitudinem potentiæ elevabilis per vires gratiæ ad actus supernaturales, ut explicatum est supra q. 12. ergo impossibile est, quòd sic nudè sumptum cum sola capacitate beatitudinis dicatur habere posse proximũ, vel completum sine omni actuali auxilio dante illud. §. Præterquamquòd, ut retorquet M. Ferre, si sola capacitas liberi arbitrii, seù non repugnantia ad benè supernaturaliter operandum, est auxilium sufficiens ad habendum posse, seù vires proximas, & inclinationem ad actus salutares, poterit quilibet dici habere has vires ad vitanda omnia venialia etiam collectivè, cum quilibet habeat hanc non repugnantiam ad gratiam datam B. V., non minùs, quàm infidelis ad ea, quæ sunt ordinis gratiæ, vel ad beatitudinem, quod tamen est alienum, & injuriosum privilegio ejusdem B. V.

2. Resp. Jans. Quòd impotentia hominis ex defectu auxiliorum sufficientium ad observanda præcepta non excuset, quia est concomitans, sicut non excusatur homo occidens alium cum sola ignorantia concomitante, quia etiam si sciret, adhuc occideret, undè non peccat præcisè, quia ignoret, sed quia vult occidere, sic pariter in casu, inquit, non ideò transgreditur præcisè, quia est impotens, sed quia vult transgredi præceptum, §. Sed hæc solutio magis abundat de subtilitate, quàm de soliditate, & est de subjecto non supponente, quòd nempè teneatur observare, si semel est impotens ad observandum, ut revera est, dum caret auxiliis dantibus posse, nisi velimus, ut supra, obligari ad impossibile, vel adhuc peccare non faciendo, quæ nullatenus potest, quod est contra communem, & sanam doctrinam; unde redit idem argum., & facilè retorqueri potest solutio, ejusque exemplum. Nam si quis non teneretur ad non occidendum hominem, sive sciret, sive non sciret, aliquem esse hominem, nullatenus peccaret occidendo illum, sicut hac ratione non peccet occidendo feram; ergo cum posita carentia auxiliorum præbentium posse, non teneretur implere, cum ad impossibile nemo teneatur, non peccabit non implendo, sive sciat suam impotentiam, sive non. Undè fallitur vehementer dicendo, quòd peccet præcisè non observando, quia non vult, nam parum refert, quod velit, vel non velit, si non est debitum observandi, ut reverà non est, ubi non est posse; ac proinde non est præcisè impotentia concomitans, ut ipse supponit, sed antecedens, & verè excusans, sicut antecedens, aut verè excusans esset ignorantia in occidente hominem sublato debito non occidendi.

3. Resp. eandem impotentiam ex carentia prædictorum auxiliorum non excusare à peccato, quia voluntariè contracta est per culpam primi parentis, in cujus pœnam amisimus omnia supernaturalia, & gratuita, sicut non excusatur Sacerdos projiciens breviarium in mare, si postea non recitet, quia voluntariè constituit se impotentem ad recitandum. §. Sed hæc etiam solutio supponit omninò falsum, vel laborat eadem fallacia contra communem sensum Ecclesiæ, scil. quòd Deus modo in hoc statu præcipere possit impossibilia, & quòd homo teneatur ad illa. Nam licet dicatur hominem per peccatum originale contraxisse prædictam carentiam auxiliorum, verè tamen eadem supposita est illi impossibilis observantia præceptorum supernaturalium, ergo sive dicamus culpabilem talem carentiam, sive non, verè Deus denegans, aut non præparens, vel non offerens hujusmodi auxilia, diceretur ei præcipere, & obligare ad impossibile, quod damnat Ecclesia; unde D. Tho. ad vitandam hanc sequelam, vel blasphemiam, cap. illo 159. ex 3. cont. Gent. ad hoc recurrit, ex parte Dei, quòd quantum est in se, paratus est omnibus dare gratiam, & ex parte hominis, ut dicatur inexcusabilis, quia potest se ipsum impedire ne recipiat, juxta illud Job. 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini*. Et non ad hoc, quod voluntariè contraxerint in capite præfatam carentiam. Facile enim vidit fidelissimus Augustini discipulus non esse subsistentem hanc causalem præcipuè ad vitandum idem inconveniens. Homo semper peccat in eo, quod vitare non potest, etiamsi hæc impotentia ex præcedenti peccato proveniat; quis enim dicet ægrotum graviter decumbentem esse reum transgressionis sacri, etiamsi culpabiliter incidat in morbum? Nam potest etiam quis peccatum suum præcedens retractare, & illo deinde non obstante constituere se excusabilem in iis, quæ ex illo oriri possunt, ut inductivè in pluribus constare potest apud casuistas; maximè quando non est intentum nec prævisum, nec prævideri potuit.

Expl., & urg. hoc. Quia solutio confundit, nec duo distinguit, quæ distinguenda erant. Nam aliud est inexcusabilitas carentiæ auxiliorum post voluntariam contractionem, aliud verò possibilitas observantiæ præceptorum, ita ut licet ex voluntaria contractione dicatur inferri inexcusabilitas carentiæ, non tamen possibilitas observantiæ; atqui modo in hoc statu utrumque salvari debet, ut definit Eccle. 1a, non obstante quacunque inexcusabilitate, ne videatur Deus, ut ait ubi supra D. Tho., magis crudelis in præcipiendo, quàm sit homo, si semel aliquid præciperet, ut revera quædam omnibus in nova lege præcepit, non præparans saltem, aut non offerens auxilia, sine quibus implere non potest.

Præterquàmquòd in confirmationem præcedentium contra solutionem est manifesta instantia in motibus primò primis, nam licet carnis rebellio, ex qua sequuntur sint ex eadem voluntarietate, nihilominus excusantur à peccato ex eo inter alia motivo; quia carentia talis potentiæ, cum non sit intenta, censentur pura sequela peccati, non tamen peccatum; ergo similiter carentia auxiliorum sufficientium esto ex peccato sequantur, quia tamen non fuerit intenta, dicitur pura sequela peccati, nullo tamen via peccatum, ac proindè esses sufficiens ad excusandum à peccato, qui ex vi illius non observaret præcepta, ad quæ teneretur, si aliàs præparata sal-

fem, eut oblata non essent eadem euxilia, unde non setis est sequi ex peccato originali, ut dicatur eccusera transgrassorem, sed requi.itur omninò præperatio auxilii dantis posse.

Denique rasp. Jans. distinguendo duplicam impotentiam in homine. Unam, quæ provenit ex defectu alicujus, quod impleri non poreit, etiem supposita voluntata implendi illud, ut contingit in eo, qui semel amisso braviario impotene ast ad recitendum officium, quamvis aliàs vellet efficacissimè illud recitare, & hæc excusat non adimplentem, vel quie ob illam extinguitus præceptum, vel quia ejus omissio non imputetus. Altare verò est, quæ ex defectu ipsius voluntetis, val volitionis oritur, quæ si ad esset, quente opus esset facilimè præceptum impleretus; & hæc nullo modo excusat omittentem, quia posset implere, si vellet. Cùm ergo homines in præsenti statu sint impotentes hoc posteriori modo, & possent implete si vellent, eorom trensgrassio, val omissio eis imputatur ad culpam.

Sad hæc solutio iterum peccat in pluribus, & est deterior præcedentibus essarens manifestè contraria, nam loquendo de valle saluari, sive in ordine ad supernaturalia conducentia ad vitam æternem, ut sunt præcepta supernaturalie, vel eorum observantia. ast da subjecto non supponenta, quòd in homine destituto omni auxilio dante posse admitti possit ante istud; esset enim, & non asset in illo, cum impossibile sit velle, non supposito posse ad volendum, quod plane in sana Doctrina enta omna auxilium supernaturale, impossibile est hahesi per vires netnræ. §. Deinde, quia sicut in simili dicebamus de futuritione, quòd quia non aventus illam præcedit, sed magis è contra, reccurrera ad eventum pro stebilienda, aut ragulande futuritiona, non ast recurrera ed causam, sad magis petere principium, ite quia posse præcedit velle, & non è contre, recurrere ad valle pro regulando, aut inferendo posse, seù dicere, quòd posset, si vellet, non ast essignare rationem à priori, sed magis petere principium, nem de hoc inquirimus, unde habeat, quòd possit, si ad aliud antecadens, aut dans posse, non vult recurrere: est enim assignare effectum non assignata causa, de que est quæstio, & quæ non potest esse ipsum velle, cum sit quid posterius ad idem posse, unde omnes hujusmodi solutiones falsissimis innicitur principiis contra sanam doctrinam, & non solum contre bonam theologiam, & sunt magis embeges ad promovenda damnete dogmete, & pervertendam docttinam Augustini, quam perperam, & infelicissimè conetus est ad se ipsum trahere, sed de mente Aug. adhuc infra apertè constabit.

§. III.

Solvuntur argumenta ex D. Aug., & Div. Thom.

PRimò arg. ex Aug. lib. de corrept., & gratia c. 11., ubi inquit; *Si hoc adjutorium, vel Angelo, vel homini quàm primum facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adjutorio posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adjutorium quippè defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem, quibus deest tale adjutorium, jam pœna peccati est. Quibus autem non deest secundum gratiam datur.* Ex quo loco constat Deum interdũ quibusdam hominibus in pœnam peccati euxilium sufficiens subtrahera. Alibi etiem frequenter probat excæcatos, & induratos non habere gratiam sufficientam, qua possint converti.

Ad hoc, quod 6., & 7. loco objicit Jansen., resp. esse manifestè ab ipso solvendum; nem si ita est, ut sit Augult, quibusdem interdum dari secundum gratiam, falsissimum est, quod ipsa toties intemperanter inculcet, esse ad mentem August., quod nemini detur: & quàm immeritò gratiam sufficientam appellat monstrosam, & quòd nunquem habeet effectum, nisi etiam velimus monstroses esse conciones omnes, querum plures inter dum sunt sine fructu; & monstrosos libros omnes, qui nunquem ab aliquibus leguntur. Megis enim monstroli vocandi erant, qui impedimentum præstant, ne sortientur effectum: & megis monstrosa dicenda est Theologia, quæ tollit gratiam sufficientem, nec aliem agnoscit efficacem, quàm nacessitantem, quæ humanam libertatem cum absoluta necessitete conciliere contendit; quæ omnibus Philosophis, & Theologis bellum indicit; quæ ut dicetur infra Augustinum facit quasi cohærentem cum Calvino, ut santentiæ communi Pelagianismum inurat; quæ propositiones damnetas ab inferis revocat, & tanquem certas, & ab eodem Augustino traditas protrudit.

Sed præterea ad priorem locum resp., quòd vel ibi prætendit loqui Augustinum de gratia efficaci, ut aliqui veldè probabile existiment sumpto fundemento, quòd in toto illo cap. comperationẽ instituit inter gratiam Adæ collatem, & eam quæ nobis confertur per Christum, varieque inter illas discrimina addecit, quæ soli gratiæ efficaci, & conjunctæ cum effectu videntur posse adapteri. Et tunc non est ad rem, nam quando addit, nunc quibus deest tale adjutorium dicunt rafaseudum esse ad eam gratiam, de quo toto illo cap. loquutus fuaret, quam què dixeset nunc dari per Christum, & esse potentiorem gratie primi hominis, quia facit, ut velimus, & agamus, & hæc libentar conceditus non omnibus dari, de quo etiam videri potest cap. seq. Si autem velit loqui de gratia sufficienti imprimis jam axplicatum ast, quomodo dicatur carentie ejus, effectus pecceti, aut sequi ad illud. Deindà non docat ibi August. quosdem homines in pœnam peccati destitui euxilio ad salutem psorsus necessario, sed tantum privari tali euxilio sufficienti, quale fuit concessum Adæ, scil. connexum cum talibus circumstantiis, & privilegiis, quibus tunc homo fruabetur, quia ite institutus arat, ut magna facilitate, & suavitete juxte meritum illius status potantiam illam reducara possat ad actum; unde ibidem inquit. *Nulla tali rixa* concupiscentiæ; *à se ipso adversus se ipsum tentatus, atque turbatus, in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur*, & cap. seq. subdit. *Denique ille Adam, & terrente nullo, & insuper contra Dei terrentis imperium, libero usus arbitrio non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate.* Unde etiam D. Tho. 2. 2. q. 165. ar. 1. ad 3. inquit. *Homo in statu Innocentiæ poterat absque omni difficultate tentationi resistere.* Ex quo infert. *Et idea impugnatio tentatoris ei pœnalis non fuit.*

Ad alie verò loce patet primò, quòd esto detur excœcatis, & indusatis, non dari euxilium, vel gratiam sufficientem, perperam tamen inferri, quòd

nemi-

nemini dentur. Quid enim megis alienum à mente PP., & totius Ecclesiæ, & à divina bonitate fingare Deum non tantum infidalibus, & induratis, sed etiam fidelibus, justisque hominibus denegare auxilium sufficiens, sine quo, ut dictum est, impossibile est, ut servant præcepta, & peccata caveant; eosque ob hujusmodi dafactus pœnis æternis addicere. Immò quia tenentur omnes ad eorum observaotiam, ut vidimus, omnibus dicuntur præparari ab eodem, & offerri, ne ad impossibilia dicatur obligare, quod vel idem Augustinus, ot dictum est, detestetur tanqoam blasphemiam, utpotè derogantem divinæ misericordiæ, & justitiæ. Uode etiam ad induratos se extendero passim admonent scripturæ, nec sine violentie negari potest. Quid enim exprimit illud Isa. 5. *Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Quoties volui congregare filios tuos &c. & noluisti* Matth. 23. *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram?* In quibus, & aliis in locis sermo est, ut patet, ad induratos, & tamen apertè osteoditur, quòd Deus quantum est ex se per suam misericordiam vocat, & excitat, licet isti audire nolint, & se impediant.

Resp. ergo, quòd nisi velimus Augustinum eisdem se opponere, & communi sensui Ecclesiæ, tenemur legitimè, & in sano sensu interpretari, si quando ait, induratum non posse credare, non posse obtemperare, aut qoid simile, quòd oampè non possit, non ex defectu auxilii, sed quia noo vult, ponendo impedimentum gratiæ, ut explicat D. Tho. loco relato ex cont. Gent., & clarè exprimitor voce ille, *& noluisti*. Et tradit etiam exprafsè idem S. P. tract. 53. in Io., ubi quod habetur Io. 12. Iudæos excœcatos oon potuisse credere, ita declerat. *Quare autem non poterant, si à me quæratur, citò respondeo, quia nolebant*.

Ex quo etiem sumitur altera legitima interpretatio secundum communem doctrioam Theologorum sumptam ex D. Tho. 22. quæst. 10. ar. 4. ad 1. nempè in sensu formali, sive reduplicato influxo suæ indurationis, quetanus adversus gratiam se indurat, eamque repellit, & contemnit, simili modo, quo idem Aug. lib. 2. de peccatorum meritis cap. 8., & lib. 22. de gratia Christi explicat illod, quòd *qui natus* est ex Deo, non peccat, nec peccare potest, scil. formaliter loquando, sive reduplicato influxu gratiæ, & charitatis, quæ ad malum inducere non possunt. Unde quaodo justus peccat, id non facit ex impulsu illarum, sed magis ex effectu ioordinato illis contrario. Ut explicet similiter hoc ipsum Div. Thom. 22. quæst. 24. ar. 11. in corp. ubi docet charitatem in nobis esse in amissibilem qoantum est ex parte charitatis, *quia hæc non potest aliquid, nisi quod quod pertinet ad charitatis rationem, unde nullo modo potest peccare*, (per quod eadem emittitur,) *sicut nec calor potest infrigidare, & sicut etiam injustitia non potest bonum facere, ut dicit Augnst. in lib. de serm. Domini in monte c. 7.* Et expressiùs tradit qq. uoica de charitate ar. 12. in corp., ubi paolò ante medium ait. *Secunda consideratio est de charitate secundum potestatem ipsius charitatis, & quantum adhuc, nullus habens charitatem potest peccare, quantum est ex vi ipsius charitatis, sicut neque aliquis habens aliquam formam ex vi illius formæ potest operari contra formam illam, sicut calidum ex vi calidi non potest infrigidare, vel frigidum esse. Potest tamen amittere calorem, & infrigidari; & secundum hoc loquitur Augnst. in lib. de serm. Domini in monte exponens illud, quod habetur Matt. 7. non potest arbor bona fructus malos facere, dicit enim, quod sicut potest fieri, ut quòd fuit nix non sit, non autem ut nix sit calida, sic potest fieri, ut qui malus fuit, non sit malus, non tamen fieri potest, ut malus benefaciat: & eadem ratio est de bono secundū quamcunque virtutem, quia nulla virtute aliquis male utitur.* Ex quibus manifestè coostet mentem Augustini oon esse, quòd induratus absolutè loquendo non possit credere, ac proindè, quòd illi non præparetur, vel denegetur, aut non offeratur auxilium, sed quòd non possit, qua induratus, vel excœcatus, sicut justus, vel qui ex Deus natus est, absolutè peccare possit, licet qua justus, vel qua ratione natus est spiritualiter per gratiam, & charitatem peccare nequeat.

Quibus omnibus addo quoad mentem Augustini præter alia superiora loca, ita apertè statuere auxilium sufficiens cap. illo 12. de corrept., & gratia, & 16. de prædest. SS., ut mirum sit velle ex eodem illud excludere. Nam priori loco inquit. *Distinguenda sunt adjutoria. Aliud est enim adjutoriū, sine quo aliquid non fit,* & aliud quo fit infra. *Primo itaq; homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus acceperat posse non peccare, posse ipsum bonum non deserere, datum est adjutorium perseverantiæ, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset; nunc verò Sanctis in regnum Dei per gratiam prædestinātis, non tantum tale adjutorium perseverantiæ datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum nonnisi perseverantes sint.* Ita Aug. In posteriori verò exprefsè distinguit duplicem vocationem, aliam, qua vocati fuerunt illi, qui noluerunt venire ad cœnam, quæ sine dubio sufficiens fuit) ut velle venire possent; & aliam, qua vocatus fit credens, & volens, & hæc est efficax. Hanc divisionem multis probat Alverez disp. 71. de auxiliis; & admittunt communiter Theologi, licet in modo explicandi naturam auxilii efficacis, vel in quo ejus efficacia consistat, & in quo à sufficienti distinguatur, divisi sint inter se, de quo alibi in materia de auxiliis.

Obiter tamen adverto ne fiat æquivocatio, quòd hac divisione auxilii in sufficiens, & efficax solum dividi auxilium, quod est principium operationis voluntatis, & ideò prioritate naturæ saltem eam antecedit, in quo iterum conveniunt omnes Theologi. Unde ut advertit Suarez lib. 3. de auxiliis c. 6. in fine, & cap. 14. num. 4. nomine auxilii efficacis non potest intelligi illud auxilium, quod ipsi vocant per modum concursus. Tum quia illud non tam est efficax, quam ipsa effectio. Tum quia in illo non potest distingui sufficientia, & efficacia, quia cum sit ipsa operatio, semper habet actualem conjunctionem cum effectu, ut via ad illam; nec illi potest tribui specialis efficacia agendi. Tum quia aliàs dum dicitur gratiam efficacem esse, quæ infallibiliter secum affert operationem, nihil aliud diceretur, quàm quòd operatio infallibiliter habet conjonctam operationem, quod est ridiculum. Tum quia D. Aug. gratiam efficacem, illam esse ait, per quam Deus facit voluntatem consentire, quæ est gratia operans, & ideò præcedens actum voluntatis, ut principium illius. Unde eodem cap. 6. ut variùs statuit auxilium

non dici efficax, quia facit, sed quia præbet vires efficacissimas voluntati, ut loquitur August. lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 16. concluditque dicens, Auxilium efficax esse principium supernaturale operationis peculiarem habens vim, & efficaciam ad inducendam infallibiliter voluntatem, ut consentiat. Ità Suarez ibidem veritate convictus tradidit hanc definitionem, quamvis postea dum totam efficaciam gratiæ reducit ad præscientiam futuri consensus, non satis sibi constans esse videatur. Sed de his alibi, ut dictum est, & solius occasione auxilii sufficientis insinuavimus, ut simul appareat, non solum tradi ab Aug., sed in quo etiam apud eundem consistat, & ab efficaci distinguatur.

2. Arg. ex D. Tho. Quia in doctrina ejus, duplex tantum habetur auxilium, ut patet locis superiùs relatis; aliud nempè habituale, quod est donum charitatis, vel spei, & aliud, quod auxilium Dei moventis appellatur, ut videri etiam potest 12. qu. 109. art. 2. 3., & seqq., sed auxilium sufficiens nequit comprehendi sub priori habituali, cum dicatur esse gratiam actualem, nec sub posteriori, cum illud sit efficax, ergo in statu naturæ lapsæ non est admittendum juxtà D. Thom. aliud actuale præter efficax.

Adhoc neg. suppositum mi, quod non detur aliud de mente D. Th. de qua tam est dubitandū, quàm de luce meridiana, cū inter alia loca tradat illud in 1, ubi supra q. 46. ar. 1, illis verbis, *Et hujus voluntatis*, (scil. antecedentis,) *effectus est ordo naturæ in finem salutis, & promoventia in finem omnibus communiter proposita*, Planè ista promoventia sunt auxilia Dei, quod nemo negabit. At non sunt efficacia, cum dicat esse effectus voluntatis antecedentis, vel inefficacis, & omnibus communiter dentur, ergo erunt illa auxilia, quæ Thomistæ dicunt sufficientia, non præcisè sub altero ex prædictis membris, sed sub Dei motione contenta, cum non sint donum habituale: falsum ergo assumitur, quòd apud Div. Thom. duplex tantum prædictum genus inveniatur, si nempè sub neutro, sed sub illo Dei moventis continentur.

Sed expressiùs tradit illud in 4. dist. 17. q. 1. art. 1, quæstiunc. 2. in corp. ubi ait, *Ad 2, dicendum, quod vocatio est duplex: quadam exterior, ut quæ fit per prædicatorem; & hæc non est justificatio, sed disponit ad eam; quadam verò interior, & hæc quandoque quidem non pertingit ad finem suum ex vocati defectu; & hæc vocatio nihil aliud est, quàm aliquis instinctus, vel motus ad bonum à Deo immissus. Et hæc etiam vocatio non est idem, quod justificatio, sed via ad illam. Quandoque autem pertingit ad finem; quando scil. aliquis audit vocantem, & venit ad Christum, ut dicitur Jo. 6. omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et solut. ad 2. explicans illud proverb. 1. *Vocavi, & renuistis.* Dicit esse intelligendum de vocatione exteriori inefficaci. Quibus nihil clariùs exprimi poterat pro stabiliendo auxilio sufficienti, ut distincto ab efficaci.

Deinde 1. ad Thessalon. cap. 5. lect. 2. *Ad illud Spiritum nolite extinguere*, subdit. *Sed tamen quis dicitur extinguere Spiritum. Uno modo fervorem ejus extinguendo, vel in se, vel in alio Rom. 12. SPIRITU FERVENTES. Cum enim aliquid boni ex fervore Spiritus Sancti vult facere: vel etiam cum aliquis bonus motus surgit, & ipse impedit, extinguit Spiritum Sanctum*, Act. 7. *VOS SEMPER SPIRITUI SANCTO RESISTITIS*. En apertissimè gratia sufficiens, quia efficaci, (seu interiori, quam solam vult Jansenius in præsenti statu,) nunquam resistitur, ut dicit in secunda sua damnata propositione, ergo cum D. Tho. aliam agnoscat gratiam interiorem, cui resistitur, tenentur omninò fateri aliam distinctam agnoscere ab efficaci, ut expressè etiam assignat 1. 2. q. 112. art. 3. ad 1., ubi repetit id, quod docuit in 4. proximè relato ferè eisdem verbis, & confirmat eadem authoritate Jo. 6. Unde meritò damnata est prædicta secunda propositio nolens agnoscere aliam interiorem gratiam, nisi efficacem, & talem ponens efficacem, ut relinquat solam libertatem à coactione, ex quo damnatur altera sequens, quòd hæc libertas sufficiat ad merendum, & demerendum, & non sit necessaria libertas à necessitate. Quod quidem cum D. Tho., ut vidimus, reprobaverit ut hæreticum, & ex eadem radice omnes hujusmodi errores procedant, ut dictum est, nescio quo jure, aut potiùs injuria oppositum dicant de mente Div. Thom., aut etiam Div. Augustini à quo præcipuè in materia de gratia ne latum unguem recessit. Videatur etiam D. Tho. 1. 2. q. 109. art. 2. ad 2., & in 1. dist. 40. q. 4. ar. 2.

§. IV.

Solvuntur alia Argumenta.

TErtiò Arg. ex eodem Jansen. Quia gratia sufficiens, quæ tantum dat posse agere, non autem agere, aliena est à gratia Christi Salvatoris, nam hæc non tantum dat posse, sed etiam velle, & agere. Siquidem gratia, qua poterat homo benè agere, si vellet, erat gratia propria status Innocentiæ, & naturæ integræ, nunc autem in natura lapsa, fortior gratia requiritur, seu medicinalis, quæ faciat agere, ergo non est admittenda purè sufficiens, aut dans purum posse in hoc statu. §. Urg. 1. Quia adjutorium sufficiens, quo homo potest uti, & non uti, si velit, est adjutorium possibilitatis, sed istud est Pelagianum ab Aug., & Ecclesia damnatum, ergo. §. Urg. 2. Quia etiam Semipelagiani admittebant auxilium sufficiens, quo homo potest credere, si velit, qui tamen tanquam hæretici proscripti sunt, non aliam sanè ob causam, nisi quia nullum aliud auxilium ex parte Dei ad credendum actu necessarium existimabant, ergo &c.

Adhoc, quod est præcipuum ejusdem fundamentum, & aliorum recentiorum, qui eum sequuti, vel potiùs, cum eodem decepti sunt. Resp. cum D. Th. & D. Aug., ut iterum appareat, quàm longissimè distent ab his SS. Patrib. Audiant utrumque 1. 2. q. 109. ar. 10. ad 3. *Dicendum* (inquit D. Tho.) *quod sicut Aug. dicit in libro de natura, & gratia* cap. 48., & in lib. de corrept., & gratia cap. 12. tom. 7.) *Homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset: non autem accepit, ut perseveraret. Nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt, & donum gratiæ, quo perseverare possunt, & ulteriùs eis datur quòd perseverent. Et sic donū Christi est majus, quàm delictū Adæ. Et tamen faciliùs homo per gratiæ donū perseverare poterat in statu Innocentiæ, in quo nulla erat rebelio carnis ad Spiritum, quàm nunc possimus, quando reparatio gratiæ Christi, & si sit inchoata quantum ad mentem, nondum tamen est*

conſu-

consummata quantum ad carnem, quod erit in patria: Ubi homo non solum perseverare poterit, sed etiam peccare non poterit. En quomodo apertissimè utrumque auxilium agnoscant in hoc statu, licet in multis conjunctum, ut majus appareat donum Christi, quàm delictum Adæ, non tamen in omnibus, quia nondum est consummata reparatio gratiæ Christi, quantum ad carnem, licet sit inchoata, quantum ad mentem.

Sed iterum egregiè D. Tho, ibidem ar. 2. in corp. & ad 1. evertit hoc eorum fundamentum, docens necessitatem auxilii Dei moventis, sub quo etiam dicimus ex eodem ibi q. 112. art. 2. ad 2. contineri auxilium sufficiens, & quod ut fatetur Iansenius, efficax est, pati ex triplici cap., scil. ex infirmitate, & corruptione naturæ, ex elevatione objecti, & actus supernaturalis, seu supra animæ potentias, & ex generali subordinatione ad 1. motorē. *Homo* inquit versus finem corp. (*in statu naturæ integræ indiget* scil. auxilio Dei moventis) *quantum ad unum, scil. ad operandum, & volendum bonum supernaturale, sed in statu naturæ corruptæ, quantum ad duo, scil. ut sanetur, & ulteriùs, ut bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritorium. Ulterius autem in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum.* Et ad 1. in fine ait; *Mens hominis etiam sani non ita habet dominium sui actus, quin indigeat moveri à Deo.* Et art. præced. paulò post princ. inquit, *Et ideò quantumcunque natura aliqua corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo.* Quibus apertissimè docet distinctionem utriusque auxilii non esse sumendam præcisè ex distinctione status, quasi in illo innocentiæ fuerit sufficiens tantum, & subditum voluntati Adæ quoad usum, & efficaciam; in hoc verò naturæ lapsæ sit efficax tantum, & plenè prædominans voluntati, ipsamque movens, & applicans ad agendum cum sola libertate à coactione, & non à necessitate, in quo conati sunt fundare falsa ejus dogmata, sed infeliciter, ut dictum est. Unde in utroque secundum Div. Aug., & D. Thom., & veritatem admittendum est utrumque, & efficax, & sufficiens cum discrimine illo assignato à Div. Thom. solut. illa ad 3. art. 10.

Ex his etiam resp. 2. hujusmodi arg. esse injuriosum Christo, & meritis ejus. Tum quia Christus non promeruit nobis auxilium majus, aut fortiùs fortitudine tali, quæ destrueret meritum nostrum, ut reverà destruit efficax Iansenianum, ut dictum est. Tum quia licet habeamus gratiam, vel auxilium efficax à Christo non sequitur, quòd ex meritis illius non habeamus etiam sufficiens, licet ex defectu accipientis, effectum non habeat ut docet uterque S. Doctor, & palam constat ex scripturis relatis. Nisi etiam velimus alteram damnatam inferre, ut ipse falsò intulit, quòd pro solis prædestinatis, vel accipientibus efficax sit mortuus. Itaque libenter fatemur gratiam, quæ dat posse, velle, & agere, esse gratiam Christi, sed negamus omnem gratiam Christi, seu ex meritis ejus nobis collatam dare hæc tria; aliàs quomodo verum erit, quod plures vocati sunt, & ipsi renuerunt, & sic de aliis.

Sed licet etiam diceretur auxilium istud non esse gratiam Christi, non propterea negandum est à Deo nobis non concedi, vel præparari, aut offerri, nisi velimus, aut non esse in nobis debitum consequendi vitam æternam, & observandi præcepta supernaturalia omnibus imposita, aut quod eorum observantia sit impossibilis, ut dictum est, quæ sunt aliena à sana doctrina. §. Nec refert, quod tangitur de gratia Christi medicinali, qualis supponitur omnis gratia nostra, quæ tamen non videtur esse purè sufficiens, aut carens effectu, vel non sanans. §. Non refert inquam, quia quantum est ex se tendit ad sanandum, quatenus dat posse ad actus salutares, unde dicitur medicinalis in actu primo, seu quantum est ex se, licet impediatur, ne fiat, aut fieri possit consequutio à respuente illam, sicut non desinit pharmacum aliquod esse medicinale, quod à medico præparatur, vel offertur infirmo, licet iste resistat, aut sumere nolit.

Ad 1. confirmat. dicimus primò non solum esse injuriosam Augustino, & aliis PP. eidem consentientibus, de quibus certissimum est, docere necessitatem prædicti adjutorii, ut patet ex dictis, sed etiam sibi ipsi, nam eadem facilitate, qua illud detorquet, licet immeritò, ut statim constabit, in adjutorium Pelagianum, longè potiori jure carentiam illius, & contentionem sui ius efficacis, quòd stabilire conatus est, in dogma Calvinianum referre poterat. Sic enim loquitur Calvinus lib. 2. Institut. c. 3. § 10. *Voluntatem movet Deus, NON QUALITER MULTIS SÆCULIS TRADITUM EST, ET CREDITUM, UT NOSTRÆ POSTEA SIT ELECTIONIS, MOTIONI, AUT OBTEMPERARI, AUT REFRAGARI, sed illam efficaciter efficiendo.* Et infra *Citra controversiam,* inquit *elicitur ex Joannis verbis sic efficaciter gubernari divinitus piorum corda, UT INFLEXIBILI AFFECTU SEQUANTUR. Qui ex Deo genitus est* ait, *non potest peccare, quia semen Dei in ipso manet. NAM MEDIUM, QUEM SOPHISTÆ IMAGINANTUR MOTUM, CUI OBSEQUI, VEL QUEM REPELLERE LIBERUM SIT, apertè excludi videmus, ubi asseritur efficax ad perseverandum constantia,* Hæc autem sunt veluti ipsissima verba arguentis, qui tanquam Pelagianum, & ab Ecclesia damnatum reprobat auxilium gratiæ, cum quo possit homo agere, & non agere si velit, neque aliam gratiam auxiliantem agnoscit, ut dictum est, quam necessitantem, cui homo dissentire non possit.

Sed deindè resp. longè è regione distare adjutorium nostrum Catholicum, (quocunque velint vocabulo appellare,) à Pelagiano possibilitatis ab Augustino, & à Patribus rejecto. Hoc enim in lege externa, & exemplo Christi constituebat Pelagius, excluso interiori ordinis supernaturalis, ac proindè exclusa necessitate gratiæ interioris, quod ut hæreticum damnant omnes Catholici. Gratia verò, vel auxilium sufficiens, non puro aliquo exteriori ab eisdem constituitur, sed verè etiam interius agnoscunt, ut dans posse intrinsecum, ut dictum est, ne dicantur præcepta Dei nobis impossibilia, quod omninò sanæ doctrinæ consentaneum est juxtà Aug., PP., & Ecclesiam.

Ad 2. patet etiam ex dictis non magis fideliter errorem Semipelagianorum ab arguente referri, quàm Pelagianorum. Vidimus namque potissimum errasse priores, quod initium fidei ponebant in nobis nulla gratia supernaturali præveniente, & per solas vires liberi arbitrii operantibus, quod quidem distantissimum est à communi Theologorum consensu admittente hujusmodi auxilium supernaturale omninò ne-

cessa-

cessarium ad quæcunque supernaturalia inchoandum & non solum ad ea prosequendum exclusis ut sufficientibus, puris viribus liberi arbitrii, vel naturæ à toto illius genera.

4. Arg. ax eodem. Quia si homo haberet auxilium sufficiens posset sibi ipsi, Deo non specialiter donante bonas ectiones, meritum, resurrectionem à peccato, & perseverantiam dare, possetqua per hanc gratiam bonis, & malis communem se ab alio discernera; consequens ast contra expressam mentam Apostoli, & Aug. qui lib. de prædest. ss. cap. 5. *Nihil*, inquit, *huic* sensui (Apostoli dicantis quis te discernit) tam contrarium est, quàm de suis meritis, *sic quemquam gloriari, tanquam ipse sibi ea fecerit non gratia Dei, sed gratia, quæ bonos discernit à malis, non quæ communis est bonis, & malis*. Ma. autem constat ex eo, quia auxilium sufficiens illud potest dici, quod se solo sufficit: nomine enim medii, vel auxilii sufficientis communiter intelligitur, quod sufficit se solo, & præter illud, nihil aliud requiritur ad agendum, ergo semel habens auxilium sufficiens posset id totum præstare sina alio speciali, vel sina Deo specialiter donante.

Ad hoc resp. neg. sequelam, ut rectè negat Aug. contra Semipelagianos ibidem, quatenus unum per vires naturæ ab alio se discernere affirmabant, & non præcisè per auxilium sufficiens, quod ipsi, ut dictum est, non admittabant ad initium fidei, unde perperam Iansenius assumit occasionem impugnandi istud, & in vehere gratiam necessitantem ex eodem S.P., qui solam ibidem contra prædictos excludit naturam omnibus communem, & non idam auxilium nisi prout discretivum; apertè autem opponitur necessitanti gratiæ Ianseniaræ, dum postquam ex Apostolo reprobat eorum erroram, & urget necessitatem gratiæ non communis, sad specialis, & discernentis unum ab alio, unde subdit. *Non quia credere, vel non credere non est in arbitrio voluntatis, sed in electis præparatur voluntas à domino*. Quia nempa homo divina gratia præventus liberè producit actualem fidem, per quam discernitur à non credante. Ad probat dicimus, quòd vox *sufficiens*, non sumitur à Theologis quasi grammaticaliter, prout vulgus eam accipit in rebus materialibus, sad pro eo, quod sufficit, ut quis obligetur ad observantiam præceptorum, vel ne hæc dicatur impossibilis, quia nempe dat posse, vel complet posse per modum actus primi ad actum perfectum. In quo sensu Cajet. conformitar ad priorem doctrinam Aug. explicat illud Ap. 1. ad corint. 10. *FIDELIS EST DEUS QUI NON PATIETUR VOS TENTARI SUPRA ID, QUOD POTESTIS, SED FACIET ETIAM CUM TENTATIONE PROVENTUM, UT POSSITIS SUBSISTERE*. Ad quæ Cajet. *Dixit Apostolus* (inquit) *ut possit sufferre, & non dixit, ut sufferatis, sat enim est fidelitati divinæ, ut tribuat posse sufferre: velle autem sufferre, & ipsum sufferre alterius gratiæ est, quæ electis confertur, & non est omnibus communis*. Unde hæc vox *sufficiens*, quam axprimit, verbis illis, *consueta est* non est nova in prædicto sensu apud Theologos. Eadem etiam æquivalanter utuntur Farrara 4. cont. Gent. cap. illo 159., & clariùs Soto in 4. dist. 14 q. 1. ar. 10.

5. Arg. ex eodem. Quia gratia sufficiens repugnat precibus Ecclesię. Tum quia non oramus, ut homines possint credare vel converti sed ot id valint. Tum quia si homines haberent talem gratiam frustra pro illis precas funderentur, *Nam quid stultius* (inquit August. lib. de Nat., & Gra. c. 18.) *quàm orare, ut facias, quod in potestate habes?* Ergo. §. Resp. argumentum posse in eundem retorqueri. Primò, quia magis destruit auxilium suum afficax, quàm nostrum sufficiens; nam sit ita est, quod oramus, ut credat, vel convertatur, planè non oramus, ut idagat, si non velit, sed tantum si velit, sad auxilium suum efficax, non permittit homini, si velit, sad tantum nostrum sufficiens, qua ratione, ut dictum est, istud solum admittit in statu Innocentiæ. ergo ex orationibus magis excluditur suum, quàm nostrum. §. 2., Et urg. præcedens retorsio. Nam iterum ita ast, quòd non tantum oramus Deum, ut peccatorem convertat, sed etiam peccatorem ipsum rogamus, ut pœnitentiam agat, virtutam colat, Deum super omnia diligat, sed certum est ista exequi non posse per vires naturæ, ergo tenemur omninò supponera, saltem paratum assa auxilium divinum, per quod possit, aliàs perperam, & ineptè rogaremus illum, utpotè ad aliquid impossibile.

Et na fortè imaginamur esse has preces inordinatas, & Pelagianismum sapere, legatur Apostol. ad Rom. 12., ubi eos hortatur ad exhibendum corpora sua, hostiam vivantam sanctam, Deo placentem; & cap. 15. rogat, ut adjuvent eum in orationibus suis. Planè ibi supponit illos habera, aut sibi præstò esse auxilium sufficiens, quo id possint, nisi iterum velimus otiosè eos rogare. Imò vel ipse Deus sæpissimè nos hortatur ad conversionem, ad cor novum, ad spiritum novum, ad fugam à viis pravis, & ad alia hujusmodi salutaria, quæ certissimè scit, nos ex nobis præstare non posse, utpotè excadentia vires naturæ, ergo tenemur perpetuò supponere, quod saltem sit paratus dara auxilium, quo possimus, nisi velimus, ut supra, hortari nos, aut præcipere impossibilia, quod, ut vidimus, est arroneum, & damnatum, & contra illud, quod ipse ait. *Sto ad ostium, & pulso*. Unde Aug. serm. 102. de tempore expendens illud Ecclesiastici 30. *Fili mi miserere animæ tuæ placens Deo*. Ait. *Deus te rogat, ut tui miserearis, & non vis? Causam tuam apud te agit, & non potest impetrare?* Quibus verbis manifestè ostendit, non de esse homini auxilium sufficiens, quo possit sui misereri, & Deo placere si velit; & tamen ax propria malitia id nolle, quod potest.

Sed deinde resp. negando omninò ant. Ad 1. prob. dicimus ideò nos orare, ut convervatur peccator, & non præcisè, ut possit converti, quasi hoc ipsum non sit ei necessarium per auxilium sufficiens, quia potissimè fructum, & finem orationis intendimus, scil. ait talem conversionem, nam parum ipsi proderit, quòd possit converti, nisi de facto convartatur. Ad 2. dicimus, quòd etiamsi homini non desit tale auxilium, cum quo possit converti si velit, quia tamen sæpè eodem abutitur, non immeritò rogamus, ut eum præveniat, & dignetur vocare eo modo, quo scit congruare, ut vocantem non respuat, ut loquitur Aug., & ut consentiat. Ad id verò, quod subdit ex eodem S.D. resp. perperam retorqueri contra gratiam sufficientem, nam ibi invahens contra præsumptionem Pelagii tribuentis naturæ victoriam tentationum, arguit veluti ad hominem dicens, *Quid stultius est, quàm orare, ut facias, quod in potestate habes?* Quasi diceret, quid opus est rogare Deum, ut det per gratiam, aut adjuvet per il-

lam,

lem, quod jam habes per naturam, aut per vires illius. Quod quidem non solum non militat contra auxilium sufficiens, imò potiùs infert illud, dum rogamus, ut dignetur dare ut possimus vincere; non enim est in nostra potestate, sicut sunt vires naturæ, ut contra nos retorqueatur irrisoria eadem redargutio, sicut meritò retorquetur contra Pelagium. Unde lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione cap. 2. inquit. *Sunt enim quidam tantum præsumentes de libero humanæ voluntatis arbitrio, ut ad non peccandum, nec adjuvandos nos divinitùs, opinentur, semel ipsi natura concesso liberæ voluntatis arbitrio; unde fit consequens, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, hoc est, ne tentatione vincamur, vel cum fallit, & praeoccupat nos nescientes, vel cum premit, atque urget infirmos.* Ex quibus patet orationes Ecclesiæ eò potissimum dirigi, ut comprimantur Pelagiani impiè præsumentes se sine ullo adjutorio divino per solas vires naturæ posse cavere peccata. Videatur etiam c. 5., & 6., & lib. de perfectione justitiæ c. ult., ubi contra eosdem acriùs insurgens ad rem nostram inquit. *Sed planè quisquis negat nos orare debere ut intremus in tentationem, (negat autem hoc, qui contendit AD NON PECCANDUM GRATIÆ ADIUTORIUM NON ESSE HOMINI NECESSARIUM, SED SOLA LEGE ACCEPTA HUMANAM SUFFICERE VOLUNTATEM,) ab auribus omnium removendum, & ore omnium anathematizandum non dubito.* Ut etiam refert D.Th. 1. 2. q. 109. a. 8. in arg. sed cont., & idem argumentum sæpè aliàs inculcat contra Pelagianos ad probandam necessitatem auxilii divini, ut bene observat Petrus à S. Joseph. Tantum abest, ut probatum velit cum Jansenio gratiam sufficientem excludendam esse, cum nemini dandam:

§. V.

Solvitur ultimum argumentum.

Ultimò tandem arg. Nam per nos, & communiter est necessarium simpliciter auxilium efficax ad operandum, in quocunque consistat ejus efficacia, vel à quocunque habeatur, de quo est specialis difficultas inter alios Theologos; ergo ente istud non est admittendum necessarium aliud sufficiens dans adæquatum posse operari; prob. cons. ex definitione necessarii simpliciter, quòd nempè est id, sine quo finis, vel actus haberi non potest, ergo si semel efficax est necessarium simpliciter, non potest ad istud supponi aliud dans posse adæquatum, unde pro præsenti statu vel non erit necessarium simpliciter aliud efficax, vel erit removendum sufficiens, quod dat posse adæquatum.

Urg. 1. Habens auxilium sufficiens, potest cum illo, ut nos dicimus, benè operari si velit, ergo potest illud reddere efficax sine multiplicatione auxilii, vel indigentia alterius distincti efficacis, ac proinde vel istud non erit simpliciter necessarium, vel erit superfluum aliud sufficiens. Hæc posterior cons. teneт., ant. etiam constat, aliàs non peccaret, ut dictum est, non operando. Prima verò cons. prob. Quia si de facto cum illo benè operaretur, de facto redderetur efficax tale auxilium, ergo si potest cum illo operari, potest illud reddere efficax, si velit, vel pro sua libertate. §. Urg. 2. Quia non repugnat, quòd idem auxilium det posse, aut compleat actum primum, & simul aplicet voluntatem ad actum 2., ergo frustrà distinguitur, aut contenditur distinctum sufficiens ab efficaci, sed istud satis erit ad utrumque munus; cons. tenet, quia non sunt multiplicendæ entitates sine causa: ant. verò prob. ex communi doctrina, nam ad actus supernaturales, qui non præsupponunt habitum, (quales sunt in omnium sententia supernaturales actus attritionis in peccatore,) per auxilium efficax non solum aplicatur voluntas, sed simul elevatur, & constituitur simpliciter potens elicere illos, ergo solo auxilio efficaci poterit utrumque haberi, scil. posse completum in potentia, & simul aplicari. Et ratio est. Quia auxilium efficax formaliter eminenter, vel potestativè continet, quidquid sufficiens actuale, ergo potest conferre, quidquid confert istud.

Ex his urg. 3. Nam quia anima rationalis formaliter eminenter, vel potestativè continet perfectiori modo quidquid anima vegetans, vel sentiens, non solum confert, quidquid conferunt istæ duæ, sed etiam est incompossibilis simul cum illis in eadem materia, ergo quia auxilium efficax continet formaliter eminenter, vel potestativè, quidquid continet sufficiens actuale non solum conferre poterit, quidquid confert sufficiens, sed etiam erit incompossibile cum illo. §. 4. Quia non videtur etiam deservire ad finem, ad quem constituitur, nempè ut imputetur ad culpam habenti illud, si non operetur, vel non eliciat actum præceptum ergo. Prob. ant. Quia nequit dare integrum, vel posse completum ad operationem producendam, ergo non sufficit ad id salvandum. Prob. ant. 1. Tum quia probabile est etiam inter Thomistas, ut alibi innuimus, quòd auxilium efficax non sit nuda aplicatio causæ 2. ad agendum, sed virtus ultimatè complens illam in ratione principii producentis, nam si ut dictum est, in ordine ad actus imperfectos, qui non supponunt habitum, potest esse integra virtus productiva actus supernaturalis, & aplicatio, & motio ad agendum, à fortiori poterit esse complementum virtutis, & aplicatio, quia magis repugnat simul esse aplicationem ad agendum, & simpliciter actum primum per modum integræ virtutis productivæ, quàm esse complementum actus primi, & aplicationem, ergo præcisum sufficiens non dat integrum posse. 2. Tum quia nequit dare posse ad producendam operationem quoad actualitatem existentiæ, nam causa 2. nequit producere nisi ut instrumentum Dei, sed ut voluntati imputetur ad culpam non producere operationem, debet habere posse producere illam quoad ejus existentiam saltim instrumentaliter, cum nequeat produci nisi ut existens, ergo si auxilium sufficiens non dat istud posse, non constituitur voluntas per illud absolutè, & proximè potens, sive integrè, ut imputetur ei ad culpam non operari, ac proinde non erit ad intentum, ad quod sustinetur.

Ultimò tandem urg. vel magis declaratur præcedens. Nam ex eo censent Thomistæ debere distingui auxilium efficax à sufficienti, & supponere illud, quia omnis actus supernaturalis debet supponere completum posse, vel saltem complendum ad sui elicientiam, cum efficax sit aplicatio actus primi ad 2., sed hæc ratio instatur in primo auxilio sufficienti, quod ut dictum est, dat simul posse & aplicat ad actus imperfectos, non supponens aliud auxilium

xilium sufficiens, aliàs esset abire in infinitum, aut recurrendum esset ad vires naturæ pro habendo idem posse, ergo non est necessarium sufficiens, & præsuppositum ad efficax.

Ad hoc, quod cum suis confirmationibus tangit graves difficultates, quæ alibi ex professò examioantur, & hic obiter proponuntur ad pleniùs evertendum prædictum dogma Jansenianum. Resp. neg. cons. Ad prob. dist. claritatis gratia, & explico ant., seù vocem illam *simpliciter*. Voluntarium simpliciter sine quo solo, vel per exclusionem cujuscunque alterius, si sit tale simpliciter idest totaliter, seù omninò, & omnibus modis, transeat, vel conc., si solum sit tale simpliciter, idest absolutè, vel sine addito in sua linea neg. Ut enim docet D. Tho. 3. par. q. 50. ar. 5, in corp., dupliciter aliquid potest dici tale simpliciter, uno modo ut idem sit absolutè, & sine addito; secundò pro eodem, quòd totaliter, & omnibus modis. Auxilium ergo efficax licet dicatur priori modo simpliciter tale in sua lineu, sive in ratione aplicationis, non tamen totaliter, & omnibus modis, unde etiam si esset realiter indistinctum à sufficienti (de quo infra), non tamen in ratione efficacis daret id, quod pertinet ad rationem sufficientis, scil. posse ad operandum, sed tantum aplicare actum primum ad 2., & ideò etiam prout sic teneretur suppponere se ipsum sub ratione, aut sub munere sufficientis, ac proinde supponere ipsum posse, vi cujus sit ei possibilis operatio, & ipsum non operari imputatur ad culpam, aliàs ut dictum est, non habenti efficax esset impossibilis actus præceptus præcipuè supernaturalis, nec imputaretur ad culpam non operari, quod est alienum, vel damnatum.

Ad 1. Confirm, quæ etiam militat in favorem aliorum Theologorum ad aliud intentum, scil. promovendi efficaciam auxilii ab extrinseco, neg. utramque cons., posteriorem quidem ex immediatè dictis; priorem verò, quia etiamsi cum illo benè operaretur, ut dicit ejus probatio, nunqoam tamen cooperatio arbitrii reddit efficax, sed tantum est signum posterioris auxilii efficacis; consensus enim arbitrii non præcadit auxilii, vel gratiæ efficaciam, sed subsequitur, ut effectus, & fructus ejus. Nequa auxilium dicitur efficax, quia in re habet effectum, siquidem habitus charitatis, & si in re efficiat actum, non dicitur auxilium efficax, sed dicitur tale, quia ex se habet vim inferendi effectum infallibiliter. Imò nec dissensus arbitrii (ut alibi etiam egregiè advertit M. Catalam), reddit propriè loquendo vocatiooem Dei inafficacem, sed est signum à posteriori, quòd non fuerit efficax, & impedimentum, na Deus tribuat afficacem, ut innuit etiam D. Th. cap. illo 159. ex 3, cont. Gent. §. Sed præterea ad prob. ejusdem resp. transeat ant., & neg. cons., quia ut verè diceretur posse reddere auxilium efficax requirebatur, quòd in sensu composito posset cum solo sufficienti benè operari, nam auxilium non est efficax, nisi simul cum illo ponatur operatio, ut procedens ab illo de facto, & operationem simul ponera cum solo auxilio sufficiente, nemo potest; aliàs purè sufficiens in sensu theologico non esset, ut dictum est.

Ad 2. dist. ant. Non sepugnat. Aliquando, val respectu actus imperfecti, qui præcedit habitum ut dicitur in ejus probatione, conc. semper, vel respectu actuum perfectorum, aut supponentium habitū, nego nam communis est sententia Theologorum negari non posse sine nota temeritatis Deum elevare potentias ad hujusmodi actus supernaturales perfectos qualitatibus permaneotibus, seù habitibus, & non per simplicem motum, aut qualitatem fluidam habentam modum motus, ut contingit respectu actus imperfecti, qui est simpliciter primus in ordine supernaturali, nam tunc non potest supponi ad ipsum aliqua supernaturalitas, quæ det patentiæ, vel voluntati rationem actos primi permanentis, unde eadem qualitas fluida potest utrumque præstare, scil. dare vires ad eliciendum actum, & simul habere rationem aplicationis ad illum, quia qualitati fluidæ, ut inquit hic M. Ferre non rapugnant istæ duæ formalitates. Auxilium ergo afficax (subdit) potast esse sufficiens, quando ad ipsum actum, quia primus est, nulla præsupponitur suparnaturalitas par modem actus primi, qoando autem potentia jam iavenitur completa per alia principia supernaturalia, tunc distinguimus inter illa, quæ dant posse, & illa, quæ dant actu operari, & sic necessè est multiplicare auxilium penes sufficiens, & afficax, quia principium habituale nequit se ipso reduci ad actum, & sic requiritur aliud, quo aplicetor ad actu operandom. Ex quibus etiam patet ad rationem factam ex eminentiali continentia, quòd scil. possit hoc modo supplere, quando non supponitur jam completa per aliud præcedens. De quo tamen adhuc statim infra.

Ad 3. similiter resp. solum convincere, posse utrumque prestare modo exposito, vel esse incompossibile cum sufficiente distincto, quando potentia nondum supponitur, aut supponi non potest elevata, aut completa per aliud præcedens auxilium in ratione actus primi, ut dictum est, vel quoties confertur, (ut statim etiam ad 4. non tameo quod non teneatur semper supponere auxilium sufficiens, vel realiter distinctum, ut supponit anima rationalis vegetativam, & sensitivam successivè in materia ante sui introductionem; aut se ipsum sub munere sufficientis, ut explicatum est. Sed de his iterum infra.

Ad 4. nego antec. Ad probat. nego iterum antec. Ad 1. probat. illius fateor difficile esse componere modum dicendi, quem alibi sustinet Mag. Catalam, nempè quòd auxiliom efficax aon sit præcisè aplicatio causæ secunpæ ad agendum, sed virtus ultimatè saltam complens illam in ratione principii producentis cum hoc quòd non habens illud adhuc peccet, si non operetur, cū non habeat tunc completā virtutem ad operandum cum solo auxilio sufficiente, cum tamen aliàs satis efficaciter probet illum à priori, ut ait, ex eo, quòd non est tantum conditio necessaria ut causa secunda operetur, sicut est aproximatio ignis ad lignum, sed est principium qoo verè efficienter influens in operationem simul cum causa secunda ut vel ipse Ledesma, (contra quem specialiter ibi disputat) fatatur id esse de mente D. Th., & omnium Thomistarum; & constat, quia auxilium efficax est vis efficacissima, est gratia physicè adjuvans; & gratia operans, & cooperans physicè est virtus potentior, quàm sit auxilium sufficiens; est principium, quo Deus verè efficienter facit, ut faciamus, ut docent Aug., Prosper, & alii, ergo non est nuda aplicatio, sed virtus activa complens causam secondam in ratione principii productivi operationis; conseq. tenet ut per se nota ex terminis, quia principium quo proximum productivum operationis, quod non est species intelligibilis, est virtus physica io esse rei informans, & constituens io actu primo ad operandum

dum, subjectum, in quo recipitur, ergo vel est illi tota virtus, & ratio agendi, vel saltim complementum virtutis.

Et urget hoc ipsum. Quia si semel auxilium efficax est principium quo influens, vel producens operationem, subjectum recipiens illud constituitur per ipsum, principium *quod* producens, vel simpliciter, & totaliter, vel saltim partialiter, & completivè, quia nequit sic in operationem influere, nisi sit aliqua ratio in illa, ad quam producendam non requiratur in causa secunda aliud principium quo proximum, quia esset superfluum, ergo per idem efficax constituitur proximè potens producere talem rationem, ac proindè complet in ratione principii producentis.

Quòd si dicas cum aliquibus, quòd ut causa secunda dicatur absolutè potens in suo ordine, ac proindè ei imputetur ad culpam, non producere operationem præceptam, non requiri, quòd per auxilium sufficiens habeat omne posse, sed satis esse, quòd habeat posse, vel virtutem ad illam producendam secundum eas rationes, quas principaliter producit, qualis non est existentia illius, ad quam ut insinuatur in 3. probat., tantum concurrit, ut instrumentum Dei. §. In contra est, quia ut opponitur ibidem non videtur id sufficiens ad salvandam prædictam imputabilitatem; nam revera posse producere operationem, est posse producere ejus existentiam saltem instrumentaliter, ergo si id non tribuitur per auxilium sufficiens, non constituitur per illud absolutè, & proximè potens producere operationem, ac proindè non imputabitur ei ad culpam non producere illam, ut reponit idem Laudatus Mag.

Aliter ergo resp. ex eodem, & Mag. Errera ad eundem 1. prob. dato transeat, vel concesso antec. dist. conseq., non dat præcisum sufficiens, integrum posse, quasi per actuale sufficiens non possit ultimatè compleri nego; quoties in illa recipitur efficax conc., nam tunc completur ultimatè per istud, Itaque auxilium simpliciter, & proximè sufficiens debet tribuere omnem virtutem requisitam ex parte principii ad producendam operationem quantum ad speciem, & substantiam, actualitatem, & existentiam, & ideò cum solo habitu supernaturali, ut dicebamus, non est voluntas simpliciter, & proximé potens operari, sed requiritur auxilium actuale, quo ultimò completur. Licet autem auxilium efficax non sit necessarium ex natura rei, ut voluntas sit ultimatè completa in ratione principii productivi, sed solũ ut aplicetur ad operationem, quia per auxilium sufficiens actuale potest ultimatè compleri, tamen quoties in illa recipitur, ultimatè eam complet, quia Deus pro tempore, & loco, in quo decrevit conferre auxilium efficax, sufficiens actuale non confert, quia efficax, & complet, & aplicat.

Quód si fingamus toto tempore præcedente ad instans, in quo decrevit conferre efficax fuisse in voluntate actuale sufficiens, pro eodem instanti desineret esse, sic ut primum esse auxilii efficacis esset primum non esse sufficientis, quia ex natura rei efficax, & sufficiens actuale comparatione ejusdem actus incompossibilia sunt, quia efficax eminenter, vel potestativè continet, & confert, quidquid sufficiens actuale: sic discurrit, cum sapientiss. M. Herrera idem Mag. ad intentum ejusdem modi dicendi. Per quod fit iterum satis ad 3. juxtà eundem, & simul etiam ad id, quod opponitur principaliter in hac 4. nempè quòd licet efficax non tantum aplicet, sed etiam compleat, adhuc non habenti illud imputetur ad culpam non operari, quia per sufficiens potest habere integrum posse, vel omnem virtutem requisitam ex ex parte principii ad producendam adæquatè operationem. Ex quibus etiam patet ad 2. probat ejusdem ant.

Ad ult. confir. resp., quòd cum auxilium efficax ex natura rei non sit necessarium ut voluntas ultimatè compleatur, ut dictum est, in ratione principii productivi, sed tantum ut aplicetur; nec semper detur ob defectum impedientis, & aliàs huic imputetur ad culpam non operari, tenemur omninò supponere distinctum sufficiens, per quod tribuatur posse, ne dicatur idem excusabilis in carentia efficacis, & præceptum impossibile respectu illius; quidquid sit, quòd quoties datur, utrumque præstet. Respectu verò primi auxilii in ordine ad actum imperfectum, non supponentem habitum est specialis ratio, ut explicatum est. Nec propterea est in his necessarium abire in infinitum, quia sicut in naturalibus, formæ, quæ primò influunt, aut sunt via, & dispositiones ad aliam formam, primò, & immediatè in sunt subiecto sine aliis præviis formis, aut dispositionibus, ita in supernaturalibus accidentia, quæ primò dantur ad actus imperfectos, qui sunt via, & dispositiones ad perfectos, non tenentur supponere alia priora accidentia, sed primò immediatè constituunt, & complent in ratione productivi, & simul aplicant ad eosdem actus disponendo per illos ad posteriores perfectos, quod non ita contingit, quando jam supponitur habitus in potentia, & decrevit Deus dare auxilium efficax, ut dictum est, tunc enim per istud haberi potest utrumque.

Ex his in sui favorem colligit idem doctiss. Mag., quòd tam auxilium actuale sufficiens, quàm efficax possunt esse principium quo operationis creatæ secundum actualitatem essentiæ productivum principaliter, quia utrumque est perfectius, quàm habitus vel potentia, quatenus sunt participatio divinæ voluntatis, non præcisè ut habet rationem actus primi, aut principii productivi, sed ut simul habet rationem operationis. Nec obstat, quòd tantum sint instrumentaliter productiiva existentiæ operationis. quia eadem virtus, quæ est principaliter virtus productiva effectus secundum unam rationem potest esse instrumentaliter productiva illius secundum aliam, ut patet in calore ignis, qui principaliter producit calorem ut 8. in ratione caloris, & instrumentaliter tantum in ratione dispositionis ultimæ ad formam ignis.

2. Colligit, quòd sicut nostro modo intelligendi volitio Dei efficax perfectior est volitione inefficaci, & continet quidquid perfectionis est in illa comparatione ejusdem objecti; ità auxilium efficax continet quidquid perfectionis est in sufficienti comparatione ejusdem actus, vel effectus. §. 3. Colligit, quòd proximé opponebatur in 3. confirm., nempè quòd sicut anima rationalis, quia formaliter potestativé continet perfectiori modo, quidquid vegetativa, & sensitiva, est incompossibilis simul cum cum illis in eadẽ materia, ita auxilium efficax quia formaliter potestativè continet, & tribuit potentiæ, quidquid actuale sufficiens, & est incompossibile cum illo in eadem potentia comparatione ejusdem actus; salva semper imputabilitate respectu non operantis, ut explicatum est. Placuit hæc paulò prolixiùs exponere ad

pleniorem notitiam utriusque auxilii in confirmationem communis sententiæ contra Jansenium admisso etiam probabili illo modo dicendi. Sed ad uberiorem adhuc ejusdem damnatæ doctrinæ impugnationem sit.

§. VI.

Exponitur radix damnationis secundæ propositionis Jansenianæ, scilicet Interiori gratiæ nunquam resistitur.

Vidimus supra à D. Aug. traditum duplex illud adjutorium Dei nempè *sine quo, & quo*, quod Jansenius male explicans sentit primum fuisse collatum homini in statu innocentiæ, & Angelis in via, ut sine illo velle non possent, sic tamen, ut velle, & nolle uti, vel non uti in eorum libero relinqueratur arbitrio. Posterius verò datum nobis post lapsum, quo voluntas determinatè, & necessariò valit sine indifferentia ad oppositum, sed quo necessariò rapiatur ad actū. Hinc infeliciter intulit præfatam damnatam propositionem, quæ licet non inveniatur in illo sub eadem forma dialectica, evidenter tamen infertur ex eadem doctrina, juxta quam negat homini in statu naturæ lapsæ gratiam sufficientem, qua solum possit operari, & defactò non operetur. Nam si ita est, quòd nunquam homini lapso datur gratia sufficiens separata ab efficaci, sola relinquitur, quæ necessariò rapitur ad actum, seu quod idem est, cui nunquam resistitur, ut ipse contendit lib. 3. de gratia Salvatoris c. 3., ubi primò negat præfatam gratiam uti ponitur à Thomistis, & deindè usque ad finem capitis negat illam prout ponitur à Patribus Societatis.

Contra Thomistas quidem prout ab eis ponitur distincta, & multoties divisa à gratia, vel auxilio efficaci sic acriter insurgit in principio cap. Itaque, inquit, illud à recentioribus prolatum gratiæ sufficientis genus, quo adjuvante nullum unquam opus factum est, aut fiet unquam, si est verum, distinctumque à gratia efficaci membrum, videtur monstrum quoddam singulare gratiæ, solummodo peccatis faciendis, majorique damnationi accersendæ serviens, ideoque lapsis hominibus citra Dei invidiam damnandis excogitatum. Quod probare nititur ex Augustino, (sed perperàm intellecto, & ad majorem sui potiùs erroris, quàm hominum damnationem) nam lib. de gratia, & libero arbitrio inquit. *Tunc utile est velle cum possumus, & tunc est utile posse cum volumus, nam quid prodest, si quod non possumus, volumus, aut si quod possumus, nolumus?* Deindè probat dicens. Quæ enim ratio est quæso? Nam si revera, (& non solum dicis causa) talis istius gratiæ natura est, ut verè sufficientem tribuat potestatem utendi, quæ quæso ratio est, ut nulla voluntas eam aliquando arripuerit? Sed hoc, inquit, erat mysterium, quod latebat, videbant, si quemquam causam esse constituerent, jam tota machina efficacis gratiæ, hoc est congruæ, corruebat; nam hoc ipso ista gratia transibat in efficacem, utpotè quia sicut eam utebatur voluntas, quando noluit, ità etiam quando voluit pro libero suo utebatur arbitrio. Quod cum eis scripturis sacris, & Augustino perspicuè repugnare videretur, quæ perpetuò clamant Deum facere, ut velimus facere, ut faciamus, Deum operari velle, & perficere, & hujusmodi, hoc est Deum per gratiam suam post lapsum hominis largiri non solum posse, si velit, sed etiam velle, quod potest, quod Sanctis Angelis, & hominibus primis non tribuebat gratia Dei; Hinc coacti sunt gratiam illam sufficientem quamtumcunque plenam potestatem volendi liberrimæ, & indifferenti voluntati dare diceretur, effectu semper, & ubique non sine insigni absurditate frustrari. Sic contra gratiam sufficientem Thomisticam infelicissimè invehit, non advertans, aut forte dissimulans, quod hanc sui inanissimam, non insignem absurditatem, locis superiùs relatis, & præcipuè in 1. dist. illa 46. q. 1. art. 1. præoccupaverat, vel potiùs dissipaverat Div. Thom. cum id non in injuriam Dei auxiliantis, aut auxilii ejus, ut loquuntur etiam scripturæ, & D. Aug. ubi supra, & statim iterum referendæ, sed in defectum vocati sine ullo prorsus inconvenienti, immò cum maxima divinæ providentiæ, misericordiæ, & justitiæ referendum sit, ab ve maximè quid, ut toties dictum est, teneamur omnes salvare possibilitatem observantiæ præceptorum, & meritum illius, quorum utrumque destruit dogma illius. Hoc planè, & meritissimè appellare debuerat plùs nimiò insignem absurditatem.

Contra verò sufficientem Societatis acriùs adhuc prosequitur dicens. Quòd solerter animadvertentes quidam gratiæ congruæ defensores, ut sese ex illo laqueo eriperent, in alium sese periculosiorem induxerunt: apertè enim dicere ausi sunt, (quod revera rationum nexus postulabat,) efficacem, & sufficientem gratiam ab eventu nuncupari; in potestate quippè liberæ voluntatis esse gratiam quamcunque reddere pro libero nutu suo efficacem, vel inefficacem in actu 2. In quo quidem valdè consequenter, longèque aptiùs juxta principia Recantiorum, quæ de gratia congrua condiderunt, ratiocinantur, Sed non animadvertunt isto modo universum gratiarum adjutorium, quod à voluntatis cooperationa, & sufficiens, & efficax vocant, non solum reipsa, sicut & cæteri, sed ipso quoque loquendi modo, adjutorium sine quo non, & ad adjutorium potentiale ad adjutorium primi hominis, & Angelorum revocare, ut non solum verissimis, & solidissimis Augustini principiis, sed & ipsius ejus verbis, quæ latissimè in præcedentibus attulimus, ac deduximus, evertantur: habent enim ipsissimum adjutorium, quod sicut, & bonis, & malis Angelis, & hominibus primis dedit, ut etiam lapsi sufficientem potestatem agendi, itaut adjutorium istud deserere, eo uti, cum eo perseverare, vel non perseverare in libero relinquatur arbitrio, quæ sunt ipsissima verba, quibus Aug. voluntatis integræ, ac sanæ descripsit adjutorium, & ab ægrotæ voluntatis adjutorio separavit. Sic Jansenius cont. PP. Societatis usque ad finem ejusdem cap.

Cap. etiam 1. prædicti libr. inquit, Tangitur natura adjutorii sufficiantis, & ostenditur nullum dari post lapsum, quin simul efficax sit. Et cap. 2. Adjutorium purè sufficiens ad gratiam naturæ pertiner, lapsorum reparationi inutile, & perniciosum. Ex quibus apertè convincitur ipsum sentire, quòd in statu naturæ lapsæ interiori gratiæ nunquam resistitur. Quia sicut ipse ait, nudo in hoc statu nulla

catur

datur gratia, quæ efficax non sit, & gratiæ efficaci nunquam resistitur, evidenter infertur, ut dicebamus, quòd gratiæ interiori nunquam resistitur.

Verum in hac sui doctrina, & propositione, quàm longè è regione distet à veritate non solum clamat Ecclesiæ Apostolico gladio illam transfigens, (quod etiam satis est ad manifestandum simul, quàm alienus sit à mente Augustini, nisi velimus, & hunc S. Patrem cum eodem errasse, quod est impium,) sed etiam sacræ scripturæ, ad quas intolerabili confidentia nos provocat. Quid enim sibi vult illud proverb. 1. *Vocavi, & renuistis?* Quid act. 7. v. 51 *Vos semper Spiritui Sancto restitistis?* Quid Matth. 23. v. 37. *Quoties volui congregare filios tuos &c. & noluisti?* Non ne apertissimè indicant, vocatum divinæ motioni contradicere juxtà illud: Væ qui contradicit factori suo. At si nullum modo datur adjutorium, aut gratia sufficiens, sed omnis est efficax quomodo ei contradicitur, aut resistitur, itaut impediatur ejus affectus? Unde iterum D. Thom., ut vidimus, in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. q. 2. egregiè distinguens duplicem vocationem alteram exteriorem, quæ fit per prædicatorem; alteram interiorem, quæ nihil aliud est, quàm instinctus, vel motus ad bonum à Deo immissus, inquit. *Et hac quandoque quidem non pertingit ad finem suum ex vocati defectu . . . & hac est etiam non justificatio, sed via ad illam, quandoque autem pertingit ad finem, quando scil. quis audit vocantem, & venit ad Christum.* Quibus verbis manifestè ostendit dari gratiam interiorem, quæ non pertingit ad finem, quam nos dicimus sufficientem.

D. D. autem Aug., tam est dubitandum, quàm de luce meridiana, ut latè patet ex locis relatis, & præcipuè lib. 83. qq. q. 68. ubi clarissimè hanc gratiam sufficientem agnoscit distinctam, & separabilem ab efficaci in vocatis ad celebram illam Evangelicam cœnam Luc. 14. dum inquit. *Ad cœnam illam, quam Dominus dixit in Evangelio præparatam, neque omnes, qui vocati sunt venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque neque illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt. NEQUE ILLI. QUI NOLUERUNT VENIRE, DEBENT ALTERI TRIBUERE, SED TANTUM SIBI; QUONIAM UT VENIRENT VOCATI, ERAT IN EORUM LIBERA VOLUNTATE Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Propterea, & si quisquam tribuit sibi, quod venit vocatus, non potest sibi tribuere, quod vocatus est. QUI AUTEM VOCATUS NON VENIT, SICUT NON HABUIT MERITUM PRÆMII, UT VOCARETUR; SIC INCHOAT MERITUM SUPPLICII CUM VOCATUS VENIRE NEGLEXERIT.* Quibus, ut apparet manifestissimè statuit in hoc etiam statu gratiam nostrã sufficientem, ad quam spectat dare posse, & cui vocatus potest resistere, dum loquens de gratia intrinseca expressè docet alios venire vocatos, alios neglexisse venire, & insuper vocationem illam dare omnibus posse ad veniendum, ergo juxtà Aug. negari non potest in statu naturæ lapsæ interior gratia advenienduin sufficiens, quæ efficax non est, ut quis veniat, aliàs venissent omnes, cum efficaci gratiæ non resistatur, ut dictum est.

Sed adhuc clariùs, & urgentiùs reprobat prædictam gratiam Jansenianam, seu necessitantem lib. de Spiritu, & litera ad Marcellinum c. 34. tom. 3. ubi inquit. *Verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, & credamus . . . SED CONSENTIRE, VEL DISSENTIRE PROPRIÆ VOLUNTATIS EST. . . . Profectò, & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia ejus prævenit nos. CONSENTIRE AUTEM VOCATIONI DEI, VEL DISSENTIRE AB EA, SICUT DIXI PROPRIÆ VOLUNTATIS EST.* Quibus apertè jugulatur eadem gratia necessitans, jut ut unicus, vel hic locus sufficiat ad evertendam ingentem illam testimoniorum molem, quæ contra communem, & certam de gratia repudiabili, seu resistibili, vel dissentibili sententiam tumultuariè coacervari solant. Duo namque ibi S. Pater apertè inter se conciliat, quæ à Jansenio nulla via sociari posse creduntur, alterum nempè Deum per gratiam suam operari in nobis velle, & credere, idest quidquid boni egimus; alterum ità hæc operari, ut tamen gratiæ, per quam ea facimus, dissentire possimus. Jansenius verò docet Deum non fecisse bona opera in Angelis, & primis parentibus, quia in eorum potestate erat gratiæ dissentire, si vellant; contra autem, quia putat hominem lapsum non posse benè agere nisi necessitatur, ideò existimat Deum illi bonas operationes, & merita tribuere, & proptereà in illo statu solum voluit auxilium liberum, seu *sine quo*, in hoc verò necessitans. sive *quo*, quod cum sano, & germano Augustini sensu co etradictoriè pugnat. Nam S. Pater manifestissimè vult, quòd vocationes, quæ sunt gratiæ internæ, aliæ sint, quibus sic suadet animam, ut velit, quod de facto vult, & aliæ quibus sic suadet, quod ipsa resistit, & non vult, quia nempè ut ait; *Consentire vocationi Dei, vel dissentire ab ea propria voluntatis est*; ergo falsissimum est juxtà doctrinam Augustini, quòd interiori gratiæ nunquam resistitur; ergo juxtà doctrinam hujus S.P. detur gratia, cui aliquando resistitur, ac proindè, quæ solum dat posse, aut quæ non conjungitur efficaciter cum ipso velle. Legatur lib. 1. ad eundem simplic. q. 2. quæ tota est in assignando hoc duplex vocationum genus, quorum altera sit aliqui vocantur, quòd vocantem spernant, & judicium sibi inchoant; altera sic vocantur, quòd vocantem sequantur, juxtà illud Isa. 50. *Deus mihi aperuit aurem, ego autem non contradico.* & clarissimè sibi constabit, quàm longissimè distet à sententia, & corrupte interpretatione Jansenii, qui non vult aliam gratiam internam in hoc statu, nisi cui non resistitur.

Dicas tamen cum eodem lib. 2. de gratia Christi cap. 34. Augustinum prædictis verbis nihil aliud intendere, quàm quòd consentire, & dissentire sint officia voluntatis, seu quòd homo si gratiæ consentit, per voluntatem consentit, & similiter si dissentit, per illam dissentit, non tamen, quòd sit illi liberum in hoc statu consentire illi, vel dissentire.

Sed quis non videat violentiam interpretationis, quasi S. Pater tanto zelo manifestandi veritatem in re, vel mysterio tanti momenti solum velit, aut conetur explenere, quòd consentire, & dissentire sint actus voluntatis? Quis enim, vel rudissimus Tyro in Philosophia, vel metaphysica ignorat, quòd sicut cognitio est actus intellectus, ita consensus, vel dissensus sint actus voluntatis?

Deindè si Aug. solum intenderet prædictis verbis appellare supra officium voluntatis, & non supra ejus libertatem, itaut intactum remaneret hoc, quod est gratiam necessariò inferre effectum, eique dissentire esset impossibile, frustrà adhiberentur particulæ illæ,

illa, *VEL DISSENTIRE*, ut vel oscitanter considerandi vim disiunctivæ constare potest. Unde magis est ludare verbis, quàm explicere. Quis enim nesciat vim disiunctivæ hoc propriissimè axprimare, quòd sit latitudo, seu potestas, vel indifferentia ad utramqua partem, & non determinatio ad alteram tantum, nisi vel ipsas voces ignorare velimus?

Prætereà, ut rectà ad hominem redargnit ralatus Petrus; quando agitur de statu Innocenìæ, testimonie omnia Augustini, quibus ait, adjutorium primo homini collatum fuissa tale, ut cum eo perseverare posset, illudque deserere si vellet, non ita interpretantur à Jansenio, ut perseverare, & non perseverare juxtà Augustinum solum denotent officium voluntatis, idest, quòd propria voluntate perseverasset, vel non perseverasset, sed magis indifferentiam, & libertatem sibi ralictam ex auxilio, idest quòd illo non obstanta sibi concesso liberè posset persaverare, & non perseverare, ergo nac arit interpretandus in proximè allegato, quòd solum velit voces illas, consantire, vel non consantira solum danotare officium voluntatis, immò magis (quod ad rem potissimum facit contra hæreticos,) libertatem, & indifferentiam etiam in hoc statu naturæ lapsæ.

Dicas fortè ex eodem, quòd poterat esse periculum, ne quis exillimaret consensum, & dissensum esse actus phantasiæ, vel appetitus sansitivi, non autem voluntatis. §. Sad iterum hæc solutio videtur aliquomodo injuriosa eidem S. Patri, quòd in re adeò gravi valit terere tempus in explicando cujus potantiæ actus sit consensus, vel dissensus, aut si homo vocatione Dei consentit, vel dissentit quòd per voluntatem consentiat, vel dissentiat, cum sit id notissimum, ut dictum est, val ipsis incipientibus, nec puto ullum hæreticum unquam somniasse oppositum, sed tota eorum difficultas erat, an liberè, vel non liberè. Imò & ipsum Concil. Trident., quòd dum juxta Augustini mentem statuit contra Calvinum posse liberum arbitrium dissentire gratiæ si velit, nihil aliud statuisset, quàm idem officium voluntatis, sive quòd si homo dissentit per voluntatem dissentit; quod videtur ridiculum, & fingere sibi hostem, quam feriret, cum Calvinus non adeò stupidus erat, ut putaret consensum, & dissensum non esse actus voluntatis, sed in eo versabatur errore, ut existimaret hominam adeò potantar à gratia efficaei abripi, ut ei dissentire non posset. Nam duo errores ibidem damnati sunt cap. 4. de instific.; alter Lutheri asserantis voluntatem in ordina ad actus bonos, ut inanime quoddam merè passivè se habere. Alter verò Calvini, qui priorem Lutheri ex parte corrigere volens asseruit voluntatam motam à Deo activè concurrere ad actum bonum, at non liberè, sed necessariò, & si spontaneo modo, unde videretur dari occasio hæreticis ad irridendum tantum Concilium, in quo aderant sapientiores totius Ecclesiæ Patres, si eo canone solum voluissent stabilire, quòd dissensus est actus voluntatis.

Sed prætereà hæc solutio videtur se ipsam destruere, & eadem Jansenium convinci de asserenda gratia sufficienta, quam ex professo impugnat. Nam si ita est quod Augustinus solum intandat prædictum officium, nempè quòd si quis gratiæ Dei consentit, voluntata consentiat, & si dissentit, eadem dissentiat, tenetur Jansenius supponere, posse utramque partem verificari, aliàs nugatoriè, aut illusoriè vidaretur loqui S. Pater, si posterior esset de subjecto non supponanta, & impossibilis, dum dicit quòd propriæ voluntatis est dissentire; sicut nugatoria, val illusoria esset locutio, dicere, quòd propriæ voluntatis ast consentire, si consensus esser impossibilis; at hinc manifestè sequitur, quòd teneator Adversàrius admittare gratiam sufficientem, quam negat, ergo. Prob. mi. Quia gratia, cui dissentit, procul dubio efficax non est, cum careat effectu, ergo ut minimum arit sufficiens, & dans posse, aliàs nullum haberet effectum, & frustra daratur, unde etiam ex parte gratiæ dictum Augustini esset de subjecto non supponente, quod derogat tanto Doctori.

Denique contra hanc solutionem, & eandem Jansenii gratiam necessitantem in hoc statu naturæ lapsæ, audiatur idem S. Pater, quàm contradictoriè loquatur lib. 2. contra Petilianum tom. 7. c. 84. *Si tibi proponam* (inquit) *quæstionem, quomodo Deus Pater attrabat ad filium homines, quos in libero dimisit arbitrio, fortassis eam difficile soluturus es. QUOMODO ENIM ATTRAHIT, SI DIMITTIT, UT QUIS QUOD VOLUERIT ELIGAT: ET TAMEN UTRUMQUE VERUM EST. Sed intellectu hoc penetrare pauci valent. Sicut ergo fieri potest, ut quos in libero dimisit arbitrio, attrabat tamen ad filium pater. Sic fieri potest, ut ea, quæ legum, coercitionibus admonentur non auferant liberum arbitrium. Quidquid enim homo durum, & molestum patiatur, admonetur ut cogitet, quarè patiatur; ut si pro justitia se pati perspexerit, id ipsum bonum eligat pro justitia, talia sustinere, si autem viderit iniquitatem esse, pro qua patitur, se infructuosissimè laborare, atque cruciari considerans, mutet in melius voluntatem, simulque careat, & molestia sterili, & ipsa iniquitate.* Quibus verbis, ut patet, probat legum coercitionibus non tolli liberum arbitrium, quin iis non obstantibus manet homo, cui imponuntur, indifferens ad patiendum pro ut cibbat. Et post pauca....... subdit. *Nemo ergo vobis aufert liberum arbitrium. Sed vos diligenter attendite, quid potius eligatis. Utrum correcti vivere in pace, an in malitia perseverantes, falsi martyrii nomine vera supplicia sustinere.* Quibus iterum verbis ex eo probat manere liberum arbitrium, quia manet indifferentia ad utrumlibet, & ex eo leges relinquere hanc indifferentiam; & arbitrium liberum, ostendit exemplo tractionis gratiæ, ergo manifestissimè sentit tractum divinæ gratiæ utrumqua intactum relinqnare, aliàs hæc probatio, vel exemplum magis destrueret, quàm convinceret ejus intentum, ut per se patet; non enim determinatus, aut necessitatus ad unam partem nisi irrisoriè, dici potest, quòd dimittatur, ut eligat, quod voluerit sicut dicit Augustinus de gratia trahente. Imò ex hoc dicit, quòd licet utrumque sit verum, scil. quòd trahat, & dimittat quemlibet suo arbitrio, propterea id difficile esse, & paucos penetrare. Hæc autam difficultas omninò cessaret, si semel admitteretur auxilium medicinale à Jansenio confictum, quia istud non dimittit hominem, ut quod voluarit eligat, sed ipsi imponit absolutam necessitatem consantiendi, qui quidem agendi modus vel à mediocribus ingeniis facilè intellectu penetrari potest; ut rectè concludit idem Petrus. Quid enim mirum, quòd homo necessitatus ad conversionem, certissimà convertatur

ut distantis, ergo longè ab est à mente Augustini hic modus trahendi Jansenianus, scil. cum determinatione, & necessitata ad unum.

Ad anthoritatam varò, D.Aug. cui indebitè Adversarius confidit, scil.ex lib.de grat., & lib. arbit.c.15. tom.7. Resp. longissimè esse S.D. ab eius errore, nam cum ibi disputet contra hæreticos sui temporis negantas gratiæ prævenientis necessitatem ad hujusmodi actus salutares, & solam contandentes sufficere naturam ut patet ex tex. ejusdem cap., & etiam sequen., quod Incipit, *Magnum aliquid Pelagiani se scire putant* facile percipi potarat sansus illorum verborum in fine cap. *Tunc enim utile est velle cum possumus, & tunc utile est posse cum volumus*. Non quasi posse sit eliquando inutile, si habeatur per gratiam sufficientam, ut ipse perperam putat ex seqq. verbis, nempè *Nam quid prodest, si quod non possumus, volumus, aut si quod possumus, nolumus?* Imò totum oppositum, scil. quòd quando posse, aut velle, non præsupponunt gratiam, sed rantum vires naturæ, tunc prodesse non possont salubriter ad vitam æternam, quod erat præcipuum intentum ejusdem S. Patris contra Adversarios; unde in prioribus verbis sensus est, quòd quando valle non oritur ex posse, quod confert gratia, tunc non prodest, sive non est utile ad aundem finem, quia vires naturæ influere nequeunt ad illum finem utpotè excedentem; secus varò quando oritur ex posse habitum per gratiam, quia tunc est velle elevatum, & proportionatum, ac proinde sufficiens ad influendum, seù conducendum ad eundem finem.

Nec refert, quòd gratia sufficiens nunquam se sola conjungit cum actu, sive cum ipso velle, ex quo iterum perperam infert Jansen., quòd sit inutilis, aut perniciosa, & ad ma. damnationem, & quòd Deus videretur magis severus, quàm misericors dando illam sine infallibili, aut necassaria conjunctione ad actum. Non in quam refert, id anim jani præoccupavarat D. Tho. ubi supra, quòd cum non contingat id ex defectu gratiæ, seù Dei vocationis, sed vocati ponentis obicem uberiori gratiæ, qua erat cum illo conjungendus, magis hinc arat justitia, quàm severites, ut manifestà patet ex illo *Quid ultra debui facere vinea mea, & non feci, ex pectani, ut faceret uvas, & fecit labruscas*. Quibus apertè innuit se dedisse gratiam sufficientam; aliàs quomodo varificaretur, quòd fecarat, quod debuerat ut facerent uvas, sive opera salutaria viribus naturæ impossibilia, si neque istam dantem posse, contulisset, vel saltem obtulisset; & tamen quis redarguet, quod fecerat, aut dedarat aliquid inutile, aut perniciosũ, ex eo quòd talis gratia non sit conjuncta cum actu? Imò potiùs & legitimè redarguendi sunt vocati, qui respondere noluerunt, sive responderunt per nolle, cum potuissent raspondere per velle accepta gratia efficaci, si eidem non posuissent obicem; unde non est retorquendum in defectum, aut inutilitatem gratiæ sufficientis, quòd non conjungat, sed in malitiam malè utentis, nam cum illa det posse ad defacto volendum, implet quod suum est, licet recipiens se ipsum impediat ne per efficacem conferendam, velit, aut aliciat actum bonum. Hic ergo accusandus est, & puniendus, non sufficiens gratia reprobanda tanquam inutilis, & perniciosa, aut monstrosa. Itaque ultimis illis verbis; *Aut si quod possumus, nolumus*, redarguuntur, qui vocati per eandem gratiam, per quàm accipiunt posse, respondent per *velle*, unde sensus illorum est, quòd tale posse eis non prodest, quando ex propria malitia raspondent per nolle. Ex quibus iterum patet, quàm justissimè damnata sit prædicta propositio, & quàm immeritò, & excessiva confidentia in Augustino dejicare conatus sit contra communem consensum præfatam gratiam.

Hinc etiam dolandum est, quòd aliqui vel dissimulantes, vel non rectè santientes de doctrina Thomistica, confundare eam præsumpserint cum eadem damnata propositione quasi idem sit dicere gratiæ efficaci nunquam rasistitur, (quod asserunt Thomistæ,) ac dicere nunquam resistitur gratiæ interiori, quod asseruit Jansenius, & nullus Thomistarum somniavit; nam isti distinguunt cum suo Angelico Præceptore plures gratias internas, quibus in statu naturæ lapsæ constanter affirmant passim resisti, ut clamant superiora loca scripturæ ab ipsis relata contra eundem Jansenium. Unde sermo eorum solum est de gratia interna efficaci, quam dicunt semper habere effectum ex efficacia illi convenienta ex nature sua & non ex sola cooperatione liberi arbitrii, aut prævisione ejus consensus, & propterea dicunt huic nunquam resisti. Cæterum Jansenius, ut dictum est, cum sufficientem ab efficaci separatam admittere nolit, ec proinde solam contendat internam efficacem in hoc eodem statu; proindè indiscriminatim, vel indistinctè dixit, interiori gratiæ nunquam resistitur, quod longissimè distet, ut patet, à sanissima Thomistarum Doctrina.

Insuper Thomistæ, quando dicunt interiori gratiæ efficaci nunquam resistitur, loquuntur in sensu Catholico, non in Hæretico, scit. retenta sola libertate à coactione, (in quo etiam damnetur ut vidimus doctrina Jansenii,) sed etiam libertate à necessitate, sive indifferantia ad oppositum, qui est Catholicus. Pro quo obiter adverto rasistantiam dupliciter accipi posse, primò propriè prout importat renitentiam, vel contra nitentiam, sive pro eo quod est frustrare, vel impedire illius effectum; secundò pro dissentire. Quando ergo dicimus eidem gratiæ nunquam resistitur, in priori sensu intelligendum est juxta relatas scripturas *Voluntati ejus qui resistet?* Et ratio est, quia auxilium, vel motio efficax, undecumque efficaciam habeet, dum in executione ponitur in homine, procedit ex voluntate Dei efficaci convartendi hominem, ut medium, quo Deus voluntatem, & intantionem suam efficacam exequitur, quæ planè impediri, aut frustari non potest, unde nunquam stare potest, quòd homo sit à Deo motus tali motione, & quòd dissentiat, quia aliàs voluntas Dei efficax frustraratur, & impediretur à consequutione affectus, quem intendit, quod est alienum, & dissonum eidem scripturæ. Cæterum si sumatur pro dissentire; tunc affirmant Thomistæ quòd in sensu diviso, (ut alibi explicant) possit resistere, quia motio efficax, ut statuitur in Tridentino non tollit posse, seù indifferantiam ad oppositum, quam negavit Jansenius ut dictum est. Tantum ab est, quòd cum illius doctrina consentiat Thomistica in prædicta propositione.

QUÆ-

QUÆSTIO TERTIA.

An detur in Deo aliquis actus liber, aut voluntas, quæ non impleatur.

EX proximè dictis, & ex superioribus supponimus voluntatem ejus consequentem semper impleri, ut etiam demonstrat hìc ar.6. ex illius universalitate, à cujus influxu nihil subtrahi potest; sicut enim contingere quidem potest, quòd aliquid sit, & non sit homo, vel vivens, *non tamen*, inquit; *potest esse aliquid, quod non sit ens; ita potest aliquid fieri extra ordinem alicujus causæ particularis agentis, non autem extra ordinem alicujus causæ universalis, sub qua omnes causæ comprehenduntur, quia si aliqua causa particularis deficiat à suo effectu, hoc est propter aliquam causam particularem impedientem, quæ continetur sub ordine causæ universalis*. Ut verò dicebamus voluntas consequens, vel efficax Dei à nulla inferiori (quas omnes infinitè transcendit) impediri potest, aut fieri, ut aliquid exeat ambitum suæ causalitatis, ne impleatur. Unde concludit. *Cum igitur voluntas Dei sit universalis causa omnium rerum, impossibile est, quòd divina voluntas suum effectum non consequatur. Unde quòd recedere videtur à divina voluntate secund. m unum ordinem relabitur in ipsum secundum alium. Sicut peccator, qui quantum est in se recedit à divina voluntate peccando, incidit in ordinem divinæ voluntatis, dum per ejus justitiam punitur.*

Dissi ultas ergo est de antecedenti, quam expressit Apost. ubi supra juxta expositionem Damasc., & aliorum, quia cum illa respiciat salutem omnium, nec eam omnes consequantur, videtur deficere à consequutione hujus effectus. Nihilominus plures adhuc sustinent hanc etiam impleri, & verificari respectu gloriæ, licet ad illam non omnes perveniant, adeoque nullam dari, quæ non impleatur. Ita ex antiquis Alexand., D. Bonav., Maior, Marsilius, quos refert, & sequitur Ba'ilius regionensis 1.p. variarum disput. q.6. c. 12., & ex nostris Bannez, Zumal. & Nevarret. hìc ar.6. Oppositum tamen tamen defendunt Nazarius, Gonzales, Jo. à S. Tho., Illustriss. Godoii, Ferra, Gonet. Sal manticen., & alibi Alvarez de auxiliis disp. 34. Et ex Societate Suarez lib.4. de Prædest. c.1., & 2. Granados tract.4. disp. t., Harice tract.1. disp.17. c.3., & alii communiter.

§. PRIMUS.

Statuitur conclusio.

IN Deo datur formaliter aliquis actus liber, seù voluntas, quæ nunquam impletur. Pro intelligentia adverto, ne videamur repetere, quod priùs jam resolutum est, nempè hanc voluntatem dari in Deo formaliter, & non tantum metaphoricè: quòd hic [...]endimus specialiter ostendere, hanc voluntatem non posse verificari respectu gloriæ, ut adhuc contendunt contrarii, esto non omnes eam consequantur, ac proinda voluntatem illam generalem, seù antec. salvandi omnes, 1. ad Timot.2. nunquam impleri. Sumitur concl. ex D. Tho. hìc ar.6. ad 1. ubi explicans Apost. de voluntate antec. juxta Damasc. sic concludit. *Et sic patet, quòd quidquid Deus simpliciter vult, fit, licet illud, quod antecedenter vult, non fiat.*

Ex quo sic prob. In Deo datur actus liber, seù voluntas salutis omnium, sed hæc non impletur, vel non sortitur suum effectum ergo non omnis Dei voluntas impletur. Ma. est Apost., & licet non omnes eam explicent, ut vidimus, de voluntate antec., de hac tamen explicatur à Damasc., & juxta illum à D.Tho.: mi. etiam constat, cum non omnes consequantur vitam æternam. §. Dices mi. esse falsam, vel de subjecto non supponente, scil. quòd terminus illius voluntatis sit gloria secundum se, sed tantum ut contenta in auxiliis sufficientibus, & quia ista dantur omnibus, ut explicatum est, ideò adhuc optimè verificatur eandem voluntatem sortiri suum effectum respectu gloriæ, licet illam non omnes consequantur in se ipsa, sed tantum in auxiliis, quibus possunt eam consequi.

Sed contra hoc est, & in primis hæc solutio videtur diminuere sinceritatem Dei, si semel non vult planè illam, & præcipuè in se ipsa, sed tantum in mediis sufficientibus, & generalibus, unde etiam videtur derogare ejus misericordiæ, in qua fundatur, vel ex qua oritur eadem voluntas. Secundò unia etiam videtur repugnare menti Apostoli. Nam ità sentit Deum velle omnibus salutem, ut hinc infert esse orandum pro salute omnium, ut patet illis verbis. *Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Sed Paulus non jubet præcisè orare pro auxiliis sufficientibus ut continentibus gloriam, aut pro præcisa gloria ut contenta in illis, ut videtur manifestum ergo.

3. Quia sicut hic dicit Apost. generaliter Deum velle omnes salvos fieri, ita dixit Christus in cœna generaliter Apostolis, comprehenso etiam Juda juxta Diony., August., & D. Tho., ut vidimus, quòd erant itarum cum se ipso bibituri in regno, at nullus interpretabitur id dictum de regno ut contento in mediis sufficientibus, sed magis de illo in se ad ostendendum, quòd quantum erat ex se omnibus volebat licet Judas illud repudiaverit, ut explicat D.Tho. 3.p. ubi supra ergo nec similiter hic intelligendus est Apost. de eodem regno, vel salute æterna, ut contenta in auxiliis sufficientibus, sed magis de illa in se ipsa ad ostendendum, quòd Deus verè, & sincerè velit illam omnibus, licet plures illam repudient.

4. Et videtur etiam omnium ratio. Quia voluntas gloriæ præcisè, ut contentæ in prædictis auxiliis, est voluntas finis, ut præcisè contentæ in mediis, sed hoc videtur repugnare volenti ordinatè finem, & præcipuè Deo, qui secundum suam infinitam sapientiam vult omnia ordinatissimè, ergo prædicta voluntas intelligi nequit de gloria præcisè ut in mediis contenta, & non in se ipsa. Prob. mi. quia voluntas finis ordinatè voliti non oritur à voluntate mediorum, sed magis è contra, cum non sit finis propter media; at ot in superioribus insinuavimus, voluntas finis præcisè volsti ut contenti in mediis magis oritur ex voluntate mediorum, ergo est in ordinata, & repugnans Deo. Prob. mi. Quia voluntas finis prout contenti in mediis est volitio ejus

prout

prout terminata ad media, ergo magis est propter media, & magis oritur ex volitione mediorum, quàm è contra, Prob. conseq. quia volitio mediorum prout terminata ad finem magis est propter finem, & magis oritur ex volitione finis, quàm è contra, ergo pariter volitio finis ut præcontenti in mediis, est volitio, ut terminata ad media, & magis erit volitio propter media, & magis orietur ex volitione istorum, quàm è contra, quod est contra rectissimum ordinem divinæ voluntatis, & contra ordinem ipsum in bona metaphysica statutum inter medium, & finem, quòd non finis ad medium, sed illud ad finem ordinatur,

Dicas 2. eidem rationi, & præcedantibus replicis, quòd licet prædicta voluntas terminetur ad gloriam, vel salutem in se ipsa, adhuc non sequitur intentum, quòd detur voluntas, aut actus liber Dei, qui non impleatur, quia actus iste de salute omnium non est liber, sed necessarius simplicis complacentiæ. §.Sed contra hoc est, & imprimis solutio, ut latè probavimus, est de subjecto non supponente, quod in Deo, detur actus simplicis complacentiæ circa possibilia, qualis supponitur ab ipsa salus omnium.

Secundò quia licet supposita reprobatione aliquorum, ob immotabilitatem divinæ voluntatis sit hæc salus executivè impossibilis, adhuc tamen non extrahitor à toto genere futuri, & volitio ejus consequētar à toto liberi salva omni repugnantia, & contradictione inter utramque voluntatem, ergo si intra lineam liberi, & futuri non implerur, jam datur in Deo voluntas, & actus ejus liber sine effectu. Prob. antec. Tum quia juxta gloss. Chrysost. homil. 1. in Epist. ad Ephes. propositio illa Pauli indicat vehementer Dei desiderium de nostra salute. Sic enim ait, *Hoc est, quod mirum in modum cupit, vehementerque desiderat nostram ipsorum salutem.* Idque repetit ibidem homil. 7., sed desiderium non habet pro objecto rem possibilem, sed futuram, ergo. Tum quia communiter SS, PP. loquutur de voluntate illa, tanquam de benaficio gratuito, ergo non est de objecto putà possibili, sed futuro, & libero. Tum quia ut dicebamos, infert Apostolus ex eadem voluntate esse orandum pro salute omnium, & planè non jubet ibi esse orendum pro saluta purè possibili, ut per se patet, ergo. Tum quia ex vi ejusdem voluntatis sunt ordinati homines ad supernaturalem finem, at non sunt ordinati necessariò, sed liberè, nec ad finem purè possibilem, ut de se iterum est manifestum, ergo.

Tum quia Paulus adhuc tendit, utostendet infinitam Dei bonitatem, & misericordiam, qua vellet omnibus salutem, nisi aliquid obsisteret, ut explicant Theologi cum D. Tho., ubi supra, scil. ordo divinæ providentiæ, & justitiæ manifestandus in universo, vel etiam quantum est ex se, nisi per ipsos staret, quæ est conditio saltem connexivè adveniens, ut supra insinuavimus, & derivatur ex eadem providentia, quæ relinquit hominem in manu consilii sui; sed divina providentia, & justitia, vel hujusmodi conditiones, aut tam vehemens propensio, & inclinatio ad salvandum omnes non versantur circa purè possibilia, aut intra purem eorum lineam, ut per se tuò de se patet, ergo.

Ex his inferimus nullam esse repugnantiam inter utramque voluntatem, quia altera oritur ex mera Dei misericordia, & terminatur ad rem amatam, ut explicatum est, scil. ad creaturam rationalem, quatenus est capax vitæ æternæ; altera verò ex justitia Divina, & terminatur ad hominem, ut peccator est, sive adjunctis circumstantiis vitiorum, quæ sunt diversa objecta, & patet exemplo sæpiùs adducto de Judice simul volente generaliter, vel antecedenter omnes Cives vivere, & volente etiam homicidas perdi.

Nec refert contra prædictam conditionem, scil. si per ipsos non staret, aut steterit; eadem voluntas consequens de reprobatione ante prævisa demerita, in quo videtur valdè hærere Illustriss. Godoy existimans non posse ob illam salvari talem voluntatem conditionatam cum hac posteriori reprobativa.

Dicimus enim quòd licet hæc posterior sit ante prævisa demerita, quia tamen oritur, ut dictum est, ex justitia, saltem connexivè se habet ad illa, unde non opponitur eidem conditioni, aut voluntati de salute omnium conditionatæ, cum tali conditione, sicut in simili dicitur supra, ut vidimus, de constitutivo ejusdem actus liberi, quòd licet sit aliquid adæquate intrinsecum, quia tamen est intra lineam liberi saltem connexivè dicitur se habere ad aliquid extrinsecum.

Dices tamen ad hæc omnia, quòd repugnantia prædictæ voluntatis terminandi ad gloriam in se ipsa non oritur præcisè ex voluntate consequenti damnandi aliquos, sed quia nequit versari circa aliquid, quod nec præsupponitur, nec fit bonum per illam, Salus autem omnium, nec est bona in se ipsa, cum nunquam sit implenda, vel extitura, nec fit bona ex vi ejusdem voluntatis, aliàs impleretur talis voluntas.

Sed contra hoc est, quia ut tradit D. Thom. in 1. dist. ille 46. art. 1. in corp., ut eadem voluntas terminetur ad gloriam, vel salutem omnium in se ipsa, non est necessarium, quòd præsupponatur ut aliquid bonum in se, aut fiat tale per illam, sed quia bonum est hoc, quòd est omnem hominem salvari, quatenus convenuot in natura humana capaci gloriæ, quod negari non potest, ergo *cum omne bonum*, ut subdit ibidem, *sit volitum à Deo, hoc etiam Deus vult*, scil. per voluntatem antecedentem, quæ quia, ut explicatum est, non est voluntas absolute, & simpliciter talis, sed tantum secundum quid, non est necessarium, quòd id, quod vult, jam sit bonum in se ipso, aut fiat per illam; (hoc enim requiritur ad voluntatem simplicitat talem,) sed satis est, quòd illud prout sic sit bonum, & consequenter debet esse à Deo volitum juxta meritum bonitatis, quam importat, unde si reverà fieret, esset bonum, & ex parte infinitæ misericordiæ Dei, & ex parte creaturæ rationalis capacis gloriæ.

Urgetur, & simul explicatur hoc ex discrimine, quod subtiliter tradit in solutione ad 3. inter voluntatem divinam, & nostram; nam ideò distinguimus hanc duplicem voluntatem in Deo non ex parte ejusdem volontatis, sed ex parte voliti, ut præmittit in corp., scil. antecedentem terminatam ad salutem omnium in universali, & consequentem, vel absolutam terminatam ad salutem aliquorum in particulari, quòd quia conditioni humanæ non subjacent conditiones, quibus aliquis à salute deordinatur, sicut subjacent conditioni divinæ, voluntas nostra habens charitatem absolutè tendit ad salutem omnium optans omnibus salutem æternam, non tamen voluntas divina, sed solum antecedenter vult illam, & aliquibus tantum absolutè, utroque tamen

modo

modo in se ipsa, quia utroque modo est bonum, ac proindè, volitum à Deo. Nam sicut, ut in corp. prosequitur, consideratis omnibus circumstantiis personæ non invenitur de omnibus bonum esse, quòd salventur, sed solum qui se præparant, & consentiunt, salvari; nolentes verò, & resistentes bonum non est salvari, quia injustum est; ita bonum est, ut præmittit ibidem, salvari omnes, si tantum consideretur natura hominis capax gloriæ, præcipuè attenta sui infinita bonitate, & misericordia, quia omnes conveniunt in eadem natura.

Dixi quòd terminatur ad hanc salutem omnium, sive ad gloriam in universali, sumpta hac voce, non quasi purè logicè, aut secundum modum concipiendi, sed magis theologicé, prout scilic. importat gloriam ex terminis, quæ nempè, ut insinuavimus, si sic daretur, esset bonum ex parte utriusque, & misericordiæ infinitæ dantis, & naturæ rationalis capacis illius, quam sic volitam à Deo, appellat Div. Thom. volitam in universali, quia prout sic non amatur, ut vestita circunstantiis, quæ ei convenirent, si voluntate absuluta, & efficaci amaretur ab illo.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. ex D. Aug. Quia voluntas in Deo carens effectu videtur expressè negari à D. Aug. qui prædictam propositionem Apostoli semper explicat de voluotate consequenti, & habente effectum, & nunquam de antecedante carente illo ut videre est locis superiùs relatis lib. 4. contr. Julian. cap. 18. de corrept., & gratia cap. 14., & 15. de prædest. SS. cap. 88.

Adhoc patet ex dictis D. Augustinum in eisdem locis licet explicet prædictam authoritatem de voluntate consequenti non propterea excludere generalem, & antecedentem, (de qua explicat Damascenus, eique consentit D. Tho.) nunquam implendam sed solum generalem illam, & indiscretam, quam solam hæretici, quos impugnat, statuere volebant sine alia spaciali providentia, ac volūtate discernente prædestinatos à raprobis, quia hanc discretionem nolebant refundere in particularem Dei, sed in humanam voluntatem, unde dicebant, quòd ex parte Dei est sola voluntas generalis, qua vult omnes salvosfieri, quòd verò aliqui salventur, & alii non, provenit ex eo, quòd isti nolunt, & non quia nolit Deus: Quod impugnans Augustinus dat manifestam instantiam de parvulis decedentibus sine baptismo, & exclusis à gloria, non quia ipsi noluerunt, aut voluerunt, cum non dum erant in statu volendi, aut nolendi, sed quia noluit Deus, & propterea non explicat dictum Apostoli de voluntate antecedente, scil. ad eorum intentum, sed de consequenti, quia nempè ex parte Dei est assignanda voluntas alia consequens ad discernendum unum ab alio respectu salutis, ut expressè tradit libr. 4. cont. Julianum cap. 4. ubi ait. *Sed hunc sensum vestrum infantes illi sua taciturnitate convincunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pulsant, immò etiam cum baptizantur, reclamant, respuunt, reluctantur, & accipiunt, & inveniunt, & aperitur eis, & intrant in Regnum Deo.* Quòd etiam Epist. 107. ad Vitalem clarissimè exprimit paulò infra med, *Unde manifestum est*, inquit, *eum, qui resistit tam perspicuæ veritati, non intelligere omninò, qua loqutione sit dictum, quòd omnes homines velit Deus salvosfieri, cum tam multi salvi non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus noluit, quod sine caligine manifestatur in parvulis*. Unde argumenta ex Augustino nullius sunt momenti contra nos, qui utrumque verissimè dicimus, nempè parvulos, qui decedunt nondum suscepto baptismo damnari, quia tantum sunt dilecti à Deo voluntate antecedente, quæ non impletur; qui verò eodem suscepto moriuntur salvari, quia sunt dilecti voluntate consequenti, quæ semper impletur. Cui manifestissimæ instantiæ, vel argumento Augustini non poterant ulla via occurrere ejus adversarii, sed omninò succumbere cogebantur. Nam effugium illud Semipelagianorum recurrentium ad præscientiam consensus, vel dissensus eorum futuri, si ad activam servarentur ætatem, jam ostendimus in superioribus ex eodem S. D. lib. 1. de anima, & ejus origine tom. 7. esse omninò inane, quia ut ibidem ait; *quomodo enim rectè dicitur futurum, quod non est futurum?* Sed non est ulteriùs immorandum in re jam acta. Sed iterum placuit eam magis explicare ad uberiorem etiam lucem doctrinæ Augustini contra superiores interpretationes Jansenii ad excludendam prædictam voluntatem.

2. Arg. Voluntas generalis expressa ab Apost. juxta mentem Damasc., & D. Thom., non terminatur ad gloriam in se ipsa, sed ad auxilia sufficientia, sed respectu istorum impletur, licet non impleatur respectu ejusdem gloriæ in se ipsa, ergo non est admittenda in Deo voluntas, quæ non impleatur. Prob. ma., quia nequit terminari ad illam, sive ut possibilem, ut nos dicimus, sive ut futuram, quia nullo modo futura est, cum nullo modo sit extitura, immò positivé non extitura, supposita decreto Dei de non dando omnibus gloriam, ergo.

Urgeo hoc ipsum ex doctrina supra, & proximè insinuata de futuritione consensus, vel dissensus parvulorum sine baptismo, vel cum baptismo statim decedentium ante activam ætatem. Quia juxta Augustinum non potest rectè dici futurum, quod reverà in re non est futurum. Et juxtà etiam D. Prosperum superiùs relatum in Epist. ad Aug. tale condiaionatè futurum, ad quod Semipelagiani recurrebant, non nisi fictitiè poterat dici tale, si revera in re nunquam erat extiturum, unde merita illa parvulorum sub eadem conditione futura, vocat commentitia, ergo si semel salus omnium nunquam est extitura, immò positivè non extitura non potest rectè, aut ullo modo dici futura.

Adhoc argum., quòd non levem tangit difficultatem circa eandem futuritionem salutis communis, omissis solutionibus, quas hic referunt, & impugnant Illustriss. Godoy disp. 52. §. 3., & M. Ferre q. 6. §. 3. Resp. ex doctrina D. Thom. 1. Perhierm. lect. 3. in superioribus relata, ubi egregiè explicans modum essendi futuri in causa prout contradistinguitur à possibili inquit. *Considerandum, quòd cum verum, hoc significet, ut aliquid dicatur esse, quod est, hoc modo est verum, quòd habet esse. Cum autem aliquid est in præsenti habet esse in se ipso, & ideo verè potest dici de eo, quòd est, sed quamdiu aliquid est futurum, non dum est in se ipso, est autem aliqualiter in sua causa, quod quidem contingit tripliciter, uno modo, ut sic*

fit

sit in sua causa, ut ex necessitate ex ea proveniat, & tunc determinatè habet esse in sua causa, unde determinatè potest dici de eo, quòd erit. Alio modo aliquid est in sua causa, ut habente inclinationem ad suum effectum, quæ tamen (scil. in causis inferioribus) *impediri potest.* Unde hoc determinetum in causa est, sed mutabiliter, & de hoc verè dici potest, quòd erit, sed non per omnimodam certitudinam. 3. aliquid est in sua causa purè in potentia, quæ non magis est determinata ad unum, quàm ad aliud, unde relinquitur, quòd nullo modo de aliquo eorum dici potest, neque quòd sit, vel non sit. Idem ferè habet q.16. de malo art.4., & in 1. dist.38. quæst.1. art.5.

Ex his in forma ad arg. nego ma. Ad prob., vel nego antec. quoad 2. part., vel dist., sive futurum absolutè, vel determinatè, conc., quantum est ex inclinatione causæ nego. Ad utramque prob. examinam, ad 1. nego iterum illam, sumendo futuritionem à toto genere futuritionis. Ad 2. nego suppositum, quòd futuritio debeat regulari per eventum, cum ut ibidem dicebamus, non eventus, aut existentia præsupponatur futuritioni, sed potiùs è contra, unde recurrenda ad eventum pro inferenda futuritione, ut ex assignatur ratio, aut causa à priori, nec de omnibus futuris, verificari potest, ut ibidem ostensum est. Immò si quis rectè considerat, dicere effectum esse futurum, quia erit, est idem, ac dicere esse futurum, quia est futurus.

Itaque ad rem nostram dicimus, quòd quia Deus ex vi suæ infinitæ misericordiæ est inclinatus ad dandam omnibus hominibus salutem, rectè dici potest, quòd prædicta ejus voluntas generalis terminetur ad illam in se ipsa, ut aliquomodo futu em, licet posteà non impleatur, quia aliud obsistit, unde etiam auxilia sufficientia, quæ proveniunt ex eadem voluntate, sive sint per modum habitus sive actus, tribuunt posse salvari per modum dantis inclinationam ad illam, unde charitas, fides &c. inclinent per modum actus primi ad suos actus; Vocationes etiam, & excitationes inclinant tribuendo posse per modum consiliantis, exhortantis, vocentis, & excitantis ad actus bonos, & mediis istis ad salutem, & ideò hæc rectè dici potest, quòd aliquomodo transeat ad statum futuritionis, non quasi physicè mutatur in se ipsa, sed in esse objectivo, quatenus sic transit de uno statu ad alium ex vi ejusdem inclinationis voluntatis divinæ, & determinationis auxiliorum sufficientium inclinantium ad salutem, unde etiam ex eadem voluntate, ut dictum est, sumus ad illam ordinati.

Sub aliis verbis tradunt hanc solutionem prædicti Authores, cum Salmantic., & M. Serra hic §. *Secundum est* distinguentes futuritionam in perfectam & completam, quæ habetur per voluntatem efficacem, vel ex vi determinationis ejus, (& coincidit cum priori modo essandi futuri in causa assignato à D. Tho., & inchoatam, vel imperfectam, quæ habetur per generalem, vel antecedentem, & inefficacem, sive ex vi inclinationis ejus; & coincidit cum secundo. Quòd verò sufficiat constet, tum quia sic esse in causa, plùs dicit, vel aliquid superaddit ad esse in illa tertio modo, scil. in potentia ad utrumque, nec determinate, nec inclinata ad unum magis, quàm ad aliud, sed hoc 3. modo constituitur possibile, ergo duobus prioribus constituetur futurum futuritione completa, aut saltem incomplete, ut explicatum est. Tum deindè exemplo proportionabiter D.Tho. eadem lect.13. post medinm, nempè sanitetis, quem medicus de convalescente verè enunciat futuram, licet posteà ex aliquo accidente impediatur, quia quantum est ex vi dispositionis, aut inclinationis causæ, vel causarum concurrentium verè erat suo modo futura.

Id etiam fusiùs explicat q.12. de veritate art.10. ad 7. ubi ait. *Aliquid potest dici esse futurum non solum ex hoc, quòd ità erit, sed quia ordinatum est in causis suis,* (duobus prioribus modis,) *ut futurum sit. Sic enim medicus dicit iste sanabitur, iste morietur, & si aliter contingat, non falsum dixit, sic enim futurum tunc erat ex ordine causarum, quod tamen possibile est impediri, & tunc quod priùs futurum fuerat, consequenter non erit futurum &c.* Quæ verba sunt maximè notanda pro solutione aliorum argumentorum, & pro superioribus iterum materiis ad q.14., quia egregiè explicant, quomodo ratio futuri debeat attendi in ordine ad causam, & includere, ut radicem futuritionis, quòd sit in illa cum determinatione, aut saltem inclinatione ad se producendum, & non purè in potentia illius non magis determinata, aut inclinata ad unum, quàm ad aliud. Videatur etiam D.Tho. art. seq. ad 2., ubi aliis etiam clarissimis exemplis scripturæ id totum eleganter explicat. Et in 1. Hannibal. dist.46. qu. unica art. 2. ad 2. ubi non solum insinuat hanc futuritionem objecti voluntatis antecedentis, sed etiam nullum esse inconveniens hanc voluntatem beneplaciti non impleri, cum sæpè contingat, ut non fiat, quod Deus nobis præcipit, ac proindè ipsi beneplacitum est, aut fieri vult, scil. quantum ex ipso est; Unde ait. *Præceptum Divinum semper est de eo, quod Deus vult quantum est se ipso est. Hoc enim vult me velle, & ideo respondet voluntati antecedenti, quæ non semper impletur, nisi consequens adjungatur.* Quie nempè aliud obsistit, ut dictum est, unde nulla est repugnantia inter utramque voluntatem, utpotè procedentes ex diversis titulis, vel motivis, & altera sit efficax, & altera inefficax, quæ proindè potest habere objectum futurum, licet non impleatur, quia tantum est secundum inclinationem causæ, non secundum absolutam determinationem ejus, & consequenter nullam paritar esse inter utriusque futuritionem.

Sed ad ulteriùs explicandum utrumque hoc objectum, & eorum futuritionem, & ad evadendas plures instantias placet advertere ex Mag. Farre hic n.6. 6. ut magis appareat hoc esse objectivum salutis omnium volitæ antecedenter à Deo, non esse aliquid purè possibile, nec purum esse objectivum rationis, sed verè futurum, & cum reali mutatione. Etenim inquit, esse objectivum nihil aliud est, nisi esse, supra quod fundatur veritas propositionis. Varitas autem propositionis ex duplici capite potest oriri. Primò ex ipsa necessaria habitudine terminorum connotando potentiam physicam ab extrinseco, ratione cujus res dicuntur possibiles, quamdiù hæc, ut dicebamus, manet indeterminata, seu non magis determinata, vel inclinata ad unum, quàm ad aliud. Et tunc formamus propositiones de possibilibus, quas dicimus æternæ veritatis, quia ipsa connexio terminorum immutabilis est, & æterne veluti negativè, & insuper Omnipotentia, per quam possunt habere existentiam, æterna est positivè.

Secundò ex esse, quod res realiter habiture est in

aliqua differentia temporis, quia nempè est absolutè determinata, & præcipuè loquendo de causa prima, & inimpedibili ad dandum illi esse. Unde ad hanc veritatem duo requiruntur, nempè esse reale, quod erit aliquando, & ex parte Dei omnipotentiæ determinata per decretum efficax ad illam producendam in aliqua temporis differentia, & sic dicimus Anti-Christus infallibiliter erit.

3. Potest oriri ex parte rei non ex esse, quod absolutè sit habitura sit in se ipsa, sed ex esse, quod habitura est ex determinatione causarum sufficientium, vel ex inclinatione earum ad illius productionem, & ex ipsa Omnipotentiæ determinata inefficaciter per actum liberum divinæ voluntatis, seu ex vi illius inclinatæ, quantum est ex vi suæ infinitæ misericordiæ, ut in casu, ad illam exequendam, Et sic dicimus quòd erit, quantum est ex inclinatione causæ.

4. Potest oriri ex habitudine prædicatorum inter se per solum respectum ad intellectum nostrum non verè aliquid in re efficientem, sed confingentem magis, aut dantem illi purum esse objectivum, Et hæc veritas supra nullum esse reale fundatur, ut habendum in re, sed tantum correspondet illi idem esse purè objectivum cum repugnantia ad essendum à parte rei, sive cum exclusione omnis realitatis tam convenientis rei in se, quàm ex parte causæ, & sic formantur propositiones de secundis Intentionibus, vel de puro ente diminuto, & ficto.

Ex his ergo, quæ fundantur in prædicta doctrina D. Thom. 1. Perhierm., vel ferè coincidunt cum eadem, facilè percipi potest, quod in superioribus insinuavimus, nempè gloriam, ut volitam, vel dandam omnibus, & esse futuram, & mutari tantum in esse objectivo; primum, quia verè est inclinatio in causa, ut explicatum est, ad dandam illam, & non pura, & indifferens potentia ad utramque partem, unde etiam offeruntur, aut dantur media sufficientia ad illam. Secundum verò non quasi dicat purum esse determinatum, vel objectivum prout convenit enti rationis, sic enim importaret repugnantiam, ut dictum est, ad existendum in re, sed quia non dicit physicam realitatem, quam res habitura esset in se, dicitur tamen importare mutationem aliquam realem, tum ex parte causæ, quæ est jam inclinata, & non purè indifferens; tum ex parte hominum, quæ fit per auxilia sufficientia inclinantia, & determinantia juxtà sui conditionem homines ad salutem; unde importat quasi statum medium inter futura absolutè, & purè possibilia, scilicet futuritionis inchoatæ, vel incompletæ, aut imperfectæ, ut vocant, sive quantum est ex inclinatione causarum. Alia argumenta solvi possunt ex dictis, ne plus nimiò immoremur. Sed de hac mutatione adhuc infra quæst. seq.



QUÆSTIO QUARTA.

An sint admittenda in Deo decreta absoluta ex parte subjecti, & conditionata ex parte objecti.

VIdimus supra esse in Deo admittendam propriè, & formaliter voluntatem antecedentem, eamque à D.Tho. in 1. dist.46. art.1. ad 2. dici conditionatam sine omni imperfectione ex parte voluntatis divinæ, sed tantum ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis, quæ exiguntur ad rectum ordinem in salutem, unde meritò ad ampliorem illius voluntatis confirmationem, & aliorum etiam, quæ in superioribus de certa, & infallibili cognitione futurorum in solo decreto tradita sunt, consequenter inquirimus, an sint admittenda in Deo conditionata tantum ex parte objecti, & absoluta ex parte subjecti.

Pro quo suppono dupliciter aliquod decretum dici posse conditionatum, uno modo ex parte utriusque, scil. subjecti, & objecti simul, ut quando actu, vel absolutè non vult aliquid, sed vellet impleta aliqua conditione, ut dum dico vellem ludere, aut venari, si mihi liceret. Secundò ex parte objecti tantum, ut dum quis reverà vult modo efficaciter aliquid, sed non nisi impleta aliqua conditione, ut dum Pater vult dare filio 100. aureos, si assumet lauream doctoralem. In præsenti ergo non loquimur de priori decreto, manifestè enim importat imperfectionem Deo repugnantem, quòd sit aliquid sic volitum à creatura, non priùs volitum à Deo, vel Deo priùs non volente illud, ut in superioribus ostensum est. Sed de posteriori, vel absoluto ex parte volentis, & conditionato ex parte objecti, vel effectus secuturi, cujus tamen executionem suspendit, & solum vult sub conditione. Qua ratione in jure appellatur præcisè voluntas conditionata, quia ut rectè advertit à S. Tho. disput.20. de scientia Dei art.2. Jus in conditionatis solum respicit effectum, seu eventum, non elicientiam actus, unde si hæc, cum deliberatione, & firmitate animi fiat, itaut de facto velit, & resolutoriè decernat id facere, sine indigentia novæ voluntatis, sed tantum conditionis implendæ, absoluta dicitur ex parte subjecti, quia scil. non suspendit deliberationem, & effectum, sed tantum executionem, quæ se tenet ex parte objecti.

Hoc supposito communiter affirmant Thomistæ, & plures etiam ex Societate (quos latè refert Mag. Piccinardus tom.3. de approbat. lib.7. qu.4. art.2.) Ruiz, Suarez, Arrubal, & Enriquez, existimantes præcipuè hi duo posteriores non posse sine illis futura conditionata esse certò cognoscibilia, itaut sint medium in quo Deus certò illa cognoscat. §. Oppositum tenent Vasquez, Alarcon, & frequenter Recentiores, quia visum est illis magis conforme ad promovendam suam scientiam mediam, cum nolint recurrere, ut vidimus, ad hujusmodi decreta tanquam media necessaria ad habendam præfatam cognitionem certam, & infallibilem futurorum.

§. PRI-

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

Admittenda sunt in Deo decreta subjectivè absolute, & conditionata objectivè. Ità communiter discipuli D. Thom. Alvarez lib. 2. de auxiliis disp. 7., & lib. 1. respons. cap. 4. Gonzales supra de scientia disp. 44. sect. 2. dicto 3. Illustriss. Godoy tract. 4. disp. 36. §. 5., M. Ferre q. 10. §. 7. Salment. disp. 9. dub. 5., Eminentiss. Ferrerius ibidem disp. 5, dub. 2., & Gonet. disp. 5. art. 2. Jo. à S. Tho. ubi supra §. *Libera absoluta &c.* Et præter relatos ex Societate, alii plures etiam tenent ex Scotistis, Felix, Montepilosus, Vulpes, Smisinch, & Macedo, qui (ut refert Mag. Ferre) in suo tomo differentiæ inter D. Tho., & Scotum, differentia contra scientiam mediam dicit non esse verum Scotistam, qui non ità sentit; unde plures etiam, qui negant prædeterminationes physicas in hanc adhuc sententiam conspirant,

Sumitur verò ex D. Th. in 1. &c., & q. 23 de veritate art. 3. in corp. ubi ait locis superius relatis. *Invenitur propriè ratio voluntatis, & sic voluntas de Deo propriè dicitur, & hæc est voluntas beneplaciti, quæ per antecedentem, & consequentem distinguitur.* Et q. 12. ibidem art. 10. ad 8. *Dicendum*, (inquit *quòd si prophetia comminationis referatur ad ordinem causarum, quem directè respicit, sic est absque omni conditione, absolutè enim ita esse ordinatum in causis: si autem referatur ad eventum, quem indirectè respicit, sic intelligenda est sub conditione causa.* In quibus locis expressè agnoscit dari in Deo actus liberos subjectivè absolutos, & objectivè conditionatos,

Deindè ut latè patet ex superioribus, de mente D. Thom., rem esse ab æterno futuram est primam causam esse præparatam, & dispositam ad dandam existentiam in in tempore, ergo illam esse sub conditione futuram est primam causam esse præparatam per liberum decretum existens in Deo sub aliqua conditione exequendum, ac proindè ex parte actus, vel Dei absolutum, & ex parte objecti conditionatum.

Explicatur hoc etiam ex dictis. Quia implicat aliquid de præsenti esse futurum independenter à Deo volente, aut præparato, vel disposito per sui decretum liberum ad dandum illi esse, cum creaturæ independenter à Deo volente extrahi nequeat, & statu possibilitatis ad illum existentiæ, nisi velimus illam esse primum agens intra lineam effectibilitatis, & primam causam sui quod repugnat in terminis, ergo pariter implicate esse conditionatè futurum actu non volente sub aliqua onditione, ac proindè sine decreto subjectivè, vel ex parte Dei absoluto, vel exercitè existente in illo, & objectivè conditionato.

2. Prob. ex scripturis. Nam sæpè in illis exprimitur hæc Dei voluntas de aliquo effectu ponendo, si talis, vel talis conditio impleatur, quæ tamen de facto impleta non est. In Genes. 18. dicitur Deum dimissurum, vel non deleturum Sodomam si in ea fuerint 50., aut 30. viri justi, Jerm. 18. quòd vivet Rex Sedechias, si exierit ad Regem Babylonis, 4. Reg. 13. quòd erat devastanda Syria usque ad consumationem, si Rex Joas quinquies, aut sexies, sive septies baculo percussisset terram: Matt. 26. quòd Pater de facto exhibuisset Christo plusque 12. legiones Angelorum, si fuisset ab eo rogatus. Sed hæc manifestant voluntatem conditionatam ex parte objecti, ut patet ex conditionibus positis, & absolutam ex parte subjecti, cum revelentur, & pronuncientur prædicti eventus tanquam certi, & determinati, & infallibiliter futuri, si posita esset conditio, ob vel maximè, quòd hæc certitudo, vel infallibilitas ex vi connexionis haberi nequeat, cum aliquando conditio sit disparata, nec influxum aliquem habere possit ad effectum, ut patet in quinaria illa percussione terræ, ergo ad causam absolutè volentem refundenda est.

Dices ex his tantum concludi, quòd Deus erat penetrans suam voluntatem, quòd si impleretur conditio, se hoc, vel illud voliturum, quod quidem potuit revelare Christo, vel aliis Prophetis, non tamen de facto voluisse pro conditione, quam sciebat non forè implendam, aliàs videretur otiosè voluisse. Et ad hoc etiam tendit P. Annatus apud Gonet., ubi supra, dum explicans quinariam illam percussionem terræ afferit non tam significari ibidem, quid faceret homo ex hypothesi, quàm quid faceret Deus, quia scil. dedisset vires ad devastandam Syriam, si tot vicibus percussisset terram.

Sed contra hoc est. Et in primis solutio est de subjecto non supponente, ut satis constat ex superioribus, quòd nemp. Deus in signo, quod imaginamur ante omne decretum, certò id cognoscat, cum nullum sit assignabile medium hujus cognitionis infallibilis, sed omnia sint plenè indifferentia, sive ex parte sui, sive ex parte creaturæ, nam ante omne decretum est, solus remanet status possibilitatis, ut contradistinctus à toto genere futuritionis, eo proinde nulle potest apparere futuritio, ut determinetè, vel infallibiliter cognoscibilis, ut explicatum est. Deinde impug. sic. Veritas illorum eventuum ut certe de facto, & determinata revelatur à Deo licet sub statu conditionato, ergo non tantum pendet à Deo ut volituro, sed ut defacto volente; conseq. tenet, quia sub eodem statu à sola Dei voluntate dependet, & præcipuè ubi conditio est disparata, nec habens connexionem cum futuritione eventus. Ant. etiam constat, nam hoc expressè sonat illud Christi. *Exhibebit mihi modò*, scil. pro eodem momento approbatum à Patre, ergo Pater id tunc absolutè volebat, & non tantum erat voliturus, nam cum fuisset liberè voliturus, potuisset oppositum velle, & decernere, quomodo ergo poteret Christus tam firmi et de præsenti affirmare; *Exhibebit mihi modò*. Si in eodem instanti non dum approbasset, sed solum erat approbaturus? Ergo non tantum penetravit tunc Deus se voliturum, sed facto, vel jam ab æterno volebat; nec videtur aliter posse concipi.

Urg. hoc. Nam Deus revelans prædictum futurum conditionatum certò cognoscebat id à se esse exequendum Christu rogante illum, et non cognoscebat certò penetrando suam voluntatem ante omne decretum per scientiam mediam, ergo solam cognovit in decreto, quod ab æterno habuit de exhibitione tot legionum si Christus rogasset. Quòd verò innuitur id fore otiosum constabit infra in solutionibus, imò fore convenientissimam universalissimæ ejus providentiæ, ut jam supra etiam insinuavimus.

Nec obstat quod ait prædictus Pater ad aliud conditionatum percussionis terræ. Quia ut benè

etiam ponderat Gonet, non præcisè inquiritur ibi, quid Deus, sed præcipuè etiam quid esset facturus homo impleta conditione tot percussionum, nempè quòd esset delaturus hostem usque ad Syriæ exterminium, vel consumationem. Unde hæc Dei decreta conditionata non solum admittenda fuit respectu eorum, quæ ab ejus voluntate dependent, sed etiam à voluntate hominum.

e. Impog. solutio, & simul etiam prob. principaliter conclus. ex pluribus etiam promissionibus Dei, & pactis de beneficiis ab illo conferendis sub conditione nunquam aliàs impleta. Nam ut communiter docent Theologi contra Jansenium Deus promisit, aut fecit pactum cum primo homine conferendi posteris justitiam originalem si non peccares, & probatur ex illo Eccl. 17. *Testamentum æternum constituit cum illis* (Adamo scil. & Eva,) *& justitiam, & judicia sua ostendit illis*. Tum ex illo Oseæ. *Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum. Ibi prævaricati sunt omnes*. De quo D.Th. infra q.100. ar.1. Similiter etiam cum Davide quòd essent ejus filii, vel successores regnaturi in perpetuum, si mandata Dei custodiendo imitarentur pietatem Patris, ut habetur 2.Reg.9., & alia huiusmodi, sed patet in his non præcisè penetrasse quid esset voliturus, sed quid de facto vellet, aliàs pactum, vel promissio non subsisterat, cum promissio, & pactum non fiat à nondum volante implere illam, sed volituro, aliàs promissarius dubitare posset de voluntate, aut efficacia ejus, ac proinde etiam de sinceritate promittentis, & ita etiam retardari ab opere implendo, vel cessare ab illo, quod est alienum respectu divinarum promissionum ergo,

Expl., & arg. hoc, De ratione veræ, & sinceræ promissionis est supponere in promittente voluntatem, vel propositum adimplendi promissum, eo modo, quo promittitur, sed in divinis scripturis reperiuntur promissiones factæ à Deo absolutæ ex parte actus, & conditionatæ ex parte objecti, ergo in Deo sic promittente supponenda est voluntas, vel propositum implendi promissum, absolutum ex parte sui, & conditionatum ex parte objecti; conseq. tenet, aliàs non dicerentur sinceræ promissiones, quod Dei fidelitati repugnet. Ma. est communis conceptio, aliàs magis esset fraudulenta promissio, quam vera, & sincera, Tum quia sicut simplex locutio ut sit verax debet esse conformis cognitioni, vel conceptui loquentis, ita promissio, ut sit sincera debet conformari voluntati promittentis; ergo sicut repugnat actualis veracitas loquutionis sine actuali conceptu, vel cognitione conformi ex parte loquantis, ita pariter repugnabit actualis promissio sine actuali voluntate, vel proposito implendi ex parte promittentis, ac proinde non stat, quòd semel Deus actu, vel defacto promittat absolutè ex parte sui, & conditionatè ex parte objecti, & quod ab æterno non sit ita actu volens, & proponens implere, sed tantum voliturus, vel penetrans se voliturum.

Dices primò ita esse si promissio sit omninò absoluta, vel etiam conditionata, quam promittens scit esse implendam, secus tamen si certò sciat, non esse ponendam in ea, sed sufficere tunc, quòd penetrat se voliturum, si semel impleretur. §. 2. Quoad verum, quæ fit in proposito implendi ex parte promittentis, quod ad hoc, quòd non stet semel promittere sine eodem proposito, id solum convincere de proposito virtuali, quod in formali voluntate promittendi continetur, & quòd etiàs non adsit voluntas opposita, scil. non adimplendi rem promissam, non verò requiri propositum formale implendi illam, præcipuè loquendo de promissione conditionata, ut in casu, sed satis esse ad illam, quòd ad sit formalis voluntas promittendi existens in Deo, in qua virtualiter claudatur voluntas adimplendi promissum, & quòd non adsit contraria voluntas non adimplendi, & insuper decretum conditionatum ex parte subjecti, quod erit, si purificetur conditio,

Sed utraque hæc solutio ex superioribus facilè impug. Prima quidem, nam licet non sit omninò absoluta, sed conditionata ex parte objecti, vel effectue conditione etiam cognita, ut non implenda, non tamen stet, ut vidimus, sic certò, & infallibiliter enunciari non supposita formali voluntate promittendi, imò & implendi ut statim dicemus contra 2.) cum etiam quandoque non sit connexio, ut dictum est, inter conditionem, & effectum, non solum, ad inferendum infallibiliter, sed neque ad inferendum, ut patet ex repetita illa percussione respectu vastationis Syriæ, ergo tenemur omninò supponere aliquod decretum actu existens, & absolutum. §. Nec refert quòd simul cognoscat conditionem illam non esse implendam, quia per hoc non tollitur eius sinceritas, & quòd non possit habere tale decretum absolutum ex parte sui, quia ob alios fines altiores, & suæ providentiæ consentaneos, ut insinuavimus, & adhuc constabit infra, potest permittere, ut non impleatur, vel aliter disponere, sine præjudicio propriæ fidelitatis.

Secunda etiam impug. 1. Nam licet ita sit quòd ad valorem, & honestatem promissionis, vel etiam ad sinceritatem promittentis sufficiat virtuale propositum in formali voluntate promittendi contentum, sola exclusa voluntate non adimplendi, non tamen ut perfectissimè fiat, sive cum omni perfectione ad illam necessaria, ut supponitur facta à Deo, ergo quidquid sit in nobis, non tamen salvabitur promissio in Deo sine formali proposito; nam perfectior est, & firmior cum formali, quàm cum solo virtuali; Deo autem attribuere debemus id, quod perfectius est,

2. Quidquid iterum sit ad honestatem promissionis absolutæ sufficere propositum virtuale adimplendi, nullus tamen negabit promissionem absolutem Dei includere formale decretum implendi promissum, aut supponere illud, sed non alia ratione, nisi quia exigitur ad perfectissimum modum promittendi, ut decet Deum, ergo eadem ratione promissio illius conditionata includere debet formale propositum, vel decretum implendi promissum.

3. Et urgetur præcedens, Si veritas promissionis salvari posset sine animo formali adimplendi promissum, juramentum promissorium sine hoc animo adimplendi rem juratam non esset perjurium defectu veritatis præsentis, consequens est alienum ergo. Ma. constat, nam in tantum est perjurium, in quantum ei deficit veritas præsens, quæ consistit in animo formali implendi, ut explicatur 22.q.89. ar.7. contra positivè ad assertorium, M. patet ex decreto Innoc. XI., in quo damnatur hæc num. 27. *Causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis*, quia nempe, ut docet D.Tho. ibidem ad 1., & Cajet., & alibi Sotus lib.8. de just. q.1.

q.1. ar.7. ad 1., Suarez lib. 3. de juramento, & alii, præfatum juramentum sine tali animo est perjurium.

Denique impug. Nam præfatæ promissiones verè existunt in Deo, aliàs non esset in illo sincera voluntas promittendi, sed illæ sunt actus liber intellectus, vel voluntatis, ergo aliquis actus liber intellectus, vel voluntatis, potest subjectivè formaliter existere in Deo, & versari circa objectum purè conditionatum;

Quòd si dicas promissionem juxta D. Tho. esse actum intellectus, ac proinde licet sit liber potest versari circa objectum conditionatum, quia in illo reperitur veritas de præsenti, cæterum quia objectum voluntatis est bonum, & in objecto purè conditionato non invenitur bonitas de præsenti non potest ad illud esse actus liber voluntatis, qua ratione, ut in superioribus dicebamus, licet possit esse actus intellectus ad possibilia, non tamen actus voluntatis, quia in illis invenitur veritas, non tamen bonitas sufficiens ad terminandum actum amoris.

Sed contra hoc est, primò. Quia non stat aliquod objectum semel ingredi lineam futuritionis, & non induere aliquam rationem bonitatis, saltem quantum est ex vi inclinationis causæ, ex vi cujus dicitur verè futurum, ac proinde verè dicens aliquem ordinem ad existentiam, ergo etiam in futuro conditionato est sufficiens bonitas ad terminandum actum liberum præsentem voluntatis. §. 2. Quamvis promissio sit actus liber intellectus divini, est tamen actus virtutis undequeque honestus, ergo indispensabiliter importat ex parte objecti aliquam bonitatem. Prob. cons. quia actus intellectus spectantes ad virtutes morales, non præcisè respiciunt verum, sed ut contractum per bonitatem specificativam virtutis, ad quam pertinent, unde prout sic non tendunt purè speculativè, vel aprehensivè, sed practicè, vel & meritoriè, ergo si promissio est hujusmodi non poterat versari circa verum præcisivè à bono.

Ultimò prob. concl. destruendo fundamentum oppositæ sententiæ, Quia nulla est imperfectio admittere in Deo hujusmodi decreta, imò valde conducunt ad manifestandam ejus supremam providentiam, & libertatem ergo tenemur eadē admittere in illo; cons. tenet, quia hac ratione potissimùm negant contrarii tam de facto, quàm de possibili, quia existimant involuere imperfectionem Deo repugnantem, ut constabit §. seq. Ant. quoad 2. p. etiam constabit ibidem, & in superioribus etiam jam insinuatum est. Quoad 1. verò prob. Et primò contra eos, qui admittunt, ut possibilia cum Suarez. Tum quia si semel ex propriis importarent aliquam imperfectionem, nec de facto, nec de possibili admitti possent in illo, cum Deus nullius imperfectionis sit capax sive de facto, sive de possibili. Tum quia semel admissa ut possibilibus non videtur via ad negandum de facto; nam illis prout sic admissis non est aliud assignabile connotatum per modum objecti nisi objectum sub conditione futurum, ut patet per singulos modos superiùs relatos agendo de constitutivo actus liberi Dei, sed posito connotato decreti, & ipsum decretum debet existere, ut patet, in connotato decreti absoluti ergo non stat semel admittere ut possibilia, & negare ut existentia sive ob imperfectionem, sive ob quodcunque aliud caput.

Deinde prob. quòd nulla sit imperfectio. Nam sine omni datur in nobis volitio efficax ex parte actus, & conditionata ex parte objecti, ut patet in vovente absolutè ex parte sui, vel actus, & conditionatè ex parte objecti, si convalescat; votum namquè illud non solum caret imperfectione, sed approbatur, utpote actus religionis, & vestitum debita honestate, ergo pariter in Deo poterit de facto admitti sine omni imperfectione, utpotè supremo analogato totius honestatis, similis volitio absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte objecti. Tum quia si esset aliqua imperfectio, maximè esset defectus absolutæ voluntatis ad ponendum effectum, sed hic nullam arguit imperfectionem in Deo, imò ut dictum est, supremum dominium, & universalissimam rationē suæ providentiæ, imò excessum illius, supra omnem aliam providentiam particularem, sive humanam ergo. Prob. mi. quoad 1. p. (nam quoad 2., ut insinuavimus, constabit infra,) quia hic defectus non oritur ex impotentia, sed ex infinita sui sapientia, & libertate in gubernendo, & providendo universæ creaturæ, ut explicabitur in solutionibus, ergo tantum abest, quòd arguat imperfectionem in illo, quin potiùs summoperè commendat ejus altissimum regimen, & dominium, ut rectè etiam consideranti facilè constare poterit. Et urgeri etiam poterat paritate scientiæ, de qua infra ad 1. in fine.

§. II.

Solvitur argumentum primum, ac præcipuum sententiæ oppositæ.

PRimò arg. ex Vasquez. Non potest dari decretum actu existens in Deo sine reali mutatione ex parte objecti ejus, sed in objecto purè conditionato nulla adest realis mutatio, ergo nec de illo potest esse decretum actu existens in illo: mi. patet, nam videtur aliqua assignabilis respectu effectus nunquam ponendi in re: ma. verò prob. quia decretum utpotè liberum ita est, quòd poterat non esse, et non ex mutatione aliqua reali ex parte sui, ergo ex sola mutatione objecti.

Ad hoc patet ex dictis, quomodo intelligenda sit realis mutatio in hujusmodi objectis, vel esse liberis nunquam ponendis in re, unde videri possunt, quæ in fine præcedentis quæst. ad illius explicationem adducta sunt, ne eadem repetamus. §. 2. Resp. cum aliis ex nostris quòd eo modo, quo ponitur decretum, ponitur mutatio; nempè vel absolutè, vel conditionatè futura, non semper præsens, aut absolutè futura, unde si decretum sit objectivè absolutum connotat in objecto mutationem absolutè futuram, & existentem in sua differentia temporis, si verò sit objectivè conditionatum, tunc sufficit, quòd connotet in objecto mutationem futuram sub conditione, & in hac actuali connotatione, vel habitudine ad objectum conditionatè immutandum, scil. transferendo illud de non esse ad esse, si ponatur conditio, fundatur sufficienter novus respectus rationis ad objectum conditionatè volitum. Sic explicant Alvarez, Lemos, & alii, & ex ipsis Eminentissimus Ferrerius.

Hæc tamen solutio licet subtilis sit, & ob meritum

tam

tem gravium DD, valdè probabilis sit, non videtur temen plenè quietare intellectnm, aut setisfacere argumentn facto. Nem licet decretum sit objectivè conditionatum, est tamen absolutum ex parte subjecti, & ectn existens in illo, & poteret absolntè nnn esse, sed ad id verificandum requiritur alique mntetio absolutè ex parte alterius axtremi, scil. vel subjecti, sive Dei, (quod est impossibila cum Deus sit omninò immutabilis,) vel termini, ergo non sufficit, quòd ex parta istius sit conditionetè tantam futura. Mi. constat, quia omnis nova, scil. defectibilis denominatio absolutè existens petit aliquam mutationem absolutè existentem ergo.

Huic instantiç idem Eminentiss. persistens in solutiona data, & re'acta aliorum recurrentium ad mutationem, vel moralem, vel extrinsecam objectivam, quam alii vocant logicam, respondet tunc solum esse necassariam mutationem aliquam physicam intrinsecè absoluté existentem ad novam denominationem defectibilem ebsolutè existentem, quando est talis scil. nova, & absolutè existens ex parte utriosque extremi, tam immutabilis, quàm mutabilis, secus verò quendo solum subjectum importetum in alique denominatione est immutabile, & terminus tantum est mutabilis; tunc ut denominatio sit absoluté existens ex parte subjecti, non verò ex parte termini, non est necessaria mutatio aliqua physicè intrinsecè absolotè existens, siva ex parte extremi immutabilie, ut supponitur, cum non sit capax illius; sive ex perte mutabilis, cum non sit absolutè, sed conditionatè futurum, ac proinde sufficit illi mutatio conditionatè future.

Sed licet hæc solutio sit eb eodem prout de mora subtiliter tradita, adhuc taman videtur pati difficultatem. Nam quamvis objectum sit conditionetè futurum, ejus tamen futuritio est jam præsens, & de præsenti affiematur ut existens, licet conditionatè, ergo non videtur ei sufficere sola mutatio physica de futuro, sed est necessarie aliqua de præsenti, sicut hac ratione requiritur per nos decretum de præsenti, & non quod esset, si impleretur conditio.

Utraque solutione in sue probebilitate relicte, plecet stare priori solutioni insinuatæ juxta doctrinam illam D.Tho.t. Perhierm., quòd juxta meritum futuritionis sit assignanda alique mutatio physica non per superadditam realitatem, cum non sit ex vi causæ determinatæ ad dandum esse, (sed par mutationem, que sit intra lineam veræ futuritionis, ac proinde aliquomodo physicam, prout verè suo modo affirmatur, ut præsens ejus futuritio, & illud ut futurum, scil. ex vi inclinetionis causæ, ut verè eem distinguit à porè indifferenti, & sufficienter ad constituendam rem futuram, ut in superiori quæst. ex eodem ostensum est. §. Quibus etiam addi potest ad plenius sustinendum hujusmodi decreta, quòd licet etiam ex perta Dei nulla omninò realis, vel formalis mutatio assigneri possit juxta temen probabilem illum modum dicendi, quem elegimus, sine omnimoda imperfectione intelligi potest virtualiter eminenter aliter se habens in sic liberè decernendo, quod magis pertinet ad ejus summam eminentiam, vel perfectionem, quàm ad defectum, ut declaratum est: sed de hac mutatione, in qua facit magnam vim, iterum infra.

Præterquamquòd ut benè etiem reponit Landatus Eminen., in sententia Vasquez, & omnium. essertorum scientiæ mediæ datur in divino intellectu scientia absolutè existens de objecto contingenti conditionato, quæ poterat non esse in Deo, sine omni mutatione intrinsece ex parte scientia, sed tantum conditionatè future ex parte rei scitæ, ergo etiam in divina voluntate dari potest decretum absolutè existens de objecto conditionato absque ulla mutationa ex parte Dei decernentis, sed solum conditionatè futura ex parte rei decretæ, vel volitæ.

2. Instari potest in ipso decreto absoluto etiam ex parte objecti, quod est æternum sine physica mutatione æterna neque ex parte Dei, neque ex parte objecti voliti ergo potest similiter dari decretum absolutè existens sine mutatione physica existente. Et ratio utriusque sumitur ex prædicta summe illius eminentia, & perfectione, ad quam recurrimus in celebri illa difficultate de constitutivo actus liberi, nam sicut ex eadem potest divina voluntas ab æterno se determinare immutabiliter ad immutandum effectum in tempore, ita potest se determinare absolutè, & immutabiliter ad immutandum effectum sub conditione.

Ex his etiem sumi potest urgens cofirmetio posterioris rationis pro conclusione. Nam sicut ad perfectionem scientiæ (præcipuè divinæ, quæ est cognitio non purè aprehensiva, nec formaliter illativa, sed judicative) videtur requiri judicare de objecto, an sit vel non sit absolutè existens, ita ad perfectionem voluntatis, seù decreti, determinare, & efficaciter ponere idem objectum absolutè esse, aut non esse; sed hoc non obstante absque ulla imperfectione ponitur in Deo scientia absoluta ex parte actus, & conditionata ex perte objecti præscindens à judicio ejusdem objecti in ratione ebsolutè, vel non absolutè existentis, sed solum ettingens illud ut existens, vel futurum sub conditione, ergo absque ulla etiam imperfectione potest poni in Deo decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte objecti, non decernens efficaciter objectum ut absolutè existens, vel non existens, sed solum quòd esset sub alique conditione.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

SEcundò arg. ex inconvenientibus. Nam in primis hujusmodi decreta videntur inutilia, & otiosa, cum versentur circa objectum sub conditione repugnante, & impossibili, supponimus namque Deum decrevisse illam nunquam esse purificandam, vel implendam, ergo sicut otiosum esset, & inutile, imò imprudens istud, si chimera producatur, tot annis conservabo illam, ita inutile erit, & otiosum omne aliud sub conditione non implenda, imò impossibili, post decretum, vel in consortio decreti de non implendo illam.

Expl., & urg. hoc. Quia venum, & nugatorium videtur aliquid decernere, vel promittere sub conditione pendente à solo arbitrio sponsoris nolentis implere illam, ut si quis mihi promitteret dare librum, si voluerit, aut venerit ad me, statuendo simul se nolliturum, vel non venturum, sed talia sunt decreta, aut promissiones de conferendo v.g. regnum hæreditarium filiis David sub conditione perseverantiæ in pietate, & observantiæ præceptorum.

rum, quam decreverat non concedere, ac proinde conditionem non purificandam.

Ad hoc dico imprimis solvendum esse à contrariis in decreto eorum indifferenti, (de quo disp. seq.) nam quid magis mirum est, quòd sine concursu Dei non possit creatura operari, & nihilominus Deus decernat conditionatè concurrere cum illa, si velit operari, nam supposita necessitate ejusdem concursus divini non minùs, quàm existentiæ ad operandum, vel luminis ad videndum, perinde est, ac si diceret si viderit objectum dabo illi lucem ad videndum, vel si operabitur dabo illi existentiam; imò magis mirabile apparet in eo, quòd pendet à conditione ab intrinseco, & ex natura rei repugnante, quod non ita contingit in casu, ut statim dicemus.

Resp. ergo neg. ant. Nam aliud est, quòd conditio non sit futura, aliud verò quòd sit repugnans, vel impossibilis. Ex eo namque, quòd Deus decernat rem non fieri, non efficit conditionem impossibilem ex se vel ex natura rei, sed tantum ex suppositione aliqua accidentali, vel secundum quid, quod non tollit absolutam ejus possibilitatem (præcipuè loquendo de conditionatis ut sup. a revelatis, de quibus specialiter affirmentur hujusmodi decreta: quidquid sit de aliis imaginariis, de quibus etiam jam dictum est explicando, quomodo voluntas antec. dicatur conditionata) unde etiam posito decreto, intrinsecè, & simpliciter possibilis est; nec Deus videt illam, ut non possibilem, vel impossibilem impossibilitate intrinseca, sed ut non futuram. Non repugnat autem, ut rectè advertit hic Gonet n. 5. disp. 5 ar. 7. Quòd velit Deus aliquid sub uno ordine rerum esse futurum, & quantum est ex meritis aliquarum causarum non tamen simpliciter, & de facto esse futurum in re propter alias causas superiores, sicut volebat Ezechiam mori secundum naturalem vim morbi, non tamen secundum causas superiores. Hoc enim pertinet ad supremum Provisorem, quod varios rerum ordines disponat, & velit: & secundum unum velit aliquid, quantum est ex vi illarum causarum, & secundum alium de facto non velit. Talem autem voluntatem non potest otiosam, & inutilem judicare, inquit idem, nisi qui otiosum, & inutile judicarit in supremo rerum Gubernatore diversos ordines rerum disponere, nec tamen velle, ut omnes sortiantur effectum: unde n. 12. subdit magis otiosum videri, quòd nos tam infimæ, & constrictæ intelligentiæ homines velimus metiri divinam voluntatem, & juxta nostrum modū mensurare: *Intueamur ergo omnia opera altissimi*, ut monet Ecclesiast. 33., *duo, & duo, & unum contra unum*. In quo etiam maximè apparet, universalimus ambitus supremi ejus regiminis, libertas arbitrii, infirmitas creaturæ, & ejus defectibilitas, & pulchritudo universi constans ex causis contrariis, quæ sibi sunt impedimento, nec possunt omnes sortiri effectum, atque omnia respiciens supremus idem Provisor ita mirabiliter disponit, ut expositum est. Tantum abest, quòd otiosa, & inutilis sit.

Ex his etiam facilè resp. ad explicar. distIng. antec. Videtur nugatorium in nobis transeat, vel conced., in supremo, & universalissimo Provisore neg. Nā licet conditio à la ipso dependeat, nec sine illo verificari possit, & adhuc etiam decreverit non esse implendā, nihilominus adhuc honestissimè, & prodentissimè promittit. Tum quia objectum promissionis honestum est, ut patet in exemplis adductis ex scriptura, & aliquomodo etiam futurum est, ut vidimus, sub uno ordine rerum, & quantum est ex vi aliquarum causarum; neque etiam est conditio intrinsecè repugnans, vel impossibilis, ut dictum est, sed sola suppositione accidentali, & solum non implenda ob alios fines supremo illi Provisori notos, ad quam spectat non tantum de uno rerum ordine disponere, sed de omnibus; Unde ut nec promissio, nec decretum sit imperfectum, vel vanum, satis est, quòd causis inferioribus inclinationē imprimat ad ultimum effectum, licet non omnes sortiantur illum, immò expediat decernere non sortiri, si semel velimus, quòd duo, & duo, & unum contra unum prævaleat ex merito supremi Provisoris.

3. Arg. Quia hujusmodi decreta non videntur niti alicui probabilitati, sive extrinsecæ, sive intrinsecæ, ergo non sunt admittenda. Prob. ant. 1. quoad 1. p. quia non habent illam in scripturis, nec in PP., nec in aliis antiquis Scholasticis, vel assignetur, ergo. Quoad 2. verò sic. Tum quia versantur circa objectum incapax terminandi actum divinæ voluntatis, cum sit purè conditionatum, conditione nunquam implenda, & consequenter carens actuali bonitate, vel per modum exercitii necessaria ad terminandum illum, ut dictum est. §. 2. Quia si semel conditio purificanda non est, nulla ex vi illius causari potest realis mutatio in creatura, quod est contra conceptum divini decreti perpetuò immutantis illam, dum realiter transfert ab uno ad alium statum, ut dictum est. 3. Quia videtur idem decretum, quidem affectus contrarius alteri decreto de non purificanda conditione, à qua pendet, siquidem est velle simul, & non velle, ut patet. Unde si simul habuisset decretum conditionatum de conversione Tyriorum supposita prædicatione Christi, cum aliàs decrevisset hanc non esse apud illos exequendam, simul videretur voluisse, & non voluisse illam.

Denique quia nec deservit ad intentum manifestandi infallibiliter determinationem liberam creaturæ. Etenim vel istud est prædefinitivum actus liberi, vel non; si hoc 2. manet indifferens adhuc voluntas, unde non magis relucet assensus, quàm dissensus. Si verò primum; præterquàm non id ex eo. quod est antec., & infallibile, tantæque efficaciæ, cui non potest resisti, tollit contingentiam rei decretatæ, adhuc non concluditur intentum, nam res videnda per illud, videtur ut infallibiliter connexa, sive per consequentiam necessariam, non sola necessitate consequentiæ, & ex suppositione, sed consequentis, & absolutè, quia prædefinitio est causa antecedens talis actus, ergo magis videtur per scientiam simplicis intelligentiæ, ad quam spectat connexio necessaria, quàm per liberam fundatam in decreto.

Ad hoc, quod in summa continet omnia, & præcipua oppositæ sententiæ fundamenta, resp. ad singula. Ad primum quidem nego antec. quoad utramque partem. Et ad prob. pro prima, patet in primis iterum solvendam esse à Contrariis in eorum decreto indifferenti, minùs enim de illo scimus, ex qua authoritatis radice prodierit, (de quo latè infra, cum hoc etiam ulteriori discrimine, quòd plures, ut vidimus, ex PP. Societatis admittunt Thomisticum, nullus tamen ex Thomistis prædictum indifferens: Dicimus ergo, quòd quantum attinet ad scripturam, jam adductæ sunt sufficientia testimonia, quæ intelligi nequeunt in sensu literali, nisi de decretis actualibus,

libus, ut satis ostensum ast. 5. De PP. verò, & Thaologis non est minus certum, & præcipuè ax D.Tho., & Aug., & atiam colligitur ex superioribus, & letè axpendit Jo. à S.Tho.disp.20.de scientia ar.2. & apertè etiam deducitur ex tribus principiis in eorum doctrina, aliorumqua vetarum Theologorum notissimis, nempè futurum asse, quod est præparatum, vel daterminatum in causa, ut docet hìc Div. Thom. art.7., & alibi. e. Quòd Deus facit futura, aa prædastinando, ut inquit Augustin. tractat.68. in Jo. 3. Quòd omnia in sa ipso, ut in prima causa cognoscat, ut atiam vidimus supra de visione, & videri potest Gonet ubi supre de scientia conditionatorum.

Ad 2. prob. ax ratione. Ad primem iteratò dicimus esse solvendam à Contrariis cum plures ex illis ut vidimus, admittant simplicem complacantiam in Deo circa possibille, eamque multi dicant esse liberam, & tamen major bonitas proculdubio relucet in objecto aliquo modo futuro, licet conditionatè, quàm in purè possibili, quod prout sic nullum adhuc dicit ordinem ad existentiam, cum ax vi nullius causæ, sive determinatæ, sive inclinantis exeat limitas puræ possibilitatis, ut explicatum est ex D.Th. 1. Perhierm. Unda in forma, vel nego ant., vel dist. non est capax terminandi actum absolutum, tam subjectivè, quàm objectivè, conc., subjectivè tantum, & objectivè conditionatum nego. Nec amplius convincit probatio annaxa, quia licet non sit implende da facto, vel secundum unum ordinem rarum quantum est ex vi aliquarum causarum, esset tamen secundum alium ordinem, quantum est ax vi aliarum, quod non tollit futuritionem secundum istum, ac proindè posse Deum vella secundum eundem, sicut volebat Ezechiam mori secundum naturalam vim morbi, juxtà illud Esaiæ cras morieris, & tamen noluit moriturum secundum causas superiores, cum de facto mortuus non sit.

Ad aliam, sive 2. similiter dicimus solvendam assa tum in aedem simplici complacentia circa possibiles, circa quæ nihil ponit, ut rectè etiam ponderat à S. Tho. hìc n.6. Tum in dacreto ramissivo culpæ, quam tenent pluras ax Societate posse remitti absque infusione gratiæ, scil. de potentia absoluta, per condonationem extrinsecam, & consequentar sine reali intrinseca, aut physica mutatione.

Præter ergo superiora respondari potest, quòd sicut voluntas ita remissiva, quia positiva non est, scil. per dilectionem positivam, sed magis nagativa, sive per dilectionem negativam, (ut alibi axplicatur infra p.2. q.113., vel 3. p. de pœnitentia ex eorum doctrina) non inducit infusionem doni supernaturalis, vel gratiæ, vel physicam, sed moralem in eodem modo dicendi, ità pariter in casu, quia absoluta non ast, sed conditionata non tenetur inducera physicam mutationem, aut realem de facto, sed tantum moralem, vel raalam conditionatam, sic quòd ex vi illius decreti mutaretur craatura, si impleratur conditio, unde vel satis est mutatio moralis, ut etiam patet in decreto, quo Deus ab æterno decrevisset dispensare cum eliquo in obligatione voti; vel raalis conditionata, ut ex M. Alvarez advertit Gonet, & docet etiam à S.Tho. n.10., quia voluntas ut voluntas non ast necessè, quòd realiter, & de facto immutat objectum, sad voluntas ut efficax, sive absolutè talis. Unde satis est, quòd constituat liberé volitum communicando ai aliquod essa sub conditiona, in quantum detarminat, aut vult in vi alicujus causæ, licat cum impedimento, aut determinatione, ne de facto sit ob alios fines, ut dictum est, juxtà meritum supremi, val univarsalissimi Provisoris. Ex quo etiam colligant non dari voluntatem, ut efficacem, vel remissivam, quæ infusiva, aut communicativa non sit sanctitatis, aut gratiæ interioris, & consequenter intrinsecè, val raalitar immutativa.

Ad aliam, sive 3. itarum dico essa eb eisdem solvendam in decreto illo indiffarenti, quo vult concurrere cum craatura, si ista valit; nam istud etiam videtur quidã affectus contrarius priori cognitioni, aut scientiæ mediæ, quam dicunt habere de illo futuro. Etenim quomodo Deus vult concurrara, si creatura valit, si semal aliàs jam prævidit per eandem scientiam non essa craaturam volituram, aut consensuram? Negamus ergo essa affectus contrarios, immò ordinatissimè cohærentas cum suprema, ac suavi sui providentia, qua, ut dictum est, non tantum de uno ordine disponit, nec ministario unius tantum causæ, sed plurium, unda sicut genarali providentia omnes ordinat ad salutam, vel aam vult omnibus, tamen solis prædestinatis vult eam efficaciter sine omni contradictiona; sic pariter vult secundum unum ordinem, & in vi unius causæ, & taman non vult secundum alium, & secundum causas supariores, admirabili fœdere intar utramque voluntatem cum sola diversitate ax parta voliti, ut vidimus ex D.Tho., ob eminentiam sui univarsalissimi regiminis.

Ad ultimam resp. cum eodem à S. Tho., quòd est prædefinitivum rei faciendæ non ebsolutè, & da facto sed sub conditione, quam expedit non implare ob alios fines, quos ut supramus Provisor tenatur respicara, & providera, ut sæpè dictum est; nempè ad ostendendam ordinationem, & inclinationem causarum, & dispositionem inter se, & in ordine causarum inferiorum, qui tamen ordines non possunt omnes simul poni, quia alii aliis contratiantur, expedit taman supremo eidem Provisori omnia ordinare ad finem, & cum non possint omnia, ut dictum ast, consequi illum, tanetur consequenter prædefinira aliqua sub conditiona tantum facienda, & non absolutè.

Ad raplicam quoad 1. da entecedentia, & efficacia decreti non componibili, (ut opponitur) cum rei decratatæ contingentia, dicemus disputar. seq., ne aadem repetamus. Quoad aliud verò, nempè illud objectum pertinare ad scientiam simplicis intelligentiæ, constat ex dictis ad illam solum pertinere connexionem nacessariam anta omnem suppositionem dacreti libari, qua gaudent possibilia in suis prædicatis essantialibus, vel nacessariis; & quando dicitur esse consequentiam necessariam dicimus esse necessariam necessitate consequenta decretum liberum. Quænam varò sit iste necessitas poterit constare infra,

DISPUTATIO ULTIMA.

De voluntate consequenti, seu de efficacia divinorum decretorum.



Elebrem aggredimur disputationem, à qua potissimum dependet ædificium scientiæ mediæ; nam semel admissa efficacia divini decreti independenta ab omni extrinseco, sufficientissimè assignatur medium cognoscendi, aut manifestandi quodlibet futurum sine recursu ad prævisionem effectus antecedentē, vel non innixam decreto, in qua consistit formalis ratio scientiæ mediæ. Duo ergo principaliter inquirimus; alterum est, an sint admittenda hujusmodi decreta ex se efficacia, vel non expectantia aliquod extrinsecum; alterum verò an etiam se extendat ad actus malos quoad eorum materiale, vel entitatem, seù ad materiale peccati, dicturi aliquid in fine, an ii. eodem sui decreto influeret necessariò, sive operaretur ex necessitate naturæ, adhuc in nobis subsistaret libertas. Et quidem modo loquimur de efficacia decreti, ut se tenet ex parte Dei, non ex parte affectus, sive gratiæ, aut divini auxilii, in quo hæc scil. consistat, an in aliquo intrinseco, & physicè impresso in voluntate, an in aliquo extrinseco, hoc enim pertinet ad materiam de auxiliis, à qua omninò intendimus abstinere, tum ob reverentiam ad decreta pontificia, tum ne excamus limites nostri instituti, unde si aliquid tangatur de efficaci determinatione, & antecedente respectu nostræ voluntatis, intentum non est per hoc explicare efficaciam auxiliorum, sed quia decreti divini ratio, & efficacia, ut inquit à S. Tho., (sine ordine adhunc affectum explicari non potest, in quo nihil offenditur reverentia ad eadem, vel eorum debita observantia.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum dentur decreta ex se efficacia, an verò solum indifferentia, & expectantia determinationem ab extrinseco.



Omine decreti ex se, sive ex sua natura efficacis intelligimus illud, quod independenter ab omni extrinseco, sive à consensu libero præviso in ratione futuri saltem sub conditione habet vim inducendi infallibiliter in affectum, sive efficaciter determinandi voluntatem ex se indifferentem adhoc, ut determinatè velit bonum, non determinatè per modum naturæ, sed determinatione solius infallibilitatis, quæ non opponitur modo operandi potentiæ liberæ, sed facit illam aliàs ex suis intrinsecis, vel objecti specificatione indifferentem, infallibiliter, & liberè operari. Unde etiam dicuntur hujusmodi decreta determinata, non indifferentia; absoluta, non conditionata, scil. tam ex parte subjecti, quàm objecti; & tandem antecedentia, non concomitantia, & simultanea, ut ex adversò loquuntur PP. Societatis, qui licet admittant in Deo decreta prædefinitiva, non tamen ea, quæ antevertant bonum usum libertatis causando per suum influxum determinatum prout à Deo, sed determinabilem ab arbitrio creato juxtà illud, *Expectabam ut faceret uvas, & fecit labruscas*, quasi Deus expectet bonum usum voluntatis nostræ, ut simul cum ista concursat ad quod eadem se determinaverit, ut ipsi ad intentum suum explicant, licet aliò tandet locus iste, ut dicemus, non ad expectandum hunc consensum, vel usum, sed ad ostendendum, quòd dederat populo illi auxilium, quo possent facere uvas, ut etiam in superioribus insinuavimus.

Difficultas ergo est inter utramque Scholam an sint admittenda in Deo hujusmodi decreta, quibus Deus prædefiniat voluntates bonas prædefinitione ex se efficaci, & prout à Deo, & non prout à voluntate nostra, ut dicunt præfati PP., quasi solum concurrat concursu indifferenti ex se, & determinabili solum à voluntate creata, in quo licet, ut in plurimum conveniant, ut ait M. Ferra, in modo tamen stabiliendi hanc indifferentiam, divisi sunt. Sicut dicebamus de scientia media, quòd licet in ea defendenda conveniant, in modo tamen defendendi, ut vidimus, satis discrepant inter se, sive in plures vias abjerunt, quod signum est rem valdè arduam assumpsisse, seu non tam facilè explicandam, vel resolvendam.

§. PRIMUS.

Quibusdam præmissis referuntur sententiæ, & modi dicendi.

Quia non omnes affectus in creatis sunt ejusdem conditionis, sed alii à solo Deo producuntur, ut sunt affectus creationis, glorificatio animæ, collatio primæ gratiæ; Alii in consortio creaturæ, non liberè, sed naturaliter operantis, sive necessariò, aut cum determinatione ad unum, ut illuminatio solis, calefactio ignis; Alii tandem in consortio iterum ejusdem creaturæ, sed liberè, sive cum indifferentia

rentia ad oppositum influentis, ut actus liberi nostræ voluntatis, actus amoris Dei modo in via, justitiæ, temperantiæ, & aliorum virtutum; difficultas non procedit in ordine ad primos, nam supponimus, ut certum admitti à Theologis respectu illorum, nam quæ à solo Deo procedunt, non possunt expectare aliquod extrinsecum determinens, & quæ sunt à causa naturaliter, vel necessariò operante, petunt esse ab illa, ut determinata ad modum operandi ejus, nec fit metus aliquis offensionis libertatis, ex quo præcipuè moventur contrarii ad negandum præfata decreta, unde specialiter reducitur ad ultimos, vel liberos, qui timent hanc eorum libertatem impediri, scil. quòd non possit causæ creatæ se determinare, si antecedet decretum eam determinans, & non expectans eius determinationem prævisam saltem ut conditionem, cum ejus efficaciæ resistere non possit.

Pro quo advertò id, quòd alibi, vel infra insinuamus de malitia Angelorum, & tangit hic à S. Tho., nempè in voluntatem creatam duplici via posse principium exterius influere, scil. moraliter, & effectivè, sive duplicitar posse aliquid dici causam moventem voluntatem, ut egregiè explicat D. Tho. q.3. de malo art.3. in corp. Primò per modum disponentis, vel persuadentis interius, vel exteriùs, Secundò per modum perficientis, & efficientis, & hæc verà, & propriè dicitur causa. Primò modo concedit Diabolum posse movere voluntatem, nec tamen posse dici propriè causam mali actus voluntatis, quia non potest esse causa ejus per modum perficientis; Et infra subdit, voluntatem dupliciter inclinari ad volendum aliquid, uno modo ab exteriori, alio modo ab interiori; ab exteriori quidem sicut ab objecto aprehenso, nam bonum aprehensum movere dicitur voluntatem, & sic movere dicitur voluntatem consilians, vel suadens, in quantum facit apparere aliquid esse bonum. Ab exteriori autem movetur voluntas ab eo, quod producit voluntatis actum, & multis interpositis, quibus explicat, movens dumtaxat ex parte objecti non posse dici propriè causam talis actus concludit dicens. Relinquitur ergo quòd causa perficiens, & propriè voluntarii actus est solum id, quod operatur interiùs, & hanc non posse esse nisi Deum, ut primam causam, & voluntatem, ut causam secundam; & Deum ut primam causam in voluntate operari, & posse inclinare illam in quodcunque voluerit. Art. etiam 4. docet, per modum persuasionis posse Angelum movere voluntatem invisibiliter, interiùs intellectum adjuvando ad cognoscendum per modum cujusdam illuminationis, quod probat ex D. Dionis., & quod etiam pertinet ad influxum moralem.

In hac doctrina D. Thom., (& hoc obiter adverto ad plures, aliàs graves difficultates rectè percipiendas,) tria sunt valdè notanda, ut alibi in materia de gratia seriò monet M. Cetalam. Primum est ut Deus dicatur propriè causa movens, vel inclinans voluntatem ad consensum, vel faciens eam velle, non sufficere, quòd moraliter solum per modum persuadentis, interiùs illustrando intellectum moveat, vel inclinet eam, sed quòd verè efficienter ut causa physica influens eam moveat, inclinet, & faciat velle. Secundum est, inclinare voluntatem ad volendum causando solum aprehensionem objecti, non esse inclinare illam interiùs, sed exteriùs ex parte objecti. Et ratio est, quia nec objectum sic aprehensum ponit aliquid intrinsecum in voluntate, & ideò nec interiùs eam movet. Tertium est. Sic inclinare voluntatem causando aprehensionem objecti, & interiùs intellectum adjuvando per modum illuminationis non esse proprium Dei, quia Angeli mali ad malum, & boni ad bonum possunt sic inclinare illam. Ex quibus infertur, quòd dum PP., & scripturæ sacræ tribuunt Deo, ut proprium inclinare humana corda, aut voluntates, intelligi nequeunt de hac inclinatione morali, quæ fit per cognitionem objecti. Videatur de his etiam D. Thom. 3. cont. Gent. c. 88., & seq., & infra q. 105. art. 5. ubi latè, & perspicuè explicat hanc motionem propriam Dei, qui solus potest prout sic ingradi limites voluntatis creatæ juxtà illud Ezechiel 44. *Et portam clausam ingredietur, & vir non ingredietur, quia Dominus Deus Israel ingredietur.* Et prov. 29. *cor regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud.* Et ad Philipp. 2. *Deus est, qui operatur, in nobis velle, & perficere*, non quia præcisè det virtutem volendi, ut conati sunt aliqui interpretari, quos impugnat Div. Thom. cap. illo 89., aut quia solum moveat moraliter per modum persuadentis, ut alii dicunt, sed quia etiam per modum agentis verè efficienter influit, movet, & inclinat voluntatem, & facit eam velle hoc, vel illud.

His præmissis conveniunt omnes scientiæ mediæ defensores in neganda hac antecedentia decreti ex se efficacis, seu ente omnem determinationem extrinsecam, sed tunc ingentem molem, & subtilissimis etiam eorumdem ingeniis valdè difficilem attentarunt, quòd nam scilicat sit istud determinans indifferentiam decreti, quam contendunt, cum in voluntate non admittant determinationem aliquam antecadantem consensum, & consensus ipse assignari non possit, cum magis sit effectus decreti, vel id, ad quod attendenda est, sive necessariè est determinatio. Tum quia redit eadem difficultas, quomodo producetur à voluntate sine determinato concursu, aut quomodo ex eat à principio omninò indifferente, cum ab isto, si semel æque indifferens est, non sit major ratio, cur potiùs ex eat hic actus, quàm alius, tum quia quod est in actu secundo supponitur, ut contentum in primo. Dicant ergo quis determinabit concursum ad illum? Ad jus autem libertatis recurrere non possunt, ut dicebamus, nisi ludendo verbis, & petendo principium, cum nullam afferat juxtà eorum principia determinationem præviam ad consensum, ac proindè idem est se esse voluntatem determinaturam, aut se determinare, ac esse consensuram, aut consentire. Tum quia cum non sit jus primi agentis liberi, sed secundi, necessariò est potentiale, & consequenter determinabile, non primum determinans. Unde vel erit procedendum in infinitum, vel sistendum in primo determinante ex se, quod est Deus; vel dabilis aliquis actus, aut causa creata antecedens causalitatem divinam, quòd est alienum.

Præterquàmquòd cum determinatio ista in actu secundo sit concursus, vel influxus actualis voluntatis, qui ut insinuavimus, dicitur identificari cum simultaneo Dei concursu, idem erit asserere, quòd Deus concurret, si voluntas concurret expectando ejus concursum, ac dicere, quòd Deus concurret, si concurret, vel quòd influet in effectum, vel faciet illum, si viderit jam factum, quod esset iterum ludere verbis, nec assignare determinativum, quod

quæri-

quærimus. Hic (inquit à S. Tho.) ferè stupent adversarii, quia est res inexplicabilis, & ut subdit n.15., punctus iste in assertoribus scientiæ mediæ, & negantibus efficaciam Dei antecedentem altæ profunditas est, & rapidissimis vorticibus plene, quam nullus penè transit, quem non hauriat, vel ad litus divinæ efficaciæ ejiciet. Quòd verò afferunt esse recurrendum ad prævisionem consensus, vel ad consensum ut prævisum, eodem modo impugnatur, si tandem tenentur assignare medium, in quo prævideatur consensus magis, quàm dissensus, quod videtur impossibile, ut latè in superioribus ostensum est, cum sumatur in signo totius indifferentiæ, & nullam admittat potentia determinationē, ut dictum est, ante consensum, sed sit æquè indifferens ad utrumque extremum. Quarè ut in re ardua fieri solet, in varia placita divisi sunt, sed à nullo hactenus, ut censet laudatus Mag. n.4. plenè satisfactum.

Itaque in hoc omnes consentiunt Deum dùmtaxat offerre concursum indifferentem per suum decretum, sed discriminantur in modo explicandi, nam alii dicunt Deum dumtaxat afferre concursum generalem ad omnem actum causæ 2., quòd verò hic actus sit magis hujus speciei, quàm alterius, puta assensus potiùs, quàm dissensus, hoc habet ex peculiari influxu causæ particularis, sive creatæ. Ita Molina in pluribus suæ concordiæ locis. §. Hic tamen modus ob sui nimiam generalitatem non omnibus placuit, & meritò quia non magis diceretur Deum concurrere ad actum bonum, quàm ad malum, sive non magis esse Authorem illius, quàm istius, si solum concurreret ad communem rationem entis, & non ad specificam utriusque. Præterquamquòd cum specifica boni sit de linea perfectionis, subtrahi nequit ab influxu causalitatis divinæ, nisi iterum velimus aliquid de hac linea non esse à Deo, ut primo efficiente, sed à creatura, quod ut supra, est alienum. §. Nec juvat dicere, quòd voluntas in ordine ad bonum se determinat ex vi ejusdem concursus generalis, in ordine verò ad malum ex sua malitia. §. Non inquam juvat. Tum quia in primis id non est ad intentum sui Authoris, qui utramque rationem specificam, sive boni, sive mali ad solam causam 2., vel influxum ejus refundit, non ad generalem Dei. Verba ipsius sunt apud M. Ferro hic §.2., scil. *Quòd actus sit consensus in concubitum potiùs, quàm dissensus non provenit ex concursu generali, sed ex particulari arbitrii determinantis se ad actum circa hoc objectum potiùs, quàm circa aliud*. Si verò determinaret se ex vi concursus generalis Dei non solum deberet referri in illum secundum communem rationem entis, sed etiam secundum specificam saltem partialiter, non partialitate effectus, sed causæ, sicut eadem partialitate referretur in illum ratio specifica mali, si ad eam se determinaret ex vi ejusdem concursus ad illam, qua ratione negant se determinare ad eandem ex vi illius. Tum quia videtur implicare, quòd se determinet ad alterum extremum ex vi concursus indifferenti. Tum quia si primum efficiens, scil. Deus tantū concurrit indifferenter ad prædictam rationem boni, & creatura habet rationem primi determinantis, jam creatura iterum habebit etiam rationem primi intra lineam efficientis, ad quam spectat hæc ratio determinativi, quod derogat causalitati divinæ. Et hæc replica potest etiam deservire contra seqq. alios modos dicendi.

Alii ergo judicantes præcedens decretum ob amplitudinem suæ indifferentiæ, & consequenter ob nimiam dependentiam à voluntate creata non sufficere, superaddunt aliud concomitans, ut hic, & nunc simul concurrat ad actum determinatè cum voluntate, ad quem scil. hæc se determinabit. Ita cum aliis P. Alarcon tract. 1. de Scientia Dei disp. 5. c. 8. §. 3. concl. 4. §. Sed hic modus etiam rejicitur proxima superiori replica. Quia impossibile est actum aliquem, vel effectum esse, vel intelligi esse à creatura, nisi pro eodem signo intelligatur esse à Deo, nisi velimus illam pro aliquo signo præcedere in genere efficientis influxum Dei, quod est implicatorium, cum in omni signo sit agens secundū, ergo inintelligibile est, quòd pro aliqua prioritate naturæ præintelligatur ut se determinans ante concursum Dei etiam simultaneè tantum concurrentis salvis ejus juribus, scil. agentis primi.

Tertius est P. Vasquez disp. 99. c. 5., ubi rejecta priori Molinæ concedit Deum non purè indifferenter se habere, sed prædefinire prædefinitione determinata ad quemlibet actum etiam in singulari, non quidem prævia, vel prædeterminante causam liberam, sed tantum concomitante, & innixa scientiæ conditionatæ, qua Deus cognovit determinationem bonam nostræ voluntatis in cognitione congrua, & attemperata voluntati tanquam in causa connaturaliter exigente concursum simultaneum ad bonum actum liberum prævisum: unde juxta hunc Auctorem actus noster liber dupliciter prędefinitur à Deo, primò in cogitatione tanquam in causa, & in decreto, quo Deus vult simul absolutè concurrere cum voluntate ad actum, ad quem novit hanc se determinaturā si illi dederit concursum, quem prædicta cogitatio exigit. §. Sed hic modus non solum videtur insufficiens, sed implicatorius, & de subjecto non supponente, assumit enim probandum, nempè quòd cogitatio illa congrua exigat determinatè concursum simultaneum ad actum bonum, cum neque habere possit ex natura voluntatis liberæ, & indifferentia ad utrumque extremum, quæ sola præcedit ante actum 2., ut vidimus juxta eorum principia: neque ex ipsa sui natura, nam cogitatio congrua solum influit moraliter, seu movet voluntatem ex parte objecti illuminando intellectum, & excitando voluntatem, non autem efficaciter, aut omninò infallibiliter ad exercitium, quia ut adversarii admittunt cum D. Tho. q. 105. ar. 4., & 106. ar. 2., & 111. ar. 2. nullum objectum quantumvis congruè propositum potest movere illam efficaciter infallibiliter ad exercitium actus præter Deum clarè visum, sed tantum moraliter, cui potest subesse falsum, ergo nequit in illa prævideri voluntas sic determinata, ne Deus absolutè decernat simul concurrere ad determinatum actum bonum.

Ex quo impug. iterum præcedens modus recurrens ad duplex illud decretum generale, & concomitans juxta inclinationem voluntatis; quia inclinatio ejus ante suū actum 2., non magis est ad unum extremum, quàm ad aliud, cum ante illum nullam admittat determinationem. Quòd si loquamur de causis naturalibus, constat evidenter cum pluribus illis Deum de facto non concurrere ad effectus, ad quos habent inclinationem, ut patet in igne fornacis babylonicæ inclinante ad comburendos pueros, quos tamen non combussit, & in causis naturalibus inclinantibus ad mortem Ezechiæ, qui tamen non est

tunc mortuus. Quartus est PP. Suarez Prolegom. 2. de gratia c. 8., & alibi existimans non esse necessarium multiplicare hujusmodi decreta; sive hoc posterius concomitans, quo velit absolutè concurrere ad quemlibet actum bonum voluntatis, dicit satis esse superius illud generale, & indifferens supposito, quòd voluntas per sui determinationem purificet conditionem, quia idem superius non est ad concurrendum vagè, & in confusò, sed ad determinatos, & singulares actus cum peculiaribus circumstantiis, unde purificata conditione, scil. eligendi, & se determinandi ex parte voluntatis, eodem decreto concurrit, quasi esset absolutum, quia eadem purificata transit in absolutum.

Sed hic etiam modus patitur primò eandem communem difficultatem, quòd in linea efficiendi, vel determinandi divinus concursus tenetur supponere ex parte creaturæ alium primum, quod est alienum. Deinde quia, ut proximè, & in superioribus dicebamus contra ipsum, idem est purificare conditionem, ac se determinare per actum 2., cum ante illum nulla admittatur determinatio, ergo dicere, quòd decretum determinatè transibit in absolutum, ac proindè Deus absolutè concurret, si voluntas purificaverit conditionem eligendo, & se determinando ad alterum extremum est idem ac dicere, quòd Deus absolutè concurrat, si concurret, vel quia concurrat: & idem similiter ex parte voluntatis, si purificabit conditionem, aut se determinabit, quia purificabit, aut se determinabit. Quod videtur perpetuò ludere verbis, & peti principium, nec assignari causa à priori, unde fiat hic transitus à conditionato, vel indifferenti ad determinatum, vel absolutum.

Quintus distinguit de hujusmodi prædefinitionibus, nam circa res omnes, quæ fiunt dependenter, aut mediis causis 2., 2. admittit esse in Deo absolutā quandam prædefinitionem, quæ res immediatè mandetur executioni, quæ tamen ordine causalitatis nec sit ante, nec post cooperationem causæ 2., sed simul. Deinde quòd præter istam potest esse alia efficax, quæ ordine causalitatis sit ante futuram cooperationem ejusdem causæ: 3. Denique quòd respectu illarum rerum singularium, quas solo naturali ordine producit per causas 2., 2., operando secundum earum exigentiam Deus non prædefinit ante earum cooperationem. Ita Arrubal. disp. 65. c. 3., 4., & 5. sed licet in duobus prioribus dictis aliquomodo nobiscum consentiat admittendo in primo Deum ante futuritionem operationis causæ 2. habere voluntatem efficacem concurrendi determinatè simul cum qualibet causa 2., sive libera, sive necessaria, & in secundo Deum efficaciter velle operationem causæ 2., non in se, sed in causa, quæ prædefinitio ordine causalitatis operationem ejusdem causæ præcedat, in eo tamen quòd hæc duo decreta vult esse innixa scientiæ mediæ, per quam priùs exploraret debeat voluntatem per talia media, sibi tali occasione collata esse consensuram, longè abit à nobis. Non enim Deus dat media, quia scit per illa voluntatem consensuram, sed quia vult absolutè, quòd per illa consentiat, unde ad efficaciam voluntatis, vel decreti magis reducenda est infallibilitas consensus, vel infallibilis ejus futuritio, quàm ad prædictam scientiam; nam intantum ut vidimus; Deus certò scivit aliquid esse infallibiliter futurum, quia voluit, & non è contra, ut explicatum est. Tum quia ut in superioribus arguebamus. Quando dicitur ad Rom. 8: *Deus proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum.* Veriùs diceretur Christum ut hominem non pepercisse sibi, sed pro nobis se tradidisse; quia Deus nec voluisset, nec potuisset velle tradere eum, nisi prævidisset eum voluntate humana se traditurum. Similiter illud ad Ephes. 1., *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, (Nomine autem consilii ut dictum est, idem significatur, quod beneplacitum, sententia, determinatio divinæ voluntatis) si decretum absolutum Dei penderet à determinatione voluntatis creatæ prævisæ ut futura, veriùs explicaretur dicendo Deum operari omnia secundum consilium voluntatis nostræ, quàm suæ. De quo Alvarez disp. 20. de auxiliis, ubi pluribus scripturæ, & PP. testimoniis probat Deum absoluto decreto prædefiniisse ab æterno omnia bona, quæ in tempore operatur.

Alii denique concedentes Deum non solum habere influxum concomitantem, sive simultaneum, vel in effectum, sed etiam in causam ante illius operationem, ut explicent à quo determinatur ejus indifferentia, dicunt ex parte voluntatis præcedere quandam negativam determinationem, quatenus sinit se moveri ab objecto, & non reluctatur, aut non induratur, quod est etiam liberum voluntati, quia non minus libera est, ut agat, quàm ut non agat, & posita hac negativa determinatione, Deus aplicat, & movet causam ipsam, & cum ea concurrit ad opus. Ita Bellarmin. lib. 4. de Grat. cap. 16.

Cæterum ut advertit à S. Tho., & nos supra etiam insinuavimus, hæc negativa determinatio, cum idem sit, quòd non resistere, ex gratia, vel ex Deo est, ut sæpè docet D. Aug., & D. Tho. locis relatis præcipuè ad Hebr. 12. lect. 3., ubi ut vidimus, inquit, *Hoc ipsum, quod aliquis non ponit obstaculum ex gratia procedit, unde si aliquis ponat, & moveatur cor ejus ad removendum illud, hoc est ex dono gratiæ Dei vocantis.* Et infra, *Quòd verò à quibusdam removeatur istud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei.* Hæc D. Tho. & revera Deus est, qui aufert cor lapideum, & dat cor carneum ad non resistendum, vel ambulandum in præceptis ejus, ut dicitur Ezechel. 36. Omitto alios modos, quia vel coincidunt cū superioribus, vel similiter recurrunt ad concursum moralem de quibus etiam infra.

His omnibus constantissimè se opponunt Discipul. D. Tho. statuentes decreta Dei ex sui natura efficacia sine omni suppositione, aut conditione determinationis voluntatis nostræ, imò potiùs ex sua infinita efficacia causantia determinationem illius, & modum ejus. Adhærent huic sententiæ Scotus in 2. dist. 37. q. unica circa 2. quæsitum, sive ut alii citant. q. 2., & in 4. dist. 49. q. 6. §. dico ergo, & communiter ejus Discipuli. Et tenet etiam Alexand. de Ales, D. Boneventura, & alii apud laudatum Jo. à S. Tho. art. 4. n. 21.

§. II.

Statuitur prima Conclusio.

NOn potest Deus aliter influere nisi per decretum ex se efficax, absolutum, determinatum, & antecedens nostros actus. Est D. Th. ar. 8. in corp. ubi

ubi asserit, *quod divina voluntas quibusdam volitis necessitatem imponat, non autem omnibus, contingit propter eius efficaciam, cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus sequitur causam non tantum secundum id, quod fit, sed etiam secundum modum fiendi, vel essendi; ex debilitate enim virtutis activa in semine contingit, quod filius nascitur dissimilis patri in accidentibus, qua pertinent ad modum essendi; cum igitur divina voluntas sit efficacissima non solum sequitur, quod fiant ea, qua Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus fieri vult; vult autem Deus quadam fieri necessariò, quadam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum universi.* Hæc D.Tho. In quibus apertissimè explicat causalitatem divinam, & simul tradit rationem à priori nostræ conclusionis.

Ex his prob. Formalis ratio causalitatis divinæ est efficacia voluntatis, sed hæc nequit esse efficax, nisi ejus causalitas sit absoluta, determinata, & antecedens ergo. Ma. constat, tum quia contrarii non contendunt præcisè de efficacia, sed de modo ejus, an sit ab intrinseco. Tum quia causalitas non reducta ad efficaciam imperfecta est, & frustrabilis, unde posset aliquid divina voluntas velle, & illud non poni, quod est alienum. Tum quia non est assignabilis alia radix, vel formalis ratio causalitatis infallibilis, ut patet discurrendo per singula prædicata divina. Mi. verò, in qua est difficultas prob. Nam divina voluntas est efficax efficacia per essentiam, non minùs, quàm sit ens entitate per essentiam, & sic de aliis prædicatis divinis, sed quia ratio entis convenit ei per essentiam, convenit ei ab intrinseco, & independenter ab omni extrinseco, & antecedenter ad illud, ergo eadem ratione convenit ei efficacia ab intrinseco, independenter, & antecedenter ad omne extrinsecum, & consequenter nequit esse efficax, nisi causalitas ejus sit absoluta determinata, & antecedens omne extrinsecum.

Dices quòd licet efficacia divinæ voluntatis sit divina, ac proindè infinita, & per essentiam, quia tamen ex illa, ut docet S.Tho., proveniunt causæ contingentes, seù liberæ, & necessariæ, accommodat illis suum concursum, ne præjudicet earum juri, vel contingentiæ, aut libertati, unde non utitur illa, divina voluntas secundum omnem sui vim, sed sinit determinari ab illis adhibendo concursum suaviter inclinantem juxta conditionem, & meritum causæ creatæ, quod est concurrere per decretum indifferens, seù benignum, & non efficax ex sua natura, quia operatur quidem efficaciter, non tamen ex vi influxus, qui omninò antecedat consensum, aliàs non se accommodaret suavi modo operandi ejus.

Sed hæc solutio, licet videatur habere apparentiam, non tamen, ut vidimus, salvat jus, & meritum causæ primæ. Unde impugnatur sic. Divina voluntas, vel eius causalitas nequit ita se accomodare causis creatis contingentibus, vel liberis, ut exeat limites causæ primæ, sed juxtà solutionem exiret, ergo. Ma. constat, quia Deus in causando nequit præjudicare juri sibi convenienti, ut est primum agens, vel efficiens. Mi. verò prob. concurrere efficacia non sua, sed aliena est contra meritum causæ primæ, sed juxtà solutionem sic concurreret, cum acciperet efficaciam, vel determinationem ab extrinseco, aut dependeret ab illo, ergo non concurreret concursu primi agentis, & omninò independentis, sed alieno.

Urg. hoc. Concurrere concursu non primo, sed expectante concursum alterius agentis est concurrere contra jus, & meritum primi agentis, ut patet ex terminis; sicut enim esse non omninò à se primò, sed accipiendo, vel expectando aliquid ab alio intra hoc genus est contra jus, & meritum primi entis, ità contra jus, & meritum primi agentis est concurrere non omninò à se primò, sed accipiendo, vel expectando aliquid ab alio intra genus operativum, & ratio utriusque est, quia aliàs non esset omninò primum, & à se in utroque genere, ut patet.

2. Impugnatur solutio, & iterum urgetur totum hoc. Ita se accommodare, quòd concurrat solo decreto indifferenti, concomitante, & conditionato est concurrere modo repugnante causæ primæ, ergo. Prob. antec. quoad 1. quidem, quia concurrere decreto indifferenti ex se, non magis est concurrere, quantum est ex parte Dei ad unum extremum, quàm ad aliud, sed hoc nequit esse decretum sapientis dirigentis suam causalitatem ad finem certum, & determinatum ergo. Quoad 2. de concomitante sic. Nam concomitari causalitatem alterius causæ non tantum convenit causæ primæ, sed etiam secundæ, ut patet in duobus portantibus lapidem, ergo nec per hunc concursum salvatur proprius modus influendi causæ primæ. Quoad 3. denique de conditionato, quia illa conditio, vel determinatio, vel pendet à Deo, vel non; hoc secundum dici non potest, quia jam daretur aliquod creatum existens à Deo independens saltem in genere operativo: si verò primum, ergo jam determinatio pendet à Deo ante decretum conditionatum, quia istud expectat conditionem consensus prævisi sub conditione.

Dices quòd media scientia conditionata optimè utrumque componitur in sui objecto, nempè concursus Dei cum cooperatione causæ secundæ, nam media illa videt Deus, quòd si vocaverit Petrum in tali occasione, & cum illa concurrerit, consentiet, in quo nunquam intelligitur concursus liber voluntatis independens à concursu divino, licet non explicatur hæc dependentia.

Sed contra hoc est. Tum quia modo non disputamus de actu libero, vel objecto ejusdem scientiæ relativè ad gratiam vocationis, sed ad causalitatem divinam ut ab initio quæst. monuimus, & hic etiam advertit noster Aragon. cujus est præced. replica. Unde instatur sic. Hoc conditionatum, si voluntas se determinaverit, ego concurram, ita prævidetur à Deo, ut ex parte conditionis se teneat aliquis concursus Dei, vel non. Si primum videtur mera nugatio, & ludere verbis, ut supra insinuatum est, quia idem est, ac dicere in opposita sententia, si voluntas se determinaverit concurrendo cum illa, concurram. Si verò secundum, redit idem argumentum, nempè quòd aliquid creatum existens antecederet causalitatem Dei, ac proindè non esset Deus primum agens.

Explic. hoc. Nam cum prævisio ista consensus non afferat influxum causalitatis, sed puræ præscientiæ; inquiro an ita respiciat liberam determinationem, ut videat hanc antecedere causalitatem Dei, & pendere ab illa, vel non, si hoc secundū ergo decretum istud non est indifferens, nec concomitans, sed determinatum, & antecedens, cum omnis causa sit saltem natura prior suo affectu, & dependentia etiam causalitatis importet prioritatem naturæ, nec à principio indifferenti causari possit determinatus

effe-

effectus. Si primum, ergo iterum aliquid creatum existens antecedit causalitatem Dei, & consequenter erit independens ab illo, præcipuè, quia in eadem opinione antecederet ut determinativum ad speciem actus.

Dices ex eo quòd determinatio libera voluntatis determinet indifferentiam decreti, non per hoc extrahitur à linea dependentiæ à Deo, quia non antecedit omnem ejus causalitatem, nam saltem supponit primam, à qua habuit voluntas virtutem, vel facultatem se determinandi, quando voluerit, unde licet dicatur proximè, & immediatè non causari à Deo, saltem tamen mediatè, & remotè causatur ab illo, scil. secundum illam etiam formalitatem, secundum quam est immediatè partialiter à voluntate, licet sit etiam immediatè à Deo secundum illam entis.

Sed huic similem solutionem impugnat D. Thom. in 2. dist. 27. q. 2. art. 2. dicens. *Quamvis per hanc responsionem evitaretur, quòd voluntas humana non esset primum ens simpliciter, non tamen videtur posse evitari, quin sit primum agens, si ejus actio in aliud prius agens non reducitur*, ita D. Tho. Ex quo habemus, quòd licet voluntas creata non habeat esse à se, tamen diceretur primum agens liberum suæ determinationis, si primò se determineret, quia reverà primò ageret. §. Nec obstat, quòd sine concursu simultaneo Dei, agere non possit. Quia nec etiam Deus liberam actionem voluntatis (cum sit vitalis, sine concursu illius simultaneo elicere potest, vel agere in illam, & tamen in omnium sententia adhuc esset primum agens respectu talis actionis, ut alibi dicebamus. §. Deindè ipsi etiam adversarii communiter cum Thomistis rejiciunt sententiam Durandi existimantis satis esse ut creatura operetur, quòd dederit ei virtutem, seu facultatem agendi sine alio influxu actuali.

Tum quia ut ibidem ostensum est, dependentia à Deo, ut primò conferente virtutem, & modo conservante illam convenit cuilibet causæ creatæ, sive operanti, sive non, unde hujusmodi communicatio virtutis magis adhuc sistit intra lineam entis, quàm intra operativam, & consequenter nec ipsa, nec prædictos influxus ramotus, vel mediatus Dei sufficit ad vitandum præfatum inconveniens, quòd creatura licet non diceretur primum ens, esset tamen primum agens, si primò inciperet intra hanc lineam, vel primò se determinaret. Quod ni fallor videntur etiam teneri contrarii ad id concedendum, cum ut evitent hujusmodi inconvenientia, & salvent dependentiam creaturæ à Deo in operando, præter illam communicationem, & conservationem virtutis assignant aliquem actualem influxum Dei, scil. simultaneum. Quamvis nec iste, ut proximè etiam dictum est, sufficere possit, eò vel maximè, quòd non sit in causam, sed in effectum ut in physicis latè explicatum est. §. Tum denique quia est dependentia causalitatis, quæ est secundum prioritatem naturæ, ergo ex parte decreti debet esse antecedentia concursus, & non pura simultas.

Quod verò subditur de influxu immediato Dei sub ratione entis magis urget contra ipsos, quia nequit egredi sub ratione particulari à voluntate, nisi simul egrediatur sub ratione universalissima entis, ergo secundum nullam potest voluntas præcedere causalitatem Dei. Vid. M. Ferre hic qu. 7. §. 15.

2. Prob. concl. ex illis verbis D. Tho. *Cum igitur divina voluntas sit efficacissima non solum sequitur, quòd fiant ea, quæ vult fieri, sed eo modo fiant, quo Deus fieri vult, vult autem Deus, quadam fieri necessariò, quadam contingenter &c.* Ex quibus sic arg. Efficacia divinæ voluntatis non tantum se extendit ad substantiam actus liberi, sed etiam ad modum libertatis, et nequit ad illum se extendere per decretum non antecedens, & ex se efficax, ergo solo decreto ex se efficaci, antecedente, & absoluto concurrit Deus. Ma. præterquàm quòd est D. Tho. ibi, & infra q. 22. art. 4. ad 2., & q. 23. de veritate art. 5. in corp., & 1. cont. Gent. 85. rat. 1., & 2. 2. q. 10. ar. 4. ad 1., & D. Ansel. lib. de concord. præscientiæ, & prædestinationis c. 1. paulò post princ. patet etiam ex dictis, quia cum sit aliquid creatum existens, imò præcipua perfectio hominis assimilitiva Deo, & distinctiva illius à brutis, nequit ab ambitu divinæ Omnipotentiæ subtrahi, & consequenter à divina causalitate, aliàs aliquid intra forum entis non esset à Deo primo efficiente, nec participatio ejus, quod est alienum. Mi. verò prob. modus actus liberi, ut distinguitur à necessario est, quòd sit à principio ut potente ad oppositum, ut suppono in communi sententia contra errorem damnatum ab Innoc. X., de quo supra, sed nequit hic modus causari à Deo per decretum non antecedens, & ex se efficax, ergo. Prob. mi., quia decretum non antecedens elicientiam actus non attingit illum, ut emanat à suo principio ut potente ad oppositum, sed magis supponit jam ab illo processisse, ergo non attingit illum secundum formalitatem liberi, sed tantum quoad substantiam, vel entitatem ejus. Conseq. tenet, quia secundum hanc formalitatem venit, ut dictum est, indispensabiliter principium, ergo si velimus se extendere ad modum, debet indispensabiliter decretum antecedere attingendo principium, & non solum concomitari illud ex parte actus.

Explic. hoc. Quia non minùs Deus ex sui infinita efficacia producit in actione creata rationem egressionis, & non solam entitatem ejus, quàm rationem egressionis liberæ, (cum non minùs hæc, immò magis, utpote quid perfectius contineatur, ut dictum est, intra forum entis,) sed ad verificandum primum necessè est, quòd præveniat influendo efficacia sui decreti ex parte principii, aliàs inintelligibile est, quòd producat illam sub ratione egressionis, cum productio, & causalitas importet prioritatem naturæ respectu omnium, quæ veniunt ex parte effectus, ergo pariter ad 2. necessè erit, quòd præveniet elicientiam ejus ex parte principii, aliàs non verificabitur attingere illam secundum hanc prioritatem, sive secundum fieri, & egressionem ejus liberam, sed secundum præcisam entitatem, & substantiam, & magis, ut quoddam necessarium, quàm liberum, cum id, quòd jam est, dum est, necessè est esse, unde in illo instanti respectu decreti, magis se habebit, ut quid necessarium, quàm liberum.

Dices pertinere quidem ad efficaciam divinæ voluntatis non solum ut fiant, sed etiam ut liberè fiant, quæ Deus vult fieri, & liberè fieri, cæterum non posse Deum absoluta, & efficaci voluntate velle, quòd aliquid liberè fiat à voluntate creata, nisi priùs prævideerit hanc illud volituram pro sua libertate.

Sed hæc solutio, ut colligitur ex superioribus, videtur repugnantiam involuere, nam si talis est efficacia divinæ voluntatis, ut non solum fiant, sed

etiam

etiam liberè fient, quæ Deus vult fieri, & liberè fieri, ergo ex eodem efficacia habebit divina voluntas ut effectus liberè fiat, & ooo ax præſcientia, immò ut dicebamus, prævidet voluntatem noſtram liberè volituram, quia vult ſic eam operaturam volendo ejus conſenſum liberum, ut tradit ubi ſupra D. Tho., & ſtatim iterum dicemus ex eodem. Unde impugnatur ſic. Deus non eſt minùs Author, & Dominus voluntatis ut libera eſt, quàm ut eſt natura, ſed quia eſt Author, & Dominus illius, ut eſt natura repugnet ex natura rei, quòd non poſſit velle, aut inclinare eam decreto ſuo efficaci, quo ſibi placuerit neceſſitando eam, ut admittunt etiam contrarii cum Suarez, ergo quia eſt Author, & Dominus illius, ut libera eſt repugnabit etiam ex natura rei, quòd non poſſit eodem decreto velle, aut inclinare eam liberè, quò ſibi placuerit. Sumitur hæc replica ex D. Tho. q.22. de veritate ar.8., ubi ait, quòd ſicut voluntas poteſt immutare actum ſuum in aliud, ità & multò ampliùs Deus, & probat; quia eſt Author voluntatis, & ideò habet pleniſſimum dominium illius.

Urg. hæc omnia ex eodem locis relatis. Ex hoc quòd divina voluntas eſt efficaciſſima, & fortiſſima ſit in agendo ſic ut ei reſiſti non poſſit, tantum ab eſt, quòd rebus volitis imponat neceſſitatem, quin potiùs ex hoc rectiſſimè infertur, quòd liberè, vel neceſſariò fiant prout Deus vult, ergo optimè poterit velle decreto ſuo efficaci, & abſoluto, ut voluntas noſtra liberè velit. Probat. antec. D. Thom., quia quando cauſa eſt efficax ad agendum effectus ſequitur cauſam non tantum ſecundum id, quod fit, ideſt ſecundum ſubſtantiam effectus, ſed etiam ſecundum modum fiendi, vel eſſendi, ergo tantum abeſt, quòd ex efficacia divinæ voluntatis inferatur neceſſitas rei volitæ, quin potiùs, quòd liberè, vel neceſſariò fiat, prout Deus vult fieri.

Explic., & urget. ulteriùs ex eodem totum hoc. Quia ut docet 1. Perierm. lect.14. divina voluntas ex eo, quòd eſt infinitæ efficaciæ, ac proindè ſuprema in cauſando, eſt cauſa profundens totum ens, & omnem differentiam ejus, ergo ſicut ex eadem efficacia potuit ab initio conſtituere voluntatem, ut non tantum poſſit agere, ſed liberè agere, poterit quoque, ità decreto ſuo influere, ut non tantum agat, ſed liberè agat. §. Itaque ſicut ex eo, quòd efficacia divinæ voluntatis eſt infinita, & ſuprema à toto genere efficiendi habet profundere totum ens, & omnes ejus differentias, ità pariter habet tranſcendere totum genus operativum, & omnem modum ejus, ſcil. libertatis, & neceſſitatis, ſive utrumque ordinem operandi, ſcil. cum determinatione ad unum, & cum indifferentia ad oppoſitum, (in quo maximè differt à cauſis creatis, quæ utpotè limitatæ, vel finitæ efficaciæ nequeunt ſic tranſcendere, ſed pertineat ad alterum determinatum ordinem,) et non ſic tranſcenderet, ſed limitaretur in prædefiniendo, & decernendo ad ordinem neceſſitatis, ſi non poſſet prædefinitione, aut decreto ſuo abſoluto velle ut liberè fiat à voluntate noſtra non priùs prævisa, ut volitura, aut liberè ſe determinatura, ut patet, cum ſine tali prævisione non poſſet ſic prædefinitivè, aut abſolutè velle ſalva ejus libertate, ergo.

2. Ex his, & ſuperioribus impugnatur principaliter ſolutio, quia ut ſupra arguebamus. Ex eo Deus prædefinitione, aut decreto ſuo abſoluto efficaci, & antecedente ad præſcientiam conſenſus, non poſſet ſic velle, ut aliquid liberè fiat, quia ob ejus efficaciam, cui non poteſt reſiſti, non quit ampliùs voluntas noſtra ſe liberè determinare, aut velle, quod Deus ſic prædefinivit, aut decrevit operaturam, aut volituram; ſed hoc eſt falſum ergo. Prob. mi. Tum quia ut vidimus ex D.Tho. magis infertur oppoſitum, ut etiam docet Anſel. loco relato. *Quoniam quod Deus vult, inquit, non poteſt non eſſe; Cum vult hominis voluntatem nulla cogi, aut prohiberi neceſſitate ad volendum, aut ad non volendum, & vult effectum ſequi voluntatem, tunc neceſſe eſt voluntatem eſſe liberam, & eſſe quod vult*. Ità Anſel. ergo. 2. Quia aliàs Deum rebus volitis non imponere neceſſitatem non provenire ex efficacia ejus in agendo, ut cum eodem Anſel. docet D. Thom., ſed ex hoc quod non vult res fieri, niſi præſuppoſita præſcientia futuritionis earum, ſed hoc eſt contra jus cauſalitatis divinæ, ut probatum eſt ergo: ma. patet, nam planè repugnat ex eadem efficacia provenire, quòd effectus liberè fiat, & ex eadem hoc ipſum impediri, ſive propter eandem non ſtare, quod cum prædefinitione, aut decreto efficaci antecedente præſcientiam liberè fiat, aliàs idem eſſet cauſa ſtatuens, & deſtruens, quod ſtatuit. 3. Quia D. Tho. locis relatis præſertim hic ut vidimus, expreſsè aſſerit neceſſitatem provenientem ex efficacia divinæ voluntatis eſſe neceſſitatem ex priori, & antecedente, ergo voluntas Dei efficax non ſupponit præſcientiam futuri conſenſus.

Præterquàmquòd, ut ſuperiùs etiam urgebamus, tota diſpoſitio præſentis Eccleſiæ, & myſterii Incarnationis, & Redemptionis, ſcil. paſſionis, & mortis Chriſti, & conſenſus B. Virginis ad incarnationem requiſita magis reducenda eſſet ad voluntatem humanam tanquam primò determinantem, quàm ad divinam, ſi ſemel Deus debuiſſet illum prævidere ante ſui prædefinitionem, vel relinquere B. Virginis libertati ſine aliqua ſui prædefinitione abſoluta, quod tamen videtur contra Apoſt. proximè relatum.

§. III.

Statuitur 2. Concluſio.

NOn ſunt in Deo admittenda decreta indifferentia, conditionata, & concomitantia. Sumitur ex dictis §.1., nam difficillimum eſt, ut vidimus, aſſignare in oppoſita ſententia hujuſmodi determinativum, & hoc adhuc aſſignato perpetuò referendum eſt in Deum tanquam in primam cauſam, radicem, & principium omnium, quæ ſemel pertinent ad forum entis creati, quia ut proximè vidimus ex D. Tho. lect. illa 14. poſt medium 1. Perierm. Divina voluntas eſt intelligenda, ut extra ordinem entium exiſtens, vel ut cauſa quædam profundens totum ens, & omnes ejus differentias, unde videtur manifeſte repugnantia in terminis, ut aliquid intra hunc ordinem entium poſſit ad eam comparari ut determinativum ſuæ cauſalitatis; ſic enim illa non eſſet adæquatè intellecta ut extra hunc ordinem, ſi ab aliquo iſtius accipit determinationem ad influendum, vel cauſandum, quod eſt etiam contra maritum cauſæ efficientis ut ſic, & non ſolum profundentis totum ens, cum quælibet ſaltem prioritate natu-

neturæ, ut dictum est, teneetor præcedere suum effectum, constat autem omne extrinsecum sic determinans, ejusque determinetionem continari intra eundem ordinem, ac proindè comparari necessariò, ut effectum Dei, aliàs non esset Deus prima capsa profundens totum ens, & omnes ejus differenties, unde mirum neo est, quòd ad explicandum hujusmodi determinetivum inter se etiem dissentieot, & in plures vias abjerint.

Sed præterea prob, ratione insinuata ex Div. Thom. Deus non minùs habet supremum domioium in causam liberem, quàm in naturalem, sed in actiooes naturelis non daotur, vel non admittuntur decrete indifferentia &c., ergo nec admitteoda suot in illas liberæ: ma. est certa, cum sit æqualiter supremus Dominus totius creaturæ; mi. etiam supponitur ex dictis. Tum quia præcipuè id cootendunt ob salvandem libertatem, quod non militat de naturelibus; frustrà enim expectaret determinatiooem causæ, quam certò scit egere cum determinatione ad uoum, Deindè, quia ex eodem plenissimo dominio in utramque è neutra expectare potest determinetionem sui, ut constet ex dictis, & statim iterum ex dicendis.

Dices ergo esse discrimen, quòd ad natureles habet dominium dispoticum, & absolutum, ad liberes verò civile, & politicum, quia salvo jure libertetis non sunt capaces moveri, nisi per decretum indifferens, Quem solutionem placet urgere doctrioa superiùs tredite. Nam quia natura secundum se entevertendo circumstenties non est cepax tendentiæ efficacis, dicimus Deum ad illam habere voluntatem, inefficacem, & conditionatam. Et idem similiter est de possibilibus, quæ quia non suot capacia nisi cognitionis ebstractivæ, vel simplicis intelligentiæ, hac sola dicimus cognosci à Deo, reduplicato eorom statu, ergo quia pariter causa libera utpotè dominative sui actus debet se determinare incapax est subjectionis ad dominium absolutum, & dispoticum, sed tentum ad civile, & politicum ac proinde non poterit aliam habitudinem dicere nisi ad decretum indifferens.

18 Sed contre hoc est, & in primis hæc solutio diminuit dominium Dei, dum renuit ei dere plenum, & absolutum respectu totius creaturæ innixa falso supposito, quòd aliqua earum sit in capax istius subjectionis. Unde D. Thom. infra q. 83. art. 1. ad 3. ait Deum sue motione non euferre à voluntate, quòd liberè operetur, sed potiùs facere, ut liberè operetur, sicut sua motione non aufert à causis naturalibus, quòd naturaliter agant, sed potiùs eas facit naturaliter agere, Et rationem reddit. Quia Deus in unoquoque operatur juxtà ejus exigeotiam. Et q. 105. ar. 4. ad 2., & 3. eit. Voluntatem moveri à Deo non excludere, quòd liberè se moveat, & determinet, & ideò nec rationem meriti, & demeriti. Quòd verò loquatur de motione, aut determinatione Dei physica per decretum absolutum ex se efficax, & non puré morali patet ex corp. ert., ubi expressè distinguit movere ex perte objecti, quod est movere moraliter à movere ex perte potentiæ per modum agentis interiùs potentiam inclinando, & hoc modo movere voluntatem, ait esse maximè proprium Dei. Idem docet q. 3. de melo ar. 2. ad 4., & q. 24. de veritete ar. 1. ad 3.

Ex his impug. solutio primò sic. Deum movere, aut determinare voluntatem per decretum absolutum, & non indifferens non tollit voluntatem se adhuc liberè determinare, ergo sicut ex supremo sui dominio ad causam naturalem potest sic movere illam, pariter poterit movere liberem, ac proinde sicut naturalis salvo omni sui jure potest hanc omnimodam subjectionem habere ad Deum, poterit etiam libera salvo omni suo habere illam. Utreque conseq. tenet ex discrimine adducto in solutione. Ant. verò præterquàm quòd est D. Tho. ibidem, & locis §. antec. relatis, ubi ut vidimus, urgentissimè, ac rectissimè infert illud ex eodem cap., ex quo putant contrarii esse oppositum inferendum, scil. ex infinita ejus efficacia, cui non potest resisti; præterea prob. Ut voluntas liberè se determinet, vel operatur, satis est, quòd juxta suam neturam ex judicio indifferente procedat ad actum e., aut se determinet in illo, sed quod decreto efficaci quasi in actu primo determinetur à Deo, vel aplicetur, & moveatur ad actum, non tollit, quin prædicto modo se ipsam in actu 2. determinet, ergo nec tollit quòd liberè se determinet, vel operetur: ma. est certa, quia libera determinatio, vel operatio est, quæ procedit à voluntate se determinante ex deliberatione, & judicio rationis indifferente, & patet, quia ut inter alios admittit Vasquez hic disp. 29. cap. ult., repugnat voluntatem ex judicio indifferente se determinare ad operandum, & necessariò operari: mi. iterum est D. Th. proximè, & ubi supra locis relatis; deinde etiam prob. quòd voluntas motione morali efficaci quasi in actu primo determinetur moraliter à Deo, aplicetur, vel moveatur ad operandum non tollit, quin in actu 2. ex judicio rationis moraliter liberè se determinet, ergo nec quòd motione physice efficaci quasi in actu primo determinetur à Deo, tollet, quin ex judicio rationis physicè liberè se determinet in actu 2. Ant. admittunt contrarii, non enim ita formidant de motione, & prædefinitione morali, sicut de physica; conseq. verò prob. sicut de ratione libertatis creatæ non est primò se determinare, aut movere moraliter, ita neque est de ratione illius primò se determinare, aut movere physicè, Quod patet, nam ideo non est de ratione liberi arbitrii creati, quòd primò se moveat, aut determinet moraliter, quia non est primum liberum, sed secundum per participationem à primo, eique essentialiter subordinatum, sed non minùs est subordinatum Deo, ut primo libero moventi, & determinanti physicè, quàm ut primo libero moventi, & determinanti moraliter, ergo neque de ratione illius est primò se determinare, aut movere physicè.

Urg. totum hoc ex doctrina D. Aug. c. 14. de Correptione, & gratia, ubi ait, quòd Deus magis habet in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas. Ex quo sic arguitur, Secundum Aug. divina voluntas est magis dominativa, aut potestativa respectu actus nostri liberi, quàm sit nostra voluntas, & meritò, quia secundum omnie, quæ habet de entitate, & perfectione est participatio ejus, unde divina est eminenter, & prima radix totius libertatis nostræ; sed nostra est ita dominativa, quòd potest se ipsam determinare salvo omni jure suæ libertatis, ut fatentur omnes, ergo à fortiori id poterit divina, Et ratio utriusque est, quam tangit à S. Tho. infra, quia determinatio ad actum, vel actus non impedit, vel non tollit capacitatem ad oppositum. De quo latè adhuc §. seq.

Ex his etiam patet discrimen inter prædicta obje-

cta

æ voluntatis antecedantis, & simplicie intelligentiæ, & intar causam liberam creatam comparativè ad decretum, quòd iste verè, & realiter est capax salvo omni sui jure efficacis determinationis decreti; ut efficaciter constabit ulterius ax ratione sequenti, secus verò ille, ex defectu realis præsentiæ, vel existentiæ, aut ordinis ad illam, ut in possibilibus, & circumstantiarum consequantium, ut in natura secundum se, ut axplicatum ast.

§. I V.

Alia ratione prob. conclus. simul cum antecedente, & urgetur ulteriùs proxima præcedens replica.

SEcundò prob. alia rationa desumpta ex D.Tho. hic ar.3. in 5. argum., & ejus solutione. Repugnat voluntatem creatam se determinare, aut determinatè aliquid velle, sive ab ea exire determinationē, aut volitionem, nisi ab aliquo determinetur, & inclinetur ad unum, sed non est aliud sic determinans, & inclinans nisi Deus, ergo Deo non determinante, & inclinante illam ad unum, nequit determinare se ipsam, aut determinatè aliquid velle, ergo cum nequeat sic determinari, aut inclinari per decretum indifferens, sed per absolutum, istud solum erit in Deo admittendum, & non indifferens; utraque cons. tenet, posterior quidem, quia indifferens, ut ipsi dicunt potiùs expectat determinationam voluntatis: prior verò ex præmissis: mi. etiam est certa. Quia nulla alia causa est, quæ habeat dominium, & potestatem supra voluntatem: ma. verò prob. Ab eo, quod se habet ad utrumlibet non sequitur aliqua actio, nisi determinetur ab alio, (quod idem est in opposita sententia, quæ non cognoscit aliam determinationem, ut vidimus, nisi ipsam actionem,) sed voluntas est causa libera, & contingens ex se indifferens ad utrumlibet; ergo nequit ab illa exire determinatio, aut determinata volitio, nisi à Deo determinetur, & inclinetur ad unum indifferentiæ extremum: ma. in qua sola est difficultas, prob. à D.Tho. Authoritate commentatoris 2. phys. c. text.48. Ratio verò ejus est, quia ab eo, quod est in potentia, & indifferens ad opposita ut sic non exit determinatus actus, quia non est major ratio, quòd exeat unus, quàm alius.

Hanc rationem, seù argumentum alibi sibi objecit Suares lib.1. de auxiliis c.8. suppresso nomine D.Th. Respondet verò num.4. supponere, qui ita argumentantur, totam nostræ voluntatis indifferentiam esse passivam, & non activam, & negativam potiùs, quàm positivam, quod reverà est omninò falsum. Probat autem, quòd id supponant, quia voluntas ut est prior suo actu, ita est indifferens, ut non possit se ipsam determinare, nisi ab alio extrinseco agente determinetur, ergo illa indifferentia tantum passiva est, ad recipiendum scil. hanc, vel illam determinationem pro beneplacito Dei. Prob. conseq., quia talis determinatio non procedit activè à voluntate, sed à solo Deo fit in ipsa, nam præcedit actionem voluntatis antequam ab illa exeat, vel intelligatur exire aliquis influxus activus, quia sola actione influit. Unde in forma respondendo dicit posteriorem illam ma. esse veram in causa indifferante ad utrumlibet ex imperfectione virtutis, vel ex defectu alicujus conditionis requisitæ ad agendum, non autem in causa indifferente ex perfecta, & eminente virtute, per quam habet verum dominium sui actus; nam potentia, quæ de se est activè, & positivè indifferens tanquam domina sui actus potens est sua intrinseca virtute se ipsam ad suum actum determinare, ergo ut operetur non indigat alia extrinseca determinatione.

Sed hæc solutio, ut optimè ibidem advertit M.Catalem dub.4. ratione 2., aut supponit totam indifferentiam nostræ voluntatis esse purè activam, & ita esse dominam sui actus, ut sit movens non motum, & prima causa suæ liberæ determinationis non subordinata Deo primo agenti libero in suis liberis actionibus, quod est omninò falsum, vel alienum, quia sic esse liberum ast proprium Dei, qui est actus purus; aut certè argumentum non solvit. Nam si admittat, (quod est necessariò admittendum,) voluntatem creatam non esse purè activam, sed sic esse activam, ut intrinsecè habeat rationem potentiæ passivæ ex se dicentis ordinem ad ulteriorem actum, quo perficiatur, ac proinde non esse primam causam suæ liberæ determinationis, nec movans non motum, sed essentialiter subordinari Deo, ut primæ causæ moventi, & determinanti illam ad agendum liberè, fatari tenetur voluntatem creatam secundum se esse causam indifferentem cum imperfectione virtutis, & cum defectu alicujus conditionis requisitæ ad agendum, ergo si à causa sic indifferente ad utrumlibet non sequitur actio, nisi ab aliquo extrinseco determinetur ut ipse concedit, à voluntate creata non sequetur actio, nisi determinetur à Deo. Hæc cons. de se patet, prima verò prob. 1. Quia si voluntas non est prima causa libera suæ determinationis, ergo nec primò se determinat, sed secundariò, & subordinata Deo, primo determinanti ergo ob suam indifferentiam indiget determinatione Dei saltem ut conditione requisita ad agendum.

Huic replicæ negant ut supra cons. primæ probationis; quia inquiunt, stat, quòd voluntas creata primò se determinat, & non sit prima causa libera suæ determinationis, quia nec habet esse à se ipsa, nec potest agere sine concursu simultaneo Dei, quod requirebatur, ut diceretur prima causa libera suæ determinationis. §. Sed hæc solutio jam sufficienter impugnata est §. antec., cum revera neutrum ad id sufficere possit, nam primum, ut vidimus ex D.Tho. licet diceretur sufficere ad salvandum, quòd non esset primum ens, non tamen, quòd non esset primum agens, cui neque obstat secundum, nam etiam Deus, ut dictum est, producere nequit actionem liberam voluntatis, utpotè vitalem, sine illius concursu, & tamen fatemur omnes, adhuc esse primum agens respectu illius. Tum quia si nihil acciperet in linea essendi, vel haberet esse à se ipsa esset primum ens, ergo si nihil accipit in linea agendi (cum revera nihil accipiat per concursum simultaneum, cum non sit in causam, sed in effectum) erit primum agens.

Explic. hoc. Nam concursus simultaneus Dei agentis non est concursus in aliud agens, sed in actionem, vel effectum illius, hoc est, est ipsa actio creaturæ ut dependens à Deo, ergo si voluntas creata pri-

primò se determinat, erit primum agens, quia ex parte sui prout sic in ratione agentis non supponit aliud agens, quod agat in se ipsam, sed tantum cum se ipsa, quod non tribuit illi rationem agentis secundi, ut patet superiori exemplo in duobus simul portantibus, quorum neuter dicitur agens secundum, aut subordinatum alteri, etiam si unum sine altero portare non possit; vel eadem facilitate dicatur etiam Deum respectu ejusdem actionis vitalis esse agens secundum, cum simultaneo sine nostro influxu ad illam concurrere non possit; quod iterum est alienum.

2. Prob. illa prima conseq. Ex hoc quòd voluntas creata non sit potentia purè activa, sed partim activa, partim passiva nata actuari per ulteriorem actum evidenter infertur illam non habere ex se ipsa, quòd sit determinata, vel actu aplicata ad agendum, aut principium actualiter aliciens actionem, ergo indiget determinatione, aut physico influxu Dei, quo aplicetur, & constituatur principium actualiter influens; conf. tenet, quia esse principium actualiter eliciens actionem dicit realem perfectionem distinctam à propria virtute causæ 2., & ab ejus actione. Dicendum ergo est indifferentiam voluntatis creatæ, si ad Deum comparetur, passivam esse, & passivè se habere respectu illius prioris determinationis, qua determinatur à Deo ad agendum; nihilominus esse activam respectu proprii actus, & ideò non esse totam passivam, nec negativam, sed verè positivam vim agendi liberè. Quomodo verò id contingat, jam vidimus supra ex D. Tho. & adhuc poterit censtare infra, quia cum Deus unumquodque moveat, vel determinet juxta exigentiam causæ motæ, cujus est Author, si hæc est vitalis, & libera, ita movet, vel determinat, ut se ipsam etiam moveat, vel liberè determinet, unde ex eo quòd eam determinet, non sequitur, quòd se ipsam etiam tanquam liberum 2. essentialiter subordinatum primo determinare non possit.

Quòd si iterum dicas voluntatem creatam id posse consequi per actualitatem ipsius actus, per quam removeri potest ipsa impotentia potentiæ indifferentis, cumque Deus per concursum simultaneum causet actum causæ 2., per hunc concursum, vel solo illo supposito sine indigentia alterius determinationis educetur ad actum. §. Sed hæc solutio jam sufficienter impugnata est superioribus replicis. Tum quia petit principium, nam de hoc est difficultas, quomodo possit se ipsam primò conjungere cum actu, si semel est, (ut tenetur esse cum non sit actus purus, nec semper conjuncta cum actu,) in potentia reali ad actum, nec id habere possit, ut probatum est, per concursum simultaneum, cum sit actio causæ 2., ac proinde non præcedat, ut dans vim se conjungendi, aliàs non esset quid simultaneum, sed prævium, si sa teneret ex parte agentis dans illi virtutem ad se conjungendum cum actu.

Unde ulteriùs impug. sic. Principium in potentia reali ad actum sibi non identificatum, vel actu non possessum, non solum caret actualitate ipsius actus, sed etiam actualitate activæ, seu vi proxima se conjungendi cum actu independenter ab omni alio extrinseco principio dante vim, vel aplicente, aut determinante ad ejus conjunctionem cum illo, ergo nequit se ipso immediatè conjungi excluso omni alio determinante. Prob. ant. Tum quia eo ipso, quòd est in potentia reali ad actum nequit esse actus purus, vel agens primum, aut liberum primum in ratione agendi, sed subordinatum intrinsecè, vel subordinatum essentialiter alteri primo, ergo in tantum agit, & se determinat, in quantum superius primum agit, & determinat illud, quod est esse intrinsecè impotentem per carentiam actualitatis activæ, non solius actualitatis actus.

2. Et urg. præcedens. Si non careret actualitate activa sive in ratione principii activi, semper esset agens in actu 2., conseq. non admittitur ergo. Prob. ma. Tum quia non esset ampliùs in ea i potentia ad illum, nam potentialitas realis dicitur ob carentiam actualitatis in ea ratione, in qua supponitur talis potentialitas. Tum quia ex eo essentia semper est conjuncta cum dimanatione passionum, quia in ratione principii activi per dimanationem non est cum tali potentialitate ad illas, sed ex se dicitur habere omnem actualitatem, ut illas derivet, cut ab illa dimanent. Unde videtur implicantia in terminis, dicere, quòd causa habeat omnem actualitatem ad se determinandum per actum ex parte sui, vel in ratione principii activi, & quòd adhuc sit in reali potentia ad sui determinationem, vel actum, nam eo ipso, quod habet omnem, jam est in ultima actualitate se determinandi, vel agendi, ergo nequit adhuc dici, quòd sit in reali potentia ad sui determinationem, vel actum.

Dices ita esse si haberet omnem completè, & esset principium efficax independenter ab omni alio concursu agentis extrinseci, vel non esset principium liberum ad se conjungendum pro sui beneplacito cum illo. §. Sed hæc solutio videtur potiùs multiplicare verba, quàm satis facere hujusmodi replicis. & principali argumento. Nam in primis, ut sæpè dictum est, concursus simultaneus non se tenet ex parte principii, ac proinde non requiritur ad supplendam vel complendam actualitatem ex parte illius, unde non tollit, quod in ratione principii activi non sit in actu ultimo. Tum quia aliàs Deus, ut etiam dictum est, in concurrendo ad actionem nostram vitalem, ad quam concurrere non potest sine nostro concursu, esset similiter deficiens in ratione principii activi, & indigeret ejus virtus compleri ab agente extrinseco, quod est alienum. Tum quia, ut vidimus, ex eo negat Suarez, & alii cum ipso voluntatem creatam non indigere prædicta determinatione Dei, quia non est causa indifferens ad utrumque ob defectum virtutis, aut conditionis requisitæ ad agendum, sed magis ex perfectione, & dominio supra suum actum. Tum denique etiamsi necessitas concursus simultanei aliquid diminueret de ratione ultimi, vel etiam esset necessaria ad complendum in ratione principii, vel agentis, adhuc non tolleretur saltem de lege ordinaria, quin semper esset conjuncta cum actu, ergo. Prob. ant. Quia ut rectè ponderat M. Ferre, quando agens, vel principium creatum quantum est ex se habet omne requisitum, ut de facto agat, tunc saltim de lege ordinaria non est illi negabilis concursus simultaneus ad actum, ergo si causa 2. quantum est e: se non solum habet sufficientiam, sed etiam efficaciam, ut agat non erit negabilis, sed debitus concursus Dei simultaneus, & sic de facto conjungetur semper cum actu 2. Ant. patet superiori exemplo essentiæ in ratione principii suarum proprietatum. Nam quia prout sic habet quantum est ex se efficaciam ad derivandum illas nunquam deest de lege ordinaria talis concursus.

Quod

Quod verò subditur de principio libero, instatur primò in Deo, qui licet sit principium liberum ad extra pro sui beneplacito semper tamen conjungitur cum sue actu. Deinde quia, ut patet ex dictis, videtur iterum manifesta implicantia in terminis, quòd causa, vel voluntas creata sit ex se principium liberum, sive indifferens cum reali potentialitate ad utrumque, sive ad actus contrarios, & quòd habeat omnia requisita in se ad operandum unum determinatè præ alio. Prob. antec. Quia ut dicebamus ex D. Tho. Ex principio activo ex se indifferenti, (& maximè potentiali,) intrinsecè immutato, actus determinatè exire non potest, nam idem manens idem semper facit, vel non facit idem, ergo principiū ex se manens in sua indifferētia nequit exire in unū præ alio, nisi determinetur, vel à se ipso, si sit causa ex se habens necessitatem, idest habens necessariò omnem perfectionem debitam in actu libertatis, ut est Deus, ut explicatum est, (ad quod recurrit S. Thom. ad solvendum illud argumentum,) vel determinetur ab alio exteriori principio, si sit potentiale, ut in casu; Unde nunquam cum sola indifferentia ad actus contrarios componitur causam secundam habere ex se efficaciam, & omnia requisita ad se determinandum, vel conjungendum cum actu, sive ad eliciendum actum determinatum.

§. V.

Solvitur Argumentum primum, ac præcipuum Contrariorum.

PRimò Arg. præcipuo argumento oppositæ sententiæ. Decretum ex se efficax, & antecedens non componitur cum hoc, quod est voluntatem nostram liberè se determinare, vel elicere actum, ergo non est admittendum. Prob. ant. Quia non est in potestate voluntatis, ut ponatur, vel non ponatur, & habet infallibilem connexionem cum ejus consensu, ergo si ex se est efficax, & antec. nequit ampliùs voluntas liberè se determinare, vel elicere actum. Prob. conseq. Quia id nequit esse liberum voluntati, supra quod non habet dominium, sed non habens dominium supra decretum, & supra infallibilem ejus connexionem cum actu, nequit habere dominium supra actum, ergo. Probatur minor. Ut habeat dominium supra actum tenetur habere dominium supra omnia, à quibus dependet, pro eodem enim reputatur actus, & ejus dependentia, nem aliàs non utetur actu, ut placuerit, ergo. §. Ulg., & expli. hoc. Nam si decretum ex se efficax de movenda voluntate ad actum v.g. dilectionis antecedit, & non supponit præscientiam futuri consensus jam non est in potestate voluntatis ponere, vel auferre tale decretum, at posito tali decreto repugnat non poni actum dilectionis, ergo non est in potestate voluntatis ponere, & non ponere hunc actum, sed erit illi necessarium simpliciter ex suppositione decreti. Prob. conseq. Quia si posita Ecclypsi ex natura rei repugnaret non sequi mortem Petri, mors esset simpliciter necessaria respectu Petri, quia nempè non est in ejus potestate ponere Ecclypsim, ergo idem in casu.

Ad hoc, cui satis confidunt contrarii, dico in primis esse de subjecto non supponente, seu procedere ex falso supposito, nempè quòd decretum Dei sit de movendo illā utcunque, sed de movendo suaviter ad diligendum liberè modo sibi connaturali. Quod quidam fieri posse à divina voluntate manifesta constat ex D. Tho. locis relatis ob sui infinitam efficaciam, unde q.6. de malo ar. unico ad 3. inquit. Deus movet voluntatem immobiliter propter efficaciam virtutis moventis, quæ deficere non potest; sed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter se habet ad diversa, non inducitur necessitas, sed manet libertas; sicut etiam in omnibus providentia divina infallibiliter operetur, & tamen à causis contingentibus proveniunt effectus contingentes, in quantum Deus omnia movet proportionabiliter unumquodque secundum suum modum, quo maximè differt à cæteris causis, quæ sunt finitæ efficaciæ, ut docet infra q.106. art. 2., & q.111. art. 2., & 3. cont. Gent. c.88., & 89. Quia nempè solus Deus, qui est Author voluntatis, & profundens totum ens, ut alibi ait ubi supra, & consequenter efficaciæ infinitæ, potest eam determinare, & physicè movere salva ejus libertate, sine eo quòd impediat, immò tribuat illi adhuc se determinare liberè, scil. in ratione liberi secundi, ut dictum est ex eodem infra qu.83. art. 1. ad 3., & p.2. q.9. art.4. ad 3., & q.10. art. 4. in corp. Immò ut ibidem ait ad 1. *Magis repugnaret divinæ motioni* (ob ejus scil. efficaciam,) quòd voluntas ex necessitate moveretur, *quod naturæ voluntatis non competit, quàm quòd moveatur liberè prout competit ipsius naturæ*, quia nempè divina voluntas, ut hic ait art.8., vult, & potest eam efficaciter movere liberè, ut congruit naturæ ipsius; aliàs infinitæ efficaciæ non esset, & aliàs *ad divinam providentiam pertinet naturam rerum non corrumpere, sed servare*, ut ait art. illo 4. q.10. 1. 2. ex D. Dion. c.4. de divinis nomin. versus finem.

Ex his, quibus ferè omnia argumenta solui possunt. Resp. ad præsens nego ant. Ad prob., vel neg. suppositum antec., quòd scil. decretum efficax ex se, & antec. sit de movenda voluntate utcunque; vel, dato transeat ad illud; vel etiam concesso, aut permisso, nego cons. Ad prob. ex D. Th. ubi supra dist. quod non habet dominium primum, vel ab alio independens, & absolutū, nego, quod non habet secundum, & dependens conc., & dist. eodem modo mi., non habet dominium primum, & independens conc., secundum, & dependens nego. Quamvis poterat etiam dici cum Jo. à S. Tho., & aliis juxtà superiorem doctrinam D. Tho., quòd licet non habeat in sui potestate decretum, & infallibilem ejus connexionem cum consensu, ut se tenent ex parte Dei, quasi originativè, & effectivè, habet tamen ut tenent se ex parte creaturæ, sive terminativè, & quoad usum quia adhuc est efficacia ejus, ut vidimus, sicut suaviter movet voluntatem, seu determinat illam prout congruit naturæ ejus, ità hæc adhuc habet potestatem ejus quoad usum, seu modum libertatis in actu.

Ad probat. dist. antec. Ut habeat dominium super actum, independens, & primum, conc., dependens, & secundum, vel sub ordinatum primo, nego, sed satis est, quòd habeat super actum absolutè somptum, non super omnia, à quibus dependat, aut super ipsam dependentiam præcipuè ut se tenent ex parte termini à quo, sive Dei, ut docet ubi supra D. Thom., & præ-

præsertim ert. illo 4. qoæst.9. ad 1. ex 1. 2., unde etiam ad 2. axplicans, quomodo motio ista, aut determinatio Dei ooo sit violenta, (ex quo atiam iofertur, qoòd nec sit neccissitaos,) inqoit, qoie *tunc esset vielenta, si esset contraria motui voluntatis, quod esse non potest*, quod probat, *quia sic idem vellet, & non vellet*. Unde limiliter contingeret si esset necessitans, quia pariter vellet, & non vallet, cum voluntas creata nec possit velle, nec liberè valle Deo noa voleota, nisi iterom velinos esse agens, & liberum primum. Immò nec est de ratione libertatis se habere ad oppositom, aut habere dominium supra illud quomodocuoqua, sad tantum, ut possibile ex terminis, val negativè, ut menifestè patet in Christo habente perfectam libertatem supra actum morieodi, & tamen supposito præcepto Patris de morte subeunda non habebat illam ad non mori nisi purè nagativè, & ut taotum possibilo ex terminis, cum esset ab intrioseco impeccabilis, ot alibi dictum est, & forté iterum dicemus aliquid iosra.

Ex his patet ad confismationem, vel axplicationem, nam distinctis, vel axplicatis præmissis, ut supra, nego conseq., quia ut dictum est, decratum Dei oon est de movenda, aut determinanda volontata utcunque, sed soaviter ad diligendum liberè modo sibi connatorali, oode illo posito repugoat non poni liberè talem actum, immò magis repugoat, ut vidimus ex D.Tho. non sic poni, quàm poni necessariò, ac proindè non aufert libertatem ponendi, & non ponendi. Ad prob. verò cooseq. jam insinuavimus discrimen inter causam creatam finitæ afficaciæ & iocreatam, quæ est infioitæ, quòd prior si antecedit, ob suam finitatam iofert necessariò affectum, & ideò pugnare cum libertate, secus verò secuoda, & quia ut paritar dicebamus com eodem Angelico locis relatis solus Deus, qui ast Author veloocatis potest sic eam movere salva libertate.

Sed instas principaliter ax Suarez ubi supra c.10. n.7. Posito decrato absoluto, & efficaci volontas humana non solum ooo resistit, sed nec ei rasistere potest, ot dicitor Rom.9., & Esther.15., ergo eodam posito impossibila est volantatem oon velle id, ad quod eam detarmioat Deua, ergo necessariò illod vult, argo non liberè.

Huic iustantiæ patet primò, ut vidimus ex D.Th., magis oppositum esse inferandum, nam si ità est, quod sit taotæ efficaciæ ut ei rei stere noo possit menifestè sequitor affectum esse poneodum, prout Deus vult illom fieri, ac proindè liberè si vult illom fiari liberè, prout reverà vult, & potest velle, ut ostensum est, & tradit hic.

Sed prætereà ejus solutionam, ut benè advertit, & reponit Mag. Catalam, ubi suprà dub.10. ad 3. potuisset accipere ex eodem D.Th. Est enim secundum, quod objicit hìc ad probandum divinam voluntatam rebus volitis imponera necessitatem, & primũ, quod objicit p.2.q.10.ar.4. ad probaadum voluntatam necessitari à Deo movante, & utrumqua soluit, ut suprà, nempè quòd Deua vult quidem sua absoluta, & efficaci voluntate velle hominem id, ad qood ipsum detarminat, sad noo velle illum utcunque, sed liberè, & modo proportionato suæ oaturæ, vel liberæ facultati, non verò necessariò, & cum determinatione ad ooum modo operandi causæ non liberæ.

Io forme ergo na fiet æquivocatio in voca illa resistere, dist., & explico ant, ooo resistit, nec potest resistere, loquendo de resistentia propriè dicta, pro ao quòd est frustrare, cooc., ut multis probat Alverez ibidem disp.42.; sumpto resistere pro dissentire, sob dist., in sensu composito iterum conc., io sensu diviso nego, oam in hoc seosu dissentira potest, qoia efficacia dacreti ooo ponit impedimentum capacitati ad oppositum, neque hanc tollit, sed solum dat infallibilitatem ad unom salva eadem, sive potentia ad aliud, sicut forma informans materiam non tollit ejus capacitatem ad aliam, sed solum determinat ad onam speciem, relicta eadam ad aliam formam. Unde solum inferri potast iocompossibilitas unius extremi cum alio, qoi est sensus compositos; non cum potentia ad illud, qui est divisus. Et deindè dist. 1. coosequens tripliciter cum D. Tho., primò ex p.2. ert.4. proximè relato ad 3. Est impossibile simpliciter, nago, secundum qoid ex suppositione, cooc., Secundò, ast impossibile, impossibilitate absoluta, oego conditionata, quæ non opponitur libertati, conc., ità D. Thom. iosra q.23. art.3. ad 3. Tertiò, est impossibile in saosu composito, conc., in diviso nego. Similiter dist. secundum primo sic; necessariò illud vult, necessitate absolute, quæ dicitur necessites consequantis, nego, cooditionata, qoæ dicitur oecassitas consequantiæ, conc. Ita D. Thom. q.24. de veritate art.1. ad 13., & in 1. dist.47. art.1. ad 2. Secundò sic. Nacassitate coactionis, oego, necessitate iofallibilitatis, conc. Ità D.Thom. 1. 2. q.112. ert.3. in corp. Unda nulla est ultima cooseq., sed potiùs infertur impossibile asse, quòd ooo liberè fiat, ut ex eodem locis relatis ostensum est, quia ex sui afficacia determinet quidem, ut iofallibiliter fiat id, ad quod determinat, sad prout congruit naturæ voluotatis, ac proiodè liberè. Cui consonat D. Prosper lib.2. da vocatiooe Geotium cap.27., & 28. dicaos. *Quod Deus voluit eos velle, voluerunt, qui ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, ut etiam à perseveraturis, illam mutabilitatem, qua potest nolle, non auferat.*

Sed cootra hujusmodi solutiones iterum principaliter instas prosequaodo sub aliis terminis præcipuum fundamentum contrariorum. Quod est necessariom ex suppositiono antecedente consensum voluntatis, vel præscientiam ast simplicitar oecassarium respectu illius, & repugnat libertati, sed volootatam velle id, ad quod Deos eam determinat, decreto efficaci, & antecadente præscientiam futurè consensus est oocessariom ex suppositione antecedenta consensum voluotatis creatæ, argo est necessarium simpliciter raspectu illius, & repugoat libartati. Coos. est evidens; mi. per sa nota ex terminis: ma. verò prob., quod est necessarium ex suppositione antecadente illius conseosum, est oecessarium ex priori, & causa, sed quod est necessarium ex priori, & causa est necessarium simpliciter posita causa, ergo: ma. patat, quia suppositio antec. liberum coosensum voluotatis, non potest infallibiliter, aut aliquomodo necessariò inferre illius actum, nisi sit causa ejus, unde nullus Thomistarum negara potest decretum Dei efficax esse verè causam efficientem ejusdem cooseosus: mi. autem prob. ex D. Tho. infra 3. par. q.46.art.1. obi diversos modos necessitatis explicans ait. *Alio modo dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori, quod quidem si sit causa efficiens, vel movens facit necessitatem coactionis.* Et 2. coot. Gent. c.29. inquit. *Necessarium ex causis prioribus inesse, sicut ex principiis essentialibus, & ex causis efficientibus, seu moventibus esse necessarium absolutè.*

Et

Et 4. phys. lect. 15. in prioc. ait. *Necessitas, quæ dependet ex causis prioribus est necessitas absoluta*; Ex posito exemplo in causa materiali, & formali, subdit. Similiter quod habet necessitatem ex causa efficiente est necessarium absolutè, ergo.

2. Prob. eadem mi. ex D. Anselmo lib. 2. Cur Deus homo cap. 18., & lib. de concordia prædestinationis r. 1. Ubi distinguit duas necessitates, alteram præcedentem, quæ facit rem esse, alteram sequentem, quæ descendit de libera voluntate, & istam ait, non esse contrariam libertati, sed illam, quæ facit rem esse. §. 3. Prob. quia, ut supra insinuavimus, cui non est liberum ponere, & auferre causam, qua posita necessariò sequitur effectus, nec est liberum ponere, aut auferre effectum, qui necessariò sequitur ex causa, ergo, quod est necessarium tanquam ex priori, & causa posita antecedenter ad liberum consensum voluntatis non est liberum, sed simpliciter necessarium respectu voluntatis.

Urg. 1. ex eo motus primò primi non sunt liberi, sed simpliciter necessarii, quia oriuntur necessariò ex complexione naturali cum inadvertentia antecedente consensum voluntatis, ergo quod est necessarium ex suppositione sic antecedente, est necessarium simpliciter. §. 2. Nam quia ex intentione efficaci finis sequitur necessariò electio medii, sine quo finis haberi non potest, si positio ejusdem intentionis non est libera voluntati, nec est libera illi electio medii, sed simpliciter necessaria, supposita intentione finis ergo si positio decreti non est libera voluntati, neque erit liber illi actus, qui sequitur necessariò ex suppositione illius. §. 3. Denique. Nam quia amor Dei in patria oritur ex simili suppositione antecedente, scilicet claræ visionis, est necessarius simpliciter, ergo.

Ad hanc instantiam, quæ tangit, ant prosequitur præcipuam vim oppositæ sententiæ resp. cum sæpè laudato, ac sapientiss. Mag., nego mi. universaliter sumptam, quamvis de aliqua suppositione antecedente vera sit, non quia antecedens, sed quia est taliæ naturæ, ut cum omnimoda determinatione ad unum moveat, aut determinet. Ad prob. resp. illam esse 3. argum., quod objicit sibi D. Th. hic art. 8. ad prob: ut supra, divinam voluntatem rebus volitis imponere necessitatem. Cui respondet. *Ad 3. dicendum, quòd posteriora habent necessitatem secundum modum priorum, unde ea, quæ fiunt à voluntate divina talem necessitatem habent, qualem Deus vult ea habere, vel absolutam, vel conditionalem tantum, & sic non omnia sunt necessaria absolutè*. Ita D. Tho: Unde in forma dist. Quod est necessarium ex priori, & causa, est necessarium simpliciter, si talis causa sit finitæ efficaciæ in agendo, ac proindè determinatæ, aut movere non possit omnibus modis, conc., si infinitæ, & quæ movere possit omnibus modis prout vult, ut est Deus nego, quia tunc talem habent effectus necessitatem, qualem agens vult illos habere, unde cum Deus æterno, & absoluto suo decreto statuerit, ut actus humani liberè fierent, necessè est fieri liberè, & quæ statuit fieri necessariò, necessè est necessariò fieri, quia Deus non solum potest facere, ut vidimus ex eodem, quod causa 2. operetur sed modo operandi sibi connaturali, unde infra q. 22. ar. 4. ad 1. inquit. *Dicendum, quòd effectus divinæ providentiæ non solum est aliquid evenire quocunque modo, sed aliquid evenire, vel congruenter, vel necessariò. Et ideò evenit infallibiliter, & necessariò, quod divina providentia disponit evenire infallibiliter, & necessariò, & evenit contingenter, quòd divinæ providentiæ ratio habet, ut contingenter eveniat*. Et ratio omnium est ut tradit idem locis relatis, quia ille solus est Author infinitæ efficaciæ, & sapientiæ, & habet supremum dominium respectu omnium causarum, effectuum, & agendorum.

Ad primam verò prob. resp. non impugnare præcedentem distinctionem; nam D. Tho. art. illo 3. p. expressè loquitur de necessitate proveniente à causa efficiente creata, quod patet, quia ibidem asserit, necessitatem ex suppositione prædefinitionis, vel decreti Dei de morte Christi, non esse necessitatem simpliciter, & ideò liberum fuisse Christo mori, & non mori. §. In aliis verò duobus locis expressè etiam loquitur de causis particularibus operantibus per modum naturæ cum determinatione ad unum. Rationem autem ob quam ex suppositione divinæ voluntatis, & si sit causa efficiens, & movens, vel determinans, non infertur effectum esse necessarium simpliciter, assignat iterum D. Tho. 1. Perhierm. lect. 14. post medium illis illis verbis, nempè, *Divina voluntas est intelligenda ut extra ordinem entium existens, vel ut causa quadam profundens totum ens & omnes ejus differentias, & ideò ex ipsa divina voluntate originatur necessitas, & contingentia in rebus, sicut à prima causa, quæ transcendit ordinem necessitatis, & contingentiæ*. Petet autem non posse id affirmari de aliqua alia causa, quia omnis alia, ut dictum est, cadit jam sub ordine necessitatis, vel contingentiæ, & ideò opportet, vel quòd ipsa possit deficere, vel effectus ejus non sit contingens, sed necessarius.

Ad 2. prob. ex D. Ansel. resp. per necessitatem antecedentem, quæ repugnat libertati, intelligere eam, quæ provenit ex naturali connexione extremorum inter se, quod colligitur ex eo, quia ponit exemplum dicens, sicut violentia naturalis conditionis cogit Cœlum volui. Per necessitatem verò sequentem, quæ descendit de libera voluntate eam intelligit, quæ provenit tantum ex suppositione liberæ determinationis voluntatis, sive divinæ, sive humanæ. Et ratio est, quia necessitas ex suppositione divinæ, & si antecedat causam 2., non tamen antecedit simpliciter causam effectus, quia non antecedit divinam voluntatem, quæ magis influit in effectum, & à qua magis dependet libertas effectus. Hanc esse legitimam expositionem constat, quia ibidem ait. Quando Deus vult effectum sequi voluntatem necesse est voluntatem esse liberam, & esse quod vult. Vid. Alvarez disp. ee. ad 4.

Ad 1. confirm. resp. Quòd ideò motus primò primi non sunt liberi, quia inadvertentia naturalis privat hominem usu rationis in ordine ad tales actus. Cæterum decretum efficax, quo statuit voluntatem movere, aut determinare ad liberè agendum accommodatur naturæ liberæ facultatis, & ideò non privat hominem judicio rationis, sed potiùs ex natura rei exigit, ut homo ex judicio rationis indifferente objectivè applicetur, vel se determinet ut liberum a. ad liberè volendum, sicut decretum de movendo necessariò exigit ex natura rei propositionem objecti cum determinatione ad unum.

Ad 2. neg. conseq., quia supposita efficaci intentione finis, medium, sine quo haberi non potest, proponitur voluntati, ut necessariò eligiendum, & ideò si intentio finis est necessaria simpliciter, non potest

ele-

electio esse libere voluntati, quia deest judicium indifferens, quod est radix actus liberi.

Ex quo ad 3. resp. amorem Dei in patria non ideò esse necessarium simpliciter, quia oritur ex suppositione antecedente consensum voluntatis, sed quia talis est naturæ, ut radicem libertatis ejus, & formalem rationem objectivam actus liberi omninò destruat, nam visio clare Dei repræsentat Deum, ut necessariò amandum in exercitio, quia judicat nullo modo posse esse bonum voluntati cessare ab actu dilectionis; unde actus dilectionis in patria est simpliciter necessarius. Non enim est idem actum esse necessarium tantum ex suppositione, quæ dicitur necessitas conditionata, & esse necessarium supposito hoc, vel illo. Præterquàmquod suppositio visionis non est omninò antecedens consensum voluntatis, quia beati eam desideraverunt, & postularunt in via.

§. VI.

Solvuntur alia Argumenta.

Secundò arg. ex eodem Suarez ubi supra c.8. relato, & 2. seqq, non esse necessariam antecedentiam decreti ad determinandam voluntatem, ut ipsa velit. Voluntatem creatam esse secundum se indifferentem in actu 1., & determinari à se ipsa per actum 2. non involuit repugnantiam, ergo non indiget priori motione, aut determinatione divini decreti. Prob. ant., quia unus actus non includit negationem alterius, sicut materiam primam esse indifferentem in potentia passiva, & actuali per actum formalem non repugnat, ergo nec repugnat voluntatem esse activè, & perfectè indifferentem quasi in actu primo virtuali respectu operationis, & determinare se ad illam agendo, & recipiendo ipsam.

Urg. hoc. Voluntatem formaliter physicè determinari, nihil aliud est, quàm velle, ergo nec potest esse ab extrinseco agente sine voluntate, nec aliquid antecedens ad ipsum velle; antec. patet, quia illa determinatio voluntatis est in ipsa voluntate, ut in subjecto, ergo vel est aliquid per modum actus primi, vel actus secundi voluntatis, quia nullus Philosophorum assignavit unquam aliquid medium inter actum primum, & 2., et non potest esse aliquid per modum actus primi, quia ut supponimus, voluntas ex se est sufficienter proportionata ad eliciendos actus saltem naturales, & suppositis principiis, vel qualitatibus supernaturalibus elevantibus, sufficienter determinari potest per concursum simultaneum ad supernaturales.

Ad hoc patet ex dictis, quòd cum voluntas creata non sit agens, vel liberum primum, sed 2. essentialiter subordinatum primo, indispensabiliter indiget concursu, vel motione istius, qua aplicetur ad se determinandum, sive ad actus supernaturales, sive naturales. Unde dist. antec. Non involuit repugnantiam, præsupposita motione, aut concursu Dei, quo aplicetur ad se determinandum per actum 2. conc., eodem non præsupposito, neg., quia ut dicebamus, primò determinare est proprium solius Dei, cujus libertas non consistit in indifferentia ex parte subjecti ad habendum, vel non habendum actum 2., quia ex se, & ab intrinseco est in ultimo actu, & volitio libera Dei, ut in superioribus explicatum est, est ipsa divina voluntas, & Deus; sed est indifferentia ex parte objecti, vel in ordine ad illud, vel quantum ad terminationem modo ibidem latè exposito ad hæc, & illa objecta, quia sicut sua æterna volitione voluit hæc fieri, potuit velle alia, & non hæc. Unde indifferentia divinæ voluntatis est per modum actus purissimi exclusa omni potentialitate, in quo summé excedit omne liberum creatum, nam istud, quodcunque sit, est indifferens, ut dictum est, ex parte subjecti cum potentialitate passiva ad habendum, & non habendum actum, nisi velimus esse actum purum, & ideò cum ex se non sit determinata ad habendum actum, indiget omninò determinari à Deo. Nam pro priori ad actum, vel ante omnem sui determinationem, cum sit æqué indifferens ad utrumque extremum tenemur recurrere ad extrinsecum determinans, quo aplicetur ad se determinandum per actum 2., nisi velimus, quòd ex eodem principio potentialitar ex se indifferente ad utrumque exeat determinatè actio, independenter ab alio determinante, quod implicat in terminis, ut constat ex dictis: ad prob. ant. Quidquid sit de illius antec. resp. distinguendo consequens eadem distinctione.

Ad confirm. dist. ant., nihil aliud est, quàm velle, si intelligatur de determinatione in actu 2. conc., si de determinatione, quæ est aplicatio ad actum 2. neg., & similiter dist. conseq., & de priori conc., quia est formalissimè ipsa volitio; de posteriori verò neg., quia est quid realiter distinctum ab illa, & à solo Deo fit in voluntate pro priori ad volitionem, vel priùs natura, quàm velit; est enim id, quo voluntas movetur, vel aplicetur ad volendum, de quo alibi, nec attinet ad præsens, & vocant nostri auxilium efficax prædeterminans voluntatem. De prima determinatione, seu aplicatione intelligendus est Cajet. 1.2. q.16. art.4., cum aplicationem ait esse volitionem ipsam, ut rectè advertit etiam præcedens Laudatus Mag. dub.4. ad 1. Ad prob. ant. neg. conf., quia inter actum 1., & actum 2. propriè dictum, datur aliquid quasi medium inter utrumque, inquit idem, scil. divina motio, qua prima causa virtutem causæ 2. propriam, (quæ simpliciter dicitur actus primus) complet ultimatè, vel saltim aplicat, & determinat ad agendum. Hanc verò motionem, necessariã esse, patet ex dictis, & expresse tradunt D.Th., & Aristotel., & antiquiores Philosophi asserentes causam 2. non posse agere, nisi moveatur à prima, vel determinetur ab illa.

Sed instas ex eodem Suarez. Determinatio voluntatis debet esse voluntaria, aliàs non determinaretur modo libero, sed ut in anima quoddam, sed nihil potest esse voluntarium, nisi vel supponat actum voluntatis, vel sit ipse actus volendi, ergo nulla datur determinatio voluntatis antecedenter ad ejus actum, ac proinde nulla admitti potest antecedentia decreti, ut determinantis illam. §. Resp. dist. ma. loquendo de determinatione, quæ est actus 2., conc., quæ est aplicatio illius ad volendum neg. ut autem voluntas non dicatur determinari ut inanime quoddam, satis est, quòd determinatio, quæ est actus 2., sit illi voluntaria non obstante priori determinatione, quæ à solo Deo est, de quo infra.

3. Arg. ad idem ex illo Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilii sui, at si homo non se determinaret ad volandum, non supposita determinatione Dei per suã decretum antecedens, non verè diceretur relictus in manu

manu consilii sui, sed potiùs in manu consilii Dei, ergo determinet se, sola præsupposita præscientia, non decreto determinante se ipsum ante illam.

Urg. hoc ex D. Tho. 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. ubi ait *Deus movet voluntatem hominis, sicut universalis Motor ad universale objectum, quod est bonum, & sine hac universali motione non potest homo aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendū hoc, vel illud, quod est verè bonum, vel apparens, sed tamen interdum specialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinatè volendum, quod est bonum, sicut in his, quos movet per gratiam.* Ex quo sic arg. Juxtà D. Tho. homo per rationem potest se determinare ad volendum hoc vel illud bonum, sive particulare bonum, verum vel apparens, quamvis interdum movet aliquem ad aliquod verè bonum speciali auxilio gratiæ, ergo non est universaliter verum, quòd non possit voluntas creata se determinare non supposita determinatione Dei, ac proinde salvo jure primæ causæ, & sine excessu secundæ supra suos limites poterit ab ista expectari prima determinatio respectu hujus, vel alterius extremi, ut nos contendimus, ad promovendam necessitatem decreti ex se efficacis, & antecedentis omnem determinationem voluntatis creatæ, & nullo modo expectantis illam, & prævenientis ejus præscientiam.

Ad hoc neg. mi. Quia utrumque optimè componitur, nemp. hominem esse relictum in manu consilii Dei, ut primæ causæ liberæ primò ipsum determinantis, & simul in manu consilii sui, (idest in libertate arbitrii, ut Glos. ibi exponit,) ut liberè Deo determinanti consentiat, & secundariò determinet se per rationem. Sumitur hęc solutio ex D. Th. infra q. 21. ar. 2. ad 4. sic dicante. *In hoc, quod dicitur Deum hominem sibi reliquisse* non excluditur homo à divina providentia, sed ostenditur, quòd non præfigitur ei virtus operativa determinata ad unum, sicut rebus naturalibus, quæ aguntur tantum quasi ab altero directæ in finem, non autem se ipsis agunt quasi se dirigentia in finem: videatur etiam q. 83. art. 1. ad 4.

Ad confirmat. ob eandem authoritatem D. Tho., quæ videtur difficilis Petrus de Lorca 1. 2. tract. de Grat. disp. 20. membro 1. existimat voluntatem non indigere præveniente motione, aut determinatione Dei ad omnes actus bonos, sive naturalis, sive supernaturalis ordinis, sed sæpè se determinare sine illa. Tribuit hanc opinionem Conrado ibidem ad 3. ex eo, quòd asserat si aliquam Deus determinatè ad bonum movet non esse generale, sed gratuitum. Sed hinc non videtur legitimè inferri, quòd sine omni motione, aut determinatione Dei voluntas se moveat, aut determinet, sed tantum sine aliqua speciali, ut statim etiam declarabitur in solutione. Tribuit etiam Cajet. ibi, qui tamen nihil asserit, quod specialem contra nos habeat difficultatem ut rectè etiam observat M. Catelam ubi supra ad 3.

Resp. ergo cum eodem, & ex M. Alvarez disp. 21. circa solut. ad 4. verba D. Tho. duplicem habere expositionem. Prima est, quòd ad bonum in communi, quantum ad specificationem ita necessariò determinatur voluntas creata à Deo, quòd ipsa nullo modo se determinet, quia talis inclinatio est ipsa natura voluntatis, unde sicut natura voluntatis non est ex determinatione nostra etiam secundariò, ita nec talis inclinatio. Ad bona verò particularia, ad quæ liberè inclinatur, voluntas determinat se non primariò, sed secundariò, ut liberum a., de ratione enim causæ liberæ est, ut se determinet ad suos actus liberos juxta suam naturam, cumque natura nostræ voluntatis est, ut sit liberum a., debet se determinare ad illos secundariò, ut determinata, & applicata à Deo primo libero ad illos eliciendos, ut dictum est. §. Quòd autem subdit D. Tho. Deum aliquando determinare specialiter per gratiam ad volendum aliquod bonum, verificatur in hoc sensu, quia sæpè movemur moraliter ad supernaturalem volitionem boni particularis per sanctam cogitationem immissam à Deo sine nostra determinatione. Ad volitionem verò liberam ordinis naturalis respectu particularis, regulariter non sic excitamur à Deo: verificatur etiam per hoc quia Deus auxilio physico movet ad actum gratiæ operantis; unde nunquam habetur ex D. Tho., quòd voluntas se determinet, aut liberè se moveat non supposita motione, aut determinatione Dei, aliàs non se determineret, aut moveret juxta sui naturam, sive ut liberum a., in quo sit præcipua vis ad destruendam necessitatem antecedentis divini decreti, & determinationis respectu voluntatis.

Sed instas. Quia ex hac expositione sequitur argumentum D. Tho. manere insolutum, quod probatur. Nam argumentum tendit ad hoc, quòd si semel voluntas in omni suo actu indiget sic moveri à Deo ut ab agente extrinseco, ita ut Deus ad omnem determinet, vel moveat illam, movebit etiam ad peccatum, quia sibi D. Tho. tantum intendit, quòd ad actus naturales, & liberos nos secundariò movemur, Deus autem primariò determinat, vel movet nos, ergo similiter licet nos secundariò moveamus nos, & determinemus ad actum peccati, tamen primariò movebitur à Deo ad illum. §. 2. Instas. Quia juxta hanc expositionem non salvatur differentia assignata inter inclinationem ad bonum in communi, & ad bona particularia, quia sicut ad illa secundariò se determinat homo quoad exercitium, ita & ad volitionem in communi, quæ sæpe libera est quoad exercitium ergo.

Ad 1. latè constabit q. seq., sed quantum attinet ad solutionem datam à D. Tho. resp. in hoc eam consistere, quòd Deus movet, vel determinet voluntatem ad omnem actum secundum substantiam, & entitatem positivam, & secundum ordinem, quem dicit ad bonum in communi. Præter hoc autem, quod est commune omni actui, si actus sit bonus, movet etiam Deus, aut determinat primariò ad rationem particularem boni, quam habet, licet secundariò homo se determinet ad illam. Si verò sit malus, determinat ad illam Deus quantum ad entitatem, & ut respicit rationem boni in communi, sed non determinat ad rationem particularem, ex qua habet malitiam, sed homo se primò determinat, quia se determinare ad illam est esse determinans liberum deficiens applicans se ad malum, quod soli homini, seu libero deficienti convenire potest. Ex quo etiam sumitur ratio efficax contra adversarios. Nam ex eo homo potest se primò liberè determinare ad malum, quia est primum in hoc genere, scil. in linea deficientis; ergo quia non est primum, nec possibile est esse primum in genere efficientis impossibile erit, quòd possit se liberè primò determinare in hoc genere, sive in genere boni.

Ad 2. neg. ant. differentia est, quia ad bona particularia considerata ut media ad finem determinat se

homo

homo quoad exercitium, & specificationem, ad bonum verò in communi solum potest quoad exercitium se determinare, quia non est liber quoad specificationem in ordine ad illud. Præterea ad primam volitionem boni in communi neque etiam quoad exercitium, ut dictum est, quia non est libera.

Secunda expositio, quæ facilior est, & textui conformior, ut judicat idem Mag. sumitur ex Magist. Ledesma alibi q. unica de auxiliis in solut. ad 5. supponit autem ad eliciendam aliquam actionem voluntatis liberam dupliciter posse hominem se movere, ac determinare, nempè physicè secundariò, ut agens a. liberum, & moraliter. Ut primo modo dicatur se determinare, vel movere, satis est ut agens proximum liberè quoad exercitium eliciat volitionem. Ut verò moraliter se movere, & determinare dicatur, præter hoc requiritur, ut ex deliberatione rationis præsupposita volitione, seu intentione finis ad eliciendam volitionem se aplicet. Sensus ergo plenus, & legitimus D. Tho. est, hominem ad eliciendam volitionem boni in communi, quod est objectum specificativum voluntatis, & consequenter primò volitum, & necessarium quoad specificationem, sic determinari, & moveri à Deo, ut non se moveat, vel determinet moraliter, quia talis volitio non præsupponit aliam, ex qua possit homo ad illam se aplicare, & ideò moraliter solum aplicatur à Deo, qui inclinatione naturali, quam contulit voluntati ad bonum, homini præstat, quod efficerat volitio alia, si præcederat, non tamen negat D. Tho. nec potuit, scil. hominem ad talem volitionem physicè se movere, aut determinare præsupposita motione Dei, quia cum talis volitio sit actio vitalis, & sæpè libera, quoad exercitium, necessariò debet procedere à voluntate, ut à principio proximo physico liberè eliciente illam. Ait autem ad bona particularia naturalia hominem regulariter se determinare per rationem, quasi dicat, ex deliberatione rationis quæ præsupponit volitionem finis, determinare se.

Ex quo constat de morali determinatione esse intelligendum. Et sanè evidens est, eam determinationem concedere homini ad volitionem particularis boni, quam negat ei ad volitionem boni in communi, quia aliàs æquivocatione magna uteretur in eadem solutione. Illorum etiam verborum. *Sed tamen inter dum &c.* Sensus est, quòd sicut per gratiam operantem Deus sic movet hominem ad volendum hoc, vel illud particulare bonum ordinis gratiæ ut ad talẽ volitionem, ut est à gratia operante, homo non se moveat moraliter, sed agat ut motus à Deo, ut docet D. Tho. quæst.111. art.2. eiusdem 1.2., & Cajet. ibi §. *Adhoc dicitur*, ità etiam intra ordinem naturæ, Deus ad volendum aliquod particulare bonum, de quo nihil antea cogitavimus, speciali auxilio sic movet hominem, ut moraliter non se moveat, sed agat, ut motus instinctu Dei, quòd & Aristot. docuit lib.7. Ethic. ad Eudamium c.18., & Medina 1.2.q.9. art.4. ante solut. ad arg., & fusius Caiet. infra q.8a. art.4. circa finem, ubi afferit hoc efficere Deum, ut ostendat specialem providentiam, quam habet de homine. Hoc est etiam, quod Corradus dicere vult citatis verbis à Lorca, scil. si Deus aliquem determinatè ad bonum movet non est generale, sed gratuitum. Sensus enim est Deum sic movere aliquam ad particulare bonum, ut ipse moraliter non se movear ad illud, non ex generali providentia, qua regulariter movere solet ad particularia bona, sed ex speciali providentia, per quam speciali auxilio gratuito aliquos movet pro suo beneplacito.

Hanc esse legitimam expositionem constat, quia ex hoc, quòd Deus sic moveat hominem ad particularia bona, ut ipse homo non solum physicè secundariò se determinet liberè ad illa, sed etiam moraliter ex deliberatione rationis, optima salvatur posse moveri à Deo ad omnem actum, quatenus ad entitatẽ, & perfectionem sine eo, quòd moveatur ab illo, sed à se ipso ad malum, quia quòd ejus actio, mala sit, non provenit ex motione Dei, sed ex ejus voluntate, quatenus ex deliberatione rationis se ipsã moraliter movet ad volendũ deficientar à regula rationis.

Omitto alia argumenta, quæ iterum tangunt præjudicium libertatis, nam facilè ex dictis solvi possunt, cum sint ferè eadem cum superioribus sub aliis terminis. Pro quibus etiam adverto cum Mag. Jo. à S. Tho., Aragon. Piccinardo alibi de approb. Doct. D.Th., & aliis, non esse alia, quàm quæ à Div. Aug. objecta, & contrita sunt, & à D. Tho. sæpissimè soluta. Et videri potest D. Prosper Epist. ad Aug. ante lib. de prædestinat. SS., & Benedictus Perarius ex Societate, qui tom.6. suarum dispp. selectarum in Sac. Script. disp.217. hoc ipsum pariter advertit, & tamen nihil movarunt Augustinum, quominus sententiam suam constanter usque ad mortem sustinuerit: de quo Gonet. hic disp.5. art.5. §.2. in fine. Argumenta etiam ex aliis inconvenientibus, ut quod tolleretur studium bonorum operum, & virtutum, & quòd induceretur fatum, & similia, non solum iterum ex dictis solvi possunt, sed istud etiam coincidit cum altero ex superioribus, vel ejus replicis. Priùs verò proponitur adhuc infra de prædestinatione.

QUÆSTIO ULTIMA.

An Deus prædefiniat ad materiale peccati, seù determinet voluntatem ad actum peccati, in quantum actus, & ens est.

Supponimus ut certum de fide nec influxu primario morali, aut physico, nec simultaneo, aut concomitante posse esse causam peccati formaliter, & consequenter nec actus peccati quantum ad deformitatem, & malitiam ejus moralem, de quo Theologi cum D.Thom. 1.2. q.79. art.1., & Magist. Soto lib.1. de natura, & gratia cap.17. Cano de locis lib.2. c.4., Ledesma q.de auxiliis art.17. quod probant pluribus Scripturæ, & Patrum authoritatibus, & ferè omnes, quas adversarii contra nostram sententiam congerunt, hoc tantum convincere possunt.

2. Supponimus ut certum in Theologia Deum influxu physico ut primam causam producere simul in voluntate creata quemcunque actum peccati in quantum est actus, & ens, quod probat D. Thom. loco relato art.2., & in 2.dist.37.q.2. art.2. Potissima verò ratio est. Quia actus peccati prout sic habet verum esse reale, ergo per participationem à Deo primo per essentiam, ergo Deus, ut primum efficiens,

sive,

sive, ut prima causa assendi physicè concurrit ad ejus productionem alioquin darentur duo prima principia assendi, quod ast alienum, unde difficultas est an habeat decratum prædefinitivum, vel antecedens respectu ejusdem materialis.

Sed pro ampliori hujus intelligentia adverto cum Mag. Ferre hic quæst. 8., quòd dum dicimus nomine materialis peccati intelligi id, quod verem, & strictam habet rationem effectus in illo, & nomine effectus, quod verem, & propriem habet rationem entis, non esse hoc ipsum restringendum ad id, quod verè est effectus intra ordinem naturæ, ut hic ordo distinguitur à genere moris, sed esse ampliandum ad id, quod etiem spectet ad hoc genus, dummodo veram obtineat rationem effectus. Cæterum de hoc effectu ut idem iterum, & alii 1. 2. ubi supra advertunt, dupliciter loqui possumus. Primò, ut solum consideretur in illo ratio effectus, & entis, sive quod præcisè spectat ad genus efficientis. Secundò ut necessariò connectitur, vel redoplicativè cum defectu, qui ex illo necessariò consequitur, vel in eodem fundatur. Primò modo sic illud materiale est bonum, quod nulla relucet in illo ratio mali moralis. Secundò verò prout sic necessariò, vel reduplicativè connexum induit rationem malitiæ, ent contrahitur per illam, & nominetur nomine peccati, sicut animal contractum per rationalitatem nominetur nomine hominis, & pertinet prout sic ad rationem, vel speciem illius, & specificè differt à brutis, unde de materiali prout sic connexo libenter fatemur non esse effectivè à Deo, ut constabit infra.

Pro quo tradit hanc regulam Div. Thom. art. 1. ibidem in fine corp., ut erroris periculum evitetur, nempè ut nunquam dicatur, vel concedatur absolutè actum peccati esse à Deo, quoties significatur conjunctim, vel exprimitur simul cum deformitate, & malitia morali, sive in generali, sive in speciali, unde istæ locutiones, peccatum, homicidum, vel adulterium est à Deo, simpliciter sunt falsæ, nisi addatur in quantum ens, & actus.

Præterea adverto, ut jam insinuavimus, dupliciter posse intelligi Deum prædefinire, aut determinare ad actum peccati. Primò moraliter, nempè vel præcipiendo, ut fiat, vel consilio, exhortationibus, terroribus, aut alio simili modo, suadendo, vel inducendo ad actum illum, & hoc modo prædefiniendi, aut determinandi non concurrere ad actum peccati communiter docent nostri. 2. Physicè, determinando, vel movendo voluntatem, ut modo sibi connaturali operandi, liberè producat actum peccati in quantum actus est; & hoc modo non posse prædefinire, aut determinare voluntatem affirmant omnes, qui negant Deum præmovere causas secundas ad agendum, quibus adhæret Zumel infra q. 22. ar. 4. in nova appendice, & 1. 2. qu. 79. art. 2. concl. 2., & disput. 3. conclus. 2.

§. PRIMUS.

Statuitur prima, & secunda Conclusio.

PRima. Deus non prædefinit, aut non determinat voluntatem ad actum peccati, qui ex objecto habet annexam malitiam, modo morali præcipiendo &c. Est expressa D. August. lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 20. ubi expendit illud 2. Reg. 16. *Dominus dixit Semei, ut malediceret David &c. Dominum non dixisse, inquit, jubendo, quasi jubenti Deo obtemperasset; quia laudandus potiùs, quam puniendus esset.* §. Sumitur etiam ex pluribus locis Script. Eccl. 15. *Non dicas Deus me implanavit.* Et infra. *Nemini mandavit Deus impiè agere.* Et prov. 19. *Stultia hominis supplantat gressus ejus, & contra Deum fervet anima sua.* Et Jacob. 1. *Deus intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat.* Nam ideò dæmon dicitur tentare, implanare, & subvertere gressus hominis, quia suadendo sub ratione utilis, vel delectabilis facit nos peccare, vel inducit ad peccandum, ergo similiter Deus si consilio, exhortatione, vel præcepto induceret nos ad actum, cui ex objecto annexa est malitia, etiamsi id faceret sub aliqua ratione utilis, vel delectabilis diceretur tentare nos, & subvertere, vel implanare gressus nostros, possemusque formare querelã contra Deum, quia faceret nos peccare. Unde existimant aliqui id esse, ità certum, ut oppositum sit contra fidem.

Nec obstat quod Genes. 22. dicitur *Tentavit Deus Abraham, &* Deuteron. 13. *Tentavit nos Deus noster.* Ad hoc enim resp. D. Thom. cap. eodem Jacobi ex Glos. *Quod duo sunt genera tentationum. Unum quod probat; alterum, quod decipit. Tentationem ergo probantem immittit Deus. Tentationem verò decipientem non. Hæc autem tentatio* decipiens, subdit D. Thom. ex eadem Glos.) *tribus modis agitur, suggestione hostis, delectatione carnis; consensu mentis. Unde Diabolus tentat, ut decipiat, & pervertat caro, ut alliciat; Mundus ut abstrahat: homo ut experimentum habeat, vel sciat, Deus autem, ut promoveat: Unde ipse tentat, ut probet; probat ut acceptet, & remuneret* Sap. 3. *Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se: tanquam aurum in fornace probavit illos.* Vid. ibi D. Thom. ubi pulcherrima insinuat hac de re. §. Ratione prob. concl. Implicat hominem liberè elicere actum intrinsecè malum, vel peccatum ex objecto, & non peccare, sed si Deus illum præciperet &c. non peccaret homo talem actum eliciendo, ergo implicat Deum sic moraliter concurrere, aut determinare; mi. est Aug. loco relato, & per se nota, quia obedire Deo præcipienti, vel consulenti laudabile est, & rectæ rationi consentaneum: ma. etiam patet, quia repugnat actum ex proprio objecto esse intrinsecè peccatum, & simul non esse tale, ergo implicat hominem liberè elicere illum, & non peccare. §. Urg. 1. Actus intrinsecè malus ex objecto non potest non esse prohibitus lege divina, ergo non potest præcipi à Deo consistenter, quia aliàs simul esset præceptus, & prohibitus. Ant. etiam est manifestum, Nam ideò est prohibitus, quia est malus, & non potest non esse malus, ergo non potest non esse prohibitus. §. Urg. 2. Si Deus præciperet actum ex objecto intrinsecè malum, peccaret homo non faciendo illum, sed hoc implicat, ergo & quòd præcipiatur à Deo. Ant. patet, quia ageret contra præceptum Dei, essetque illi inobediens: mi. etiam est manifesta, quia fuga illius, quod est intrinsecè malum, nunquam potest esse mala, cum sit primum principium practicum, bonum est faciendum, & malum fugiendum.

Dices posse Deum dispensare ne ille actus sit malus. §. Sed hæc solutio non evacuat vim argumenti, imò nec est ad rem. Nam quidquid sit, an possit Deus dispensare circa malitiam illius actus; difficultas mo-

do non est, eo supposito quòd Deus dispensat super illam, ità ut possit licitè fieri ab homine, tunc possit Deus illum præcipere, & consulere. De hoc enim nemo dubitet, sed an perseverante illius malitia, ità ut si hic, & nunc liberè fiat ab homine, ex objecto sit intrinsecè malus, possit Deus præcipere, vel consulere, ut fiat, & hoc dicimus esse implicatorium, ut rectè ergoit sæpè laudatus Mag., & videri potest Mag. Ledesma ar. 8. de auxiliis.

2. Concl. Deus non solum moraliter præcipiendo, consolando &c. sed etiam physicè, sive influxu physico efficaci potest prædefinire, aut determinare voluntatem ad actus, qui sunt boni ex objecto, licet sint mali ex fine operantis, aut ex alia circumstantia. Ità communiter Thomistæ. Sumitur ex D. Th. 1. 2. quæst. 114. ar. ult., ubi in fine corporis docet, bona temporalia esse præmium operum nostrorum per respectum ad motionem divinam, qua moventur voluntates hominum ad ea facienda, licet interdum in his non habeant rectam intentionem. Et solut. ad 2. ait. Regem Babylonis quatenus ex motione divina oppugnavit Tyrum meruisse, ut Deus ei traderet regnum Ægypti, ut dicitur Ezechiel. 29. licèt id non fecerit, quasi volens Deo servire, sed ut dominium sibi usurparet. Similiter et obstetricas Hæbreorum, quatenus ex motione divina habuerunt bonam voluntatem servandi pueros meruisse, ut Deus ædificaret eis domos, ut dicitur Exod. 1. quamvis peccaverint mendacium confingendo.

Ex his prob. 1. Actus ex objecto boni, licet mali ex prava intentione, v.g. ob inanem gloriam, possunt esse meritorii apud Deum alicujus præmii temporalis, sed non possunt sic esse meritorii apud Deum, nisi fiant ex consilio, vel præcepto, ordinatione, & motione Dei, qua voluntates hominum moventur ad tales actus, ergo. Ma: præterquàmquod est D. Th. ibidem, sumitur etiam ex Aug. lib. 15. de Civitate Dei c. 12., ubi asserit Romanos meruisse apud Deum sui imperii propagationem, quia justitiam in regendo observabant, quamvis ex inani gloria id egerint. Mi. iterum est expressa ibidem D. Th., & patet quia nulla actio in universum potest esse Deo accepta, sive apud illum meritoria, Deo inconsulto, sive non ordinante, vel non volente, aut non movante ad illam, scil. per consilium, vel præceptum &c. ergo.

2. Prob. de influxu morali. Nam juxtà communem consensum per actū ex objecto bonum, & malum ex circumstantia potest homo implere præceptum Dei, ut patet in eo, qui extremè indigenti dat eleemosinā ob inanem gloriam, ergo ex præcepto Dei obligatur ad talem actum, et proindè potest Deus consulere, & suadere, ut fiat, ad hoc ut sui præceptum impleatur: utraque consequentia tenet, nisi velimus Deum posse ad aliquid obligare ex præcepto, cujus observantiam consulere non possit, aut quod ejus consilium pugnet, aut opponatur præcepto illius, quod est alienum, ut patet ex terminis.

3. Prob. de physica motione, aut determinatione. Nam conversio panis in Corpus Christi, absolutio sacramentalis, ablutio baptismalis, & operatio miraculorū possunt esse actus mali ex circumstantia, vel inanis gloriæ, vel quæstus gratia, aut simili, sed tunc etiam fiunt ex physica motione Dei, ergo. Ma. est certa: Mi. verò prob. quia homo concurrit ad similes effectus, ut instrumentum physicum Dei, sed de ratione illius est agere, ut motum physicè à principali agente, ergo. 5. Poterat etiam urgeri de actionibus in actibus supernaturalibus, qui fiunt ex inani gloria, & tamen ut alibi dictum est, fieri non possunt sine influxu, vel auxilio supernaturali præveniente, morali, & physico. Sed de his in materia de auxiliis ne egrediamur limites nostri instituti, & videri potest Mag. Alvarez ibidem disp. 54. concl. 1. ubi duobus Scripturæ testimoniis probat nostram conclus. specialiter de influxu physico.

§. II.

Statuitur tertia Conclusio ex Authoritate Sac. Script. & D. August.

DEus prædefinit voluntate efficaci physicè præmovente, aut determinante voluntatem nostram ad materiale peccati, ut ens est; itaut decreto suo efficaci eam physicè determinat tanquam prima causa ad quemcunque actum peccati ut actus, & ens est, ut sic. Dico ut sic, quia ut præmisimus si consideretur talis actus, ut connectitur, vel fundat malitiam moralem, velut secum affert deformitatem, tunc nec influxu physico, nec morali præveniente nec concomitante fit talis actus à Deo, sed à voluntate creata, quæ est primum deficiens.

Hæc conclusio sic explicata, ut opportunè advertit ibi Mag. Catalem dub. ult. habet eundem certitudinis, & probabilitatis gradum, quam habet opinio affirmans causam secundam ex quo essentialiter subordinatur Deo, ut primo moventi, nec agit nisi ut mota ab ipso, indigere ex natura rei motione prævia Dei, qua aplicetur ad agendum. Nam ut dicet Suarez lib. 3. de auxil. cap. 1. n. 1., & cap. 3. num. 9. certissimum est actus omnes malos, ut vere entia realia sunt, fieri à Deo eo genere concursus, qui generaliter causis secundis ut agant necessarius est ex vi subordinationis earum ad primam causam, unde libenter cum suis fatetur, omnes, qui docent causas secundas naturales, & voluntatem ad actus bonos naturalis ordinis indigere præmotione Dei, consequenter debere hanc nostram conclusionem defendere, unde nescio, quo fundamento dicat hic Author cap. illo 1. n. 4. à nullo antiquo Scholastico fuisse traditam. Tum quia ut ex superioribus, & alibi etiam in physicis satis constat, est expressa sententia D. Th. primam causam aplicare secundam prævio influxu ad agendum, unde cum in 2. dist. 37. q. 2. ar. 2., & 1. 2. quæst. 79. ar. 2., & q. 3. de malo ar. 2. præsertim ratione 2. ex professò probat actionem peccati quatenus actio est, vel ens, debere esse ex motione Dei, negari non potest manifestà esse de mente illius.

Deindè eam expressè docet Capreol. in 1. dist. 37. quæst. 1. ar. 1. ad 2. ubi loquens de actu peccati sic ait. Quantum ad omne positivum, quod est in actu voluntatis actio voluntatis creatæ est posterior actione Dei in producendo quodlibet tale, quia nulla creatura agit, nisi ut mota à Deo, & subdit motionem Dei non determinare voluntatem ad malum, sed ad id, quod est bonum, licèt sit malum relatum ad causam 2. Perperam autem Suarez exponit de determinatione concomitante, ut solutionem cum argumentis conferenti constabit. 5. Illam etiam docent Ferrara 3. Cont. Gent. cap. 71. circa finem. Soto lib. 1. de nat. & gratia propè finem, Cajet. 2. Reg. c. ult. Medina 1. 2. quæst. 79. ar. 2. concl. 4. Et videri pos-

Possunt Alvarez disp. 24., & Cabrera 3. par. qu. 18. ar. 4., ubi refert Scotum, & plures alios ex antiquis. §. Ex recentioribus verò tenent tam Salmantic. hic, Mag. Ferre q.8. Illustriss. Godoy suprà ad quæst. 14. tract. 4. disp. 36. §.6. 7., & seqq., & alii discipuli D.Thom.

Prob. 1. authoritate Sac. Script., nam act. 4. habetur quod, *Convenerunt Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & Populi Israel facere, quæ manus tua, & Consilium tuum decreverunt* fieri. In quibus habetur expressè Deum decrevisse actionē illam impiissimam Judæorum Crucifigentium Christum, cumque id intelligi nequeat de decreto circa formale malitiæ illius actionis erit necessariò intelligendum de illo circa materiale.

Dices cum Suarez lib. 2. de concursu Dei cap. 5. sic esse intelligendum juxta verba relata Scripturæ, quòd Deus decreverat non ut facerent, sed quòd ejus consilium decreverat fieri, scil. quòd Christus pateretur pro hominibus redimendis. Quod autem Judæi facerent illius passionem, sive inferrent illi mortem non decrevit Deus, sed tantum permisit.

Sed hæc solutio non evitat in primis inconveniens, ex quo moventur ad negandum hujusmodi decretum prædefinitivum respectu materialis peccati; quia deberet etiam se extendere ad formale. Nam sicut in ipso facere, sive in actione illativa, vel causativa passionis est materiale, & formale, sive ratio moralis per respectum ad iniquam voluntatem Judæorum, & ratio boni, vel entis, scil. ratio causalitatis physicæ, qua realiter causabatur Crucifixio Christi, ità pariter est duplex eadem ratio, sive materiale, & formale in ipso fieri, passionis, vel crucifixionis namque ratio mali moralis, quatenus erat effectus perversæ ejusdem voluntatis, & ratio entis, vel boni physici, quatenus per illam physicè crucifigebatur Christus, ergo si potuit sine ullo inconvenienti præcisivè decernere ipsum fieri potuit pariter sine ullo præcisivè decernere ipsum facere.

Urgatur hoc. Sicut in ipso facere est necessaria habitudo inter formale malitiæ, & materiale ejus, ut fundans illam; ità est inter ipsum fieri, & ipsum facere, siva inter ipsum fieri, & causam efficientem illud, cum impossibile sit dari, vel intelligi effectum sine illius causa, ergo sicut potuit decernere ipsum fieri præcisivè ab ipso facere, sive à causa sui efficiente, potuit pariter decernere ipsum facere præcisivè à malitia ejus; sive decernere materiale, vel rationem boni illius à ratione mali. Explic., & Urg. ulterius. Nam quia est necessaria habitudo inter materiale, & formale in ipso facere, dicunt ipsi non posse decernere materiale præcisivè à formali, sive à deformitate, ergo quia pariter est inter fieri, & facere, tenentur etiam fateri non posse decernere ipsum fieri præcisivè ab ipso facere, vel à causa sui efficiente.

2. Prob. aliis testimoniis tum veteris, tum novi testamenti in quibus satis urgenter videtur indicari hujusmodi decretum antecedens determinativū, vel prædefinitivum actus mali quoad materiale ejus. Nam 2. Reg. 12. v. 11. Dicit Dominus ad David. *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.* 3. Reg. 11. v. 14. *Suscitavit autem Dominus Adversarium Salomoni Adad Judæum.* 2. Paralip. 21. v. 16., & 17. *Suscitavit ergo Dominus contra Joram Spiritum Philistinorum, & Arabum, & ascenderunt in terram Juda, & vastaverunt eam &c.* Isa. 13. v. 17., & 18. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui sagittis parvulos interficient* Psal. 104. v. 25. *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus, & dolos facerent in servos ejus.* Rom. 1. v. 24. *Propter quod tradidit Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, & in passiones ignominiæ, ut faciant ea, quæ non conveniunt*: Similia alia passim habentur in Scriptura. Ex quibus fit argumentum. Deum suscitare, & convertere homines ad prædictos actus intrinsecè malos ex objecto, ut patet, non est tantum permittere, sed prædefinire, & determinare, ut fiant, non quoad eorum malitiam, ut patet ex 1. conclus. ergo quoad eorum entitatem.

Dices ex eodem Suarez ubi supra lib. 2. de auxil. cap. 3. n. 7. omnia, & similia loca Scripturæ esse intelligenda de permissione Divina, seu decreto permissivo, aut voluntate permittente hæc mala, non positivè inclinante aliquo modo ad illa, neque pro materiali, nec pro formali, ut colligitur ex D.Chrys. homil. 36. in Matt., Damasc. 4. de fide cap. 20., & D.Tho. ad Rom. 9. lect. 3.

Sed in primis hæc solutio, ut advertit M. Ferre, & constabit infra, tradebatur D. Augost. à sui Adversario, quando illum S. Pater valdè urgebat ex prædictis testimoniis ad probandum divinam voluntatem determinare, vel inclinare nostram, sive in bonum pro materiali, & formali, sive in malum pro materiali. §. Deindè aliud est loqui, ut vidimus de prædictis actibus, ut peccata sunt formaliter quantum ad malitiam moralem, vel deformitatem, aliud verò ut sūt actus, & entia verè realia. Priori modo fatemur esse permissivè tantum à Deo, & hoc docent relati PP. præsertim D.Thom., qui expressè loquitur de illis in hoc sensu, ut videre est ibidem. Sed quod suscitare homines, vel suscitare cor ad tales actus, ut verè entia sunt, sit tantum permissivè, vel negativè se habere ad illos non solum non traditur ab eisdem PP., sed est expressè, ut dictum est, contra D. August., & contra rationem. Primum quidem. Nam lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 20. sic ait. *Scriptura divina si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum voluntates, quas ipse facit ex malis, verum etiam illas, quæ conservant sæculi creaturam, ita esse in Dei potestate, ut eas quò voluerit, quando voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut ipse judicat occultissimo quidem judicio, sed sine ulla dubitatione justissimo.* Quod toto eo capite multis probat Scripturæ testimoniis.

Id repetit cap. 21. ubi expendens relatum ex 2. Paralip. cap. 21. expressè ait. Philistym, & Arabes sua voluntate &c., *& tamen Deum spiritum eorum suscitasse, quia agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis, ut per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit.* Et potest multa ex veteri, & novo testamento ad hoc confirmandum proposita sic concludit. *His, & talibus testimoniis divinorum eloquiorum, quæ omnia commemorare nimis longum esset, satis quantum existimo, manifestatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quæcunque voluerit, sive ad bona pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis eorum, judicio utique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper tamen justo.* Ita D.August. illud verò *ad mala*

Y y 2 infra

infra declerat pro malitia materiali, dum repetens paulò post, illud aliud *pro meritis eorum*, subdit, *quorum malitiam non ipse facit*.

Deindè lib.5. contra Julian. asserentem solum dici, Deum tradere nos desideriis malis, obdurare &c. quatenus deserit, seu permittit cap.3. versus finem inquit. *Quid est autem quod dicis (cum desideriis suis traditi dicuntur relicti per divinam patientiam intelligendi sunt non per potentiam peccata compulsi) quasi non simul posuerit hæc dua idem Apostolus, & patientiam, & potentiam, ubi ait. Sic autem volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam sustinuit in multa patientia &c.* Et infra. *Quid horum dicis esse, quod scriptum est, & Propheta si erraverit, & locutus fuerit, ego dominus seduxi populum illum, & extendam manum meam super eum, & exterminabo eum de medio populi mei Israel. Patientia est, an potentia?* Et cap.4. post multa versus medium inquit. *Quis verò ità desipiat, ut cum audierit, quod in psalmo canitur* (scil. 139.) *Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori; hoc dicat crasse hominem, ne Deus sit patiens erga illum, si Deus non tradit, ut mala fiant &c. Tradit ergo Deus in passiones ignominiæ, ut fiant, quæ non conveniunt &c.* ergo juxtà Aug. licet permissivè tantum, vel deserendo se habeat Deus respectu malitiæ peccati, positivè tamen se habet inclinando voluntatem ad actum illius, in quantum est ens; Nam per potentiam in peccata compelli, ut ait Aug. nequit aliud significare, quam efficienter operando in voluntatibus hominum eas inclinando ad actionem peccati, ut est actus, & ens, ac proindè non tantum erit in Deo admittendum decretum permissivum respectu materialis illius, sed etiam definitivum, aut determinativum de mente illius.

Urg. totum hoc ex eodem S.D. Nam in primo loco intendit ostendere contra Pelagianos Deum inclinare voluntatem ad actum bonum, & malum salva ejus libertate, idque probat ex prædictis testimoniis scripturæ, at non deservirent hæc ad idem intentum, si de sola permissione essent intelligenda, ergo nequeunt juxtà mentem ejus sic explicari. Prob. mi. quia posse Deum permittere actus malos salva libertate, nec Pelagius unquam negavit.

Quod autem sit prædicta explicatio etiam contra rationem. Prob. Quia certum est Deum ut primam causam concurrere ad actum peccati ut actus est, vel ens, ergo incitare, & convertere voluntatem ad illam ut sic, non est tantum permissivè se habere: antec. patet ex dictis, & præterquàm quòd non negant adversarii; adeò certum existimat D. Tho. ut in 1. dist. 37. q.2. ar.2. asserat oppositum esse propinquissimum duplici errori, nempè asserentium plures esse prima principia, & negantium Deum esse causam universalem omnium entium. Et in 2. ad Annibaldum q. unica art.1. in corp. dicat. Hæreticum esse affirmare aliquod ens, in quantum ens non esse à Deo. Et constat etiam ex scriptura, Deum operari omnia opera nostra, & sine ipso nos nihil posse operari, quod cum intelligi nequeat de opere, vel actu malo in quantum malus est, saltem debet verificari de illo in quantum actus, & ens est. Unde solum est difficultas, quam modo agitamus, an sit causa prædefiniendo illum, ac proindè debeat in Deo admitti decretum prædefinitivum illius respectu materialis, ut integrè examinemus materiam de divinis decretis, quæ est propria hujus 1. p. Conseq. etiam videtur manifesta. Nam permissivè tantum se habere non est efficere, sed sinere, vel non impedire ut fiat, ut patet ex terminis, & docet etiam D. Aug. in Enchiridione cap.9. ubi ait. *Non ergo fit aliquid nisi Omnipotens velit ut fiat, vel sinendo, vel ipse faciendo*. Idque pariter docet Ansel. lib. de casu diaboli c.1. illis verbis. *Quippè non tantum dicitur facere aliquem nudum, qui eum dispoliat sed & qui spoliantem cum prohibere possit non prohibet, sed ille dicitur propriè facere, iste impropriè*.

Dices nihilominus ex Suarez cap. illo 3. ad August. quòd dum ait Deum inclinare voluntatem ad actum malum, solum velle docere, quòd voluntatem suo vitio priùs inclinatam ad malum inclinat potiùs ad unum malum, quàm ad aliud. §. Sed hæc iterum solutio non evitat inconveniens, quod intendunt, & opponunt nobis, quòd nempè concurreret, aut determinaret, vel inclinaret ad utrumque ut statim constabit. At verò in primis jam admittit ex mente August., non permissivè tantum dici Deum inclinare, convertere, & tradere ad actum malum, si semel, aut reverà inclinat ad unum malum potiùs, quàm ad aliud, licet non inclinet eam ad malum, ut sic. Ex quo impug. ut supra. Deus potest juxtà solutionem præcisivè inclinare voluntatem ad unam speciem mali potiùs, quàm ad aliam absque eo quòd sit causa malitiæ specificæ illius, ergo pariter poterit illam præcisivè inclinare ad actum malum absolutè absque eo quòd sit causa malitiæ moralis talis actus. Prob. conf. quia non est minor connexio inter priorem malitiam cum actu, quàm sit inter posteriorem, cum non sit minùs annexa ex natura rei malitia specifica actui malo determinatæ speciei, ut procedit à creata voluntate, quàm malitia moralis, ut sic actui malo ut sic, ergo si semel potest Deus præcisivè se habere respectu malitiæ specificæ, pariter poterit respectu malitiæ ut sic.

§. III.

Ratione probatur Conclusio.

Secundò probatur destruendo præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ. Ex eo quòd detur in Deo decretum prædefinitivum, vel determinativum respectu materialis peccati non infertur debere se extendere ad formale illius, ita ut si semel eodem antecedit, & determinat voluntatem ad actum peccati in quantum ens, vel est causa illius prout sic, debeat etiam determinare ad illum, ut malum, vel esse causam malitiæ ejus, ergo non est Deo denegandum. Conseq. tenet, quia hac ratione potissimum negant illud. Antec. verò prob. Ex eo quòd Deus concursu simultaneo, vel concomitanter concurrat ad illum prout sic, non infertur debere concurrere ad formale ejus, vel ad illum, ut malum, ergo neque est inferendum ex eo, quòd ad illum concurrat concursu antecedenti. Prob. conseq. Tum quia non minus annexa est malitia concursui simultaneo, quàm prædefinitivo, vel prævio, cum simultaneus, ut ipsi dicunt, sit ipsa actio, prævius autem, vel antecedens sit ut res à re distinctus ab illa, certum verò est, quòd sit malitia magis annexa actui odii Dei v. g., quàm motioni præviæ, vel antecedenti, siquidem malitia moralis est intrinsecè annexa huic actui odii, ut egreditur à voluntate creata, ergo non minùs est

præcisiva voluntas divina antecedenter concurrens, quàm simultaneè.

Tum quia, & urg. præcedens. Si ità est, ut ipsi volunt, quòd concursus simultaneus Dei sit formalissimè ipse actus odii Dei, cui intrinsecè est annexa malitia, ut est à voluntate creata, prævius verò, vel antecedens ut res à re distinguatur ab illo, cum non solum sit separabilis, sed omninò illum excludant, vel rejiciant, immediatiùs, & intimiùs Deus per simultaneum attingit actum peccati, quàm per prævium, magis autem repugnat produci ipsum actum odii Dei in rerum natura non producendo malitiam in eo imbibitam, quàm poni motionem præviam realiter ab illo distinctam, ellò sit principium quo efficiens talia actus, ut actus, non producendo malitiam illius. §. Tum quia ideò divina voluntas est præcisiva concurrens simultaneè, quia unum, & non aliud continetur intra ambitum divinæ Omnipotentiæ, nam hac ratione, ut vidimus supra de visione, contendunt adversarii posse intellectum creatum partialiter ex propriis concurrere ad visionem sub ratione vitalis, præcisivè à ratione supernaturalis, licet hæc sit intimè connexa, vel identificata cum altera vitalitatis, quia hæc, & non illa est intra spheram suæ activitatis, quàm quidem rationem extendunt ad alia plura ex sola intentione operantis volentis cum illa operari præcisivè à malitia actus, ut patet in aliquibus damnatis propositionibus, & in causa magna cultus Sinensis ex decretis Pontificiis constat in pluribus ex his, & prioribus pro scriptis propositionibus non indifferentibus.

Dices ex Suarez eodem c.3.n.19., & 20. & ex Molina in concordia q.14.art.13.disp.31., & 32. negando primum ant., & probationis consequentiam. Et ad hujus prob. dicas esse discrimen inter utrumque concursum, quòd voluntas Dei simultaneè concurrendi cum voluntate creata, non est de se determinata ad malum actum, sed indifferens ad bonum, & malum, & similiter indifferens est ad utrumque concursus simultaneus, qui offertur voluntati, unde non provenit ex parte Dei, sed ex malitia voluntatis, quòd determinetur ad malum actum. Cæterum si eadem divina voluntas prædefiniret, aut determinaret priùs voluntatem creatam ad actum malum, tam ipsa Dei voluntas, quàm concursus, quem præstat, esset determinatus ad actum malum, unde ad illam tanquam ad causam refunderetur malitia ejus.

Sed hæc solutio, cui satis confidunt, videtur omninò insubsistens. Nam dum dicitur Dei voluntatem simul concurrendi cum voluntate creata, & similiter concursum non esse determinatum; sed indifferentem ad bonum, vel malum actum, vel intelligitur de actu, ut actus, & ens est, vel ut malus est, & peccatum. Si hoc posteriori modo non est ad rem, & omninò falsum, cum Deus nullo modo velit fieri actum malum, ut malum, vel ut peccatum est, nec ad illum ut sic ullo concursu concurrat, aut concurrere possit, cum omnis concursus ad peccatum, ut tale deordinet à Deo; si verò priori modo, ut ab ipsis intelligitur, falsò nititur fundamento, ut multis probat Alvarez disp.21. de auxiliis, & prob. breviter sic. Nam in primis posse Deum voluntate efficaci determinata velle producere actum malum, quatenus actus, & ens est, patet, quia Deum producere illum ut sic, non est malum, sed bonum, aliàs repugnaret Deo illum ut sic producere, ergo potest Deus velle producere illum ut sic voluntate determinata efficaci simul cum voluntate creata. Immò de facto sic voluisse constat, quia ut patet ex dictis, repugnat perfectionem aliquam habere esse in tempore nisi Deus ab æterno determinata, & efficaci voluntate voluerit fieri, & esse, operatur enim omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut dicitur ad Ephes. 1.; ut rectè insistit sæpè laudatus ex nostris.

Deindè ex eodem impug. sic. Repugnat juxtà eorum doctrinam, simultaneum Dei concursum esse indifferentem ad bonum, & malum actum, ergo. Prob. antec. Quia ut proximè dicebamus, concursus Dei concomitans, ut ipsi volunt, est ipsa operatio causæ secundæ, ut actus, & ens est. v. g. concursus simultaneus ad actum odii est ipsemet actus odii, ut ens est, ergo nequit esse magis indifferens ad bonam, & malam operationem, quatenus ens est, quàm ipse actus odii, ergo vel tenentur etiam asserere, quòd entitas actus odii sit indifferens, & consequenter præcisiva, ipsa etiam à malitia, vel quòd nec concursus simultaneus sit indifferens, vel præcisivus ab illa, unde tenentur, vel de utroque affirmare præcisionem, (& quidem à fortiori juxtà præfatam eorum doctrinam de prævio, ut ad hominem argumentum factum convincit ex paritate alterius,) vel negare de utroque.

Urg. hoc. Nam supposita etiam tali indifferentia, potest voluntas creata juxta solutionem determinare concursum divinũ ad actum malum quoad entitatem præcisivè à malitia ejus, ergo poterit etiam voluntas divina determinare creatam ad illum ut ens est, & non ut malus est, vel præcisivè ab illius malitia, conseq. tenet, quia non videtur posse assignari, vel apparens ratio discriminis, cur sit magis præcisiva voluntas creata, quàm divina; immò longè minùs, tum quia creata est deficiens, ac proindè potest ingredi lineam mali, & de facto ingreditur influxivè in illam in omni actu malo, quod omninò repugnat voluntati divinæ, ac summæ ejus sanctitati. Tum quia (& est ratio discriminis inter utramque, quam insinuat D. Thom. q.3. de potentiã ar.7. ad 5.) Voluntas divina, utpote prima causa magis influit, & efficaciùs ad effectum, quàm causa secunda, ergo est magis præcisiva à defectu, quàm 2. Nam ex excessu efficaciæ oritur excellentia, vel perfectio influxus, unde si causa sit summè efficax, erit ejus influxus summè perfectus, ac proindè præscindens ab omni imperfectione, & defectu; ut efficaciter infert Div. Thom. ibidem, itaut quidquid perfectionis est in effectu, inquit, reducendum sit principaliter in causam primam, quod autem est de defectu, in causam secundam, quæ non ita efficaciter operatur.

Hoc argumentum cum suis replicis adeò urget adversarios, ut aliqui eorum convicti ausi sunt negare Deum etiam per concursum simultaneum causare entitatem, vel actualitatem actus mali. Sed hoc jam præoccupatum est tum ex scriptura, tum ex D. Tho. in utroque 2. sentent. Tum ex lumine naturali, vel ex repugnantia ad illud, quòd detur, aut dabile sit aliquid de linea actualitatis, vel perfectionis, quod à Deo non sit ut à prima causa, & primo ente per essentiam, sed à causa creata, ut prima causa illius, ut contingeret in casu respectu actualitatis actus peccaminosi, quod est alienum, nisi velimus dare, ut dictum est, duo prima principia, & perfectionem aliquam creatam, quæ non sit participatio ejusdem

primi

primi entis, sive Dei, quæ etiam repugnat in terminis.

Ex his etiam poterat formari efficax argumentum pro conclusione. Nam Deus ut prima causa tenetur influxivè se extendere ad omnem perfectionem, & entitatem repertam in quocunque actu etiam malo, at non tenetur se extendere ad illam, ut connexam, vel ut fundantem malitiam, ergo præcisivè ab illa. Conseq. tenet, & præmissæ constant ex dictis. Omitto alias rationes, nam in superioribus sufficienter productæ, & examinatæ sunt.

§. IV.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. Contrarii opponendo Conc. Trid. sess. 6. Can. 6. de justificat. Ubi sic difinitur. *Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permissivè solum, sed etiam propriè, & per se adeò ut sit proprium ejus opus non minùs proditio Judæ, quàm vocatio Pauli: anathema sit.* Ex quibus sic arg. si Deus prædefiniret, vel in illo admitteretur decretum prædefinitivum respectu materialis actionis malæ, vel respectu istius ut ens est, non esset in potestate hominis vias suas malas facere, & Deus mala opera, ita ut bona propriè operaretur, ergo non prædefinit illud, vel non est tale decretum admittendum in illo. Prob. antec. quoad utramque part., quoad 1. sic. Quia talis prædefinitio, vel decretum non est in potestate hominis, vias in sola potestate Dei, nec sine illo posset homo vias suas malas facere, nisi velimus independenter omninò à Deo posse operari, ergo. Quoad 2. verò. Nam ideò Deus dicitur in nobis propriè operari opera bona, quia prædefinit, aut physicè præmovet, vel determinat ad actum, qui bonus est, ergo si pariter prædefinit, aut præmovet, vel determinat ad actum, qui malus est, propriè dicatur operari mala, & non tantum permissivè. §. Ul. g. hoc. Nam ibi damnatur, qui dixerit ad opera mala Deum concurrere plusquam permissivè, at concurrere prædefiniendo materiale eorum est concurrere plusquam permissivè, ergo nequit affirmari juxta Concilium, quòd sic concurrat.

Ad hoc resp. intentum Concilii in illo canone est damnare hæresim Lutheri, & Calvini, & aliorum asserentium hominem non liberè, sed necessariò operari mala opera, & consequenter non hominem, sed Deum, à quo necessitabatur, esse primum Authorem moralis malitiæ, ac deformitatis. Contra hos ergo definit Conciliū in libera hominis potestate esse mala agere, & nullatenus Deo esse tribuenda mala opera, sicut bona, quia bona operatur in nobis, & nobiscum, non solum in quantum sunt actus, ut vidimus, sed etiam in quantum sunt bona: mala autem licet in quantum actus sunt, propriè, & per se operetur in nobis, atque nobiscum, non tamen in quantum mala sunt, nam prout sic nec in nobis, nec nobiscum operatur, sed permittit, nec plusquam permissivè se habet ad illa ut intendit Concilium, & nos etiam dicimus.

Sumitur hæc explicatio, vel solutio ex D.Tho. in 2. dist. 37. q. 2. art. 2., ubi cum sibi objecisset, quod si Deus esset causa malarum actionum in quantum actiones sunt, sive ut egrediuntur à potentia, eodem modo esset dicendus Author malarum actionum, sicut & bonarum. Respondet *quòd Deus dicitur causa bonarum operationum non solum quantum ad essentiam actus, sed etiam quantum ad perfectionem, secundum quam bona dicuntur. Utrumque enim agenti influit, & ut agat, & ut benè agat, sed in malis actionibus quamvis sit causa earum quantum ad essentiam, non tamen est causa earum quantum ad effectum, & ideò absolutè dicendus est causa bonorum operum, non autem peccatorum.* Ità D.Tho.

Secundò ita esse intelligendum Concilium manifestè constat ex dictis. Quia certum est, ut vidimus, opera mala, in quantum entia sunt, non præcisè esse à Deo permissivè, sed verè, & propriè efficienter ut à prima causa, quod nec adversarii negant, nisi fortè aliqui ut §. antec. insinuavimus, quod tamen est intolerabile, & alienum, ut ostensum est ex D.Tho. in utroque 2. sententiarum; ergo dum ait Concil. non operari Deum propriè male opera, sed permissivè non est intelligendum de illis, ut entia sunt, & actus, sed ut mala sunt.

In forma ergo neg. ant. quoad utramque part. Ad prob. 1. patet etiam ex dictis duo requiri, & sufficere, ut actus malus dicatur in potestate hominis & ut ens est, & ut malus est, sic quòd dicetur vias suas malas facere, nempè quòd absolutè possit illum liberè elicere; (hoc verò primum non impeditur, ut latè probatum est ex decreto anteced. efficaci, vel determinatione Dei) alterum verò, quòd eundem actum, ut malus est eliciat ut prima causa deficiens, quod quidam convenit sibi, ex quo ex nihilo est, ac proinde ut primum defectibile. Ad 2. etiam prob. patet ex dictis & proximè ex D. Tho. nam bona opera non tantum dicitur Deus operari ille in nobis ut bona sunt, quia præcisè prædefiniat, aut physicè concurrat ad illa, ut entia sunt, sed quia moraliter, & physicè influit in illa ut bona sunt, quod non contingit respectu malarum, ut mala sunt, ut dictum est, & ait ibi D.Tho.

Sed contra hanc expositionem, & distinctionem, quàm satis ægrè ferunt, insteet contrarii sic. Nam Concilium edidit illum canonem contra Calvinistas, & Lutheranos, sed illi non affirmabant Deum esse Authorem malorum operum, ut mala sunt, & peccata, sed solum ut entia sunt, ergo non solum definit Deum non esse Authorem malorum operum, ut mala sunt, sed quòd nec etiam sit Author eorum, ut actus, & entia sunt. Ma. supponitur; mi verò constat. Quia Scriptores Catholici referunt, Hæreticos erubescere apertis verbis dicere Deum esse Authorem peccati, & solum asserere esse Authorem illius voluntatis, qua homo consentit dum peccat. Nec videtur etiam posse Hæreticos dicere Deum velle opus malum, ut malum est, cum neque etiam voluntas creata velit illud sub hac ratione, nemo enim intendens ad malum operatur. Imo novissimè Picaninus recentior Calvinista expressè fatetur esse horrendam blasphemiam dicere Deum esse Authorem mali, vel peccati.

Pro solutione hujus instantiæ placet advertere cum M. Piccinerdo tom. 3. de approbatione doctrinæ D.Tho. lib. 6. q. 3. ar. 2. pag. 221. ex Andrea Duvalio Doctore Sorbonico tom. 1. in 2a. pag. 53. hec in re, sive in articulo de causa peccati, institutiones Calvini nunquam fuisse recusas, quin pleraque, & quidem maximi momenti, vel ab ipso cum viveret, vel à Ministris post ejus mortem, mutatasint, ut in

præ-

prædicto articulo: in prioribus quidem aditionibus clarè, & distinctè Deum peccatorum non tantum secundum substantiam, sed etiam secundum malitiam, & deformitatem Authorem statuit: in posterioribus verò, etsi rem ipsam retineat, mollioribus tamen verbis, & aliquo pacto ambiguis ad avadendum utitur. Unde vel ipse Aothor controversiæ evulgatæ an. 1669. ut creditor (vel P. Platet, vel Aunatus) num. 205. post tria alia discrimina inter Catholicam Thomistarum explicationem, & heresim Calvini in hoc ipso, hanc quartā differentiam subdebat. *Quod Calvinus non distinguat, (ut faciunt Thomistæ inter materiale, & formale peccati, & consequenter etiam totum tribuat Deo, cum peccati Authorem, cum absolutè pronunciat lib. 1. Institution. cap. 18. num. 1. dicens, à Deo ipso emanat efficacia erroris, ut mendaciis credant, qui renuunt parere veritati: lib. 2. c. 4. n. 5. à Paulo traditur divinitùs efficaciam erroris, ac seductionis immitti, ut credant mendacio, qui veritati non paruerunt.* Hæc vel isto fatente Calvinus.

Hoc prænotato in forma ad instantiam respond. neg. mi. Ad prob. dicimus Lutheranos, & Calvinistas, & si apertis verbis non auderent affirmare, imò expressè detestetur prædictus Piceninus) Deum esse Authorem, & causam peccati, ne proderent suam hæresim, tamen in rei veritate hoc ipsum sentiebant, & sentiunt. Tum quia cum fateantur ratione decreti nostras libartates everti, revera quidquid est in peccato tenabantur, & tanentur illi ad scribere; tum quia Lutherus asserebat Deum producare in nobis opera mala, sicut & bona, nostra voluntate passivè se habente, quod est manifestè constituare Deum Authorem, & totalem causam eorum tam ut entia sunt, quàm ut mala sunt. Calvinus etiam licet admitteret voluntatam activè concurrere, nihilominus, tam ad mala, sicut ad bona necessitari divina providentia, & motione affirmabat, & ideò facere homines transgressores. Undè licet non affirmaret Deum directè velle actum malum, ut malus est, & peccatum, saltem secundariò, indirectè, & consequenter vella illum, ut malus ast, & peccatum existimavit, siquidem affirmavit Deum asse Authorem, & causam actus mali non solum ut actus est, sed etiam in quantum fondat malitiam moralam: nos verò cum D. Tho. 1. 2. q. 79. ar. 2. asserimus nec secundariò, nec indirectè velle actum, ut malus est, & peccatum, quia non vult, nec causat ut fundat deformitatem, val malitiam moralem. Hæc enim non consequitur actum, ut est à Deo, sed ut est à voluntate creata primo deficiente ut dictum est. Quod verò subditur, quod namo intandens ad malum operatur, intelligitur motivè, seù ex motivo operandi, non terminativè, cum revera actus ejus terminet ad bonum commutabile, ut prælatum incommutabili. Et videri possunt da his M. Alvarez disp. 24. ad confirm. 2., Lemos tom. 1. tract. 2. c. 2., & M. Piccinardus art. relato, ubi exactissimè ad nostrum intentum examinat mentam Calvini.

Sed adhuc instas. Nam Calvinus lib. 1. Instit. c. 18. §. 4. expressè ait. *Videmus ergo ut Deus perfidiam nolendo defectionem tamen alio fine justè velit.* Ubi per defectionem intelligit opus positivum, quo populus Dei dafecit à familia David: ibi atiam docere nititur omnia ea, quæ Diabolus, & impii volunt mala voluntata, Deum vella voluntate bona, ut velint, & faciant, ergo solum posuit Deum ad malum, ut malum, permissivè se habere; & positivè, vel effectivè tantum concurrere ad illud ut opus quoddam, & actio est, ergo si nihilominus illum damnat Concilium, videtur etiam damnare concursum positivum, vel effectivum ad materiala peccati.

Huic instantiæ iterum dicimus primò non esse ullo modo dubitandum de impia mente Calvini, licet eam tegat externis ambagibus verborum, eò vel maximè quòd distinctionem hanc de agere, & permittere manifestè dacideat, dum proposita difficultate, *quomodo Deus omnes reprobos suo arbitrio flectens, & trahens, & per illos agens, nullam ex eorum vitio labem contrahat, immò in omni opere immunis ab omni culpa sit, ministros autem suos justè damnet?* Quam quæst. subdit, *vix capit sensus carnis*. Hinc carpens Scholasticos velut non plenè difficultatem capientes prosequitur. *Hinc reperta est distinctio inter agere, & permittere,* & postea deridendo subjungit. *Tergiversando itaque effugiunt, Dei tantum permissu, illud evendiat,* & rursus inquit. *Si Dei judiciū est excacatio, & amentia Achab, unde permissionis commentum evanescit quia ridiculum esset Judicem tantum permittere, non etiam decernere, quid fieri velit, & mandare exectionem Ministris.* Et tandem concludit. *Jam satis apertè ostendi Deum vocari eorum omnium Authorem, quæ isti censores,* (scil. Catholici Patres, & Theologi *volunt otioso tantum ejus permissu contingere.* En quam alienum sit Deum tantum permissivè se habere ad formale, & solum positivè, vel effectivè ad materiale.

Resp. ergo negando quòd nomine defectionis intelligat puram rationem positivi, vel antis, cum ipse in opere malo, ut dictum ast, in ratione termini volitionis divinæ, sive voluntatis beneplaciti non distinguat inter materiale, & formale, & patet manifestè, dum dicit, quòd omnia ea, quæ Diabolus, & impii volunt mala voluntate, Deum velle bona voluntate, ut velint, & faciant omnia ea. Certum est autem, quòd illi volunt utrumque ex parte termini, imò magis formale, quàm materiale, cum præferant creaturam Deo, unde solum, ut eximat Deum à peccato dicit, quòd illud opus malum, quod volt, ordinat ad finem simpliciter bonum, scil. ad ostensionam, & exercitium suæ justitiæ punitivæ, Diabolus verò, & impii ad malum, & ideò non dicitur peccara, sicut peccant illi. Dum verò ait perfidiam non velle, vel quòd scelera, quatenus mala sunt, quæ homines perpetrant, Deo minimè placent, ut in lib. de æterna Dei prædestinatione; id intelligit da voluntate signi, vel præcepti, non de voluntate beneplaciti, vel exequente, ut manifestè patet ex eodem, lib. 2. Instit. c. 4. ubi sic concludit. *Idem ergo facinus Deo, Sathanæ, homini assignari videmus, non absurdum: sed varietas in fine, & modo facit, ut illic inculpata Dei justitia reluceat, Sathanæ verò, hominisque nequitia cum suo opprobrio se prodat.* Itaque uno verbo juxta Calvinum Deus, & homo conveniunt in volendo, & causando malitiam; & differunt solum in modo eam ordinandi ad finam, ut rectè observat M. Lemos ubi supra.

2. Etiam principaliter arg. Prædefinitio Dai includit voluntatem faciendi id, quod prædefinit sed in Deo non est hujusmodi voluntas respectu actionis malæ, ergo nec prædefinitio: ma. patet, & mi. prob. tum ex Sac. Script., in qua sæpè asseritur actiones malas non esse volitas à Deo; Abacuh. 1. *Mundi sunt oculi tui, ne videant malum.* Psal. 5. *Non Deus volens*

lens iniquitatem tu es: Hierem. 19. *Repleverunt locum istum, quæ nec volui, nec locutus sum nec ascenderunt in cor meum.* Tum ex Concil. Arauf. 2. c. 25. ubi dicitur anathema contra eos, qui dixeriot aliquos divina poteſtate eſſe prædeſtinatos ad malum. Et can. 27. dicitur ſuam voluntatem homines facera non Dei, quando peccant, ergo.

Urg. hoc. Quia repugnat actum eſſe malum, & eſſe prædefinitum à Deo, ſed materiale peccati eſt malum ergo. Ma. patet, quia non eſt malum, quod eſt conforme divinæ voluntati, quæ eſt prima regula bonitatis, ſed quod eſt prædefinitum à Deo eſt conforme voluntati quia eſt à Deo volitum, ſiquidem prædefinitio faciendi actum, ut dictum eſt, includit voluntatem faciendi illum ergo: mi. etiam conſtat, quia materiale peccati, v. g. actus homicidii eſt quid prohibitum à Deo.

Expl. hoc. Deus voluntate ſigni vult me non facere actum homicidii, quia prohibet illum, ergo non prædefinit illum abſolutè. Prob. conſeq. Quia quod eſt abſolutè prædefinitum à Deo, eſt abſolutè volitum ab illo voluntate conſequenti, ſed volentas conſequens Dei non eſt contraria voluntati antecedenti illius, ergo. §. Expl. alternis. & urg. totum hoc. Quia non ſolum eſſet inferenda contrarietas inter utramque voluntatem, ſi ſemel Deus voluntate efficaci prohiberet actum homicidii, & ſimul efficaci prædefiniret & decerneret illum; ſed etiam ſumma injuſtitia in illo; nam ſummè injuſtus eſt, qui ſeverè punit id, quod abſolutè fieri decrevit, & curavit, ut fieret, quod ipſe fieri vetuit, & factum punivit? Nonnè notum eſt illud Fulgentii, *Deus non eſt Auctor ejus, cujus eſt ultor?*

Ad hoc claritatis gratia diſt., & ſimul explico ma. juxta ſæpè traditam diſtinctionem ex D.Tho., includit voluntatem faciendi, quod prædefinivit, & eo modo, quo prædefinivit, conc. diverſo neg., & diſt. mi., non eſt reſpectu actionis malæ, ut mala eſt, conc., ut actus, & ens eſt, neg. nam prædefiniri à Deo actus malos, ut actus, & entia ſunt, expreſsè docuit Apoſt. Petrus act. 4. dicens. *Convenerunt verè in Civitate iſta adverſus Sanctum puerum tuum Ieſum Herodes, & Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael facere, quæ manus, & conſilium tuum decreverunt fieri.* Quod etiam multis probat Ledeſma art. ult. de auxiliis dub. circa ſolutionem ad 12. Ad 1. prob. diſt., & explico: ſæpè aſſeritur in Sacra Script. actiones malas non eſſe à Deo volitas, abſolutè, ut malæ ſunt, vel ut fundant malitiam moralem, prout nempè ſunt à voluntate creata, ut deficiente à regulis morum, conc., ut ſunt actus, & entia, ſive ut ſunt ab eadem voluntate ut efficiente nego: & quia termini ſignificantes actum inte num animi, ut vidimus in ſummulis, aplicant ſuum ſignificatum formale ad ſignificatum formale termini, cui adjunguntur, ideò abſolutè eſt negandum, ut ſcriptura negat, Deum prædefinire homicidium, adulterium, & alias hujuſmodi actiones malas, aut eſſe prout ſic volitas à Deo juxta ſuperiorem regulam traditam à D.Tho., quia ſignificatur, quòd prædefiniat, aut velit eas, ut malæ ſunt, ſive ut fundant, & includunt malitiam moralem.

Ad ſecundam, cui plus nimiò confidit Leſſius, patet ex eadem doctrina, quòd prædefiniri, vel prædeterminari ad malum facit ſenſum formalem, ut rectè etiam advertit M. Catalam, ubi ſupra, nempè ad illud, ut malum eſt, vel ut fundat deformitatem, & eſt contrarium rationi, & ideò meritò definit concilium, homines non prædeſtinari à Deo ad malum, ſed ſuam voluntatem facere, dum illud operantur. Unde videtur aliquomodo mirum quòd prædictus Pater vir aliàs ſatis doctus ita exclamet contra nos, ut tandem concludat. Ego ſanè magis proprium, & efficaciorem modum prædeſtinandi ad malum imaginari non valeo. Magis enim fingit ſibi hoſtem, quem feriat, cum nullus Thomiſtarum juxta præfatam regulam D.Tho. proferat hujuſmodi prædefinitiones ut terminantur ad malum, ſive ad odium Dei, ſed ſolum ad materiale illius, ut explicatum eſt, cum noverint vel ex ipſis principiis dialecticis, tunc fieri ſenſum formalem Deo repugnantem.

Ad confir. conceſſa ma. ut potè faciente ſenſum formalem, diſt. mi., eſt malum, ut ſubeſt malitiæ, vel eam reſpicit, & fundat conc., & prout ſic prohibetur lege divina, non prædefinitur à Deo, ut dictum eſt. Eſt malum in ratione entis, & actus, neg., nam ut ſic producitur à Deo, ut à primo efficiente, & ordinatur ad illum, ut ad ſinem ultimum, quia idem eſt primum efficiens, & ultimus finis actionis, unde in ratione entis, & actus præciſè, non prohibetur lege divina, ſed ſicut poteſt Deus in tempore producere illud, potuit ab æterno prædefinire, aut prædeterminare, ut fieret. Per quod patet ad illios probat: ad illam verò ma. ſimiliter dicimus, quòd prout eſt malum non eſt conforme divinæ voluntati, nec prædefinitur à Deo, immò prohibetur, ſed ſolum prædefinitur, ut præciſè actus, & ens, in quo nulla eſt repugnantia, ſicut nulla eſt, ut prout ſic producatur in tempore, immò omnimoda neceſſitas, ut vidimos ex D.Tho. in utroque 2. cit. ſent.

Ex his ad 1. explicar. reſpond. Deum voluntate ſigni velle, ne fiat actus homicidii, quatenus fundat malitiam, & eſt contrarius rationi, ſed cum hoc ſtat, quòd voluntate efficaci velit fieri in ratione entis, & actus. Pro quo eſt maximè advertendum, ut monet idem Mag., in Deo ab æterno priùs fuiſſe noſtro modo intelligendi decretum de permittendo actum peccati, ut fundat malitiam, vel ut peccatum eſt, quàm decretum de producendo illum in ratione entis, & actus. Suppoſito verò decreto de permittendo talem actum, ut peccatum eſt, non potuit Deus non decernere, determinare, & movere creatam voluntatem in tempore ad illum producendum, ut actus, & ens eſt, quia talis determinatio, vel motio eſt concurſus generalis debitus cauſæ 2., ſine quo hæc agere non poteſt ex vi ſubordinationis eſſentia. lis ad 1. agens, vel 1. motorem, ut dictum eſt.

Ex quibus etiam ſolvitur 2. explic., vel confirmat., quam iterum plùs nimiò exagerat P. Leſſius: nego enim ant. pro utraque part., quia Deus non prædefinit fieri, ut mala ſunt, ſed ut actus ſunt, & ens, & prout ſic non punit, cum puniat mala facta, non quia facta, (aliàs deberet punire omne factum) ſed quia mala, quod juſtiſſimum eſt, unde nulla eſt contrarietas, nec injuſtitia. Et quidem hujuſmodi inſtantiæ, vel argumenta, ſi rectè inſpiciantur, probant, quod nec in tempore poſſit eſſe cauſa illorum actuum, ut actus, & ens ſunt, cum Deus in tempore non concurrat ad producendum, quod ab æterno non decrevit velle producere, unde ſublato eodem decreto prædefinitivo ab æterno, illorum prout ſic non erit cauſa productiva, ac proinde non omnis ratio entis reducenda erit ad Deum, ut primum agens.

agens, & primum ens, quod impli at in terminis, cum omnis ratio entis creati, utpote potentialis, teneatur esse ans per participationem, & consequenter participatio primi entis per essantiam; vel nulla erit producibilis actio mala, cum produci non possit, ut mala, nisi producatur simul ut actus, & ens, nec ulla causa create sine Deo agente intra forum entis agere possit. Dicere autē respectu illorum ut sic, quòd voluntas create, sit non solum primum deficiens, sed etiam primum efficiens, est omninò alienum, ut vidimus ex eodem D.Tho. ibidem & ex Sac. Scriptura: unde nullo modo audiendi sunt, qui, ut supra insinuavimus, convicti superiori argumento ausi sunt, hoc ipsum afferere.

§. V.

Solvuntur alia Argumenta.

TErtiò arg. ex eodem; & est vulgaris replica desumpta ex connexione necessaria unius cum alio. Formale malitiæ est inseparabiliter connexa cum materiali entis in homine ratione utente, siva agēte ex deliberatione, ergo implicat Deum velle fieri liberè materiale actionis malæ, & velle illud præcisivè à malitia. Qui enim vult fieri essentiam, non potest eam velle præcisivè à proprietate ex illa resultante. §. Urget hoc 1. Ex eo homo dicitur velle formale ejus, quia vult facere illud opus, cui est adjuncta malitia; neque enim voluntas ejus, ut supra etiam innuimus, vult illam directè, imò multoties volens materiale, odio habet formale, ergo non stat Deum velle illud inseparabilitat connexum cum formali, & non velle utrumque. §. 2. Malitia nihil aliud est, quàm idam opus, ut est à voluntate libera, nam hoc ipso, quòd est à voluntate libera peccatum est, ergo si Deus vult illud fieri à voluntate libera, vult illud, ut peccaminosum. §. 3. Formale malitiæ non alio modo fieri potest, nisi per hoc, quòd fiat opus positivum, ex cujus factione resultat, ergo si Deus decernit fieri opus positivum, ex cujus factione resultat malitia, necessariò decerneret ex consequenti fieri malitiam.

Urg. quia scripturæ, & PP. non solum negant Deum esse Authorem mali, sed etiam operis positivi, cui annexa est malitia: Apocal. 2. *Odisti facta Nicolaitarum.* Et Aug. lib. de Spiritu, & litt. c. 31. *nusquam* (inquit) *legimus in Scripturis, non est voluntas nisi à domino: & rectè non scriptum est, quia verum est: alioquin, etiam peccatorum, quod absit, Author est Deus, si non est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas jam sola peccatum est, etiamsi desit effectus.* Quibus Aug. docet, Deum esse Authorem peccati, si omnis voluntas nostra à Deo sit. Sed specialiùs hoc docet lib. 11. confess. c. 11. ibi. *Hoc festum à te non est, quod non est, motusque voluntatis à te, qui es, ad id, quod minus est, quia talis motus delictum, atque peccatum est.* In quibus docet motum voluntatis non esse à Deo, quia delictum, & peccatum est.

Ad hoc patet primò ex dictis esse solvendum à contrariis in exemplis adductis, & præcipuè in duplici illa ratione vitalitatis, & supernaturalitatis in actu supernaturali vitali, & quidem à fortiori, ut dictum est, cum utraque contineatur intra ambitum objecti specificativi, vel saltem extensivi intellectus creati, & tamen non obstante connexione necessaria, vel inseparabili, aut reali identitate inter utramque contendunt posse unam ab illo attingi præcisivè ab alia, itaut in materia de causis partialibus veline hæc duo posse componi, scil. quòd vitalitas, & supernaturalitas in eodē actu realiter identificentur, & quòd supernaturalitas v.g. visionis causetur à lumine gloriæ, & vitalitas ab intellectu vi sua proxima naturali, ita ut intellectus per istam tantum causet actum sub ratione vitalis, & lumen causet tantum illum sub ratione supernaturalis, quod est præcisivè causare unam ab alia: ergo à fortiori tenantur admittere hanc præcisionem in casu, cum desormitas, vel formale actionis malæ sit omninò extra sphæram, vel ambitum omnipotentiæ, ac volitionis divinæ, ut non solum non possit actio mala attingi sub ratione mali, sed neque etiam juxta adversarios, sub ratione entis, sed tantum permissivè se habere ad illam. Quid ergo ipsi dicent de influxu præcisivo intellectus respectu visionis non obstante inseparabilitate, vel identitate reali inter utramque illius rationem, dicemus & nos depræcisivo decreti, vel volitionis divinæ respectu actionis malæ non obstante inseparabilitate inter materiale, & formale illius: & iterum ex alio etiam capite à fortiori, cum visionem adhuc velint, licet repugnanter, in eadem sententia, sive supposita eadem partialitate causæ, quòd intellectus vi sua proxima naturali ad eandem concurrat, ut ibidem ostendimus, esse adæquatè supernaturalem, tunc enim, ut patet, redditur difficilior, vel magis repugnans talis præcisio; cum tamen actio mala non sit adæquatè effectibilis.

Deinde, ut hactenus dicebamus, si ita inseparabiliter connectuntur materiale, & formale etiam respectu Dei, ut impræscindibiles sint per quamcumque potentiam in ordine ad ejus decretum, vel prædefinitionem, planè nec præscindibiles erunt respectu productionis, vel consensus simultanei, ut est à Deo, cum non magis sit præcisiva productio, vel consensus iste, quàm decretum, vel prædefinitio, ut ostensum est: vel si semel admittitur præcisio respectu istius, pariter erit admittenda respectu illius.

Respond. ergo 1. unico verbo, solum probare juxta distinctionem datam ubi supra ex Div. Thom. esse præscindibiles, ut exprimuntur voce significante sensum formalem, scil. nominis peccati, homicidii, non de materiali, ut actus, & ens est, ut expressè vidimus ex script., & D.Aug.. & in hoc sensu loquuntur aliæ utriusque testimonia in contrarium adducta, nisi velimus apertam contradictionem in illis. §. In forma ergo ad singula, & 1. ad arg. neg. conseq. cum D. Tho. in 2. dist. 38. q. 2. ar. 2. ad 5. ubi inquit. *Etsi in aliquo effectu plura inseparabiliter conjuncta sint, non oportet, ut quidquid est causa ejus quantum ad unum, sit etiam causa eius, quantum ad alterum.* Quia nempè non cadit utrumque sub ejus causalitate, sicut in simili fatemur omnes, quòd licet in omnipotentia divina, connexio illius cum creaturis in particulari sit ab illa inseparabilis, vel à connexione illius cum creaturis in communi, sive cum possibilitate earum, quia tamen non cadit sub eadem visibilitate luminis quiditativi, sed sub alia comprehensivi, non est necessarium, quòd visa quiditativè omnipotentia, vel connexione ejus cum ente possibili ut sic, videantur omnia possibilia in particulari, vel eorum connexio cum illa.

Ad illius prob. dist. Qui vult essentiam, vult pro-

prie-

prietatem, si velit illam sub munere radicis, sive ut reduplicativè fundat, vel radicet proprietatem, conc. si velit eam sub alio munere, vel sub præciso munere essentiæ, prout scil. dicitur ab essendo, neg., unde poterat retorqueri, nam sicut essentia considerari potest, ut innuit D.Tho. infra q.39. ar.2. ad 3., vel sub munere essentiæ, prout dicitur ab esse; vel sub illo naturæ, prout dicit principium actus; vel tandem sub altero radicis, ut fundat, vel radicat suas proprietates, nec est necessarium, non obstante inseparabilitate unius muneris cum alio, quòd semel considerata sub uno, impræscibiliter veniat, aut consideretur sub alio, adeo ut dicat D. Tho., quòd ob hanc diversitatem munerum magis exprimitur unitas divinæ per hoc, quòd dicitur, tres Personæ Divinæ sunt unius essentiæ, quàm si diceretur sunt unius naturæ, ita nec erit necessarium, quòd semel volita affectio sit indispensabiliter volita proprietas, nisi quis illam velit sub munere radicis. Et sic dicimus in casu, quòd semel volens, aut prædefiniens Deus materiale peccati, simul prædefiniet formale ejus, nisi prædefiniret illud, ut fundat istud, non tamen si præcisè prædefiniet, ut actus, & ens est, ut reverà potest non obstante inseparabilitate. ut patet in eisdem exemplis, & rationibus adductis; & ex eo etiam, quòd malitia non est proprietas, aut quid consecutum ad materiale peccati, ex quo capite voluntas efficit, sed ex quo deficit, vel non subjicitur regulis morum; prout sic autem non est prædefinitivè à Deo, sed à se ipsa, ut prima radice totius deformitatis, unde nullo modo prædefinitio materialis transire debet ad formale; sicut virtus motiva tybiæ curvæ, inquit D.Tho. q.illa 79. 1.2. ar.2., non transit ad defectum claudicationis, licet causet quidquid motionis est in ista, sed adæquatè defectus ejus reducitur ad tybiam ob sui curvitatem. Videatur ibidem ubi eleganter explicat totum hoc eodem exemplo.

Ad 1. confirmat neg. ant., *sed quia*, ut inquit ibidem D.Th. ad 2., *non subditur ei, cui debet subdi, licet hoc ipse non intendat principaliter*. Unde ad prob. iterum dicimus ut supra, quòd quamvis homo peccando non operetur motivè ex malitia operis, hæc tamen terminat ejus volitionem, dum renuit subdi, cui debet subdi, nam dum operatur sciens, & volens opus sibi prohibitum, verè convincitur non solum velle opus, sed etiam ejus deformitatem cum lege prohibente, cui tenetur obedire, unde licet veluti speculativè vellet opus non esse malum, dum tamen eligit exequi illud non obstante contrarietate ad legem, practicè, & in exercitio vult illam, in quo mentitur iniquitas sibi, & ideò errant omnes, qui operantur malum.

Neque est eadē ratio de Deo, & homine, quia Deus non tenetur vitare omne malum creaturæ, ut in superioribus dicebamus, sed juxta sui rectissimam providentiam relinquit illum in manu consilii sui, unde non tenetur impedire volentem pro sui prava voluntate exequi opus malum, licet, ut etiam proximè advertimus, supposito decreto permissivo illius, teneatur prædefinire materiale, sine quo in re non ponitur formale, & ideò istud non reducitur in Deum, sed tantum in hominem, qui habet debitum obediendi, & implendi legem. Non enim homo habet jus ad faciendum quodcunque potest, sed tantum quod potest licitè. Deus autem, quia est prima causa, & Author totius entis creati, habet jus ad faciendum omne factibile per veram factionem physicam, & quia aliàs non tenetur vitare omnem defectum illius, potest, imò tenetur concurrere ad omnem portionem entis, sine eo quòd ei tribuatur defectus.

Ad 2. nego iterum antec. Nam aliàs omne opus etiam meritorium esset malum, si malum est, hoc ipso, quòd est à voluntate libere, sed quia est ab illa, ut nolente subdi, cui debet subdi, neque non præcisè opus contrahit malitiam, quia est à voluntate operante liberè, sed quia est ab illa per recessum à lege, unde optimè potest prædefiniri à Deo, & determinari ut operetur non tamen ut operetur per contrarietatem ad illam.

Ad 3. resp. quòd licet formale ita dicatur fieri, non tamē refundendū est ad quodcunque agens, semel influens ad positivum illius, sed tantum ad illud, quod tenetur subdi, & obedire legi, & non subditur illi, ut est creatura rationalis. §. Ad 4. de scriptura, & D.Augustino jam dictum est, intelligi debere de positivo, ut malum est, & similiter de voluntate non subjecta legi, ut patet ex utriusque textu, cum exprimantur vocibus significantibus sensum formalem. Hoc enim sonat vox illa, *Facta Nicolaitarum*, sicut dum dicimus facta latronum, nam dum positivum profitetur contractum ad personas sic absolutè prolatum, juxta prædictam regulam D. Thom. reddit formalem, unde pront sic non est absolutè concedendum, quòd sit à Deo, & ideò rectissimè Sacra Scriptura illud removet ab illo, cum quo stat quòd ut actus, & ens est, sit ab illo, ut constat ex eadem ubi supra. Similiter D. August. expressè loquitur de voluntate, ut recedente à lege, dum infert, quòd si prout sic esset à Deo, Deus esset Author peccati, vel delicti, quod non negamus, non tamen negat esse ab illo, ut præcisè operatur, vel se movet, ut clarè constat ex eodem ubi supra, aliàs Deus ut dictum est, non esset prima causa, vel primus motor, cui voluntas creata, & omne agens 2., in omni eo, quod egit, vel efficit tenetur essentialiter subordinari. Immò in posteriori loco, cum expressè dicat, hoc solum non esse à Deo, quod non est, nisi adversarius velit negare in materiali peccati veram rationem entis, & boni, nullo modo ex Augustino ibidem inferri potest illud non esse à Deo, ut rectè etiam ponderat M. Ferre §.3. in fine, & retorquet argumentum. Nam ex Aug. hoc solum à Deo non non est, quod esse non habet, sed materiale peccati, verum esse reale, & physicum habet, ergo est à Deo.

4. Arg. ex paritate causæ moralis. Si Deus moraliter suadendo, consulendo, præcipiendo &c. moveret, aut determinaret voluntatem ad actum malum ex objecto, vel ad materiale ejus, diceretur tentare hominem, implanare eum, & esse causam ei, ut peccet, sive peccati illius, ergo à fortiori si prædefinist, aut physicè moveat, vel determinet voluntatem ad talem actum, vel ad illius materiale. Ant. constat ex dictis. Conseq. verò prob. 1. quia determinatio, vel motio physica, major est morali ergo. 2. Quia in tali determinatione, vel motione physica includitur motio moralis, nam Deus determinare, aut movere physicè voluntatem non potest ad talem actum liberè eliciendum, nisi per judicium rationis, quo intellectus motus, & determinatus à Deo judicet conveniens esse talem actum malum elicere, sed movere voluntatem proponendo illi objectum tanquam conveniens est movere illam modo morali, ergo &c.

Ad

Ad hoc nego conseq. Ad 1. probat. dist. antec. major est, & efficacior intensivè, conced., extensivè nego. Nam prior attingit, talem actum in ratione entis, & actualitatis, moralis verò attingit totum actum ut in re fit cum sua malitia, quia præceptum consilium, suasio terminetur ad operationem ut in re fit à voluntate creata morali modo hic, & nunc, & ideò terminetur ad eam, ut fit deficienter. Quod etiam tenentur fateri contrarii, ut rectè advertit M. Catelem. Quia ipsi licet supponant ut certum, Deum motione physica concomitante producere actum malum ex objecto; negant tamen concomitantem moralem, itaut consilio, suasione &c. concurrere nequeat concomitanter moraliter ad talem actum. Unde hujusmodi argumentum, cui etiam satis confidunt, poterat retorqueri.

Ad 2. omissis variis modis explicandi commune discrimen adductum à nostris, quos hic tangit Mag. Ferre §. 5. respond. cum priori Mag., dupliciter dici posse aliquem movere moraliter, primò quia liberè movet. 2. Quia movet per consilium, præceptum &c. Deus ergo determinando, & movendo nos ad actum peccati in ratione entis, & actualitatis movet priori modo moraliter, quia omnia operatur liberè, & quia movet voluntatem juxta ejus naturam, scil. ut operetur liberè, sed non secundo modo: & licet proponat voluntati illum actum ut convenientem, non tamen proponit illum, ut convenientem prout fundat malitiam, vel est contrarius rationi rectæ, quia sicut voluntas in prosecutione talis actus, se primò determinet ad illum, ut malus est, ita intellectus humanus, ut motus à voluntate primò deficiente, proponit illum voluntati, ut contrarius est rationi sub ratione convenientis, non verò, ut determinatur à Deo. Itaque judicium rationis, ut à Deo est solum habet proponere eundem actum, ut convenientem in ratione entis, & actualitatis, ut verò ex motione voluntatis deficientis proponit illum ut convenientem quatenus fundat malitiam.

Ultimò arg. Si Deus prædefiniret, & determineret ad materiale peccati prædefiniret etiam, & determineret ad omnem entitatem, sive physicam, sive moralem repertam in illo, consequens est falsum, ergo & ma. prob. sic, ideò prædefinit, & determinet ad materiale, quia in illo invenitur vera ratio entis, & effectus, sed in morali malitia (supposito præcipuè, quòd in positivo consistat, ut frequentius sustinent nostri) invenitur etiam ratio entis moralis, & effectus moralis, ergo deberet prædefinire, vel determinare ad omnem portionem entis in peccato repertam. Mi. etiam prob. sic. Quia entitas moralis reperta in malitia positiva, non est præcisè mala denominativè, sed essentialiter; siquidem per transcendentiam essentialem imbibitur in ratione differentiali malitiæ, ergo implicat Deum prædefinire, aut determinare ad entitatem moralem, & non prædefinire, aut determinare ad malitiam.

Urg. hoc. Nam entitas ista moralis ita essentialiter imbibitur in malitia positiva, ut nec per intellectum præscindi possit ab illa, nam in sententia Thomistarum nequit dari conceptus entis præcisus à modis, ergo multò minùs prædefinitio, aut determinatio effectiva Dei poterit concurrere ad eandem præcisivè à malitia.

Ad hoc dico in primis, ut supra, sicut & cætera, esse solvenda à Contrariis in concursu, vel motione Dei concomitante. Nam vel supponunt illam portionem entis moralis esse verè de linea effectibilis, aut verè habere rationem effectus, vel non. Si hoc secundum, cesset argumentum. Si verò primum tenentur, & ipsi explicare, quomodo hic concursus concomitans sit præcisivus.

Deindè, omissis variis modis dicendi, quos latè refert Mag. Ferre §. 8., respond. ex eodem, & ex superioribus, nego mi. Ad prob. dist., & explico antec. est mala essentialiter, quasi idem positivum, vel malum morale importet unam essentiam constitutam ex positivo, & privativo tanquam ex duobus prædicatis per modum generis, & differentiæ, sicut contingit in aliis rerum essentiis, ut in essentia hominis, animal, & rationale nego, tanquam ex re, quæ completur, & modo, qui illam complet, sicut unum v. g., quod in sua essentia importat verum ens positivum, completur tamen per carentiam formæ positivæ, conc. Dico ergo, quòd prædefinitio, vel determinatio concurrit ad positivum, vel entitatem in essentia mali moralis repertam, non tamen ad modum complentem, quia hic utpotè privatio magis pertinet ad defectum entis, quàm ad rationem illius. Quam solutionem subtiliter insinuavit D. Th. in 2. dist. illa 37. q. 2. art. 2. ad 3., ubi ut vidimus, inquit. *Quamvis Deus sit causa earum*, scil. operationum; *quantum ad essentiam, non tamen est causa, quantum ad defectum*. En quomodo D. Tho. distinguit essentiam operationis malæ, seu mali moralis à defectu, vel privatione, non tanquam à differentia constitutiva, sed magis tanquam à modo complente illam; & ad essentiam dicit concurrere effectivè, seu esse causam illius, non tamen defectus, sed præcisivè se habere ab illo.

Ad prob. verò annexam ejusdem mi. vel nego suppositum, quòd ratio malitiæ, vel defectus sit prædicatum differentiale positivi illius: vel dist., & explico, illam, imbibitur in ratione malitiæ, sub omni sui munere, nego; ut mala est, transeat; nam essentia ut vidimus ex D. Thom., sub hoc munere, vel sub munere entis dicitur ab esse, unde sub hoc munere non subtrahitur, imò necessarium est cadere sub causalitate divina, sicut cadit omnis entitas, vel actualitas, aut perfectio sub illa præcisivè à defectu, ut ait D. Thom. Nam in his, ut vidimus supra, respectu prædefinitionis, aut determinationis, vel motionis causalitatis divinæ non est attendenda connexio, aut etiam realis identitas unius rationis cum alia, ut negetur de illis præcisio, sed continentia sub ambitu illarum, undè si una contineatur, & non alia, optimè poterit concurrere ad unam, scil. contentam, ut est ratio entis, præcisiva ab alia non contenta, non obstante illarum connexione, ut patet in superioribus instantiis vitalitatis, & supernaturalitatis in visione beata, vel in aliis actibus supernaturalibus, & in concursu, vel motione concomittante ad hominem contra ipsos. §. Ex his etiam resp. ad confirmat: quæ potest esse replica, dato etiam, quòd prædictus defectus, aut privativum complens sit differentia constitutiva, & non modus; Unde vel dist. ant., ità imbibitur, ut nec per intellectum possit præscindere sub munere actualitatis, vel perfectionis, nego, ut mala est, transeat. Vel permisso eodem, neque conseq. Ad illius verò prob. ex communi doctrina Thomistarum, dico esse discrimen, quia modi entis cum pertineant ad eandem intelligibilitatem entis, indivisibiliter communicant in illa, ut alibi latè ostensum est, nam ens ex parte rei significate nihil aliud dicit,

 nisi

nisi modos, vel species: Cæterum positivum malitiæ sub eodem munere essentiæ, vel perfectionis, aut entitatis, aliundè sumitur, ut dictum est, scil. ab esse, malitia verò magis à defectu entis, sive à de ordinatione, vel recessu à lege, unde non tenetur essentie ejusdem positivi sub hoc munere impræscindibiliter imbibi in sui defectu, sicut ens in modis: Tum etiò etiam quòd per intellectum præscindi non possit ab illo, non tamen infertur, qu'd præscindere non possit respectu prædifinitionis, vel motionis divinæ, quia hæc, ut dictum est, non tenetur se extendere, nisi ad id, quod est intrà ambitum sui, vel divinæ causalitatis non obstante quacunque connexione, & consequenter ad solam rationem affectus, vel affectibilis, scil. entis, vel boni; intellectus verò se extendit ad omne intelligibile, ad cujus lineam non solum pertinet ratio entis, vel boni, sed ratio non entis, vel mali, undè ubi est impræscindibilis connexio per transcendentiam, ut contingit in ente, & ejus modis, requirit esse præcisio in conceptu ejus ab illis, ut docent Thomistæ. Quomodo verò importetur istud privativum, vel consequatur ad positivum mali moralis, infrà de vitiis, & peccatis latè explicatur, ne excamus limites nostri instituti. Videri etiam potest hic Magister Ferre §. relato in fine.

Omitto alia argumenta, quæ iterum promovent, vel sub aliis verbis hanc difficultatem, vel sequelam, quòd Deus etiam prædefiniret, vel causaret actum malum non solum quantum ad entitatem, vel perfectionem, sed etiam quantum ad malitiam, nam prætereaquamquòd, ut vidimus, habent eandem vim contra motionem concomitantam, videri possunt ibidem 1. 2. quæst. 79. art. 2. ubi optimè solvuntur à nostris cum D. Thom., & Cajet., & ea omnia solvit præcedens distinctio de actu in quentum est ens, & perfectio, & in quantum est deficiens, vel contrarius rationi. Sub priori ratione est à Deo, sub posteriori verò non, sed à voluntate creata, ut ex nihilo est.

Dum autem instatur, quòd ut contrarius rationi, & ut fundet malitiam est actus, vel perfectio, sed ut est perfectio est à Deo, ergo etiam, ut fundat malitiam, vel contrariatur rationi erit ab illo. Neganda est conseq. quia variatur appellatio, sicut dum dicimus; ut concretus materiæ sensibili est ens, sed ut ens est objectum Metaphysicæ, ergo ut concretus materiæ sensibili est ens, sed ut ens, est objectum Metaphysicæ, ergo ut concretus est objectum illius.

Addi poterat ad ampliorem hujus argumenti toties à contrariis repetiti hæc alia distinctio juxtà superiorem doctrinam, quòd decretum permissivum nostro modo concipiendi præcedat alterum prædefinitivum, nempè quòd istud, vel determinatio, aut motio divina, se extendat ad formale, non quidem influxivè, vel absolutè loquendo, sed præsuppositivè, quatenus supposito decreto permissivo illius necessarium est Deum prædefinire, & determinare voluntatem creatam ad materiale, seu ad fundamentum formalis, & causare illud, non reduplicativè, ut fundans malitiam, sed ut actus, & ens, est. Quia *Deus mala*, ut ait D. Thom. hic art. 9. ad 3. *neque vult fieri, neque vult non fieri, sed vult permittere mala fieri, & hoc est bonum*. In quo subtiliter præoccupavit errorem supra relatum Calvini, qui ut dictum est, putavit posse Deum prædefinire, aut velle malum facere, sive etiam concorrere ad illud ut malum, voluntate, & concursu cadente supra illud, ut tale salva ejus sanctitate, sive immunitate à peccato, quia scmpè, ut aiebat, ordinat illud ad bonum, scil. ad justitiæ executionem, vel malorum punitionem. Quod D. Thom. hic, & ad 1. non sufficere ostendit ad salvandam immunem talem concursum ad malum, quia aliud est velle mala fieri, aut facere illa, etiam cum ordine ad bonum, aliud verò velle permittere mala fieri. Quamvis autem hoc posterius bonum sit, ut ait D. Thom., non tamen primum, ut probat in solut. ad 1. quia malum non ordinatur per se ad bonum, sed per accidens. Nihil autem judicatur secundum illud, quod competit ei per accidens, sed secundum illud, quod competit ei per se, ut concludit ibidem. Et ideò turpiter errarvit prædictus hæresiarcha irridens hanc distinctionem D. Th. instar velle malum, & permittere illud, unde verè constituit Deum Authorem mali, licet iniquitas sibi blandiretur, vel mentiretur putans hinc non sequi esse causam peccati, vel peccare, quia ordinat ad bonum. In quo etiam falluntur alii, ut vidimus, recurrentes in similibus ad intentionem finis boni, ut innoxias salvent aliquas actiones per se malas, sive quæ aliàs ex objecto, vel ex fine operis malæ sunt. Quod est valdè notandum pro materie morum, & similium.

Omitto etiam plures SS. Patrum authoritates, quas objiciunt, quia in illis nec verbum fit de prædefinitione, vel determinatione, aut motione physica, sed absolutè negatur actum malum produci, aut esse à Deo, quod libèter negamus & nos, quia prout hujusmodi actus mali sic exprimuntur, reddunt formalem sensum reduplicando malitiam, unde necesse est juxtà priorem distinctionem explicare de actu, ut malo formaliter, sive ut respicit, & fundat malitiam, cum certum sit produci à Deo sub ratione actus, & entis. §. Pro qua etiam recolenda est superior illa doctrina, quam q. præced. ad explicandam authoritatem D. Th. tradidimus ex Mag. Catalam ubi supra dub. 4. in fine, & opportunè repetimus, nempè ex hoc quòd Deus moveat aliquando hominem ad particularia bona, ut ipse homo non solum physicè secundariò se determinet ad illa, sed etiam moraliter ex deliberatione rationis, optimè salvatur hic nostrum intentum, posse scil. hominem prædefiniri, aut moveri à Deo ad omnem actum quantum ad entitatem, & perfectionem, & tamen non à Deo, sed à se ipso moveri ad malum, quia quòd ejus actio mala sit, non provenit ex motione, sed ex ejus voluntate, quatenus ex deliberatione rationis se ipsam aplicat moraliter ad volendum deficienter à regula rationis, sicut similiter proximè dicebamus de intellectu, quòd non ut motus à Deo, sed ab eadem voluntate, ut deficiente, proponit eundem actu, ut contrarius est rationi sub ratione disconvenientis, unde judicium rationis ut à Deo est, solum habet proponere, ut dictum est, actum illum in ratione entis, & actualitatis, ut verò ex motione voluntatis deficientis, proponit eundem, ut convenientem quatenus fundat malitiam.



§. VI.

Expeditur quæsitum de modo operandi voluntatis creatæ, si Deus operaretur ex necessitate naturæ.

RESolut. hujus quæsiti pendet ex duobus. Primum est, an primæ radix libertatis creatæ sit libertas Divina, an verò efficacia divinæ voluntatis, unde Scotus, qui sustinet in 1. dist. 1., quæst. 1., & dist. 4., nostræ libertatis radicam esse libertatem divinam, consequenter asserit deficere nostram, si in Deo non esset libertas, & operaretur ex necessitate naturæ. Alii verò ut Capreolus in 1. dist. 38., Ferrare 1. cont. Gent. cap. 67. circa quintam rationem, Caiet. hîc ad art. 8., & supra quæst. 14. ar. 13. Zu nel. ibid. disp. 4., Bannez. Serra, & Nazarius hîc, & Illustriss. Godoy disp. 54. tract. 6. & Alverez lib. 7. de auxiliis disp. 26., Existimantes radicem libertatis nostræ esse efficaciam divinam, ut satis insinuat D. Thom. ut vidimus supra, affirmant adhuc manerè contingentiam, & libertatem in nobis.

Alterū verò est, an ità sit de conceptu libertatis esse perfectionem simpliciter simplicē, ut nunquā ex conceptu libertatis hac perfectione spoliari possit, an solū conveniat illi ex conceptu libertatis abstrahentis à creata, & increata, itaut semel contracta ad creatam non retineat ampliùs talem gradum perfectionis simpliciter simplicis, sed sit essentialiter admixta imperfectioni, scil. potentiæ deficere. Qui ergo sustinent hunc posteriorem modum, ut Il ustriss. Godoy hîc §. 3. conclus. 2., adhuc censent manere liberum arbitrium. seù libertatem creatam. Qui verò priorem, negant, ut Mag. Ferre §. iterom 3. conclus. 3.

Suarez verò inter utramque priorem principalem sententiam Scoti, & aliorum Thomistarum medie via incedit supponendo hypothesim quæsiti posse tripliciter fieri. Primò supponendo solum unum impossibile, scil. Deum agere ex necessitate naturæ. Secundò Deum agere ex necessitate naturæ, & adhuc manere liberum arbitrium creatum. Tertiò Deum sic operari, & arbitrium manere, & insuper Deum illi præstare eundem concursum, quem exhibet modo. His suppositis ait si hypothesis contingat primo, & secundo modo veram esse sententiam Scoti, si autem tertio, veram esse alteram Cajetani, & aliorum. Ita idem tom. 1. metaphys. disput. 19. sect. 3., & alii ab eodem Illustrissimo relati.

§. VII.

Prima responsio ad quæsitum, & simul solvuntur objectiones.

AD quæsitum ergo resp. primò. Quòd si Deus ageret ex necessitate naturæ, & eodem concursu moveret voluntatem creatam, quo movet modo, maneret libera in suis actibus. §. Prob. Nam Deus sic movet modò, ut hæc liberè agat, ergo si tunc moveret eodem modo, liberè ageret.

Explicatur hoc, & præoccupatur solutio. Nam licet tunc necessariò moveret, & modo liberè, idem tamen vellet movendo necessariò, quod modò vult movendo liberè, nam diversitas non est ex parte effectus, vel objecti voliti, sed ex parte modi volendi, quia nempè tunc vellet necessariò, quod modò vult liberè, sed hæc diversitas in modo volendi, non impedit liberum concursum, vel actum voluntatis creatæ ergo; ma. supponitur, & mi. prob. ex ratione D. Tho. hîc. Ex eo modo aliqui effectus sunt liberi, vel contingentes, & alii necessarii, quia vult Deus non tantum fieri, sed liberè fieri, sed in prædicta hypothesi non amitteret posse ad sic volendum, ergo diversitas in modo volendi non diversificaret effectum, vel objectum, sive actum liberum volitum.

Explic. ulteriùs totum hoc. Nam quòd modò volendo effectum, vel actum non tantum fieri, sed liberè fieri, evadat liber, non est præcisè, quia liberè vult, sed quia vult tali efficacia, sive infinita, ut ostensum est, & patet etiam exemplo in nobis, qui quamvis liberè velimus aliqua, non tamen semper, & infallibiliter fiunt ob defectum efficaciæ nostræ voluntatis, sed tunc Deus non amitteret hanc sui efficaciam, ergo licet vellet, aut concurreret necessariò, adhuc actus esset liber perseverante hoc universo, quale nunc est, ut supponimus in hac prima responsione, itaut essent causæ defectibiles, & agentia libera, eodemque modo cum illis concurreret, quo nunc, solumque esset differentia, quòd nunc vult, & agit liberè, tunc vellet necessariò, & ageret.

2. Prob. etiam principaliter ex dictis, & urgetur præcedens. Ex eo modo cum efficacia divinæ voluntatis componitur, vel adhuc subsistit libertas actus nostræ voluntatis, quia eidem efficaciæ juncta est suavitas, qua illam movet, eique se attemperat juxta sui naturam, sed tunc etiam sic moveret, illam, scil. fortiter, & sueviter juxta modū movendi ejusdem voluntatis divinæ, ergo adhuc subsisteret libertas nostra actualis: ma. constat ex superioribus, & tenentur eam admittere Scotistæ, qui non recurrunt ad scientiam mediam, ut eam componant: mi. verò prob., quia ut proximè dicebamus moveret tunc eodem modo, sive præstaret eundem concursum, quem modo exhibet cum solo discrimine in modo illū conferendi, & in actu interno voluntatis divinæ, qui tunc esset necessarius, modò verò est liber, ergo sicut modò Deus operator omnia fortiter, & suaviter, ita operaretur tunc.

Explic. hoc. Quia Deus ex eo, quòd necessariò vellet, aut moveret, vel concurreret, non amitteret efficaciam suam, sed ex hac habet, quòd modò moveat, & concurrat fortiter, & suaviter attemperando se naturæ voluntatis, sive salvo ejus modo operandi liberè, ergo tunc etiam moveret, & concurreret efficacia conjuncta suavitati. Ma. patet, quia modos operandi necessariò non diminuit virtutem causæ sic operantis juxta sui naturā, ut patet in omni agente creato sic operante: mi. verò laté ostensa est supra ex D. Th. hîc ar. 8. ubi libertatem nostram reducit ad efficaciam divinæ voluntatis, & meritò, quia ex eo, quòd infinita est, utrumque modum operandi transcendit, ut dictum est, unde utrumque ingredi potest motivè, & influxivè salva immuni utriusque naturæ, ut patet in ente, quod ob sui transcendentiam descendit ad utrumque genus substantiæ, & acciden-

tis,

tis, salva similiter naturæ utriusque.

Ad argumenta Scoti optimè resp. Cajet. Præcipuum verò est, quia causa, quæ se movet, ut mota, eo modo se movet, quo movetur ab alia, ergo si hæc ut in casu, necessariò movet illam, necessariò se movebit, & non liberè. §. Resp. tamen ut in simili supra de visione; dist., & explico ma, quo movetur ab alia, si moveatur ab illa, motione necessariè, tam ut *quod*, quam ut *quo*, conc., si tantum necessaria, ut *quod*, libera tamen ut *quo*, sicut in casu contingit ob efficaciam divinæ voluntatis, ut probatum est, talem esse, scil. liberam ut *quo* nego; nam sicut ibi dicebamus de lumine gloriæ, (& idem est de aliis habitibus supernaturalibus respectu actuum supernaturalium vitalium, quòd licet non sit vitale, ut *quod*, vel per modum potentiæ, quia tamen est vitale, ut *quo*, vel per modum virtutis, potest optimè concurrere dando vires proximas intellectui ad actum vitalem, salva ejus vitalitate, quia nempè est participatio Dei, ut viventi est vite intellectuali, & ideò dicitur vitale saltem ut *quo*, ità quia motio ob infinitam efficaciam divinæ voluntatis est perpetuò libera, ut *quo*, estò necessariò determinet, aut recipiatur in voluntate optimè poterit concurrere, vel influere ad actum ejus liberum salva utriusque libertate, quia ob eandem efficaciam habet virtutem sic movendi, licet in se, vel ut *quod* talis non sit. Unde ex his solum poterat inferri, quòd voluntas sic mota, moveat se necessariò necessitate infallibilitatis, non per modum naturæ, ut patet præcipuè ex 2. probatione, vel ratione adducta.

Sed contra hæc omnia instatur ex M. Herrera, qui hac in re favet Scoto, Si talis actus, scil. voluntatis nostræ, prout ab hac pendet esset liber, & prout à Deo necessarius, necessariò exiret prout à Deo, & posset non esse prout à nostra voluntate, sed hoc implicat, ergo, Ma. constat, & mi. prob., quia posset voluntas impedire actum efficaciter intentum à Deo, quia posset ponere negationem ejus, si semel ut ab ipsa est, posset non esse, sed est impossibile voluntatem Dei efficacem impediri, aut frustrari ab agente creato, ut patet ex dictis.

Ad hoc resp., ut in superioribus dictum est, hujusmodi voces, scil. impedire, vel frustrare facere sensum compositum, & ideò nunquam verificari potest, quòd efficax Dei intentio impediri possit, vel frustrari à creatura, licet hæc dissentire possit eidem, sumpto dissentire pro eo, quod est posse ad oppositum. Unde in forma nego mi. Ad prob. nego sequelam. Adprob. connexam, dist., posset ponere negationem ejus, in sensu diviso, conc., composito nego, vel iterum dist., posset potentia consequenti, & undequaque expedita, quæ nempè respicit negationem sub omnibus concurrentibus, & consequenter ut conjungendam cum motione, nego, antecedente, nec completè expedita, ac proindè nec perfectè completa, quæ scil. non respicit suum terminum sub omnibus accidentibus, sed tantum secundum se, vel ut possibilem ex terminis conc.

Ex quo patet ad aliam instantiam, quæ posset contra hanc solutionem fieri, nempè quòd qui potest ad unum extremum, altero existente necessariò potest utrumque conjungere, & consequenter si voluntas nostra semel potest ad negationem actus, poterit illam conjungere cum motione. Respond. enim id esse intelligendum de potente potentia consequenti, non præcisè antecedenti ob rationem datam. Hanc verò non tollit motio, licet sit impedimentum necessarium respectu negationis, quia ut dictum est, accommodat se modo agendi libero, unde eo necessariò existente, solum inferri potest, quòd voluntas esset impotens ad illam ut conjunctam cum motione non secundum se inspectam. Vid. Illustriss. Godoy hic §.2.

§. VIII.

Statuitur alia responsio ad quæsitum, & simul solvuntur objectiones.

Secunda responsio. Valdè probabile est, quòd in data hypothesi adhuc maneat liberum arbitrium, sive libertas creata. Ità idem Illustriss. cum Nazario concl.3. contra Suarez, cui favet M. Ferra concl.2., & utraque procedit ex eodem motivo, quia nempè libertas est perfectio simpliciter simplex, omnis autem hujusmodi perfectio dabet formaliter contineri, aut præhaberi in Deo, unde in hypothesi, quòd Deus operaretur ex necessitate naturæ, ac proindè formaliter non esset liber, impossibilis est omnis alia libertas.

Probatur nihilominus responsio sic, evertendo hoc fundamentum. In data hypothesi adhuc salvatur Deum esse eminenter, aut virtualiter liberum, ergo adhuc salvatur esse libertatem in creatura; consequentia, quia possibilis est omnis effectus virtualiter eminenter contentus, ergo si tunc adhuc esset Deus virtualiter eminenter liber, & consequenter continens virtualiter eminenter libertatem creatam, hæc erit tunc adhuc possibilis, & subsisteret etiam de facto, Deo illam producente ob eminentialem ejus continentiam. Ant. autem, in quo est difficultas, prob. tum quia in data hypothesi supponi nequit libertas tanquam perfectio simpliciter simplex, ut rectè probat laudatus Illustriss., nam supponitur Deum adhuc manere, ac proindè summè perfectum, quia ex primario conceptu terminorum implicat Deum esse, & summè perfectum non esse. Est enim id, quo majus excogitari non potest ut omnes concipimus, ac proindè formaliter constituimus in illo, vel supponimus nullam de esse tunc perfectionem simpliciter simplicem, in hoc enim consistit ratio summè perfecti, ergo in data hypothesi, vel eo modo, quo supponit casus tenemur asserere, quòd non esset perfectio simpliciter simplex salvo conceptu summè perfecti in Deo.

Urg. hoc. Nam quia de facto Deus est summè perfectus, nulla perfectio non præcontenta formaliter in illo est simpliciter simplex, ergo si in eo casu, vel hypothesi quòd non esset formaliter liber, ac per consequens nec formaliter continens libertatem, & adhuc esset Deus, sive summè perfectus, tenemur asserere, quòd libertas non esset tunc perfectio simpliciter simplex. §. Urg. ulteriùs, & simul iterum prob. idem principale ant. Quamvis de conceptu libertatis ut sic abstrahentis à creata, & increata non sit esse perfectionem admixtam imperfectioni, sed magis perfectionem simpliciter simplicem, secus tamen de conceptu libertatis creatæ, sive contractæ per differentiam creaturæ, sicut quamvis de conceptu substantiæ ut sic abstrahentis à corporea, & incorporea

poreà non sit esse perfectionem admixtam imperfectioni, sed magis simpliciter simplicem, secus tamen de conceptu substantiæ corporeæ, sive contractæ per corporeitatem, sed in eo casu non manet libertas sub illo conceptu abstrahente, sed sola libertas creata, eum supponatur libertatem non convenire enti increato, & consequenter libertatem increatam esse impossibilem, ergo & eo modo, quo supponitur casus non esset libertas perfectio simpliciter simplex, & consequenter ex eo, quòd non esset in Deo libertas formaliter, sive non esset liber formaliter non rectè infertur, non remansurum virtualiter eminenter liberum, vel non remanere tunc in illo eminenter libertatem, ac proinde in eo casu adhuc fore eam possibilem, vel etiam existentem, si voluisset Deus eam producere, vel de facto produceret.

Ex his fit satis ad argumenta utriusque Authoris, M. Ferre, & Suarez, nam supponit uterque, quòd in nullo casu possit libertas non esse perfectio simpliciter simplex, ac proindè omninò impossibilis, Deo non existente formaliter libero, quia perfectio simpliciter, si semel non continetur formaliter in illo, nec potest ampliùs contineri eminenter, nam cum sit omninò necessarium contineri in Deo continentia formali, si velimus Deum esse summè perfectum, & impossibile sit, salvo eodem conceptu summè perfecti, contineri sola continentia virtuali, vel eminentiali, remota formali statim redditur impossibilis, omnis hujusmodi perfectio simpliciter.

Arguit ergo M. Ferre sic. In data hypothesi voluntas nostra tunc nec maneret libera, ea libertate, qua modo gaudet, nec alia libertate, ergo non maneret libera. Probat ant. 1. quoad 1. part, quia libertas, qua modo gaudet, est in suo conceptu libertas sic perfecta, quòd nullam imperfectionem habeat admixtam ex solo conceptu libertatis, sed tunc hæc libertas non esset possibilis, ergo non gauderet libertate, qua gaudet, conseq. tenet, & ma. supponit certam: mi. verò probat. Omnis formalitas possibilis, quæ in suo conceptu formali imperfectionem non claudit, primò formaliter, & per essentiam debet convenire Deo, sic quòd Deus non remaneret, si illi formaliter non conveniret, & illa possibilis esset, sed tunc libertas Deo non conveniret formaliter, ergo non esset possibilis libertas, qua modo libera est.

Probat deinde idem ant. quoad 2. p. sic. Alia species libertatis, quæ in suo conceptu essentiali dicat imperfectionem, possibilis non est, ergo in illo casu voluntas non esset libera alia libertate ab illa, quam de facto habet. Probat ant. Imperfectio solum posset competere libertati ex hoc, quòd actus liber posset deficere, sed ex hoc capite conceptui ut sic libertatis, imperfectio non conveniret, ergo. Probat mi. quia esse actum liberum potentem deficere de facto convenit velle divino seclusa imperfectione, ergo ex hoc capite non evaderet conceptus libertatis imperfectus essentialiter.

Quòd si dicatur admisso ita esse de facto, quòd non sit possibilis libertas ex conceptu libertatis admixta imperfectioni, tamen supponendo, quòd Deus non sit formaliter liber, debemus supponere libertatem in suo formali conceptu claudere imperfectionem, & tunc restat videre, utrum dato, quòd Deus non esset formaliter liber, adhuc creatura esset libera. §. contra hoc instat. Quia ex hac impossibili, scil. Deum non esse formaliter liberum, non infertur, quòd esse liberum, imperfectionem importet, sed tantum sequitur, quòd libertas repugnet, & chimera sit. Sicut si supponamus, quòd Deus non sit formaliter sapiens, non infertur, quòd sapientia in suo formali, vel essentiali conceptu imperfecta sit, sed tantum sequitur, quòd hoc prædicatum *Sapientia*, chimera sit, ergo similiter in casu. Probat ant. Hypothesis facta non debet destruere conceptum essentialem libertatis, nec sapientiæ, ergo cum de conceptu essentiali harum perfectionum sit esse perfectiones simpliciter simplices, ex hoc quòd Deus supponatur formaliter non liber, & formaliter non sapiens, non debemus supponere sapientiam, & libertatem in suis conceptibus essentialiter claudere imperfectionem. Hoc enim esset destruere essentiam illarum.

Ad hoc patet ex dictis procedere ex diminuta suppositione casus. Nam hic non consistit præcisè in eo, quòd Deus non esset formaliter liber, sed quòd, etiam dato hoc impossibili adhuc maneret Deus, & consequenter summè perfectus. Utroque autem hoc impossibili supposito, nec posset ampliùs remanere libertas sub illo conceptu abstrahente, sed solus conceptus libertatis creatæ, ac proinde nec conceptus libertatis per modum perfectionis simpliciter simplicis, & idem militat de sapientia, facta utraque suppositione, quòd nec esset formaliter sapiens, & quòd adhuc remaneret Deus, sive summè perfectus; quam utramque hypothesim tenemur supponere, si velimus dare locum quæstioni, & tunc legitimè infertur, ut probavimus, neutram esse perfectionem simpliciter simplicem.

In forma ergo nego ant. quoad utramque p. simul sumptam, nam quoad 2. seorsim transeat, quòd non esset libertas ejusdem rationis sicut modo est. Ad prob. quoad 1. nego suppositum ma. quòd tunc remaneret conceptus libertatis ut sic, sive abstrahens à creata, & increata, nam tunc supponimus non dari hanc increatam, unde esset de subjecto non supponente conceptus libertatis, vel sapientiæ, ut sic, in quo specialiter relucet ratio perfectionis simpliciter, sicut in simili dictum est de substantia, si sola daretur corporea, & non abstrahens ab utraque, quòd ex quo substantia est, vel ex conceptu substantiæ ut sic, esset perfectio simpliciter, quia esset de subjecto non supponente talis conceptus. Per quod patet ad prob. mi., quæ procedit ex eadem diminuta suppositione; nam licet modo de facto non maneret Deus, si perfectionem aliquam simpliciter simpliciter non contineret formaliter, quia nempè ut dictum est, non subsisteret ampliùs in illo conceptus summè perfecti, sine quo non subsistit Deus, in casu tamen, quia supponimus adhuc manere Deum, sive summè perfectum tenemur asserere ex eodem capite, quòd talis perfectio libertatis, & omnis alia, quæ non contineretur formaliter in illo, non esset perfectio simpliciter talis, si velimus consequenter loqui in eadem suppositione, vel aliàs negandum erit, quòd tunc maneret Deus, & sic cessat quæstio, ut dictum est. Unde sunt hæc duo incompossibilia, quòd ex una parte non sit liber, & quòd adhuc maneat Deus; & quòd ex alia libertas sit perfectio simpliciter, nam hoc posterius destruit suppositum prioris, & per consequens suppositum ipsius quæstionis.

Ad prob. 2. p. dist. ant. Alia species non est possibilis, modo de facto transeat, in data hypothesi, quòd non esset Deus formaliter liber, & adhuc maneret Deus, neg., nam supposito, quòd maneat Deus, & consequenter summè perfectus tam in linea essendi,

quàm

quàm operandi debet habere eandem amplitudinem continendi, & producendi, quam habet modò, ac proinde posset producere omnem effectum, quem potest modò, unde in eadem suppositione posset etiam producere hanc perfectionem libertatis, non quæ esset simpliciter talis, sed ut admixtam imperfectioni. Ad illius prob. nego iterum in primis suppositum mi., quòd tunc salvetur ut dictum est, conceptus libertatis ut sic. Sed deinde nego illam absolutè pro eadem hypothesi, nam sicut tunc esset sola libertas admixta imperfectioni, ita pariter esset tantum deficere liberum admixtum imperfectioni. Ad ejus probat, patet ex dictis supra de constitutivo Dei, unde nego conseq., nam cum tunc non remaneat conceptus liberi ut sic, vel abstrahens, nequit salvari libertas, sivè hoc quod est posse non esse sine imperfectione, quia non possumus tunc recurrere ad rationem ejusdem liberi ut sic, unde non daretur aliud liberum formale sine alietate reali, vel formali, sive sine hoc, quod posset non esse realiter formaliter, & consequenter sine imperfectione. Cœterum modo de facto cum detur liberum divinum cum sola contingentia, vel alietata virtuali eminentiali, vel terminativa, ut alii dicunt, quæ magis provenit ex summa Dei perfectione, ideò liberum creatum dici potest non importare imperfectionem ex quo liberum est, quia sub isto continetur divinum, quod nullam importat. Et in hoc sensu admittimus solutionem datam.

Ad replicam jam dictum est, quòd si tantum supponeremus Deum non esse formaliter liberum transeat, quòd tunc solum sequatur, quòd libertas repugnet, vel chimera sit, (idem similiter de sapientia, si posito, quòd non esset formaliter liber), secus tamen, si etiam supponatur, quòd remaneat Deus, & consequenter summè perfectus, ut ostensum est; unde nego ant., ad illius prob. neg. suppositum ant., qu d in eadem hypothesi conceptus essentialis libertatis, vel sapientiæ importet perfectionem simplicem, si velimus, quòd Deus adhuc remaneat, vel summè perfectus, ut dictum est.

2. Arguit si supponamus, quòd Deus non præcontineat hominem virtuali præcontinentia, necessariò debemus fateri hominem esse impossibilem, & omninò repugnare, ergo si supponamus libertatem Deo non convenire formaliter, debemus necessariò fateri libertatem esse impossibilem simpliciter. Prob. conf. Nam sic requirit libertas formaliter Deo convenire, sicut requirit homo convenire illi virtualiter, ergo sicut ex non præcontinentia virtuali hominis in Deo, sequitur hominem esse chimeram, & repugnare, ita ex non præcontinentia formali libertatis in illo infertur libertatem esse prorsus impossibilem.

Quod si neges conseq., & assignes discrimen, quòd ad possibilitatem hominis requiritur necessariò aliqua præcontinentia illius in Deo, si autem supponamus nec contineri virtualiter, nulla erit præcontinentia illius in illo, sine qua salvari nequit possibilitas rerum, & ideò sublata etiam virtuali, statim redditur impossibilis homo, & quæcunque alia creatura: cœterum ad salvandam possibilitatem libertatis sufficeret in data hypothesi præcontinentia virtualis illius.

Contra hoc instat. Nam sicut possibilitas hominis exigit essentialiter virtualem sui præcontinentiam in Deo, ita possibilitas libertatis exigit præcontinentiam sui formalem in illo, ergo hac deficiente deficiet libertas.

Huic replicæ resp, eodem modo, quòd in data hypothesi integrè accepta, nempè, quòd etiam remaneret Deus, non posset libertas exigere talem præcontinentiam sui in Deo, qualem modo exigit, sed tantum virtualem, vel eminentialem, cum non esset alia libertas nisi admixta imperfectioni, ut probatum est, unde poterat instantia retorqueri. In forma ergo dist, ant. Ita possibilitas libertatis exigit formalem, modo de facto, transeat, vel conc., in eadem hypothesi, nego, quia remanente Deo, sive summè perfecto, & non existente libero formaliter, tenemur consequenter admittere libertatem solum virtualiter præcontentam, ut sæpè dictum est, & probatum.

Ex his etiam solvuntur argumenta Suarez. Nam primò arguit sic. Si in Deo non est libertas, non est unde illam possit participare creatura, sed tunc non esset libertas in illo, ergo nec in creatura. §. Res. ita esse si nullo modo sit nec formaliter, nec eminenter aliàs sufficit sola continentia virtualis eminentialis ad participandum de illo, ut patet in omni perfectione, vel ente creato admixto imperfectioni. Et dist. tunc mi., non maneret libertas formalis, conc., virtualis, vel eminentialis, nego, aliàs non salvatur, quòd remaneat Deus, & consequenter summè perfectus. Quòd si instes ex eodem in simili de sapientia jam dictum est, quòd si integrè fieret suppositio de illa, sicut modo sit de libertate, similiter esset discurrendum, sicut de ista.

Argui. 2. Si aliqua creatura est capax libertatis, maximè intellectualis, et si in Deo non est libertas, nec potest esse in creatura intellectuali, ergo in hypothesi, quòd non sit in illo, nec manebit liberum arbitrium, vel libertas creata. Prob. mi. Quia Deus est intellectualis per essentiam, creatura verò per participationem, ergo quidquid perfectionis imaginari potest, unde oritur libertas, perfectissimo modo invenitur in Deo, ergo si in illo non manet libertas, nec manere potest in creatura intellectuali.

Ad hoc iterum patet non probare in data hypothesi, sed tantum de facto; quia supposito, quòd maneat Deus, ac proindè ratio summè perfecti, tenemur admittere in illo continentiam omnium perfectionum, quæ dantur de facto, producere posse, vel formalem, si ipse sit talis formaliter, vel eminentialem, si non sit formaliter talis, unde si in ea hypothesi non est formaliter liber tenetur saltem retinere continentiam virtualem, vel eminentialem, aliàs deficeret à ratione summè perfecti.

Nec obstat, quòd modo de facto libertas creata exigat continentiam formalem, & si hac careret, nullo modo contineretur in illo, & consequenter esset de numero impossibilium. Non inquam obstat, quia modo de facto ex conceptu libertatis ut sic, supponitur, quòd sit perfectio simpliciter simplex; tunc verò deficeret iste conceptus non supposita libertate formali in Deo, & quia aliàs maneret Deus cum summa sui perfectione, adhuc illa etiam deberet remanere, sed admixta imperfectioni, scil. cum sola alietate, vel mutatione reali formali, sive cum solo defectu passivo potentis non esse realiter formaliter, vel passivè, aut potentialiter, & non sub conceptu abstrahente à tali defectu, ut in superioribus explicatum est, ac per consequens cum sola sui præcontinentia virtuali, vel eminentiali in Deo. Unde in tali casu,

ctu inquit, Laudatus illustris., radix libertatis non esset perfectio intellectualis naturæ prout sic, sed perfectio talis, scil. intellectualitatis creatæ, quæ esset perfectio cum imperfectione involuta.

§. IX.

Statuitur tertia responsio.

Supposito utroque præcedente impossibili, quòd Deus operaretur ex necessitate naturæ, vel non esset formaliter liber, & adhuc maneret arbitrium creatum tenemur asserere, quòd saltè aliqui actus liberi essent ei possibiles, & consequenter quòd Deus præstaret illi eosdem concursus, quos præstat modò. Est iterum contra Suarez, qui adhuc admisso utroque impossibili existimat voluntatem nostram in nullum actum liberum exire posse, quia concursus prævius, & simultaneus, quos modo præstat Deus ad liberè operandum non essent tunc possibiles. Sed sustinent M. Ferre, & Illuaris, Godoi ex Nazerio ad mentem Cajetani.

Prob. quia hæc duo pugnant inter se. Quòd nempè remaneat arbitrium, & nullus ei actus liber sit possibilis, imò quòd aliquis saltem non detur, sed supposito actu possibili, valetiam existentia ejus, tenemur fateri possibilitatem concursuum Dei, quem modò cum ad actum liberum, ergo supposito utroque impossibili tenemur admittere possibilitatem, & existentiam actus liberi, ac proindè etiam possibilitatem utriusque concursus. Consequentiat. Præmissæ verò prob., ma. quidem. Tum quia, frustra homo retineret tunc liberum arbitrium, cum quælibet res, vel potentia sit propter suam operationem, ut dicitur de Cœlo text. 17., qua ratione prob. 3. p. q. 9. art. 1. esse omninò admittendam in Christo intellectionem creatam præter divinam, quia eius frustra habuisset animam, vel potentiam intellectivam. Tum quia potentia positive ad aliquem actum sibi proportionatum dicit positivam inclinationem ad illum, in hoc enim consistit primarius ejus conceptus, nempè quòd possit actum elicere, vel quòd inclinetur ad illum producendum, cum sit relativum transcendentale, sed naturalis inclinatio non est ad terminum impossibilem, aliàs esset omninò frustranea, ut patet ex terminis, ergo.

Mi. etiam prob. quia, ut supra dicebamus, sola tunc esset diversitas in modo volendi, & producendi, nempè quòd necessariò vellet, & produceret, quod modò vult, & producit liberè, sed modò potest velle, & ita concurrere, ut voluntas sub præsentibus liberè velit, ergo sub eisdem tunc posset liberè, nam ut supra dicebamus, ex D. Tho. non ex præciso modo operandi Dei, scil. libero, vel necessario provenit actualis libertas voluntatis, sed ex efficacia divinæ voluntatis, unde sicut prædicta diversitas in modo operandi non tollit arbitrium, ut supponimus, nec etiam tollit naturam ejus, ac proindè sicut modo liberè vult creata voluntas Deo concurrente liberè, per concursum prævium, & simultaneum, pariter liberè vellet tunc Deo concurrente necessariò per eosdem concursus.

Dices quòd variato modo operandi in Deo penes necessarium, & liberum, non essent amplius concursus eiusdem rationis, cum debeant isti proportionari modo operandi Dei. Videtur enim repugnantia in terminis, quòd Deus concurrat modò operandi necessario, & concurrat concursu aplicante liberè, itaut creatura sub illo liberè velit. §. Sed contra hoc est eodem argumento. Nam modus operandi necessariò non tollit, nec diminuit efficaciam operandi ejus, ergo sicut modus operandi liberè ex parte voluntatis creatæ, non provenit ex præciso mod operandi liberè ex parte divinæ, sed ex eius efficacia, ne ostensum est, hoc remanente non variaretur modus operandi creaturæ, variato modo operandi Dei.

Expl., & urg. hoc. Nam Deus concurrens necessariò, haberet adhuc idē posse, & eandem efficaciā volendi, aliàs non remaneret Deus ergo sicut, modo suo concursu potest velle, & aplicare voluntatem creatam, ut liberè velit, posset tunc per concursum, quem præstaret, velle pariter ut liberè ageret, quia utrobique concursus debet esse penes posse, & efficaciam divinæ voluntatis ex qua habet, quod liberè moveat, vel aplicet nostram, non penes modum operandi.

Urg. ulteriùs hoc. Quamvis Deus modo liberè velit concursu suo aplicare ignem ad agendum, quia tamen hic non est causa libera, sed agit per modum naturæ cum determinatione ad unum, non aplicat illum ad agendum liberè, sed necessariò prout congruit naturæ eius ergo licet tunc suo pariter concursu vellet necessariò aplicare causam liberam ad operandum, non tamen aplicaret illam, ut necessariò ageret sed liberè iuxta sui naturam, aliàs non retineret idem posse, & eandem efficaciam ad aplicandum juxte naturam causæ, quam aplicat. Sicut ergo quia modo habet infinitum posse, & efficaciam involendo, quamvis liberè velit, movet tamen causam naturalem, vel necessariam, ut operetur per modum naturæ, & non modo, quo ipse vult, scil. liberè, ita in casu licet vellet necessariò, moveret tamen, & aplicaret causam liberam, ut ageret liberè, & non modo, quo ipse vellet, scil. necessariò. Ex quo patet ejus concursum ad movendum, vel aplicandum non debere commensurari cum modo operandi ejus, sed cum illius posse, & efficacia involendo, ac proindè stet optimè variari modum ejus operandi, invariato concursu; nam utrobique semper est concursus juxta exigentiam causæ.

§. X.

Solvuntur Argumenta.

Primò arguit Suarez, & retorquetur præcedens doctrina, quæ est præcipuum fundamentum nostræ sententiæ. Deus ratione suæ infinitæ potentiæ, & summæ efficaciæ potest necessitatem inferre voluntati, & posset etiam in hypothesi data, cum non supponatur minoris efficaciæ, & potentiæ in illa, ac modo est, at in eadem moveret voluntatem omni efficacia, qua potest, ergo necessitaret voluntatem, & per consequens non præberet ei concursum, quem modo præbet. Prob. mi. Agens naturale agit secundum ultimum suæ potentiæ, & efficaciæ, sed tunc moveret Deus voluntatem, ut agens naturale, ergo moveret illam secundum ultimum posse suæ infinitæ efficaciæ, ergo necessitaret illam.

Ad hoc patet ex superioribus, unde resp. 1. dato transeat ad ma. dist. mi. omni efficacia, qua posset, fortiter tamen, & suaviter, conc., fortiter tantum, nego mi., & conseq., nam licet, necessariò, & summa efficacia moveret, voluntas divina non esset de

movendo illam, utcunque, sed de movendo eam suaviter; nam in ulla suppositione potest esse connaturale Deo destruere rerum naturas, cum in qualibet sit primus fons essendi, & prima bonitatis origo ad se communicandum propensa juxtà inclinationem suæ naturæ, quæ est ad movendum prout congruit conditioni agentium inferiorum. Immò si argumentum rectè inspiciatur, magis est retorquendum contra sui Authorem, quàm faveat, ut proximè, & supra dicebamus, nam si tunc retinet Deus idem posse, & eandem infinitam efficaciam, ex qua modo habet, ut efficaciter probat D.Tho. hic, quòd non tantum moveat, sed liberè moveat, posset etiam tunc liberè movere. Hæc est enim vis, & meritum efficaciæ infinitæ, quòd quia infinita est, & transcendens utrumque ordinem operandi, potest ad utrumque descendere, salva conditione utriusque, licet necessariò descendat, sicut dictum est, de ente, quod licet necessariò descendat ad utrumque genus, sive ad substantiam, & accidens, descandit tamen ex quo transcendens est, juxta naturam utriusque, unde omnes hujusmodi consequentiæ ex infinitate divinæ potentiæ, vel efficaciæ potius militant contra Adversarios, quàm contra nos, & solum concludunt infallibilitatem operandi, non necessitatem, ut latissimè ostensum est. Ex his patet ad prob. mi., nam licet ageret ut agens naturale, adhuc tamen ageret efficacia forti, & suavi juxtà meritum efficaciæ infinitæ. Hæc enim est ejus natura, scil. voluntatis divinæ, ut possit fortiter, & suaviter concurrere, vel movere juxta exigentiam causæ, quam movet, unde magis ad defectum efficaciæ pertinet, ut dictum est, de movente virtutis, & efficaciæ finitæ, quòd non possit infeaius liberum movere salva ejus libertate, vel indifferentia ad oppositum.

2. Etiam resp. poteret ex dictis distinguendo me. Potest necessitare voluntatem, supposito quòd operatio procedat ab illa se determinanta ex deliberatione, & judicio rationis indifferanta, nego, nam hoc satis est, ut ostendimus, ut liberè operetur; impedita, vel non supposita eadem indifferentia judicii, ut contingit in Patria, conc., sed tunc Deus sic necessariò operans, non impediret, quin adhuc voluntes se determinaret in actu secundo ex eadem determinetiona, & judicio indifferenta, quia ut dictum est, in nulla suppositione destruit Deus naturas rerum, unde sicut sicur nequit fieri à Deo, ut eadem operetur liberè cum judicio necessario, ita nec fieri potest ab illo, ut operetur necessariò cum judicio indifferenti, quia necessitas, vel libertas voluntatis oritur ex judicio intellectus, indifferenti, vel necessario.

Sed instat Suarez contra hanc solutionem. Illud judicium indifferens tantum se tenet ex parte actus primi, sed potest contingere, quòd habeos libertatem per modum actus primi privetur exercitio ejus, non solum negativè, scil. non operando liberè, sed etiam positivè, operando per actum necessarium, ergo non obstante judicio indifferanti, potest adhuc voluntes necessitari. Prob. mi. 1. licet indifferentia judicii competens volunteti in actu primo requiratur necessariò, ut voluntas sit libera in actu 2., illa tamen non sufficit, nam per nos adhuc requiritur uterque Dei concursus, prævius, & simultaneus, ergo sicut ex defectu illorum, quamvis sit indifferens in actu primo potest non operari in actu 2., ita poterit per hujusmodi concursus aplicari ad actum necessarium. §. Probat 2. Nam Deus potest aliquando simpliciter necessitare voluntatem, at hoc non esset destruere indifferentiam actus primi. ergo hac remanente in voluntate posset voluntas necessitari ad actū secundum. §. Prob. 3. Nam liberè operari requirit sic elicere actum, quòd voluntas maneat cum expedito posse ad oppositum, sed voluntas potest sic aplicari ab agente potentiori, quòd in illa non maneat potentia expedita ad oppositum, ergo adhuc ut in actu primo libera potest necessitari.

Huic instantiæ nego mi. Nam cum voluntas contrapositivè ad causam naturalem determinet se ab intrinseco ex deliberatione, & judicio rationis, si semel istud est indifferens, (quidquid sit, quòd possit impediri ab usu, vel exercitio suæ libertatis, aut suspendere actum) repugnet eam elicere actum necessarium, aliàs se determinaret, & non se determinaret ex eodem judicio, cum repugnet judicium indifferens influere ad actum sibi contrarium, unde sicut ex opposito, quia visio clara Dei repræsentat Deum, ut necessariò amandum, repugnat influere ibi ad actum sibi contrarium, ita pariter moveri voluntatem ex illo ad actum dilectionis liberæ contrarium.

Ad 1. prob. dist., non sufficit, ad impediendum actum contrarium, seu necessarium, nego, ut actu voluntas ex eat in actum, non suppositis aliis requisitis conc. Hinc verò etiam colligimus debere utrumque concursum esse proportionatum eidem judicio, sicut sunt proportionati visioni in Patria ad dilectionem necessariam, ac proindè quòd in data hypothesi præberet Deus eosdem concursus, quos præberet modo, vel ejusdem rationis.

Ad 2. similiter resp. negando, quòd possit necessitari perseverante judicio indifferente, vel in sensu composito illius, quia ut dictum est, repugnat voluntatem se determinare ex illo, & elicere actum contrarium, unde ad illam necessitandam deberet ejus indifferentia mutari in necessitatem.

Ad 3. dist. eodem modo, si variet indifferentiam judicii, conc., si relinquat immonem, vel non variet illam nego.

2. Arguitur ex eodem, & est replica. Voluntas adhuc cum judicio indifferenti est est finitæ efficaciæ, ergo adhuc cum illo potest à Deo virtutis infinitæ necessitari. Urg. primò. Voluntas non solum potest necessitari ab objecto, sed etiam à Deo ob sui infinitam efficaciam, at si non posset necessariò tendere ad objectum judicio indifferenti propositum, solum ab objecto necessitari possat, ergo potest etiam ed objectū indifferenti judicio propositum necessariò tendere. Urg. 2. Quia si non possat sic necessitari nunquam posset extrahi suo connaturali modo operandi, cum in hoc consistet, quòd medio judicio indifferenti liberè operetur, & medio necessario, necessariò sed hoc videtur alienum, & derogans infinitæ Dei virtuti, ergo supposito etiam tali judicio potest necessariò ferri in objectum indifferenter propositum.

Ad hoc dico 1., quòd videtur mirum velle hunc Authorem adeò urgere hac in re infinitam Dei efficaciam, & virtutem, ut possit ob eandem Deus repugnantia componere, ut contingeret in casu, ut ostensum est, & quando D.Tho. ad illam recurrit, ut componat motionem, vel præmotionem Dei efficacem cum libertate nostra, nolit eam audire, adeò ut affirmare non dubitent Deum tota sua omnipotentia non posse utramque componere, cum longè

longè minor repugnantia sit ibi, quàm in casu, immò nulla sit ibidem, ut latè probavimus ex eodem Angelico, ut revatà est in casu, ut patet ex dictis.

Sed deindè nego conseq., immò suppositum illius, quòd nempè id proveniat ex defectu virtutis divinæ, sed magis aliundè ex repugnantia ex parte facti, ut sæpè in aliis similibus dicimus, quando ad illam recurrunt ad promovendum aliquid repugnans ex parte facti, & propterea ex D. Tho. alibi monuimus, maliùs dici, id non posse fieri à Deo, quàm non posse id facere Deum, ne videamur detrahere virtuti ejus infinitæ. Quod verò sit in casu hujusmodi repugnantia jam sufficienter ostensum est.

Ad 1. confir. dist., sed etiam à Deo, medio judicio necessario, conc., indifferenti, nego, nam perindè esset, ac posse ab illo necessitari ad actum liberum media clara sui visiona, quod est repugnantia in terminis, ut dictum est, cum sicut visio intrinsecè oppooitur tendentiæ liberæ, ità judicium indifferens tendentiæ necessariæ. Unde aliud est, quòd possit Deus ob sui infinitam virtutem transferre inclinationem voluntatis de uno in aliud, secundum quòd vult, ut docet Div. Thom. qu. 22. de veritate art. 9., aliud verò, quòd possit inclinare illam, aut transferre ejus inclinationem mutando illam de libera in necessariam invariato judicio. Hoc enim manifestè repugnat ex parte facti, ut ostensum est.

Ad 3. dist. ma. claritatis gratia. Nunquam posset extrahi à modo eius connaturali operandi, si hic importet negationem sui oppositi, conc., si solum naturaliter illud excluderet, aut permissivè tantum se haberet ad illud, nego. In casu autem non tantum permissivè, sed negativè intrinsecè se habet ad illud, ut patet ex dictis. Et tunc nego mi., quia nullum est inconveniens, quòd modus connaturalis potentiæ sit inimpedibilis etiam divinitùs, si importat talem negationem sui oppositi, ut patet in eadem voluntate, cujus modus operandi connaturalis est, ut feratur in objectum ut sibi propositum ab intellectu, & tamen ab hoc modo tendendi in illud, nulla via removeri potest. Et aliis omissis manifestè instatur ex eorum proximè relata doctrina, nam quia eadem voluntas prop ionata sui libertate habet se ipsam determinare ad sui liberam volitionem, itaut ex natura rei hoc jus sibi intrinsecè conveniat, & sit necessarium, ut ipsi dicunt, ad salvandam ejus libertatem, contendunt neo de potentia Dei absoluta posse aliter extrinsecè prædeterminari salvo eodem jure.

Quòd si dicant illi convenire non tantum naturaliter, vel connaturaliter, sed etiam intrinsecè, & essentialiter, & ideò esse oppositum impossibile. Dicemus, & nos hunc modum liberè tendendi in objectum ex judicio indifferenti non esse præcisè naturalem, vel connaturalem, sed intrinsecum, vel essentialem, & ideò invariabilem manante eadem indifferentia judicii.

Ex dictis colligimus primò, quòd licet possit Deus potentiam liberam, seu voluntatē necessitare medio judicio necessario, non tamen semper, operando juxta suavem sui providentiam, secundum quam operatur id, quod est magis consentaneum naturæ rerum, constat enim ex dictis, quòd quælibet potentia habet inclinationem ex sui natura ad actum sibi proportionatum, unde est debitus ei concursus ad aliquem saltem istorum aliciendum, ne videatur Deus velle destruere, quod ut Author naturæ condidit, aut frustrà dedisse, ad quod ex natura rei inclinavit, vel ordinavit, & ideò id faceret potentia extraordinaria ex absoluto sui dominio supra omnem creaturam.

Colligimus 2. Rationem formalem, vel primam radicem, ad quam libertas, vel contingentia causarum secundarum reducenda est, esse solam efficaciam voluntatis Dei, qua ut vidimus ex D. Tho., vult fieri effectum, & contingenter, vel liberè fieri, & si de facto in re requiratur libertas creata, quia repugnat primæ causæ alius modus agendi ad extra. Ratio est quia id est radix, vel ratio formalis alicujus effectus, quo solo posito cæteris exclusis ponitur effectus, sed sola perseveranta efficacia divinæ voluntatis in Deo, & exclusa per impossibile, vel non intellecta formali in illo libertate, adhuc subsistit libertas creata, vel actus liber nostræ voluntatis, ut probatum est, ergo sola efficacia illius est radix, vel formalis ratio libertatis creatæ.

Ex his colligimus 3. Deum non semper in data hypothesi exhibiturum utrumque concursum, quia, ut dictum est, moveret voluntatem juxtà eius exigentiam, constat autem voluntatem non semper exigere in actu secundo operari liberè, unde licet dicatur tunc concursum divinum necessariò extiturum ob necessitatem Dei naturaliter agentis, vel causantis illum, non tamen ob necessitatem exigentiæ creaturæ, sed solum quando hæc actu liberè operaretur, unde necessitas existentię ejus non est attendenda ex parte exigentiæ voluntatis, sed ex parte Dei naturaliter operantis. Et sic solum verificaretur tunc necessariò existeret, quando existeret. Et hæc de hoc tractatu.



TRACTATUS TERTIUS
DE EFFECTIBUS DIVINÆ VOLUNTATIS.

DUplici disputatione absolvemus præsentem Tractatum. Prima de amore Dei, aliisque actibus ipsum consequentibus, eique oppositis. Secunda de justitia, & misericordia.

DISPUTATIO PRIMA.

De amore Dei.



Quatuor principaliter inquirimus in hac disputatione. Primum, An detur in Deo amor, sitque virtualiter distinctus à gaudio. Secundum, An Deus omnia amet, & æqualiter. Tertium, An sit in illo spes, vel desiderium ad bonæ, sive intrinseca, sive extrinseca. Quartum, An similiter sit in illo propriè odium, & ira.

QUÆSTIO PRIMA.

An detur in Deo amor, sitque propriè à gaudio virtualiter distinctus.



Difficultas est de amore specialiter dicto, ut distinguitur à gaudio, nam generaliter loquendo de amore, desiderium, & gaudium appellantur hac voce amoris. Unde sicut supra de scientia Dei quæsivimus, an detur in illo scientia strictè dicta respectu suorum attributorum, an verò solum metaphoricè, vel communiter, ut voluit Vasquez, ita inquirimus hic de amore respectu sui ipsius, quem negat Herice disp. 13. hic cap. 3.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio.

IN Deo datur amor specialis, & propriè dictus respectu sui ipsius, sive suorum bonorum in amissibilium. Est D. Thom. hic qu. 20. art. 1. in corp. ubi loquens de amore speciali, ut distincto à gaudio, inquit. *Nullus enim desiderat aliquid nisi bonum amatum, neque aliquis gaudet nisi de bono amato.* Ex quo ad mentem ejus sit argumentum. In Deo datur verum gaudium de se ipso, ergo, & amor strictè dictus. Antec. concedit Herice cum communi consensu, & conseq. etiam tenet, cum gaudium, ut ait D. Thom. non sit nisi de bono amato, ergo si in Deo est verum gaudium de se ipso erit verus amor, seu strictè sui ipsius.

Hoc ipsum repetit ad 3. ubi manifestè statuit in Deo hunc amorem dicens. *Actus amoris semper tendit in duo, scil. in bonum, quod quis vult alicui, & in eum, cui vult bonum, Hoc enim est propriè amare aliquem, velle ei bonum, unde inea, quòd aliquis amat se, & bonum sibi. Sic illud bonum quærit sibi unire, in quantum potest. Et pro tantò dicitur amor vis unitiva etiam in Deo, sed absque compositione, quia illud bonum, quod vult sibi, non est aliud, quàm ipse, qui est per suam essentiam bonus.* Ita D. Thom.

Conatur Herice explicare D. Thom., quòd admittat quidem in Deo amorem proprium respectu sui, prout nempè distinguitur ab amore metaphoricè dicto, quia reverà vult bonum sibi, quod est ipse, non tamen prout distinguitur à gaudio, quia amor prout sic definitur, quòd sit effectus voluntatis, quo quis vult bonum alicui abstrahendo à bono adepto, & non adepto, sive à præsentia, vel absentia, in quo distinguitur à gaudio, quòd respicit bonum præsens, & à desiderio, quod respicit absens. Constat autem, quòd in objecto divino, & increato nulla est bonitas abstrahens à præsentia, & absentia, sive à possessione, & non possessione respectu sui, nisi velimus posse Deum intelligi sine possessione suæ bonitatis, quod est alienum.

Sed hæc solutio videtur manifestè contra textum. Nam illum amorem affirmat esse in Deo, quo quis vult bonum alicui quærendo illud unire bono amato, sive

sive sibi, sive alteri, ut ait D. Thom., sed hic affectus non est gaudium, sed præsupponitur ad gaudium, ergo non solum admittit amorem contradistinctum à metaphorico propriè, & formaliter talē, sed etiam à gaudio. Prob. mi. Quia nisi velimus confundere hujusmodi motus, vel effectus voluntatis, gaudium non est motus, vel affectus volentis bonum, & quærentis illud unire sibi, vel alteri, sed supponit unitum cum amato, ergo nequit amor strictè dictus, sive volens, & quærens unire illud, qualem admittit D. Thom. in Deo respectu sui, confundi cum gaudio. Prob. anteç. Quia gaudium, ut patet, vel ex ipsa voce, est quies, & complacentia de bono præsenti, & habito, ac proindè jam unito, & possesso, ergo supponit jam unitum, & non tendit ad volendum, & uniendum, sed propriè, & formaliter ad complacendum, & quiescendum in jam unito.

Ex his prob. ratione concl., & simul iterum impugnatur solutio evertendo præcipuum ejus, & sententiæ oppositæ fundamentum, quod insinuatur in eadem. Ex eo nequit in Deo admitti respectu sui amor strictè dictus prout distinguitur à gaudio, quia in illo est impræscindibilis à præsentia, vel possessione propriæ bonitatis, sed hoc non obstat, ergo. Ma. ut patet ex solutione data, est fundamentum ejusdem Authoris: mi. verò prob. licet dicamus amorem strictum, & contradistinctum à gaudio sic abstrahere à bono possesso, & non possesso, non abstractione tamen exclusiva boni possessi, sed tantum permissiva, ergo non obstat proprietati amoris in Deo respectu sui ut distincti à gaudio hujusmodi abstractio. Prob. ant. primò quia per hoc, quòd sit tantum abstractivus permissivè sufficienter distinguitur ab eodem gaudio, quod nec positivè, nec negativè, vel permissivè abstrahere potest, cum ex propriis sit determinatè de bono præsenti, utpotè determinatè quies, vel complacentia de illo, ut dictum est, & ut definitivè distinguitur ab amore specialiter dicto, & à desiderio, ergo non tenamur limitare ejus abstractionem ad solam positivam, vel exclusivam præsentiæ.

2. Prob. idem ant., & simul explicatur totum hoc ex dictis suprà in proœmialibus de Theologia, & urg. prob. præcedens: Ex eo, quòd de conceptu scientiæ dicatur esse evidentia, non rectè infertur juxtà probabilissimum modum dicendi (ad componendas plures gravissimas difficultates inter Theologos, & præcipuè consortium Theologiæ modò in via cum fide salvo ejus conceptu in ratione scientiæ strictè dictæ) quòd illam exigat ex sua ratione formali, sed quòd in ista non includat obscuritatem rei in se ex parte objecti, & ideò nec in eadē includit evidentiam rei in se, nec excludit, sed permissivè cum utraque esse potest, qua ratione, ut dicebamus docent graviores Theologi quæst. I, ibidem Theologiam nostram, eandem specie in via, simul stare cum fide, & in Patria cum clara visione, quia omnipò in sua ratione formali non includit, nec excludit obscuritatem, ergo neque ex eo, quòd de conceptu amoris strictè dicti sit prædicta abstractio, non rectè infertur, quòd ex sua ratione formali determinatè illam exigat, sed satis est, quòd in illa non includat, vel ex illa excludat alterum determinatum extremum, scil. præsentiæ, vel absentiæ boni voliti, ac proindè cum utroque stare poterit. Et ratio utriusque est, quam insinuavimus, quia adhuc prout sic tam scientia, quàm amor salvo utriusque conceptu proprio, habent sufficiens distinctivum ab aliis v. g. scientia à fide, quæ non permittit evidentiam, & hic à gaudio non permittente absentiam.

3. Prob. idem ant., & simul iterum urgetur utraque probatio. Si amor strictè dictus, ut contradistinctus à gaudio ex sua ratione formali abstraheret positivè à præsentia, vel absentia, seú diceret illius negationem, ità ut esset contra illius rationem terminari ad bonum, ut præsens, vel possessum, sequitur primò, quòd in unione cum illo magis haberet destrui, quàm perfici, sicut destruitur, vel cessat fides adveniente scientia, sed hoc est falsum, ut patet in amore beatorum, qui licet terminetur ad Deum ut possessum, est tamen perfectior amore viatorum, qui tertur in Deum nondum possessum ergo. §. Sequitur 2. Quòd gaudium, & amor nunquam possent esse simul, si semel amor in sua ratione formali excludit præsentiam, ità ut hæc repugnanter se habeat ad illam, & non purè permissivè, ut patet in eadem fide, quæ quia excluuit in sua ratione formali evidentiam, ità ut hæc repugnanter se habeat ad illam, & non purè permissivè, nunquam possunt esse simul, unde statim cessat adveniente visione.

Ex quo sequitur 3., quòd nunquam aliquis gauderet de bono, quia illud amat, sed quia illud amavit, dum nondum haberetur, sicut nullus beatorum videt Deum, quia illum credat, sed quia illum credidit, cum nondum videret. Quod tamen esse falsum, & absurdum constat manifesto experimento, quia tunc bonum, de quo gaudemus, incipit displicere, quando incipit non amari, & cessat gaudium de eo, quando cessat amor illius.

4. Denique prob. idem ant., & est alia ratio pro conclus. De facto datur amor strictè dictus, ut à gaudio distinctus de bono possesso, ergo abstractio illius à possessione non est positiva, vel exclusiva, sed tantum negativa, vel permissiva. Prob. ant. in eodem amore beatorum, qui cum videant Deum sicuti est, nequit eorum amor esse præ ilius à Divina bonitate, ac proindè licèt Deus non præscindat bonitatem suam à præsentia physica, vel possessione, adhuc optimè subsistet in illo amor propriè dictus respectu sui, ut distinctus a gaudio. §. Quod si urges amorem illum in patria esse specialem, distinctum à gaudio. Contra hoc est, quia eadem numero est charitas viæ, & patriæ in Beatis, charitas enim nunquam excidit, ergo debet utrobique habere eundem actum primarium, sed primarius illius in via, est specialis amor Dei distinctus à gaudio, cum nondum possideatur Deus modò in via, sed adhuc peregrinemur ab illo, ergo etiam erit specialis, & distinctus in patria. Totum hoc videtur insinuare D. Tho. ultimis illis verbis, *& propterea dicitur amor vis unit va etiam in Deo, sed absque compositione, quia illud bonum, quod vult sibi non est aliud, quàm ipse, qui est per suam essentiam bonus.* Quasi dicat non esse de ratione formali amoris strictè dicti, ut distinguitur à gaudio, quòd in eadem includat, vel excludat præsentiam, vel absentiam, sed tantum quòd sit vis unitiva præscindendo similiter ab unione cum compositione, vel absque illa, ita ut sicut permittit utrumque modum unionis, ita pariter permittat utramque rationem præsentiæ, & absentiæ.

* * * * * * * *

§. II.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arguit Harice ex paritate scientiæ simplicis intelligentiæ. In Deo non datur hæc scientia, sive simplex notitia, vel abstractiva respectu sui, ergo nec simplex amor, ut distinguitur à gaudio. Ant. supponitur in communi sententia. Conseq. verò prob. Tum quia ideo primum, quia nequit suam essentiam cognoscere, ut ab existentia præcisam, sed nequit etiam amare suam bonitatem ut non possessam, ergo sicut omnis cognitio Dei respectu sui est visiva, vel intuitiva, sive indistincta à visione, ita omnis ejus amor erit indistinctus à gaudio. Tum quia regula simplicis amoris est notitia abstractiva, sicut regula gaudii intuitiva, ergo ubi non datur simplex notitia distincta ab intuitiva, nec potest dari simplex amor distinctus à gaudio.

Ad hoc neg. conseq. & disparitas est, quia amor simplex, ut vidimus, licet præscindat à ratione possessi, non tamen in sua ratione formali excludit, sed permissivè se habet, cum non opponatur ejus rationi formali, seu motivæ, quæ est ratio boni, ad quam consecutivè se habet ratio possessi, quæ est motivum, vel formalis ratio gaudii; cæterum simplex notitia, vel abstractiva, cum sit cognitio rei absentis durationa, ut distinguitur ab intuitiva, quæ est cognitio rei præsentis realiter, ut patet ex utriusque definitione, ut latè expendimus in superioribus, petit positivè terminari ad objectum absens, scil. quod attingatur non cognita existentia exercita vi ejusdem actus, quæ præcisio repugnat respectu divinarum perfectionum, cum existentia actualis sit de quiditate Dei, & ideò etiam repugnat, ut abstractivè cognoscantur ab illo. Unde ad 1. probat dist. claritatis gratia ma., nequit cognoscere, ut præcisam ab existentia; ly ut importante positivam exigentiam sic cognoscendi se ipsum ex vi cognitionis perfectissimæ, seù comprahensivæ sui, conc., præcisam permissionem, ut in casu, neg., nam licet amor, & cognitio Dei respectu sui in hoc conveniant, quòd indispensabiliter terminentur ad objectum præsens ex parte rationis quæ, seù materialiter attactæ, differunt tamen in modo attingendi, seù ex parte motivi, vel rationis sub qua; nam simplex amor non habet pro motivo bonum possessum, sed bonum secundum se, aliàs nunquam potest versari circa bonum absens, & ideò diximus neutrum includere in sua formali ratione, sed præscindere, vel abstrahere negativè ex parte motivi, seù permissivè se habere, unde ratio possessi consecutivè se habet ad illum, non formaliter, vel specificativè, & ideò gaudium tenetur omninò supponere rationem amati, seù specificativum simplicis amoris, cæterum cognitio, si abstractiva est, vel simplex, determinatè ait, ut vidimus, rei absentis duratione, & ideò ad illam requiritur, quòd terminetur ad objectum non attacto ejus existentia actuali, vel exercita, ex vi illius.

Ad 2. prob. neg. ant., quia optimè potest eadem notitia intuitiva regulari simplex amor, & gaudium, sicut eadem visione in patria regulatur amor amicitiæ, & concupiscientiæ in beatis, unde regula amoris, quo Deus se ipsum amat non est simplex notitia, vel abstractiva, cum sit amor de bono possesso, sed est scientia visionis. Ex quo sequitur, quòd non specificet illum ut possessum, sed ut bonum, satis est enim, quòd istud sit actu possessum, & consequenter existens, vel præsens, ut cadat sub regula visionis, sub hac enim ratione, ut dictum est, attingi nequit, ac proinde nec cadere sub regula simplicis intelligentiæ.

Sed instas quia. Nam quia essentia divina est essentialiter, vel exercitè impræscindibiliter existens, licet sub ratione essentiæ, vel quiditatis sit de linea objecti possibilis, nequit cognosci à Deo cognitione, quæ intuitiva, vel visio non sit, ergo quia pariter bonitas divina est omninò impræscindibilis à ratione possessi, licet sub præcise ratione boni sit amabilis, non poterit à Deo amari, amore, qui possessivus, vel gaudium non sit. Conseq. tenet, quia non videtur major ratio unius præ alio. §. Instas 2. Contra præcedentem distinctionem. Nam ex eo una divina perfectio nequit ut quod amari præcisivè ab aliis, vel non amata ista etiam ut *quòd*, ex vi ejusdem amoris, qui a amatur ut cognita a Deo prout est in se, ac proinde cognitione non potenta præscindere unam ab alia, sed etiam movet divina bonitas, ut cognita à Deo cognitione quiditativa, vel comprehensive sol prout est in se ergo nec poterit una movera, aliis non moventibus, sive sub una ratione, & non sub alia, & consequenter nec eadem bonitas movera sub ratione boni, non movens sub rationa possessi.

Ad primam dico quòd videtur etiam solvenda à contrariis; nam si aliquid probat, probare etiam videtur, quòd nullo modo possit propriè amari divina bonitas à Deo, sicut nullo modo potest divinæ essentiæ cognosci ab illo scientia simplicis intelligentiæ, vel abstractiva, si semel concessis, quam adducit instantia, est adæquata respectu utriusque. Nam licet probabile sit, quòd Deus circa quiditates possibiles existantes creaturarum duas habeat scientias, nempè simplicis intelligentiæ, qua illas considerat ratione solius connexionis essentialis prædicatorum, & scientiam visionis, qua considerat, ut exercitè existunt, non tamen habere potest priorem respectu propriæ essentiæ ob discrimen inter istam, & illas creaturarum, quòd licet existentes sint, realiter tamen distinguuntur à propriis existentiis, unde ut sic distinctæ cognosci possunt scientia simplicis intelligentiæ, estò sint actu conjunctæ cum illis; cæterum Deus cum in suo essentiali physico conceptu, existentia physica gaudeat, non potest prout est in se videri, quin videatur ut existens, ac proinde nequit scientiam simplicis intelligentiæ terminare, ad quam requiritur, quòd res, quæ cognoscitur in suo objectivo conceptu existentiam non habeat, estò aliàs cum illa conjungatur. Sicut ergo divina essentia sub præcisa ratione essentiæ, sive sub ratione connexionis prædicatorum essentialium est in capax terminandi simplicem scientiã ita divina bonitas sub præcise ratione boni erit in capax terminandi amorem divinum quod nullus dicit.

Pro omnibus ergo resp. neg. conseq., ob discrimen jam assignatum inter amorem strictè dictum, & specialem, ut distinctum à gaudio, & simplicem scientiam, vel abstractivam, ut distinctam ab intuitiva, quòd hæc simplex notitia, sive abstractive in suo conceptu definitivo, ut vidimus, excludit existentiam, & quia aliàs est de quiditate Dei, sive imbibitur existentia, & præsentia in ejus prædicatis essentialibus, ideò non potest cognitio illius hoc ipso, quòd terminatur

ad

ad essentiam, non terminari ad existentiam, ac proinde cognitio Dei non potest non esse intuitiva respectu sui. Cœterum amor nec includit, neque excludit rationem possessi in sua ratione formali, aliàs numquam posset esse sine illa, sicut non potest esse gaudium, & sicut notitia intuitiva sine reali præsentia objecti in mensura durationis, in qua est cognitio, ut latè expendimus in superioribus, unde licet in Deo respectu sui non detur ad bonum non possessum, ratio tamen possessi non se tenet ex parte motivi, vel rationis formalis sub qua amoris, ut distincti à gaudio, sed tantum materialiter, vel consecutivè se habet, ut ait D. Tho. in corp., & ideò ad amorem non requiritur, quòd res amata sit, vel non sit præsens, aut possessa, sed quod sit bona, quia nempè non movet ratione præsentiæ vel absentiæ, sive ratione possessionis, vel non possessionis, sed ratione bonitatis. Ex quo fit, quòd licet se ipsum necessariò cognoscat scientia visionis, sic quòd nequeat se ipsum per abstractivam cognoscere, quia tamen non amatur motivè, ut possessus, sed ut bonus bonitate in ipso existente potest terminare specialem amorem distinctum à gaudio, ad quod pertinet pro formali ratio possessi, sicut ad desiderium ratio non possessi, unde quod formaliter se habet ad hæc duo, materialiter se habet ad amorem.

Sed instas si amor sic negativè præscinderet, vel permissivè tantum se haberet ad rationem possessi, & positivè non includeret illam in sua ratione formali, amor Dei respectu sui esset imperfectus, consequens est falsum, ergo non se habet tantum permissivè. Prob. ant. Quia imperfectio est præscindere à præsentia objecti, & amare bonitatem secundum se tantum, ergo. Prob. ant. sistendo eidem paritati, nam imperfectio est in scientia præscindere ab existentia objecti, & cognoscere illud secundum possibilitatem tantum, sive secundum solam connexionem prædicatorum essentialium. §. Urg. hoc: sicut est perfectio simpliciter simplex ratio scientiæ, ita pariter est ratio amoris, ergo sicut hac ratione nequit dari in Deo scientia respectu sui præscindens formaliter ab existentia, salva sui summa perfectione, ac proinde excludimus respectu illius scientiam simplicis intelligentiæ, vel abstractivam, nec poterit pariter dari amor formaliter præscindens à ratione possessi, salva ejus summa perfectione. Prob. conseq. Nam ideò primum, quia ad imperfectionem pertinet ratio non existentis, sed non minus ad eandem pertinet ratio non possessi, ut patet ex terminis, ergo. §. Urg. ulteriùs, nam quia de ratione liberi, ut sic est esse perfectionem simpliciter simplicem, nequit liberum divinum ex formali ratione liberi purè negativè se habere ad esse, & non esse cum defectu, sed determinatè, vel positivè exigit alterum extremum sine illo, sive solam contingentiam virtualem eminentialem, ut explicatum est, ergo nec amor divinus secundum formalem rationem amoris strictè dicti, sive specialis, ut distincti à gaudio purè negativè se habebit ad rationem possessi, & non possessi, sed positivè exiget priorem, itaut non terminetur tantum materialiter ad illam, sed etiam formaliter, vel motivè.

Resp. ad instantiam neg. mi. Ad prob. dist. antec. præscindere à præsentia objecti, motivè tantum, & non exclusivè, sive tam motivè, & formaliter, quàm terminativè, & materialiter, conc., formaliter, vel motivè tantum, neg., quia non est necessarium, quòd hujusmodi affectus divinæ charitatis respectu bonitatis divinæ habeant idem objectum, vel motivum formale, sed satis est, quòd unus alium non excludat, imò exigat, vel inferat alium, sive identificet, & terminetur ad objectum illius, ut non dicatur carere aliqua perfectione sibi debita secundum quòd est debita, ut contingit in casu, & patet ex superioribus in aliis perfectionibus divinis non se explicantibus, ubi non est debitum explicandi. Nam amor divinus, licet motivè non terminetur, prout distinguitur à gaudio, ex motivo possessi ad bonum divinum, sed tantum ex motivo bonitatis, non tamen excludit rationem possessi, imò quia aliàs in Deo esset perfectissimus amor exigit necessariò terminari ad illam, & infert indispensabiliter, sive identificat sibi gaudium, licet ex conceptu, vel formali ratione amoris ut distincti ab illo, non habeat sic terminari ad objectum illius, scil. ut possessum, quia ut dictum est, non est ex formali sui motivo debitum, nempè bonitatis secundum se.

Ad illius prob. ex paritate scientiæ jam dictum est, quòd simplex scientia, vel abstractiva ex proprio conceptu definitivo (cum sit notitia rei absentis duratione) non solum non includit in illo præsentiam, vel existentiam, sed etiam excludit, quod tamen est impossibile in Deo, ac proinde nequit essentia divina terminare aliam cognitionem nisi visivam, cœterum amor, ut dictum est, in sua ratione formali, licet non includat, vel non explicet, non tamen excludit, neque opponitur possessioni, sicut absentia præsentiæ, quam definitivè importat cognitio intuitiva, & ideò non compatitur cum abstractiva respectu ejusdem essentiæ. Per quòd fit satis ad 1. confirmat. Non enim ex eo præcisè, quòd scientia est perfectio simplex, excluditur abstractiva in Deo respectu essentiæ, sed quia hæc ex proprio conceptu excludit præsentiam, vel existentiam, à qua nequit fieri præcisio in prędicatis essentialibus illius.

Ad 2. similiter nego causalem præcisè, sive ut adæquatam, sed quia etiam liberum ut sic, juxta eundem modum dicendi in sua ratione formali includit contingentiam, seu posse non esse, & cum Deus utpotè essentialiter immutabilis, non sit capax, nisi solius contingentiæ eminentialis, determinatè hanc exigit in ratione formali suę libertatis, cum hęc non aliud motivum habeat, nisi bonum volitum, non præcisè, sicut amor, sed ut liberum, & ideò rectè poterit amor divinus, ut distinctus à gaudio motivè pręcindere à ratione possessi, licet non excludere, non tamen liberum divinum à posse vel non posse indifferenter sumpto, sed determinatè exigere, vel formaliter includere prædictum eminentiale.

Adde quòd juxta alterum modum dicendi, quem sustinet M. Jo. S. Tho., nempè, quòd de ratione, aut de conceptu formali liberi ut sic, non sit præcisè ita esse, quòd possit non esse, sed dominari super utrumque extremum, tunc videtur instantia de subjecto non supponente, immò retorquenda, quòd sicut amor specialis, quia habet motivum distinctum à gaudio, scil. præcisam rationem boni, potest in sua ratione formali non includere præsentiam, vel possessionem, ita nec liberum, quia tunc habet pro motivo bonum volitum, non deficienter, sed dominativè, nec includat in sua contingentiam, sed præscindat, & solum permittat.

Ex his etiam resp. ad 2. instantiam contra solut. ad

ad principale argum. ex paritate aliarum perfectionum, Unde dist. ma. Ex eo non potest una amari, ut *quod*, alia non amata, ut *quod* ex vi ejusdem actus, quia amatur ut cognita quiditativè, vel prout est in se, ex eo præcisè, nego, & quia in ratione amabilium ut *quod*, conveniunt omnes, conc., amantur enim ratione divinæ bonitatis, in qua dicuntur omnes, tam formaliter, quàm virtualiter communicare comparativè ad actum amoris in ratione objecti, ut *quod*, non tamen in ratione illius, ut *quo*, sive motivi, quia si superaddant rationem possessi, tunc afferunt distinctum motivum, ut dictum est, & consequenter pertinent ad distinctum affectum, sive ad gaudium.

2. Arg. Repugnat in Deo actus desiderii respectu propriæ bonitatis, ergo etiam amor specialiter dictus ut distinctus à gaudio. Ant. supponitur in communi sententia, conseq. vero prob. Ex eo primum, quia desiderium est de re absenti, sed etiam amor specialiter dictus est de re abstrahente à præsentia, si velimus distingui à gaudio, ergo si quia divina bonitas nequit esse absens in Deo non est capax terminandi desiderium, nec erit capax terminandi amorem distinctum à gaudio. §. Ad hoc patet ex dictis, unde nego conseq. ad illius prob. dist., & explico causalem sua, quia est, utcunque ego, formaliter, vel motivè conc., & dist. mi. est de re abstrahente, positivè nego, permissivè, vel negativè, conced. Solutio patet ex dictis.

Sed instas. Divina bonitas nequit movere Deum ut bone, nisi moveat ut possessa, cum non possit moveve nisi ut præsens, nunquam ut absens respectu illius, aliàs non moveret, ut cognita prout est in se, ergo terminare nequit amorem specialem, ut à gaudio distinctum; conseq. tenet, quia specificativum gaudii, ut dictum est, est bonum, ut possessum.

Resp. ut supra dist, ant. Nisi ut possessa, sil ut reduplicante identitatem motivi nego, pluralitatem illius, conc., nam licet ex eo, qu'd non moveat Deum nisi ut cognita prout est in se, movere non possit sub ratione boni, nisi etiam moveat sub ratione possessi, cum prout est in se has rationes identificet tam realiter, quàm objectivè in ratione amabilis ut *quod*, sive ex parte rationis *qua*, non tamen ex parte rationis sub *qua*, sive ex parte motivi, quia non coincidunt in idem motivum formale, sed sunt duo formalia distincta alterum specificativum amoris, alterum gaudii, cui non obstat identitas, vel inseparabilitas realis, vel formalis per intellectum, nam etiam verum, & bonum in Deo sic identificantur, ut mutuò simul videatur in specificando, & idem similiter de aliis perfectionibus divinis, & tamen importaot distincta motiva alterum specificans intellectum, alterum voluntatem, Unde poterat iterum distingui non movet nisi ut possessa, sit ut reduplicante formalem rationem respectu gaudii, conced., respectu amoris, nego, nam respectu illius possessio se habet tantum concomitanter, vel materialiter, sive etiam exigitivè ex parte rationis *qua*, quia ut divinus est, vel perfectissimus, nequit esse de bono non possesso.

Sed adhuc instas. Nam bonum divinum, ex quo divinum est, non potest non intelligi ut essentialiter, vel à se existens, & ut sibi per identitatem præsens, ergo etiam in ratione sub qua non possumus respectu Dei distinguere objectum amoris ab objecto gaudii, sive dividere in duo objecta formalia, alterum specificativum amoris, alterum specificativum gaudii. Prob. conseq., quia ex eo ut dicebamus respectu essentiæ divinæ in ratione cognoscibilis non possumus distinguere duo objecta formalia, alterum respectu illius, ut cognoscibilis est secundum possibilitatem, seu connexionem prædicatorum essentialium, alterum verò secundùm existentiam, sed est unum tantum terminans scientiam visionis & non aliam distinctam, seu simplicis intelligentiæ, quia hæc pertinet ad quiditatem Dei, sive imbibitur in ipsa quiditate, & prædicatis essentialibus, & præsentia ejus, ergo nec bonitas divina poterat eadem ratione sic dividi in duo formalia, sed erit unum tantum terminans amorem indistinctum à gaudio.

Resp. dist, eodem modo ant. Non potest non intelligi &c. adhunc sensum, quòd existentia, vel præsentia, non possint excludi à ratione formali boni, conc., quòd includantur in illa nego. Ratio enim formalis boni, ut dictum est, neque includit, neque excludit illas, in quo distinguitur à formali ratione desiderii, quæ easdem excludit, ut manifestè patet in amore, & desiderio hominis viatoris, uterque enim actus est de Deo, sive de bono absenti, & solum est distinctio, quòd licet amor in via sit de bono absenti, quia tamen in sua ratione formali non includit, nec excludit absentiam, modo eam permittit in suo objecto formali, non tamen exigit, sicut desiderium, & ideò ex vi illius contra positivè ad desiderium petit solum esse de bono, quodcunque sit, sive præsens, sive absens, Unde licet bonum divinum, quia est essentialiter, vel ex se existens, necessariò exigat præsentiam ad amorem sui, non tamen exigit illam formaliter, vel specificativè, ex quo præcisè amabile est, sive ut specificat amorem, vel est motivum illius, sed tantum gaudii. Unde nego etiam conseq. Ad illius probationem dictum est, scientiam simplicis intelligentiæ ex sui conceptu definitivo excludere præsentiam, unde sicut eadem essentia ut existens non potest partiri in duo objecta formalia in ratione amabilis, comparativè ad desiderium, & amorem, quia pariter desiderium excludit illam, dividi non potest in duo comparativè ad utramque scientiam, quia altera est exclusiva illius, quod non militat respectu amoris, & gaudii, cum non sic pugnent in ordine ad præsentiam, sed solum distinguantur per hoc, quòd illud motivè, & specificativè exigat illam, amor verò permittat, vel necessariò exigat, si divinus est, ex parte rationis, *qua*.

§. III.

Solvitur aliud Argumentum,

TErtiò Arg. si esset in Deo amor strictè dictus respectu sui, vel esset amor amicitiæ, vel concupiscentiæ, neutrum dici potest, ergo. Ma. constat quia illi sunt duo extrema, vel membra, in quæ dividitur amor: mi. quòd non sit concupiscentiæ patet, quia medio isto tendit amans ad uniendum sibi bonum non habitum, Deus autem utpotè bonum infinitum habet plenitudinem totius boni. Quod verò nec sit amicitiæ prob. quia amicitia est ad alterum, sed bonum Dei non est aliud, quàm ipse, qui est per essentiam bonus, ut ait D.Tho. hic ad 3. ergo.

Ad hoc juxta communem solutionem resp. 1. nego ma.,

ma., sed satis est, quòd sit unio, seu perfectissimus affectus cum se ipso, quando non est ad alterum, unde in Deo respectu sui est amor summus, & infinitus, qui est altior amore amicitiæ, & concupiscentiæ, quo se diligit, vel vult bonum sibi per summam identitatem, & personæ divinæ sibi communicent in bonis per eandem identitatem essentiæ per eundem actum amoris se ad invicem, & mutuò diligendo inquit à S. Tho. hic num. 10. in fine, Ratio verò est, quam subdit ibidem num. seq. Quia nempè amicitia consistit essentialiter in actu amoris ut mutuo, unde strictè, & propriè, sive in rigore, & simpliciter sumpta requirit amorem mutuum, & non unicum actum in personis exercentibus amicitiam, & etiam tendit ad communicandum bonum amico, quòd in Deo respectu sui verificari non potest, cum sit plenissimè bonus per identitatem, ut dictum est, & licet personæ divinæ se mutuò diligant, ly tamen mutuò solum verificatur ex parte personarum, inquit, non ex parte actuum, neque ex parte communicationis, quia in actu notionali, quo fit communicatio non est mutua redamatio, quia una persona scilicet producta accipit quidem ab alia producente, sed non è converso.

Fundatur hæc solutio in D.Thom. 22. q.23. art.1. in corp. ubi inquit. *Non quilibet amor habet rationem amicitiæ, sed amor, qui est benevolentiæ, quando scil. sic amamus aliquem, ut ei bonū velimus:* Et post pauca subdit. *Sed nec benevolentia sufficit ad rationem amicitiæ, sed requiritur quadam mutua amatio, quia amicus est amico amicus. Talis autem mutua benevolentia fundatur super aliquam communicationem.* Quibus verbis videtur ad literam tradere prædictam solutionem, dum utrumque requirit ad strictam rationem amicitiæ, ut distinguitur à simplici benevolentia, scil. pluralitatem personarum, & actuum. Quòd ulteriùs explicans quæst. 27. art. 2. in corp. inquit. *Amor, qui est in appetitu intellectiva etiam differt à benevolentia: importat enim quandam unionem secundum affectum amantis ad amatum, in quantum scil. amans æstimat amatum, quodammodo, ut unum sibi, vel ad se pertinens, & sic movetur in ipsum, sed benevolentia est simplex actus voluntatis, quo volumus alicui bonum, etiam non præsupposita prædicta unione affectus ad ipsum.* Quod immediatè ante exemplificat in eo, qui videns duos invicem pugnantes, ex quadam benevolentia repentinè orta vellet alterum eorum vincere. Unde concludit, *Sic ergo in dilectione secundum quod est actus charitatis, includitur quidem benevolentia, sed dilectio, sive amor addit unionem affectus. Et propter hoc Phylos. dicit, lib. 9. Ethic. quod benevolentia est principium amicitiæ.* En iterum, quòd loquens de stricta amicitia, sive prout distinguitur à simplici benevolentia requirit unionem affectus, quæ ut ait supra, importat mutuam amationem. Et in eo etiam, quòd superioribus verbis ait importare hanc unionem affectus, *in quantum amans æstimat amatum quodammodo ut unum sibi, vel ad se pertinens, & sic movetur in ipsum.* Videtur hinc etiam manifestè excludere rationem amicitiæ strictè sumptæ à Deo respectu sui, cum Deus non æstimet bonum proprium, & unum quodammodo cum se ipso, sed sunt summè idem, ac proindè nec per hoc moveatur in illud sicut non movetur in se ipsum.

Nihilominus Mag. Ferre, quamvis fatestur præcedentem solutionem esse magnæ probabilitatis propter authoritatē Doctorum, qui illam sequuntur, non tamen eidem acquiescit, unde eam impugnat. 1. Amor si quis est Dei ad se ipsum, est amor charitatis, sed charitas essentialiter est amicitia, igitur si Deus amat se amore propriè dicto, ille erit amor amicitiæ. Ma. supponit ex dictis à se ipso nempè Deum amare se per charitatem primariò, & secundariò creaturas, juxta illud Hierem. *In charitate dilexi te*: mi. iterum supponit ex dictis à se in tract. de charitate, ubi contra Illustriss. Godoy sustinet charitatem esse essentialiter amicitiam.

2. Impugnat ex his, quæ docuit in eodem tractatu, videlicet, quòd Deus amet creaturas rationales, non tanquam amicum primarium, sed tanquam secundarium, ex quo infert benè componi, quòd illas Deus amet propter se ipsum, quia solus amicus primarius necessè est, quòd ametur propter bonitatem suam, & non propter bonitatem ipsius amati, ergo si Deus amat se amore strictè dicto, tenemus admittere, quòd ille amor sit ad se tanquam ad primarium amicum, & sic erit amor amicitiæ.

3. Deus amat se propter se, & omnia alia ordinat ad se, & propter suam bonitatem diligit. Quæro ergo (concludit) non dicemus amare se amore amicitiæ?

Unde aliter respondet ad argumentum factum, concessa scil. ma. negat mi. Ad illius prob. dicit, ita esse, quòd amicitia est ad alterum, quando amor est ad alterum, non verò, quando amor est ad se, unde supposito semel, quòd Deus verè diligat se, ut supponunt Authores ejusdem solutionis, debent pariter recognoscere in eo amicitiam, quæ non sit ad alterum.

Cœterum ob hujusmodi instantias non videtur recedendum à solutione data, nec ea, quam ipse adducit videtur satis conformis superiori doctrinæ D. Tho., cum expressè asserat amorem charitatis, de quo ibi disputat, superaddere ex propriis ad simplicem benevolentiam, mutuam amationem, quæ non videtur posse subsistere sine alteritate actuum, & personarum, ac proindè, quòd alium amorem amicitiæ strictè sumptæ non agnoscat ni ad alterum, si semel coincidit in idem, amor ejusdem amicitiæ, & charitatis, ut ipsa opponit, unde prædicta distinctio de amore amicitiæ ad alterum, & non ad alterum videtur de subjecto non supponente juxtà doctrinam D. Thom.

Ad 1. ergo impugnationem resp. dist. ma. charitatis gratia. Est amor charitatis juxta meritum, & conditionem amantis conc., quomodocunque nego, & dist. min. Est essentialiter amicitia, secundum adæquatum sui conceptum, conc., inadæquatum, nego mi., & conseq., nam amor charitatis, supposito quòd hæc sit essentialiter amicitia, ex duplici veluti conceptu constituitur, ut insinuat D. Tho. locis relatis, scil. ex unione affectiva ad amatum, & ex mutua amatione, & hic posterior est velut differentialis, seu differentialiter contrahens priorem, ad rationem amicitiæ propriè, & rigorosè sumptæ, & per utrumque etiam distinguit illum D. Tho. à simplici benevolentia, quia hæc importat simplicem affectum voluntatis, quo per repentinam etiam tendentiam vult bonum alicui, sive non supposita, ut ait D. Tho., prædicta unione secundum affectum, & sine mutua amatione. Quamvis ergo dicamus amorem Dei respectu sui esse amorem charitatis, & charitatis amorem esse amicitiæ, non tamen tenemur ess-

asserere, quòd respectu sui sit amor amicitiæ licet sit amor strictè dictus, quia ad illu n satis est, quòd habeat rationem boni pro motivo, secundum unionem affectivam amantis ad amatum, ut explicatum est, quod optimè salvatur in amore Dei respectu sui, ut dictum est, at verò, ut sit amor amicitiæ, vel charitatis, ut reduplicat rationem amicitiæ, requiritur etiam posterior conceptus mutuæ amationis, quia in Deo respectu sui salvari non potest, unde sicut diximus, quòd est summus, & infinitus, qui est altior amore amicitiæ, ita dici potest, quòd in Deo est charitas respectu sui altior omni alia unione affectiva per summam identitatem, cum se ipso tanquam cum supremo analogato totius amoris, vel charitativæ unionis.

Ad 2, dist. conseq., tanquam ad primarium amicum, sumpta amicitia comparativè ad creaturam rationalem transeat, vel conced., comparativè ad se ipsum, nego, vel etiam suppositum illius, quòd respectu sui intransitivè salvetur, aut salvari possit prædictus conceptus alteritatis, & mutuæ amationis, sicut aliquomodo videtur posse salvari, aut salvatur respectu ejusdem creaturæ, quibus sit communicatio suæ bonitatis cum mutua redamatione, Per quod patet ad 3.

Sed adhuc insto sic contra hujusmodi solutiones, & earum fundamentum. Sicut est necessaria ad amicitiam propriè, & rigorosè sumptam alteritas personarum, & actuum, ita pariter necessaria est ad rigorem justitiæ, sed nihilominus salvatur hæc sine eadem alteritate, ut patet in satisfactione Christi etiam respectu sui, ut probatum est 3, p. qu. 1. art. 2., ergo poterit etiam salvari sine illa in Deo stricta amicitia respectu sui. Ma. sumitur ex Philos. 5. Ethic. c.1., & 6., & D. Thom. 2.2, q.58, art. 2, in corp., & prob. quia actio justitiæ supponit debitum, & importat realem æqualitatem, sed idem non est propriè debitor sibi, nec æquale ergo. Nec sufficit, quòd distinguatur realiter, ut pars à toto, quia actiones sunt suppositorum, & totorum, non partium, & ideò inter partem, & totum, vel inter partem, & partem ejusdem totius non potest esse justitia nisi metaphoricè. Mi. etiam constat. Quia negari non potest Filium Dei in humanitate assumpta satisfecisse sibi ipsi, eodem modo, quo Patri, & Spiritui Sancto; hoc enim significat Paulus 2. ad Chor, 5. *Erat Deus in Christo mundum reconcilians sibi*. Et ratio à priori est, Quia licet aliquod peccatum materialiter, vel per accommodationem dicatur esse potiùs contra unam personam, quàm contra aliam, tamen per omne peccatum per se primò formaliter offenditur Deus, ut est summum bonum, Dominus omnium, legislator, & finis creaturarum, & ideò consequenter, & æqualiter offenduntur omnes tres personæ, unde satisfactio Christi est ejusdem rationis omninò in ordine ad tres Personas Trinitatis, ac proindè etiam in ordine ad se ipsum.

Huic instantiæ, quæ videtur habere aliquam apparentiam ex dictis ibidem, dist. ma. sicut, eodem modo, nego, diverso, & salva proportione utriusque, vel inter utramque, conc. Discrimen est, quòd licet actus justitiæ, (& idem proportionabiliter est de actu religionis, gratitudinis &c.) naturaliter reperiri non possit nisi inter supposita realiter distincta quia naturaliter reperiri non possunt duæ naturæ substantiales totales in eodem supposito in quo sensu intelligendi sunt Arist., & D. Th., dum insinuant requiri supposita realiter distincta,) earum hoc non est de ratione essentiali justitiæ, sed conditio ejus naturaliter inseparabilis; supposita tamen supernaturali unione duarum naturarum in eadem persona Christi sufficit realis diversitas naturarum, & voluntatum, & distinctio rationis suppositi ut terminat naturam divinam à se ipso ut terminat humanam, quia virtualiter est duplex suppositum, & perfectissimè agit omnia, quæ possunt agere supposita realiter distincta, unde Christus ut suppositū humanum erat alter realiter in natura, & virtualiter in supposito à se ipso ut divino, & ideò ut suppositum humanum per voluntatem creatam potuit sibi, ut Deo satisfacere, sicut exhibere cultum obedientiæ &c. (de quo Mag. Vincentius q.5. de gratia Christi art. 2. dub. 1. ad 1.) at verò alteritas, & mutua amatio illam importans non est præcisa conditio separabiliter conveniens amicitiæ strictæ, sed magis pertinet, ut explicatum est, ad conceptum ejus quidditativum, & ideò nequit in Deo respectu sui salvari, sed tantum excellentissima unio affectiva, ut dictum est, sive amor summus, & perfectissimus per identitatem amantis cum amato superans omnem aliam amicitiam.

§. IV.

Statuitur secunda Conclusio, & fit satis objectionibus.

Amor, quo Deus amat se distinguitur virtualiter à gaudio. Sumitur ex D. Thom. hic art. 1. in corp., ubi statuit ordinem inter hujusmodi actus, vel affectus voluntatis, scil. amorem, gaudium &c. quòd illi non solum supponunt amorem, ut primam radicem, sed quia etiam habent, ut dictum est, diversum motivum specificativum. Sic enim ait. *Sunt autem quidam actus voluntatis, & appetitus respicientes bonum sub aliqua speciali conditione. Sicut gaudium, & delectatio est de bono præsenti, & habito, desiderium autem, & spes de bono nondum adepto. Amor autem respicit bonum in communi, sive sit habitum, sive non habitum. Unde amor naturaliter est primus actus voluntatis, & appetitus. Et propter hoc omnes alii motus appetitus præsupponunt amorem quasi primam radicem. Nullus enim desiderat aliquid nisi bonum amatum. Neque aliquis gaudet nisi de bono amato. Odium etiam non est nisi de eo, quod contrariatur rei amatæ. Et similiter tristitia, & cætera hujusmodi manifestum est in amorem referri sicut in primum principium.*

Idem docet 2.2, q.28, art.4, dicens. *Est autem contingens ex una habitu plures actus ejusdem rationis ordinatos provenire; quorum unus sequitur ex altero. Et quia posteriores actus non procedunt ex habitu virtutis, nisi per actum priorem, inde est, quòd virtus non definitur, nec denominatur nisi ab actu priori, quamvis, & alii actus ab ea consequantur. Manifestum est autem ex his, quæ supra de passionibus dicta sunt (1. 2. q.25. art.2., & 4.) quod amor est prima affectio appetitivæ potentiæ, ex qua sequitur desiderium, & gaudium. Et ideò habitus virtutis idem est, qui inclinat ad diligendum, & desiderandum bonum dilectum, & ad gaudendum de eo. Sed quia dilectio inter hos actus est prior, inde est, quod virtus non denominatur à gaudio, nec à desiderio, sed à dile-*

dilectione, & dicitur charitas.

Ex quibus prob. concl. præoccupando solutionem, nampe id solum militare de charitate creata, quæ utpotè finita potest multiplicare hujusmodi actus non solum virtualiter, sed etiam realiter distinctos, non vero de infinita, & divina, quæ ob sui eminentiam, & infinitatem unit omnes in unum, in quo suam rationem formalem adæquatam explicat. Contra quam argumentor sic. Ea, quorum unum supponit aliud, ut principium, & radicem cum diversitate motivi, vel rationis formalis distinguuntur realiter in creatis, & virtualiter in divinis, sed ita se habent gaudium, & amor non solum in nobis, sed etiam in Deo, ergo non solum distinguuntur realiter in creatis, sed etiam virtualiter in divinis. Præmissæ patent ex superioribus ma. quidem nam quæ distinguuntur ex suis rationibus formalibus, vel motivis, & non ex præcisa limitatione subjecti, etiam in Deo retinent distinctionem saltem virtualem, ut latè ostensum est, & patet in aliis perfectionibus, vel attributis divinis, justitia, misericordia &c. mi. etiam ex proximè dictis, & ex D.Tho. præcipuè hic ar. 1. relato, ubi expressè agit de amore Deoi. Et licet 2. a. ibi tractet de charitate creata, adhuc tamen etiam servatur proportionabiliter idem ordo saltem virtualis inter utrumque cum præfata diversitate motivi, vel rationis formalis, ergo licet charitas divina ob sui infinitatem utrumque uniat in unum unitate reali, & formali ante intellectum, non tamen virtuali.

Nec refert, quòd charitas hujusmodi affectus respiciat sub eadem ratione formali sibi adæquata, quia ut alibi in physicis, & supra etiam insinuavimus, distinctæ rationes formales objectivæ, quæ sufficiunt ad distinguendum actus, non sufficiunt ad distinguendum habitum vel potentiam, sed valent materialiter se habent ad illam, vel ad ejus rationem formalem adæquatam, unde licet charitas, vel voluntas prædictos motus respiciat sub eadem ratione formali respectu sui, itaut omnes dicantur sub eadem indivisibili convenire comparativà ad illam, non tamen inter se ob diversa peculiaria motiva, vel rationes formales, quas habent ex parte objecti, ut dictum est, & exprimit priori loco D.Tho.

Sed contra hanc concl. oppones primò D.Th. hic ad 1. ubi in fine ait. *Amor igitur, & gaudium, & delectatio secundum quòd sunt actus appetitus sensitivi passiones sunt, non autem secundum quòd significant actus appetitus intellectivi, & sic ponuntur in Deo. Unde dicit Philos. in 7. Ethic., quòd Deus una, & simplici operatione gaudet, & eadem ratione sine passione amat*, §. Resp. quòd cum in corp. distinguat hos motus ex parte motivi, & secundum ordinem prioris, & posterioris supponentia priorem, ut principium, & radicem, intelligi nequit de unitate, & simplicitate per exclusionem distinctionis etiam virtualis, sed solius formalis, nisi velimus, quòd in solutione destruat, quod præmiserat in corp. Nam ob eundem ordinem, & diversitatem motivi petunt virtualiter distingui, ut probatum est.

2. Objicies iterum contra superiorem paritatem de scientia simplicis intelligentiæ, & visionis. Non magis, imò minùs quiditativè distinguuntur, vel objectivè, amor, & gaudium, quàm utraque hæc scientia, sed istæ non distinguuntur virtualiter in Deo, ut suppono ex communi consensu, sed sola ratione, ergo hac sola distinguatur amor à gaudio: ma. patet ex dictis, & ex definitione utriusque scientiæ, cum sim. intelligentia, vel scientia abstractiva, ut vid. ex sui conceptu definitivo excludat præsentiam illam, quam ex proprio exigit visio, non tamen a... possessionem boni, de quo ut possesso est gaudium, ergo magis hæc duo conveniunt quiditativè, vel objectivè, quàm prædictæ scientiæ.

Resp. dist. ma. minùs objectivè distinguuntur facta comparatione ad objectum tum primarium, quàm secundarium transeat, vel conc., ad primarium tantum neg., vel etiam suppositum illius, cum simplex scientia, vel abstractiva versari non possit, ut dictum est, circa intelligibila divinum, vel primarium, sed tantù circa secundarium, seu circa creaturas possibiles. Unde est discrimen, quòd diversitas inter utramque scientiam est in ordine ad objectum secundarium, ex qua provenire nequit distinctio virtualis in actibus scientiæ, & voluntatis Dei, ut patet etiam in nobis, in quibus objectum secundariò se habens ad actum est in sufficiens ad distinguendum essentialiter unum actum ab alio, cæterum gaudium, & amor strictè dictus in Deo accipiunt discrimen, ut vidimus, ex objecto primario, scil. bonitate divina, quæ diversimodè movet sub ratione boni absolutè, sub qua specificat amorem, & sub ratione possessi, sub qua specificat gaudium.

Sed instas. Quia diversa hujusmodi motiva respectu amoris, & gaudii non sufficiunt ad distinguendum adhuc utrumque inter se virtualiter, ergo. Prob. ant. Quamvis se teneant ex parte objecti primarii, formaliter tamen conveniunt sub una ratione boni divini, ergo non sufficiunt ad distinguendum præfatos actus virtualiter inter se. §. Urg. hoc. Nam quia irascibile, & concupiscibile intellectivum comprehenduntur sub una ratione formali boni ut sic, quæ est objectum voluntatis, non distinguimus in voluntate duas potentias etiam virtualiter, quarum una sit irascibilis, & altera concupiscibilis, ergo pariter quia motiva illa peculiaria gaudii, & amoris continentur sub motivo charitatis non sufficiunt ad distinguendum duos actus virtualiter, quorum alter sit amor, & alter gaudium.

Huic instantiæ patet ex proximè, & alibi dictis, quòd quia actus habent minorem amplitudinem, vel universalitatē, quàm habitus, & isti quàm potentia, id quod sufficit ad distinguendum actus, non sufficit ad distinguendum habitus, & quod etiam sufficit ad distinguendum habitus non sufficit ad distinguendum potentias, unde optimè stat, quòd peculiaria motiva, quæ sufficiunt ad distinguendum gaudium, & amorem non sufficiant ad distinguendum divinam charitatem, vel voluntatem, sed materialiter se habeant comparativè ad illam, formaliter tamen comparativè ad utrumque actum inter se, licet contineantur, sub una ratione, vel motivo adæquato respectu ejusdem, scil. boni divini, ut sic. Unde in forma neg. ant. Ad prob. neg. conseq. ob prædictum discrimen inter actus, & eorum principia. Per quod etiam patet ad confirmat.



QUÆSTIO SECUNDA.

An Deus amet omnia, & æqualiter.

INstituimus hanc 2. quæstionem ad explicandum magis,quam ad investigandum amorem Dei erga creaturas, & quidem ex his quæ tradit D.Tho. hic ar.1. quoad priorem partem, confirmari poterit, quæ supra docuimus de amore ejus circa creaturas possibiles in favorem sententiæ negativæ jam communis apud Thomistas.

§. PRIMUS.

Expeditur prior pars.

DIco primò Deus amat omnia existentia, non tamen eo modo, quo nos. Ita D.Tho. ar.2. & quoad 1.part. probat. Nam omnia existentia in quantum sunt, bona sunt, at non sunt bona, nisi in quantum Deus amet illa, seu vult illis bonum ergo amat omnia existentia: ma. constat, quia esse existentiæ, rei quoddam bonum est, & similiter qualibet perfectio ipsius: mi.etiam est certa ex his,quæ docuit quæst. antec. art., nam voluntas Dei est causa omnium rerum, ergo in tantum habet aliquid esse, aut quodcunque bonum, in quantum est volitum à Deo, ac proinde amatum ab illo, nam amare nil aliud est, quam velle bonum alicui. Unde concludit *Igitur manifestum est*, quòd Deus omnia, quæ sunt amat. §. 2. Partem probat ex opposito. Quia voluntas nostra non est causa bonitatis rerum, quas amet, sed magis eam præsupponit, ut objectum, à quo movetur, ergo non amat eo modo, quo nos.

Unde inquit, amor noster, quo bonum alteri volumus non est causa bonitatis ipsius, sed è converso bonitas ejus,vel vera,vel æstimata provocat ad amorem, quo ei volumus, & bonum conservari, quod habet, & addi, quod non habet, & ad hoc operamur, sed amor Dei est infundens, & creans bonitatem in rebus.

Difficultas tamen est circa solut, ad 1., quod talis erat, *Secundum D.Dionys. 4.c. de Divinis nominibus, amor amantem extra se ponit, & eum quod ammodo in amatum transfert, In conveniens est autem dicere, quod Deus extra se positus in alia transferatur, ergo inconveniens est dicere, quod Deus alia à se amet.* Cui resp. *Ad 1. dicendum, quòd amans sic fit extra se in amatum, translatum, in quantum vult amato bonum, & operatur per suam providentiam, sicut & sibi. Unde dicit Dionys.4.cap. de Divinis Nominibus, Audendum est autem, & hoc pro veritate dicere, quod & ipse omnium causa per abundantiam amativæ bonitatis extra se ipsum fit ad omnia existentia providens.*

Ex hac solutione datur intelligi, non esse inconveniens, Deum sic extra se poni, & in amatum transferri intelligendo per hoc, non aliud, quam velle bonum creaturæ, sicut & sibi, & provideri illi, sicut & provident sibi, itaut nihil eliud sit amantem fieri emetum affectivè, quàm velle bonum, & providere illi, sicut vult bonum, & providet sibi, Hoc autem videtur falsum, nam valle sic bonum amato, & providere illi, sicut & sibi oritur ex hoc, quòd amor facit identitatem inter utrumque; ex hoc enim, quòd affectivè amans est res amata, vult bonum illi, sicut & sibi, & ex hoc providet illi de bonis, sicut & sibi; unde,ut vidimus ex eodem, amor primò unit amantem cum amato, & deinde communicat ei bonum beneficiendo, & providendo de necessariis. Tunc verò est difficultas, quam opponit argumentum, an scil. id sit inconveniens, quòd Deus sic transformetur in creaturam per ad hæsionem, vel identitatem affectivam.

Hanc tamen difficultatem videtur præoccupasse D.Tho. in sua conclus., dum ait Deum amare existentia non eo modo, quo nos, quia nempè Deus amat causando bonum amati, nos verò supponendo illud; quod videtur idem ac dicere, ut supra insinuavimus, amorem Dei ad nos esse purè effectivum, nostrum verò purè affectivum, Uterque autem in hoc distinguitur, quòd prior non prius unit, & deindè communicat, sed communicando unit, quod est unire effectivè amantem cum amato, in qua unione nulla est imperfectio, imò relucet infinita ejus bonitas, tanquam fons totius bonitatis in creaturis, quia nempè non vult bonum creaturæ propter affectum ad bonitatem ejus, quasi moveatur ab illa, sicut nos, tanquam ab objecto, sed propter affectum ad bonitatem suam, de qua vult creaturam participare, & ideò rectissimè ait D. Tho., quòd Deus amans transfertur ad creaturam, non quasi alliciatur à præsupposita ejus bonitate ad sui amorē, sicut allicimur nos ad nostrum, sic enim esset imperfectio in translatione ejus, sicut est in nostra per primam unionem purè affectivam, & sterilem, sed quatenus vult ei bonum communicando illud, sive esse existentiæ, & quamcunque aliam perfectionem, quod est transferri ad illam purè effectivè, quod est proprium solius Dei, ac proindè summa perfectio in illo.

Ex quibus duo colligimus; primum, quòd in nullo vero sensu verificari potest, Deum se ipsum diligere propter creaturas. Tum quia nullam supponit bonitatem, quam priùs illis non communicat ordinando illam ad se ipsum, ut ad ultimum finem. Tum quia dum diciturDeum diligere unum propter aliud, solum verificari potest ex parte objecti, quatenus objectum unum ordinat ad aliud propter illius bonum, non ex parte sui, sive ex parte actus voluntatis divinæ, ex quo potiùs derivatur ut dictum est, omnis bonitas in illis, unde nulla potest esse terminus finalis, sive finis cujus gratia respectu illius, ac proinde ex parte objecti nequit se ipsum ad creaturas, ut finem ordinare, esset enim perversitas ordinis in Deo.

Sed pro hujus recta intelligentia ne fiat æquivocatio, adverto ex D.Tho. in 2. dist.1. q.2. ar.1. (quod etiā deservit ad alias graves difficultates rectè percipiendas, & resolvendas) duplicem esse finem, alium per se intentum ab agente, qui semper est perfectior his, quæ ad ipsum ordinantur; alium non per se intentum,sed ut id,cui provenit utilitas ex operatione agentis. Ita D. Thom. dicens, hominem esse finem operum Dei, non sicut per se intentum ab agente, sed ut id, ad cujus utilitatem ordinantur opera Dei. Unde ibidem dist.15. q.1. ar.1. ad 6. docet, quòd licet sit contra sapientiam ordinare supremum bonum in minus bonum, ut in finē propter se amatum, non tamen,ut in finem,cui provenit bonum, vel utilitas, qui tamen non propter se amatur, sed propter aliud: qua ratione dicimus, quòd licet providentia Regis

qaid excellentius pace eustici, nihilominus sapienter ordinatur ad eam, ut in finem cui, de quo 3.p. q.1.ad ar.1. quando ergo dicimus Deum non amare se ipsum propter creaturas, non intendimus excludere finem cui, vel non propter se intentum sed finem cujus gratia, vel per se intentum.

Hæc omnia paucis verbis comprehendit D.Tho. hic ar.2. ad 3. in fine ubi inquit *sic igitur Deus propriè loquendo non amat creaturas irrationales amore amicitiæ, sed amore concupiscentiæ, in quantum ordinat eas ad creaturas rationales*; (en quomodo ex parte objecti, ordinat unum ad aliud, ut finem cui, sive in ejus utilitatem,) *& etiam ad se ipsum, non quasi eis indigeat, sed propter suam bonitatem*; (en finis per se intentus) *& nostram utilitatem*; (en iterum finis cui:) *concupiscimus enim aliquid, & nobis, & aliis*.

In his ultimis verbis subtiliter insinuat, (ut advertit Illustriss. Godoy hic §. 4. ad 2.,) dupliciter posse creaturam diligi à Deo in ordine ad se ipsum; primò in ordine ad se, ut honorandum, & glorificandum, itaut tali amore Deus primò intendat gloriam extrinsecam ex creaturis provenientem, & tunc amatur amore concupiscentiæ, non amicitiæ, secundò in ordine ad se, vel ad sui bonitatem non præcisè ut glorificandam, sed ut est ratio movendi ad earum amorem, prout participabilis per modum finis efficientis, & exemplaris; & tunc amatur amore amicitiæ, quia non amatur propter commodum, aut utilitatem adhuc extrinsecam, quod erat necessarium, ut non esset amor amicitiæ, sed concupiscientiæ. Et propterea dicit, quod creaturas irrationales amat amore concupiscientiæ, quatenus amat illas ob bonum creaturarum rationalium, & etiam sui, scil. ut glorificandi.

Secundò colligimus amorem Dei, ut supra etiam ostensum est, non se extendere ad creaturas possibiles reduplicato statu possibilitatis, sive ut reduplicativè sistunt intra illum. Nam juxta D.Tho. in hoc differt amor Dei à nostro erga creaturam, quòd quando terminat ad illam causat bonitatem, itaut in tantum amat eam, in quantum vult ei bonum, & causat illud, & propterea amorem sui determinat ad creaturas existentes in priori parte suæ conclusionis, licet in titulo articuli indeterminatè inquirat de illis. Quod videtur evidens signum, se non agnoscere alium amorem ad illas, nisi quo vult communicare, aut communicat illis esse existentiæ, qui est amor effectivus, & non simplicis complacentiæ ad purè possibilia, unde si semel amore suo se extendit ad illa, non relinquit in illo statu, ut dicebamus, sed extrahit, & transfert ad illum futuritionis, in quo dicunt ordinem ad existentiam.

Expl., & urg. totum hoc. Nam D. Tho. dum in titulo quærit an Deus amet omnia, vel intendit solum resolvere id, quod est certum apud omnes, nempè amorem existentium; & relinquere irresolutum id, quod est dubium, scil. amorem possibilium, vel resolvere utrumque. Si primum; videtur valdè diminutè, & deficienter procedere, dum inquirendo de omnibus, de aliquibus tantum resolvit, sive unam partem tantum. Si verò secundum, & respondeat amare omnia existentia, manifestè excludit possibilia tanquam incapacia amoris, nam si essent prout sic amabilia, dum intendit de omnibus resolvere, planè non responderet, expressè tantum affirmando de solis existentibus, nisi iterum velimus deficientem ejus responsionem, quod est alienum.

§. II.

Expeditur secunda pars circa 3., & 4. art. D.Th.

IN 3. inquirit utrum Deus æqualiter diligat omnia, & in 4., an semper magis diligat meliora, & resolutio utriusque pendet ex eodem principio, quòd amor Dei contrapositivè ad nostrum, est causa totius bonitatis in creaturis. §. Dicendum est ergo secundò necesse esse dicere, quòd non diligat omnia æqualiter, & semper diligat meliora. Suppono cum eodem inæqualitatem, vel excessum non posse verificari ex parte actus, cum omnia amet uno, & simplici actu, & semper æqualis intensionis ex parte sui; sed ex parte objecti, cui vult majus, vel minus, aut melius bonum.

Hoc supposito prob. Nam amor Dei, ut dictum est, est causa bonitatis in rebus ergo necessè est dicere, quòd non omnia æqualiter diligat, & semper diligat meliora; conseq. tenet, quia aliàs non esset unum, majus bonum, aut melius alio, si æqualiter diligeret, nec diligeret meliora, cum ab hujusmodi dilectione causetur universa bonitas in creaturis.

Mag. Serra hìc in expositione textus, extendit, ut vidimus supra, hanc doctrinam ad amorem simplicis complacentiæ erga possibilia. Ait enim, cum bonitas possibilis non sit æqualis, sed quorundam major, alia minor, quædam aliis magis amat Deus ex parte boni amati, magis enim ei placet actus possibilis charitatis, quàm humilitatis.

Sed jam vidimus id esse de subjecto non supponente; Nam bonitas possibilis cum sit purè quidditativa, non per modum exercitii, ut requiritur ad terminandum actualem amorem ex modo tendendi voluntatis contrapositivè ad illum intellectus, ut ostensum est, sicut est insufficiens ad semel illum terminandum ex parte sui, ità pariter major, vel minor intra illum statum insufficiens est ex parte quoque sui ad terminandum inæqualiter. Unde sicut est excessus objectivus bonitatis purè possibilis, ita erit terminabilitas in illis tantum actualis, ac proindè bonitas charitatis in illo statu erit magis amabilis, vel placens possibiliter, bonitate humilitatis, non actu, nisi eodem amore, ut dictum est, transferatur ad statum futuritionis, & tempore statuto ad illum existentiæ, sed tunc non erit simplex complacentia, vel purè affectivus, sed magis effectivus, quam solum satis expressè videtur admittere D.Th. dum adhunc solum recurrit in his articulis stabiliendis suis conclusionibus, ut explicatum est.

Addo ad hæc, quòd præcedens doctrina de extendendo amore Dei ad majorem, vel minorem bonitatem, vel amabilitatem possibilium, videtur favere sententiæ Scoti, qui ut vidimus 3.p.q.1.ad ar.3. ex eo absolutè affirmat peccato non existente adhuc futuram incarnationem ex vi decreti, quod de facto habuit Deus, quia secundum se est majus bonum, & amabile independenter à peccato, ac proindè ita de facto fuisse volitam, cum tamen prout sic sit solum possibilis, ut suppono ex communi nostra sententia quòd scil. ex vi ejusdem decreti non venisset Christus non existente motivo remedii supponente peccatum,

argo

ergo ex majori, vel minori bonitate, vel amabilitate adhuc, vel purè possibili, non licet inferre actualem amorem, ut magis recedamus ab esdem opposita sententia, sive sit amor, (ut contandit idem Mag. simplicis complacentiæ, sive affectivus, ut contingit, si actualem amoram non admittimus nisi post decretū de re volite à Deo per illud; sicut nec videtur admittare hic D. Tho., dum recurrit tantum, ut dictum est, ad amorem causativum, sive effectivum, nullam exprosè faciens mentionem de illo possibilium. Unde communiter rajicimus absolutè ibi cum Cajet. §. ad 3. ex Scoto, hanc conseq. Hoc secundum se ast majus bonum, vel magis amabila, ergo ast magis amatom à Deo, cum tamen juxta doctrinam ejusdem Mag. posset aliquomodo iostari in prædicto amore possibilium, ità ut videretur aliquomodo subsistere., si semel ex simplici majori, vel minori bonitate, vel amabilitate inferri, vel sequi potest actualis amor Dei. Sed de his ibidem.

Scio nihilominus adhuc optimé salvari nostram sententiem circa adventum Christi admisso adhoc amore prædicto, cum nun de sint instantiæ ad evidanter infirmandam præfatam conseq. Scoti, ut aliis omissis manifestá patet in saluta omnium hominum, quæ absolutè loquendo ast magis amabilis, quàm salus aliquorum, quia ast majus bonum, & tamen noo est magis amate à *Deo*, quia ut ostensum est, licet voluntate antecedenti velit omnes homines salvus fieri, tamen volontate efficeci, & beneplaciti non voluit salutam omnium, & hoc sapientissimè citrá ullam inordinationem, ot modo suppono. Nihilominue, ut dictum est, negato eodem amore vidamur magis ab opposite sentantia recedera, & illius consequantiam urgentiùe rejicere. Sed hęc obiter dicta sint.

Contra conclusionam præcipuè contre 2. part. de dilectione meliorum proponit D. Thom. plures instanties, io quarum solutionibus occorrunt aliquæ difficultetes, quas etism promovet M. Ferre hic §. 5. & placet etiam examinare ad pluras alias resolvendas io seqq. materiis. Primam dat in Christo, Unde arguit sic. *Manifestum est, quòd Christus est meliar tota genere humana, cum sit Deus, & homo, sed Deus magis dilexit genus humanum, quàm Christum, quia dicitur Rom. 8. propria filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ergo Deus non semper magis diligit meliora.*

Respondet. *Ad 1. dicendum, quòd Deus Christum diligit non solum plus, quàm totum genus humanum, sed etiam magis, quàm totam universitatem creaturarum, quia scil. ei majus bonum voluit, quia dedit ei nomen, quod est super omne nomen, ut verus Deus esset. Nec ejus excellentia deperiit ex hoc, quòd Deus dedit eum in mortem pro salute humani generis. Quinimmò ex hac factus est victor gloriosus. Factus enim est principatus super humerum ejus, ut dicitur Isa. 9.*

Circa hanc solutioo. videtur difficultas in eo, quòd tradendo Christum ad mortem, ut viveret genus humanum, oam quamvis nihil deperierit excellentiæ ejus, quòd pro eodem mortuus sit, imò ex hoc fuerit factus victor gloriosus, ut ait D. Thom., minùs tamen videtur dilectus, dum vita ejus pro vita alterius sit tradite, sicut quàmvis nihil depereat gloriæ Civium, dum vitam exponuot pro vita, vel defensione Principis, minùs tameo censentur dilecti, dum jussu illius eam tredunt pro vita illius, quamvis hinc evadant victores gloriosi. Et ratio utriusque est, quam supra insinuavimus, quia id, quod ordinatur ad bonum alterius minùs diligitor, quàm boonm, ad quod ordioatur, aliàs non videretur rectè ordinari ad illud.

Huic difficultati M. Ferre, (quàm ipse alio simili exemplificat de margarite, in que si quis sibi complaceat, quòd pro ea comparanda vendat universa, quæ habet, videtur magis amare illam, quàm cætera, quæ possidet.) Responder ex eodem D. Thom., quòd Deus non tradidit Christum ad mortem ob solam vitam generis humani, sed ut per ipsum victor gloriosus evaderet de morte, & de diabolo, ut nomen sibi gloriosum sic faceret, quòd in nomine Jesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Christus in gloria est Dei Patris. Unde, (concludit,) in hoc, quòd ad mortem tradidit illum, magis ipsum dilexit, quàm genus humanum, & universitatem creaturarum omnium. Quia prout sic voluit illi majus bonum, scil. nomen Jesu, quod est bonum majus toto genere humano, & universitate creaturarum omnium, unde mors fuit veluti scala, inquit, per quam ad hanc gloriam super universam creaturam ascenderet.

Solutio est optima, & ad intentum D. Thom., & ad planam satisfactionem argumenti. Sed adhuc restat explicandum, quomodo hoc majus, & excellentius bonum Christi possit salvo sui excessu ordinari ad bonum, scil. ad vitam, vel salutem generis humani sine eo quòd ex hoc ordine aliquid depereat de eadem excellentia. §. Adhoc ergo dicimus, ut supra, quòd nostra salus non est finis Christi propter se amati, (nam hic est Deus,) sed finis cui, vel effectus ejus, in quo nullum est inconveniens, ut explicatum est. Immò in hoc etiam apparuit maxima ejus charitas ad nos ut advertit D. Tho. 3. p. quæst. 47. art. 3. ad 1., & 4. cont. Gent. cap. 55. &c. (& est doctrine Anselm. lib. 1. cur Deus homo cap. 10.) quòd Deus non tradidit illum pro nobis ut hominem invitum, quamvis aliàs possit Deus citra omnem injustitiam, cum sit supremus Dominus vitæ obligare innocentem etiam invitum, & reluctantem pati, & mori pro peccatoribus;) sed inspirando ei voluntatem patiendi; unde liberè Christus ex charitate se ipsum tradidit pro nobis, ut Apost. docet ad Gal. 5., & quia hunc actum liberum charitatis in humana ejus voluntate Deus est operatus, ideò pro nobis dicitur à Deo traditus ad Rom. 3.

Secundam instantiam opponit D. Thom. de Angelis, unde arguit sic. Angelus est melior *homine, unde in psal. dicitur de homine, minuisti eum paulo minus ab Angelis. Sed Deus plus dilexit hominem, quàm Angelum; Dicitur enim Hebr. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, ergo Deus non semper diligit meliora.*

Respondet. *Ad 2. dicendum, quòd naturam humanam assumptam à Deo Verbo in Christo Deus plus amat, quàm omnes Angelos, & melior est maximè ratione unionis, sed loquendo de natura humana communiter, eam Angelicæ comparando secundum ordinem ad gratiam, & gloriam æqualitas invenitur, cum eadem sit mensura hominis, & Angeli, ut dicitur Apoc. 20., ità tamen, quòd quidam Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines, quibusdam Angelis, quantum ad hoc potiores inveniuntur. Sed quantum ad conditionem naturæ Angelus est melior homine; nec ideò naturam humanam assum-*

sumpsit Deus, quia hominem absoluti alius diligeret; sed quia plus indigebat. Sicut bonus Pater familias aliquid pretiosius dat servo ægrotanti, quod non filio sano. Ità egregiè D. Tho.

Sed difficultas est in eo, quòd in initio solutionis ait, naturam scil. humanam plus fuisse dilectam à Deo rationis unionis, cui nempè voluit hoc maximùm bonum, & majorem gratiam, & majorem gloriam præ Angelis. Nam eadem natura, ut prævenit hæc omnia dona est inferior Angelis; ut vel idem posteà fatetur facta comparatione naturæ ad naturam, ergo si in illo priori, sive in se sumptam magis illam dilexit, estò prout sic minùs bona esset, jam non semper meliore diligit, §. Quòd si dicas cum eodem non ideo voluisse illi secundum se sumptæ tot bona, quia magis eam diligerat, sed quia magis indigebat. §. Contra hoc est primò, quia videtur solutio repugnans cum doctrina corp. Nam Deum magis aliquid diligere, ut docet ibidem est idem, quod velle illi majus bonum, quod probat, quia amare est velle bonum, ac proinde magis amare est velle majus bonum, ex quo quis fit major, ergo non componuntur hæc duo, quòd voluerit illi majus bonum, & quòd non magis dil gare, vel si semel stat, quòd velit alicui majus bonum, & tamen non plus diligat, manifestè ruere videtur doctrina, & ratio corp.

2. Nam licet illam prout sic non magis diligeret, tamen aliquomodo diligebat, ut patet ex tot donis illi collatis, ergo amor Dei ad illam prout sic non erat ad malius, quia idem est tendere ad melius, & magis diligere juxta eandem doctrinam corp. Tum quia juxta solutionem, ideò non magis dilexit, quia non dilexit, ut meliorem, sed ut magis indigentem, ergo non omnis amor Dei tendit ad melius, ac proinde non semper Deus maliora diligit.

Explicatur, & urgetur totum hoc. Si ità est, quòd voluit illi majora bona, non quia magis diligerat, sed quia ille magis indigebat, ergo non est idem magis diligere, & velle majus bonum, in quo fundatur Div. Thom. ad stabiliendam suam conclusionem, nempè, quòd sicut amare est velle bonum, ita magis amare est velle majus bonum.

Sed ad hæc facilè respond. unico verbo nunquam verificari oppositum illius, quod docuit in corp., scil. quòd in eo, in quo voluit majus bonum non magis diligeret, & in eo, in quo minùs, non minùs diligeret. Unde ad difficultatem primò propositam, dicimus esse optimam solutionem datam ex ultimis illis verbis D. Tho., quòd non ideò illi assumpserit Deus, quia magis, scil. respectivè ad bona naturæ, nam quoad hæc minus diligebat, quia intra ordinem naturæ voluit illi minora bona juxtà illud; *Minuisti illum paulò minus ab Angelis*, sed tamen quia magis indigebat motus ex sua infinita misericordia voluit majora intra superiorem gratiæ, & intra istum magis dilexit assumendo ad unionem sui personalem. Quæ etiam ratione ut docet D. Thom. in 3. dist. 1. qu. 1. art. 2. ad 4. abundantior ostenditur divina misericordia ex hoc, quòd tam multa passus pro nobis satisfecerit Deus, quàm sine satisfactione peccata remisisset; sicut Rex si se ipsum morti traderet, ut servum à morte erueret, magis ostenderet misericordiam ergo illum, quàm si gratis eidem pœnam mortis remitteret.

Ex quo patet ad utramque replicam, & utriusque confir. Ad 1. quidem nego ant. Ad prob. annexam nego suppositum consequentis, quòd minus diligeret in quo voluit majus bonum, scil. intra ordinem gratiæ, licet minus d ligeret intra ordinem naturæ, in quo voluit minus.

Ad 2. dicimus, quòd illam prout sic non præcisè dilexit, sed minùs, quia reverà illi prout sic, minus bonum voluit, amore, scil. putè creativo, quo proindè minora bona contulit, quàm Angelis, at non eodam voluit majora, sive altiora dona gratiæ, sed alio altiori, & majori, & sic semper verificatur, quòd ad meliora tendit, quò plus amet. Unde ad aliam prob. annexam, quòd ideo non magis dilexit, quia non dilexit, ut meliorem, sed ut magis indigentem, jam dictum est, non esse eundem amorem ad illam prout sic, & ut ad magis indigentem, nam ille est purè creativus, hic verò collativus donorum gratiæ, unde est major, & altior dilectio, qua iterum verificatur ad melius tendere, quod est firmum intentum Div. Thom. Et per hoc etiam patet ad explicat. Nam propterea majus bonum voluit, quia magis indigebat, sed non eodem amore, quo minùs illam secundum se sumptam diligebat, sed quo magis per majorum donorum communicationem, & ideò semper verissimum est, quod meliora Deus magis amet; non quæ supponentur meliora antequam Deus sic specialiter diligat, ut dictum est, sed quæ quæ ex vi hujus specialis dilectionis meliora constituuntur.

3. Instantiam adducit D. Tho. de Petro, & Joan. Unde 3. arguit, *Petrus fuit melior Joanne*, (scil. Evangelista,) *quia plus Christum diligebat. Unde Dominus sciens hoc esse verum interrogavit Petrum dicens, Simon Joannis diligis me plus his? Sed tamen Christus plus dilexit Joannem, quàm Petrum; Ut enim dicit Aug.* tract. ult. in Jo. inter princip., & med. tom. 9. *super illud Jo. 20. Simon Joannis diligis me? hoc ipso signo, Jo. à cæteris discipulis discernitur: non quòd solum eum, sed quòd plus eum cæteris diligebat, non ergo semper magis diligit meliora.*

Respondet. *Ad 3. dicendum, quòd hæc dubitatio de Petro, & Jo. multipliciter solvitur. Aug. namque refert hoc ad mysterium dicens, quòd vita activa, quæ significatur per Petrum, plus diligit Deum, quàm vita contemplativa, quæ significatur per Io., quia magis sentit præsentis vitæ angustias, & æstuantiùs ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplativam verò vitam Deus plus diligit, quia magis eam conservat, non enim simul finitur cum vita corporis, sicut vita activa.*

Quidam verò dicunt, quòd Petrus plus dilexit Christum in membris, sic etiam à Christo plus fuit dilectus, unde ei Ecclesiam commendavit. Io. verò plus dilexit Christum in se ipso. Et sic plus ab eo fuit dilectus, unde ei commendavit Matrem. Alii verò dicunt, quòd incertum est, quis horum plus Christum dilexerit amore charitatis, & similiter, quem Deus plus dilexerit in ordine ad majorem gloriam vitæ æternæ. Sed Petrus dicitur plùs dilexisse, quantum ad quandam promptitudinem, vel fervorem. Io. verò plus dilectus, quantum ad quædam familiaritatis indicia, quæ Christus ei magis demonstrabat propter ejus juventutem, & puritatem. Alii verò dicunt, quòd Christus plus dilexit Petrum quantum ad excellentius donum charitatis. Io. verò plus, quantum ad donum intellectus, unde simpliciter Petrus fuit melior, & magis dilectus, sed Io. secundum quid, sed demum concludit D. Thom. *Præsumptuosum ta-*

tamen videtur hoc diudicare, quia ut dicitur Prov.16. Spirituum ponderator est Dominus, & nou alius.

Ex quibus ultimis verbis D.Tho. subdit in primis M. Perra. Hæc ultime verbe vellem, habereot in mente concionetores, qui dum da festo S. Jo. Evangelistæ coram Monielibus concionātur, sic illum præ Baptista leudant, quòd Baptistem in conspectu ejus noo supponete dicant, & si suppositionem edmittunt, non aliam ei attribuunt, quàm vocis præ Joanne, quesi unus tentum sit Jo. Evengalista, cuius vox Beptiste sit. E contra verò cum de Baptista sermonem habent curam eisdam, sic miserum Evengelistem faciunt, quòd sub syndona totum avoluant, quasi non valentem, quando de Baptistæ meritis egitur. Ex quo multa apud Monieles scandele sub sequuntur, quorum ectiva causa sunt concionetores sic inducti, vel inprudentes. Ita exprimit zelum suum contra eoldem idem Meg.

Obiter eddam ad hæc non solum esse id inconveniens, sed velle etiam de aliquo quàmlibet sanctissimo viro in genere sanctitatis, vel gratiæ effirmare speciale eliquid privilegium, de quo scriptura, vel SS. Patras mentionem non faciunt, ut monet D.Th. 3.p. q.27. ar.6. in corp., & rationem reddit, *Quia hujusmodi privilegia, quæ dantur aliquibus præter legem communem ordinantur ad utilitatem aliorum secundum illud 1. ad Corint.12. Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, quæ nulla proveniret, nisi Ecclesiæ innotesceret.*

Est tamen difficultas circa præfatam solutionem ad argum., quòd videtur deficiens, vel diminuta. Nam licet dicemus præsumptuosum esse velle di judicere de excessu unius ad elterum, edhuc restet explicandum, quomodo circe illos subsistat conclusio corp., nempè quòd dilectio Dei semper terminetur ed meliora si semel detur instantia, in qua juxta solutionem nescitur an sic termioetur. §. 2. Nam D.Th. elibi super Jo. ed c.21. lect.5. super ille verba. *Sic eum volo manere*, inquit. *Et ideò credendum est, quòd mortuus fuit, & ressurexit in corpore. Et hujusmodi signum est, quia corpus ejus non invenitur, & sic Beatus manet cum Christo secundum quòd invitavit eum Apoc. ultimo. Dicit, qui testimonium perhibet istorum. Etiam veniam citò.*

Quòd etiem repetit noster Granate conciona 2. in festo ejusdem Sancti §. in fina, ubi relete ex Metaphrast. esse aliquorum opinionem, quem etiam refert D.Tho. ibidem, qui nempè dicunt cum Enoch, & Elie illum adhuc vivere, & servari credunt, ut tres isti viri triplicis legis, scil. naturæ scriptæ, & gratiæ testes sint; subdit deinde. Alii contredicunt non esse verisimile, quòd dilectissimum Discipulum Dominus in carne manare, & amentissimi Magistri conspectu temdiù priveri voluesit, quod illi certè molestissimum esset. Querè verisimiliùs esse credunt, sanctissimam illam Animam cum ipso Corpore in Cœlum fuisse transletam, ut quemadmodum de Sacratissima Virgine, quia corpus ejus in terra non invenitur, cùm anime in Cœlum, assumptum creditur, idem etiem de Joenne adoptionis filio credendum sit. Nem cum corpus ejus in terra non appereat, quò potuit purissimum corpus illud nisi in Cœlum cum enime demigrere? Cur enim eb humenis conspectibus illud Dominus sub trehebet, nisi in beetes illes oras asportere decrevisset: quandoquidem aliorum Apostolorum epud nos servari voluerit? Hoc eutem præmium castissimo ejus corpori debebetur, ut videlicet expers esset corruptionis, quod tota vite omnis expers fuerat carnelis voluptatis. Ut hoc exemplo, & Virgines puritatem suam velut pratiosissimum thesaurum tueantur, & carnales homines impuritatem suam perpetuis lamentis defleant. Ita egregiè laudetus vir illum commendat.

Sed tunc subsumo, Privilegium istud tem sublime videtur gravissimum, imò certum indicium excessus emoris Dei erga illum supra Petrum, ergo non erit præsumptuosum diudicare id comperativè ad Petrum. Conseq. tenet, quie non est censendum præsumptuosum, quod tam megno fundemento effirmetur. Ant. etiam constat ex eo, quòd ex eodem privilegio concesso B. Virgini legitimè inferimus eundem excessum amoris divini ad illam supra alios, ergo poterit etiem inferri respectu Jo. supre Petrum.

Ad primem resp. negende, quòd sit insufficiens, nem satis est ad solutionem ergumenti, quòd illo modo, quo illorum alter fuit melior, megis à Deo dilectus sit, ut reverà concluditur juxta illem à D.Tho., nec revera poteret aliter meliùs responderi, quendo egitur de duobus, de quorum altero determinetè nescitur, quie fuerit melior. Nam sic respondendo, nec temerè profertur judicium, & eliàs plenè solvitur argumentum, quomodocunque dicatur circa illem dubitationem de Petro, & Joanne, ut rectè insinuat M.Porrecta. Per quod patet ad prob. enoexem. Nam elind est quòd dilectio Dei semper terminetur ed meliora, (& hoc determinetè scitur etiam in instantia adducta juxte solutionem, si intimè penetretur, & juxta doctrinam corp., ed quā semper collimet D.Tho. in solutionibus, quorum primem perpetuò inchoet non absolutè, sed cum particule illative, vel connexiva, scil. Ad 1. ergo dicendum &c.) Aliud verò, quòd determinatè terminetur ad hoc, vel illud, quando de illis determinatè nescitur excessus bonitetis unius præ alio. Ad hoc enim non tenebatur, imò nec poteret se extendere solutio ebsque præsumptione, ut cautissimè ait D. Tho.

Ad 2. quæ videtur difficilior respond. ex superioribus, & conformiter ed eandem solutionem, quòd cum ratinnes divinorum, & meximè pertinentes ed mysterie gratiæ ut potè de foro Arcanorum Dei, neque à Beatis clerè illum videntibus sciri possint Deo non revelante, non nisi præsumptuosè de illis certò eliquid affirmeri potest citra ejus revelationem. Unde concesso eodem insigni privilegio respectu Joennis ob utrumque motivum adductum à D.Tho., scripturæ scil., & ebsentiæ, vel non inventionis corporis, non tamen hinc determinatè inferri potest prædictus excessus emoris divini ad illum supra Petrum, quia etiem sine illo potest Deus eb alios fines nobis ignotos illud concedere, ed puritatem v.g. castissimi ejus corporis commendendam, ut ait ibi Granete, ut scil. esset expers corruptionis, qui per totem vitem fuerat expers carnalis voluptetis: quod priùs etiam insinueverat D. Tho. 3. p. q.45. ert. 3. ad 4., ubi discurrens de tribus Apostolis à Christo ed suæ transfigurationis visionem essumptis, de Petro inquit, *Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum. Jacobus autem propter prerogativam martirii, Jo. verò in privilegio, quo à Christo diligebatur propter suam Virginitatem, & iterum propter prærogativam Evangelicæ doctrinæ.* Vel denique ad exemplum virginitetis tuendæ,

(ut

(ut fobdit idem Granata ,) veluti pretiosissimi thesauri. Unde possunt quidem horum privilegiorum motiva aliqua congruè adduci , ut in aliis similibus adducuntur ; at non certò respectu horum sanctissimorum Virorum amoris divini excessus respectu unius præ alio citra præsumptionem affirmari , ut rectè hìc concludit D.Tho.

Quòd verò subditur in probatione de B.Virg. longè distans est paritas, nam de illa certò scimus fuisse præ cunctis aliis à Deo magis dilectam , ex eo quòd fuerit in Matrem Dei electa ; unde prærogativa excessus amoris ad illam, non ex eodem præcisè assumptionis privilegio ad Cœlum ante universalem resurectionem inferri debet, sed connexivè cum aliis, & præcipuè cum illo electionis in Matrem Dei , ut de eadam in simili , inneit D.Tho. qu. illa 27. ibidem . ar.6. relsto ad 1., ubi non ex præcisa prævia sanctitate ante Nativitatem (prascindo à sanctitate originali, de qua non licet hìc differere :) infert immunitatem illius imposterum ab omni peccato mortali , & veniali , sed quòd fuit electa à Deo in Matrem , ex quo ampliorem gratiam obtinuit , quam Jo. Baptista , & Jeremias , licet ambo fuerint sanctificati in utero ; nam isti *sunt electi*, inquit , *ut speciales præfiguratores Sanctificationis Christi ; cujus signum est , quòd B. Virgini præstitum est , ut de cætere non peccaret , nec mortaliter , nec venialiter ; aliis autem sanctificatis creditur præstitum esse , ut de cætere mortaliter non peccarent divina eos gratia protegente*. Imò longè majus hinc , & immensum superans privilegium tribuit illi infra q.100. ar.2., scil. confirmationem in gratia per impotentiam peccandi , quam postquam cæteris viatoribus puris denegat , ut potè solis beatis concessum , subdit . *Et hoc dico secundum legem communem, quia ex aliquo privilegio speciali secus acidere potest , sicut creditur de B. Virgine Matre Dei*. Quod in genere Sanctitatis excedit etiam aliud immunitatis à quocunque peccato , ut potè tenens se ex parte termini ad quem , sive boni per ad hæsionem immobilem cum illo, sive cum Deo , ad quam ordinatur hoc posterius immunitatis. Quod dixerim, ut clarissimè appareat summa reverentia, ac pietas hujus S. Doctoris ad B.Virginem .

4. Opponit D.Tho. instantiam de innocente comparativè ad pænitentem sic. *Melior est innocens pænitente, cum pænitentia sit secunda tabula post naufragium , ut dicit Hiero.* (scil. cap.3. in Esa. super illud : peccatum , ut Sodoma prædicaverunt .) *Sed Deus plus diligit pænitentem, quàm innocentem, quia plus de eo gaudet. Dicitur enim Luca 15. Dico vobis , quòd majus gaudiū erit in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente , quàm super nonagintanovem justis, qui non indigent pænitentia , ergo Deus non magis semper diligit meliorem* .

Respon. *Ad 4. dicendum , quòd pænitentes , & innocentes se habent , sicut excedentia , & excessa . nam sive sint innocentes , sive pænitentes , illi sunt meliores , & magis dilecti , qui plus habent de gratia . Cæteris tamen paribus , innocentia dignior est, & magis dilecta . Dicitur tamen Deus plus gaudere de pænitentibus , quàm de innocentibus , quia plerumque pænitentes , cautiores , humiliores , & ferventiores resurgent ; unde Greg. dicit ibidem homil.34. in Evang., quòd Dux in prælio eum militem plùs diligit , qui post fugam conversus fortiter hostem premit , quàm qui nunquam fugit , nec unquam fortiter fecit: vel alia ratione, quia æquale donum gratiæ , plus est comparatum pænitenti , qui meruit pœnam , quàm innocenti , qui non meruit . Sicut* 100. *marchæ majus donum est , si dentur pauperi, quàm si dentur Regi* .

Circa hanc solut. non occurrit difficultas ; solum ex eadem infert M. Ferre , quòd eadem gratia habitualis data homini existenti in peccato mortali in ratione doni sit infinitè major se ipsa, si daretur non existenti in peccato , sicut primò data fuit Angelis , quia peccatum infinitè reddit peccatorem indignum gratia Dei , quam indignitatem non habet illa , qui in peccato non est , & sic respectivè eadem gratia habitualis collata peccatori in mortali existenti , infinitè sit major se ipsa in ratione doni, collata existenti sine illo . 5. Ex quibus iterum infert nullam puram creaturam posse homini existenti in mortali promereri primam gratiam , estò alias posset promereri illam non existenti in illo , quia ut collata existenti in mortali crescit in infinitum in ratione doni, & sic requirit meritum infinitum , ut de condigno promereatur .

Sed licet prædicta duo subtiliter inferat, ratio tamen pro hoc posteriori corolario , scil. necessitas meriti infiniti non tam militare videtur in ordine ad gratiam collatam peccatori , quàm collatam innocenti , sive in ordine ad primam gratiam ut sic , cuicunque conferendam . Nam D. Thom. in 4. dist.20. qu.1. art.2.quæstiunc.3. ad 1. assignans differentiam inter satisfacere pro pœnis peccatorum aliorum hominum , & satisfacere pro culpis eorum , & promereri eis remissionem peccatorum , recurrit ad hanc infinitatem , quæ ut dicemus, militat respectu cujuscunque gratiæ . Unde ait . *Dicendum , quòd præmium essentiale* , (sive gratia , & gloria ,) *redditur secundum dispositionem hominis* idest redditur unicuique secundum dispositionem propriam;) *& ideò sicut unus non disponitur per actum alterius , ita unus non meretur alteri præmium essentiale* ; (sive gratiam , & gloriam ,) *nisi meritum ejus habeat efficaciam infinitam , sicut Christi* , scil. sicut meritum ejus ,) *cujus merito sole pueri baptizati ad vitam æternam perveniunt . Sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur secundum dispositionem ejus*, cui debetur , *quia quandoque ille , qui est melior , habet majoris pœnæ reatum*; & ideò satisfactio pro pœna est sine motu one interiori per solam exhibitionem æqualis satisfactionis , quæ non est impossibilis justo , unde concludit : *Et ideò quantum ad pœnæ dimissionem , unus alteri mereri potest , & actus unius efficitur alterius charitate mediante , per quam omnes unum sumus in Christo* .

Ratio à priori hujus rei est , quàm egregiè prout de more subdit M.Catalam 3.p. q.1.ad art.2. dub.3. in solut. ad confirmat. primi , nempè , quòd unus nequeat alteri mereri gratiam , & gloriam, nisi meritum ejus habeat efficaciam infinitam . *Quia generare sibi simile* , (quod fit per gratiam in subjecta materia , ut potè formalem participationem divinæ naturæ , ac proinde facientem Filium Dei , scil. adoptivum ;) *est proprium opus* , (inquit) *naturæ perfectæ in perfecto statu ; unde Angelus , qui non participat perfectè gradum intellectivum , non potest simile sibi generare, sicut Deus generat; potest tamen id, quod non est perfectum in suo gradu operari aliquid accidentale circa sibi similia : v.g. Angelus , unus illumina-*

minare alium. Gratia ergo adoptionis, qua est formalis participatio deitatis in puro homine habet imperfectum modum essendi, quia non est in suo connaturali subjecto: (istud enim est Christus,) *& ideò non potest generare, aliam sibi similem merendo de condigno illam aliis, aut satisfaciendo pro illorum culpis; potest tamen satisfacere pro pœnis existentium jam in gratia, qui sunt membra viva Corporis Christi, mystici*. Ita sapientiss. idem Mag. Hæc tamen obiter iterum dicta sint occasione ejusdem Corolarii, & rationis ejus.

Ultimo denique D.Tho. objicit sibi instantiam de justo præscito, & peccatore prædestinato sic. *Melior est justus præscitus, quàm peccator prædestinatus: sed Deus plus diligit peccatorem prædestinatum, quia vult ei majus bonum, scil. vitam æternam, ergo Deus non semper diligit meliora*. §. Resp. *Dicendum, quòd cum voluntas Dei sit causa bonitatis in rebus, secundum illud tempus pensanda est bonitas ejus, qui amatur à Deo, secundum quod dandum est ei ex bonitate divina aliquod bonum. Secundum ergo illud tempus, quo prædestinato peccatori dandum est ex divina voluntate majus bonum, melior est, licet secundum aliquod aliud tempus sit pejor, quia & secundum aliquod tempus non est nec bonus, neque malus*.

Circa hanc solut. occurrit primò difficultas. An hæc propositio. Deus magis diligit peccatorem prædestinatum, quàm justum præscitum, sit absolutè neganda, an verò distinguenda secundum comparationem ad distinctum tempus, ad quod eam refert D. Tho. §. Resp. quòd videtur absolutè neganda, nam licet juxtà eandem distinctionem temporis altera sit determinatè vera, & altera falsa, & erronea nempè prior si in illa significetur, quòd amor Dei referatur ad tempus, quo aliquis est justus, etiamsi aliàs sit præscitus; & ad tempus, quo aliquis est peccator, etiam si sit aliàs prædestinatus, quia pro tunc ille, qui est justus est membrum Christi vivum, & alius est membrum Diaboli. Prior verò si in ille amor Divinus referatur ad ultimum terminum vitæ ipsius prædestinati, etiam si modo sit peccator, verissima sit, quia tunc Divina voluntas, ut innuit Div. Thom., majus bonum facit peccatori prædestinato, quàm justo præscito, cum eum ducat ad vitam æternam; nihilominus, quia ut inquit M.Bannez hic concl.3., *secundum formam illius propositionis videtur, quòd illud verbum magis diligat, feratur supra peccatorem, quasi quòd pro tunc diligatur magis, ideò videtur potius neganda, quàm distinguenda*. Quod verò faciat hunc sensum formalem, colligitur ex superiori illa regula dialecticæ, quòd termini significantes actum internum animi aplicant suum significatum formale ad significatum formale termini, cui adjunguntur, & propterea, ut in simili vidimus, juxtà doctrinam D.Tho., absolutè negandum est, ut scriptura negat, quòd Deus prædefiniat actus homicidii, adulterii &c., quia significatur, quod prædefiniet illos, ut fundant, & includunt malitiam.

Ex quo subdit idem Mag. non reputare tutum esse talem propositionem coram populo proferre, quia statim scandalizantur putantes, quòd prædestinatus quidquid fecerit, nunquam cadit à gratia. Præsertim si adhibeatur tale exemplum, quòd sicut mater plùs diligit proprium filium vestibus sordidis indutum, quàm filium Ancillæ, eleganter, & pulchrè indutum, atque vestitum, ita Deus semper plus diliget prædestinatos quamtumlibet sordidos, & immundos, quàm præscitos quamtumlibet justos quod quidem exemplum multum sapit hæresim cundemnatam in Concilio Constantiensi sess.15., nempè, quòd prædestinatus nunquam est membrum Diaboli quasi nunquam possit cadere à gratia, quod est falsissimum. Unde dum est in peccato mortali verè est inimicus, & invisus Deo, ac proindè non magis pro tunc diligitur, quàm justus, qui aliàs est præscitus.

2. Est alia non levis difficultas circa ultima verba D. Tho., scil. *Quia secundum aliquod tempus non est bonus, neque malus*, scil. prædestinatus. Quod videtur difficilimum assignare. Nam Angelus, & homo fuerunt creati in gratia juxtà doctrinam ejus, unde fuerunt ab initio boni. Posteri verò contrahunt peccatum originale, & tunc sunt mali ante baptismum. Baptizati verò per gratiam sunt boni. Post istam autem cadentes in mortale, per quod solum amittitur, sunt iterum mali, & nisi eam per pœnitentiam recuperent, perseverent in malitia, & sic successivè. Angeli verò rebelles sunt perpetuò mali postquam ceciderunt, quia per casum fuerunt in termino viæ. Et dato etiam, quòd non fuerint ambo creati in gratia, non tantum instanti, & non per aliquod tempus fuissent, neque boni, neque mali.

Si verò hæc præcisio referatur ad tempus antecedens ejus conceptionem, & nativitatem, tunc videtur propositio de subjecto non supponente, nam bonitas, & malitia moralis supponunt esse physicum illius, quem denominent bonum, & malum, & tamen toto illo tempore verificatur, quòd est prædestinatus, cum Deus non prædestinat in tempore, sed ab æterno, (præcipuè loquendo de prædestinatione, ut dicit destinationem, seu missionem realem alicujus ad aliquem terminum, hæc enim supponit mittendum, vel missum jam existentem, de qua loquitur D. Aug. in lib. de prædestinat. Sanctorum, dum ait ibidem. *Quid est prædestinatio, nisi esse alicujus existentis destinatio*, ut explicat D. Th. infra q.23. art.2. ad 2.) sed sumpta pro missione, quam aliquis mente concipit secundum quòd dicimur destinare, quod mente firmiter proponimus, juxtà illud 2. Machab.6. *Quod Eleazarus destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem*. Et sic destinatio, (subdit ibidem D. Thom.) potest esse ejus, quod non est ut modo loquimur, ergo si nondum est, & aliàs jam est prædestinatus, non poterit de illo dici, quod nec sit bonus, nec malus.

His non obstantibus existimo prædictam propositionem esse referendam ad totum tempus antecedens antequam concipiatur, in quo dum de eo verificatur, quod non dum est verificatur quoque de illo, quòd nec bonus, nec malus sit. Moveor ex eadem simili propositione, quam repetit infra 1. 2. q.113. art.2. ad 2., ubi in fine ait, *Et ideo licet homo antequam peccet, potuerit esse sine gratia, & sine culpa, tamen post peccatum non potest esse sine culpa, nisi gratiam habeat*. Ergo quod hunc statum medium inter gratiam, & culpam, sive inter bonitatem, & malitiam videtur expressè referre ad tempus antecedens utrumque extremum, quòd planè non videtur aliud assignabile, quam illud antecedens conceptionem ejus, ut patet ex inductione facta præcipuè loquendo à toto genere bonitatis, prout importat bonitatem, vel rectitudinem tam naturalem, quàm supernaturalem, & à

& à fortiori secundum præsentem providentiam de homine lapso, respectu cujus, gratia, & culpa sunt contraria immediata, licet non sint talia absolutè, & respectu hominis ut sic, si nempè fuisset conditus in puris naturalibus cum sola rectitudine naturali, sed tunc diceretur bonus secundum istam, onde tempus, in quo universaliter, vel absolutè loquendo verificari potest, quòd nec sit bonus, nec malus secundum totam habitudinem malitiæ, vel bonitatis non videtur esse aliud, quàm prædictum antecedens ejus conceptionem ad intentum D. Tho., dum loquitur de prædestinato peccatore, & de præscito justo, ac proindè de homine lapso, & secundum providentiam præsentem.

Ad id verò, quod dicitur esse tunc de subjecto non supponente. Respond. quòd licet tunc nondum sit, si potest nihilominus affirmari, quòd est prædestinatus, poterit pariter affirmari de illo, quòd nec est bonus, nec malus; nam saltem est jam præparatus in causa ad essendum, ac proindè jam in statu capaci, ut negentur de eodem prædicata hujusmodi contingentia, vel libera, quidquid sit, quòd ut affirmentur, sit necessarium esse physicum, vel existentiæ, supra quod debeant fundari.

Difficultas solum possit esse circa alteram affirmativam, in qua affirmatur prædestinatio. Nam propositio affirmativa de prædicato contingenti in hoc distinguitur à necessaria, quòd in hac, verbum, absolvitur à tempore, secus verò in illa, sive in contingenti, ergo ut hæc sit vera, Petrus est prædestinatus, erit necessarium, quòd extrema existant de præsenti juxta exigentiam copulæ *est*, sive de præsenti, ergo ante conceptionem illius non poterit affirmari, quòd est prædestinatus, & consequenter erit saltem de subjecto non supponente ex parte istius affirmativæ.

Resp. tamen negando suppositum, scil. quòd prædestinatio sit aliquid in prædestinato, quasi accidens prædicamentale impressum, vel illi realiter, & physicè conveniens, ac proindè quòd prædicta propositio sit contingens quasi prædicamentaliter, sed solum dicitur talis prædicabiliter, quia prædicatum potuit non convenire subjecto. Prædestinatio ergo, ut proximè vidimus ex D. Thom., est quoddam immanens in agente, seu mittente, quæ mente concipitur, unde *ratione antecessionis*, inquit ibidem potest esse ejus, quod non est, & consequenter verbum, seu copula *est*, non restringit determinatè subjectum ad tempus præsens, sed satis est, quòd existat intentionaliter in mente prædestinantis, & sic quamvis Petrus non existat in re, adhuc propositio est verissima, quia sensus illius tantum est, quòd Deus antequam idem existat in se destinavit illum ad gloriam tempore statuto consequendam. Addit etiam M. Ferre, quòd ratione ejusdem antecessionis, sive quando prædicatum, ut in casu, importat, vel significat antecessionem ad subjectum, prout in se ipso existens tunc fit ampliatio subjecti ante se ad id, quòd est, vel fuit, & solum restringitur ad illud, quòd erit, unde non requiritur ad veritatem propositionis, quòd subjectum sit existens, sed sufficit, quòd sit aliquando extiturum, ut prædictis verbis innuit D. Thom.

* * * * * * * *

QUÆSTIO TERTIA.

An sit in Deo Spes, vel desiderium ad bona extrinseca.

DE Spe propriè dicta loquimur in præsenti, quæ ut docet D. Tho. 1.2. qu.40. art. 1. in hoc distinguitur à desiderio, quòd istud est de bono futuro absolutè, spes verò est circa bonum futurum arduum, ac difficile, unde superaddit ad illud rationem arduitatis, ac difficultatis, qua ratione dicimus actum, quo Christus ante Resurrectionem sperabat gloriam Corporis, & quo similiter beati sperant illam, non esse in his, nec fuisse in illo actum spei theologicæ, sed simplex desiderium, quia respectu habentis beatitudinem animæ, gloria corporis non habet rationem ardui, cum præhabeatur in anima beatitudine, ut in causa inevitabili, unde potest quidem eam desiderare, sed non sperare propriè loquendo, ut iterum docet ibidem D. Tho. q.67. art.4. ad 3., scil. ob defectum arduitatis, nam ut dicit eadem q.40. ar.8. ad 1., illa, in quibus consequendis homo nullum impedimentum timet, jam non reputantur ardua, quia ut aliquid dicatur arduum, non sufficit, quòd non possit haberi sine auxilio alterius, sed præter hoc requiritur, quòd secundum communem legem, & statum possit impediri ejus consecutio, ut subtiliter advertit M. Caralam 3.p.q.7. ad art.4. dub. unico ad 2. Hoc autem neque in beatis, neque in Christo reperitur respectu gloriæ corporis.

§. PRIMUS.

Expeditur prior pars de Spe.

PRima concl. in Deo admitti nequit spes, nec respectu bonitatis propriæ, nec respectu bonorum ad extra. Ita communiter Theologi, & sumitur ex D. Tho. locis proximè relatis. §. Ex quibus prob. sic. Spes propriè, ut distinguitur à simplici desiderio versatur circa bonum futurum, arduum, ac difficile, sed nullus affectus divinæ voluntatis versari potest circa hujusmodi bonum, sive ad intra, sive ad extra, ergo in Deo admitti nequit spes propriè. Cons. tenet, nam repugnantia actus ex illius objecti repugnantia colligitur. Ma. est certa; mi. verò probat Illustris. Godoy disp.57. §.1. quia arduitas ad objectum desiderata dupliciter explicari solet à Theologis, vel in eo, quòd non facilè, sed difficilibus mediis sit consequendum. Vel ut aliis placet, quòd in vi auxilii alterius sit adipiscendum; at nullius boni assecutio est difficilis Deo, nec ab alio aliquid accipere potest, cum nihil sine Dei concursu aliquis efficere possit, ergo nullum bonum potest esse arduum respectu voluntatis Divinæ.

Hæc tamen probatio nisi aliquid addatur non videtur sufficiens ad explicandam, vel salvandam rationem ardui, ut patet ex dictis, nam gloria Corporis respectu Christi non habebat rationem ardui, aliàs teneremus in illo ponere spem, quod communiter negatur à Thomistis ob rationem adductam ex D.Tho., quia etiam ut homo beatus virtualiter præhabebat eam in beatitudine animæ, ut in causa ex

qua infallibiliter sequaratur suo tempore, & tamen non facilè, sed difficillimis mediis (ut patet in serie totius vitæ, & passionis ejus, nec sine auxilio divino erat obtinenda, ergo id præcisè non sufficit ad rationem ardui, quidquid sit, quòd gratia materiæ in Deo respectu illius sufficiat, cum omne aliud, quod ad illam desiderari poterat, sufficienter comprehendatur, aut supponatur ad illam excludendam,

Prob. ergo eadem mi, adjuncto illo addito ex laudato Mag. sic. Nullum bonum est, sive ad intra, sive ad extra cum difficultate, & alterius auxilio obtinendum à Deo, vel respectu illius impediendum secundum quancunque legem, ergo nullum potest esse arduum respectu illius. Conseq. tenet, quia nihil aliud est assignabile ad rationem ardui: ant. autem etiam constat, nam bona intrinseca habet per identitatem, extrinseca verò vel formaliter, vel saltem eminenter virtualiter continet, & statim ipso volente, & ejus auxilio ponuntur, ut actus Religionis, humilitatis, obedientiæ &c. (Omnia enim, quæcunque vult, facit, ergo sine difficultate, & impedimento omnia habet in sua potestate.

Objicies primò ex D. Thom. impugnando simul rationem factam, Nam art. illo 4. 3. part. licet de Christo neget habuisse spem respectu Dei, aut visionis beatæ, quia nempè à principio suæ conceptionis plenè habuit fruitionem divinam, *Habuit tamen spem*, inquit, *respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus: (licet non habuerit fidem respectu quorumcunque,) quia licet plenè cognosceret omnia, per quod totaliter fides excludebatur ab eo; non tamen plenè adhuc habebat omnia, quæ ad ejus perfectionem pertinebant, puta immortalitatem, & gloriam corporis, quam poterat sperare*. Ex quibus arguitur sic. Immortalitas, & gloria corporis respectu Christi ante Resurrectionem, nec erat ardua, nec impedibilis secundum legem communem, & item virtualiter etiam præhabebatur in beatitudine animæ tanquam infallibiliter illam inferente post mortem illius, sed nihilominus expressè fatetur D. Tho. habuisse spem de illa, ergo similiter poterit salvari spes in Deo in ordine saltem ad bona extrinseca nondum habita, sed successivè exhibita, vel exhibenda à creatura, non obstante defectu arduitatis, & inimpedibilitate eorum, vel continentia virtuali in illo. Conseq. videtur tenere à paritate rationis; ma. patet ex dictis, & mi. est expressa D. Tho.

Respond. D. Thom. solum velle Christum habuisse spem respectu gloriæ corporis non propriè, sed communiter sumptam, prout comprehendit desiderium boni non ardui futuri, nisi velimus, quòd sibi contradicat, tum ibi, tum aliis locis relatis, in quibus ad spem propriè, ut distinguitur à desiderio, expressè docet requiri rationem ardui. Unde ad argum. factum dist. mi. fatetur habuisse spem communiter conc., propriè, nego mi., & conseq. Et quamvis etiam admitteretur fuisse in Christo spem, sicut desiderium, non propterea esset admittenda in Deo, sicut neque admittitur desiderium, ut constabit infra, cum nihil ad extra possit dici quid futurum respectu Dei, sicut erat futura gloria corporis ante Resurrectionem respectu Christi. Videtur etiam D. Thom. 2.2. q.17. art.1., & 7., & art.6. ad 2., & q.18. art.2., in quibus præter rationem fundamentalem, quòd deficit respectu Dei objectum formale spei, scil. bonum arduum futurum possibile haberi, superaddit, quòd actus spei præsupponit fidem, ut etiam tradit Apost. Hæb. 11. illis verbis, *Est autem fides sperandarum rerum substantia &c.* idest fundamentum spei, aut sperandi: unde si art. illo expressè docet, (ut fatetur etiam Vasquez, cujus est argumentum ibi disp. 43. cap. 2. non fuisse in Christo fidem, perperam inter ex D. Tho. fuisse in Christo spem propriè dictam.

2. Objicies. Actus amoris, quo Deus amat creaturam propter suam bonitatem non præcisè ut participabilem in illa, sed ut glorificandam, est actus concupiscentiæ, ut supra insinuavimus, cum sit in commodum suum, sed hic actus est à spe, ergo in Deo est spes in ordine ad bona extrinsecæ, quibus glorificatur. Prob. mi. quia ille actus est supernaturalis, & theologicus, cum Deum attingat; ut potè propter bonitatem suam, sed nequit dici, quòd sit à charitate, nam charitatis objectum est Deus ut bonus in se, & non in ordine ad bona extrinseca. Tum quia charitas respicit bonum amici, ergo erit à spe, quia non est alius habitus, aut virtus, vel principium theologicum, à quo possit esse,

Urg. hoc, Spes non solum desiderat bonum proprium, quando est absens, & arduum, sed etiam gaudet, & delectatur de illo, ut habito, ergo ob defectum arduitatis, & præsentiæ non est neganda Deo spes. Prob. ant. Tum quia iterum actus ille gaudii est theologicus, at non elicitur à charitate, ergo à spe: conseq. tenet, quia in tali actu est sufficiens honestas ad specificandam virtutem, ergo pertinere debet ad virtutem theologicam, nec est alia assignabilis theologica, ut patet, nisi spes,

Urg. 2. totum hoc ex D. Thom. 2.2. qu. 28. art. 1. ad 3. ubi inquit. *Gaudium de bono divino, ut à nobis participatur, procedit à spe*. Duplex enim gaudium distinguit ibi D. Thom. de Deo, alterum charitatis, alterum spei, dicens. De Deo potest esse spirituale gaudium dupliciter. Uno modo secundum quòd gaudemus de bono divino, ut in se considerato. Alio modo ut gaudemus de bono divino prout à nobis participatur, Primum autem gaudium, melius est, & hoc procedit principaliter ex charitate. Sed secundum gaudium procedit etiam ex spe, per quam expectamus divini boni fruitionem; quamvis etiam ipsa fruitio, vel perfecta, vel imperfecta secundum mensuram charitatis obtineatur, ergo gaudium de proprio bono, ut à creaturis advaniente, sive ut glorificando juxta D. Th. erit actus spei, licet de illo ut in se considerato sit actus charitatis.

Ex quibus urgeri potest. 3. Quia ad spem juxta D. Tho. non solum spectet desiderare bonum, quando est absens, sed etiam gaudere de illo habito, & possessu, ergo licet repugnet divinæ voluntati spes quoad primarium actum, scil. quoad desiderium boni ardui, & absentis, non tamen quoad secundarium, sive quoad gaudium de bono proprio habito, & possesso, sicut in Christo, & in Beatis ab aliquibus Theologis ponitur, & præcipuè à Suarez ad art. illum 4. 3. p. ubi similiter distinguit de spe juxta D. Tho. proximè relatum, nempè quòd spes potest dupliciter considerari, Primò ut denominatur ab actu difficili, & arduo, qui in nobis est sperare gloriam Animæ, ut futuram, 2. Ut elicit amorem concupiscentiæ erga Deum, & gaudium de propria beatitudine. Unde ait spem primo modo non fuisse in Christo, neque in Beatis, quia dicit imperfectionem, & privationem gloriæ Animæ; fuisse autem in illo secun-

lo modo; & ut erat respectu illius principium sperandi gloriam corporis, & ut est modo etiam in Beatis principium gaudii de propria beatitudine. Quia nempè actus amoris concupiscentiæ, quo amamus Deum, ut bonum nobis, & actus, quo gaudemus de illo, ut habito à nobis per visionem claram sunt actus spei virtutis Theologicæ.

Ad hoc, quod tangit graves difficultates alibi à Theologis agitatas, resp. neg. mi. Ad illius prob. dist. mi. Quòd sit à charitate primariò transeat; secundariò saltem, neg. nam sicut hujusmodi actus in Beatis dicuntur elici secundariò à charitate patriæ, vel à quadam dote, quæ dicitur fruitio, quæ ut docet D. Tho. in 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. in corp., & ad 3., & 4., seu 3. p. in addit. q. 95. ar. 2. in corp., & ad 3., & 4. habitualiter perficit voluntatem, & est ipse habitus charitatis cum quodam modo patriæ, & quatenus fertur in bonum amatum ut præsens, & quiescit in illo, ita prædictus amor concupiscentiæ Dei ad bona extrinseca dici potest, quòd veluti secundariò procedat à charitate divina, nam gaudium, & amor concupiscentiæ, ut docet Cajet. 22. q. 28. ar. 1., & q. 35. ar. 1. sunt secundariò actus charitatis, & patet, quia ut tradit D. Tho. ibidem q. 25. ar. 4., ex charitate potest homo diligere se ipsum, ergo ex charitate potest sibi concupiscere beatitudinem, & Deum, quia amor amicitiæ includit concupiscentiam alicujus boni volito ipsi, qui amat. Unde rectè poterit amor amicitiæ, quo Deus ex charitate dicitur diligere creaturam rationalem, includere concupiscentiam gloriæ velitæ ibi ex illis, itaut ex eadem charitate procedat. §. Per quod patet ad utramque prob. annexam, nam sicut non obstante, quòd objectum charitatis primarium, & formale sit Deus ut bonum in se, possumus tamen secundariò, & propter Deum velle, & desiderare nobis, & proximis beatitudinem, & Deum, ita proportionabiliter Deus potest ex eadem diligere nos amicabilitar modo explicato, scil. volendo nobis participationem suæ bonitatis, quatenus amat se, ut nobis communicabilem, & inde etiam volendo sibi gloriam ex nobis.

Ad 1. confirmat. respond. primò, dato transeat ad ant. loquendo de spe in nobis, neg. conseq., quia etsi daremus spem nostram posse se extendere ad gaudium de bono sperato, & possesso, non tamen si ponaretur in Deo, quia gaudium, quod procederet ex nostra, adhuc esset de bono cum difficultate, & arduitate, & vi auxilii altatius, & impedibiliter obtento, ut dictum est, unde in objecto ejus salvaretur aliquomodo formalis ratio objectiva spei, at verò respectu Dei id totum cessat, ut dictum est, unde repugnat gaudium de se ipso ut possesso procedere posse à virtute spei.

Sed deinde neg. ant. quia cum formalis ratio objectiva habitus specificet omnem actum ejus, ita ut nihil possit attingi ab habitu nisi sub ratione illius, nisi velimus, quòd possit exire limites suæ speciei, quod est alienum, impossibile est dari actum partinentem ad virtutem spei non cadentem sub ejus ratione formali objectiva, constat autem ex dictis, non posse sub illa cadere gaudium de bono possesso, & præcipuè illud Dei, ut proximè dictum est. Quæ ratione ut certum de fide admittitur ab omnibus non esse in Beatis actum spei circa Deum, aut beatitudinem Animæ juxta illud Apost. ad Rom. 8. *Spes autem, quæ videtur non est spes. Quod enim videtur, quid sperat?* Quorum verborum sensus est; non sperari id, quod jam habetur præsens. Nam tam certum est in Christo non fuisse actum spei circa Deum, & beatitudinem Animæ, quàm ejus Animam fuisse beatam ab instanti suæ conceptionis. Ad illius prob. neg. mi. juxta superiorem explicationem.

Ad 2. confirmat. ex D. Tho. resp. ibi loqui de bono divino futuro, & arduo, quod procedit ex certa spe illud consequendi auxilio divino, ut expressè patet, dum subdit. *Per quam*, (scil. spem,) *expectamus divini boni fruitionem*. Et ita etiam intelligitur Apo t. ad Rom. 12. *spe gaudentes*. §. Ex quibus etiam fit satis ad 3., ad quam neg. ma., & suppositum ejus, quòd eam doceat D. Tho., imò expressè ejus oppositum locis omnibus relatis, cum ad rationem formalem objectivam spei perpetuò afferat, ut vidimus, rationem futuri, cum quo nequit omninò componi, quòd ad ipsam pertinere possit affectus aliquis voluntatis de bono præsenti, & possesso, quia nulla virtus in universum, ut dictum est, elicere potest actum non cadentem sub propria ratione formali objectiva; in quo differt à charitate, sicut & desiderium, quia charitas præscindit à præsentia, & absentia, neutram ex sui ratione formali includens, sed utramque permittens, unde gaudium illud magis ad charitatem pertinere dicitur, quàm ad spem, sicut proportionabiliter dictum est, de amore concupiscentiæ. Quidquid sit, quòd aliter sentiant aliqui Theologi, à quibus hac in re non sine magno fundamento recedimus.

Sed instas. Ex hac, & superiori solutione sequitur, quòd idem gaudium, sive quod habent Beati de Deo ut sibi ipsis noto, (quòd non est actus amicitiæ, sed concupiscentiæ, elici non possit à charitate, ergo nullæ sunt. Prob. ant. Ex eo nequit elici à spe, quia non versatur, ut dictum est, circa ejus objectum, sed neque etiam versatur circa illud charitatis, ergo. Prob. mi. quia objectum charitatis, ut dicebamus, est bonum amici, ergo amor tendens ad bonum proprium, sive ad bonum divinum, ut est nobis bonum, non versatur circa charitatis objectum.

Huic instantiæ patet ex dictis, quòd cum amor amicitiæ includat amorem concupiscentiæ, potest optimè charitas saltem secundariò se extendere ad prædictum gaudium. Unde in forma neg. ant. Ad prob. dist. ma. quia non versatur, nec primariò, nec secundariò, conc., præcisè primariò, neg., & dist. mi., non versatur primariò, vel in recto, transeat, vel conc., saltem secundariò, vel in obliquo, neg., eò vel maximè, quòd licet sit de Deo, ut est bonum amantis, vel gaudentis, qua ratione non est amor amicitiæ, sed concupiscentiæ, non tamen sistit in amante, sed tendit, vel ordinatur ad Deum, quatenus amans est aliquid ejus, & ideò dicitur secundariò saltem, & in obliquo attingere charitatis objectum, sive divinam bonitatem.

Sed adhuc instas. Quia sequitur ex his, quòd poterit similiter charitas elicere actum spei, sicut elicit actum gaudii. ergo. Prob. ant. Quia etiam spei actus tendit in Deum speratum, & non sicut in sperante secundum quòd est pariter aliquid ejus, aliàs esset actus malus non tendendo in debitum finem, ergo si hac ratione gaudium Beati de Deo, ut est bonus ibi pertinet ad charitatem saltem secundariò, & in obliquo, etiam hoc modo pertinebit ad illam actus spei. §. Respond. neg. ant., vel sequelam. Ad prob. dist. adhuc tenitum, quòd ex vi sui intransitivè ordinet

net illum ad Deum, ut possessum, neg., quòd non excludat hunc ordinem ex vi alterius actus, conc. aliàs tunc diceretur melius, si positivè illum excluderet, unde quantum est ex se, negativè se habet, ut possit sperans ordinari ad Deum per alium actum charitatis, ad quam pertinet Deus, ut est bonus in se, quia charitas, ut dictum est, cum ex sua ratione formali præscindat à ratione præsentiæ, & absentiæ, respiciendo Deum ut bonum in se, directè, vel primariò, habet consequenter elicere, saltem secundariò actum gaudii tendentem in illum ut est bonus, & præsens amanti, non sistendo ibi, sed ordinando ulteriùs ad Deum, ita ut ex vi etiam istius actus exigat essentialiter hunc ordinem, at verò spes cum sit determinatà de bono absenti non potest nec ipsa ex vi sui elicere actum gaudii, qui est de bono præsenti, nec ejus actus elici à charitate, exigendo talem ordinem ex vi ejusdem actus, aliàs tam illa, scil. spes, quàm actus egrederentur exigitivè limites propriæ rationis formalis, ut dictū est, unde licet non sistant in sperante, non tamen intransitivè petunt ex vi sui ordinari ad bonum speratum, sed ex vi alterius actus spectantis ad lineam charitatis, ad quam ex propriis pertinet hic ordo, unde dicuntur solum negativè se habere non excludendo illum.

Quòd si ulteriùs insles non esse impossibile gaudium in patria de Deo, ut est bonus amanti sine tali exigantia essentiali ordinis ad Deum ut est bonus in se, vel ut est amicabiliter dilectus, sed tunc non eliceretur à charitate, cum eliceretur sine ordine ad suum proprium objectum, quod est Deus ut bonus in se, vel ut amicabiliter dilectus, ergo, virtute spei, cum non sit assignabilis alia, ad quam pertineat. §. Huic instantiæ patet etiam ex dictis; quòd cum talis actus adhuc esset de bono præsenti, impossibile est pertinere ad lineam spei, ac proinde, quòd eliciatur ab illa, unde tenemur omninò reducere saltem secundariò ad charitatem supposita possibilitate ejus, vel ad dotem fotoritionis, ut dictam est, ut in simili dicitur 3.p. de Christi desiderio respectu gloriæ corporis. Vel satis esset auxilium per modum transeuntis, inquit Illustriss. Godoy, quia virtutes dantur ad actus honestos ordinariè, & connaturaliter eliciendos, non in quacunque suppositione, præcipuè loquendo de actibus imperfectis, ut esset hujusmodi gaudium sine tali ordine, ut iterum etiam dicitur de eodem desiderio Christi, quòd sine habitu eliceretur cum solo supernaturali auxilio. §. Sed deinde neg. absolutè ant. Quia cum status ille sit perfectissimus, utpotè consumatæ beatitudinis, excludit omninò gaudium sic imperfectum sine ordine ad Deum amicabiliter dilectum, & intuitivè possessum, aliàs possibilis esset beatitudo perfectior, vel capax majoris gaudii essentialis, vel quoad substantiam de Deo viso, quàm quod modo est, quod est alienum.

§. II.

Expeditur altera pars de desiderio statuendo 2. concl.

Supponimus ex communi consensu non esse in Deo desiderium in ordine ab bona intrinseca, ut evidenter etiem convincit ratio D.Tho. quia desiderium est respectu boni non habiti, sed haben di, nisi velimus ab uti terminis, non enim quis desiderat id, quod jam habet, sed delectetur de illo jam habito, sed repugnat Deum non solum non habere bona sibi intrinseca, sed non habere etiam perfectissimè ille, ergo repugnat in eo desiderium respectu illorum.

Difficultas ergo est in ordine ad bona extrinseca, respectu quorum absolutè affirmant Suarez, Alarcon, & Vasquez. Alii distinguunt, nam alia sunt, quæ à solo Deo dependent, & ab illo nobis conferuntur, aut conferri possunt independenter à nostro consensu, alia verò sunt, quæ etiam dependent à nobis, ut salus æterna, actus viteles, & similia. Licet autem in ordine ad bona prioris generis excludant à Deo desiderium, admittunt tamen in ordine ad posteriora putantes hoc modo conciliare utramque extremam sententiam. Ita Hetice, & alii Recentiores.

Cæterum negativa, quam communiter defendunt Thomistæ, excludit illud in ordine ad quæcunque exteriora bona tam respectu sui, quam respectu aliorum, respectu quorum videtur solum posse dubitari juxta illud, *Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Expectavi ut faceret uvas, & fecit labruscas*. Unde ait Vasquez hic disp.84.c.1. num.1. Cæterum si comparetur desiderium, & fuga bono, & malo aliorum; (neque enim solum nobis desideramus bonum, & fugimus malum futurum, sed etiam aliis:) sic uterque affectus potest Deo tribui. Nobis enim ardenter desiderat bonum, hoc est, ut justè, & piè vivamus, & fugit oppositum, sceleratam scil., & flagitiosam vitam, quem in nobis videt futuram. Quibus hic Author non tribuit Deo desiderium respectu sui, sed solum respectu nostri.

2. Conclusio, In Deo admitti nequit desiderium in ordine ad bona extrinseca, quæcunque sint, sive respectu sui, sive aliorum. Ita Capreol. in 1.dist.45. q.1. Ferrara 1. cont. Gent. c.89. Nazarius, Gonzales, Illustriss. Godoy hic §.2. M. Ferre §.6. Gonet. art.2., & alii ex Societate Arrubal, Granados &c. Et quoad 1.p. convincitur eodem fundamento D.Th. hic, & aliis locis proximè relatis. Nam desiderium est tantum boni non habiti, vel absentis, sed Deus ut dictum est, non solum habet per summam identitatem bona intrinseca, sed etiam extrinseca per perfectissimam continentiam, & potestatem pro suo beneplacito exequenda, quando voluerit, ergo impossibile est esse in illo desiderium respectu illorum.

Dices non satis esse continentiam eminentialem, vel virtualem ad excludendum desiderium respectu illorum, quando adhuc non sunt executa, vel præsentia in se, vel in re, ut patet in Christo, qui ut dictum est, licet eminenter, vel virtualiter contineret in beatitudine animæ gloriam corporis, adhuc tamen habebat desiderium illius ex eo, quòd actu in se adhuc non erat præsens. §. Sed contra hoc est. Nam licet ex continentia eminentiali, vel virtuali utcunque non arguatur exclusio desiderii respectu boni nondum præsentis in se, vel in re, optimè tamen arguitur ex eminentiali Dei respectu cujuscunque boni extrinseci, ergo. Prob. ant. quia Deus ita continet, & in potestate habet illa, ut sine dependentia ab auxilio, & voluntate alterius, & sine resistentia, vel obstaculo cujuscunque extrinseci, semper habeat in promptu, vel ad nutum in suo velle, quod non verificatur de Christo, ut dicemus in solutione ad 1., ergo licet admittatur in illo desideriū respectu gloriæ corporis, non tamen in Deo in ordine ad bona extrinseca. Prob. conseq. Quia nequit esse desi-

desiderium respectu alicujus boni, quando quis habet illud quando vult nullo resistente, & per omnimodam independentiam à quocunque alio, & solum prout in se, vel in ea actu non habet, quia non vult habere, ut patet ex communi conceptione, ergo si ita habet Deus in suo velle, & potestate omnia bona extrinseca, nequit habere desiderium illorum respectu sui, Præterquamquòd paritas de Christo facilè retorquetur, ut constabit ibidem.

Ex his etiam manet impugnata solutio distinguens, ut supra, de bonis à nobis dependentibus, ità ut ratio facta solum de aliis convincat, non de istis. Nam Deus non solum habet plenissimam potestatem de uno genere bonorum, sed de quocunque, nisi velimus unam creaturam minùs esse subjectam Deo, quàm aliam, quod est alienum, utpotè derogans supremo ejus absolutissimo dominio supra omnes creatom.

Deindè prob. quoad 2. p. prosequendo superius medium ex proprio conceptu desiderii, & primò sic. Desiderium debet esse de bono absenti respectu desiderantis, sed nullum bonum extrinsecum, sive in se præsens sit, vel existens, sive tantum futurum est absens respectu Dei sive in ordine ad se, sive in ordine ad alios, ergo nullum potest esse terminus desiderii ejus, ac proinde ad nullum potest habere Deus affectum desiderii: utraque conseq. tenet: prior quidem ex præmissis; posterior verò, quia deficiente objecto formali, vel conditione intrinseca ejus deficit actus. Ma: est certa, nisi velimus confundere cum gaudio. Mi. patet etiam ex superioribus, nam ut latè ostensum est, futura omnia sunt physicè præsentia in æternitate, quæ utpotè tota simul, & infinita in linea durationis, tenetur omnia comprehendere sine successione, quæ semel pertinent ad hanc lineam, scil. præsentia, præterita, & future, ac proindè physicè, & realiter habere omnia sibi coexistentia, vel præsentia, cum linea durationis physica, & realis sit, & non purè intentionalis, vel objectiva.

Huic rationi dupliciter occurrere possunt, primò quòd licet sint præsentia respectu sui, non tamen respectu aliorum, quibus in ordine ad propriam differentiam temporis adhuc sunt futura, licet respectu æternitatis sint præsentia. Secundò quòd saltem desiderare illis poterit bona possibilia, ut salutem omnibus hominibus, ut videtur de facto expressum hoc desiderium in illa universali propositione Apostoli, *Deus vult omnes homines salvos fieri*.

Contrà primam verò militat argumentum factum, Nam licet dicamus bona illa esse futura vel absentia respectu aliorum nondum existentium, non tamen sunt absentia, vel futura respectu Dei, ergo id non sufficit ad salvandum desiderium in illo etiam respectu illorum. Ant. est certum, quia respectu Dei intra eandem lineam, nulla potest esse futuritio, vel absentia respectu quorumcunque objectorum, nam aliàs, ut dictum est, æternitas non esset tota simul, & infinita duratio. Tum quia, ut dicebamus, Deus omnia illa intuitivè cognoscit, sed cognitio intuitiva, ut sæpè dictum est, ex proprio conceptu definitivo contrapositivè ad abstractivam, est rei præsentis in duratione, in qua est cognitio, cognitio verò Dei mensuratur æternitate, ergo nullum ex illis potest esse absens respectu Dei.

Conseq. verò prob. quia ad terminandum desiderium requiritur absentia objecti respectu desiderantis, ut efficaciter constabit ex D. Thom. ratione sequenti, & patet, nam cum ad desiderium ut sic, requiratur eadem absentia, respectu illius debet esse necessaria, cujus est motus desiderii, seù tendentis in proprium objectum illius, aliàs est de subjecto non supponente tale desiderium in illo, cum nequeat salvari actu in subjecto, respectu cujus deficit objectum talis actus, ergo si respectu desiderantis deficit absentia objecti, deficiet quoque in desiderante actus desiderii; quæ videntur manifeste in terminis, & statim fient clariore ex subtili doctrina D. Thom.

2. Prob. eadem pars ex discrimine, quod egregie tradit idem 22. quæst. 17. ar. 3., inter amorem, & spem, vel desiderium, & negetur præcedens ratio. Objectum formale desiderii non solum debet esse bonum absens, sed etiam proprium ipsi desideranti, itaut desiderans formaliter ut talis illud desideret sibi ergo etiamsi deremus, quòd esset absens respectu aliorum, adhuc tamen verificari nequit, vel admitti desiderium in Deo alicujus boni extrinseci respectu illorum propriè, & formaliter loquendo de desiderio; consaq. tenet, & ant. est D. Thom. ibidem, & deindè prob. ratione ejus desumpta ex discrimine desiderii, & spei ab amore; nam desiderium, & spes in hoc differunt ab illo, quòd amor importat unionem amantis ad amatum, spes autem, & desiderium, quendam motum appetitus ad bonum, sed de ratione unionis est directè respicere alium, de illa verò motus terminum proportionatum mobili, ut patet in motibus physicis, ergo desiderium formaliter, ut tale, & ut distingeitur ab amore habet pro objecto formali non solum objectum absens, sed etiam proprium desideranti, scil. bonum ad seipsum pertinens, non ad alium. Et idem est de spe.

Explic., & urg. hoc ex eodem D. Thom. licet dicamus præsupposita unione amoris ad alterum, posse aliquem sperare, & desiderare alteri vitam æternam, in quantum est ei unitus per amorem, ut inquit D. Thom., sive in quantum alius sit quasi unus cum se ipso, non tamen ex propria ratione motus tendunt ad bonum illius, nam hæc ut patet inductivè in physicis, tantum respicit terminum correspondentem mobili sivè proportionatum illi, & non aliis, ergo desiderium ex propriis, seù secondum rationem formalem objectivam solum terminatur ad bonum desideranti proprium, & non aliis nisi præsuppositivè, sive supposita unione cum illis, quatenus sunt unum cum le ipso, & in quantum ex eliorum bonis aliquid felicitatis desideranti accrescit, quod repugnat Deo, qui est per essentiam fœlix, & bonus.

§. III.

Solvuntur Argumenta contrà præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. contrà 1. p. argumento jam insinuato, ex paritate Christi. Ex eo nequit in Deo esse desiderium boni alicujus extrinseci, scil. honoris laudis &c. quia eminenter, aut virtualiter præcontinet, & in plana habet sui potestate, sed hoc non obstat ergo: prob. mi. quia, ut dictum est, Christus etiam sic continebat in beatitudine animæ gloriam corporis, & eam habebat in sui potestate, & tamen potuit illam desiderare ergo ratione continentiæ, & pote-

potestatis, non est Deo denegandum desiderium in ordine ad bona extrinseca. §. Dicas ut supra, quòd licet gloria corporis virtualiter contineretur in beatitudine animæ ejus, & ex possessione hujus dici possit in potestate illius esse, adhuc tamen id totum pendebat à voluntate, & auxilio Dei in superandis immensis laboribus, & cruciatibus usque ad mortem, unde erat absentia, & carentia illius sufficienter ad fundandum desiderium interposito transitu à statu vitæ mortalis ad immortalem per viam crucis, quod respectu nullius boni extrinseci militat de Deo.

Sed contrà hoc est primo. Ergo saltem poterit esse desiderium in Deo respectu bonorum dependentium à nostro consensu, & præcipuè respectu actionum vitalium, quæ essentialiter dependent à principio intrinseco vitali, itaut à solo Deo fieri non possint formaliter, ut tales, sine concursu creaturæ, cum de ratione illius sit, quòd per illam creatura se moveat, non potest autem se movere per actionem à se non productam ergo. §. 2. Licèt eadem gloria corporis esset sic dependens, omnia tamen requisita ad illius consequutionem erant ei debita, vel infallibiliter conferenda ex vi promissionis post impletam conditionem ponendæ animæ pro salute hominum, ergo si nihilominus potuit eam desiderare, poterit similiter Deus desiderare eadem bona saltem à nobis dependentia. Prob. conseq. Quia supposito eodem debito erant in sui potestate, ut infallibiliter exequerentur, licet dependentur à voluntate alterius, ergo si hoc non obstat, ut eam posset desiderare, nec obstabit in Deo, ut desideret bona saltem à nobis dependentia, quamvis in potestate habeat infallibilitatem executionis eorum.

Explicat., & urg. hoc. Nam Christus ità illam infallibiliter continebat in beatitudine animæ, ut secundum communem legem, & statum, ut dictum est, ejus consequutio impediri non poterat, qua ratione negatur ei arduitas, unde etiam miraculum fuit, quòd impediretur pro determinato tempore, ne emanaret, ergo si nihilominus adhuc erat capax desiderii respectu illius, poterit etiam Deus esse capax in ordine ad bona extrinseca non obstante perfectissima eorum continentia, & potestate infallibiliter ea exequendi, præcipuè iterum respectu illorum, quæ dependent à nobis.

Ad hoc dico in primis esse ab omnibus solvendum, quia non solum de Christo dicitur fuisse desiderium, sed etiam meritum, quod tamen alienum est affirmare de Deo respectu alicujus boni extrinseci. §. Resp. ergo bene ibi dictum esse; nam sicut oportuit Christum pati, & mori ad habendam gloriam corporis per proprium meritum, licet non ad habendam eam absolutè, quia habuisset suo tempore infallibiliter emanantem ex gloria animæ, ità potuit habere desiderium respectu illius, non quidem procedens à spe, à quo procedit nostrum, scil. propriè, sed communiter dicta prout comprehendit motum desiderii ad bonum non arduum futurum, ut dictum est. Cæterum respectu Dei nulla potest esse futuritio, vel carentia alicujus boni extrinseci; ut vidimus, quia & omnia habet jam præsentia in sui æternitate, & per proprium velle omnia possidet, & in promptu paratissima habet ad executionem, quando, & prout vult, unde licet plura dependeant à nobis, magis tamen habet, ut inquit August., in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas, unde laudam, & honorem sibi exhibendum à creatora in suo velle habet, itaut hoc ipso, quòd velit creaturam se ipsum laudare, creatura statim illum laudat, quod non componitur cum desiderio habendi, ut ostensum est.

Hinc obiter inferimus primò disparem esse rationem de merito, & spe propriè dicta, ita ut non liceat hanc ex illo inferre in Christo, quia meritum potest esse respectu boni, quod virtualiter præhabetur in causa connaturali, si actualiter in se non habeatur, sed non spes, quia tale bonum non est arduum.

Secundò sequitur actum sperandi gloriam Corporis in Christo fuisse alterius speciei ab actu, quo nos eam speramos, quia naturaliter, (naturalitate scil., vel connaturalitate, redoplicatis viribus gratiæ, non naturæ,) sub ratione divinæ bonitatis, & beat itudinis animæ ut futuræ, & arduæ, & gloria etiam corporis, quæ objectum materiale speratum, ardua etiam est nobis: actus verò Christi neutrum habet. §. 3. Sequitur ad actū desiderii requiri proportionabiliter sicut ad meritum, quòd actualiter in se non habeatur bonum desideratum, quod quidam de Christo verificari potest, ut explicatum est, non tamen de Deo.

4. Sequitur desiderium istud, ut supra etiam insinuavimus; elici potuisse à voluntate Christi, (sicut & à beatis desiderium illud, quod opponunt contrarii in illis, solius concupiscentiæ sine ulteriori relatione ad Deum, cum solo auxilio supernaturali sine habitu, ut vult Cajet. ibidem, quia supposita gloria animæ nullam habet difficultatem desiderare gloriam corporis. Nisi velimus, etiam dicere, ut supra quòd fuerit elicitus à voluntate mediante dote fruitionis, quia ut docet D. Tho. in 4. relato, talis dos, ut includit comprehensionem, succedit in beatis loco spei, unde sicut viatores per habitum spei eliciunt primariò actum circa gloriam animæ, ut futuram, & arduam, & secundariò circa gloriam corporis sub eadem ratione formali futuræ, & arduæ, sic beati per fruitionem, per quam primariò eliciunt actum circa gloriam animæ, ut præsentem, secundariò eliciunt actum circa illam corporis, quia licet in se sit absens, virtualiter tamen est præsens, & desideratur in ordine ad gloriam, ut præsentem, ac proinde sub eadem ratione objectiva primaria, ut subtiliter pront de mora ubi supra, discurrit sæpè laodatus M. Catalam.

Ex his omnibus facilè resp. ad singulas replicas. Ad primam quidam, quòd licet dependeant à nostro consensu, vel concursu, magis tamen iste est in potestate divinæ voluntatis, quàm nostræ, unde sicut nequit hinc argui dependentia Dei à creatura in ordine ad eadem bona, nec etiam argui potest in illo desiderium in ordine ad illa.

Ad 2. nego conseq. quia Christus adhuc in se actualiter illam non habebat, & sola illius præsentia virtualis in beatitudine animæ, erat quidem sufficiens ad excludendum desiderium ejusdem rationis cum nostro, sicut & spem propriè dictam, utpotè excludens arduitatem, non tamen omnem affectum desiderii, cum non excluderat rationem futuri, vel omnem rationem absentiæ, nam oportebat priùs ut dictum est, pati, & ità intrare in gloriam suam, unde erat quidem jam sua eadem gloria corporis, quia jam virtualiter præhabebat in beatitudine animæ, sed nondum actu in se, & ideo opportuit intrare in illam per viam passionis, & crucis, & consequantur potuit

an-

antè ingressum ut sic absentem desiderare. Cæterum respectu Dei, ut ostensum est, nullum bonum extrinsecum potest esse futurum, vel realiter, aut actualiter absens. Et per hæc etiam patet ad explicat., vel confirmat.

2. Arg. argumento iterum insinuato. Nam Deus ut ait Apostolus, & atèo ostendimus supra, vult salutem omnibus hominibus, sed hic effectus voluntatis de salute volita omnibus, non est gaudium, nec amor conjunctus cum gaudio, ergo erit amor conjunctus cum desiderio. Conseq. tenet, quia amor alicujus boni, vel est conjunctus cum gaudio, si bonum volitam sit præsens, & possessum, vel cum desiderio, si sit absens. Mi. verò prob. quia salus omnium hominum, utpotè inefficaciter, vel secundum quid volita ex parte objecti, ut explicatum est, ac proindè nunquam exequenda, nec est, nec fuit, nec erit aliquando præsens, ergo effectus illius non potest esse amor conjunctus cum gaudio, quod est semper de re præsenti.

Urg. hoc. Quia ut vidimus supra ex Div. Thom. qu. ant. art. 6. ad 1. quidquid Deus simpliciter vult, fit, licet illud, quod antecedenter vult non fiat. Ex quibus arg. sic. Salus omnium hominum est tantum volita antecedenter à Deo, & per modum velleitatis, sed id, quod est sic volitum à Deo non fit, vel non ponitur sub existentia ergo nequit esse objectum gaudii, vel amoris conjuncti gaudio, quod tantum est de objecto præsenti, & existente, ergo solum poterit esse objectum desiderii, vel amoris conjuncti, cum illo.

Ad hoc resp. ex eodem D. Thom., primò ex superiori illa doctrina, 1. Perhier. lect. 13., ubi docet, ut vidimus, dupliciter posse aliquid esse futurum, ac proindè præsens respectu Dei, modo in superioribus explicato, quod cum futurum dicatur id, quod nondum est in se, sed in causa, & in hac contingat esse uno modo ut ex necessitate ex ea proveniat, alio verò tantum in illa sit, ut habente inclinationem ad suum effectum, quæ impediri potest, non est necessarium, quòd de omni eo, de quo affirmatur esse futurum, affirmetur etiam, quòd aliquando sit, vel existat, sed quòd sit, vel existat, prout continetur in illa, unde si in illa sit priori modo, determinatè dici potest de eo, quòd erit; si autem posteriori, dici quidem verò potest, quòd erit, sed mutabiliter, quia hoc tantum modo determinata est futuritio ejus in causa, in quo distinguitur ab eo, quod solum est in illa purè in potentia, quæ non magis determinata est ad unum, quàm ad aliud, & ideò nullo modo de aliquo eorum dici potest, quòd sit futurum, neque quòd sit, vel non sit. Ita D. Tho.

Ex his in forma nego mi. Ad prob. nego conseq. vel suppositum ejus, quòd ut dicatur prædicta salus esse objectum affectus conjuncti cum gaudio debeat aliquando esse præsens in se ipsa, vel existens, sed satis est, quòd sit talis ex potentia, vel ex vi inclinationis causæ, vel causarum, quia prout sic non est in pura potentia causæ; (nam alias nullo modo esset volita à Deo, sed esset purè possibilis, sed induit jam rationem futuritionis, ac proindè præsentiæ, respectu Dei, non quidem ad terminandum simpliciter, sed juxtà modum suæ futuritionis, & præsentiæ, sive secundum quid, nam eo modo, quo Deus vult, vel amat, gaudet, unde non potest esse effectus puri desiderii, quod est de re omninò absente formaliter, ut tali.

2. Resp. iterum ex eodem q. illa 17. ex 22. proximè relata, dist. conseq. ergo erit amor conjunctus cum desiderio, propriè, & formaliter, ut tali nego, impropriè, vel præsuppositivè, conc., nam ex eo, quòd ex infinita sui bonitate amat creaturam rationalem ut capacem gloriæ, elevando illam ad hunc finem supernaturalem, vult omnibus salutem, & prout sic respicit aliquomodo bonum alterius, sed hoc propriè non est desiderium, ut vidimus ex eodem, sed tantum præsuppositivè, scil. præsupposita unione cum se ipso, vel quatenus per amorem unitur sibi, quod non est tendere ad bonum illius per viam, aut per affectum desiderii, ut explicatum est, unde nunquam verificari potest, quòd hoc affectu velit præfatam salutem hominibus, & per hæc patet ad confirmat.

3. Arg. In Deo admittitur gaudium respectu sui, & creaturarum, ergo debet etiam admitti desiderium prob. conseq., quia juxta D. Thom. desiderium, & gaudium comparantur, ut medium, & finis, vel ut motus, & terminus, sive quies, ergo si in illo admittitur gaudium debet etiam admitti desiderium.

Adhuc resp. ex eodem D. Thom. infra q. 62. ar. 5. & 1. 2. q. 6. art. 7., ubi docet, quòd eorum, quæ sunt nata habere bonum perfectum, aliquis habet ipsum sine motu, aliquis uno motu, aliquis pluribus. Uno motu, ut Angelus; pluribus ut homo, sine verò motu est solius Dei, qui naturaliter habet illud. Ex quo nego conseq. Ad prob. dist. ant. comparentur in subjecto capaci, ut est Deus, nego; nam licet in nobis, vel in Angelis secundum ordinem divinæ sapientiæ, quies, vel terminus præsupponat viam, vel motum, ac proindè gaudium de bono possesso, & priùs non habito præsupponat desiderium illius, non tamen in Deo, qui naturaliter habet omne bonum, & nullum acquirere potest, cum sit fons omnium bonorum.

Sed contra hanc solutionem arg. 3. Nam etiam respectu Dei, sive ad intra sive ad extra est aliquod bonum, nondum possessum ante ejus actum, vel amorem; ergo respectu illius poterit etiam in Deo salvari actus desiderii, vel amor conjunctus cum illo. Prob. ant. quia ad extra est esse creaturarum, quod nondum possidetur ante actum divinæ voluntatis productivum illarum. Ad intra etiam est Spiritus Sanctus, qui producitur ex amore sui, ac proindè nondum possessus ante illum, ergo cum hujusmodi actus productivi non versentur circa terminum, aut bonum jam possessum, aliàs non essent productivi, nequeunt se habere per modum gaudii, sed magis per modum desiderii, vel amoris conjuncti cum illo.

Ad hoc quoad bonum ad extra, sive esse creaturarum jam dictum est, quòd cum respectu Dei nihil comperiri possit, ut futurum, vel non derivans ab ipso, ut fonte totius boni, nullum potest se habere respectu illius, ut non præsens, vel in aliquo priori non possessum, nam si de illis loquamur in statu futuritionis, omnes habet physicè præsentes in sua æternitate, & in promptu in suo velle, ut ponantur in esse, quando vult, & prout vult, quod non componitur cum desiderio propriè loquendo, ut ostensum est. Si verò in statu productionis, vel existentiæ, cum ex vi ejusdem actus accipiant esse, nequeunt suppont secundum aliquam rationem boni ante illum, ut verificari possit Deum tendere ad illas per actum desiderii, esset enim tendentia de subjecto non supponenta

nente, unde solum se habere potest idem actus productivus per modum gaudii, vel amoris conjuncti cum gaudio de bono concomitanter possesso, non enim requiritur ad rationem gaudii, vel amoris conjuncti, cum illo quando utarque affectus est practicus, ut in casu, quòd præcedat possessio boni, sed quòd simul, vel concomitanter habeatur, aliàs practicè non se haberent ad illud; sicut diximos de notitia intuitiva, quando est practica, quòd non tenetur supponere præsentiam objecti, sed satis est, quòd terminetur ad illud existens concomitanter ex vi illius. Immò sicut ad istam, ut in superioribus dicebamus, satis est, quòd objectum sit præsens in duratione, in qua est cognitio licet nondum in se existens sit, ita pariter ad salvandam in Deo rationem gaudii contra positivè ad desiderium propriè dictum respectu boni creati, satis erit præsentia istius physica, & realis in eadem sui æternitate, præcipuè supposita ejus plenissima potestate ad ponendum illud in esse, quando vult, nullo potente ei efficaciter volenti resistere, ut dictum est.

Ex his respond. ad id, quod dicitur de Spiritu Sancto; nam cum in divinis, ut jam supra insinuavimus, & ostenditur infra de Trinitate inter divinas personas, nulla detur prioritas signi in quo etiam rationis, sed sola originis, vel à quo, nullus ibi terminus productus potest supponi, utpotè perpetuò præsens suæ productioni, ac proindè impossibile est, quòd amor, ex quo procedit Spiritus Sanctus se habeat per modum desiderii, vel affectus conjuncti cum illo, cum omnis ratio absentiæ etiam per rationem, summè repugnet cuicunque prædicato divino, utpotè æterno, & coæterno aliis per essentiam. Qua ratione etiam dicimus, quòd licet Verbum Divinum ex sui ipsius notitia procedat, non tamen in aliquo signo etiam rationis præsupponi potest, aut intelligi, ut non productum, vel absens per modum termini alicujus desiderii in Patre, unde eadem notitia illius productiva, licet intuitiva sit non tenetur supponere illud antecedenter præsens, sed semper se habet ut præsens sibi. §. In forma ergo dato transeat ad ant. nego conseq. quia non requiritur ad actum gaudii, quod practicum est, quòd sit de bono antecedenter possesso, sed satis est, quod sit de illo possesso concomitanter, ut dictum est,

QUÆSTIO QUARTA.

An in Deo sit propriè odium, & ira, an solum metaphoricè.

De his aliis affectibus voluntatis ultimò inquirimus, tum quia plurimum juvare possunt ad alias difficultates in materia morali rectè percipiendas, intellecto hic proprio eorum conceptu, seu ratione formali. Tum quia contendunt plures ex societate esse in Deo propriè admittendos; nam Suarez de utroque affirmat lib.3. de attributis cap.7. & in opusc. de divina justitia sect.5. Alii verò affirmant de odio, negant verò de ira, ut Molina hic circa 1. art. Vasquez disp.84. c.3., Arrubal. qo.20. n.6. Harice disp.20. cap.4., & alii Recentiores. Alii distinguunt de odio abominationis, & de illo inimicitiæ affirmando de primo, & negando de secundo. Ita Ruiz disp.54. sect.3. apud Alarcon tractat.3. disp.7. c.3.

§. PRIMUS.

Statuitur duplex Conclusio.

Prima. In Deo naquit cum proprietate admitti odium. Ita communiter Thomistæ hìc circa art.1. Navarrete controv.27., Nazarius controver. unica, Gonzalez disput.6a., Illustriss. Godoy §.2., Gonet. art.3., Mag.Ferre §.8., sequenti, Capreol. in 1. dist.45.q.1., & Ferrar. 1. cont. Gent. cap.96., & est expressa D.Tho. ibidem, ubi in princ.corp.inquit. *Ex hoc autem apparet, quòd odium alicujus rei Deo convenire non potest. Sicut enim amor se habet ad bonum, ità odium se habet ad malum: nam iis, quos amamus bonum volumus, iis verò, quos odimus, malum. Si igitur voluntas Dei ad malum inclinari non potest, ut ostensum est, impossibile est, quòd ipse rem aliquam odio habeat.* Deindè ratione 4. versus medium sic prosequitur. *Dicitur autem Deus aliqua odire similitudinariè, & hoc dupliciter. Uno quidem modo ex hoc, quòd Deus amando res volens earum bonum esse, vult contrarium bono, scil. malum non esse, unde malorum odium habere dicitur: nam quæ non esse volumus, dicimur odio habere secundum illud Zachar.8. Unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus. Hæc autem non sunt effectus, ut res subsistentes, quorum proprium est odium, vel amor.*

Ex quibus duplex ratio fundamentalis sumitur pro concl., altera ex priori loco, nempè quod odium per se primò petit terminari ad malum. Altera ex posteriori, quòd scil. terminetur ad personam subsistentem, quorum tamen utrumque repugnat divinæ voluntati, vel actibus ejus. Prob. ergo primò sic. Odium propriè dictum exigit per se primò terminari ad malum, sed hoc repugnat cuicunque actui divinæ voluntatis, ergo pariter illi repugnat odium propriè dictum. Ma. constat tum ex D. Tho. ibidem, nam ita se habet odium ad malum, sicut amor ad bonum, sed amor per se primò petit terminari ad bonum, ergo odium ad malum. Tum ex eodem 1.2. qo. 29. ar.1., ubi idem similiter docet, & manifestè convincit eadem paritate amoris. Mi. verò etiam patet ex superioribus. Quia nullus actus divinæ voluntatis, (& idem etiam proportionabiliter in nobis de cæteris potentiis, & habitibus,) potest terminari per se primò ad objectum non primarium, vel exire limites objecti adæquati, vel specificativi, ut q.ant. ostensum est, sed objectum adæquatum, vel specificativum, aut saltem primarium est divina bonitas, ergo nullus potest per se primò terminari ad malum: conf. tenet cum malum, ut per se patet, non solum non ingrediatur lineam bonitatis divinæ primariò, sed sit adæquatè extra illam. Mi. etiam est certa, quòd sit saltem primarium, quamvis ita sit, quòd sit adæquatum specificativum, sicut verum, vel intelligibile divinum est adæquatum specificativum, aliàs tam bonum, quàm verum divinum esset quid deficiens in ratione objecti, si specificativè non adæquarent intellectivum, & volitivum divinum; &

ite-

iterum Deus, ut dicebamus, in ratione intellectivi, & volitivi excedarat se ipsum, ut intelligibilem, & amabilem, si specificativè axit limites sui ipsius prout sic. Tum quia esset dependentia illius ab aliquo creato, ut probavimus supra qu. 14., tum quia objectum specificativum se habet ut finis respectu potentiæ, vel actus ejus.

Ex quibus manet impugnata præcipua contrariorum solutio, nempè quòd licet nullus actus divinæ voluntatis possit per se primò terminari ad malum per modum prosecutionis, benè tamen per modum dissonantiæ, & fugæ. Quia nullus in universum sub quacunque formalitate potest specificari ab aliquo creato, ut dictum est, ergo nullus per se primò terminari potest ad illud.

2. Impugnatur ex eodem D.Tho. ibidem, ubi videtur expressè eam præoccupasse, non solum superiori paritate amoris, sed illis etiam verbis. *Si igitur voluntas Dei ad malum inclinari non potest &c.* Ex quibus insto sic. Odium propriè dictum non præcisè se habet per modum fugæ ad malum, sed magis per modum inclinationis per se primò ad illud, sed divina voluntas nequit inclinari ad malum, ut ait ibi D.Tho., & supponit etiam à se ipso probatum, ergo nequit aliquis ejus actus saltem per se primò se habere per modum fugæ ad malum: ma. constat, quia ut pariter inquit; odium ita se habet ad malum, sicut amor ad bonum, sed iste est per se primò inclinatio ad illud, ergo odium erit per se primò inclinatio ad malum, ita ut sicut amans vult per se bonum amato, ita odio habens vult per se primò malum, odio habito.

Expl. hoc, & simul urgetur eadem mi. Ex eo voluntas nostra suis actibus aliquando terminatur ad malum per modum fugæ illius, quia potest illi resistere, & impedire bonum à se volitum per amorem, unde ex suo defectu, & imperfectione provenit in illa fuga mali, sed nullum malum potest resistere divinæ voluntati efficaciter volenti bonum, nec illam impedire, cum perfectissima sit, & infinitæ efficaciæ, ergo nullus ejus actus potest se habere, ut fuga mali, vel inclinatio ad illud, sed omnis per se primò erit prosecutio boni, & solum secundariò, vel consequenter dici poterit fuga mali, ut suæ bonitati repugnantis, non ut resistentis, vel impedientis prosecutionem boni voliti.

Expl., & urg. ulteriùs totum hoc. Divina voluntas ut dictum est, (& iterum idem similiter in nobis de potentiis, & habitibus;) adæquatur per modum inclinationis per se primò cum sui objecto primario, vel specificativo, sed divina bonitas est saltem objectum primarium illius, ergo nequit ullo modo se habere per se primò ad aliquod extrinsecum, sive prosecutivè, sive recessivè: eò vel maximè, quia ut proximè dicebamus, primarium ejus volitum, à nullo extrinseco impediri potest.

3. Prob. etiam principaliter concl. ex alio capite insinuato à D.Tho. De ratione odii propriè dicti, est tantum respicere rem subsistentem, vel personam odio habitam volendo ei malum, quia malum illius est ex displicentia illius, sed Deus nullam rem subsistentem sic odio habet, ergo non est odium strictè, vel propriè dictum in illo: ma. patet eadem paritate amoris, qui sicut hic se habet ad bonum, ita odium ad malum, ergo sicut ille propriè non dicitur, nisi respectu rei subsistentis, vel personæ, cui volumus bonum, quia bonum illius est ex complacentia illius, vel in ipso, ita odium propriè dici nequit, nisi respectu rei subsistentis, vel personæ, cui volumus malum, quia malum illius est ex displicentia ejus. Mi. verò prob. tum ex illo Sap. 11. *Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Tum quia Deus volens malum rei subsistenti illud vult, vel quia ad majus illius bonum promoveri intendit. ut patet in omnibus justis; vel quia vult bonum justitiæ, ut in peccatoribus constat; vel quia vult bonum, aut pulchritudinem universi, quod est bonum commune, & præferendum malo privato, ergo nunquam vult malum alicui, quia malum illius est. Prob. conseq. quia velle malum propter majus bonum, magis est amare, quam velle malum, cum finis mali voliti sit majus bonum, ex fine autem per se volito specificatur, & judicatur actio.

Expl. hoc. Quia ut rectè advertit Ferrar. ubi supra. Hoc interest discrimen inter Deum, & nos. Nam dum odio habemus inimicum, propriè ei volumus malum, quia malum illius est, ita ut licet malum, ut malum, non sit motivum nostri actus, est tamen objectum terminativum illius, & ideò etiam peccamus contrariando divinæ voluntati, qua præcipimur asse illi parcendum, & propter Deum magis esse diligendum juxta debitum præcepti charitatis implendi; sed respectu Dei neutrum militat, quia solum vult malum ob utrumque præfatum bonum, ut scil. eluceat ordo suæ justitiæ, & pulchritudinis universi, ergo non vult malum, quia malum, sed propter majus bonum.

Dices quòd licet velle malum creaturæ ob præfatum majus bonum, sit bonum respectu Dei, & universi, verè tamen est malum respectu ejusdem creaturæ. Quis enim negat pœnas inferni non esse ingens malum damnatis, etiamsi sint volitæ ut servetur ordo divinæ justitiæ. Nam ex illis, ut ait Concil., ita concutiuntur peccatores, ut ob earum atrocitatem detestantur peccata, & convertuntur ad Deum, ergo etiam da Deo verificatur, quòd vult malum creaturæ, ut malum illius est, ac proinde poterit salvari in illo vera ratio odii.

Sed hæc solutio præoccupatur argumento facto, & discrimine adducto ex eodem Ferrara. Nam licet malum volitum damnatis, & peccatoribus sit malum respectu illorum, semel tamen volitum à Deo ob prædictum majus bonum est justè volitum, ac proinde honestum, ergo non est volitio mali, ut mali, ut requiritur ad odium strictè dictum, sed magis ut boni, ac proinde non rectè infertur hujusmodi odium in Deo ex malo sic volito, utraque constante, & aut. est etiam certissimum, nisi velimus Deum injustè illos punire, quod est blasphemum.

Expl., & urg. hoc. Nam ex eo in nobis arguitur vera ratio odii, & volitio mali, ut mali respectu inimici, licet sit volitum ob bonum nostrum, quia prout sic nequit induere veram rationem boni, vel objecti honesti, aliàs non esset quid prohibitum, & peccaminosum, sicut contingit, quando volumus delinquentibus malum ob bonum justitiæ, & ut inferendum à potestate publica, ut alibi explicatur 22., ex quo poterat retorqueri solutio; nam ideò tunc non volumus malum illis, quia malum, licet revera sit illi malum talis punitio, sed magis, quia bonum, quia verè est bonum, quòd mali puniantur, unde nec in nobis volitio ejusdem mali potest dici propriè odium, sed magis volitio boni, & amor objecti honesti, scil. justitiæ, ergo cum hoc modo

etiam Deus velit malum peccatoribus ob majus bonum, nullo modo dici potest, quòd sit mali volitio, ut mali, ac proinde nec odium strictè dictum (licet revere sit illis malum,) sed magis volitio boni, cum sit malum justissimè inflictum ab illo.

Explic., & Urg. ulterius. Nam licet damnatis non sit delectabile, vel utile, sed summa afflictio talia pati, est tamen justissimum, quòd illa patiantur, & illis etiam est bonum, quòd sub ordine Divinæ justitiæ coordinentur, ergo non potest non esse bonum honestum, & rectæ rationi consonum talia pati, itaut si damnati non essent excæcati; (ut tradit D. Tho.) & voluntas eorum non esset depravata, ex hoc, quòd viderent, & experirentur se à Deo puniri, non aprehenderent Deum sub ratione mali, nec propter hoc moverentur ad illum odio habendum, sed magis se conformarent eidem ordini justitiæ divinæ, & subjicerentur sub omnipotenti manu Dei, quia tunc aprehenderent honestatem, quæ verè est in tali pœnarum inflictione. Undè nullo modo ex his inferri potest odium propriè in illo, sed solum, ut concludit hìc D. Thom. quæst. 19. ar. 9. in fine corp., & eodem cap. 96. in fine. Quòd *in quantum vult bonum justitiæ, vel ordinis universi, (quod esse non potest sine punitione, vel corruptione aliquorum) dicitur illa odire, quorum punitionem vult, vel corruptionem secundum illud Malach. 1. Esau odio habui. Et illud psalm. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Quod est magis amare, quàm odire, cum sit velle majus bonum, ut immediatè præmittit, licet istud esse non possit sine privatione minoris boni, quod non tollit rationem amoris, nec sufficit ad rationem odii strictè dicti, ut ostensum est.

2. Concl. In Deo nequit etiam admitti ira propriè, sed tantùm metaphoricè. Est iterum contra Suarez ubi supra. Sed est expressa D. Thom. hic ar. 1. ad 2., ubi in hujusmodi affectibus duo distinguens, scil. formale, & materiale inquit. *Sicut in ira, ut dicitur in 1. de anima, materiale est accensio sanguinis circa cor, vel aliquid hujusmodi, formale verò, appetitus vendictæ; Sed rursus ex parte ejus, quod est formale, in quibusdam horum designatur aliqua imperfectio, sicut in desiderio, quod est boni non habiti; & in tristitia, quæ est mali habiti. Et eadem est ratio de ira, quæ tristitiam supponit.* In quibus etiam rationem fundamentalem assignat, ut statim videbimus.

Idem docet 1. Cont. Gent. c. 89. ratione 9., ubi inquit. *Ejusdem rationis est tristari de bono, & appetere malum, nam primum est ex hoc, quòd bonum æstimatur malum. Secundum verò est ex hoc, quòd malum æstimatur bonum. Ira autem est appetitus mali alterius ad vindictam. Ira igitur à Deo longè est secundum rationem suæ speciei, non solum quia effectus tristitia est, sed etiam quia est appetitus vindictæ propter tristitiam ex injuria illata conceptam.* In quibus iterum tradit rationem fundamentalem.

Prob. ergo sic. Affectus iræ propriè dictæ importet imperfectionem, Deo repugnantem ergo nequit admitti in Deo. Ant. est D. Tho., & prob. ejus ratione. Nam ira ex proprio sui conceptu specifico importat appetitum vindictæ propter tristitiam ex injuria illata conceptam, sed hic appetitus, ut patet ex terminis, repugnat Deo ergo. §. Urg. hoc. Nam sive sumatur ira ex parte materialis, sive ex parte formalis semper est cum imperfectione ergo nullo modo potest esse in Deo propriè dicta: conseq. tenet; & ant. patet ex D. Th., & quidem ex parte materialis est manifestum, & constat experimento in nobis, in quibus statim accenditur sanguis circa cor ex quo patet importari etiam ex parte formalis scil. tristitiam illatam ut eodem experimento constet. Unde D. Thom. p. 2. q. 46. ar. 1. hoc ipsum manifestè ostendit in eo, cui infertur injuria, vel damnum à persona multum excellenti, nam quia non concipit spem puniendi, vel ulciscendi, vehementiùs tristatur, unde ita huic affectui iræ annexa est ex propriis tristitia, ut licet aliquando deficiat spes actualis ultionis non tamen deficit, imò crescit tristitia. Verba D. Tho. sunt. *Sed tertio modo*, (scil. ex parte causarum;) *potest ira dici passio generalis, in quantum ex concursu multarum passionum causatur; non enim insurgit motus iræ, nisi propter aliquam tristitiam illatam, & nisi adsit desiderium, & spes ulciscendi, quia ut Phil. dicit in 2. Rhet. iratus habet spem puniendi, appetit enim vindictam, ut sibi possibilem, unde si fuerit multum excellens persona, quæ nocumentum intulit, non sequitur ira, sed solum tristitia, ut Avic. dicit in lib. de Anima*, ergo de conceptu sui quiditativo, vel formali utrumque importat, scil. affectum vindictæ cum spe ultionis ex tristitia procedentem, ac proinde nunquam poterit propriè dici de Deo, ut ait etiam qu. antec. ar. 1 c., cum non possit propriè affirmari aliquid de illo, quod in proprio conceptu formali imperfectionem importat.

Dices solum materialiter, vel prout in nobis importari hanc imperfectionem doloris, & tristitiæ, non tamen quòd sit de conceptu ejus essentiali, orari ex illo, sed solum, quòd sit appetitus nocendi alteri sub ratione justæ vindictæ. §. Sed hæc solutio non solum est expressè contra D. Th., sed videtur omninò insubsistens; quia ut efficaciter ei opponit Illustriss. Godoy, sequitur ex illa omnem actum justitiæ vindicativæ pertinere ad iram, cum omnis hujusmodi actus importet hunc appetitum nocendi, seù infligendi pœnam sub ratione justi vindicativi, quod tamen nullus unquam dixit. §. 2. Quia juxta Phil. lib. 1. de Anima c. t. Ira sic à priori definitur, nempè quòd, est appetitus doloris vicissim adversario inferendi, ergo supponit dolorem ab adversario illatum. Unde lib. 2. relato Rhet. in prioc. cap. inquit, iram esse appetitum cum dolore; & c. 4. hoc versarà discrimen, ait, inter illam, & odium, quòd istud potest esse sine dolore, non tamen ira, ergo nequit ex propriis confundi cum justo vindicativo. & præscindere ab ordine ad tristitiam ab offendente illatam. §. 3. Nam si formaliter tantum consistit in justo appetitu nocendi, seù infligendi pœnam sub ratione justi vindicativi, nunquam appetitus iræ prout sic sive propriè sumptæ ad alteri nocendum poterit prohiberi, nisi velimus appetitum justæ vindictæ esse malum, & sic peccare omnes Judices infligendo justam pœnam, sed hoc videtur alienum, & contra illud Matt. 5. *Omnis, qui irascitur fratri suo reus erit judicio.* Unde Chrysost. relatus ibidem à D. Th., inquit. *Radix occisionis est ira. Qui radicem abscindis, destruit ramos*: tantum abest, quòd ratio iræ formaliter in præciso appetitu alteri nocendi sub ratione justi consistat, quin potiùs tendat ad destruendum hoc justum, nisi per rationem in radice moderetur.

§. II.

§. II.

Solvuntur argumenta contra primam conclusionem.

PRimò arg. contra primam. Nam sæpè in scripturis Deo attribuitur ira, ut patet locis relatis ante 2. conclus. cap. illo 96. in fine ex 1. cont. Gent. *Esau odio habui*. §. Quòd si dicas juxta D. Thom. ibidem, quòd non est sermo ibi de odio strictè, tendente scil. ad malum, ut malum, sed potiùs ad bonum, in quantum vult bonum divinæ justitiæ, & ordinis universi, licet id non consequatur sine punitione, & corruptione. §. In contra est. Quia verba scripturæ, ut dictum est, sunt propriè accipienda, quando nullum obstat in conveniens. si nempè nullam habeant oppositionem cum aliis locis illius, vel cum bonis moribus, vel cum evidenti ratione non pugnent, sed nullum ex his est assignabile.

Respond. bene ibi. Ad replicam respond. ut supra, manifestè odium habere oppositionem cum quolibet actu divinæ voluntatis, cui omninò repugnat tendere per se primò ad aliquod extrinsecum, & præcipuè ad malum, ut malum respectu rei subsistentis, ad quam terminari debet amor, & odium, ut ostensum est.

2. Arg., & est replica. Non repugnat divinæ voluntati respectu peccatoris terminari ad malum, ut malum illius, ergo nec repugnat odium in illa respectu ejusdem. Prob. ant. De facto Deus vult illi pœnam, sed pœna ut pœna est malum illius, ergo non repugnat illi velle malum, ut malum.

Resp. nego ant. Ad prob. dato transeat ad ma., dist. mi. ex D. Tho. cap. illo 96. ex cont. Gent. Est malum illius propter majus bonum, conc., sine hac habitudine ad bonum majus, scil. justitiæ divinæ, & ordinis universi, nego mi., & conseq. Quia pœna prout sic, cum sit minus malum comparativè ad majus bonum, induit rationem boni, ut dictum est, & magis est amare, ut ait D. Tho., quàm odio habere, quidquid sit, quòd respectu peccatoris privetim, aut seorsim sumpti sit quoddam malum, quod non tollit rationem boni, & honesti respectu divinæ voluntatis per se primò tendentis ad bonum majus, cui subordinetur minùs malum justissimè inflictum peccatori, unde sicutiste ut subordinatur Divinæ justitiæ tenetur secundum rectam rationem se conformere, (& se conformeret, ut dicebamus ex D. Tho., si haberet hanc rectitudinem,) divinæ voluntati, quia bonum est, ut peccator se illi conformet in subeundo pœnam, ità hæc comparata ad idem majus induit rationem boni justè voliti à Deo, ut sæpè etiam contingit in nobis, qui rectè eligimus minùs malum, v. g. mutilationem alicujus membri ad salvandam vitam; nec propterea dicimur, velle nobis malum, vel nos odio habere, sed potiùs amare, quia cum hoc minùs malum sit ordinatum ad majus bonum, quod tenemur præferre, habet rationem boni, licet respectu partis determinatæ corporis sit malum.

Dixi transeat ad ma., quia alii renuunt concedere, quòd Deus velit peccatori pœnam, ut pœnam, timentes hinc statim inferri, quòd etiam vellet malum, ut malum, cum pœna sit malum illi. Alii verò admittunt sine formidine talis sequelæ, & dicunt solum inferri, quòd ex parte rei volitæ Deus velit eidem pœnam, ut pœnam, non tamen ex parte motivi volendi, sicut inferretur, si vellet malum, quia malum, quia sic velle malum reduplicativè explicat rationem formalem, & motivum ad volendum, quæ non est, quòd pœna sit malum peccatoris, sed ostensio bonitatis Divinæ justitiæ, quam Deus per se amat, dum punit. §. Sed quidquid sit de hoc, nunquam potest rectè inferri principale intentum, scil. odii strictè in Deo, sive sit volita pœna, ut pœna, sive non, quia solum è volita à Deo propter majus bonum, & non præcisivè, quod est magis amare, ut ait D. Th., quàm odio habere, ut videtur manifestum in superiori exemplo in nobis, & in aliis similibus.

Sed instas. Nam semel admisso, quòd Deus velit peccatori pœnam, ut pœnam, nullum vult ei bonum, quia pœna, ut pœna non est quid bonum illi, sed malum, & præcipuè loquendo de pœnis damnatorum, quæ sunt purè afflictivæ, & non medicinales sicut præsentes modo in via, ergo licet ad sic volendum Deus moveatur à bono suæ justitiæ manifestando, odio tamen habebit illos. Conseq. tenet ex dictis, quia odio habere aliquem, est sic velle ei malum, quòd prout sic nullum ei velimus bonum, ergo si dum sic motus à bono suæ justitiæ, solum vult pœnam, & nullum bonum, verè illos odio habet.

Huic instantiæ jam dictum est, quòd dum Deus peccatores, vel damnatos punit, licet pœnam illis infligat, quæ est eisdem malum, prout tamen subjicit illos sic puniendo ordini divinæ justitiæ, vult solum minus malum propter majus bonum, quod non est velle malum, ut malum, sed potius bonum, ac proindè magis est amare, ut dicit D. Tho., quàm odio habere; nam bonum est illis sic subjici, licet præcisivè ab hoc ordine, ut dicebamus, sic puniri, tantum consideretur ut malum; Cæterum Deus eos puniens non vult illis hoc malum quasi præcisivè, sed propter majus bonum.

In forma ergo nego antec. Ad prob. annexam dist. illam, non est quid bonum, sed malum; si consideretur præcisivè ab ordine, vel bono Divinæ justitiæ, transeat, si sub eodem ordine, cui peccator tenetur omninò subordinari, nego. Nam sic volita à Deo propter hoc majus bonum, induit rationem boni, sicut dictum est de mutilatione unius membri volita propter salutem totius corporis. Per quod etiam patet ad prob. conseq. quia reverà Deus sic puniens vult etiam peccatori bonum, nam dum illum subjicit prædicto ordini, vult illum esse ostensivum Divinæ justitiæ, quod verè bonum est. Idque etiam militat non solum de pœnis præsentis vitæ, sed etiam de illis damnatorum. Omnes enim postquam voluntariè peccaverunt, & finaliter ceciderunt tenentur subjici huic ordini, & manifestare illum, nec possunt justè conqueri de pœnis inflictis, licet dicantur purè afflictivæ, sed magis contra se ipsos de abusu Divinæ misericordiæ.

Sed adhuc instas. Nam si ita est, ut dicimus ex D. Tho., quòd velle malum propter majus bonum, sit magis amare, quàm odio habere, sequitur, quòd dum punit peccatores, vel damnatos, magis illos amet, quàm odio habeat, sed hoc non videtur admittendum, præcipuè loquendo de istis, vel etiam de peccatoribus hujus sæculi, quos non punit præcisè ad correctionem, sed ad majorem damnationem, & de quibus dicitur ob eorum profundam malitiam, quòd nemo potest corrigere quos Deus despexit, ergo. Re-

Resp. dist. ma. sequitur, quòd magis &c., amore reduplicato supra illos, ut inimicos, & rebelles, nego, ut ostensivos boni Divinæ justitiæ, ae proindè supra bonum illud maius, conc., & tunc nego mi., sicut enim de membro mutilato ob salutem totius corporis, dicimus similiter, quòd magis amatur, quàm odio habeatur, non quia ametur præcisè ut mutilatus, sed ut conservativum prout est totius corporis, sive vitæ ejus, quæ est majus bonum, ob quod mutilatur, ita proportionabiliter Deus dum illos punit, dicitur magis amare, quàm odio habere, non quasi illos amet, ut rebelles, & inimicos, sed quia dum sic illos puniendo vult illis hoc malum propter majus bonum suæ justitiæ manifestandæ per illos, dicitur eos amare, ut ostensivos hujus majoris boni, quod est magis amare hoc bonum, quàm illos, præcipuè, ut repugnantes eidem justitiæ, vel blasphemantes contra illam.

Ex his etiam poterat sub aliis terminis distingui eadem ma., magis amat, amore perficiente peculiarem eorum inclinationem, secundum quam recesserunt à Deo, & modo detrectant subjici ejus justitiæ, nego, perficienta universalem eorumdem inclinationem, secundum quam bonum totius est bonum partis, conc. Nam iterum dicimus, quod hac ratione cives, vel subditi exponentes vitam propriam in defensionem Principis, vel Reipublicæ, reputant sibi bonum, & gloriosum mori in utriusque defensionem nec dicuntur Principes odio habere, sed magis amare illos, dum jubent eam esse exponendam pro eodem majori bono, sive communi. Utramque videtur innuere D. Tho., dum ait velle sic malum propter majus bonum, magis est amare, quàm odio habere.

Quòd si ulteriùs instes inferri ex his, quòd saltem Deus eos odio habeat, ut suæ justitiæ repugnantes, sive ut inimicos, & secundum particularem inclinationem eorum, ergo non erit omninò negandum illi odium propriè dictum, secundum quod vult illis prout sic, malum, ut malum, idest malum, & nullo modo bonum. Conseq. videtur tenere ex suppositione, quòd illis tantum velit bonum secundum alteram considerationem, & non secundum utramque. Aut. etiam videtur certum juxta utramque distinctionem. Nam quia secundum alterum utriusque membrum vult bonum, dicitur amare, ergo quia non vult secundum alterum, dicitur odio habere, nisi velimus, quòd simul amet, & odio habeat secundum idem, quod repugnat. Nam sicut amor opponitur odio, ita odium amori. Ex quo iterum infertur, quòd sicut ex eo quòd Deus inferat damnatis malum contra peculiarem eorum inclinationem non tollit eorum amorem secundum universalem, vel secundum quòd sunt ostensivi divinæ justitiæ, ita neque amor iste tollet odium secundum particularem, vel prout repugnat bono communi.

Resp. eodem modo, vel nego suppositum antec., quòd illos sic odio habeat, quasi præcisivè à majori bono suæ justitiæ manifestandæ, & consequenter, quòd sistat in malo eis volito, ut malo. Vel dist., sequitur quòd illos odio habeat, odio strictè dicto, nego. Nam istud respicit malum, ut malum, & non propter majus bonum, quod principaliter vult Deus, scil. ostensionem suæ justitiæ. Odio secundum quid, quatenus nempè puniens infligit pœnam, quæ est malum respectu illorum secundum particularem inclinationem, vel ut repugnantium eidem justitiæ, conc. antec., & nego conseq., quia hæc particularis inclinatio, cum subordinetur universali, ac proindè majori bono, propter quod Deus vult illis tale malum, non potest esse terminus odii propriè, & strictè dicti, quia ejus malum pariter subordinatur eidem majori bono, unde non est malum, ut malum, quod est objectum odii, sed subordinatum, sive manifestativum illius. Per quod patet ad id, quod subditur ex paritate unius inclinationis ad aliam. Nam cum universalis subordinet sibi particularem, & non è contra, optimè potest illa impedire, ne contra istam sit odium propriè, & strictè, dum malum istius ordinat ad majus bonum, quod magis est amare, ut sæpè dictum est, quàm odio habere.

2. Arg., & est replica invertendo utrumque fundamentum concl. Ex eo nequit in Deo admitti odium strictè, quia debet terminari ad personam subsistentem, & ad malum, quia malum est, sed utrumque est falsum. Ma. est D.Th., mi. autem prob. 1. quoad 1. p. Nam Judex puniens delinquentem ex motivo justitiæ, verè, & propriè odit illum, at non vult illi malum ex displicentia ipsius, ut homo, vel subsistens est, sed solum ut est flagitiosus, ergo non petit odium terminari ad personam subsistentem ex displicentia illius, ut subsistens est. §. Urg. hoc. Nam etiam unus homo verè, & propriè odio habens inimicum non vult illis malum ex displicentia illius, ut subsistens est, (quam nec cogitat de hoc;) sed ut inimicus est, ergo id non requiritur ad rationem odii strictè dicti.

Urg. ulteriùs. Quia ut insinuavimus, probabile est inter Thomistas dari in Deo ad hominem, amorem supernaturalem amicitiæ, ut inter alios sustinet hic Illustriss. Godoy, at non vult illi bonum per hunc amorem ex complacentia in ipso, ut homo est, sed quatenus est sibi gratus gratitudine accidentali, ergo poterit ex opposito, odio illum habere sine displicentia ejus, ut homo est, sed tantum ut peccator, vel inimicus est. Prob. mi. Quia amor ille utpotè supernaturalis debet inspicere bonum, & subjectum, cui appetitur sub aliqua ratione supernaturali, ergo non est ad hominem ex complacentia in se ipso præcisè ut homo est, sed quatenus est gratus gratitudine accidentali per gratiam.

3. Prob. eadem principalis mi. quoad 2. p. Nam in nobis verè datur odium in uno respectu alteriùs, at istud nequit terminari ad malum, ut malum ergo id non est necessarium ad proprium conceptum odii. Ma. est certa, & mi. constat ex dictis in physicis, & ex superioribus, quia ut probatum est, nulla potentia, vel habitus potest habere actum circa objectum non contentum sub adæquata sui ratione formali, sed malum, ut malum non continetur sub adæquata ratione formali voluntatis creatæ, cum objectum ejus adæquatum sit bonum, ergo nisi velimus exire limites illius, (quod est impossibile,) non poterit quis odio habere inimicum volendo illi malum, ut malum.

Ad hoc nego mi. quoad utramque partem. Ad prob. quoad 1. nego ma., quia cum puniat illum ob motivum justitiæ, solum vult illi malum ob majus bonum, cui reus subordinatur & hoc autem ut sæpè dictum est, magis est amare, quàm odio habere, ut similiter patet in peccatore, quando convertitur, vel post conversionem, nam hic etiam infligit sibi pœnam, vel patienter acceptat illam sibi inflictam ob displicentiam peccati, vel offensæ irrogatæ Deo, & ta-

tamen nullus dicet odio habere se ipsum, cum potiùs actus ille, quo pœnalitatas eligit, ut Deo satisfaciat, emer sit, non odium respectu sui, licet dicatur odium respectu peccati, quòd detestatur, & vult non esse, unde sicut iste castigat corpus suum non ex displicentia sui, sed culpæ commissæ, ita Judex punit reum non ex displicentia ejus, ut homo est, sed sceleris perpetrati, nam subditos, ut homines, vel ut cives sunt, vult omnes vivere, ut dicebamus in superioribus, licet supposita raitate, nequeat consequi prædictum majus bonum sine punitione illius.

Ad 1. confirmat. nego ma., nam licet particularis homo ex displicentia inimicitiæ moveatur ad odium inimici, & ex eadem velit illi malum, non tamen propter majus bonum, sed quia malum illius est, unde si potest, privet eum vita, ut sæpè contingit, unde verè vult malum ex displicentia personæ, quam vellet non esse in mundo, & ideò voluntas ejus terminativè est ad hominem, vel rem subsistentem.

Ad 2. dist. mi., non vult ex complacentia in ipso, ut homo est, undè sumptus, vel præcisivè ab omni dono supernaturali, conc., ut perfectibilis est per illa, nego. Hæc autem perfectibilitas quid substantiale est, cum sit ipsamet homo, ut perfectus eisdem bonis, vel perficiendus ab illis, per quod petet ad prob.

Ad prob. quoad 2. p. dist. mi., nequit terminari ad malum, ut malum, tam motivè, quàm terminativè nego, motivè, conc., quia semper voluntas nostra sive amet, sive odio habeat, terminatur sub aliqua ratione boni saltem apparentis, unde odio habens inimicum verè vult illi malum, ut malum, dum vult illum non esse, ut dictum est, licet non moveatur ex ratione mali, sed boni saltem apparentis, quia reputat sibi bonum, inimicum pati, vel non esse, & hoc solum convincit ejus probatio.

§. III.

Solvuntur Argumenta contrà secundam.

Tertiò Arg. contra secundam ex D. Th. p. 2. q. 47. art. 1. ad 1., ubi ait. *Ira non dicitur in Deo secundum passionem animi, sed secundum judicium justitiæ, prout vult vindictam facere de peccato.* Quibus verbis videtur expressè sentire, quòd ira, quæ non est passio ex proprio conceptu essentiali solum importat affectum vindictæ secundum judicium justitiæ, in quo nulla reperitur imperfectio.

Dicaes ita esse, quòd id solum importat in Deo, non tamen, quòd in eo consistat conceptus ejus quidditativus juxta D. Tho., ut patet ex locis relatis, in quibus indispensabiliter vult esse necessarium ordinem ad tristitiam ex injuria illata causatam, & propterea ait propriè sumptam longè esse à Deo.

Sed contra hoc est. Nam ibidem in corp. Definiens illam secundum propriam sui conceptum inquit. *Ira est appetitus nocendi alteri sub ratione justi vindicativi.* Et repetit 22. qu. 158. art. 4. in corp. ubi assignans discrimen inter illam, odium, & invidiam ait. *Odium appetit malum alterius absolutè in quantum hujusmodi, invidus autem appetit malum alicujus propter appetitum propriæ gloriæ, sed iratus appetit malum alterius sub ratione justæ vindictæ.*

Ex quibus sic argumentor. In priori loco, scil. art. illo in corp. tradit ejus conceptum definitivum, & in hoc ultimo loquitur de illa contrapositivè ad odium, & invidiam, cum intendet ab illis distinguere, sed de his loquitur secundum conceptum utriusque essentialem, ut de odio patet ex dictis, & de invidia etiam suppono ex his, quæ traduntur ibidem, & est certum, illius motivum formale esse gloriam propriam, ex que movetur ad tristitiam boni alieni, ut impeditivi ejusdem gloriæ, ergo juxta D. Tho. tota ratio iræ in hoc præcisè consistit, quòd sit appetitus nocendi sub ratione ejusdem justi vindicativi, ac proindè non est necessariè ad illam prædicta habitudo ad tristitiam præcedentem.

Resp. ad 1. Authoritatem benè ibi dictum esse. Ad replicam ex secunda corp. dicimus non credere ibi definitionem adæquatam, aliàs sibi manifestè contradiceret in aliis superioribus, in quibus locis ex defectu tristitiæ, ut vidimus, quam vult omninò ad iram præsupponi, rejicit illam à Deo. Tum quia adæquata ejus definitio non erat necessaria ad intentum ejusdem corp., ut facilè constabit leganti textum, unde solum exprimit de illius conceptu, quod erat necessarium ad idem intentum. §. Quod etiam manifestè constare potest ex his, quæ docet q. ant. ar. 8. ubi expressè exigit illam ad rationem iræ, nam assignans ejus species, sic de illis discurrit. *Dicendum, quid tres species iræ, quas Damasc: ponit, & etiam Greg. Nissen. sumuntur secundum ea, quæ dant iræ aliquod augmentum, quod quidem contingit tripliciter. Uno modo ex facilitate ipsius motus, & talem iram vocat fel, quia citò accenditur; alio modo ex parte tristitiæ causantis iram, quæ diù in memoria manet, & hæc pertinet ad maniam, quæ à manendo dicitur. Tertiò ex parte ejus, quod iratus appetit, scil. vindictæ, & hæc pertinet ad furorem, qui nunquam quiescit, donec puniat. Unde Philos. in 4. Æthic. quosdam irascentium vocat acutos, quia citò irascuntur: quosdam amaros, quia diù retinent iram: quosdam difficiles; quia nunquam quiescunt, nisi puniant.* En quòd simplex appetitus vindictæ sub præcise ratione justi vindicativi, non est integer conceptus iræ juxta D. Tho., sed necessariò requiritur tristitia, ut causans illam. Unde etiam in eadem qu. 47. art. 2. in argum sed contra adducit, & admittit definitionem jam insinuatam ex Philos. in 2. Rhatoric. nampè. *Quod ira est appetitus cum tristitia punitionis propter apparentem parui pensionem non convenienter factam.*

Ex his resp. ad 3., quòd ibi assignet sufficiens distinctivum, sed non integrum, quod non erat necessarium, nam satis erat assignare motivum, ob quod iratus contra positivè ad invidum, & odiantem movetur ad dolendum, nampè quòd sicut ille movetur ob appetitum propriæ gloriæ, & iste ob motivum mali absolutè, vel in quantum mali, ita iratus sub ratione justæ vindictæ, non tamen per exclusionem tristitiæ, ex qua causatur, cum tot aliis in locis affirmet esse necessariam.

2. Arg. paritate Consilii. Quia non minùs requiritur ad essentiam consilii, quòd sit inquisitio, quàm ad illam iræ, quòd causatus ex tristitia, sed nihilominus in Deo admittitur consilium nulla existente inquisitione, ut patet ex illo ad Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Unde etiam dicitur juxta Greg. lib. 20. moralium c. 23. apud D. Tho. q. ant. ar. 7. ad 2., *quòd Deus*

Deus immutat sententiam, non tamen consilium, scil. voluntatis suæ, ergo nulla pariter existente possibili in Deo tristitie poterit admitti ira propriè; ma. sumitur ex D.Tho. q.14. r.2. ar.1., & 3.

Explicatur hoc. Quamvis consilium in nobis importat certum judicium ex inquisitione causatum, nihilominus, quia reperitur hoc judicium in Deo, verè, & propriè admittitur consilium, estò non ad sit inquisitio, ergo licet etiam in nobis ira importet appetitum vindictæ ex tristitia causatum, nihilominus quia in Deo reperitur hic appetitus, verè, & propriè poterit admitti ira, licet deficiat tristitia.

Expl. ulteriùs, & affertur ratio utriusque. Ex eo admittitur in Deo verè, & propriè consilium sine inquisitione, quia hæc magis est imperfectio tenens se ex parte subjecti, ut contingit in nobis, quie nempè pervenire non possumus ad judicium certum sine illa; sed etiam tristitia est imperfectio tenens se magis ex parte nostra, quàm objecti, quia nampè injuria irrogata ob nostram imperfectionem, vel imbecillitatem infert in nobis tristitiam provocantem ad vindictam, ergo sicut ex incapacitate inquisitionis salvatur sine illa in Deo consilium, & integer ejus conceptus, cum sola certitudine judicii, salvabitur in illo integer conceptus iræ sine tristitia, ob incapacitatem illius ad dolendam cum solo appetitu vindictæ pro peccato. Unde sicut non est de conceptu consilii ut sic, sive abstrahentis à creato, & increato, sed tantum creati, vel in nobis ob imperfectionem luminis intellectualis præfata inquisitio, & ideò sine illa verè datur consilium in Deo, nec pariter erit de conceptu iræ ut sic, sive abstrahentis à creata, & increata sed tantum creatæ ob nostrem imperfectionem, & ideò verè poterit admitti sine illa.

Ad hoc neg. mi., quia ut ait D.Tho. ar.3. proximè relato ex 1. 2. *Consilium propriè importat collationem inter plures habitam, quod & ipsum nomen designat. Dicitur enim consilium, quasi eò quòd multi consident ad simul conferendum.* Ad illius prob. ex Apost., & D.Greg., dicimus ex eodem ar.1. ibidem ad 2. intelligendos esse quantum ad certitudinem judicii, & sententiæ, non quoad integrum, & proprium ejus conceptum, consistentem non in sola eadem certitudine, sed proveniente ex inquisitione, unde solum affirmari potest de Deo impropriè, & veluti æquivocè, ut concludit ibidem dicens. *Et ideò consilium secundum hoc Deo non attribuitur: & secundum hoc Damasc. dicit, quòd Deus non consiliatur. Ignorantis enim est consiliari.* Ex quibus patet hanc paritatem consilii magis esse retorquendam; nam sicut consilium ex proprio sui conceptu essentiali imperfectionem importat, & ideò nequit secundum proprietatem admitti in Deo, sed tantum metaphoricè, vel æquivocè, ita similiter ira, quie importat ex propriis imperfectionem doloris, vel tristitiæ repugnantia Deo, solum impropriè poterit affirmari de illo, nisi velimus præcisam certitudinem sententiæ, vel judicii sine inquisitione, appellare consilium; & præcisum appetitum vindictæ sine tristitia nominare iram, quod non est propriè loqui de illis, sed magis æquivocè, ut dictum est.

Ex his etiam respond. ad utramque explic., Ad 1. quidem neg. mi. Ad 2. neg. utrumque suppositum, & quòd verè, & propriè admittatur consilium in Deo, & quòd istud importet solum imperfectionem ex parte subjecti, sed magis ex propria sui ratione formali, ut vel ipsum ejus nomen designat, ut eit, & explicat D.Th., non minùs, quàm ira ex propriis importet imperfectionem tristitiæ: est enim injuria ex propriis læsiva, & consequenter causativa tristitiæ propter illam conceptæ, ut tradit idem c.illo 89. ex contra Gent. Per quòd patet ad id, quod subditur in fine ex eodem falso supposito, quòd utraque imperfectio solum se teneat ex parte subjecti.

Sed instas. Nam D.Th. in eadem solut. ad 2. ar.1. ex 1. 2. eodem modo videtur in Deo admittere consilium, sicut admittit scientiam, sed hæc formaliter, & propriè convenit Deo, ut ostensum est supra, ergo pariter conveniet consilium. Prob. ma. Nam sic ait ibi. *Dicendum, quòd ea, quæ dicuntur de Deo, accipienda sunt absque omni defectu, qui invenitur in nobis. Sicut in nobis scientia est conclusionum per discursum à causis in effectus; Sed scientia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu. Et similiter consilium attribuitur Deo quantum ad certitudinem sententiæ, vel judicii, quæ in nobis provenit ex inquisitione consilii, sed hujusmodi inquisitio in Deo locum non habet*, ergo eo modo, quo admittit scientiam in Deo, pariter admittit consilium. §. Ex quibus etiam fit argumentum. Sicut scientia in nobis importat imperfectionem discursus, ita consilium imperfectionem inquisitionis, sed potest scientia juxta D.Tho. esse sine eadem imperfectione, salvo ejus conceptu essentiali, & propriè dici de Deo, ergo pariter consilium poterit præscindere ab inquisitione, salvo pariter conceptu sui quiditativo, & verè, & propriè convenire Deo, ergo cum non magis requiratur tristitia ad iram, quàm inquisitio ad consilium, ut nos etiam fatemur, poterit similiter affirmari de ira.

Ad hoc neg. ma. Nam D.Tho. solum intendit ponere utrumque in Deo absque defectu, ut patet ex illis verbis, *Quæ de Deo dicuntur, accipienda sunt absque omni defectu*, non tamen, quòd sicut sine defectu formalis discursus salvatur verè, & propriè scientia in illo, ita sine inquisitione salvetur verè, & propriè consilium in illo, quia non ita requiritur ad proprium conceptum scientiæ discursus, ut supra ostensum est, sicut ad proprium consilii inquisitio, ut docet idem ubi supra, unde licet scientia ponatur propriè, & formaliter in Deo, non tamen consilium, sed tantum terminativè, idest illa certitudo sententiæ, ad quam habendam consilium in nobis ordinatur. Et per hæc patet ad argumentum sectum.



DIS-

DISPUTATIO SECUNDA.

De Justitia, & Misericordia Dei.

Duabus quæstionibus præsantem disputationam absolvimus, altera scilicat de Justitia, quanam nempè reperiatur in Deo; altera varò de Misaricordia, quomodo reperiatur in illo.

QUÆSTIO PRIMA.

Quænam Justitia reperiatur in Deo.



T proximè vidimus ex D.Tho., nequit aliquid dici de Deo, nisi axclusis omnibus imperfectionibus, cum sit summè infinitè perfectus; unde in quirendo de his virtutibus moralibus, quænam sint, val quomodo in Deo, attendandum ast ad eorum conceptum formalem, an importent, vel non, aliquam imperfectionem, val defectum; & quia hujusmodi immanitas à defacta videtur specialiter convenira justitiæ, & misaricordiæ contrapositivè ad alias morales, mariò de *his* duabus procedit quæstio. Nam virtutes, quæ sunt ad alterum, ut superiorem, vel æqualem, *scil.* religio, obedientia, pietas, observantia, vel quæ versantor circa moderationam passionum, ut fortitudo, quæ moderatur timoram, patiantia, & mensoatudo, quæ habent moderari tristitiam, & sævitiam; & temperantia, quæ versatur circa moderationem dalectationum corporaarum; nequeunt Deo formalitar Deo convenire, quia ut patat, includunt in suo formali conceptu aliquid Deo repugneas, ut docet D.Th. hìc ar.1. ad 1.

Suppono varò ut cartum, justitiam præscindendo à speciebus illius, scil. lagali, commutativa, & distributiva, essa formaliter in illo; utpotè nullam in sui conceptu ot sic importantem, impetfactionem, unda passim in scriptura affirmatur de Deo attributum justitiæ, officiomque justè judicandi, & reddendi unicuique, quod suom est, juxta definitionem communiter traditam da illa à Theologis, & Jurisperitis, quòd *sit virtus unicuique tribuens, quod suum est*. Quod etiam probat D.Th. hic aodem a.1. in corp. dicens. *Sicut ergo ordo congruus familiæ, vel cujuscunque multitudinis gubernatæ demonstrat hujusmodi justitiam in gubernante, ita ordo universi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in rebus voluntariis, demostrat Dei justitiam*. Et deinda ad 1. in fine subdit. *Quadam verò virtutes sunt circa operationes, ut puta circa dationes, & sumptus, ut justitia, & liberalitas, & magnificentia, quæ etiam non sunt in parte sensitiva, sed in voluntate. Unde nil prohibet hujusmodi virtutes in Deo ponere, non tamen circa actiones civiles, sed circa actiones Deo convenientes. Ridiculum est enim circa virtutes politicas Deum laudare, ut dicit Philos. in 10. Ethic.*

Difficultas ergo specialitar reducitur ad justitiam commutativam, quia videtur importara aliquam rationem dabiti, quæ Deo respectu creaturæ repugnat, ut inquit D. Tho. tum hic ad 3. prapè finem, ubi ait. *Deus non est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potiùs alia in ipsum*. Tum 1. 2. q.114. ar.1. ad 3. inquit. *Non sequitur, quòd Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua ordinatio impleatur*. Quod ibidem atiam præmiserat qu.21. art.1. ad 3. ubi distinguans duplex debitum, alterum ex merito proveniens, quod refertur ad personem, cujus est agare meritoria opera secundum illud ad Rom.4. *ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum, non secundum gratiam*. Alterum verò secundom conditionem naturæ, puta si dicamus debitum asse homini, quòd habeat rationem, & alia, quæ ad humanã pertinet naturam; subdit. *Neutro autem modo dicitur debitum propter hoc, quòd Deus creaturæ obligetur, sed potiùs in quantum creatura debet subjici Deo, ut in ea divina ordinatio impleatur, quæ quidem est, ut tales conditiones, vel proprietates habeat, & quòd talia operans talia consequatur.*

In hac ergo re variè sentiunt Authores, nam Suarez in opusc. de justitia Dei existimat in Deo admittandam asse justitiam non solum distributivam, sed etiam commutativam in ordine ad homines fundatam in pacto, & promissiona, quæ intarcedit inter Deum, & nos, itaut si non redderat, quod ax pacto convenit, dicaratur violator stricti juris, & propriæ, ac specialis justitiæ. Ipsum sequuntur Granado, Tannerus, & alii ex eadem Societate. Alii varò, ut Vasquez, Lassius, Sanchez, & Arrubal negant dari in illo veram, & strictam, siva distributivam, sive commutativam, & dicunt præmium reddi à Deo bonis operibus ax sola fidalitate, val gratitudina, aut alia virtute simili, quæ sit pars potestativa justitiæ, non species ajos.

Thomistæ verò videntur in uno omnes convenira, scil. quòd loquando de justitia commutativa, quæ attenditur in rebus externis, pecunia, tritico &c. non sit admittanda in illo, quia hæc ordinatur ad raparandam inæqualitatam cum translatione dominii, quæ respectu Dei subsistare nequit, cum omnia perpetuò cadant sub dominio ejus. Si verò loquamur de illa in actionibus humanis, quibus honorem, vel injuriam unus alteri exhibat, vel infart, affirmant aliqui convenire illi, ita ut satisfactionam sibi exhibitam tenaator ex eadem acceptare, vel saltam non exigera aliam. Ita M. Farre hìc qo.e. §.2., & sustinant alii, quos suppresso nomine refart M. Bannez hìc, & quos olim ipsa sequutos est, licet postea in eltaram partem declinaverit. Sed specialiter favet M. Catalam 3.p.q.1. ad ar.2. dob.7. pracipuè in resp. ad 3., quia hæc ax opposito contingit sine prædicta

translatione; & per id etiam, quod cadit sub dominio creditoris, & sine ulla etiam imperfectione, quia obligatio accepta reddendi non oritur ab extrinseco, sed ex ipsa rectitudine divinæ voluntatis, ut inquit hic Mag. §. Alii verò videntur absolutè negare omnem, & solam admittere distributivam, & vindicativam, quæ est pars distributivæ habens distribuere præmia, & supplicia secundum proportionem meritorum, vel demeritorum. Ita Gonet hic disp.7. ar.1., & 2. referens pro se, non solum D.Tho., sed communiter etiam ejus discipulos, Capreol., Cajet. Ferrer., Sotum, Gonzalem, Mercum à Serre, Jo. à S.Tho.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio.

IN Deo nequit admitti justitia commutativa, quæ versatur circa res externas, pecuniā &c. sive circa materiam, in qua intervenit vera translatio dominii. Pro intelligentia hujus, & posterioris conclusionis, & ampliori præfatæ distinctionis justitiæ commutativæ respectu utriusque materiæ suppono ex D.Th. in 4. dist.15. q.1. ar.5. in corp., æqualitatem, & inæqualitatem hujus justitiæ dupliciter contingere. Uno modo in datis, & acceptis, sive in prædictis rebus externis, scil. pecuniæ, tritico &c. Alio modo in actionibus humanis, quibus, ut dictum est, exhibetur honor, vel irrogatur injuria. Hoc verò esse discrimen inter reparationem inæqualitatis in rebus externis, & reparationem illius in actionibus humanis, quòd prior propriè vocetur restitutio, posterior verò satisfactio, & potest esse, ut constabit infra, sine aliqua restitutione ut insinuat ad 1. dicens, quòd pro offensa homo satisfacit formaliter Deo, vel proximo, non aliquid ei restituendo, sed aliquid humilitatis exhibendo, & id ob in iste non est necessarium, quòd fiet per dictam translationē, sicut contingit in priori, quæ fit per pecuniā, quia restitutio propriè ordinatur ad transferendam tantam pecuniam, vel rem in dominium creditoris, quanta fuerat ab eo accepta, ne minùs habeat in bonis suis, quàm debet habere.

Hoc supposito habetur conclusio ex eodem ibidem dist.46. qu.1. ar.1. in corp. propè medium, ubi inquit. *Sed justitia commutativa, & per quam æqualitas constituitur inter Deum dantem, & creaturā recipientem Deo competere non potest secundum propriam acceptionem.* Et 1. cont. Gent. c.93. ratione 7., vel ultimè iterum propè medium inquit. *Similiter justitia quantum ad commutationis actum, Deo competere non potest, cum ipse à nullo aliquid accipiat. Unde ad Rom.2. &c. quis prior dedit illi, & retribuetur ei 2. & Job.41. Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Per similitudinem tamen aliqua Deo dare dicimur, in quantum Deus nostra data acceptat. Non igitur sibi competit commutativa justitia.* Idque repetit hic ar.1. in corp. dicens. *Justitia commutativa, vel directiva commutationum sive communicationum non competit Deo; quia ut dicit Apostol. Rom.2. quis prior dedit illi, & retribuetur ei?*

Ex his, & præcipuè ex doctrina illa dist.15. prob. concl. Justitia commutativa in rebus externis, sive in datis, & acceptis ordinatur principaliter ad reparandam inæqualitatem respectu minùs habentis, sive creditoris, ne scil. minus habeat, quàm debeat habere, sed hoc est alienum, sive impossibile respectu Dei, ergo nequit in his admitti in Deo justitia commutativa. Ma. constat ex D.Tho. ibidem, & ratione ex eodem adducta, & ex discrimine inter utramque reparationem, scil. in rebus externis, & in actibus humanis: mi. jam est certissime, quia nec Deus potest esse minus habens, nec aliquid propriè accipere à nobis, sed tantum per similitudinem, ut ait D. Tho.

Expl., & urg. hoc. Nam reparatio inæqualitatis in his externis, cum sit propriè restitutio rerum tendit ad dandum creditori, quantum fuit ab eodem acceptum, ne minus habeat, ergo per se ordinatur ad transferendam rem exhibitam in dominium creditoris ergo nequit admitti respectu habentis rerum omnium dominium, scil. Dei. §. Expl., & urg. ulteriùs totum hoc ex prædicto superiori discrimine; nam reparatio inæqualitatis in eisdem externis in hoc distinguitur ab alia in actibus humanis, quòd illa, ut ait D.Tho., est propriè, vel dicitur restitutio, ista verò, satisfactio, sed restitutio, ut dictum est, & patet ex terminis, per se ordinatur ad dandum id, quod deest creditori, vel fuit acceptum ab illo, per hoc enim constituitur creditor minus habens, & consequenter transferre illud in dominium ejus, ne sit minus habens, satisfactio autem non ordinatur per se ad transferendum ipsam actionem satisfactoriam in dominium offensi, sed ad exibendum honorem æqualem injuriæ illatæ, qui potest ei exiberi per actionem, qui sit sub dominio ejus, ergo nequit in illis solveri justitia commutativa sine translatione dominii, Deo supremo omnium domino, repugnante.

Ex his prob.2. concl. Deus in rebus externis nequit ex hujusmodi justitia obligari ad reddendum creaturæ pro acceptis ab illa, ergo non est in illo. Prob. ant. In tantum posset obligari, in quantum non reddendo violaret illius jus, ut sibi redderet, sed hoc est falsum, ergo. Prob. mi. Nemo facit alteri injuriam non dando ei, aut non restituendo, quod non tenetur dare, nec restituere, sed non tenetur Deus dare, nec quidquam restituere creaturæ, cum omnia illius bona, sua sint, & sub ejus universalissimo dominio cedant, ergo.

Urg. hoc. Nam de iis externis omnis exhibitio facta Deo à creatura magis est restitutio, quàm datio juxtà illud Paralip.29. *Quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.* Et juxta illud Apostol. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Unde rectissimè ait D. Tho. ubi supra, quòd per similitudinem tantum dicimur nos dare aliquid Deo, quatenus ipse acceptat, ergo tantum ab est, quòd possit ex justitia obligari à creatura ad reddendum, quin potiùs hæc magis obligatur illi, dum acceptare dignatur, quod jam suum est, & poterat eam spoliare, vel privare talē bono exhibita sine ulla injuria, cum sit universorum Dominus.

3. Prob., & simul iterum urgentur hæc omnia. Nam in datis, & acceptis nulla potest esse obligatio ex justitia, ubi acceptio rei nequit esse obligatoria ex justitia, sed respectu Dei nulla acceptio ex sibi exhibitis à creatura potest ex justitia obligare illum ad reddendum, ergo nulla esse potest in eo justitia commutativa. Ma. constat, nam in datis, & acceptis debitum hujus justitiæ oritur ex ipsa acceptione rei. Mi. verò prob., quia obligatio orta ex ipsa acceptione

ne rei aliquomodo subdit accipientem ipsi danti. Qui enim sic obligatur alteri aliquomodo subditur ei ut inferior, sed hoc per se repugnat Deo, ut patet.

§. II.

Statuitur secunda Conclusio.

Probabile est in genere honoris, vel satisfactionis non repugnare Deo justitiam commutativam, vel esse admittendam in illo. §. Prob. ex dictis evertendo fundamentum oppositæ sententiæ. Nulla est imperfectio admittere eam in hoc genere, & aliàs valdè commendat satisfactionem Christi, ergo probabile est non repugnare illi, conseq. tenet, quia ob imperfectionem negant contrarii, & supposita veritate primæ partis ant. quòd nulla sit imperfectio videtur ab omnibus concedenda, cum nemo negaverit, quòd magis conferat ad honorem Christi, vel commendationem satisfationis ejus. Ant. verò quoad 2.p. supposita eadem veritate primæ videtur certum, quia magis commendat rigorem justitiæ illius, quòd fuerit acceptata, aut debuerit acceptari ex rigorosa justitia, sive commutativa, nam præcipua difficultas est respectu ejusdem satisfactionis, quæ cum perfectè, & omni rigore metaphy ico habuerit rationem essentialem propriæ justitiæ, ut nos Thomistæ fatemur, & latè ostendimus 3. p. contra Vasquez, difficultas est an sit in Deo admittenda hujusmodi justitia, ex qua opus fuerit eam acceptari, nam nos Deo æquale offerre non possumus ad satisfaciendum ad æqualitatem pro peccatis nostris.

Quoad verò 1. par., quam negant contrarii prob. Tum quia omnis imperfectio assignata ab illis, si strictè inspiciatur, & statim constabit, solum militat de commutativa in datis & c., quę nępè respicit commutationes externas, ut etiam colligitur ex dictis. Tum quia omnis hujusmodi imperfectio, vel oritur ex translatione dominii, vel ex debito aliquo contracto, aut obligatione repugnante Deo, vel supremo ejus dominio, sed nulla ex his arguitur in hoc genere, ergo. Ma. est contrariorum, ut videre est hic apud Gonet. Mi. verò prob. 1. quoad 1. p. Nam in hoc genere ut tradit D.Tho. dist. illa 15. in 4. ar. 2. ad 2. satisfactio per actionem liberè elicitam à satisfaciente fieri potest, quamvis sit etiam sub dominio creditoris. Et prob. ut supra, quia satisfactio in hoc genere non ordinatur per se ad transferendam actionem satisfactoriam in dominium offensi, sed ad exhibendum honorem æqualem injuriæ illatæ, sed hujusmodi honor potest ei exhiberi per actionem, quæ sit sub dominio illius, ergo, ma. patet, quia quando satisfacimus alicui homini pro irreverentia illata non tribuimus ei dominium nostræ actionis liberæ, sed per actionem manentem sub nostra potestate exhibemus ei honorem, & reverentiam. Mi. autem prob. Nam per actiones nostras, ut liberè procedunt à nobis, irreverentia, & injuria infertur Deo licet sub ejus dominio sint, ergo per actiones nostras, ut liberè procedunt à nobis, & existentes sub dominio Dei potest ei exhiberi honor; conseq. tenet; nam sicut actio nostra libera non est injuriosa Deo, nisi ut à nobis liberè fit, ita non est meritoria formaliter, nec satisfactoria, nisi ut liberè à nobis procedit ex Dei gratia, quia Deus non est satisfaciens, quamvis producatur ut à causa prima totus ejus valor moralis.

Deindè prob. quoad 2. p. de obligatione, vel debito. Quamvis repugnet Deo, vel ejus supremo dominio hujusmodi obligatio, vel debitum ex justitia ad absolutè acceptandam satisfactionem Christi, non tamen supposito pacto, & promissione, præcipuè onerosa, sed hoc pactum, & promissio inter fuit, ergo nulla est etiam imperfectio ex parte obligationis, vel debiti: mi. constat, nam eo ipso; quòd Deus voluit filium suum pro peccatis hominum satisfacere per passionem suam, & mortem, pactum fuit saltem implicitè acceptandi ejus satisfactionem, & ideo tenebatur jam ex justitia eam acceptare, nam licet ex simplici promissione divina solum oriatur obligatio fidelitatis, tamen ex promissione facta sub conditione onerosa, idest sub conditione, ut ille cui fit, promissio, exhibeat opus condignum ad obtinendum, quod promittitur, tunc oritur obligatio justitiæ reddendi promissum, quia non gratis offertur, sed tanquam merces debita. Hanc verò etiam promissionem factam esse Christo, colligitur ex illo Isa. 53. *Si posuerit animam suam pro peccata videbit semen longævum*. Ma. verò prob., quia hoc genus obligationis, vel debiti, ut dictum est, non provenit in Deo ab extrinseco, sed ex ipsa rectitudine divinæ voluntatis, ergo nullam arguit imperfectionem in illo, sicut in simili supra, & alibi in logicis dicebamus.

Ex hoc enim, quòd non possit divina voluntas manere suspēsa ab omni actu erga creaturas, quia non est necessitas proveniens ab extrinseco, sed ex summa sui perfectione, vel actualitate, ut explicatum est, nullam arguit imperfectionem, sive defectum bonitatis in Deo. Et videtur expressa doctrina D.Tho. in 2. dist. 27. quæst. 1. art. 3. ad 4. in solut. 1. ubi ait. *Quòd Deus non efficitur debitor nobis, nisi forte ex promissa, quia ipse bona operantibus præmium repromisit, & ideo non est inconveniens, si ab ipso quis mereri possit. Ex quo aliquomodo debitor est*.

Explic. hoc. Licet obligatio, & debitum ad Christum, ortum ex illius operibus independenter à voluntate Dei arguat imperfectionem subjectionis, vel dependentiæ ab illo, non tamen si id totum originaliter dependeat à Deo sic disponente, quòd Christus jus rigorosum haberet ad acceptationem suorum operum ex justitia; nam prout sic torum radicaliter refunditur in Deum tanquam ad fontem, & radicem omnis hujusmodi justitiæ, sine omni dependentia ab aliquo extrinseco, sicut hac ratione dicimus infra in simili proportionabiliter de operibus nostris meritoriis, quòd quia prima radix conferendi illis præmium est divina bonitas, seu titulus liberalitatis, dicitur coronare dona sua, licet dicantur merita nostra, (ut ibidem explicabitur,) sine omni extrinseca dependentia, ergo talis obligatio sic orta ab intrinseco nullam infert in illo imperfectionem.

Dices ex eodem Gonet, & aliis, pactum, & promissionem, quæcunque sit, non posse in supremo Domino inducere obligationem ex justitia, sed tantum veracitatis, & fidelitatis, quia titulo supremi dominii impeditur à tali debito, sive constituitur incapax illius, nam ut quis, inquit, debitor fiat aliquid accipiendo, (etiam supposita quacunque promissione,) opus est, ut id, quod accipit, eique exhibetur non sit sub dominio ejus. Unde quantumcunque quis promittat aliquid filio, vel servo suo, si ei dederit, quod revera Patris, aut Domini est non fit debitor id

eccipiendo, sed promittendo, & consequenter non ex justitia, sed fidelitate.

Sed hæc solutio præoccupata est ergumento facto, nam confundit inter satisfactionem in datis, & acceptis, & in genere honoris, quæ non est, (ut vidimus ex D.Thom., præcisè ad transferendum dominium, sed ad exhibendum honorem pro in iurie illate, sive ad reparandum jus læsum in genere honoris, & iden fieri potest per actionem liberè elicitam à satisfaciente etiamsi aliàs sit sub dominio credito. is, vel offensi, ut probatum est, unde recursus ad titulum supremi dominii videtur de subjecto non supponente.

Deindè insto ut supre. Promissio, sub conditione operis onerosi est quidam veluti contractus justitiæ, & non simplex promissio, vel liberalitas, ergo obligatio orta ex ille, non est pure obligatio fidelitatis, aut veracitatis, sed justitiæ, ac proindè licet Deus non teneretur acceptare satisfactionem Christi ebsolutè secluso omni pacto, & promissione, tenebatur tamen facta liberaliter promissione sub conditione ponendi animam suam pro peccato, eaque impleta, ut revera implevit Christus.

Urg. hoc. Optimè stat Deum titulo supremi dominii non teneri absolutè ad illam acceptandam ex justitia, & teneri supposito eodem pacto, & promissione onerosa, sive optimè stat, quòd sit incapax hujus justitiæ ad acceptandum, & quòd sit capax illius supposito hoc pacto, & promissione, seu ut volens se obligare legi hujus promissionis obliganti ad reddendum ex justitia, ergo, Prob. ent. Optimè stat, quòd absolutè, & ut Omnipotens possit restituere visum cœco nato, & quòd ut Author naturæ volens se obligare legibus illius, non possit restituere illum, ergo pariter &c. conseq. tenet à paritate rationis; non enim videtur magis incapax respectu hujus justitiæ, quàm respecto restitutionis visus, nec magis ebsolutus titulo Omnipotentiæ à legibus naturæ, quàm à lege promissionis onerosæ titulo supremi dominii, ergo si nihilominus potest obligari legibus naturæ, itaut illæsa manente sui omnipotentia, non possit visū eidem cæco ut Author naturæ restituere, poterit pariter ut onerosè promittens obligari legi hujus promissionis, itaut illæso manente sui supremo dominio teneatur, seu non possit non acceptare ex justitie.

Ex quo iterum inferimus, quòd sicut sine omni imperfectione stare potest primum, pariter subsistere poterit sine omni hoc secundum. Quia nempè licet, ut Author naturæ dicatur non posse restituere, absolutè tamen potest, pariter licet ut onerosè promittens dicatur teneri, absolutè tamen non tenetur, quod videtur sufficere ad salvandam imperfectionem.

§. III.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò Arg. contra secundam conclusionem, in que est specialis difficultes, In eo, qui ex justitia commutetive aliquid tribuit, vel acceptat sibi oblatum, necessè est esse strictum debitum ed illud tribuendum, vel acceptandum, sed in Deo nec est, nec esse potest hujusmodi debitum etiam in ordine ad Christum, ergo non est in illo justitia commutative in ordine ed illum, vel ad ejus satisfactionem acceptandam, Me. est D. Thom. 2.2. q.80. art.1. in corp. paulò post principium, ubi ait. *Dupliciter aliqua virtus ad alterum existens à ratione justitiæ deficit. Uno quidem modo in quantum deficit à ratione æqualis: alis modo, in quantum deficit à ratione debiti.* Et patet, quia ille, qui ebsque debito, & obligatione saltem stricta aliquid tribuit, vel acceptat, non tribuit, vel acceptat ex justitie commutativa, sed magis ex liberelitate, vel honestate, aut fidelitete. Mi. verò etiem videtur expressa D. Tho., ubi supra, tum 1. 2. q. 111. art. 1. ad 1., & qu. 114. art. 1. ad 3., & hic etiam art. 1. ad 3., in quibus locis apertè negat hujusmodi debitum in ordine ed extra, & retionem subdit, *Quia ipse ad alia usu ordinatur, sed potiùs alia ad ipsum.*

Deindè prob. retione. Nam strictum debitum importat inferioritatem aliquem, & dependentiam debitoris ab eo, cui debetur, at hoc est incōpossibile cum supremo dominio. Qui enim est supremus dominus alicujus est dominus omnium, quæ sunt ipsius: undè per nullam prorsus actionem, vel rem potest illi obligari, & debitor fieri ex stricta, & rigorosa justitia: & ideo Dominus potest servo rem promissam, pute vestem negere, immò datam auferre, & promissionem rescindere, atque irritare sine injustitia, quia quidquid servus possidet, Domini est, ergo.

Quòd si dicas, ut supre, id solum convincere loquendo absolutè, non tamen supposito pacto, aut promissione onerosa operis exhibendi, & præcipuè ad æqualitatem, ut contingit in Christo, & in genere etiam satisfactionis honorificæ sine translatione dominii: immò etiam in nobis inter dominum, & servum intercedente tali pacto, & promissione posset oriri obligatio naturalis justitiæ, si lege positiva non prohiberentur.

Sed contra instet Gonet. Pactum, & promissio in supremo Domino solum possunt inducere obligationem fidelitatis, & veracitatis, non tamen strictæ, & rigorosæ justitiæ. Quia ut quis debitor fiat aliquid accipiendo, (etiam supposita quacunque promissione,) opus est ut id, quod accipit eique exhibetur non sit sub dominio ejus, ut patet eodem exemplo Domini respectu servi, vel Patris respectu Filii. Unde Aug. serm. 16. de verbis Apost. cap. 1. *Debiter factus est*, (scil. Deus,) *non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittenda.* Et Ansel. in Prosologio cap. 10. *Justus es; non quia nobis reddis debitum, sed quia facis, quod decet te, summè bonum.*

Urg. hoc ipsum ex telate euthoritete D. Thom. hic ed 3., & ex aliis etiam superioribus, nam supposito etiam pacto, & promissione Deus ad creaturas non ordinetur, nec ab ipsis dependet, nec fit illis debitor ex justitia, sed ex fidelitate, vel gratia sicut fecit pactum, & promissionem, ac fœdus cum Abraham de Incarnatione Filii sui, quod ante promiserat per Prophetas, ut eit Apost., & Abrahæ dictæ sunt promissiones hujus mysterii, & tamen non ex justitie detus est Christus, sed ex emore, & gratia, Et promittit etiam exaudire orationes, sicut dicitur psalm. 90. *Invocabit me, & ego exaudiam eum.* Et Jo. 14. *Petite, & accipietis.* Nec tamen ex justitie implet Deus petitiones nostres, sed ex misericordia, & fidelitate, ergo.

Ad hoc, quo idem cum aliis convincitur ad negendam omnem justitiam commutativam in Deo in ordine

dine ad extra patet ex dictis, & ampliùs constabit ex dicendis specialiter militare in ordine ad puras creaturas, loquendo de satisfactione etiam honorifica, cum non possint reddere, vel offerre aliquid æquale Deo, ex qua parte etiam deficit quodcunque oblatum à ratione justitiæ, ut ait D. Thom. illa 80, q. 22. non verò in ordine ad Christum, ut dictum est, cum ejus satisfactio pro peccatis fuerit justitiæ rigorosæ. Sed quia juxta D. Thom. ibidem potest aliquid deficere etiam à ratione justitiæ ex alio capita, quatenus scilicet deficit à ratione debiti, quod videtur pariter militare in ordine ad Christum juxta superiorem doctrinam D. Tho. aliis in locis, ideo ad hoc etiam.

Resp. in forma, vel nego mi. juxta superiora, & solut. traditam, vel dist. illam, nec est, nec esse potest, absolutè, conc. supposito pacto, & promissione onerosa, ut explicatum est, nego. Ad 1. prob. ex Div. Thom. respond. intelligendam esse de debito in ordine ad puras creaturas, quæ quia nihil offerre possunt Deo, sive per modum actionis honorificæ, aut satisfactionis pro offensa, sive quocunque alio modo, quod sub dominio Dei non sit, aut quod æquale sit, ideò nunquam possunt per aliquid à se ipsis exhibitum fundare debitum ex justitia, & consequenter, nec tenetur Deus ex justitia acceptare illud, sed tantum ex misericordia, vel fidelitate, quia quod offertur creditori intra lineam justitiæ debet esse æquale debito extinguendo, ut teneatur ille acceptare illud ex justitia, vel saltem non exigere satisfactionem majorem: Hæc autem, ut ostensum est, non militant de Christo, qui plenè satisfecit, vel ad æqualitatem pro peccatis hominum, unde licet non teneretur Deus absolutè acceptare satisfactionem ejus, tenebatur tamen supposito pacto, & promissione onerosa, non debito orto ab extrinseco, ut dictum est, sed ex rectitudine suæ voluntatis. Ad id verò, quod dicitur ex D. Thom. hic art. 1. ad 3. de ordine ad creaturam repugnante illi, statim dicemus in solutione ad replicam contra responsionem datam.

Ex his respond. ad aliam prob. ex ratione, unde dist. ant. debitum ortum ab extrinseco, transeat, vel conc., ab intrinseco, vel ex ipsa rectitudine debitoris, vel obligati, sive divinæ voluntatis in casu, ex qua proveniat hujusmodi debitum, nego, quia tunc, ut vidimus, nullam arguit imperfectionem in illo, sed summam potiùs in radice liberalitatem, & bonitatem, & idem ferè est, ac fieri debitorem sibi, ut ait D. Thom. locis relatis ex 1. 2. Nam eo ipso ut diceбamus, quòd voluit filium pro peccatis hominum satisfacere, consequenter voluit pacto saltem implicito obligare se ipsum ad acceptandum illam ex justitia, & non ex præcisa fidelitate, aut veracitate, quia non erat simplex promissio, sed onerosa, onere importante æqualitatem pro debito, quod non præjudicat supremo ejus dominio, nam satis est, quòd absolutè possit non acceptare, sicut non præjudicat ejus Omnipotentiæ, ut vidimus, quòd non possit restituere visum cœco nato ut Author naturæ, seu stando legibus ejus, quia aliàs potest absolutè. Et per hæc patet ad replicam, & illius authoritates, quæ tantum probant in ordine ad puras creaturas, & in ordine etiam ad Christum absolutè loquendo, non supposito pacto, & promissione onerosa.

Ad ejus confirm. ex D. Thom. hic, (nam quoad alia loca jam dictum est,) resp. D. Thomam negare rationem debiti in Deo, per quam debitor realiter ordinatur ad creditorem, ut patet ex litera, vel ejus causali, sed hoc non militat in ordine ad Christum, nam debitum per realem ordinem ad creditorem contingit, quando aliquis ab eo accipitur, quod non erat sub dominio accipientis, ex hoc enim iste aliquomodo subjicitur, & dependet ab illo, non tamen si solum constituatur debitor à se ipso, vel à propria voluntate, qua voluit ponere pactum, & se obligare, ad acceptandum, quod aliàs potest absolutè non acceptare, ut dictum est, unde pendet hæc obligatio à se ipso, sive ex ipsa rectitudine Divinæ voluntatis, ut dictum est, sine subjectione, ac dependentia, ac proindè sine relatione reali. Sicut enim datur in Christo vera filiatio ad B. Virginem sine relatione reali ad illam ob illius incapacitatem, ita poterit dari in Deo vera justitia commutativa respectu Christi sine relatione reali debitoris ad illum tanquam ad creditorem ob similem incapacitatem ex parte Dei. Vel sicut verè datur in eodem Christo gratia habitualis sine filiatione adoptiva ad Deum, ob illius incapacitatem, licet hæc ex natura rei consequatur ad illam, ita poterit dari in Deo justitia commutativa respectu Christi sine relatione reali ad illum ob eandem ex parte Dei incapacitatem, licet hæc diceretur consequi ex natura rei ad justitiam, scil. ortam ab extrinseco, sive ex acceptione rei alienæ. Ex quibus etiam patet ad aliàs authoritates scripturæ, in quibus fit mentio de similibus promissionibus, quia cum sint in ordine ad puras creaturas deficit in illis æqualitas, ut dictum est, unde solum potest esse ibi obligatio ex fidelitate, vel gratitudine, aut alia simili virtute.

Sed contra hujusmodi solutiones, seu contra earum principalem vim instas. Quia non stat, ut id, quod Deo offertur, sit jam sub dominio illius, & quòd nihilominus possit in illo oriri stricta obligatio respectu offerentis, quicunque sit etiam interveniente pacto, ergo. Prob. ant. Jus strictum debet fundare obligationem, & debitum in persona orta ex actione alterius erga se, ergo si totum quod offertur Deo, est jam sub dominio ejus, nulla potest oriri obligatio stricti juris in illo quantumcunque interveniat pactum, vel promissio, conseq. tenet, quia si pactum, vel promissio est tota ratio formalis fundans obligationem, & non pura conditio ut fundetur ex actione alterius, sibi ipsi tantum obligabitur Deus.

Unde ratione solius fidelitatis, & veracitatis tenebatur acceptare satisfactionem illam Christi, quia cadebat illa promissio super rem aliàs suam, & ita si Deus vult semel se obligare, & pacisci est merè gratuitum, ac proindè in vi promissionis manet obligatus, non in vi justitiæ. Ant. autem prob. quia jus commutativum est illud, ratione cujus una persona habet jus erga aliam ut aliquid faciat, itaut si non impleat contra jus talis personæ faciat, & committat injustitiam, ergo debitum, quod fundat, oriri debet ex actione alterius, ergo si semel Deus est incapax obligationis ortæ ab extrinseco, erit omninò incapax obligationis stricti juris.

Explic. & urg. totum hoc. Nam ut ex actione mea resultat obligatio, aut debitum in altero, requiruntur duo. Primum, quòd illa actio non sit aliquid illius, sed ipsius propria, aut sub ejus dominio, nam ex his, quæ sunt propria, & aliàs mea, quomodo potest mihi induci obligatio, seu debitum, & jus, itaut contra justitiã faciam, si ei non deferam, cum de meo

meo pessim facere, & uti sicut voluero sine læsione juris alterius. Secundò requiritur pactum, seu contractus, aut quasi contractus, non quia pactum det valorem actioni, seu materiæ exhibitæ, sed quia est explicatio oneris, & tituli, quo resultet obligatio & debitum justitiæ, quia si facio aliquid sine pacto exprimente vim, & onus obligandi, non tenetur alter se obligatum sentire, quia potest titulo liberalitatis, aut gratiæ præsumere sibi oblatum, & ita gratificari tenebitur rem sibi factam, sed non ex justitia retribuere, & ex debito stricto, sicut si aliquis in vinea laborat non ex condicto, & pacto non teneor illi ex justitia mercedem reddere, quia non convenit mecum, licet labor ille valeat de se id ipsum, quod valeret si pacisceretur. Ex his sic arg. Sola promissio, aut pactum non sufficit ad fundandum debitum justitiæ, nisi cadat supra materiam alteri in debitam vel non suam, quia ut dictum est, & patet ex terminis, nullus obligari potest ex exhibitione rei jam suæ, sed omne Deo oblatum magis est Dei, quàm cujuscunque alterius, ergo nulla promissio, aut pactum potest inducere obligationem, aut debitum strictum in illo.

Huic instantiæ, quæ coincidit cum priori principali argumento, & est præcipuum fundamentum M. Jo. à S. Tho., quod sibi inquit magnam vim semper ingerit existimans esse unicum, quo perpetuò utitur D. Tho., quia videlicet nos nihil possimus dare, quod non prius ab ipso sit, & totum ejus sit, & sic nemo potest prior illi dare, ut ratione illius retribuat: Resp. ut supra specialiter probare in ordine ad puras creaturas, ut præcipuè intendit D.Tho., vel etiam in ordine ad Christum, absolutè loquendo, ut explicatum est, et supposito, quòd voluerit illum satisfacere pro peccatis hominum, & promissione facta sub conditione onerosa pactum saltem implicitè fecit, ut dicebamus, eam acceptandi, & ideò tenebatur eius satisfactionem acceptare ex justitia, & non ex pura fidelitate, aut veritate, cum non esset simplex promissio, nec ex præcisa justitia distributiva, cum esset satisfactio rigorosæ justitiæ, & non simplicis condignitatis, sed ex commutativa, quod tamen non præjudicat supremo illius dominio, nec arguit, ut vidimus imperfectionem in illo, quia nascitur obligatio ex ipsa rectitudine propriæ voluntatis, qua ut Judex ordinarius voluit sic se obligare ad illam acceptandam, ita ut saltem non possit exigere majorem, quamvis absolutè posset non acceptare, in quo relucet idem dominium, sive salvatur sine ulla subordinatione ad Christum, aut sine inferioritate ad illum, sicut relucet, & salvatur, ut sæpè dictum est, ejus omnipotentia supra omnem legem naturæ, & sine ulla dependentia ad illas, (licet eisdem attentis aliquid non possit;) per hoc quòd absolutè potest facere illud.

In forma ergo disting. claritatis gratia ant., possit in illo oriri obligatio stricta, sive justitiæ, loquendo absolutè, conc., supposito pacto, & promissione neg. nam eo ipso quòd promissio fit sub conditione onerosa, idest sub conditione, ut ille, cui fit promissio exhibeat opus condignum ad obtinendum id, quod promittitur, planè obligatio oritur justitiæ, quia non gratis offertur, sed tanquam merces debita, & hujusmodi promissio, ut dictum est, facta fuit Christo. Ad prob. dist. ant. ex superiori doctrina D.Tho. ex 4. relato; jus strictum, seu commutativum intra li-

neam restitutionis transeat, vel conc., intra lineam satisfactionis modo explicato neg. ant., & conseq., vel suppositum ejus, quòd hæc præcisè ordinetur ad transferendam rem oblatam in dominium creditoris, sed potest fieri, ut dictum est, per actionem liberè elicitam à satisfaciente, quamvis sit etiam sub dominio creditoris, ut ibidem tradit D. Tho. art.2. ad 2., quia ordinatur per se ad exhibendum offenso honorem æqualem injuriæ illatæ, qui etiam potest exhiberi per actionem, quæ sit sub dominio ejus, ut ostensum est. Unde ad rationem formalem justitiæ commutativæ ut sic abstrahentis à commutativa per modum restitutionis, & per modum satisfactionis non est æqualitas rei ad rem inter propriè datum, & acceptum cum translatione dominii: (hoc enim solum pertinet ad externas commutationes,) sed æqualitas reparanda sive per translationem dominii, sive non, scil. per æqualem honorem exhibitum offenso pro injuria irrogata sine illa, & ideò quando D.Tho., & Arist. exigunt translationem dominii in commutatione justitiæ, loquuntur de ista, ut respicit externas commutationes inter propriè datum, & acceptum.

Hinc sequitur optimè potuisse Christum per actiones à se liberè elicitas in humanitate satisfacere ad rigorosam æqualitatem justitiæ, quia licet essent sub generali dominio Dei, ut primæ earum causæ, tamen Christus ut subsistens in humanitate, proprium alio titulo habebat earum dominium, nempè titulo suppositi elicientis eas proximè, & ideò per eas ut sic liberè elicitas honorem infinitum exhibuit Deo, quam non tenebatur exhibere.

Ex his etiam patet ad explicationem, vel confirmationem, & ad cætera, quæ subduntur in replica, specialiter enim militant de obligatione justitiæ commutativæ in commutationibus externis, ut consideranti facilè constabit ex superiori doctrina, non per modum satisfactionis in genere honoris. Imò si ad hanc esset necessaria prædicta translatio difficilimè sustineretur idem rigor justitiæ in satisfactione Christi, ut patet ex proximo corollario, nam ex hoc capite contendunt contrarii non potuisse salvari eundem rigorem. De quo tamen 3.p. q.1. ad ar.2.

2. Arg., & potest esse replica. Nam in satisfactione Christi etiam intervenit ratio dati, & accepti, ergo si intra hanc lineam non potest dari in Deo justitia commutativa in ordine ad extra, non poterit dari etiam in ordine ad Christum. Prob. ant. quia verè Christus per sui satisfactionem restituit Deo, quod abstulit homo per peccatum, sed homo per istud abstulit à Deo rationem ultimi finis, & bona extrinseca honoris, præferendo illi creaturam, in quo maximus contemptus divinæ majestatis relucet, ergo Christi satisfactio fuit etiam in datis, & acceptis.

Ad hoc dist. ex dictis ant. ratio dati, & accepti propriè, & strictè, neg., largè, & per modum honoris exhibiti se humiliando, conc., nam ut inquit D.Th. ubi supra in 4. ad 1. Pro offensa homo satisfacit Deo, vel proximo, non sua ei restituendo, sed aliquid humilitatis exhibendo. Ad prob. dist. mi. homo abstulit, effectivè per diminutionem alicujus intrinseci à Deo, neg., purè affectivè, conc., ut enim dicitur Job. 35. *si peccaveris, quid ei nocebis? Homini, qui tibi similis est, nocebit impietas tua*; Unde pariter Christus nihil affectivè restituit, sed satisfecit semetipsum humiliando factus obediens usque ad mortem

ac

ac proindè ejus satisfactio non fuit propriè, & strictè in datis, & acceptis juxta præfatam distinctionem D.Tho contra positivè ad aliam per modum reparationis honoris læsi. §. Hæc tamen ut dixi, disputationis gratia, vel probabilitur dicta sint; negare enim non possumus oppositam sententiam satis fundari in D.Tho. locis relatis; unde idem sæpè laudatus M. Catalam ubi supra, & hoc obiter etiam dictum sit ad plenè aperiendam mentem hujus sapientis Magistri,) 2. respondens ad prædictum 3. argum. concesso, vel admisso ant., nempè quòd Deus non tenebatur ex justitia acceptare satisfactionem Christi, ut deindè salvet, adhuc istam esse actum perfectæ, seu rigorosæ justitiæ, duo ad id, inquit; sufficere. Primum est, quòd quantum est ex sua natura, nata sit inducere obligationem, si Deus esset capax illius, sicut ut maternitas B. Virg., sit relatio mutua ejusdem rationis cum aliis maternitatibus, sufficit, quòd ex se petat realem filiationem in Christo, licet eam de facto non habeat, (scil. realem sibi mutuam relationem filiationis,) quia divinum suppositum non est capax illius. Secundum est, quòd Deus ex justitia, quæ in ipso est, eam acceptet, quia justitia Dei formaliter eminenter continet omnem perfectionem justitiæ commutativæ, & distributivæ seclusis imperfectionibus obligationis, & translationis dominii, quæ conveniunt justitiæ prout in nobis est, sicut scientia Dei formaliter eminenter est practica, & speculativa seclusis imperfectionibus, quæ in scientia practica, & speculativa creata inveniuntur. Ad quod recurrit M. Jo. à S. Tho., & cum ipso, Gonet.

§. IV.

Statuitur tertia conclusio de Justitia distributiva.

IN Deo datur verè, & propriè justitia distributiva. Est expressa D. Thom. non solum hìc ar. 1. in corp., & repetit art. 4. pariter in corp., sed alibi sæpè, nam in 4. dist. 46. q. 1. ar. 1. quæstiunc. 1. inquit. *Ratio distributivæ justitiæ Deo propriè convenire potest, in quantum scil. æqualitatem proportionis servat in communicatione bonorum suorum, dans unicuique proportionabiliter secundum modum suum.* Et 1. cont. Gent. cap. 93. inquit. *Non igitur sibi competit commutativa justitia,* (*scil. quantum ad commutationis actum*, ut ait paulò antea,) sed solum distributiva, unde Dion. *dicit cap. 8. de divinis nom., quòd justitia laudatur Deus, sicut omnibus secundum dignitatem distribuens secundum illud Matt. 25. Dedit unicuique secundum propriam virtutem.* Et ibidem lect. 4. ait. Justitia convenit Deo secundum tres actus: primò quidem secundum hoc, quod est distribuere, commutativa enim justitia in Deo locum non habet, sicut est in venditoribus, quia ut dicitur ad Rom. 11. *Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Sed attribuitur illi distributiva justitia, quæ non observat æqualitatem quantitatis, ut æquale omnibus det, sed æqualitatem proportionis, ut det unicuique secundum, quid dignum est.*

Quamvis verò D.Tho. ita clarè loquatur, nihilominus Vasquez hìc disp. 86. c. 2. n. 6. explicat de distributiva non propriè accepta, sed secundum quandam similitudinem. §. Sed hæc interpretatio est primò expressa contra textum relatum ex 4., ubi expressis verbis dicit illam propriè convenire. §. Dices ex eodem, quòd D.Thom. juxta Capreol. in 2. dist. 27. a. 3. ad 1. contra 1. conclus., retractavit in summ., scil. 1. p. q. 114. ar. 1., id, quod docuerat in loco relato sentent., & ibidem in 2. dist. 27. q. 1. art. 3. in corp. Unde etiam quando D.Tho. hic ar. 1. asserit, esse justitiam distributivam in Deo. Respondet D.Th. non ita clarè loqui, & solum docere esse justitiam distributivā in Deo, qua Gubernator alicujus reipublicæ, vel dispensator dat unicuique secundū suam dignitatem, ita quod sicut ordo alicujus multitudininis gubernatæ monstrat in illo esse justitiam, ita ordo universi gubernati à Deo monstrat Dei justitiam. Solum ergo videtur concedere Deo justitiam quandam gubernativam, quæ habet modum distributivæ, non autem, quæ sit propriè talis; unde etiam 22. q. 61. ar. 4. ad 1. docet in divino judicio servari formam, modumque justitiæ commutativæ, prout recompensat præmia meritis, & suplicia peccatis. sicut autem certum est non servare in his justitiam propriè commutativam, sed tantum modum, ita nec servat distributivam propriè, sed tantum modum.

Sed hæc solutio etiam est expressa contra textum in prioribus locis non solum in sent., sed alibi etiam nam 1. cont. Gent. & super Dionys., ita contra positivè, loquendo asserit esse in Deo justitiam distributivam, sicut negat commutativā, sed hanc negat esse propriè, ut patet ex textu, ergo hanc affirmat propriè, & non metaphoricè, & secundum modū. §. Deinde hìc ar. 1. apertissimè loquitur de justitia propriè, seu specialis, nam incipit corp. sic. *Respondeo dicendū, quòd duplex est species justitiæ, una quæ consistit in mutua datione, & acceptatione &c. Altera, quæ consistit in distribuendo, & dicitur distributiva justitia &c.* ergo, dum priorem negat, & hanc affirmat de Deo, sentit manifestè hanc esse propriè in illo, sicut illam negat propriè, quiquid sit, quòd eadem distributiva dicatur gubernativa, vel non, quod non tollit rationem proprietatis justitiæ, nam justitia, quæ dividitur in has duas, species est justitia propriè; ut docet art. illo 1. q. 61. in fine corp. unde nisi velit D.Tho. in his duobus locis sibi ipsi contradicere, non potest nti solutione illa ad 1. de justo commutativo secundum modum ad excludendum justum distributivum secundum proprietatem in conferendo præmium, vel mercedem operibus meritoriis de condigno. Unde si velit comparationem facere inter utrumque justum, tenetur ad intentum D.Tho. eam facere secundum distributionem accomodam, salvo discrimine inter utramque justitiam, ut etiam constabit infra; nam respectu distributivæ salvatur propria ejus materia, scil. proportio personarum, ut expressè docet hìc ar. 3. dicens, *In quantum perfectiones dantur à Deo creaturis secundum earum proportionem pertinet ad justitiam distributivam.* Tom quia illud, quod tradit ibidē docet etiam in 2. relato, scil. Deum servare modum justitiæ commutativæ in recompensatione meritorum, & pœnarum, cum tamen non neget Vasquez affirmare ibi distributivam propriè in Deo. Sed manifestè excludit omnem dubietatem de mente ejus, superius testimonium ex lect. 4. super Dionys. de quo mentionem non facit Vasquez, facilè advertens esse omninò oppositum ejus interpretationi.

Quod verò adducit ex Capreol. dicimus non esse men-

mentem illius assertivam ibi, sed magis dubitando loqui, nam statim adducit aliam solutionem, quæ concordat utramque locum, & maximè, quia 1. 2. non excludit ibi meritum de condigno in nobis respectu Dei, ac proindè nec justitiam distributivam, ex parte Dei ei correspondentem, sed quòd in nobis nullum sit meritum in ordine ad Deum, nisi ex præsuppositione ordinationis divinæ, non ante ipsam, dat enim nobis Deus virtutem ad operandum, & merendum, unde art. 3. loquendo de opere nostro ut procedit ex hac virtute, sive gratia Spiritus Sancti, expressè ait esse meritorium de condigno vitæ æternæ. Ex quo ad 3. non leviter insinuat correspondere illi retributionem ex justitia, quia inquit, *gratia Spiritus S., quam in præsenti habemus, & si non sit æqualis gloria in actu, est tamen æqualis in virtute, sicut semen arborum, in quo est virtus ad totam arborem.* Constat autem æqualitatem esse propriam materiam justitiæ, scil. commutativæ, si sit æqualitas quantitatis; vel distributivæ, si sit æqualitas proportionis, ut vidimus ex D. Tho.

Ratione prob. concl. De ratione justitiæ distributivæ ut sic, sive abstrahentis à creata, & increata nulla est imperfectio, ergo est in Deo propriè admittenda, consequentia tenet ex dictis, aliàs Deus non esset summè infinitè perfectus: ant. verò prob. quia nulla est subjectio, nec dependentia, vel obligatio, nec translatio Dominii, ergo nullam importat imperfectionem. Conl. iterum tenet, quia de his potest esse difficultas: ant. autem prob. 1. quoad 1. part. quia potiùs ex terminis importat superioritatem, ut patet exemplo D. Tho. de Patre familias, Gubernatore, & inductivè de aliis, ut etiam dicit D. Dion. vel. c. illo & de Principe, quòd omnibus tribuit propria secundum unjuscuiusque existantium dignitatem, & manifestè patet in hoc universo tam in rebus naturalibus, quàm voluntariis; ut ait, demonstrans hanc justitiam adesse in Deo gubernante illud ergo. §. Quoad 2. sic: Nam per hoc, quod Princeps de bonis communibus conferat bene meritis juxta eorum proportionem, non fit debitor illis; ut patet, sed sola est obligatio ex legibus ad rectè distribuendum, at Deus nulli legi subjicitur, cum ejus sapientia sit prima lex per essentiam, ergo absque omni obligatione, & debito potest distribuere. §. quoad 3. patet etiam in Principe. Nam ut ille distribuat bona eisdem benemeritis non est necessarium, quòd à se abdicet illorum dominiom, sed satis est quòd retentò supremo conferat illis inferius ergo neque est de ratione illius translatio, vel abdicatio Dominii.

3. Prob. concl. ex inconvenienti; Nam sine violenta interpretatione Sacræ Scripturæ negari potest Deum retribuere ex vera, & strictâ justitia suo bonis operibus in gratia, & charitate factis, sed hæc non est alia, quam distributiva, ergo est hæc admittenda in Deo; mi. constat ex dictis, nam in ordine ad opera nostro meritoria non potest correspondere commutativa, ut dictum est, quidquid sit in ordine ad illa Christi: de aliis verò, aut de vindicativa patet etiam ex dictis. Tum quia cum adversarii non admittant justitiam strictam in Deo, ad nullam ex his recurrere possunt, Ma. autem prob. Nam sæpè in sacra Scriptura expressis verbis affirmatur hæc justitia, 2. ad Timoth. 4. *Super est mihi corona justitiæ, quam reddat mihi dominus in illa die justus Judex.*

Ad Hebr. 6. *Non enim est injustus Deus ut oblivi-scatur operis vestri.* Unde August. lib. 4. cont. Julian. c. 3. ait. *Deus ipse quod absit erit injustus, si ad ejus regnum verus non admittitur justus, ut justos fraudet mercede justitiæ*, & lib. de natura, & gratia cap. 2. Non est injustus Deus, ut justos *fraudet mercede sua.* Sed ut sæpè dictum est, verba scripturæ accipienda sunt in sensu proprio juxta regulam eiusdem Aug., nisi obstet aliquod inconveniens, quod in præsenti non militat, ut ostensum est, ergo sine violenta interpretatione illius negari potest hæc justitia in Deo.

Urg. hoc. Quia sæpè in scriptura promittitur merces retribuenda pro operibus justis, & condignis, seu de condigno meritoriis vitæ æternæ, ut sunt opera bona facta in gratia, & charitate, sed ut pariter ostensum est, licet ex simplici promissione divina oriatur solum obligatio fidelitatis, tamen ex promissione facta sub conditione onerosa, idest sub conditione, ut ille, cui fit promissio, exhibeat opus condignum ad obtinendum id, quod promittitur, obligatio oritur justitiæ reddendi promissum, quia ut dictum est, non gratis offertur, sed tanquam merces debita, ergo cum aliàs nulla sequatur imperfectio in Deo, præcipuè ex justitia distributiva, ut probatum est, & si aliqua etiam oriatur obligatio, nullam arguit hoc genus obligationis imperfectionem in illo, quia non provenit, ut dicebamus, ab extrinseco, sed ex ipsâ rectitudine divinæ voluntatis, non potest, nisi per violentam explicationem negari in Deo.

§. V.

Solvuntur Argumenta.

PRimò Arg. ex Vasquez opponente D. Tho. supra relatum ex 1. 2. qu. 114. art. 1. & contendit, sed immeritò; duo docere ibi D. Tho., primum scil. non esse in nobis in ordine ad Deum meritũ simpliciter. Secundum verò id negare ex eo, quòd inter Deum, & nos non potest esse justitia simpliciter, seu strictè dicta. At si propriè, & simpliciter esset in illo justitia distributiva; esset justitia simpliciter, ergo contra D. Tho. eam asserimus in Deo.

Id confirmare conatus ex q. illa 61. art. 4. ex 22. ubi D. Thom. asserens non esse idem, scil. justum simpliciter, sive in universũ, quòd contra passum, sive æqualis compensatio passionis actioni præcedenti illativæ damni, vel injuriæ, ut docet Philos. 5. Ethic. cap. 5. quia latiùs patet justum, quàm contrapassum, ut patet in justo distributivo, in quo non est contrapassum, contra arguit primò sic. *Judicium Divinum est simpliciter justum, & in eo observatur justum contrapassum, ergo justum est simpliciter idem quod & contrapassum.* Cui respondet. *Dicendum, quòd illa forma divini judicii attenditur secundum rationem commutativæ justitiæ, prout scil. recompensat præmia meritis, & supplicia peccatis.* Quibus ostendit in judicio Dei non reperiri justum simpliciter, hoc est, in universum, sed tale justum, scil. commutativum, secundùm modum, vel formam, sive similitudinem talis justi, ut hic ostendit non esse idem universim, justum simpliciter, & contrapassum. Ex quo insurgit Vasquez: si D. Thom. in Dei judicio agnosceret justitiam distributivam, & non commutativam, aptiùs, & faciliùs solvisset argumentum recurrendo ad justum distributivum, quia cum in illo non reperiatur contrapassum, statim

con-

constabat non posse inferri præfatam identitatem ex eadem instantia divini judicii, ergo dum potiùs recurrit ad justum commutativum secundum modum tantum, & similitudinem tale, signum est D.Tho. non agnoscere in Deo puniente pro operibus malis, vel retribuente pro bonis justitiam distributivam.

Ad hoc dico in primis, quòd cum D.Th. eam tam expressè, & effectivè tradat in aliis locis relatis, nisi velit de manifesta contradictione illum arguere etiam in eadem summa, tenebatur potiùs illum explicare præcipuè cum in utroque in sui favorem relato nonnisi apparenter, & per consequentias indirectas favere videatur ejus sententiæ.

Sed deindè ad priorem locum ex 1. 2. præter superiore dicimus fieri æquivocationem inter rationem meriti simpliciter, & absolutè, & rationem meriti propriè: & similiter inter rationem justi simpliciter, & rationem justi propriè; plus enim requiritur ad rationem justi, & meriti simpliciter, & absolutè, quàm ad rationem præcisè justi, & meriti propriè, nam ad primum requiritur æqualitas inter personam merentem, & personam præmiantem, sicut & inter meritum, & præmium, vel mercedem, justitia enim simpliciter respicit pro sui subiecto formali æqualitatem, & quia inter Deum, & hominem non est hujusmodi æqualitas, nec potest esse meritum, nec justitia simpliciter, & absolutè; Cæterum ad secundum satis est æqualitas proportionis, in quantum tam merens, quàm retribuens, vel præmians operetur juxta modū suum, quæ est expressa mens D.Tho., nam postquam in ar. 1. negat justum simpliciter inter meritum nostrum in ordine ad Deum, deindè in art. 3. expressè resoluit verè hominem mereri de condigno vitam æternam, quod est meritum propriè respectu illius. Ex eo ergo quòd in 1. art. negavit meritum simpliciter in nobis, aut justum simpliciter respectu Dei, non infertur negasse etiam meritum propriè, aut justitiam distributivam, imò expressè statuit modo explicato in eodem art. 3. eo ipso quòd ibi statuit meritum de condigno in operibus ex virtute Spiritus Sancti factis, quia quod habetur ex merito de condigno habetur ex justitia, & non alio titulo gratiæ, ut dictum est, & juxta etiam Apost. ad Rom. 11. qua ratione docent communiter Theologi cum D. Thom., 3. p. q. 2. art. 11. nullum ex SS.PP., nec B. Virginem meruisse de facto Incarnationem de condigno, immo nec fieri posse, ut creatura aliqua de condigno eam mereretur, quia opus Incarnationis fuit summæ gratiæ, ac proindè non cadens sub merito de condigno, quod importat titulum justitiæ, in quo etiam distinguitur à merito de congruo, quod nullum inducit justitiæ debitum, vel non facit ut mercedem debitam id, quod promeretur, sed tantum est quædam dispositio ad illud respectu cujus dicitur meritum, unde nec est causa efficiens moralis illius, sed potest esse ab eodem, ad quod disponit, ut patet in dispositione simultanea ad formam, quæ procedit ab eadem forma, & in contritione disponente ad gratiam, quæ causatur ab illa. Vocatur verò meritum, scilicet secundum quid, & largè, in quantum omnis præparatio ad aliquid habendum, dicitur meritum, ut docet D. Thom. in 3. dist. 4. q. 3. art. 1. in fine corp., & in 2. ad Annibal dist. 27. q. unica art. 4., & ideò non debetur ei ex justitia ut præmium id, cujus dicitur meritum adhuc ex imperfecta justitia, sed tantum ex amicitiæ lege, quæ exigit, ut amico justè petenti concedatur, ut docet D.Tho. eadem q. 114. art. 6. quod longè distat à merito de condigno, etiamsi non sit simpliciter, vel absolutè tale, quòd nempè importet, ut dictum est, æqualem dignitatem inter utramque personam, merentem, & præmiantem, & inter meritum, & præmium, secundum absolutam æqualitatem.

Ad 2. Similiter resp. iterum fieri æquivocationem in litera D. Tho., ut etiam advertit M. Ferre, quia non inquirit ibi utrum justum simpliciter sit idem, quod contrapassum, sed utrum justum sit idem cum illo, & respondet negativè, quia in plus se habet justum, quàm contrapassum, nam istud solum est commutativum, justum verò non solum est commutativum, sed etiam distributivum, contra quod proponit superiùs argumentum de judicio Divino, nempè quod est simpliciter justum, sed forma judicii Divini est, ut secundum quòd aliquis egit, patiatur, juxta illud Matt. 7. in quo judicio judicaveritis, judicabimini, & in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, ergo justum est simpliciter idem, quod contrapassum. En quod D. Tho. non inquirit præcisè, an justum simpliciter, sed an justum sit idem, simpliciter, quod contrapassum, ut patet ex hac conseq. argumenti, & ex ipso etiam titulo articuli, qui est. *Utrum justum sit simpliciter idem, quod contrapassum*.

Respondet autem ut supra, quod formæ divini judicii attenditur secundum rationem commutativæ justitiæ, prout scil. recompensat præmia meritis, & supplicia peccatis, quod est respondere concessis præmissis negando conseq., quia admisso, quòd divinum judicium sit simpliciter justum, & admisso etiam, quòd in illo servetur forma, seu similitudo justi commutativi, non tamen infertur, quod justum sit simpliciter idem, ac contrapassum, quia istud solum est justum commutativum, & non justum ut sic, & in tota sua latitudine, unde nullo modo ex hac solutione D. Tho. inferri potest non esse in Deo justitiam distributivam propriè, & simpliciter talem, seu non esse in ordine ad opera nostra bona, seu respectu illorum rationem justi à toto genere illius, sed solum non esse rationem justi contrapassi, seu commutativi simpliciter talis, sed solum secundum formam, vel similitudinem illius, quatenus, ut inquit D.Thom., recompensat justis præmia, & iniquis supplicia.

2. Arg. ex eodem, (& est replica contra solution.) In Deo nequit esse justitia commutativa propriè, ut nos etiam fatemur, ergo nec propriè justitia distributiva. Prob. conseq. Ex eo repugnat commutativa, quia utpotè strictè, & rigorosè justitia, supponit in habente illam strictum, & rigorosum debitum, sed etiam distributiva supponit hoc debitum, cum pariter sit strictè, & rigorosè justitia, ut patet ex D.Tho. hic, ubi distinguens justitiam strictè dictam, assignat utramque ut duas illius species, in quo etiam fundamus nos conclus. nostram de mente illius, dum alteram negat, & alteram concedit, scil. distributivam, ergo sine imperfectione strictæ obligationis, & debiti neutra potest admitti in Deo.

Ad hoc, quòd videtur tangere præcipuam vim oppositæ sententiæ; nego conseq. Ad prob. nego mi. Ad prob. annexam ex D. Tho. dicimus ut supra, ita esse, quòd utramque assignet ut membra justitiæ specialis, sed non cum æquali exigentia debiti ex parte

recompensantis, ut explicat in 2. dist. 27. q. 1. art. 3. ad 4., ubi inquit. *In justitia distributiva non requiritur ratio debiti ex parte ejus, qui distribuit, potest enim ex liberalitate aliquis distribuere, in quorum tamen distributione justitia exigitur, secundum quod diversis prout eorum gradus exigit proportionabiliter tribuit*. Et in hoc ut præmittit ibidem distinguitur à justitia commutativa, quia *in ista*, inquit, *ille apud quem quis meretur efficitur debitor ei, quod meretur, ut patet in illis, qui operationes suas locant in servitium aliorum*.

Sed instas. Qui distribuit bona sua sine debito magis ex liberalitate distribuit, quàm ex justitia ut videtur etiam ibidem insinuare D. Thom., ergo si in Deo est carentia debiti in distribuendo, non erit in illo propriè justitia distributiva. Conseq. tenet quia liberalitas, & justitia distinguuntur inter se, & fundant in dando titulos oppositos, nam ille liberalitatis magis est gratuitus, quàm justitiæ, ex quo etiam constat antec., quia ubi non est debitum dandi, magis relucet gratia, quàm justitia, ut patet ex terminis, ergo distribuens sine debito, magis ex liberalitate distribuit, quàm ex justitia.

Expli., & urg. hoc. Nam qui distribuit bona sua sine debito, nec servat formam justitiæ ex parte sui, nec ex parte materiæ, ergo ex nulla justitia distribuit illa, conseq. patet, quia ut docet D. Thom. 2.2. q. 61. relata art. 1., & Caiet. ibidem, ad rationem justitiæ requiritur, quòd bona, quæ ex illa conferuntur, sint aliquomodo eorum, & aliquomodo debita illis, quibus tribuuntur, aliàs erunt materia omnino gratuita. Antec. etiam constat, quia ubi non non est debitum, non est jus, ergo qui sine debito distribuit bona sua, ac proindè aliis indebita, non potest servare formam justitiæ, nec ex parte sui, nec ex parte materiæ distributæ.

Explic., & urg. ulteriùs. Nam sicut intra lineam justitiæ commutativæ, licet vendens, & emens non teneantur absolutè ad emendum, & vendendum, ut tamen justè commutativà alter vendat, & alter emat tenentur, & obligantur ad dandum mutuò id, quod alteri respectivè ad alterum debetur, aliàs non servabunt formam ejusdem justitiæ, ergo pariter, licet distributor non teneatur absolutè distribuere, ut tamen verificetur distribuere ex justitia distributiva tenetur, & obligatur ad dandum unicuique, quod ei respectivè ad alterum debetur, aliàs non distribuet ex vi ejusdem justitiæ, sed magis gratuitò, & liberaliter, ut dictum est, ergo si Deo repugnat hujusmodi debitum, & obligatio, pariter repugnabit in illo justitia propriè distributiva in ordine ad nos.

Resp. ad instantiam primò sic ex dictis, dist. antec. qui distribuit sine debito tam ab extrinseco, quàm ab intrinseco transeat, si sine extrinseco tantum nego: Quia ut colligitur ex dictis licet Deus absolutè loquendo, utpotè nulli debitor ad extra, possit bona sua ex pura liberalitate communicare creaturis, supposito tamen pacto, vel promissione onerosa, scil. sub conditione exhibendi opus condignum (ut in casu) tunc optimè verificari potest; quòd distribuat ex justitia propriè dicta, quia tūc non gratis tribuitur ut promissum, sed tanquam merces debita, debito scil. orto ab intrinseco, ut dictum est, sive ex ipsa rectitudine divinæ voluntatis, quod non repugnat Deo, nec proprietati hujus justitiæ, ut contradistinguitur à commutativa, ut statim constabit, & supra etiam insinuatum est. Sumitur hæc solutio ex D. Thom. in eodem 2. sent. ad idem 4. Ad quod primò respondet. *Quod Deus non efficitur nobis debitor nisi fortè ex promisso, quia ipse bona operantibus, præmium repromisit, & ideo non est inconveniens, si ab ipso quis mereri possit, ex quo aliquomodo debitor est*. Quibus etiam videtur satis favere superiori Conclusioni de justitia commutativa in illo respectu satisfactionis Christi.

2. Respond. ex eodem in 2. solutione superiùs relata, ubi subtiliter docet optimè componi hæc duo, scil. quòd aliquis liberaliter distribuat, & tamen quòd prout sic exerceat formam justitiæ, itaut sine debito ex parte distribuentis, salvetur hæc forma in distribuendo. In forma ergo dist. iterum antec. magis ex liberalitate distribuit, liberalitate cadente supra carentiam debiti, conc., supra rectitudinem justitiæ, nego antec., & conseq., quia licet distributor sine debito ex parte sui distribuat, attenta nihilominus exigentia justitiæ tenetur juxta meritum illius distribuere respiciendo ad proportionem meritorum, & dignitatem, & gradum personarum, scil. debito orto ex parte justitiæ, & non ex parte sui, nam ex hac parte liberalitas se movet, quod illis verbis exprimit D. Thom. *Potest enim ex liberalitate aliquis distribuere, in quorum tamen distributione justitia exigitur secundum quod diversis prout gradus eorum exigit proportionabiliter tribuit*, In quo magnum discrimen insinuat inter utramque justitiam, nam in commutativa exigitur, quòd quis nonnisi ex debito, & obligatione solvendi, restituat, & solvat, ad distributivam verò non hoc requiritur ex formali ejus conceptu, (nisi forte ex promisso, ut ait in priori solutione, & supra explicatum est,) sed potest etiam ille, qui distribuere non tenetur ex mera liberalitate exercere justitiam distributivam servando formam illius sine debito ex parte sui, ut docet in posteriori.

Ad primam explic., vel confirm., nego ant., immò etiam suppositum quoad priorem partem, quòd ad exercendam hanc justitiam exigatur debitum ex parte sui, sed solum attenta rectitudine illius, ut dictum est, & aliquomodo etiam ex parte materiæ, nam exhibito opere condigno, & præcipuè sub conditione onerosa, ut explicatum est, & contingit in casu, non fit merenti retributio ex pura fidelitate, sed redditur ei promissum, ut merces debita. Ad illius prob. dist. ant. Ubi non est debitum, idest nullum, vel ex nulla parte transeat, vel conc., si tantum non sit ex ea, pro qua non exigitur ad justitiam, quæ exercetur, nego, quia ad distributivam non exigitur ex parte distribuentis, ut dictum est, unde satis est quòd ipse servet debitum ex parte distributionis, & ex parte etiā materiæ, quam tribuere debet, scil. vel absolutè juxta dispositionem legis, vel ex suppositione pacti, vel promissionis sub conditione onerosa, ut est vita æterna respectu bonorum operum.

Ad 2. resp. eodem modo, quòd tenetur juxta meritum justitiæ distributivæ, & juxta dispositionem legis, si distribuens sit illi subjectus, vel ex ipsa ratione sapientiæ, si non sit subjectus illi, ut Deus, qui nulli subjicitur legi, sed ipsa ratio sapientiæ est sibi æqualitas, vel etiam ex ipsa rectitudine Divinæ voluntatis supposito pacto, vel promissione onerosa sub prædicta conditione exhibendi opus condignum, quod ut vidimus, non derogat absoluto ejus dominio, unde concessa ad hunc sensum priori conseq., nego suppositum secundæ, quòd hujusmodi debitum,

vel

vel obligatio orta sit ab intrinseco illi repugnet, ut ostensum est.

Sed contra huiusmodi solutiones ad utramque confirmat. instes, & primò contra id, quod dicitur ad salvandum debitum ex parte materiæ, sive exhibito opere condigno, nam tota dignitas operum nostrorum est accepta à Deo, & ex ordinatione eius est, quòd exhibens illa tale præmium consequatur, aut quod unus præ alio magis mereatur, ut tradit Div. Thom. qu. illa 114. art. 1. ex 1. 2., ergo nequit illis correspondere apud Deum præmium ex iustitia, cons. tenet, quia istud tantum correspondet operibus, quæ sunt propriè bona merentis, non distributoris.

2. Contra 2. Quia si obligatio in Deo oritur ab intrinseco, & non ab extrinseco ex iure, & actione alterius, sequitur quòd Deus sit tantum debitor sibi, & non creaturæ ut etiam docet ibidem D. Tho., sed hoc tollit rationem iustitiæ, ergo ex nullo capite salvatur hæc propriè in Deo. Prob. mi. nam debitum iustitiæ, sicut & ipsa iustitia debet esse ad alterum, ergo si in Deo est tantum respectu sui, non potest in illo salvari vera, & propria ratio iustitiæ.

Ad 1. resp. ex dictis supra de satisfactione Christi, unde dist., & explico claritatis gratia ant., est accepta à Deo per exclusionem particularis dominii creaturæ, neg. isto retanto ex parte merentis, conc., nam licet ea tota dignitas, & ordinatio sint à Deo, ut à supremo Domino, adhuc tamen dicuntur propria creaturæ, quia liberè à nobis procedunt, sive ratione dominii, & libertatis utimur illis prout volumus, nec sūt meritoria formaliter, nec satisfacturia, nisi ut sunt liberè à nobis ex Dei gratia, cum Deus non sit merens, nec satisfaciens, quamvis producatur ab illo ut à causa prima totus valor moralis illorum, quod non tollit proprietatem particularis dominii respectu nostri: aliàs ut ostendimus 3. p. de eadem satisfactione Christi, nullus homo respectu alterius posset aliquid exhibere, aut satisfacere ex iustitia propriè dicta, cum omnia bona creaturæ perpetuò cadant sub dominio universali Dei, & ab illo sint, ut à causa prima. Voluit enim Deus, quòd omne bonum nostrum sic sit ab illo sub eius supremo dominio, ut etiam creatura habeat dominium peculiare super illa ad merendum, & satisfaciendum, quatenus à nobis liberè procedunt, in quo summopere relucet eius bonitas, & misericordia, ut possimus etiam de suo apud ipsum lucrifacere.

Ad 2. pariter resp. ex dictis, & ex D. Thom. in priori illa solut. ad 4. ex a. sent., quòd licet radicaliter, & absolutè sit Deus tantum debitor sibi, tamen ex promisso dicitur aliquomodo fieri debitor nobis, quatenus supposito pacto, & promissione onerose reddit ex debito iustitiæ præmium, vel mercedem, quod D. Thom. non reputat inconveniens, quia nempè hæc obligatio, ut dictum est, oritur ab intrinseco, licet exerceatur in ordine ad alterum, ut exigit iustitia, & sic adhuc optimè salvatur propria ratio istius in illo respectu nostri, eo vel maximè, quòd formalis ratio iustitiæ distributivæ, ut dictum est, non exigit hanc rationem debiti ex parte distribuentis.

Ex quibus, & ex superioribus in confirmationem conclusionis inferimus duo requiri ut salvetur iustitia propriè distributiva in Deo sine omni imperfectione. Alterum est, quòd absolutè ex parte sui nullum sit debitum, ut ostensum est, non asse, tum quia non exigitur ex propria ratione formali eiusdem iustitiæ, ut explicat D. Tho. in 2. illa solut. ad 4. in 2., quidquid sit fortè ex promisso, ut air in priori. Tum quia tota dignitas operum ab illo accepta est, & ex ordinatione eius pendet, quòd aliquis fiat dignior, & quòd ut magis dignus ad maius præmium tendat, ut tradit q. illa 114. art. 1. in 1. 2. Alterum verò est, & sequitur ex superiori, quòd distribuet ex nulla subiectione ad legem, sed quòd in aliis ordinat Princeps, seu lex eius, in Deo facit Divina sapientia, quæ est suprema lex, à qua pendet, & habetur omnis rectitudo, & æquitas.

§. ULTIMUS.

Expeditur difficultas de iustitia vindicativa.

Non immoremur in hac postrema difficultate, nam quæ dicta sunt de distributiva, proportionabiliter etiam convincunt de vindicativa, unde Vasquez, qui priorem negat Deo circa retributionem mercedis pro meritis, & consequenter loquendo negat illi etiam vindicativam circa inflictionem pœnarum pro peccatis. Cœterum affirmant alii communiter Theologi, cum quibus sit.

Ultima concl. In Deo verè, & propriè datur iustitia vindicativa. Prob. ratione, qua supra, nam iustitia vindicativa in suo conceptu formali nullam importat imperfectionem, immò maximam perfectionem, ergo non est denegenda Deo. Prob. antec. Nam hæc iustitia tendit ad hoc, scil. ad instaurandum ordinem iustitiæ violatum per peccatum, ergo ex propriis importat decentissimum bonum ordini, & pulchritudini universi, & rectitudini eiusdem iustitiæ congruentissimum, quid enim congruentius, immò iustius, ut qui Deo iniuriam intulit, pœnam sibi debitam sustineat? Iuxta illud Apocalip. 18. *Quantum se glorificavit, & in deliciis fuit, tantum ei datur tormenti, & luctus*. Unde etiam Apost. ad Hebr. 2. gravissimè movet, *quòd omnis prævaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem*. Ubi ad rem subdit D. Tho. *Retributio enim respicit quantitatem culpæ, ut qui magis peccavit, magis puniatur; merces verò respicit qualitatem, ut qui igne libidinis peccaverit, igne cruciatur . . . . Iustam dicit propter æqualitatem pœnæ, ut scil. secundum mensuram peccati, sit plagarum modus, ut dicitur* Deuteron. 25. Hinc gloss. ibidem, *dicit, iustam, ne putetur perire iustitia, propter misericordiam*. Et August. serm. 109. de temp. *Hac misericordia Dei præscribit iustitia, nec iustitia eius aufert misericordiam*. Et concione 1. in psal. 58. *Iniquitas omnis, parva, magnave sit, puniatur necesse est, aut ab homine puniente, aut à Deo vindicante*.

a. Ex his prob. concl. Nam defectò Deus pro culpis infert pœnam servando debitam proportionem, & commensurationem inter supplicium, & delictum sicut servat illam inter meritum, & præmium, in remunerando pro operibus bonis; sed hoc est proprium munus vindicativæ iustitiæ, ergo verè, & propriè est in illo. Mi. est certa, & ma. est expressa locis relatis Sec. Scripturæ, in quibus fit expressa mentio de iusta recompensatione pro culpis.

Sed instas contra concl. impugnando simul hanc rationem. Quamvis Deus in puniendo proportio-

 nem

nam servet, non tamen id facit ex debito legali; sed ad justitiam vindicativam propriè dictam requiritur hoc debitum, ergo licet sic puniat, non tamen ex justitia propriè dicta, sed solum ex quadam decentie; cons. tenat, & mi. constet, quia ut vidimus ex D.Tho. 22.q.80.ar.1. deficiente rationa debiti, vel æqualis deficit propria ratio justitiæ: me. etiam est certa, quia sæpè videmos Deum gratis, & misericorditer remittere, ergo licet in puniendo servet proportionem, non temen ex debito legali. Tum quia ut dicebamus, nulli est legi subditus, ergo magis ax quadam decentia, quam ex debito sic punit.

Huic instentiæ patet ex dictis solum probare, quòd possit Deus absolutè loquendo sic peccata ramittare, non tamen si procedet, ut judex ordinarius, nam tunc servet formam justitiæ vindicativæ, & punit secundum exigentiam ejus, & debitum legala, quod nullam in illo arguit imperfectionem, sicut dictum est de debito, vel obligatione in præmiendo, quia non oritur ab extrinseco, seù ex lege, cui sit subjectus, sad quem ipse statuit, vel tax evit ad mensuram peccati, cum ipse sit sibi lex, unde sibi magis sit debitor, quàm alteri à se. Unde in forma dist. ma., non tamen ex debito legali, orto eb extrinseco, val ex lege extriosecа, cui subjiciatur, conc., ab intrinseco, vel à se ipso, seù ex summa sui rectitndine, & æquitata, neg. & dist. mi. requiritur hoc debitum, cum subjectiona, vel imperfectione, neg., sine illa, ut contingit in Deo, conc., & neg. conseq., sicut enim, ut ostensum est, salvatur in illo obligatio sina imperfectione sufficianter ad veram, & propriam justitiam distributivam, pariter eadam retiona salvari potast ed veram, & propriam vindicativam. Vid. D.Tho. 22.q.67. ar.3.

Resp. neg. suppositum, quòd Deus aliquando remittat peccata sina prævie, & rigorosa satisfactiona, non quidem exhibite ab offendente, quia nos non possumus dare æquale Deo, sed à Christo, cujus intuitu meritorum remittit illa; unde vel punit eadam in Inferno, vel remittit hic in via non tamen sine prævia satisfactione Christi, ac proinde semper adest justitie sive in puniendo, sive in remittendo, quia etiam dum remittit, licet gratiosè remittat respectu peccatoris, in ordine tamen ad Christum est justitia rigorose.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum propriè, & formaliter misericordia conveniat Deo.

NOndiù immoror circa præsentem difficultatem, quia magis indiget explicatione, quàm discussiona. Pro quo adverto ex D.Th. hic ar.3., & 22.q.30.ar.1. duo importari in misaricordia prout in nobis, ut similitar contingit in aliis affectibus voluntatis, ut supre vidimus ex eodem; alterum nempè de formali, quod est quidam affectus illius, quo quis ex optet, & intendit sublevare alienam miseriam, per sui affectum, et si sit efficax, & potens de facto eam removet, & expellit à subjecto, in quo reperitur. Alterum verò de meteriali, scil. quendam motum eppetitus sensitivi, quo aliquis de malo alterius tristetur, & illi per affectum condolat, & compatitur. Unde *misericors dicitur aliquis*, inquit hic; *quasi habens miserum cor*, quia scil. *afficitur ex miseria alterius per tristitiam, ac si esset ejus propria miseria, & ex hoc sequitur, quòd operetur ad depellendam miseriam alterius, sicut miseriam propriam, & hic est misericordiæ effectus.* Hoc præmisso subdit, quòd *tristari de miseria alterius non competit Deo, sed repellere miseriam alterius, hoc maximè ei competit, ut per miseriam, quemcunque defectum intelligamus*. Probat autem hoc posterius ex eo. *Quia defectus non telluntur, nisi per alicujus bonitatis perfectionem. Prima autem origo bonitatis Deus est.* Ergo ad illum maximè pertinet depellere omnem misariam.

Sed statim advertit, (quòd valdè considerendum est;) nempè quòd elargiri perfectionem rebus pertinet quidam, & ad bonitatem divinam, & ad justitiam, & misericordiam, tamen secundum aliam, & aliam rationem. Communicetio enim perfectionis absolutè considerata pertinet ad bonitatem, (ut ostendit supre q.6. ar.2., & 4.) sed in quantum perfectiones rebus à Deo dantur secundum earum proportionem, pertinet ad justitiam, (ut ostandit ar.1. hujus quæst.) In quantum varò attribuit rebus perfectiones non propter utilitatē suam, sed solum propter suam bonitatem pertinet ad liberelitatem. In quantum verò perfactiones datæ rebus à Deo omnem defectum expellunt pertinet ad misericordiem. Ex quibus omnibus statim eb initio corp. statuit suam concl. dicens, quòd *misericordia est Deo maxmè attribuenda, tamen secundùm effectum, non secundum passionis affectum*. Quod per inde est idem ac dicere, quod in Deo reperitur misericordia, sumpta pro depulsione mali elieni, non temen pro tristitia illius. Sad tunc oritur difficultas an id sufficiat ad illi attribuendum verè, & formelitar misericordiam. Nam sicut reperiuntur hæc duo in misericordia, ite pariter reperiuntur in ire, ut vidimus supra, tristitie de injuria, vel damno illato, & ultio vindictæ, sed licet hoc posterius non repugnet Deo, quia tamen repugnat primum, dicimus ibidem, non posse iram propriè, & formaliter convenire Deo, ergo quia paritar tristitia de malo elieno repugnat illi, non potarit in illo esse propriè, & formalitar misericordia, licet non repugnet depulsio. Hoc tamen non obstante communiter effirment Theologi, & meritò quidem, ac piissimè, ut statim constebit.

§. PRIMUS.

Expeditur difficultas unica conclusione.

IN Deo verè, & propriè, ac formaliter reperitur misericordia. Sumitur ex celebri illa, ac piissime voce Ecclesiæ, quam magnificè extollunt SS. PP. nempè, *Deus cui proprium est misereri semper, & parcere*. Videratur autem alienum, adeò illam magnificari, ut propriem Dei, si solum metaphoricè, & non formelitar reperiretur in illo. Imò D.Th. ar.4. seq., & infra q.25.ar.3.ad 3. tam specialitar asserit convanire Deo, *ejus effectum ut sit fundamentum omnium divinorum operum: nihil enim debetur alicui, nisi propter id, quod est datum ei à Deo non debitum. In quo maximè manifestatur omnipotentia divina, quod ad ipsam pertinet prima institutio omnium bonorum*, (ut subdit ibidem,)

sine

sine dependentia ab omni alio superiori, sive cum summa potestate liberè peccata dimittendi, (quod propriissimè pertinet ad Deum, seù ad non habentem alium superiorem, cujus legi astringatur, & perducendi nos ad participationem infiniti boni, qui est ultimus effectus divinæ virtutis, ut præmittit in eadem solut. explicans illam aliam vocem Ecclesiæ totius consolationis plenissimam, scil. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas: de quo etiam subtilissimè Cajet. qu.30, relata 2e. ar.4. §. ad evidentiam.

Ratione iterum, qua supra prob. De ratione formali misericordiæ nulla est imperfectio ergo propriè, & formaliter convenit Deo; consequent, quia solum ob aliquam imperfectionem potest negari propriè, & formaliter de illo. Ant. verò prob. nam si aliqua esset maximè affectus compassionis, & tristitiæ de malis alienis, sed hic, ut vidimus ex D.Tho., non importatur ab illa pro formali, sed solum dicit affectum sublevandi, vel depellendi miseriã alienam, ergo non est de conceptu ejus formali imperfectio.

Expl. hoc ex eodem. Nam affectus ille sublevendi alienam miseriam, & maximè si est efficax, & potens eam depellere, ut est in Deo, est maxime perfectio, ut egregiè ostendit ibidem Cajet. nam importat immunitatem ab omni miseria, & consequenter ab omni potentialitate, cum quælibet potentialitas sit, quædam miseria, & depellens miseriam debet esse immunis, quod est proprium summè superioris, ac proinde proprium Dei, sed hujusmodi perfectio, prout sic non est actus charitatis, nec justitiæ, nec liberalitatis, ut ostendit hic D.Tho., nec potest esse pro formali admixta alicui imperfectioni, aliàs non importaret prædictam immunitatem, sive puram actualitatem, & summam superioritatem, quod est omninò alienum à misericordia Dei, cum debeat esse potens in illo depellere omnem miseriam, & consequenter omnem potentialitatem, ergo pro formali nullam importat imperfectionem.

Dices ut supra ita esse, quòd pro formali importat prædictum affectum sublevandi à miseria, at non præcisivè à tristitia, vel compassione illius, sicut dictum est de ira, quæ licet etiam pro formali importet appetitum vindictæ, non tamen importet illam præcisivè à tristitia ob conceptam injuriam, vel damnum illatum. Et ratio utriusque est, quia sicut hæc remota tristitia statim transit in actum justitiæ vindicativæ, nec retinat ampliùs propriam, & formalem rationem iræ, ac proindè solum metaphoricè ob eandem imperfectionem dicitur de Deo, ita misericordia, remota compassione, vel tristitia de miseria aliena transit in actum alterius virtutis, scil. charitatis, vel liberalitatis, quia tunc est effusio, vel communicatio perfectionis absolutè considerata, vel propter suam bonitatem, quod magis pertinet ad charitatem, vel liberalitatem, quàm ad misericordiam, quæ ut ait D.Tho., dicitur à misero corde, seù compassive, quidquid sit, quòd in obliquo, vel de materiali importetur hæc imperfectio, saltem enim requiritur præsuppositivè ad integrum ejus conceptum, sicut prior tristitia ad integrum conceptum iræ, & ideò solum metaphoricè dici poterit de Deo.

Sed contra hoc est ex superiori doctrina D.Th. hic a.3. Nam vera, & propria ratio misericordiæ pro formali ut distinguitur à prædictis aliis virtutibus potest haberi integrè remota tristitia, aut compassione miseriæ alienæ, ergo nulla est imperfectio impediens, ut propriè, & formaliter dicatur de Deo, et contradistinguitur ab illis. Prob. ant. ex relatis ultimis verbis D.Tho. Proprius, & formalis conceptus ejus, ut sic distinguitur, sufficienter vel integrè habetur pro hoc, quòd sit effusio perfectionis, sit depulsive omnis defectus, ut patet inductivè ex littera, cum cætera ob aliud formale motivum effundat, ut ostendit D.Tho., ergo non tenemur recurrere ad imperfectionem tristitiæ, sicut in ira ad habendum integrè proprium, & formalem conceptum ejus.

Expl., & urg. hoc. Ex eo non possumus ab illa præscindere in ira, quia eadem remota, nil restat, ut distinguatur ab appetitu, vel actu justitiæ vindicativæ, ut supra ostensum est, ergo si in misericordia adhuc restat sufficiens distinctivum ab aliis virtutibus, optimè poterit præscindere ab eadem tristitia, salvo integrè proprio, & formali conceptu ejus. §. Expl. ulteriùs ex alio discrimine assignato inter justitiam commutativam, & distributivam. Nam quia restitutio, vel reparatio injusti commutativi oritur ex debito solvendi, distributio. verò oriri potest aliunde, seù ex liberalitate, ut ex D.Th. ostensum, & explicatum est, potest Deus sine omni imperfectione debiti exercere verè, & propriè justitiam distributivam erga nos, non tamen commutativam, ita ut verè, & propriè conveniat illi justitia respectu nostri, non tamen commutativa, ergo quia similiter actus iræ oritur, aut fundatur, vel necessariò præsupponit tristitiam de offensa, vel damno illato, non tamen affectus misericordiæ de miseria aliena, ut inductivè probat, & concludit D.Tho. contrapositivè ad alias virtutes, optimè poterit convenire illi propriè, & formaliter misericordia, non tamen ira. Et urgeri poterat paritate vindicativæ in ordine ad eandem iram, quia, nempè nec justitia vindicativa, vel appetitus ejus tenetur præsupponere tristitiam, sicut ira, ut explicatum est, sed est simplex motus justè ulciscendi delictum, sicut misericordia est simplex affectus depellendi omnem defectum.

Dices hanc doctrinam, vel hujusmodi replicas videri expressè contra literam, nempè quòd misericordia in Deo importet hunc simplicem effectum depellendi miseriam alienam, ac proinde ex eo quòd iste non dicat imperfectionem, possit verè, & propriè, vel formaliter affirmari misericordia de illo. Nam in principio corp. ut vidimus, expressè sic ait. *Dicendum* quòd misericordia est Deo maximè attribuenda, tamen secundum effectum, non secundum passionis affectum.

Sed contra hoc est, quia hæc solutio, excluso effectu sublevandi à miseria videtur repugnare in terminis, & non solum menti D. Thom., ergo tantum ab est hunc affectum esse contrarium literæ, quin potiùs sit omninò supponendus, Prob. antec. Quia repugnat affirmare effectum non supposita voluntate, vel intentione exequendi, vel conferendi, & regulandi illum, aliàs exequeretur à casu, unde aliud est, quòd sit attribuenda Deo sine affectu passionis, ut ait D. Thom., aliud verò sine omni affectu, scil. sublevandi, quem nullo modo excludit, nec excludere potuit, si semel eam attribuit secundum effectum. Idque etiam docet ipse in 4. infra referenda in solut. ad instantiam. Tum quia iste omninò supponi debet ad effectum in operante ex deliberatione, & consilio, Tum quia non est passio, sed simplex

actus

actus voluntatis nullam in se includens imperfectionem, ut probatum est, nec ad aliam virtutem spectans, quàm ad misericordiam, ut iterum docet qu. illa 30. art.3. ad 4. ex 22., ubi distinguens illam à charitate contrapositivè ad gaudium, & pacem ait *Dicendum, quòd gaudium, & pax nihil adjiciunt supra rationem boni, quod est objectum charitatis. Et ideò non requirunt alias virtutes, quàm charitatem. Sed misericordia respicit quandam specialem rationem, scil. miseriam ejus, cujus miseretur.* Et repetit q.31.seq. ar.1. ad 3. dicens. *Quòd sicut amicitia, seù charitas respicit communem rationem boni in beneficio collato, ita justitia respicit ibi rationem debiti, misericordia verò respicit rationem relevantis miseriam, vel defectum.*

Sed instas contra conclus. invertendo ejus rationem. Formalis conceptus misericordiæ præscindere nequit ab imperfectione tristitiæ, ergo nequit proprie, & formaliter Deo convenire. Cons. tenet, quia nulla perfectio in suo formali conceptu includens imperfectionē potest illi convenire formaliter, ut in superioribus ostensum est. Ant. verò prob. ex doctrina D. Tho. 22. qu.30. relata art.1. ad 2. ubi ait. *Dicendum, quòd quia misericordia est compassio miseriæ alterius. propriè misericordia est ad alterum, non ad se ipsum nisi secundum quandam similitudinem.* Ex quo prob. sic. Juxta D.Tho. ita convenit misericordiæ ratio compassionis, seù tristitiæ de miseria alterius, sicut habitudo, vel ordo ad alterum, sed hic ordo, vel alterites ita illi convenit, ut secundum proprium, vel formalem sui conceptum nequeat ab eadem præscindere, & solum similitudinariè sit ad se ipsum, ergo ita conveniet eidem compati, vel tristari de alterius miseria, ut nequeat secundum proprium conceptum præscindere ab illa.

Idem docet art.2. ubi expressè asserit misericordiam importare tristitiam, seù dolorem. Et repetit art.3. ubi distinguens duplicem dolorem, alterum scil. prout nominat motum appetitus sensitivi, secundum quem misericordia non est virtus, sed passio, alterum verò prout nominat motum appetitus intellectivi, secundum quòd alicui displicet malum alterius, dicit istum pertinere ad illam ut virtutem, secundum quod regulatur per rationem, & per illum sic regulatum potest regulari motus appetitus inferioris, ergo ad misericordiam etiam ut est virtus, vel ut pertinet ad partem superiorem, sive intellectivam pertinet aliquid repugnans Deo, scil. dolor, cujus Deus est incapax.

Urg. totum hoc ex Cajet. hic super ar.3., ubi exponens rationem D. Tho., rectè per eam asserit concludi intentum illius, nempè Deo maximè convenire misericordiam secundum effectum, & non secundum affectum, quia affectus, qui est tristari de miseria aliena non convenit Deo, sed tantum effectus, qui est repellere eam ergo videtur manifestè sentire, quod hic affectus pendet necessariò ab affectu tristitiæ, qui Deo repugnat. Prob. conf., quia si necessariò non penderet ab aliquo affectu repugnante Deo, negari non posset convenire quoad affectum, nam sicut, quia non repugnat convenire quoad effectum, non negatur, imò asseritur maximè convenire illi, ergo si negatur convenire quoad affectum, signum est pendere necessariò ab aliquo affectu repugnente Deo.

Expl., & urg. ulteriùs hoc, præoccupando solutionem juxta superiorem illam replicam, quod ad eundem effectum præcedere debeat, aliquis effectus, neque omnem negat D.Tho., sed dumtaxat affectum passionis, ut expressà ait litera, qui nempè non est simplex actus voluntatis, ut dictum est. Contra hoc tamen instatur sic. Quamvis ità sit, quòd præcedere debeat aliquis affectus, sive idem simplex actus voluntatis, non tamen, ut ex quo specialiter pendeat in ratione effectus misericordiæ, sive depulsionis miseriæ alienæ, sed solum in generali ratione effectus, sicut pendent omnes alii creati à divina voluntate; debent enim omnes esse politi à Deo, ergo in ratione speciali depulsionis pendent necessariò ab affectu repugnente Deo, ac proindè non poterit secundum formalem, & proprium sui conceptum misericordia propriè, & formaliter convenire illi, sed tantum virtualiter, vel eminenter, quatenus affectus, vel actus ille simplex voluntatis eminenter, vel virtualiter est affectus, à quo pendet proprius illius effectus, & ideò rectè ait D. Tho., quòd non convenit secundum affectum passionis, sive tristitiæ, quia videtur ab ista pendere in ratione affectus talis, ut distinguitur ab effusione perfectionum pertinente ad alias virtutes, liberalitatis &c. Quod etiam insinuat Damasc.lib.2. de fide orthodoxa c.14., ubi misericordiam definit, quòd est species tristitiæ, sive compassio de aliénis malis, ac proindè quòd essentialiter habeat annexam tristitiam, vel ab illa dependeat.

Resp. ad instantiam nego antec. Ad prob. dicimus primò ad authoritatem D. Tho., quòd ibi non agit præcisè de misericordia Dei, (de qua agit in præti, sed magis de illa prout in nobis, ut patet ex titulo, qui præmittitur in serie eorum ante articulos scil. *Circa hæc quæruntur quatuor. Primò, utrum malum sit causa misericordiæ ex parte ejus, cujus miseremur.* Ex quòd manifestè loquitur de illa prout in nobis, in quibus invenitur affectus tristitiæ, vel compassionis, non tamen illum exigit ex proprio, & formali sui conceptu, ut abstrahit à creata, & increata, sed tantum dicit affectum voluntatis expellendi alienam miseriam, à quo procedit effectus illius, scil. depulsio ejusdem miseriæ, ut docet idem in 4. dist.46. qu.2. art.2. qu.1., ubi ait in fine corp. Et propter hoc communiter dicitur, quòd non est in Deo misericordia secundum passionem, sed secundum effectum, qui tamen effectus ex affectu voluntatis procedit, qui non est passio, sed simplex voluntatis motus.

Ex his ad argumentum factum, vel nego ma., quòd ita conveniat attento ejus conceptu formali, nam etiam prout in nobis solum convenit materialiter ex parte subjecti capacis tristitiæ, ut est passio appetitus sensitivi, & etiam misericordiæ, ut est virtus moralis circa passiones. Vel dist., ita convenit, prout in nobis, transeat, prout abstrahit misericordia à creata, & increata, nego, & concessa mi. nego conseq., quia cum formalis ejus conceptus consistat in depulsione, sive in affectu depellendi miseriam, vel defectum alienum, nequit omninò, sive in nobis, sive in Deo ab hujusmodi alteritate præscindere, benè tamen à motu tristitiæ, vel compassionis, ut pertinent ad appetitum sensitivum, quidquid sit, ut præcisè nominant simplicem dolorem, vel puram displicentiam pertinentem ad intellectivum; Et per hæc patet ad alia loca D.Th. Nam solū habetur in his, quòd misericordia sit quædā tristitia, non quæ sit passio prioris appetitus, sed simplex dolor, vel displicentia per

mo-

modū simplicis affectus sublevandi alienam miseriā, quod Deo non repugnat, utpote nullam importans imperfectionem, sicut nullam importat displicentia, quam habet de peccatis, ut docet idem q. relata ad 1., quod procedebat ex superiori authoritate Damasc., cui resp. *Quòd Damasc. diffinit misericordiam, prout est passio in nobis inventa; & per hunc modum Deo non competit.* Quod magis explicans ad 2. simul ostendit, quomodo etiam misericordia, quæ in nobis est, possit Deo convenire secundum id, quod de formali importat sine omni imperfectione. Unde ait. *Ad 2. dicendum, quòd misericordia in nobis passio quædam est, nulla autem passio est laudabilis, nisi secundum quòd ratione regulatur. Unde in nobis misericordia non est laudabilis, nisi secundum quòd sequitur ordinem rationis: nihil enim, quod in nobis est, transfertur in Deum, nisi eo modo, quo in nobis est laudabile, & ideo in Deo misericordia est secundum ordinem sapientiæ ipsius.* Ex quo subtiliter infert, *Non oportere, quòd ex hoc ipsò, quod aliquis est magis peccator majorem effectum misericordiæ consequatur, nisi secundum quòd est in Divina sapientia ordinatum.* Ex quibus patet, in quo juxta D. Tho. consistat formalis conceptus, & proprius misericordiæ, ut sic, nempè in prædicto affectu sublevandi alienam miseriam secundum rationem regulato. Unde non tenetur etiam homo misericors (ut prosequitur ad 3.) repellere alienam miseriam, quantumcunque potest, sed quantum recta ratio permittit. Ex quo tandem gravissimè concludit, *quòd similiter Deus repellens nostram miseriam secundum ordinem sapientiæ suæ inducit miseriam pœnæ quibusdam, & permittit quosdam incidere in miseriam culpæ*, scil. in remedium superbiæ, ut alibi explicat idem Angelicus, quod totum provenit ex ejus misericordia.

Ad 1. confirm. ex Cajet. constat pariter ex eodem; & ex hactenus dictis, rectè probare D. Thom., quòd Deo tantum conveniat quoad effectum, relativè ad affectum tristitiæ, qui est passio, quia iste repugnat illi, non tamen relativè ad omnem affectum, cum expresè asseret in eodem 4., ut vidimus, hunc effectum procedere ex affectu voluntatis, qui est simplex actus ejus. Unde vel nego conseq. vel dist., necessariò pendet, prout in nobis transeat; prout in Deo, vel loquendo de misericordia ut sic secundum formalem illius conceptum, nego. Ad illius prob. dist. ant. negare non posset quoad omnem affectum conc., quoad affectum passionis, de quo expresè loquitur, nego. Per quod patet ad illius prob. annexam, quæ tantum convincit de omni affectu, non de hoc posteriori, quem tenebatur excludere, utpotè Deo repugnantem.

Ad 2., quæ potest esse replica, nego ant. Nam ut vidimus ex D. Thom., affectus sublevandi meseriam alienam, non est generalis ad omnem effectum, sed adhunc determinatum intra lineam misericordiæ, & non ad aliam, unde prout respicit rationem relevantis miseriam, vel defectum est specialis affectus distinctus ab aliis aliarum virtutum, ut locis relatis explicat D. Thom., & ad proprium illius formalem conceptum pertinet, non purè eminenter, vel virtualiter se habet ad illum, cum nullam imperfectionem importet, ut probatum est. Ad authoritatem verò, quæ subditur ex D. Damasc. jam responsum est cum D. Tho.

§. II.

Expeditur difficultas circa art. 4.

IN art. 4. postquam egregiè ostendit D. Tho. quòd in quolibet opere Dei inveniatur misericordia, & verites, seu justitia, & quòd opus justitiæ semper fundatur in misericordia, cum creaturæ nihil debeatur nisi propter id, quod est datum ei à Deo non debitum, deindè in solut. ad 1., non solum id salvat in ordine ad reprobos, dum punit citra condignū (nam si etiam magis puniret adhuc id subsisteret, sed etiam in ordine ad impios, dum justificantur, de quibus ait. *Et in justificatione impii apparet justitia, dum culpas relaxat propter dilectionem*, (seu propter contritionem, ut subdit Mag. Bannez) *quam tamen ipse misericorditer infundit, sicut de Magdalena legitur Luc. 7. cap. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit*, (sive contrita est) *multum*. Hinc oritur difficultas, quomodo in hac justificatione impii salvari possit ratio justitiæ, cum ex parte peccatoris nulla reluceat ratio meriti, sed dicatur gratis omnino justificari, itaut nec merito etiam imperfecto mereatur remissionem peccati.

Mag. idem laudatus explicat juxta D. Tho., quod inter remissionem peccati, & dispositionem, quam Deus operatur in peccatore apparet ratio justitiæ ex eo, quòd est debitum dispositioni illi, quam Deus operatur in homine, ut respondeat ei remissio peccati, sive infusio gratiæ. Ex quo infert alienos esse à doctrina D. Tho., qui ita putant gratis justificari peccatorem, ut nulla in ejus justificatione appareat ratio justitiæ, eosque falli, subdit, dum statim inferunt, ergo homo meretur aliquo modo saltim imperfecto remissionem peccati, quia debitum justitiæ, & æqualitatis, quod D. Thom. asserit inveniri in justificatione inter unum opus Dei, & aliud opus ejus, ta sunt, ut sunt à Deo, & ab ejus sapientia, commensurata, non autem ut sunt ab homine, qui justificatur. Et ratio est, inquit, quia prout ab homine proficiscuntur dolor, & dilectio non habet proportionem dispositionis ad gratiam, sed solum ut procifiscuntur à gratia operante secundum ordinem divinæ sapientiæ, à qua etiam gratia, & contritio habet quòd sit satisfactio quædam justitiæ specialis virtutis, scil. pœnitentiæ pro offensa contra Deum commissa, & non solum pro pœnis purgatorii. Ita discurrit idem Mag.

Verum in hac ejus doctrina, licet id, quod primò asserit ad explicandam rationem justitiæ in eadem justificatione impii consonet etiam cum his, quæ tradit D. Tho. 1. 2. q. 114. art. 1., & 3., quatenus, ut in superioribus explicatum est præsupposita ordinatione divina debitum est, ut sic, vel sic operanti, tribuatur id, ad quod tendit ejus operatio. Circa tamen illam conseq., quam alii inferunt, & ipse negat, scil., ergo homo mereretur aliquo modo saltem imperfecto remissionem peccati, sive infusionem gratiæ, jam insinuavimus non esse id alienum à mente D. Tho., nempè quòd in contritione, sive in supernaturali eadem dispositione sit aliqua ratio meriti de congruo imperfecti, salva ratione gratuiti respectu justificationis. Primum insinuat D. Tho. in 2. ad Annibald. dist. 27. qu. unica art. 4., ubi ait, *Primam infusionem gratiæ fieri cum motu*

fidei

fidei formata, qui est dispositivus ad justificationem & ideo posse dici aliquomodo, quòd motus fidei justificationem meretur. Et iterum in 3. dist. 4. quæst. 3. art. 1. in fine corp., obi docet, quòd omnis præparatio ad aliquid habendum, potest largè saltem dici meritum. §. Secundam verò, quia hujusmodi meritum cum non inducat justitiæ debitum, non tollit, quin justificatio gratis fiat; immò si adhuc esset meritum parfectum, scil. supponens statum amicitiæ, non tolleret hanc rationem gratuiti, ut patet in merito de congruo SS. Patrum respectu Incarnationis, quæ illo non obstanta dicitur donum omninò gratuitum, quia solum debitum ex justitia perfecta, vel imperfecta tollit rationam gratuitæ donationis.

Ex quo etiam inferimus, quòd licet homo nequeat habere meritum da congruo perfectum in suis actibus respectu primæ gratiæ, ad quam per illos disponit, id tamen non provenit ex eo, quòd influxus dispositivus excludat hoc meritum, ut patet in eisdem SS. Patribus, (nam amico se disponenti, & juxta petenti congruum est, ut concedatur, ut ait D. Tho. 3. par., ubi supra,) sed quia cum hujusmodi meritum fundetur in lege amicitiæ, intelligi nequit in subjecto adhuc non habanta hunc statum. Ex quo inferimus ulteriùs, quòd dum alii plures negant meritum respectu ejusdem primæ gratiæ intelligi debent juxta superiorem doctrinam Div. Thom., de merito de congruo perfecto, vel supponente jam statum amicitiæ, qui nondum supponitur in se disponente ad illam, non de imperfecto ut admittit D. Thom.



TRACTATUS QUARTUS

DE PROVIDENTIA, PRÆDESTINATIONE, ET REPROBATIONE.

CElebrem materiam aggredimur de qua hìc D.Thom.quæst.22.,& quæst.23., & alibi locis infra referendis ex cont.Gent.,& in qq.disputatis egregiè prout de more disputat., & quam novem disputationibus resoluimus; dicturi in prima de Providentia in communi. In secunda de Prædestinatione, quoad ejus existentiam, & quiditatem. In tertia de ejus causalitate quoad bona naturalia. In quarta quoad supernaturalia. In quinta de efficaci electione prædestinatorum ad gloriam. In sexta de causa dispositiva, & meritoria respectu primi effectus prædestinationis; dicturi ibidem circa rectam intelligentiam illius axiomatis. *Facienti quod in se est Deus non denegat gratiam*. Et deindè etiam de causa morali, & meritoria nostræ prædestinationis ex parte Christi. In septima de certitudine illius. In octava de existentia, quiditate, & motivo reprobationis. In nona de illius effectibus.

DISPUTATIO PRIMA.

De Providentia in generali.



DE ille agunt Scholastici non solum cum D.Tho. hìc, sed idem etiam cum Mag. in 1. dist.39., & 3. cont.Gent. c.71., & seqq., & qu.5. de veritate, aliique SS. PP. relati à Mag. Ferre tractat.11. Duo autem principaliter inquirimus. Primum est de ejus existentia, & objecto, nam de quidditate, & in quo actu consistat, constabit infra de prædestinatione, ne ferè eadem repetemus. Secundum est de ejus causalitate, an solum ad eam pertineat ordinatio creaturæ in finem, an verò etiam assecutio istius. Dicturi aliquid in fine de modo providendi, an immediatè.

QUÆSTIO PRIMA.

An detur, & ad quæ se extendat Divina Providentia, an etiam ad minima, & humana.



DEI providentiam negavit Epicurus, quem deridet, & manifestæ contradictionis convincit Lactant. lib. de ira Dei,& meritó,quia aliàs fatetur Deum esse, implicat autem Deum esse, & providentiam de creaturis non habere. *Etenim si Deus est*, inquit, *Utique providens est, ut Deus, nec aliter potest divinitas tribui, nisi & præterita teneat, & præsentia sciat, & futura prospiciat. Cum igitur providentiam sustulit, & Deum negavit. Cum autem Deum esse professus est, & providentiam simul concessit. Alterum enim sine altero, nec esse prorsus, nec intelligi potest.*

Adverto tamen ad hujusmodi difficultatum intelligentiam, cum Mag. Bannez hìc ex Durand. in 1. dist.39. q.3. quòd in Deo licet hi actus, scil. scientia, dispositio, providentia, prædestinatio, & gubernatio sint una saltem simplicissima realitas, & formalites, sicut infra dicimus de essentia,relationibus, & de aliis similibus, quia tamen nos ob imperfectum modum concipiendi non possumus formam illam infinitatis uno nomine, vel concepto, conamur diversis exprimere, unde nomine scientiæ, intelligimus præcisam cognitionam rerum. Dispositio verò addit rationem ordinis futuri in rebus respectu ipsarum, & inter se ipsas: v.g. quòd terra sit in loco infimo, & Cœlum sursum, Providentia addit supra dispositionem, respectum ad finem ultimum. Prædestinatio verò respectum ad finem supernaturalis beatitudinis. Gubernatio autem dicitur executio dispositionis, providentiæ, & prædestinationis, ac proindè nec dicitur

æterna, sed quòd cœperit initio temporis.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio.

IN Deo datur perfectissima providentia ad omnes species, & individua se extendens. Hanc conclusionem negarunt omnes, qui omnia fortuitò, & casualiter imaginati sunt evenire, & ex necessitate, ac sola fœcunditate naturæ. Alii admiserunt in ordine ad species, non tamen ad individua corruptibilia. In quorum persona dicitur Job. 22. *Nubes latibulum ejus, & circa cardines cæli perambulat, neque nostra considerat.*

Horum tamen stultitiam manifesto experimento rejicit D. Tho. 3. cont. Gent. c. 75., ubi sic discurrit ratione 3. *Omnes causæ secundæ in hoc quòd causæ existunt, divinam similitudinem consequuntur, ut ex supradictis patet,* (scil. cap. 21. hujus lib.) *Invenitur autem communiter in causis producentibus aliquid, quòd curam habent eorum, quæ producuntur: sicut animalia naturaliter nutriunt fœtus suos. Deus igitur habet curam eorum, quarum causa existit. Est autem causa etiam istorum particularium, ut ex supradictis patet,* (scil. lib. 2. cap. 15.) *habet igitur eorum curam.* Ratione etiam 3. hoc ipsum inductivè ab inconvenienti, præcipuè quoad 2. par. clariùs manifestat arguendo sic. *Si Deus horum singularium providentiam non habet, aut hoc est, quia non cognoscit ea, aut quia non potest, aut quia non vult horum curam habere. Non autem potest dici, quòd Deus singularia non cognoscat. Ostensum est enim supra,* (scil. lib. 1. cap. 65., *quòd Deus horum notitiam habet.* Nec etiam potest dici, quòd Deus eorum curam habere non possit, *cum ejus potentia sit infinita, ut supra probatum est,* (lib. 1. cap. 2a.) *Neque etiam hæc singularia gubernationis non capacia sunt, cum videamus ea gubernari rationis industria, sicut patet in hominibus; & per naturalem instinctum, sicut patet in apibus, & multis animalibus brutis, quæ quodam naturali instinctu gubernantur. Neque etiam potest dici, quòd Deus non velit ea gubernare, cum voluntas ipsius, sit universaliter omnis boni; bonum autem eorum, quæ gubernantur, in ordine gubernationis maximè consistit. Non igitur potest dici, quòd Deus horum singularium curam non habet.* Hinc præclarè Ambros. lib. de offic. cap. 13. *Quis operator negligat operis sui curam? Quis deserat, & destituat, quod ipse condendum putavit? Si injuria est non regere, non ne est major injuria fecisse? cum aliquid non fecisse nulla injustitia sit, non curare, quod feceris, summa inclementia.* Et Theodoretus serm. 1. de provident. *Ex hoc quoque affectu, quo amare nos facit pignora nostra, intelligere nos voluit, quantum ipse amet pignora sua.* Idest effectus à se productos.

Sed huic conclusioni utpotè de fide potissimum favet sac. script. sap. 7. *Attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter,* & c. 19. *Tua autem Pater providentia gubernat.* Et Matth. 6. *Respicite volatilia Cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester Cælestis pascit ea.* Sed illud præcipuè, & urgentissimè *omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Matt. 10. & Luc. 12.

Deindè prob. ratione D. Thom. hìc art. 1. In Deo reperitur ratio ordinis rerum in finem, ergo & providentia. Conseq. patet, quia providentia juxta Boetium lib. 4. de consolat. sic diffinitur, est ratio ordinis rerum in finem in mente provisoris existens. Ant. verò prob. Quidquid est perfectionis, & bonitatis in rebus, est in Deo, & à Deo tanquam à causa prima, sed in creaturis non tantum est perfectio, & bonitas substantiæ rei, sed etiam ratio ordinis in suos fines, quæ bonum quoddam est, ergo hæc est à Deo tanquam ab ordinante, & causante eam.

Explic., & manifestatur hæc ratio ordinis creaturarum in finem, seu providentia, ex mirabili pulchritudine, & dispositione universi, quam eleganter describit Philo Judæus lib. 4. de monarchia. *Si quis,* inquit, *in Civitatem veniat legibus optimis constitutam, quid aliud suspicabitur, nisi regi ab optimis magistratibus? Quamobrem qui in magnam introierit Civitatem, mundum videlicet, ibique contemplatus fuerit aeris temperiem, annuarum tempestatum conversiones, deindè solem, & lunam, diei, noctisque moderatrices, & cæterorum errantium, fixorumque syderum, & cælitotius in orbem agitationes, & choreas, nonne verisimiliter, aut potiùs necessariò de Patre, & conditore, nec non Rectore cogitabit?* Quæ omnia apertè indicant ordinatam eorum seriem in finem.

2. Prob. ex eodem D. Thom. hìc art. 2., & urg. præcedens, specialiter iterum quoad 2. p., sive contra eos, qui eam limitant ad species rerum. Nam ad omne id debet se extendere Divina providentia, sive ordinatio effectuum in finem, ad quod se extendit divina causalitas, sed hæc se extendit ad omnia entia, non solum quantum ad principia specierum, sed etiam quantum ad principia individuorum, tam incorruptibilium, quàm corruptibilium, ergo ad hæc omnia se extendit providentia Dei. Præmissæ patent, ma. quidem, quia omne agens agit propter finem, ergo tantum se extendit ordinatio suorum effectuum in finem, (in quo consistit, ut dictum est, ejus providentia,) quantum se extendit ejus causalitas, ac proindè si causalitas Divina, seu primi agentis se extendit ad omnia prædicta, pariter ad illa se extendet ejus providentia. Mi. etiam est certa, quia causalitas Dei est infinita, ac proindè universalissimè transcendens omnem, vel minimam portionem entis contradictoriè ad non ens.

3. Ex eodem ibidem. Nam stulta est providentia non curans ea, sine quibus ea, quæ curat, subsistere non possunt, sed pereuntibus singularibus, vel individuis, species, vel universalia nequeunt ampliùs subsistere, ergo imperfectissima esset ejus providentia non curans de singularibus, vel individuis.

Urg. hoc. Quia providentia Divina est practica, sed tota praxis ordinatur ad singularia, unde in hoc distinguimus cognitionem speculativam à practica, quòd illa, & quæ ad illam pertinent perficiuntur in universali, quæ verò ad practicam perficiuntur in particulari, nam finis speculativæ est veritas, quæ primò, & per se in immaterialibus, & universalibus consistit; finis verò practicæ est operatio, quæ est circa singularia. Unde Medicus, (ut rectè etiam explicat Gonet §. 2. concl. 2.,) non curet hominem in universali, sed hunc hominem, & ad hoc est ordinata tota ejus scientia, ergo esset valdè deficiens Providentia Dei, quæ ad practicam cognitionem pertinet, utpotè ordinativa rerum in finem, ut dictum est, si

ad

ad singularia non se extenderet, sicut si idem Medicus non curaret de cura hujus hominis, sed tantum hominis in communi, quod est alienum.

§. II.

Statuitur secunda, & tertia Conclusio.

SEcunda Deus sua infinita providentia prædestinavit ab æterno, & prædefinivit, non solum species, sed etiam numerum vilissimorum quarumcunque rerum, sive animalium, puta vermium, muscarum, & similium. Hujus oppositum tribuitur Bellarmino, & Joanni Marianæ l.b.2. de morte, & immortalitate cap.23., apud Sylvium in opuscul. de primo motore pag.202. ut refert hic Mag. Ferre §.3., & conclus.3. Sumitur tamen ex scriptura locis raletis Matth.6. 10., & Luc.12., ubi ut vidimus, ad minima quæ qui etiam ad numerum capillorum extenditur divina providentia. Unde D. Hieronym. in vita Pauli Eremitæ, Antonium sic orantem inducit. *Deus sine cujus nutu nec folium arboris defluit, nec unus passer in terram cadit da illis sicut tu scis.* Idem asserit August. lib.10. de Civitate Dei cap. 14., ubi refert feotentiam Platonici, qui providentiam Dei a t. *Usque ad hac terrena, & ima pertingere; flosculorum, atque foliorum pulchritudine comprobat, qua omnia, quasi abjecta, & velocissimè pereuntia, decentissimos formarum suarum numeros habere non posse censirmae, nisi inde formentur, ubi forma intelligibilis, & incommutabilis simul habens omnia perseverat.* Et lib.12. cap.22., demonstrat, quàm mirificè conferat hujusmodi cura in minimis ad suam infinitam sapientiam, & providentiam commandandem. Unde eit. *Deus ita artifex est magnus in magnis, ut minor non sit in parvis, qua parva, non granditate, qua nulla est, sed artificis sapientia, metienda sunt, sicut in specie visibilis hominis, si unum radatur supercilium, quam propemodum nihil corporis, & quam multum detrahitur pulchritudini, quoniam non mole constat, sed paralitate, ac dimensione membrorum.*

Accedit, quòd hæc, quę prosequitur S.P., non minùs conferunt ad perfectionem universi, quam maxima, nobisqua esse utilissima; unde redarguit manichæos horum Divinorum operum contemptores, initio ejusdem cap. dicens. *Nec attendunt, quàm in suis locis, naturisque vigeant, hæc omnia pulchroque ordine disponantur, quantumcunque universalitati rerum, suis portionibus decoris tanquam in communem rempublicam conferant, vel nobis ipsis, si eis congruenter, atque scienter utamur commoditatis attribuant, itaut venena ipsa, qua in convenienti am perniciosa sunt, convenienter adhibita in salubria medicamenta vertantur.*

Succinit concaptis verbis Bernard. tractet: de libero arbitrio, ubi de Divina providentia, inquit. *Attingit à fine usque ad finem, hoc est à summa Cula usque ad inferiores partes terra, & à maxima Angela usque ad vilissimum vermiculum.* Unde etiam Sap.6. dicitur. *Æqualiter est illi cura de omnibus.* Et cap.12. Non est alius Deus, quem tu, cui cura est rei.

Ratione deindè prob. sumpta ex D. Tho. 3. cont. Gent.cap.94., ubi eit. *Primò namque considerandum est, quòd cum Deus sit omnià existentium causa, rebus omnibus conferens esse, oportet, quòd sua providentia omnes res complectatur; Quibus enim esse largites est, oportet, quòd & conservationem largiatur &c. Et quod sua sapientia sempiterna præmeditatione omnia ordinet quantumcunque minima videantur.* Ex quibus sic arg. Deus sua infinite providentia ab æterno præordinavit, & prædefinivit, quod in tempore producit, ut patet ex superioribus de voluntate, & ex illo, operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ, sed in tempore omnia producit, quamtumvis minima, cum sit creator omnium visibilium, & invisibilium, ut in primo articulo symboli profitemur contra Manichæos cum Ecclesia, ergo omnia quamtumvis minime, eadem sui providentie ab æterno prædefinit.

Tertia conclusio. Divina providentie se extendit etiam ad res humanas, & contingentes. Negavit hanc providentiam Cicero, ut hic refert D.Th., ar.1.ad 4., ubi de illo inquit. *Res humanas, de quibus consiliamur à divina providentia subtraxit.* Sed quàm immeritò. Prob. 1. Tum superiori ratione D.Tho. hic ar.4. Nam cum omne agens aget propter finem, tantum se extendit ordinatio suorum effectuum in finem, (ie qua ut dictum est ejus providentia consistit, quantum se extendit ejus causalitas, sive primi agentis, sed hæc non solù se extendit ad res naturales, & necessarias, sed etiam ad humanas, & liberas, aliàs infinita non esset, ergo istæ etiam subduntur divinæ providentiæ. §. 2. Nam gubernatio divinæ providentiæ provenit ex amore, quo Deus amat res à se productas, ut patet etiam inductivè in cæteris agentibus, & præcipuè in speculis naturæ, ut sunt animalia, sed Deus inter hæc visibilia magis amet hominē, quàm cœtera naturalia, ut patet ex effectu, quia potiore, & ampliora bona ei contulit, ergo non solum, sed magis cœteris subjicitur. Unde præclarà Aug. *Non perit capillus, quem cum tondetur non sentis, & peribit anima tua, per quam sentis? Sic tua custodiuntur superflua, in quanta securitate est anima tua?* Jacta te in Deum, optimè te habebis in optimo.

3. Nam quantò aliquid magis participat de ordine, seu bono universi, tantò magis participat de affectu divinæ providentiæ, seu magis illi subjicitur, sed homo præ cœteris naturalibus magis participat de eodem ordine universi, ergo magis subjicitur divinæ providentiæ: ma. patet, quia prædictus ordo ait effectus ejusdem providentiæ: mi. verò prob. tum quia magis diligitur à Deo, ut dictum est. Tum quia hinc etiā infertur, quòd sit ex nobilioribus partibus universi, sed quantò aliqua nobiliora sunt in illo, tantò magis participent de ejus ordine, ergo.

4. Prob. evertendo Ciceronis fundamentum. Ideo homo cum suis actionibus liberis subtrahi debet à divine providentia, quia eliàs non subsisteret earum contingentia, & libertas, sed hoc est alienum ab illa ergo. Ma. est ejus fundamentum: mi. letè constat ex superioribus, & adhuc ex dicendis constare poterit. Sed præterea prob. 5., (ut etiam magis appareat meritum ejusdem providentiæ, ob quod ut supra de divinis decretis dictum est, hanc materiam attingimus.) Nam Author naturæ non destruit naturam, quam condidit, aliàs esset simul statuens, val ædificans, & destruens, quod est alienum, sed aliquas actiones suntex sue natura liberæ, & contingentes, ergo

ergo Deus sua providentia non destruit earum libertatem, & contingentiam. §. 2. Et utg. præcedens; nam tantum abest, quòd Deus sua providentia destruat hanc libertatem, quin potiùs ut subsistat, tribuit principia proxima libera, à quibus procedant, ut supra vidimus ex D.Tho., ergo illam magis ædificat, quàm destruat: cons. tenet, quia actiones sunt liberæ, & contingentes à causa, vel principio proximo libero.

3. Quia si divina providentia tolleret eandem libertatem ab actionibus humanis, vel liberis multa, & maxime bona deficerent in universo, quæ sine illa subsistere nequeunt, scil. laus virtutis humanæ, ratio boni, & mali moralis in actionibus, & consequenter justitia præminantis, & punientis; ratio consilii, & prudentiæ: nam de his, quæ ex necessitate eveniunt, non habetur consilium, nec prudentia, sed hæc absurda nullus sanæ mentis admittet, ergo omninò alienum est à divina providentia inferre præjudicium libertatis humanæ; unde rectè ait D.Tho. hic art.4. in argum. sed contra: quòd corrumpere naturam rerum non est divinæ providentiæ, ut inquit Dionys. c.4. de divinis nomin.. & sumitur ex illo Ecclesiastici 15. *Deus ab initio constituit hominem in manu consilii sui*, quatenus scil., *ei non præfigitur virtus operativa determinativa ad unum, sicut in rebus naturalibus*, ut explicat D.Th. hic ar.2. ad 4. Quod etiam insinuatur Sap.8., ubi de divina Sapientia dicitur quod attingit *à fine usque ad finem fortiter*. Quatenus infallibiliter, sive indeperdibiliter finem suum consequitur; *Et suaviter omnia disponit*, quia nec rerum contingentiam, nec humanæ voluntatis liberam determinationem impedit, sed potiùs efficit eam ut latè constat in priori tractatu; quod etiam similibus verbis expressit Aug. lib.7. de Civitate Dei c.30. dicens. *Sic ad ministrat omnia, quæ creavit, ut etiam ipsa proprios exercere, & agere motus sinat*.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. contra 1. concl. Providentia necessariò exigit sollicitudinem de rebus provisis, ut patet experimento in quolibet provisore, sed sollicitudo nequit esse in Deo, cum importet imperfectionem anxietatis, & laboris, ergo nec est providentia. Ad hoc ex D.Tho. hic ar.1. ad 1. dist. ma. Providentia imperfecta, ut contingit in provisore creato, & limitatæ cognitionis, & prudentiæ, conc. Providentia perfectissima, ut est illa Dei, qui est infinitæ sapientiæ, attingens, ut dictum est, à fine usque ad finem nego; & concessa mi., dist. conseq. eodem modo; non est providentia imperfecta, conc., perfecta, sive seclusis imperfectionibus sollicitudinis, anxietatis, & laboris neg. Nam Deo tribuenda est quantum ad id, quod dicit de perfectione, & actualitate, sicut in universum attribuitur omnis perfectio exclusis imperfectionibus, ut decet provisorem perfectissimum, & actum purum.

2. Arg., & potest esse replica. Ad providentiam perfectissimam pertinet fovere, & prosequi bonum, & fugare malum à creaturis, et id non fecit Deus, cum possit, imò tot mala in universo permittit, ut continuo patet experimento, ergo non est in illo providentia. §. Ad hoc resp. ex D. Thom. hic ar.2. ad 2. dist. pertinet fugere malum hujus, vel alterius creaturæ in particulari neg. respectu universi, vel communis boni illius, quod potissimum intendit, conc. Nam ut vidimus supra, cum ad Provisorem universalem, ut est Deus, pertineat respicere ad bonum commune, quod sine defectu particularium non subsisteret, ut supra agentes de decretis conditionatis ostensum est, ideò sapientissimè permittit, vel intendit particularia mala ad boni universalis conservationem; ut etiam egregiè exponit D.Tho. 3. cont. Gent. c.71. *Multa bona sunt in rebus*, (inquit rationes) *quæ nisi mala essent locum non haberent. Sicut non esset patientia justorum, si non esset malignitas persequentium: nec esset locus justitiæ vindicativæ, si delicta non essent. In rebus etiam naturalibus non esset unius generatio, nisi esset alterius corruptio. Si ergo malum totaliter ab universitate rerum per divinam providentiam excluderetur, oporteret etiam bonorum multitudinem diminui: quod esse non debet, quia virtuosius est bonum in bonitate, quàm in malitia malum*. Idque prosequens ratione 6., simul rationem subdit, quia, scil. *Bonum totius præminet bono partis; ad prudentem igitur gubernatorem pertinet negligere aliquem defectum bonitatis in parte, ut fiat augmentum bonitatis in toto. sicut artifex abscondit fundamentum sub terra, ut tota domus habeat firmitatem: sed si malum, à quibusdam partibus universi subtraheretur, multum deperiret perfectionis universi, cujus pulchritudo ex ordinata bonorum, & malorum adunatione consurgit, dum mala ex bonis deficientibus proveniunt, & tamen ex eis quædam bona consequuntur ex providentia gubernantis, sicut & silentii interpositio facit cantilenam esse suavem*.

Hinc etiam ratione 7. ex illo Isa.45. *Faciens pacem, & creans malum*, & Amos 3. *Non est malum in civitate, quod Deus non fecerit*, plures rejicit ab eadem radice pullulentes errores; unde subdit. *Per hoc autem excluditur quorundam error, qui propter hoc, quid mala in mundo evenire videbant, dicebant Deum non esse: sicut Boetius in 1. de consolat.* (*Prosa 4.* post medium.) *introducit quendam Philosophorum quærentem, si Deus est, unde malum est: esset autem è contrariò arguendum, si malum est, Deus est, non enim esset malum sublato ordine boni, cujus privatio est malum, hic autem ordo non esset, si Deus non esset*.

Tollitur etiam (prosequitur) *& erroris occasio per præmissa illis, qui divinam providentiam usque ad hæc corruptibilia extendi negabant, propter hoc, quòd in eis multa mala evenire conspiciebant. Sola autem incorruptibilia Divinæ providentiæ subdi dicebant, in quibus nullus defectus, nec malum aliquod invenitur. Per hoc etiam tollitur errandi occasio Manichæis, qui duo prima principia agentia posuerunt bonum, & malum, quæ sub providentia Dei bonum locum habere non possunt. Solvitur etiam quorumdam dubitatio, utrum scil. actiones malæ sint à Deo*. Quem quidem resolvit, ut ex eodem in superioribus dicebamus, *nam cum ostensum sit*, inquit, *Omne agens actionem suam producere, in quantum agit virtute Divina: Et ex hoc Deum esse omnium, & effectuum, & etiam actionum causam: Itemque ostensum sit, quod malum, & defectus in his, quæ providentia Divina reguntur, accidat ex*

con-

conditione secundarum causarum; (ut proximè etiam dictum est, & ipse etiam iterum ostendit 1. 2. qu. 79.) *in quibus potest esse defectus: manifestum est, quòd actiones malæ secundum quòd sunt deficientes, non sunt à Deo, sed à causis proximis deficientibus: quantum autem ad id, quod de actione, & entitate habent, oportet, quod sint à Deo, sicut claudicatio est à virtute motiva quantum ad id, quod habet de motu: quantum verò ad id, quod habet de defectu est ex curvitate Cruris.* Ita D. Thom., quem plecuit paulò prolixiùs referre, ut præcendentium errorum deliria in suis radicibus cognoscantur, & evellantur.

3. Arg. Et militet etiam contra 1. Nam in rerum natura tot apparent prodigiosi effectus, sive horrenda monstra, quæ non videntur posse reduci ad Dei providentiam; sicut sunt tot aliæ creaturæ adeò hominibus molestæ, & nocivæ, ut muscæ, culices, pulices, serpentes, venena, & similes, ergo de his Deus curam non habet; ac proindè mundus iste providentia, & sapientie Dei non gubernatur, aut regitur. §. Ad hoc neg. ant. nam licèt prædicta omnia rudibus, & imperitis videantur aliena ab ordinatissima Dei sapientia, multum tamen conferunt ad integritatem universi; nam in primis cum participent aliquem gradum divinæ bonitatis, deficiens valdè esset, si his careret. Deindè etiamsi molesta sint, vel perniciosa plura ex iisdem animalibus, plurimum tamen juvare possunt ad exercitium patientiæ, ad deponendum affectum à terrenis, & ad excitandum amorem ad superiore, & cælestia; & ad humilem admirationem, & venerationem divinæ sapientiæ, quòd tam mirabiliter de illis disponat, ut licèt plure ex illis sint homini nocive, aliis tamen creaturis deserviant in pabulom: & ipsa etiam venena, sive animalia venenosa rectè temperata, & composita nobis etiam in medicinam convertantur, & salutem. Undè præclarè ad rem Ambros. lib. 3. examerun. c. 9. *Singula* (inquit) *quæ generantur, specialem quandam rationem habent, quæ pro virili portione complent universæ plenitudinem creaturæ; alia enim esui, alia potui, alia aliis noscuntur usibus: Nihil vacat, nihil inane germinat terra: quòd tibi putas inutile, aliis utile est; quod escam non adjuvat, medicinam suggerit: & sæpè eadem, quæ tibi noxia sunt, avibus, aut feris innoxium ministrant pabulum.*

4. Arg. specialiter contrà 2., quibusdam difficilibus aututit. præcipuè ex D. Hieron., & D. Tho, nam prior ad illud Abacuc *Mundi sunt oculi sui*: subdit. *Absurdum est ad hoc deducere Dei majestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascuntur culices, quotve moriantur: quæ cimicum, & pulicum, & muscarum sit in terra multitudo: quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus majorum prædæ cadere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei.* §. D. Dho. etiam q. seq. a. 2. in corp. §. *Ad cujus evidentiam* versus medium inquit. *Licèt Deus sciat numerum omnium individuorum, non tamen numerus, vel bonum, vel culicum, vel aliquorum hujusmodi est per se præordinatus à Deo*: Et videntur etiam hujusmodi autoritates fundari in illo Apost. 1. ad Corint. 9. *nunquid Deo cura est de bobus*.

Respond, tamen, quòd nisi velimus in his SS. DD. apertam contradictionem in suis dictis, tenemur piè interpretari, cum aliàs ut monuimus, simus certissimi de eorum sane mente, Nam prior ad c. 10. Matt. sufficientissimé eam exprimit dicens: *Non simus tam fatui adulatores, ut dum potentiam ejus ad ima detrahimus, in nos metipsos Injuriosi simus, eamdem rationabilium, quàm irrationabilium providentiam esse dicentes.* En quod non solum non negat, nec negare poterat ad mentem Evangelii, ut vidimus, ubi fit expressa mentio de Divina providentia respectu horum minimorum, vel etiam de numero capillorum, sed quod non est eadem respectu illorum, & respectu nostri, quod est verissimum, nam specialem curam de hominibus, seù creaturis rationabilibus habet, quam non sic habet de eisdem minimis, & propterea ait, ut non simus in nosmetipsos injuriosi, unde in priori loco non negat de illis omnem providentiam, seù generalem, sed tantum hanc specialem, ne dicatur etiam contra seipsum injuriosus.

D. Thom. etiam locis relatis tam manifestè eam statuit, ut nec minimum de mente ejus suspiciari possimus; undè vel ex ipso etiam textu hujus posterioris loci clarè colligitur, quid ibidem sentiat, nempè, quòd non sit quid per se præordinatum, seù principaliter, non tamen quod illam omninò subtrahat ab ejus providentia, sed quia prædicta animalia cū non sint partes principales, sive essentiales Universi non per se, seù ratione sui intenduntur, aut determinatur eorum numerus, sed propter bonum speciei, ad cujus conservationem deserviunt. Undè est manifesta fallacia à restricto ad non restrictum negativè, sive (quod idem est, vel ad idem reducitur) arguitur à negatione inferioris determinatè, ad negationem superioris, & perinde est, ac si dicerem non est rationale, ergo non est animal: sicut enim animal dividitur in rationale, & irrationale, ita esse aliquid præordinatum, in esse præordinatum principaliter, seù per se, vel ratione sui, & in esse præordinatum secundariò, vel ratione alterius, qui modus arguendi nullus est apud dialecticos. Videatur ibidem D. Tho. ubi apertè constabit hoc ejus intentum.

Ad id verò quod subditur ex Apost, nisi iterum velimus scripturam quoque sibi ipsi contradicere non potest ex eodem fieri exclusio à cura extensione providentiæ; nam Deuteron. 25. fit expressa mentio de hac eorum cura, dum dicitur. *Non alligabis os bovi trituranti*. Quod secundum sensum litteralem refertur ad hoc, nempè æquum esse, ut de labore suo comedat, Unde similiter explicandus est Apost. de cura speciali, sive principali, quam habet de hominibus: de quibus propterea dicitur. *Omnia vestra sunt, Vos autem Christi; Christus autem Dei*. Undè D. Tho. ibidem lect. 2. reponens eidem dicto Apost, illud Sap. 6. *Cura est illi de omnibus*. Resp. illud esse intelligendum *de cura generali*; illud verò Apost. *de speciali*, scil. *disciplina*.

Ultimò arg. contra 3. Si sub Divina providentia caderent actiones humanæ, periret earum libertas, siquidem præordinaret ab æterno, quid voluntas humana deberet operari in tempore, decreto immutabili, & infrustrabili, cui illa non posset resistere, nec oppositum exequi contra ejus præordinationem, ergo non se extendit ad illas. §. Ad hoc latè patet ex dictis de voluntate consequenti, undè breviter resp., ne eadem repetamus, quòd potiùs oppositum est inferendum attendendo ad meritum providentiæ, vel efficaciæ ejus, aut decreti; nam si ita est, quòd est immutabile, & infrustrabile, vel inimpedibile, cum illud, ut vidimus, non sit de movenda, utcunque voluntate creata, sed de movenda illa suaviter ad operandum liberè modo sibi connaturali, impossibi-

le est, quòd sub eodem decreto, vel præordinatione, sive ex vi ejusdem liberè non operetur; unde non aufert potestatem ponendi, & non ponendi oppositum, sed tantum facit, quòd infallibiliter exequetur, ad quod est præordinata, salva potestate ad oppositum, cum illam moveat juxta conditionem suæ naturæ. §. Unde in forma neg. sequelam, & ad illius prob. annexam, nego suppositum, quòd sit ad movendum illam, ut cunque, sed suaviter juxta modum sibi connaturalem, sicut ex opposito si idem efficax decretum Divinæ providentiæ de operatione necessaria præordinat, quòd operatio fiat cum determinatione ad unum, sive cum necessitate, & sine indifferentia, vel sine posse ad oppositum: Quia cum efficacia ejus sit infinita, ut latè expendimus, ac proinpa transcendens utrumque ordinem operandi scil. necessitatis, & contingentiæ, vel libertatis, ad utrumque descendit movendo juxta conditionem utriusque; seu juxta modum connaturalem causæ, secundum quòd pertinet ad hunc, vel illum, sicut dictum est de ente, quod quia transcendit utrumque genus substantiæ, & accidentis, ad alterum descendit cum perseitate, & ad aliud cum inalseitate juxta conditionem utriusque.

Hanc doctrinam (præter alia plura ibi loca relata) tradit expressè hic D. Tho. ar. 4. ad 2. quod sic procedebat. *Omnis effectus, qui habet aliquam causam per se, quæ jam est, vel fuit, ad quam de necessitate sequitur, provenit ex necessitate, ut Philos. probat in 6. Metaph., sed providentia Dei (cum sit æterna) præexistit, & ad eam sequitur effectus de necessitate. Nonenim potest providentia Divina frustrari. Ergo providentia Divina necessitatem rebus provisis imponit.* Cui resp. *Dicendum, quòd effectus Divinæ providentiæ non solum est aliquid evenire quocumq; modo, sed aliquid evenire, vel contingenter, vel necessario. Et ideò evenit infallibiliter, & necessariò, quòd Divina providentia disponit evenire infallibiliter, & necessariò; Et evenit contingenter, quòd Divinæ providentiæ ratio habet; ut contingenter*, seu liberè, *eveniat*.

QUÆSTIO SECUNDA.

An ad rationem providentiæ pertineat non solum inclinatio rerum in finem, sed etiam assecutio illius.

IN uno omnes conveniunt, quòd omnis providentia Dei habet annexam consequutionem alicujus finis. In omni enim Deus suam bonitatem, & alia attributa manifestat; Hujus modi autem manifestatio est finis ultimus à Divina providentia inspectus. Difficultas verò est respectu finis particularis, sive veluti proximi ipsarum rerum, an scil. de conceptu ejus, ut distinguitur à prædestinatione sit sola infallibilitas ordinationis mediorum in finem, an verò etiam requiratur ad illam infallibilitas assecutionis, sicut utramque habet prædestinatio.

In qua re dissentiunt etiam interse Thomistæ. Nam Cajet, Bannez, Alvarez, & Contenson existimant de ratione providentiæ, ut sic, esse assequi infallibiliter quemcumque finem, ad quem ordinat media. §. Alii verò asserunt esse solam infallibilitatem ordinationem mediorum, Ita Ferrara, Zomel, Nazarius, Gonzalez, Illustriss, Godoy infra tract. 8. disp. 61. §. 4. Mag. Ferre hic tract. 11. q. 21. §. 7. Gonet & alii sequenti Capreol. in 1. dist. 41. q. 1. ar. 3. conclus. 2. Et ex PP. societatis Suarez, Vasquez, Granados, Herice, & Alarcon.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

DE ratione providentiæ generalis est assequutio finis universalis, quem per se primò intendit Provisor, non tamen assequi finem, ad quem in particulari res proximè ordinat. Quoad 1. p. est expressa mens D. Thom. supra q. 19. ar. 6. ut supra etiam ostendimus; Unde ait in fine corp. *Cum igitur voluntas Dei sit universalis causa omnium rerum, impossibile est, quòd Divina voluntas suum effectum non consequatur. Unde quid recedere videtur à Divina voluntate secundum unum ordinem, relabitur in ipsam secundum alium. Sicut peccator, qui quantum est in se recidit à Divina voluntate peccando, incidit in ordinem Divinæ voluntatis, dum per ejus justitiam punitur.* Hanc ergo voluntatem universalissimam, quæ semper suum habet effectum, Divina providentia semper præsupponit, & sic semper est efficax Divina providentia respectu finis universalis supremi Provisoris. Imò Mag. Ferre existimat Cajetanum, dum hic ar. 1. ait Providentia est ratio ordinis in finem quoad utrumque scil. ordinationis, & consequutionis, non aliud voluisse, quam hanc priorem partem, quia respectu hujus universalissimi finis semper providentia præsupponit voluntatem efficacem illius: Non enim potuit hæc dicere de fine, ad quem res proximè ordinantur, cum Deus omnes homines proximè ordinaverit ad gloriam, ut supra ex Apostolo explicatum est, & tamen non omnes illam consequuntur. Idque etiam insinuat D. Thom. hic ad 3. *Dicendum*, inquit; *quòd providentia est in intellectu, sed præsupponit voluntatem finis. Nullus enim præcipit de agendis propter finem, nisi velit finem. Unde præsupponit, & prudentia virtutes morales, per quas appetitus se habet ad bonum, ut dicitur in 6. Æth.* Providentia autem est illa pars prudentiæ, quæ præcipit de agendis in ordine ad finem, ergo præsupponit voluntatem efficacem alicujus finis consequendi, at non semper finis particularis, ut jam insinuatum est, ergo finis universalis principaliter intenti à Provisore.

Ex his prob. eadem pars. Nam providentia respectu finis universalissimi per se primò, vel principaliter intenti à supremo provisore semper supponit voluntatem efficacem consequendi illum, ut patet ex utroque loco D. Tho., ergo de ratione illius respectu ejusdem finis non solum est ordo mediorum in finem, sed etiam exitus, vel eventus, sive assequutio illius. Unde etiam in ordine ad gloriam omnibus provisam consequitur providentia hunc finem universalem, qui est pulchritudo supernaturalis universi, de cujus conceptu est, quòd non solum reluceat misericordia in effectibus ejus, qui sunt salus æterna hominum, sed etiam ut manifestetur justitia in punitione æterna aliquorum propter sua delicta. Unde ut asserit D. Tho., dum homines recedunt ab or-

ordine salutis æternæ, relabuntur in ordinem divinæ iustitiæ, & sic semper provisor universalis Deus sua providentia consequitur suum finem.

2. Pars, quæ videtur difficilior, sumitur ex eodem. q.6. de verit, art.1. in corp. propè medium, Ubi ait, Differt etiam alio modo. *In qualibet enim ordinatione ad finem est duo considerare, scil. ipsum ordinem, & exitum, vel eventum ordinis: non enim omnia, quæ ad finem ordinantur finem consequuntur. Providentia ergo ordinem in finem respicit tantum, unde per Dei providentiam omnes homines ad beatitudinem ordinantur. Sed prædestinatio respicit etiam exitum, vel eventum ordinis, unde non est nisi eorum, qui gloriam consequuntur. Sicut igitur se habet providentia ad impositionem ordinis, ita se habet prædestinatio ad ordinis exitum, vel eventum.*

,, Id ipsum docuit in 1.dist.40.q.1. art.2. in corp. ubi inquit, Dicendum quod prædestinatio includit in intellectu suo providentiam, & aliquid addit. Addit autem ad minùs tria. Unum ex parte ipsorum prædestinatorum. Quia cum providentia Dei sit respectu omnium, & specialiter quodammodo sit respectu habentium voluntatem, prædestinatio includit in se providentiam secundum illum specialem modum, quo est hominum, & habentium voluntatem. Secundum addit ex parte ipsius finis, & eorum, quæ habentur ut promoventia ad finem. Cum enim providentia respiciat ordinem uniuscunque boni ad quemlibet finem: prædestinatio est tantum respectu eorum, quæ sunt elevata supra facultatem naturæ, ut gloriæ, quæ est in perfecta fruitione Dei; & gratiæ promoventis in ipsam, unde dicit Damasc., quòd prædestinatio est eorum, quæ sunt in nobis. Tertium addit ex parte ipsius prædestinantis, ex cujus parte videtur duo addere. Primò, quia providentia est idem quòd ars gubernationis rerum, quæ secundum rationem sui nominis potest salvari in speculatione tantum. Sed prædestinatio importat providentiam secundum quòd est ordinata ad executionem operis per voluntatem: & ideo diffinitur per propositum, & per præparationem. Secundò addit præscientiam exitus ex parte ejus, quod providetur. Unde potest aliquid ab ordine quantum ad id, quod intentum est, exire, sicut Deus vult omnes homines salvos fieri, licet non omnes salventur; non autem ab ordine prædestinationis. Dicit enim prædestinatio intentionem Divinam de salute illius cum præscientia ejus, quod salvabitur, & ideo dicitur, quòd est præscientia, & præparatio. ,, Ita D. Tho. quod docet ibidem ad Annibal. q. unica art.1. Ex quibus satis apertè constat de mente ejus non requiri ad conceptum providentiæ infallibilitatem eventus, seu finis, sed hanc solum esse de conceptu prædestinationis,

Quòd si dicas D. Tho. mutasse in summa doctrinam, quam in locis relatis tradiderat. Vel quod in his loquatur de providentia humana, vel de Divina ex conceptu providentiæ communi humanæ, & Divinæ non præcisè ut divina est. §. Contra 1. facit primò, quod in superioribus monuimus ex Mag. Porrecta non esse asserendum D. Tho. mutasse in summa, quod alibi docuit, nisi ipse expressam mentionem faciat, ut pro sui admirabili memoria, & lectorum cautela monere solet. Tum quia loca, quæ adducuntur ex summa, & ex tertio contra Gent., facilem explicationem admittunt, ut constabit infra.

Deindè ut attentè ponderat Mag. Ferre hoc ipsum videtur expressè repetere in hac q.22. Nam in art.1. in corp. propè finem inquit. *Ipsa igitur ratio ordinis rerum in finem providentia in Deo nominatur.* Et in art.2. iterum in corp. propè finem. *Cum ergo nihil aliud sit Dei providentia, quàm ratio ordinis rerum in finem.* Et in art.3. in princ. corp. *Dicendum, quod ad providentiam duo pertinent, scil. ratio ordinis rerum provisarum in finem, & executio hujus ordinis, quæ gubernatio dicitur.* Et in art.4. statim post princ. corp. *Ad providentiam enim pertinet ordinare res in finem.* In quibus, ut patet, solum exigit ad conceptum illius ordinem, vel ordinationem, non exitum, vel eventum, sive assecutionem finis, cum tamen ex professò hanc rem examinet, unde non omisisset hanc exprimere, si illi essentialiter annexam cognovisset, nisi velimus insufficienter, & diminutè illius conceptum quiditativum explicare, nam quando ex professò de re aliqua agitur tenemur exprimere omnia, quæ ad illius quiditatem pertinent, ut supra, & alibi ex eodem Div. Thom. advertimus, aliàs diminutè, & insufficienter procederemus,

Contra 2. est. Quia expressè etiam D. Thom. in adductis verbis, & innuit supra etiam q.19. art.6, in fine corp., ut vidimus, admittit omnes homines per Divinam providentiam ordinari ad gloriam, non tamen ab omnibus consequendam, sed hujusmodi providentia supernaturalis nec ex conceptu sibi, nec humanæ providentiæ communi habet annexam gloriæ consequutionem, ergo prædicta interpretatio non videtur textui conveniens.

Quòd si adhuc explicare velint de fine particulari, itaut de illo solum loquatur, dum ait non esse de illius conceptu eventum, vel finis assequutionem; non de universali, & per se primò intento à Provisore. §. In primis hæc interpretatio est ad intentum conclusionis. Deindè magis favet, quàm noceat sententiæ negativæ, sive quæ absolutè negat infallibilitatem omnis eventus, seu finis, esse de conceptu illius, si semel ordinat media ad aliquem finem, & deindè non consequitur, (quidquid sit, quòd iste dicatur minùs principalis, vel principalis,) satis est illi, quòd non habeat hanc efficaciam ad infallibiliter consequendum omnem finem, ad quem ordinat media, sicut habet prædestinatio, ut ait D. Thom. Tum quia etiam gloria est finis principalis inter fines particulares per talem providentiam intentus, utpotè excellentior cæteris, ergo ex nullo capite conceptus providentiæ Divinæ, ut sic juxtà D. Tho, reduci debet ad hanc efficaciam respectu omnis finis, non quidem ob aliquam sui imperfectionem, ut in simili dicebamus de voluntate antecedenti ex eodem Div. Thom., sed quia ut jam insinuavimus, & statim etiam dicemus, non supponit voluntatem efficacem ad omnem finem, & præcipuè ad eundem gloriæ,

Ratione prob, eadem pars ex opposito, qua præcedens. Divina providentia eam habet efficaciam finis assequendi, quam habet voluntas, quam supponit respectu ejusdem finis, sed non omnis hujusmodi voluntas est efficax respectu assecutionis illius, ergo nec omnis providentia est infallibiliter assecutiva finis: conseq. tenet, & præmissæ constant; ma. quia providentia accipit efficaciam ex intentione finis: mi. etiam, quia ut latè ostendimus supra ex D.Tho., duplex datur in Deo datur voluntas cir-

ca finem, altera ant., & inefficax; altera verò consequens, & efficax, qua vult solum prædestinatos salvari.

Explic., & urg. hoc. Nam ex vi peioris voluntatis, seu inefficacis Deus providet de mediis circa talem finem, cum illa etiam sit voluntas ordinatissima sine omni imperfectione ex parte sui, ut locis relatis explicat D. Tho., quidquid sit ex parte objecti, vel rei provisæ, quæ non accipitur cum omnibus circumstantiis; et non providet de mediis efficacibus, vel infallibiliter connexis cum assecutione, cum hæc supponat necessariò voluntatem consequentem, sive efficacem intentionem finis, ergo de mediis tantum sufficientibus, vel fallibiliter connexis cum illius assecutione, ergo sicut in eadem voluntate nulla arguitur imperfectio ex eo, quòd velit media inefficacia, vel sufficientia, nec ulla arguetur in providentia, ut sic dicamus, antecedenti, ex eo, quòd ordinet media non connexa infallibiliter cum exitu, vel eventu, seu fine.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. ex pluribus locis D. Thom. Nam hìc ar.2. ad 1. inquit. *Impossibile esse aliquem effectum ordinem causæ universalis effugere.* Et art.4.ait. *In hoc est immobilis, & certus divina providentia ordo, quid ea, quæ ab ipsa providentur, cuncta eveniunt eo modo, quo ipse providet, sive necessariò, sive contingenter.* Et solut. ad 2. asserit, quòd *Divina providentia non deficit à suo effectu, nec à modo eveniendi, quem pravidit.* Et 3.cont.Gent.cap.94. expresse docet, quòd *ordo Divinæ providentiæ immutari omninò non potest, nec frustari à sus effectu.* Demum sn. saq. art.6. probat prædestinationem esse certam. *quia est pars providentiæ, & providentiæ ordo est infallibilis*, ergo videtur expresse contra D.Tho.,admittere in conceptu providentiæ fallibilitatem eventus, & per hanc distingui à prædestinatione. Conseq. tenet ex locis relatis, & præcipuè ex hoc ultimo, nam aliàs eadem causalis esset de subjecto non supponente, immò falsum affirmaret D.Tho., quòd ordo providentiæ sit infallibilis.

Resp. 1. quòd hæc testimonia, ut supra insinuavimus, ultimo excepto in quo videtur specialis difficultas,) si rectè ad intentum D. Tho. ponderentur, magis probant 1.part. conclus., quam destruant 2. Sed deinde dicimus, ad 1. quidem ita esse, quòd impossibile sit ordinem causæ universalis effugere, non quia providentia infallibiliter consequatur finem, ad quem ordinet media, nam alias ut dictum est, ex vi providentiæ supponentis solam voluntatem antecedentem, (quam esse admittendam probatum est,) consequerentur omnes homines gloriam ad quam per illam ordinantur, quod est contra D. Thom., & contra omnes, sed quia ut vidimus ex eodem, recedentes ab uno ordine incidunt in alium, & ita nullus effectus creatus potest effugere omnem ordinem providentiæ Divinæ, sicut nec efficientiam Divinæ Omnipotentiæ, quod est verissimum. Nam quidquid fit, causatur à Deo per Omnipotentiam,ut exequentem, & providentiam, ut ordinantem, cum ordinatio providentiæ efficientiam Omnipotentiæ adæquet, cum omnia, quæ à Deo fiunt, ordinatè fiant. Ex quo tamen non licet inferre, quòd omnis ordo mediorum in finem à Divina providentia provisum sit efficax ad omnis finis assecutionem, aliàs etiam ordo mediorum tantum sufficientium ad finem gloriæ esset efficax ad illam assequendam, nec esset dabilis prædictus transitus, ut explicatum est, ab uno ad alium ordinem.

Ad alia verò resp. 1. ex Ferrata loco relato ex cont. Gent. sensum D.Thom. esse, quòd est de ratione providentiæ non positivè, vel exigitivè, quasi utramque infallibilitatem exigat, sed permissivè, alteram exigendo, vel infallibiliter assequendo, scil. mediorum; alteram permittendo, scil. circa finem in aliqua sui parte, sive in prædestinatione, ita ut in sui veluti ratione formali,) ut supra in simili dicebamus,) neque includat, neque excludat, sed permittat. §. 2.resp.cum eodem verissimè dici à D.Th. nunquam frustrari divinam providentiam circa ea, quæ sunt à Deo provisa, sed habere annexam perpetuò infallibilitatem circa illa, sed nego suppositum, quòd id quod providetur à Deo, sit finis; solum nempe media dicuntur à Deo provisa, unde finis licet in executione sit effectus providentiæ,non tamen est immediatè provisus ab illa, sed affectus mediorum, quæ ordinantur ad finem, & ideò sola infallibilitas circa media pertinet ad ejus conceptum, licet alteram circa finem non excludat: unde eo ipso, quòd providet de mediis, infallibilitas ista ponentur in esse. Sed quia, ut dictum est, non semper confert media efficacia, sed aliquando tantum sufficientia, ideò nec habet semper annexam finis assecutionem. Et sic etiam intelligitur vox illa Ecclesiæ *Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur.* Quia nempè ejus dispositio est circa media, ut dictum est. Hinc tamen inferendum non est, quòd possit falli, aut fallatur circa finem, si semel ab illo non est provisus, nec de illo disponet, sed de mediis, quia non aliter evenit, nisi prout ipse providat, ut ait D.Tho., sive necessariò, sive contingenter, ac proindè certus, & infallibilis est ordo divinæ providentiæ, nam si vult efficaciter executionem ejus, providet de mediis efficaciter conducentibus ad illum; si inefficaciter, providet de sufficientibus tantum, unde tunc non fit assecutio, dat tamen sufficientiam ad ejus assecutionem.

3. Resp., & præcipuè ad ultimum,(quod videtur magis urgere,) loqui D. Tho. de providentia speciali, quæ supponit voluntatem consequentem, & efficacem, quando ait de ratione ejus esse utramque infallibilitatem ordinis, & exitus, & non de generali, vel ex communi conceptu providentiæ; nam sequens quæst. 23. specialiter instituitur de prædestinatione, quæ est providentia specialis, & supponit hanc voluntatem, unde causalis illa non fundatur in præciso conceptu providentiæ ut sic, sed supponentis eandem voluntatem efficacem. §.Non immoror in objiciendis aliis authoritatibus tum scripturæ, tum PP., quas multiplicat Contenson, ex quibus infert non posse Deum omnipotentem inanitar velle, quodcunque voluerit, nec mala hominis voluntate prævalente, atque impediente bonam Dei voluntatem frustrari, quia si non potest Deus, inquit, quod vult, impotens esset, si non assequitur, quod optat, infælix, & miser foret. §. Nam eodem modo explicantur, sicut superiores D.Tho., vel quòd nihil aliud ex illis concluditur nisi infallibilitas circa finem ultimum à provisore generali intentum,

vel

vel quod nihil avaniat nisi juxta ejus dispositionem, ut dictam est; unde nunquam frustratur ejus providentia, vel voluntas, nec inaniter aliquid vult, nec contra, aut supra illam voluntas unquam create prævalet, nam etiam, quando ei videtur resistere, vel ab uno illius ordine recedit, relabitur in alium, & sic semper eadem consequitur finem ultimum, scil. manifestationis attributorum?

2. Etiam principaliter erg. Nam providentia divina est in summo gradu perfectionis, sed ad providentiam perfectissimam spectat non solum ordinatio mediorum, sed etiam assecutio finis, ergo utraque infallibilitas est de conceptu illius formali, loquendo adhuc de providentia, ut sic. §. Ad hoc patet primò ex dictis esse multipliciter solvendum à contrariis, nam primò militat contra voluntatem antecedentem, & inefficacem, cum tamen omne attributum, vel prædicatum Dei sit in summo gradu perfectionis, utpote in actu puro. Tum etiam contra finem eundem ultimum supremi provisoris; non enim fieri posset prædicta manifestatio attributorum, si omnes homines consequerentur gloriam, ad quam ab illo ordinantur in hac rerum providentia, nam deficeret manifestatio justitiæ, & sola appareret misericordiæ. Unde ex eodem capite, ex quo eam extollunt, videntur illam deprimere, nam si ita est, quòd sit in summo gradu perfectionis, ut revera est, magis illi incumbit consequi hunc finem, quàm particularem, ad quem proximè ordinatur res pro visa, cum principalis inter particulares, ut dictū est, sit finis gloriæ, ex cujus tamen effecutione ab omnibus hominibus ad illum ordinatis impediretur prædictus universalissimus provisoris.

Respond. ergo ex his magis esse oppositum inferendum ex eadem perfectione providentiæ, & tenim talis non esset, nec ordinata in præferendo bonum divinum, ut ultimum finem manifestandum, cuicunque bono privato, ad quod proximè ordinatur creatura, ut ad finem particularem. Ex quo afferendū est, quòd de ratione ejus vel conceptu formali non sit determinatè includere infallibilitatem aventus respectu omnis finis particularis, sed quòd permissivè se habeat ad illum, ut dictum est, sive quòd nec includat, nec excludat, sed permittat. Quæ est alie optima ratio pro conclusione quoad eandem 2. part. Nec videtur posse aliter sustineri salva priori, quam suppono communē Theologorum. §. In forma ergo neg. mi., vel dist. Ad perfectissimam providentiam, suppo-nentem tantum voluntatem generalem, vel antecedentem nego; supponantem etiam consequentam, vel efficacem, conc., quia ut dictum est, cum providentia accipiat efficaciam ex intentione finis, nec omnis particularis sit efficaciter à Deo volitus, ut patet in gloria volita omnibus hominibus, non est debita illi assecutio omnis hujusmodi finis, ac proinde non derogat ejus perfectioni, quòd non assequatur omnem, sicut in simili dicimus infra de relationibus divinis in probabili modò dicendi, (quòd relatio non sit capax perfectionis de propria linea,) nollam argui imperfectionem in illis ex carentia illius, quia non est illis debita.

❧ ❧ ❧

§. ULTIMUS.

Expeditur difficultas de immediata Dei providentia respectu omnium.

DIvus Thom. hic in art. 3., ubi inquirit an Deus omnibus immediatè provideat, respondet distinguendo: *Quod ad providentiam duo pertinent, scil. ratio ordinis rerum provisarum in finem, & executio hujus ordinis, qua gubernatio dicitur. Quantum igitur ad primum horum Deus immediatè omnibus providet, qui in suo intellectu habet rationem omnium etiam minimorum. Et quascunque causas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis virtutem ad illos effectus producendos; unde oportet, quòd ordinem illorum effectuum in sua ratione præhabuerit. Quantum autem ad secundum, sunt aliqua media divinæ providentiæ, quia inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suæ virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet.* Ita D.Th. In quibus videtur excludere alios creatos provisores, & solum admittere creaturas, ut executricas suæ providentiæ, nam statuit discrimen inter providentiam, & gubernationem, quæ est executio illius, quòd in hac linea executiva, vel gubernativa admittit executores medios, sive gubernatores creatos, itaut sicut causat mediis causis secundis, sive creatis, ita etiam gubernat, mediis eisdem, non tamen in linea ordinativa, sive providentiæ, sed quòd se ipso immediatè omnibus provideat.

Cæterum hæc doctrina, vel discrimen D. Tho. videtur aliquomodo difficile, nam si tollerentur providentiæ creatæ, itaut in creaturis intellectualibus, vel rationalibus non essent admittendi provisores, sed tantum executores divinæ providentiæ, deberet pariter tolli prudentia humana, cujus altera pars est providentia; hoc autem non est admittendum ergo. Nihilominus mens D.Th. sanè intellecta non est ad excludendos provisores medios, sive creatos, quibus exequatur suæ providentiæ effectus, sed consistare in hoc, quòd sumpta providentia formaliter, prout importat actum purè immanentem divini intellectus, & voluntatis, sive ut præcisè dicit rationem ordinis rerum provisarum in finem in mente divina concepti, nullo Deus utitur ad illam prout sic, provisore creato, quia nullus est, nec potest esse consiliarius ad sic ordinandum, ut rectè insinuat D.Tho. in priori membro distinctionis: cæterum si sumatur providentia, prout egreditur virtualiter, & intret lineam executivam, ad quam spectat gubernatio, tunc verè admittit Deus provisores, sicut & gubernatores creatos, qui non purè exequuntur, sed etiam provideant, providentia scil., quæ sit participatio divinæ, sicut admittit causas, quæ causent, causalitate, quæ sit participatio causalitatis divinæ, ut in 2. par. illius dicitur.

Stat ergo discrimen in hoc dum dicit Deum se ipso immediatè providere, non verò se ipso immediatè gubernare per exclusionem medii creati, quòd quia hæc linea est transiens, vel executiva, ac proinde sine ulla imperfectione potest Deus

intra hac lineam admittere medium, quia id non est ex defectu virtutis, ut ait D. Tho. sed ex abundantia bonitatis, propterea dicitur gubernare mediis creaturis, sive inferiora per superiora: at verò providentia, ut dictum est, sumpta præcisè pro ratione ordinativa, vel pro prædicto actu purè immanenti, nequit admittere consortium creaturæ, nisi velimus, quòd Deus admittat, aut admittere possit aliquem extra se, consiliarium, quod esset derogare infinitæ suæ sapientiæ, & ideò dicitur, quod immediatè se ipso providet, quia se ipso ordinat omnia sine medio. Ex quo tamen non prohibetur, quin possit participare creaturis rationalibus de sua providentia, & ordinatione, & ita etiam dentur provisores creati, sicut dantur gubernatores, vel executores.

Id iterum eleganter, & magis exprimit D.Thom. q.seq.ar.8.ad 2., ubi inquit. *Dicendum, quòd aliquis dicitur adjuvari per aliquem dupliciter, Uno modo in quantum ab eo accipit virtutem, & sic adjuvari infirmi est, unde Deo non competit. & sic intelligitur illud, quis adiuvit spiritum Domini? Alio modo dicitur quis adiuvari per aliquem, per quem exequitur suam operationem, sicut Dominus per ministrum, & hoc modo Deus adjuvatur per nos, in quantum exequimur suam ordinationem secundum illud ad Corint.3. Dei enim adiutores sumus; neque hoc est propter defectū divinæ virtutis, sed quia utitur causis mediis, ut ordinis pulchritudo servetur in rebus, & etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet*, Ita D.Tho. In quibus ut patet, iterum distinguit, & quantum ad id, quod spectat ad intra, sive quantum ad ordinationem, & quoad hanc, nullus adjuvat Spiritum Domini, quia à nemine potest accipere consilium, nec virtutem. Et quantum ad id, quod spectat ad extra, sive quantum ad executionem ejusdam ordinationis, & tunc dicitur aliquomodo adjuvari, quatenus utitur causis mediis, quibus communicat dignitatem causalitatis. Quia tamen, ut dictum est, potest creaturæ rationali communicare de perfectione suæ providentiæ, vel ordinationis, non excludit illam omninò in hac linea, sed tantum ad intra, non extra juxta illud, 1.Cor.11. *cætera cum venero disponam*, Unde non erat Apostolos prout sic purus executor, sed etiam provisor, providentia scil., quæ erat participatio providantiæ divinæ, ex quo colligit ibidem D.Tho., quòd Ecclesia multa habet ex dispositione, sive providentia Apostolorum, quæ in S. acra Scriptura non continentur.

Quòd si contra hæc instes. Nam per nos quia Deus communicat causalitatis dignitatem creaturis, verè, & cum omni proprietate dicitur agere, & causare mediis causis 2, ergo quia pariter communicat perfectionem providendi, vel ordinandi, dici etiam poterit, quòd verè, & cum proprietate disponat, vel provideat, aut disponat mediis provisoribus secundis, sive creatis, quod tamen est alienum; unde vel non sunt admittendi provisores creati, vel mediis illis providebit, quod nullus dicit.

Huic instantiæ nego causalem, sed quia ut dictū est, providere, & ordinare sunt purè actus immanantes, qui Deo adæquatè ad intra conveniunt excluso quocunque extrinseco, unde sicut immediatè intelligit, hac ratione, & vult non medio alio intelligente, & volente, quamvis in virtute eius dentur alii intelligētes, & volentes, ita immediatè providet non mediis alliis, quamvis dentur in virtute ejus alii provisores. Cæterū causare, sicut & gubernare cum sit actio transiens, vel formaliter ut volunt alii, vel virtualiter, ut dicunt Thomistæ; verè, sive cum omni proprietate dicitur inferiora gubernare per superiora, & causare mediis causis secundis, unde ad extra sine ullo defectu dicitur adjuvari, quia id magis oritur, ut ait D.Thom., ex abundantia bonitatis, qua virtutem communicat creaturis ad operandum in sui consortio; cæterum ad intra id oriretur ex defectu ex parte sui, quatenus esset minus habens in ratione sapientis, vel sibi consulentis in ordinando, & providendo; & propterea in scripturis excluditur omnis consiliarius, vel adjutor respectu Spiritus ejus.

Et per hæc etiam patet ad rationem dubitandi ab initio insinuatam, quæ tantum potest convincere, quòd non dentur provisores medii comparativè ad Deum ad intra, sive ad eius providentiam, ut dicit actum illius purè immanentem, quia nempè nullo alio provisore medio providat. Vel etiam ad extra, qui sint puri provisores, & non etiam executores providentiæ ejus; vel qui sint tales providentia non participata, vel independente à divina, benè tamen per providentiam, & virtutem dependentem, & participatam à supremo provisore, se ù derivatam à divina.

Poterat hic adhuc dubitari, an hujusmodi providentia licet sit dependens, & derivata à Deo, possit nihilominus dici in suo genere, vel ordine principalis, sicut virtus causæ 2. Huic difficultati, sicut in simili dictum est supra de lumine gloriæ ad qu.12., breviter, & obiter respondetur affirmativè præcipuè in his, qui præsunt, nam præcisa ratio participandi virtutem, aut potestatem ab alio non tollit rationem principalitatis in virtute participata, vel causa participante in suo genere, sed tantum obstat independentiæ illius à superiori, à quo participat, aliàs nulla daretur causa creata, nec virtus principalis, quod est alienum à bona metaphysica, imò & à sana doctrina, Nam potestas, quæ communicatur Pontifici in ordine ad regimen Ecclesiæ, licet sit inferior potestate Christi, & ab illa dependens, tamen in suo genere est quasi principalis, sicut eadem virtus causæ 2., & sicut potestas regia in suo ordine principalis est, quamvis à Deo sit derivata, & dependens, & ideò per talem potestatem Pontifex verè constituitur caput Ecclesiæ quoad externam gubernationem, in quo distinguitur à potestate collata Sacerdotibus in fluendi physicè gratiam, & remissionem peccatorum per Sacramenta, nam hæc est omninò instrumentalis in illis, ut alibi infra explicatur de Sacramentis, & ideo non dicuntur influere, ut caput, sed ut instrumenta capitis, quia nempè virtus, qua elevantur ad sic influendum non est commensurata, nec adæquata perfectioni effectus, quod erat necessarium, ut esset principaliter influxiva, vel productiva illius, aut quòd eam excederet, ut ibidem insinuavimus. Quod verò dicitur de potestate Pontificis quoad gubernationem externam respectu totius Ecclesiæ, dicitur proportionabiliter de illo Episcopi respectu propriæ Diœcesis sub illa tamen Pontificis, sicut utraque sub illa Christi, sed de his 3.p. ad q.8. ne examus limites nostri instituti. Similiter etiam de hac postrema difficultate videri potest D. Tho. 3. cont. Gent. c.76.

DIS-

DISPUTATIO SECUNDA.

De existentia, & quiditate prædestinationis.

TRia præcipuè inquirimus in hac disputatione. Primum est an sit conveniens, & necessarium, Deum homines prædestinare. 2. In quo actu consistat. 3. Quomodo comparetur ad providentiam, an ut pars subjectiva, an solum objectiva.

QUÆSTIO PRIMA.

An sit conveniens, & necessaria prædestinatio ad salutem.

§. PRIMUS.

Quibusdam præmissis statuitur prima Conclusio.

AD providentiam specialem, sive prædestinativam descendimus, quæ tantæ profunditatis est, ut Apost. ad Rom. 11. fateatur se in sufficientem ad illam investigandam, unde stupens, ac trepidans exclamat. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit sensum Domini? Per quem* (subdit ibi D.Tho. lect. 5.) *scil. indicat, & operando procedit, quasi dicat. Nullus nisi eo revelante:* Nec mirum, si etiam *Columna Cæli*, (sive Angeli juxta Greg.) *contremiscunt*, quia nempè suprami illi spiritus, quo ex clara visione divinæ eminentiæ arcana ejus intimiùs intuentur, magis sibi ipsis vilescunt, & quasi accedere non audent ad tantam majestatem, & mirabilia ejus curiosiùs investigare verantur. Unde D.Dion. c. 13. de Cœlesti Hierarch. inquit. *Visione illa Isa.6. de Seraphim velantibus faciem, & pedes ejus, significari illam sacram, & plenam horroris venerationem, qua Sancti insolentem mysteriorum indaginem exhorrescunt.* Verum jam Deo revelante, hujus secreti profundum edocet nos idem Apost. c.7. ibidem dicens. *Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.*

In quibus observat D. Thom. quòd *est constructio defectiva, & suspensiva usque huc, ut sit sensus: si volens Deus hoc facere, quibusdam miseretur, & quosdam indurat, quid contra hoc justè poterit dici? Quasi dicat, nihil: non enim si quos vult, indurat, eos peccare impellit: sed sustinet eos, ut secundum suam inclinationem tendant in malum:* Itaque sensus est, si Deus voluerit hoc facere, idest manifestare suam bonitatem, (quod est ultimus finis ad extra,) quibusdam miseretur, & quosdam indurat. Quid contra hoc poterit dici? Quasi dicat, id non fit, et quos indurat, eos peccare compellat; sed sustinet eos, ut secundum suam voluntatem tendunt in malum. En abyssi profunditas, quam nobis exposuit Apostolus, & quam Deo benedicente, & Angelico Magistro protegente pro ingenii tenuitate explicandam aggredimur, de qua agit idem hìc q. 23. & q. 7. de veritate, & 3. Cont. Gent. C. ult., & cum Magistro in 1. sent. dist. 40.

Sed adverto nomen prædestinationis multipliciter accipi à Theologis: Aliis tamen omissis, prima acceptio est pro ordinatione æterna cujuscumque rei à Deo in tempore efficiendæ. Sic eam accipiunt plures SS. PP., & D. Thom. hìc ar. 1. Secunda est pro destinatione peccatorum ad pœnam, seù supplicium æternum: Sic alii PP. præcipuè Aug. lib. 15. de Civitate Dei c. 1., & lib. 21. c. 24., Fulgentius, Prosper &c. quamvis non ita propriè, sed magis veluti æquivocè significetur hac voce, nam punitio, seù æterna damnatio non est finis creaturæ rationalis, quam prædestinatio strictè accepta habet respicere, ut statim constabit ex illius definitione. Tertiò & propriè accipitur pro transmissione creaturæ rationalis, sive intellectualis in vitam æternam, vel ut strictiùs, & magis ad intentum loquitur D. Thom. hìc art. 1, pro ratione transmissionis ejusdem creaturæ in vitam æternam; scil. per certa, & determinata media: Unde iterum D. August. lib. de bono perseverantiæ c. 14. sic eam definivit, seù potiùs descripsit. *Est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur.* De hac verò est sermo in præsenti, & sic etiam accipitur illius nomen à Theologis communiter, quandocumq; absolutè profertur.

Utraque autem definitio explicatur sic: Posterior quidem Aug. Quòd sit *præscientia, & præparatio*, quia est scientia libera efficaciter ordinativa electorum ad gloriam: unde ly *certissimè* non præcisè refertur ad certitudinem speculativam, sive intellectus speculativi, sed ad illam causalitatis. Per quod exprimitur efficacia in impedibilis prædestinationis. Per ultimam verò particulam significatur nos per illam liberari à morte æterna. Quod quia convenit tam Angelis, quàm hominibus, utrique in illa comprehenduntur.

Altera verò D. Thom. ut rectè percipiatur non solum ejus convenientia, sed etiam necessitas, advertο ex eodem duplicem esse finem, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, alterum proportionatum naturæ, & viribus ejus, alterum excedentem, ad quem natura viribus propriis pervenire non potest, ut in præsenti est vita æterna, unde oportet, quòd ab alio in illum transmittatur, sicut sagitta mittitur à sagittante in signum. Nam propriè loquendo

sola creatura rationalis, quæ est capax videndi, & amandi Deum, in quo vita æterna consistit, est capax, ut per vires gratiæ perducatur quasi transmissa in illam.

Dicitur ergo *ratio*, quia prædestinatio, ut insinuavimus, est actus intellectus Divini. Nec obstat, quòd hic sit D. Thom. nempè, *quòd ratio alicujus fiendi in mente Auctoris existens est quædam præexistentia rei fiendæ in eo*. Quod non actui, sed ideæ potiùs, (quæ ratio rei dicitur à D. August. tract. 1. in Jo.) convenire videtur. §. Respondetur enim, quòd hic ratio appellatur præexistentia transmissionis, quæ fieri debet, vel ratione termini, eo modo, quo ut supra vidimus de visione, appellatur notitia, & visio juxta etiam Aug., & Ansel., similitudo objecti non secundum se, sed ratione termini, seù speciei expressæ. Vel quia in illis talis transmissio præexistit: (Non quidem tanquam in forma, & exemplari, hoc enim modo præexistit in idea,) sed virtualiter tanquam in efficiente, qua ratione præexistit in actu, qui eam efficit.

Prædestinationem verò esse actum intellectus ostendit D. Tho. q. 6. de veritate ar. 1. in corp. post medium dicens. *Undè de providentia supra dictum est*, (scil. ar. 1., & 2. q. præced.) *quòd consistit in actu rationis, sicut & prudentia, cujus est pars, eo quod solius rationis est dirigere, vel ordinare, ita etiam, & prædestinatio in actu rationis consistit dirigentis, vel ordinantis in finem*. Subdit autem immediatè. *Sed ad directionem in finem requiritur voluntas finis, nullus enim aliquid in finem ordinat, quod non vult .... ideò prædestinatio supponit dilectionem, per quam Deus vult salutem alicujus .... Præexigitur etiam electio, per quam ille, qui in finem infallibiliter dirigitur ab aliis separatur ...... Et prædestinatio præsupponit electionem, & dilectionem, electio verò dilectionem*: Ex quo deindè ad 1. & 2. docet, quòd prædestinatio vocatur electio, dilectio, & propositum, non quia idem cum illis sit, sed quia hos actus præsupponit.

Præter electionem etiam subjecti, cui aliis omissis, communicanda est beatitudo, dicitur etiam præsupponere aliā electionem mediorum conducentium ad assecutionem ejusdem finis; & quia ut docet infra D. Thom, actus intellectus, qui electionem voluntatis præsupponit, & eam sequitur, est imperium ideò, ut constabit infra, prædestinatio in actu imperii formaliter consistit, sicut & providentia.

2. Dicitur *transmissionis in finem*; Quia, ut etiam innuimus, & tradit D. Tho. ibidem art. 3., importat ordinem specialem, tum subjecti, tum mediorum ad illum. Unde in corp. post medium inquit. *Non potest dici, quòd Deus ordinat prædestinatum ad salutem, sicut & quemlibet alium*. Quia nempè illum ordinat, & transmittit ad salutem conferendo ei media efficacia, seù specialia auxilia, quibus infallibiliter perducatur in vitam æternam; aliàs ut egregiè ibi prosequitur, si Deus eodem modo se haberet cum electis, & reprobis, prædestinatio non haberet certitudinem nisi solum præscientiæ, qua Deus de prædestinato sciret benè usurum auxiliis, & à fine non defecturum; non causalitatis, vel efficacis transmissionis, ut explicabitur infra; quod tamen graviter impugnat Subdens. *Sic enim diceretur, prædestinatus non diceretur differre à non prædestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte præscientiæ eventus, & sic præscientia esset causa prædestinationis, nec prædestinatio esset per electionem prædestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturæ, & dicta Sanctorum, unde præter certitudinem præscientiæ, ipse ordo prædestinationis habet infallibilem certitudinem*.

3. Ponitur *creaturæ rationalis*; quia ut dictum est, sola creatura rationalis est subjectum, quod transmittitur ad gloriam, sumendo tamen pro intellectuali, ut comprehendantur etiam Angeli, ut tradit D. Tho. hic ad 3. dicens, quòd prædestinari convenit Angelis, licet nunquam fuerint miseri. Nam motus non accipit speciem à termino à quo, sed à termino ad quem .... Quamvis dici possit, quòd omnis collatio boni supra debitum ejus, cui confertur, ad misericordiam pertineat, ut supra dictum est, scil. q. 21. art. 3. & 4., & utrumque verificatur eo modo, quo 3. p. q. 27. art. 3. ad 3. de eisdem dicit, quòd purgantur, non quia in illis fuerit aliqua impuritas, sed quia illuminatio, vel doctrina eis indubitè dici potest, quòd ad purgationem pertineat, quatenus removet nescientiam illius, de quo illuminantur. Neque etiam refert, quòd aliquando à SS. PP. prædestinata dicantur bona opera nostra, gratia etiam, & gloria, nam hoc ideò est, quia sunt terminus prædestinationis, vel proximus, vel ultimus, ad cujus assequutionem subjectum, quod prædestinatur, per prædestinationem ordinatur.

Denique dicitur in finem vitæ æternæ, quia hæc, ut dictum est, propriè, & principaliter est finis, quem tantum respicit prædestinatio, ut etiam ait D. Tho. q. illa 6. de veritate art. 1. dicens. *Prædestinatio quantum ad duo à providentia differt. Providentia enim dicit universaliter ordinationem in finem, unde se extendit ad omnia, quæ à Deo in finem aliquem ordinantur, sive sint rationalia, sive irrationalia, sive bona, sive mala; Prædestinatio autem respicit tantum illum finem, qui est principalis rationali creaturæ, utpotè gloriam: Et ideò prædestinatio non est nisi bonorum, & eorum, quæ spectant ad salutem*. Videatur ibidem ubi explicat alium modum, quo differt, sed de hoc late iam dictum est, alteram nampè respicere ordinem tantum in finem, prædestinationem verò etiam exitum, vel eventum ordinis, ut explicatum est. Subdit tamen D. Thom. hic in fine corp., *quòd quantum ad objecta, est quædam pars providentiæ*. Insinuans, ut dicemus infrà, quòd non est pars subjectiva, sed objectiva. His positis sit.

Prima Concl. Datur in Deo prædestinatio, seù specialis providentia, quæ aliquos efficacitèr ordinat, & transmittit in finem vitæ æternæ. Est certa de fide, quam clarissimè, & sæpè docet Apost. Ad Ephes. 1. *Qui prædestinavit in adoptionem filiorum Dei per Jesum Christum*. Ad Rom. 8. *Quos prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui*. Et iterum clariùs. *Quos prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit*. Ubi expressissimè docuit Apost. omnia media usque ad glorificationem. Nam ut ait D. Tho. ar. illo 1. de veritate in fine corp. *Ad prædestinationem duo sequuntur, scil. consecutio finis, quæ glorificatio, & collatio auxilii ad consequendum finem, quod est appositio gratiæ, quod ad vocationem pertinet, unde & prædestinationi duo effectus assignantur, scil. gratia, & gloria*.

Ratione prob. D. Thom. hic, & ibidem de veritate. Nam prædestinatio propriè est ratio transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ, at hæc exi-

existit in mente Divina, ergo datur prædestinatio in Deo: Ma. constat ex dictis: mi. prob. simul, & explicatur præoccupando solutionem, Nam de facto plures tam de de hominibus, quàm de Angelis sunt transmissi, & transmittuntur ad gloriam, nisi velimus præcipuè ex hominibus tot justis sanctè, & piè viventibus, & tot mala aliàs in hac peregrinatione patientibus contra promissiones suas præmium denegare, quod est omninò alienum à summa ejus bonitate, æquitate, vel justitia; sed ratio transmissionis eorum est ab æterno in mente ejus, ergo. Prob. mi. Quia ut in superioribus probatum est, quidquid Deus in tempore exequitur, ab æterno in sua mente disponit, & æterna voluntate decernit, non enim incipit in tempore valle, aut cognoscere, quod ab æterno non voluit, aut non cognovit, sive in mente sua non disposuit, ergo est de facto concedenda Deo ratio transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ.

§. II.

Statuitur secunda Conclusio circa convenientiam.

Conveniens fuit Deum homines prædestinare. Pro hujus difficultatis, & similium intelligentia advarto ex D. Thom. 3. p. q. 1. art. 1. in corp. quòd unicuique rei conveniens est illud, quod competit sibi secundum rationem propriæ naturæ, sicut homini conveniens est ratiocinari, quia hoc convenit sibi, in quantum est rationalis secundum suam naturam. Hoc verò quod est convenire secundum naturam fit multipliciter, ut colligitur ex eodem 1. 2. q. 71. art. 2. ad 1. & 2. & 22. q. 10. ar. 1. ad 1. vel pro eo quòd natura ad illud inclinat, vel pro eo, quod causatur ab illa, vel pro eo, quod est capax, vel potest habere illud tanquam sui perfectivum, & si ad illud ex suis viribus pervenire non possit, utpotè excedens, ac proindè ex suis intrinsecis exigere non possit, sed tantum illi non repugnat, unde aliqua etiam dicuntur contra naturam, quia altero ex his modis sunt contra illam, qua ratione dicit ibidem 22. quòd licet in natura humana non sit habere fidem, quia tamen in illa est, ut mens hominis non repugnat interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi, infidelitas secundum hoc est contra rationem. Similiter 1. 2. ibi ad 1. ait, quòd etsi virtutes non causentur à natura secundum suum esse perfectum, tamen inclinant ad id, quod est secundum naturam suam, idest secundum ordinem rationis: Et hoc modo virtus dicitur esse secundum naturam, & per contrarium intelligitur, quòd vitium sit contra naturam.

Quandoque etiam conveniens sumi potest pro eo, quòd est decens, sicut decens pro eo, quòd est congruum, sed non omninò convertibiliter, nam licet quod est conveniens, & congruum dicatur etiam decens, non tamen quod est decens, saltem negativè, scil. quod non est indecens, dicitur strictè, vel ita propriè conveniens, vel congruum, nam 3. p. q. 4. art. 1. in simili difficultate, an natura irrationalis, & insensibilis assumi possit à persona Divina, licet cum D. Thom. alibi in 3. dist. 2. q. 1. art. 5. fateamur posse Deum assumere quamcumque creaturam saltem de potentia absoluta; negamus tamen cum eodem ibidem 3. p. naturam irrationalem esse assumptibilem secundum congruentiam, licet non esset simpliciter indecens, si assumeret illam, ut in superioribus insinuavimus, quia si Deus hoc faceret contra nullam virtutem peccaret, nec fœdaretur Divina persona, nec deesset illi ratio, propter quam decentur hoc faceret, semper vel ad ostendendam suam omnipotentiam, vel ad confundendam hominum superbiam, ut docuit Tertul. lib. de Carne Christi contra Marcionem.

Ex quibus ad rem nostram inferimus non esse idem, aliquid esse conveniens, & esse proportionatum, nam primum se extendit ad id etiam, quod est excedens; posterius verò non, sed sistit intra limites non excedentis, unde potest aliquid esse improportionatum, & tamen esse conveniens, sicut sunt omnia supernaturalia respectu naturæ, quam perficiunt, & elevant ad id, quod vires ejus excedit; in eo enim quòd perficiunt illam non possunt non dici convenientia, sicut in priori simili, (& hoc obiter dictum sit ad rectè percipiendas hujusmodi difficultates, & evitandas, vel solvendas æquivocationes in illis:) non est idem esse aliquid esse incapax ini. perf. ... onis, & esse incapax ma... ve quia est incapax m. i. etiam incapax ma., nisi sit inter illas subordinatio, quia in plùs potest se extendere, vel plus importare hæc posterior incapacitas, quàm prior, quia non solum contingit aliquando esse secundum congruentiam, sed etiam secundum omnimodam repugnantiam, ut accidit in eadem natura irrationali, quæ licet sit incapax minoris perfectionis, scil. operationum vitalium supernaturalium, vel divini ordinis, ut visionis beatificæ, vel fruitionis, non tamen unionis hypostaticæ, ut probatur ibidem, quia respectu illarum est omnimoda repugnantia ob defectum intellectus, & voluntatis, respectu verò unionis est sola incongruitas, ut dictum est, nec est inter illas subordinatio, aliàs corpus Christi inanima, vel in triduo non remansisset unitum, utpote incapax tunc earumdam operationum. Unde propositio illa, qua etiam utitur ibidem D. Tho. ad 2. quod deficit à minori deficit à majori, vera est, quoad id, quod est minus subordinatur ei, quod est majus, ut subordinatur v. g. anima sensitiva rationali, quia rationalis ex natura rei supponit gradum sentiendi: alia autem elevabilem naturam ad cognitionem, & amorem Dei, quod est minùs, tantum subordinatur ei, quod est esse elevabilem secundum congruentiam ad esse personale Dei, non verò, quod est esse elevabilem absolutè, quia sæpè defectus minoris perfectionis reddit quidem subjectum incongruum ad majorem, sed non incapax illius, ut homo idiota, & injustus est incongruus ad Episcopatum, sed non incapax illius, quia scientia, vel sanctitas subordinatur Episcopatui quoad congruentiam, non quoad capacitatem, & ita etiam defectus cognitionis reddit naturam incongruè assumptibilem, sed non incapacem assumptionis.

His prænotatis prob. conclus., intellecta non solum convenientia secundum congruitatem, vel alios modos anumeratos, sed etiam secundum naturam ex parte utriusque scil. Dei trasmittentis, & creaturæ rationalis transmissæ, vel transmittendæ, primò ex parte Dei, Nam ejus natura est ipsa essentia bonitatis, unde quidquid pertinet ad rationem boni est conveniens Deo, sed se communicare per prædesti-

na-

nationem conferendo naturæ capaci, sive rationali gratiam, & gloriam pertinet ad rationem boni, ergo ast illi conveniens secundum suam naturam. Prob. mi. Nam sic se communicare est esse maximè diffusivum suæ bonitatis, sed hæc est natura boni, ut sit diffusivum sui, ergo sic se communicara pertinet ad rationam boni.

U g. hoc. Nam quia Dei natura est ipsa essentia bonitatis, conveniens fuit illi secundum suam naturam, ut se communicaret ad extra in ordine naturæ producendo omnes gradus, scil. corporeum, vegetativum, sensitivum, rationalem, & purè intellactualem Angelis convenientem, ergo eadem rationa erit illi conveniens secundum suam naturam, ut se communicet in ordine supernaturali prædestinando, & conferando dona gratiæ, & gloriæ.

2. Prob. quoad 2. p. Nam creatura rationalis, vel intellectualis ast capax gratiæ, & gloriæ, ut vidimus supra qu. 12., unde hac atiam ratione dicitur homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei, quia collato ei intellectu, & voluntate potest per has potantias viribus gratiæ ascendere, & participare de eadem beatitudina, qua Deus gaudet in sa ipso, quæ consistit in videre, & amare se ipsum, unde etiam D. Tho. infra q. 43. art. 3. in corp: præter communem modum, quo Daus est in omnibus rebus per essentiam, potentiam, & præsentiam, alium specialem assignat respectu creaturæ rationalis dicens. *Super istum modum autem communem est unus specialis, qui convenit natura rationali, in qua Deus dicitur esse, sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante.* Et istius modi excellentiam commendans, immediatè subdit. *Et quia cognoscendo, & amando creatura rationalis sua operatione attingit ad ipsum Deum, secundum istum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo.* Ergo etiam ax parte creaturæ rationalis est conveniens secundum illius naturam ut prædestinetur ad gloriam.

Quòd si dicas solum ex his convinci, quòd Angelos aliquos perducat ad gloriam, non verò etiam hominas, ut ex eadem paritate in rebus naturalibus inferri potest, nam in hoc ordina sufficit, quòd aliquas res perducat ad suum finem naturalem, non tamen omnes, ergo sufficiet pariter in ordine supernaturali, quòd aliquos perducat ad finem supernaturalem, non tamen omnes.

In contra hoc est. Quia non stat aliquos perducere de Angelis non perducendo aliquos etiam de hominibus, ergo. Prob. ant. Nam species humana, ut consequenter loquuntur SS. PP., est craata à Deo in suplementum ruinæ Angelorum, ergo hoc ipso, quòd Deus angelos creaverit ordinatos ad gloriam, à qua plures eorum defecerunt, tenemur asserere, quòd plures ex hominibus ad illam parduceret, aliàs non essent creati ad eorum casum reparandum, siva ad implendas illorom sedes.

2. Nam Deus non solum Angelis, sed etiam hominibus contulit gratiam, & iustitiam creando illos, ergo non solum aliquos ax illis, sed etiam ex hominibus perducit ad gloriam. Prob. consaq. Nam convenientissimum est, ut opera sua faciat perfecta, ergo sicut hac ratione conveniens est, ut aliquos ex Angelis parducat ad consumationem gratiæ, sive ad gloriam, vel visionem beatam, quæ est consumatio gratiæ, conveniens arit, ut aliquos ex hominibus &c. eò vel maximè, quòd largiora gratiæ dona contulit homini, quàm Angelo, non enim Angelos aprehendit, sad semen Abrahæ. Unda Chrysost. ad Hebr. cap. 1. ubi unicum Dei filium paternæ gloriæ splendorem salutis quoque nostræ ministrum esse, & humanæ naturæ, non angelicæ consortem factum asse considerat, excessum se mentis pati ait, hoc ast tanta admirationa, & stupore affici, ut mens, & cogitatio, & affectus omnis in ipso deficeret. *Revera magnum, & admirabile, & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab Angelis, & ab Archangelis, & Cherubin, & Seraphin. Hec ergo sæpiùs in mente versans excessum patior, & magna de genere humano imaginor, magna quippè video.* Hæc ille. Hinc videmus in sac. eloquiis sæpè sa nuncupare, & esse Deum Abrahæ, Isaac, & Jacob gloriatur, non ita Cœlorum, & Angelorum.

3. Sisteodo eidem paritati rerum naturalium. Nam ubi earum species pluribus gaudent individuis, saltem aliquod illorum finam naturalem consequitur, ut patet in individuis elementorũ, quæ licet non omnia, aliqua tamen proprium consequuntur centrum. Aliæ etiam res universi assequuntur situm, & positionem communiter, secundum quòd illarum naturæ convenit, & prout sic etiam res inferiores subserviunt superioribus, quad spectat ad illorum finam, ergo similiter dicendum est, quòd ax specie humana, ubi plura sont individua, quibus Deus gratiam communicat, aliqua convenienter assequantur à Deo finem gloriæ.

Præterquàmquòd videtur magnum inconveniens, quòd tota species humana, sub qua tot reperiuntur individua, pereat, sicut esset inconveniens, quòd omnia individua angelica perirent, unde sicut ex eo, quòd Deus creaverit Angelos, & illis gratiam contularit, sequitur convenientia prædestinationis aliquorum, pariter ex eo, quòd Deus creaverit homines capaces gloriæ, & in gratia, sequitur convenientia prædastinationis aliquorum.

§. III.

Solvuntur Argumenta contra utramque Conclusionem.

PRimò arg. contra primam familiari argumento apud impios, & apud aliquos etiam imperitos. Nam si datur prædestinatio, (& idèm similiter est de reprobatione,) cum æternum Dai decretum sit immutabile, faciat prædestinatus, vel præscitus quidquid voluerit illa salvabitur, & iste damnabitur, sed hoc est maximum inconveniens, ergo non ast admittenda.

Ad hoc, (quo deceptus quidam monacus tempore D. Aug. à religione defecit, ut refert idem S. Doctor lib. de dono persever. cap. 15., & quo moventur Recentiores hæretici ad exclodendam necessitatem bonorum operũ, & evertendam libertatem nostrorum actuum,) dicimus primò esse ab illis, & ab omnibus solvendum, etiam à Diabolo, à quo dicitur ortum habuisse. Nam si semel prædicta ratiocinatio subsistens est. Ad quid iste homines tentat? Ad quid impii, vel hæretici tot labores assumunt ad finem sibi ipsis necessarium, ut ad vitam conservandam, vel ad alios liberè intentos? Ad quid rustici? Et sic de aliis, quos ta-

tamen omnes in pœnam peccati condemnavit Deus ad sudorem vultus eorum. Nam, si ita est, quòd in impedibiliter eveniet, quod ab æterno decrevit, aut novit fore exequendum, tentet ille, aut faciant alii quodcunque voluerint, vel non faciant, semper id eveniet, ac proinde superflua erit illius tentatio, & frustraneus omnis aliorum labor, quod nullus nisi insanæ mentis audebit efferere: unde argumentum non præcisè militat contra prædestinationem, sed contra omnem providentiam Dei, §. Resp. ergo procedere ex turpissima ignorantia, vel potiùs malitia, quòd providentia prædestinativa, vel quæcunque efficax ordinatio Dei ad aliquem finem, omittit, vel negligat media conducentia ad illum, aliàs esset imperfectissima, ut patet etiam in humanis. Unde prædestinatio non est sola eventus salutis prædeterminatio, sed etiam mediorum, quibus efficaciter pervenitur ad illam.

Ex quo manifestè infertur, quòd si hujusmodi media, (quæ sunt facere bonum, & declinare à malo,) non ponantur in re, non erit assecutio talis finis.

Solutio est D. Thom. hic art. 8. in fine corp., ubi inquit. *Sicut igitur sic providentur naturales effectus ut etiam causæ naturales ad effectus ordinentur, sine quibus illi effectus non provenirent, ita prædestinatur à Deo salus alicujus, ut etiam sub ordine prædestinationis cadat, quidquid hominem promovet in salutem; vel orationes propriæ, vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid hujusmodi, sine quibus aliquis salutem non consequitur. Unde prædestinatis conandum est ad benè operandum, & orandum, quia per hujusmodi prædestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur 2. Petri 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Quod verò tangitur de eversione libertatis jam dictum est, decretum Divinum, cum sit infinitæ efficaciæ, non tam esse ad movendû, quàm ad movendum suaviter prout congruit naturæ cujuslibet causæ, unde si libera est, movet illam juxta modum sibi connaturalem, & liberum, seu cum indifferentia ad oppositum.

2. Arg. contra secundam impugnando id, quod opponebamus solutioni datæ ad rationem conclusionis. Non est assignabilis ratio, cur trasmissis ad gloriam aliquibus ex Angelis, sint etiam transmittendi aliqui ex hominibus, ergo sine inconvenienti poterit negari prædestinatio hominum, saltem præscindendo à scripturis. Prob. ant. Ex eo inferimus hanc posteriorem transmissionem aliquorum ex hominibus ex priori aliquorum ex Angelis, quia Deus creavit homines, & dedit illis gratiam, ut pervenirent ad gloriam, (à quibus Angeli mali defecerunt) implendo eorum sedes, sed hæc ratio non videtur subsistens ergo. Ma. patet ex dictis. Mi. verò prob. Quia eadem ratione debuisset Deus juxta sui providentiam similiter substituere alios pro deficientibus ex hominibus ab illa, ad reparandam eorum ruinam, sed hoc non judicatur conveniens, ergo nec erit judicandum conveniens, quòd pro Angelis malis substituantur alii ex hominibus ad reparandam eorum ruinam.

Respond. nego ant. Ad prob. resp. primò dist. ma. ex eo præcisè nego, & quia etiam voluit specialem illum gradum entis ad complementum universi, & ut ex illis compleretur numerus prædestinatorum, conc. Et deindè nego mi. Ad illius prob. nego ma. Nam Deus juxta dispositionem suæ infinitæ sapientiæ voluit talem numerum ad vitam æternam perduci, qualis congruebat ad finem manifestationis suæ bonitatis, nam hic est finis prædestinationis aliquorum, & reprobationis aliorum, ut egregiè ostendit D. Thom. hic art. 5. ad 3., & quia hic numerus in Angelis repertus non est, quæsivit, vel ordinavit homines ad illum complendum. Adhoc autem complemen[tum] non fuit necessarium quærere alios, in quibus gratia ultimum suum finem consequeretur.

3. Arg. ad impugnandum inconveniens, quod insinuavimus in fine, scil. si periret tota humana species, nullo ex hominibus transmisso ad finem gloriæ. Nullum est inconveniens, quòd pereunte uno individuo angelico pereat tota species, ut contingit in nostra sententia negante pluralitatem individuorum intra illam, ergo nullum erit, quòd pereat tota species humana, estò habeat plura individua. Prob. conseq. ex eo reputatur inconveniens, quòd tota hæc humana pereat, & non quòd aliquod, aut plura ejus individua, quia species est de primaria intentione naturæ, non verò individua, ergo si nihilominus sine inconvenienti potest perire tota species angelica, poterit sine inconvenienti perire tota humana. Quibus addi potest, quòd species angelica æquivalet pluribus individuis, unde illa pereunte æquivalenter plura individua perirent. Et si hoc non est inconveniens, cur erit inconveniens in natura humana.

Urg. hoc. Nam in Adamo omnes perierunt quantum ad gratiam (præscindo à mysterio Incarnationis respectu Christi, & à Beatissima Vergine,) sed hoc non reputatur inconveniens, ergo neque erit inconveniens, quòd pereant eodem modo omnes quantum ad consecutionem gloriæ: conseq. videtur tenere à fortiori, quia hic interveniret justa Dei voluntas condemnando omnes propter peccatum originale, sicut de facto, (ut poterit constare infra in valdè probabili sententia) plures Deus reprobavit propter idem peccatum. Quando autem hæc duo interveniunt in executione operis, scil. justitiæ, congruentior censetur executio justitiæ, & conformior rerum naturis, quàm gratia, nam reparandum est jus offensi per justam vindictam, ergo supposito peccato, (de cujus permissionis convenientia nullus dubitat,) convenientiùs fuisset excludi omnes à gloria.

Resp. ad arg. nego conseq.; ad prob. nego causalem præcisè, immò & suppositum, nam in primis in ordine ad beatitudinem supernaturalem, quæ ex Dei gratia Angelis confertur, homo est Angelis æqualis, immo & potest eos superare, ut patet in anima Christi, & B. Virgine, quæ in gloria exaltata est super Hierarchias, & omnes choros Angelorum. Tum quia quidquid sit de individuis materialibus, quòd per se non intendantur à natura, animæ tamen rationales, sive earum individua, cum sint naturaliter loquendo perpetua, & quædam fruentur visione beata, etiam per se intenduntur, unde sicut conveniens est, quòd plures ex Angelis consecuti sint gloriam, pariter est conveniens, quòd plures ex hominibus eam consequantur. Nec refert quod additur de æquivalentia plurium individuorum, de facto tamen est unum tantum intra eandem speciem, & etiam de impossibili plura, ut ostenditur infra. In natura verò humana sunt plura, & quædam animæ, ut dictum est, jam perductæ fuot ad vitam æternam, unde in subsistens est prædicta causalis de perseitate intentiu-

tionis; nam eo ipso, quòd perducuntur ad statum illum beatitudinis, de cujus conceptu est perpetuitas, & hęc illis etiam connaturaliter conveniat, negari non potest esse per se intentos.

2. Etiam poterat respondeti adhuc esse discrimen inter utramque speciem in ordine ad ultimum finem gratię, sive gloriam, quòd licet pereunte uno Angelo pereat tota ejus species utpotè immultiplicabilis in plures solo numero distinctos, tamen eo ipso, quòd aliqui salvantur, adhuc gratia intra eundem gradum entis spi itualis spi itualitate completa, & productum ad perfectionem universi non frustratur suo ultimo fine, sed consequitur illum, at si periret tota humana natura, intra hunc alium gradum specialem intra lineam spiritualem, similiter ad universi pulchritudinem productum, & capacem beatitudinis, adæquatè frustraretur eodem fine, quod reputandum est inconveniens. Sicut ergo Deus in ordine naturali preter eundem gradum angelicum, quoad perfectionem universi, & manifestationem suę bonitatis, voluit convenienter producere alterum specialem humanum; pariter in ordine supernaturali præter aliquos salvos in priori gradu, conveniens fuit, ut alii salvi fierēt in posteriori, ne diceretur istum posteriorem capacem ejusdem beatitudinis in ordine ad hunc superiorem, & principaliorem finem fuisse, quasi inutiliter productum, si adęquatè illo caruisset.

Ad confirm. dist. mi. non reputatur inconveniens, supposita prævisione incarnationis Divini Verbi, & ex intentione illius, ut plures salvarentur per illam conc., non supposita eadem prævisione, & intentione nego. Nam permisit Deus peccatum ex intentione redimendi eundem hominem per medium Incarnationis Divini Verbi, qua sublimiùs manifestatur ejus bonitas cum cæteris Dei attributis, quàm in aliis operibus, etiamsi homo conservaretur in gratia, & consequeretur beatitudinem, cum sit summa, & suprema divinę bonitatis communicatio ad extra, scil. per unionem hypostaticam. Et ad id quod subditur, nempè posse Deum ex suppositione peccati excludere omnes à gloria, & damnare illos, fateor ita esse, cum fuerit summa gratia, attenta indignitate peccati, & excellentia remedii, quòd alii à peccato resurgerent, sed tamen Deus prout sic sua attributa magis manifestat, nec injustè operatur redimendo, cum sit supremus dominus, & inde etiam infertur, quòd fuerit convenientior executio misericordię per incarnationem Verbi, quàm purę justitię excludendo illos à vita.

Præterquàmquòd, ut supra insinuavimus, media Incarnatione Verbi, strictiùs exercet rigorem justitiæ, quàm si solum puniret, dum prout sic exhibuit Christus satisfactionem de toto rigore justitiæ, quam nulla pura creatura exhibere poterat, ac proindè nulla fuisset exhibita æqualis satisfactio pro injuria sibi irrogata per peccatum infinitæ gravitatis; Unde hac Dei providentia mirabiliùs omnia componuntur nam dum sic homines salvat, extremè apparet ejus misericordia, & dum pro offensa exigit plenam satisfactionem, sive de toto rigore justitiæ, extremè relucet justitia illius. Unde 3. p. q. 1. ad ar. 2. communiter dicimus, quòd tam ex parte naturæ humanæ, quàm ex parte etiam sapientiæ Divinæ secundum ordinem statutum non esse medium convenientius liberandi homines à peccato, & consequenter perducendi ad gloriam ipsa Incar natione, quidquid sit secundum alium ordinem rebus impositum, & de potentia absoluta, de quo D. Tho. in 3. dist. 20. q. 1. art. 4. quæstiunc. 2. io corp. & iterum in 3. ad Annib. dist. 20. qu. unica art. 3.

§. IV.

Solvuntur alia Argumenta contra secundam Conclusionem.

Quartò Arg. iterum contra secundam, & potest etiam militare contra convenientiam Incarnationis impugnando rationem adductam. Ex eo conveniens est dari in Deo prędestinationem, quia est summè bonus, & de ratione istius est, quòd summo modo se per illam communicet perducendo creaturam rationalem ad immediatam unionem cum se ipso per visionem beatam; sed hæc ratio videtur nimis probans, ergo non subsistit. Prob. mi. quia etiam convinceret posse demonstrativè probari illam dari in Deo, sed hoc non admittitur, ergo. minor constat, quia non tantum convinceret Deum convenienter nos salvare per illam, sed etiam quòd tenaretur, aut necessariò salvaret; demonstratio enim versatur circa objectum necessarium, ac proindè non tantum convenienter, sed etiam necessariò existeret prædestinatio in Deo, quod est alienum, & contra supremum ejus dominium: ma. verò prob. quia ex illa convincitur demonstrativè Deum homines salvare, sed hoc dato pariter demonstrativè concluditur prædestinationem Deo convenire ergo. Mi. iterum constat, quia salvat illos per prædestinationem, ut constabit infra, & supra etiam insinuatum est. Ma. verò prob. ratione sumpta ex D. Thom. superiori q. 19. art. 2., & procedit ex eo, quòd Deus est summum bonum liberum, cui magis incumbit se aliis communicare, quàm cuilibet rei naturali, ut ibidem ostendit. Unde probatur sic. Unaquæque res, ut ait D. Thom., non solum appetit bonum, cum non habet illud, & quiescit in bono habito, sed etiam appetit suam bonitatem in alios diffundere secundum quòd possibile est, ergo Deus, qui summum bonum liberum est, non tantum amat suam summam bonitatem, & quiescit in ipsa, sed etiam appetit se aliis communicare secundum quòd possibile est; ergo cum possibile sit Deum se communicare media salvatione hominum perducendo illos ad ultimum suum finem, consequens est hoc ipsum naturaliter appetere, ac proindè demonstrativè convinci existentiam prædestinationis in Deo. Patet hæc ultima conseq. nam supposito hoc naturali appetitu in Deo de salvatione hominum, eo modo quo convenit rebus naturalibus ad se aliis communicandum, sicut de istis ex eodem appetito demonstrativè probatur, & non tantum convenienter diffusio suæ bonitatis naturalis, secundum quòd possibile est, pariter demonstrativè probabitur de Deo, & non tantum convenienter suæ supernaturalis per prædestinationem sine prævia revelatione. Immò etiam poterit similiter demonstrativè concludi unionem hypostaticam Deo convenire nedum ad humanam naturam, sed etiam ad angelicam, & adhuc etiam ad aliam irrationalem, cum hæc pariter possibilis sit, ut supra insinuavimus.

Expl., & arg. hoc. Nam totus hic discursus videtur

detur expreſſa litera D. Tho. ibidem, ut etiam in ſuperioribus ad rem noſtram ibi dicebamus. Nam D.Th. ad prob. Deum velle ſe, & alia à ſe, ſed ſe ut finē per communicationem ſuæ bonitatis; aſſumit paritatem in aliis rebus naturalibus, & arguit ſic. Unaquæque res naturalis non ſolum appetit ſuum bonum, cum non habet, & quieſcit in illo habito, ſed etiam appetit ſuam bonitatem diffundere ſecundum quòd poſſibile eſt, ſed hoc multò magis convenit Deo, cum infinitè illas ſuperet in bonitate, ex qua provenit idem naturalis appetitus, ergo ſicut in illis ex iſto concluditur demonſtrativè, & non ſolum convenienter bonitatis illarum communicatio quantum poſſibile eſt, pariter demonſtrativè concludetur in Deo communicatio ſuæ bonitatis, quantum poſſibile ſit, ac proinde utraque communicatio non ſolum per viſionem, vel unionem beatificam, ſed etiam per hypoſtaticam, vel ſi hoc non concluditur, inſufficiens erit prædicta ratio.

Ad hoc reſp. ex eodem D. Tho. tantum concludi decentiam diffuſionis ſuæ bonitatis in Deo, non neceſſitatem, ut expreſsè concludit in fine corp. dicens. *Sic igitur vult & ſe eſſe, & alia, ſed ſe ut finem, alia verò ut ad finem, in quantum condecet divinam bonitatem etiam alia ipſum participare.* Ex quibus nullo modo ad mentem illius inferri poteſt ex præmiſſis ab eodem aſſumptis tum ex ſimili aliarum rerum naturalium, tum ex majori convenientia ad ſe communicandum in Deo, neceſſitas ſe communicandi ad extra ſecundum quòd poſſibile eſt, etiam per unionem hypoſtaticam, ſed ſalva ejus libertate, & ſecundum conſilium infinitæ ſuæ ſapientiæ prout decet ſuam bonitatem, unde major convenientia ſe communicandi, & ſecundum quòd poſſibile eſt, non debent referri ad neceſſitatem, ſed ad decentiam, ſuppoſito quòd determinet, (ut revera pro ſui infinita bonitate, & liberalitate decrevit,) ſe illam communicare. Ratio ergo D.Th. non ita intelligenda eſt quòd ex paritate aſſumpta, & prædicta majori convenientia inferri debeat ſimilis Dei appetitus ex neceſſitate ad ſui communicationem, ſed tantum actualitas libera, ut ſe communicet ſecundum quòd poſſibile eſt, ideſt reperitur in Deo talis actualitas ad ſui communicationem, quòd etiamſi ſe communicet, ſecundum quod poſſibile eſt, iſta communicatio eſt conformis ſuæ naturæ, ſeu condecet ſuam bonitatem, ut ait D.Th. unde etiam, ut inſinuavimus, ſi aſſumeret naturam irrationalem, (quod judicat D. Tho. ubi ſupra, poſſibile,) adhuc deceret illam ut explicatum eſt. Neque obſtat, quòd Deus naturaliter inclinet ad ſui communicationem; nam quodlibet bonum habet hanc naturalem inclinationem, ſed tamen juxta ſui naturam, ſcil. liberè, vel neceſſariò ſecundum quòd eſt res libera, vel determinata ad communicandum ſui bonitatem, quod Deo non convenit, ut ſtatim infra magis explicabitur.

In forma ergo neg. mi. ad prob. neg. ma. Ad prob. neg. iterum ma. Ad prob. ex D.Tho. patet ex dictis, & ex eodem ſolam concludi decentiam, non neceſſitatem: niſi velimus dicere poſſe etiam ex illa concludi, ut inſinuatum eſt, neceſſitatem infallibilitatis ex ſuppoſitione divini decreti ad ſe communicandum per unionem beatificam, non tamen ſimpliciter, & abſolutá, cum ſit cauſa libera, & ſupremus Dominus nihil ad extra reſpiciens ut finem: ſicut in ſimili explicantur 3. par. plures autoritates PP. ad probandam neceſſitatem Incarnationis Verbi, quòd loquuntur de hac poſteriori neceſſitate ex ſuppoſitione ejuſdem decreti, quia impoſſibile eſt Deum mutari, & non perficere opus, quod decrevit fieri.

Sed inſtas contra principalem ſolutionem. Nam ex illa ſolum conjungitur inclinationem naturæ, quæ eſt libera, debere eſſe liberam ad communicationem ſui, non enim dubitandum eſt dari inclinationem naturalem, & liberam, ut patet in Angelo operante in primo inſtanti juxta ſui naturam, & liberè, ſed hoc non obſtat, & præcipuè in Deo, nam demonſtrativè probatur ex vi hujus inclinationis naturalis quantumvis liberæ ad ſe communicandum, ſe liberè communicare creatoris ſecundum quòd poſſibile eſt ergo. Prob. min. paritate aſſumpta in ceteris rebus naturalibus quantumvis liberis, nam ex inclinatione naturali licet libera ad ſe diffundendum aliis demonſtrativè probatur liberè ſe aliis diffundere ſecundum quòd poſſibile eſt, ergo cum Deus, ut dictum eſt, infinitè illas ſuperet in bonitate, ac proinde major infinitè ſit inclinatio naturalis licet libera ad ſe diffundendum creatoris, à fortiori ex iſta demonſtrativè inferri poterit liberè ſe illis communicare ſecundum quòd poſſibile eſt.

Propter hanc inſtantiam recentior valdè doctus Thomiſta deſerit priorem ſolutionem, quaſi per illam non poſſit eidem fieri ſatis. Sed tamen prout eam aliqualiter jam expoſuimus, & ſtatim magis declarabimus ex verbis relatis D. Tho. in fine corp., exiſtimo ex eadem poſſe etiam ſolvi præſentem inſtantiam. Nam D. Tho. eam prævenit ibidem, & ſubtiliter inſinuat diſcrimen (ad quod etiam recurrit prædictus recentior,) inter inclinationem naturalem, & liberam in aliis cauſis, vel rebus liberis, & illam Dei ad ſe aliis communicandum, dum ait, quod *vult ſe, & alia à ſe, ſed ſe ut finem, alia verò à ſe ut ad finem.* In quo maximè diſtinguit Deum à creatura etiam liberè operante in ordine ad communicationem ſui, quòd quia hæc non eſt plenè perfecta in ſui natura, perficitur per communicationem ſui; onde reſpicit pro fine bonitatem ſuam, ut aliis communicandam, cæterum Deus, cui nihil deeſt perfectionis, nequit ordinari ad aliquid extra, ut ad finem, ſed ipſe eſt finis omnium, ut inſinuavimus in priori ſolutione, & ideò nequit admitti ſimilis appetitus, ſicut datur in qualibet re naturali creata etiam libera, ex quo licet demonſtrativè procedere ad inferendam liberam ejus communicationem ſecundum quòd poſſibile eſt, ſicut inferimus in illis, quia iſtæ habent pro fine communicationem ſui, onde ſolum argui poteſt in illo decentia, & congruentia, ſi ſemel ſe communicat, quia eſt conformis ſummo bono ſumma communicatio, non tamen neceſſitas. Unde in forma neg. mi. ad illius prob. neg. paritatem ob diſcrimen adductum.

Quòd ſi adhuc inſtes plures ex PP. aſſerere Deo futurum indecens, & ideò impoſſibile, quòd ſummum bonum, ſummo modo non ſe communicet, ut Anſel. lib. 1. *cur Deus homo*, c.16., & 17.: vel etiam indignum divinæ bonitati, indecentiſſimum, abſurdum, & indecorum, ut Athanaſ. lib. de Incarnat. fol., ſed quod eſt indecens, indignum, & indecorum, vel abſurdum reſpectu Dei, oppoſitum illius eſt omninò neceſſarium, ergo talis à fortiori erit admittendus appetitus, vel inclinatio naturalis licet libe-

ra, sicut admittitur in qualibet alia re naturali etiam libera ad dæmonstrativè inferendam summam ejus communicationem.

Resp. SS. PP. esse intelligendos de indecentia, vel indignitate, non privativa, vel contraria, sed negativa, idest non videretur tam decens, tam dignum, vel decorum bonitati suæ, quàm eos liberare, & perducere ad gloriam per summam sui communicationem, non tamen absolutè, sed ad hunc finem, ut secundum leges justitiæ damnum illatum per peccatum compensaret, ut contingit in Incarnatione, & secundum suam misericordiam perduceret ad finem vitæ æternæ, ex quo nulla infertur absoluta necessitas, vel talis appetitus ad habendam per unionem de eadem summa sui communicationem beatificam, vel hypostaticam. §. Vel poterat etiam dici fore absurdum, indignum &c. in opinione hominum, quia tale eis appareret, & sinistram de Dei dignitate imbiberent opinionem, nam sæpè humanum fallitur judicium, & Filium Dei crucifigi stultum hominibus visum est. Unde in forma juxta priorem explicationem conc. ma., dist, mi. Quod est indecens &c. privativè, vel contrariè, conc., negativè tantum neg., vel etiam juxta aliam superiorem explicationem sub dist., est necessarium absolutè, iterum neg., necessitate infallibilitatis ex suppositione decreti, conc., & neg. conseq.

Ultimò arg. argumento jam insinuato ex D. Tho. hic art.1. Deo non convenit prædestinare Angelos, ergo neque homines, conseq. patet ex dictis, & ant. prob. quia juxta D. Aug. prædestinatio est propositum miserendi, sed istud non convenit Deo respectu Angelorum ergo, Prob.mi. quia in bonis nulla supponitur miseria, ex illis verò, qui ceciderunt, nullus est prædestinatus, ergo respectu Angelorum non potest Deo convenire miserandi propositum.

Huic argum.dupliciter, ut vidimus, resp.D.Th.,& quidem circa 1. solut. non videtur difficultas, nam consistit in eo, quòd omnis collatio boni supra debitum ejus, cui confertur, pertinet ad misericordiam, unde quædam miseria est ratio in debiti in creatura respectu illius finis supernaturalis, & excendentis vires totius naturæ: unde exponit Aug. quòd propositum miserandi est idem, quòd propositum utendi misericordia, qua nempè Deus usus est etiam respectu Angelorum, quos ad vitam æternam perduxit, quatenus contulit eis bonum supra debitum naturæ ipsorum.

Difficultas tamen est circa secundam, quòd nempè per accidens est ad rationem prædestinationis, quòd supponat miseriam peccati, vel non, quia motus non accipit speciem à termino à quo, sed ad quem, & hic est idem respectu Angelorum, & hominum, quia est vita æterna, & ponit exemplum in motu dealbationis dicens, per accidens esse ad rationem dealbationis, quòd fit à nigro, vel pallido, dum tamen perseveret idem terminus ad quem, qui est albedo.

Contra hanc solutionem videtur militare difficilis instantia de justificatione impii; quæ est secundum rationem motus de contrario in contrarium, & importat transmutationem quandam de statu injustitiæ; & de justificatione non impii, quæ est per motum simplicis generationis, qui est ex privatione ad formam, ut docet D. Tho. 1.2. q.113. ar.1. Nam hi motus utriusque justificationis distinguuntur specificè, ergo pariter utraque prædestinatio Angelorum, & hominum erit distincta secundum speciem. Ant. constat ex utriusque definitione tradita ex D. Tho., nam altera est per motum simplicis generationis, vel infusionis gratiæ, altera verò secundum rationem motus de contrario in contrarium, quam etiam descripsit Concil. Trid. sess.6. de justif. cap.4. dicens. *Quod est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statu gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum Salvatorem Nostrum*: Et quia hic eam descripsit non in genere, sed eam, quæ supponit peccatum originale, unde etiam subdit. *Quæ quidem translatio post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest*. Deinde eam generaliter definit cap.7: dicendo, quòd *non est sola peccatorum remissio*, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis: unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit hæres secundum spem vitæ æternæ, ergo nequit esse ejusdem speciei cum simplici justificatione non impii, in qua nullus fit transitus à statu inimicitiæ, vel injustitiæ ad statum amicitiæ, vel justitiæ, sed præcisè infunditur forma santificans, sive gratia: conseq. etiam videtur manifesta, quia eadem ratio militat de utraque, nam sicut altera justificatio est transmutatio, vel transitus secundum rationem motus de contrario in contrarium, & altera non, ita altera prædestinatio scil. hominum, supponens peccatum, & altera non, sive Angelorum, non supponens illud, ergo erit hæc distincta specificè ab illa, sicut specificè distinguitur una justificatio ab alia.

Resp. dato transeat, vel permisso etiam antec., nego conseq., & disparitas est, quòd licet utrobiq; altera supponat, & altera non; tamen respectu prædestinationis per accidens se habet hæc suppositio, sicut respectu dealbationis, quòd fit à nigro, vel pallido, ut ait D. Tho., & ratio est, quia prædestinatio, ut constabit infrà, est actus imperii intellectus, qui pro formali tantum respicit gratiam, & præparationem passivam medium ad vitam æternam. Per accidens autem est, quòd hæc vel illa media præparentur media prædestinatione, & quòd in illis mediis claudatur motus de contrario in contrarium, vel de privatione ad gratiam, sed quod formaliter inspicitur est tantum eadem præparatio gratiæ, & mediorum ad prædictum finem gloriæ, quæ est ratio formalis, & terminus specificans, sicut finis specificat media, quæcunque sint: Cæterum in justificatione non ita per accidens se habet, quòd fit vel ex privatione ad formam per modum simplicis generationis, sive introductionis illius; vel de contrario in contrarium secundum rationem motus ab uno ad alium statum, hoc enim includitur, quòd aliquando supponat peccatum, aliquando non, ut patet vel ex ipsa significatione vocis, unde in justificatione, qua quis transit ad statum justitiæ, sicut non ita se habet per accidens ratio transitus ad illam, ita nec recessus, vel à carentia, vel à contrario illius, quod non contingit in prædestinatione pro formali tantum importante prædictam præparationem, ad quam, ut patet, per accidens se habet præfata suppositio, vel non suppositio peccati, sed quòd creatura rationalis capax gloriæ alevetur per auxilia gratiæ, & transmittatur ad illam. Ad quod explicandum optimè deseruit exemplum dealbationis adductum à D. Tho.; quòd sicut dealbatio ad hoc est formaliter, quòd paries fiat albus, undè per accidens se habet, quòd fiat talis

ralis à nigro, vel pallido, ita prædestinatio ad hoc est pro formali, ut eadem creatura per media gratiæ transmittatur ad gloriam, & per accidens se habeat ad illam, quòd supponatur, vel non supponatur peccatum, ac proindè ab hoc tantum termino formali, & communi utraque prædestinatio hominum, & Angelorum specificabitur tanquam à fine per se inspecto.

§. V.

Statuitur tertia Conclusio circa necessitatem.

Circa necessitatem est duplex difficultas, altera, quam excitavit Catharinus lib. 1. de prædestinat. cap. ult., ubi affirmat plures salvari, qui non prædestinantur à Deo, & consequenter tenet, prædestinationem non esse simpliciter necessariam ad salutem. Distinguit enim ibidem duo genera salvandorum, alterum per prædestinationem, sub quo comprehendit viros eximiæ sanctitatis, ut B. Virginem, Apostolos, & alios proximè ad illos accedantes. Aliud verò eorum, qui sine illa salvati sunt, & salvantur. 5. Alii verò recentiores Theologi, Molina, Suarez, Lessius, & alii defensores Scientiæ mediæ, licet non ita negent necessitatem illius, dicunt tamen posse homines salvos fieri sine illa cum sola providentia generali, qua velit Deus dare illis media sufficientia ad salutem, quibus possint uti, si velint, nullum absolutè prædestinando, sed tantum sub conditione; quia nempè existimant prædestinationem esse factam dependenter à scientia explorante futurum consensum voluntatis creatæ, per quem prædicta auxilia redduntur efficacia, ut in superioribus explicatum est: exclusò omni alio decreto efficaci de eorum salute ob metum libertatis, unde magis reducunt prædestinationem ad præscientiam, quàm ad causalitatem, & electionem, quod tamen, ut jam insinuavimus, dicit D. Tho. esse contra scripturam, & dicta PP.

3. Conclusio. Nec de facto, nec de possibili aliquis salvatur sine prædestinatione. Prima pars sumitur ex illo Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*. Ubi generaliter omnes, sine ulla exceptione invitantur ad paratum regnum: Ut verò explicat August. tract. 68. in Jo. ad illa verba Christi. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*; præparatio regni cœlestis fit per prædestinationem, unde ait. *Deus fecit illas prædestinando, facturus est præparando*. Idque etiam docuit superiori illa definitione. *Quod est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur*. Ubi iterum consequenter ad textum Evangelii, universaliter eam extendit ad omnes liberandos sine ulla distinctione inter illos. Et quidem meritò, quia non est, cur si primi salvati sunt per prædestinationem sine omni inconveniente, pariter non salventur alii sine omni per illam. Nam totum discrimen reduci potest ad abundantiorem gratiam, & ampliora merita in illis prææliis, ergo ex parte prædestinationis non sunt distinguendi, quòd alii salventur per illam, & alii non, sed omnes omninò per eandem transmittendi sunt ad vitam æternam; confeq. tenet; quia ma., vel min. gratia, qua omnes illam consequuntur, sicut & alia largiora, vel remissiora dona supernaturalia præparantur per illam, cum ex viribus naturæ habere non possint. Tum quia ut supra dicebamus; (& militat etiam pro 2. part.,) Nihil Deus in tempore exequitur, quod ab æterno secundum consilium voluntatis suæ non decreverit, ergo omnes, quos in tempore salvat, vel transmittit ad finem vitæ æternæ, decrevit ab æterno transmittere illos; non enim Provisor infinitè sapientiæ indiget, vel expectat consiliarium ad opera sua exequenda. Et in eo, quòd in omni sui deliberatione, vel proposito æternus, vel immutabilis est, potest aliquid deliberare, aut velle in tempore, quod ab æterno non voluit.

Deinde etiam quoad utramque partem sumitur ex art. 7. hic in corp. versus finem, ubi inquit. *Unde certus est Deo numerus prædestinatorum, non solum per modum cognitionis, sed etiam per modum cujusdam principalis præfinitionis*. Quia nempè non solum scit, quot sint salvandi, sed etiam illos eligit, & præfinit, quibus explicat prædestinationem. Et in 1. ad Annibal dist. 46. art. 2. ad 2. ait, quòd voluntas antecedens non habet effectum, nisi voluntas consequens adjungatur, ergo manifestè sentit non posse homines salvari per solam voluntatem antecedentem, & providentiam generalem supernaturalem, qua Deus decernit dare auxilia sufficientia absque decreto, seu prædefinitione, & voluntate absoluta usus illorum, nec consequenter absque prædestinatione, prout dicunt alii Theologi recentiores.

4. Prob. specialiter quoad 2. p. contra istos; quod à fortiori militat pro prima. Nam quia Deus est infinitæ Sapientiæ, non indiget externo consiliario ad providendum, vel ordinandum de mediis, vel auxilia saltem sufficientibus ad gloriam consequendam; & quia etiam est infinitæ cognitionis, potest ante omnem determinationem certò explorare ab æterno, quæ sint habitura efficaciam ex consensu, vel bono usu prævifo ad illa infallibiliter exequenda, & illis mediis vitam æternam consequendam, ut illi dicunt, & latè constat ex superioribus, ergo quia est infinitæ efficaciæ, potuit ab æterno absolutè decernere de dandis efficacibus, vel infallibiliter conducentibus ad illam independenter ab omni nostro consensu, vel bono usu, & salva omni nostra libertate. Confeq. fusè supra examinata, & ostensa est. Nec ulla videtur esse assignabilis ratio discriminis, cur in linea sapientiæ, vel ordinationis, infinitas competens Deo excludat omnem consiliarium extrinsecum; & competens etiam in linea cognitionis excludat omnem determinationem antecedentem, vel independenter ab illa ad penetrandum pro signo totius indeterminationis, vel indifferentiæ, rem certam, & determinatè futuram, & non possit competens eidem intra lineam liberi, excludere omne extrinsecum dans illi efficaciam; seu non possit Deus absolutè ab æterno decernere de conducendo efficaciter electos, & præparare auxilia efficacia ad consecutionem infallibilem ejusdem gloriæ independenter ab omni extrinseco, & salva omni eorum libertate.

Urg. hoc. Nam ut dicebamus ex D. Thom., ad finem excedentem, ut est vita æterna, nequit creatura rationalis viribus propriis pervenire, aliàs non excederet illas, ergo indiget Deo efficaciter transmittente ad illam, ergo cum hæc transmissio temporalis supponat Deum volentem efficaciter ab æterno transmittere, cum nihil Deus, ut dictum est, exequatur in

in tempore, quod non voluerit ab æterno sic in tempore exequi, & eo modo, quo temporaliter exequitur, tenemur supponere ab æterno efficax decretum de sic exequendo, sive de hac efficaci transmissione temporali.

Dices. Quòd ex insufficientia virium naturæ ad consequendam gloriam non infertur necessitas prædicti decreti efficacis æterni de transmittendo hominem ad illam, sed sufficere decreta de dando ei in tempore media sufficientia, quibus eam consequi posset, quæ in viribus naturæ non poterat, In his autem decretis non consistit prædestinatio, unde non sequitur, quòd salvari non possit sine prædestinatione, & sine eodem decreto efficaci, §. Sed contra hoc est, & in primis ex eo affirmator posse sic salvari cum solis decretis conferentibus auxilia sufficientia, quia aliàs non subsisteret libertas, sed hoc proximè, & in superioribus sufficienter impugnatum est ergo, §. Deinde, quia non stat Deum velle dare homini auxilia sufficientia, quibus scit benè usurum, & salvandum, non supposito decreto efficaci de illius salute, infallibiliter consequenda ergo: Prob, ant. primò, Quia ex parte Divinæ voluntatis nullum esset discrimen inter salvandum, & non salvandum, sed solum ex parte liberi arbitrii, quo unus benè utitur, alter non, contra illud 1. ad Corint, 4. *Quis enim te discernit?* Et contra Aug, lib. de prædestinat, SS. c. 5. Ubi ad hæc verba Apostoli, inquit. *In hac evidentissima intentione, qua contra hominum superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in Domino glorietur, dona Dei suspicari, & si ipsam totam, perfectamque naturam, qualis in prima conditione data est, sive vitiatæ naturæ qualiscunque reliquias nimis absurdum est*, Et rationem subdit, quia per hæc dona, quæ omnibus communia sunt, non discernuntur homines ab hominibus: Undè subdit. Deum discernere unum ab alio dando illi, quod non alteri, Et infra cum dixisset, gratiam Dei esse, quæ efficit in nobis bona opera supernaturalia, subdit. *Sed gratia, est quæ bonos discernit à malis, non quæ communis est bonis, & malis*.

3. Prob. idem ant, quia non stat quòd Deus velit dare media ad salutem cum infallibili scientia, quòd benè homo utetur, & salvabitur, & non velit dare auxilia efficacia infallibiliter connexa cum salute, sed hæc proveniunt à decreto efficaci, ergo non stat salvari sine isto. Prob. ma, Tum quia aliàs, ut dictum est, contra Scripturam, & PP. tota certitudo prædefinitionis, vel salvandorum esset ex præscientia, non ex causalitate, & electione divina, Tum quia permisso etiam quòd efficacia auxiliorum non conveniat illis ex se, sed ex bono usu prævisio per scientiam mediam, hæc tamen prout sic efficacitar, & infallibiliter conducunt, & coninnguntur cum gloria, aliàs nullum auxilium infallibiliter conduceret ad illam, cum apud ipsos non detur aliud efficax ab intrinseco, ergo voluntas dandi talia auxilia est voluntas dandi auxilia efficacia, quocunque hæc proveniat, ergo cum voluntas efficax mediorum efficacium ad gloriam, omninò supponat voluntatem efficacem gloriæ dandæ sicut enim voluntas mediorum supponit voluntatem finis, ità voluntas efficax mediorum efficacium supponit voluntatem efficacem finis dandi, non poterit aliquis salvari sine hac voluntate, vel decreto efficaci, Sed de his agitur etiam infra.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

PRimo Arg. Si prædestinatio esset absolutè necessaria ad salutem sequeretur reprobum non posse salvari, sed hoc non est admittendum, ergo mi: constat, aliàs non imputaretur damnatio, utpotè tunc impossibilis. ma. prob. quia decretum est æternum, & immutabile, ergo quòd semel non comprehenditur sub decreto prædestinativo, impossibile est ampliùs comprehendi sub illo, ac proinde salvari, Hæc posterior conseq. etiam tenet, quia sine prædestinatione per nos nequit haberi salus.

Ad hoc, & similia sæpè in superioribus dictum est, aliud esse quòd non sit ponendum extremum oppositum decreti, aliud est quòd non possit poni, quia cum sit infinitæ efficaciæ non tollit posse ad illud. Unde extremum, ad quod determinat licet sit infallibiliter exequendum non tamen per id tollitur possibilitas alterius, sed tantum compossibilitas illius cum isto, ac proindè non infertur ex decreto prædestinativo, quòd reprobus non possit salvari, sed solum quòd non salvabitur. Solutio est D. Tho. hic art. 3. ad 3. ubi primò de reprobatione inquit. *Dicendum quòd reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Unde cum dicitur quod reprobatus non potest gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem absolutam, sed secundum impossibilitatem conditionatam, Sicut quòd prædestinatum necesse est salvari, necessitate conditionata, quod non tollit libertatem arbitrii, Unde licet aliquis non possit gratiam adipisci, qui reprobatur à Deo; tamen quod in hoc peccatum, vel illud labatur, ex ejus libero arbitrio contingit, unde, & meritò sibi imputatur ad culpam*.

Deindè magis ad rem hoc ipsum repetit de prædestinatione art. 6. ad 3. Ubi ait. *Dicendum, quòd cum prædestinatio includat divinam voluntatem, quod Deum velle aliquid creatum est necessarium ex suppositione propter immutabilitatem divinæ voluntatis, non tamen absolutè, ità dicendum est hic de prædestinatione, Unde non oportet dicere quòd Deus possit non prædestinare, quem prædestinavit, in sensu composito accipiendo, licet absolute considerando, Deus possit prædestinare, vel non prædestinare*. Ità etiam resp, quæst. 6. de veritate art. 4. ad 8. *Dicitur communiter*, inquit, *quod hæc propositio Deus potest non prædestinatum prædestinare, in sensu composito est falsa, in diviso vera, & ideò omnes locutiones illæ, quæ sensum compositum implicant, sunt falsa simpliciter*. Et quæst. 24. ibidem art. 5. ad 3. inquit. *Quamvis non esse effectus divinæ voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate, tamen potentia deficiendi effectum simul stat cum divina voluntate, Non enim ista sunt incompossibilia Deus vult istum salvari, & iste damnatur*. Omnes hujusmodi solutiones fundari possunt in illo 1. Io. 2. omnis qui natus est ex Deo non peccat, *sed nec peccare potest*, quod quidem nisi intelligatur juxtà priores solutiones, in sensu composito, & non absolutè subsistere non posset. Nam certum est Sacram Scripturam asserere, plures justos, (quos Io. vocat natos ex Deo,) peccasse, ut David. 2. Reg. 12., & Apost. Petr. Luc. 22. ergo nati ex Deo absolutè peccare possunt, ergo non peccare, ut ait Io., solum po-

potest esse verum in sensu composito, ut sensus sit non posse simul poni, quòd peccent, & maneat semen Dei, (quod est gratia) in illis.

In forma ergo ad arg. nego ma., sive sequelam. Ad prob. dist. primum consequens; impossibile est comprehendi in sensu composito, vel impossibilitate absoluta, nego, conditionata, & ex suppositione, quòd sit exclusus, vel non inclusus, scil. reprobus in illo conc.; & eodem modo dist. secundum; ergo nec salvari, absolutè loquendo nego, in sensu composito, conc. §. Vel poterat etiam ut supra insinuavimus; dist. ma. ad ampliorem conclusionis intelligentiam, Sequeretur reprobum non posse salvari, ad hunc sensum, quòd prædestinatio non sit necessaria ad posse, scil. salvari, traoleat, vel conc., ad salvari nego, nam hæc propositio, ut alii exprimunt; nempe reprobus potest salvari sine prædestinatione, duplicem sensum reddere potest, alterum scil. ut ly sine appellet, vel reduplicet supra posse, & tunc dicimus prædestinationem non esse præcisè ad dandum posse, nam illud dicitur conferri per auxilia sufficientia, quæ ponuntur effectus providentiæ generalis supernaturalis; alterum verò ut appellet supra salvari, & hic est specialiter intentus in conclusione, ut exprimunt verba illius; Unde nunquam verificari potest, ut probatum est, aliquem salvari sine prædestinatione, quidquid sit, quòd possit salvari sine illa, ex quo etiam infertur, quòd licet dicatur non esse in potestate reprobi prædestinationem, esse tamen in illius potestate salutem.

Sumitur hæc posterior solutio ex D. Thom. qu. 1. de potentia art. 5. ad 1. ubi ait. *Hæc locutio Deus non potest facere nisi quod præscit se facturum est duplex, quia exceptio potest referri ad potentiam, quæ impertatur per ly potest; vel ad actum, qui importatur per ly facere. Si primo modo, tunc locutio est falsa. Plura enim potest facere, quam præsciat se facturum: Si autem secundò sic est vera. Et sensus est, quòd non potest esse, quòd aliquid fiat à Deo, & non sit præscitum à Deo.*

Sed contrà hanc solutionem instas. Nam prædestinatio, ut constabit infrà, non solum dat actu salvari, sed etiam posse salvari, nam dat omnia, sive naturalia, sive supernaturalia, sive auxilia efficacia, sive sufficientia ergo ex vi illius habetur utrumque, ac per consequens si semel est necessaria ad salutem sequitur reprobum non tantom non salvari sine illa, sed nec posse salvari. §. Huic instantiæ resp. quòd æquivocat solutionem datam. Siquidem non loquitur de posse in prædestinato, sed de posse in reprobo, quamvis ergo in prædestinato omnia fint ex vi illius, sicut omnia cooperantur in bonum, non tamen in reprobo, nam certum est, auxilia sufficientia, quæ conferuntur omnibus elevatis ad finem supernaturalem ex vi providentiæ supernaturalis, dare illis posse, & tamen inter istos sunt plures non prædestinati. Unde in forma dist. ant. dat omnia respectu prædestinati, ut explicabitur infra, conc., respectu cujuscunq; elevati ad finem supernaturalem nego, & distincto eodem modo, priori consequenti nego suppositum secundi, quòd posse reprobi, sive cujuscunque ordinati ad finem supernaturalem proveniat determinatè à providentia prædestinativa.

2. Arg. contra collectionem omnium ordinatorum ad gloriam aliqui prævidantur per scientiam mediam salvari sub conditione, quòd eis in tali, vel tali occasione, vel tempore dantur auxilia sufficientia ad salutem, sine eo quòd talia auxilia prævideantur dari ex efficaci voluntate salvandi illos, ergo pariter in statu absoluto poterunt de facto salutem consequi per solam collationem auxiliorum sufficientium sine prævia voluntate efficaci de salute eorum. Conseq. patet, quia ut aliquid absolutè fiat, solum requiritur positio absoluta eorum, quibus positis ponerentur in re, prævisa est res fieri, ergo si in statu conditionato prævisa est salus poni cum sola voluntate dandi auxilia sufficientia, cum sola ista, in statu absoluto, si ponatur in re absolutè ponetur salus sine alia efficaci deponenda illam. Ant. verò prob. quia si aliter prævideretur per eandem scientiam in illo statu, scil. ex voluntate efficaci salvandi illum, objectum illius asset necessarium ex vi terminorum, & non contingens, quod est alienum à statu illo, & falsissimum, ergo prævidentur per illam salvandi cum sola voluntate dandi auxilia sufficientia, sive quibus positis possint salvari.

Urg. hoc. Nam per auxilia sufficientia ordinis supernaturalis possunt salvari, cum sufficienter per illa ordinentur, & promoveantur ad vitam æternam, ergo sine prædestinatione possunt consequi illam, conseq. tenet; quia auxilia sufficientia habentur par voluntatem antecedentem, & providentiam generalem ordinis supernaturalis.

Ad hoc patet ex dictis in probatione conclusionis, quòd in statu absoluto voluntas conferendi auxilia ad salutem, cum præsupponat bonum usum illorum, prævisum per eandem scientiam, qua fiunt efficacia, supponit auxilia efficacia, quæ non habentur, ut dictum est, à voluntate, vel providentia generali, sed ab efficaci, vel consequenti, & ideò in hoc statu sine illa nunquam intelligi potest aliquis absolutè salvandus; cæterum in conditionato cum non prævideatur per illam hic bonus usus, ut de facto, vel absolutè ponendus, sed tantum conditionate, eadem voluntas non præsupponit auxilia efficacia, unde salvandus prævidetur in statu isto, ut talis cum sola voluntate dandi auxilia, quæ dant posse, ut suppono ex contrariis, qui sic discurrunt de utroque statu.

In forma ergo dato transeat ad antec. nego conseq. Ad prob. dist. ant. Ut res absolutè fiat, solum requiritur positio absoluta eorum, quibus prævisa est res fieri, cum præscientia eorũ, ut constituta sunt efficacia, idest cum præscientia de eo, quòd illis positis, in re fiat conc., sine tali præscientia, vel sine voluntate regulata per illam, nego. Nam cum sine mediis, vel auxiliis efficacibus, sive sint talia ab intrinseco, sive ab extrinseco, idest sine sufficientibus constitutis efficacibus à bono usu prævisa non stet aliquem de facto salvari, & hæc, ut dictum est, dari nequeant à Deo nisi media voluntate efficaci salvandi illum, non dabitur in statu absoluto eundem salvari sine voluntate prædestinativa. Ità respondent ex PP. Societatis, qui admittunt prædestinationem in absoluto, sive voluntatem salvandi in hoc statu, innixam tamẽ scientiæ mediæ, vel regulatam per illã, per quam, scilic. prævidet bonum usum eorumdem auxiliorum, à quo constituuntur efficacia, sive efficaciter conducentium ad vitam æternam. Cæterum nos alia via procedimus, nec efficaciam admittimus dependentem ab extrinseco in divinis decretis, ut in superioribus explicatum est. Unde aliter ad arg. factum negamus suppositum antecedentis, quòd Deus voluntatem suam in prædestinando regulet per prædictam scientiam, sed decreto efficaci præparat au-

auxilia efficaciter conducentia ad illam fine ulla indigentia præfatæ prævisionis per scientiam mediam, sed ipse potius efficit, vel infert bonum usum, de quo etiam infra.

QUÆSTIO SECUNDA.

In quo actu consistat prædestinatio.

Multiplex difficultas se offert in hac quæstione, nam præmissa enumeratione actuũ, qui requiruntur ad prædestinationem, sive ex parte intellectus, sive ex parte voluntatis; prima est an ex parte intellectus præter judicium regulans electionem, sit necessarium executivum, sive imperium regulans executionem, & ex parte voluntatis præter electionem requiratur usus. Secunda an in actu intellectus, vel voluntatis, aut in utroque simul consistat. Tertia an supposito quòd in actu tantum intellectus, in quo illius constituenda sit.

§. PRIMUS.

Enumeratis actibus utriusque potentiæ statuitur prima Conclusio circa primam difficultatem.

Supponimus ut certum plures actus requiri ex parte utriusque potentiæ ad prædestinationem; scil. ex parte intellectus scientiam simplicis intelligentiæ circa gloriam regulantem electionem ad ipsam; insuper consilium, seu judicium regulans electionem ad gratiam. Ex parte verò voluntatis requiritur electio ad gloriam, quæ appellatur intentio illius; & deinde voluntas dandi gratiam, quæ appellatur electio mediorum, per quæ conducimur ad illam, quia media non eliguntur nisi ex intentione finis, ut patet in quolibet operante ex deliberatione, & consilio; & ità requiritur primò ex parte voluntatis in ordine intẽtivo, actus circa finem, qui est finis intentio, & actus circa media, qui est electio. Utrum autem hæc intentio præsupposita ad electionem mediorum debeat esse efficax ante prævisionem meritorum examinabitur infrà. §. Ex parte verò voluntatis, cum nihil sit volitum, quin præcognitum præcedit uterque prædictus actus regulans utramque electionem, scil. ad gloriam, & ad gratiam. Tum quia cum voluntas circa gloriam, & gratiam sit necessaria ad prædestinationem, pariter necessarii censeri debent ad illam. Quod etiam colligitur ex illo ad Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*. Ubi omnia opera prædestinationis sub Dei consilio, sive judicio divini intellectus universali hac voce *omnia* comprehendit Apostolus. §. An verò præter hujusmodi actus intellectus sit etiam necessaria ad illam scientia, quam vocant mediam sub lite est, & pendet ut proximè insinuavimus, & latè in superioribus, an scil. efficacia intrinseca auxiliis gratiæ conveniat, immuni manente libertate independenter ab illa, vel ab omni extrinseco per illam præviso, sed de hoc agitur iterum infra, & ex professò in materia de auxiliis: modo autem supponimus non esse necessariam, quia sine illa potest optimè Deus certò, & infallibiliter cognoscere eventum ex illis futurum per aliam scientiam, scil. necessariam, ut ibidem, & supra ostensum est, unde non est opus recurrere ad illam, (ex quo unicè moventur contrarii ad illam promovendam) ne dicatur cœco modo procedere in præparandis eisdem auxiliis, quibus prædestinatus ad gloriam perducitur.

His suppositis difficultas est, an etiam in ordine executivo præter actum voluntatis, qui vocatur usus, & immediatè executionam præcedit, sit etiam necessarius actus intellectus, qui vocatur imperium, itant præter electionem, seu decretum intentivum, sit etiam necessarium in Dei voluntate decretum executivum, & præter judicium regulans electionem sit necessarium in divino intellectu imperium regulans usum, & executionem. In qua alii negant utrumque actum requiri ad prædestinationem, ut Vasquez hic disp.87. cap.3., & 1.2. disp.47. cap.2., & disp.49. cap.4. Alii affirmant de usu, sed negant de imperio, ut Suarez lib.2. de essentia prædestinationis cap.14., & 16. Alii verò affirmant de utroque ut communiter Thomistæ hic, & 1. 2. ad q.16., & 17. ubi in voluntate creata constituunt usum, & in intellectu creato imperium, & consequenter etiam in intellectu, & voluntate Dei. Ex PP. Societatis sequuntur Bellarm. lib.2. de gratia, & libero arbitrio, Granad. tract.5. disp.6. sect.1. Erica tract.3. disp.22., Ruitz, & alii, in quorum favorem sit.

Conclusio prima. Præter electionem mediorum ad ordinem intentivum spectantem requiritur ex parte voluntatis Divinæ decretum executivum, sive usus, qui est voluntas efficax executionis mediorum ab ipsa electione distinctus. Sumitur ex Div. Thom. q. illa 16. ex 1.2. art.1., & 4., ubi utrumque actum statuit in voluntate creata. Certum est autem, quòd actus, qui sunt necessarii in nobis, sunt etiam admittendi in Deo seclusis imperfectionibus, aliàs non non possemus rectè procedere ex creatis contra monitum Apost. ad Rom.1. ad cognitionem Divinam. Verba D. Thom. sunt. *Dicendum, quòd voluntas duplicem habitudinem habet ad finem. Unam quidem secundum quòd est quodammodo in volente per quandam pro portionem, vel ordinem ad volitum. Unde & res, quæ naturaliter sunt proportionatæ ad aliquem finem, dicuntur appetere illum naturaliter: sed sic habere finem est imperfectè habere ipsum. Omne autem imperfectum tendit inperfectionem, & ideo tam appetitus naturalis, quàm voluntarius tendit ut habeat ipsum finem realiter, quod est perfectè habere ipsum, & hæc est secunda habitudo voluntatis ad volitum. Volitum autem non solum est finis, sed id, quod est ad finem. Ultimum autem, quod pertinet ad primam habitudinem voluntatis respectu eius, quod est ad finem, est electio. Ibi enim completur proportio voluntatis, ut completè velit id, quod est ad finem. Sed usus jam pertinet ad secundam habitudinem voluntatis, qua tendit ad consequendum rem volitam. Unde manifestum est, quòd usus sequitur electionem*. Ita D. Tho.

Ex quibus prob. concl. Tendens in finem per solam electionem mediorum nondum habet perfectè illum, sed tantum intentivè, vel affectivè, & intra

se

se ipsum, sive in volente, sed hoc etiam mili it de Deo, ergo præter electionem mediorum admittenda est etiam, sive in nobis, sive in Deo voluntas efficax executionis illorum, sive usus, vel decretum executivum ab eadem distinctum. Conseq. tenet, quia tendens per electionem mediorum ad finem intendit perfectè, & effectivè consequi illum, ergo si per solam priorem habitudinem, seu tendentiam voluntatis pertinentem ad ordinem intentivum nondū perfectè habetur, erit necessaria alia voluntas executiva, sive decretum executivum. Præmissæ etiam constant; ma. quidem, quia non habetur realiter, quòd est habere perfectè, ut ait D. Tho.: mi. verò, quia etiam in Deo sic præcisè habitus intentivè adhuc intelligi nequit, quòd habeatur realiter, seu affectivè quantum est ex parte objecti sic tantum voliti, sed solum affectivè, prout affectivè tantum conjungitur cum mediis.

Dices quoad D.Thom. ex Vasquez in dubitatione circa art.4. relatum non esse ad mentem D. Thom. constituere in nobis usum, qui sit actus voluntatis, sive elicitus ab illa, sed tantum imperatus, scil. per electionem, unde magis est actus aliarum potentiarum executivarum, qui fiunt ex motione illius) quàm voluntatis, nisi tantum imperativè. Conatur autem hanc suam interpretationem deducere ex eodem Angelico in art.1. in corp. versus finem, ubi ait. *Unde manifestum est, quòd uti primò, & principaliter est voluntatis tanquam primi moventis, rationis autem tanquam dirigentis, sed aliarum potentiarum, tanquam exequentium, quæ comparantur ad voluntatem, à qua aplicantur ad agendum, sicut instrumenta ad principale agens*. In quibus videtur manifestè asserere, quòd usus non pertinet ad voluntatem, nisi tantum motivè, vel imperativè.

Sed contra hanc explicationem in primis militant verba ultima ejusdem corp., nam statim subdit. *Unde manifestum est, quòd uti propriè est actus voluntatis*. Non potest autem dici propriè convenire actum alicui potentiæ, si tantum conveniat illi motivè, & imperativè, aliàs actus unius virtutis, quæ imperatur ab alia diceretur etiam proprius virtutis imperantis, ut apertè etiam ducet ibi qu.17. art.1. Eò vel maximè, quòd eodem art.1. q.26. ex professo inquirit D. Tho. utrum uti sit actus voluntatis (hic enim est titulus articuli); ergo dum concludit, quòd non solum est actus illius, sed etiam quòd propriè actus illius est, videtur omninò alienum ex vi præcedentium verborum velle D.Tho. excludere usum ab adæquata elicientia actuum voluntatis, & solum illi convenire motivè, vel imperativè.

Sed præterea ex principio corp. satis apertè indicat quid intelligat nomine usus, ad quem in verbis relatis, ait voluntatem se habere per modum moventis, aut tanquam primum movens, nempè non ipsum usum, de quo modo inquirimus cum eodem intra lineam volitivam, sed ipsam operationem potentiæ executivæ. Sic enim incipit idem corp. *Dicendum, quòd usus rei alicujus importat aplicationem rei illius ad aliquam operationem. Unde & operatio, ad quam aplicamus rem aliquam dicitur usus ejus: sicut equitare dicitur usus equi, & percutere est usus baculi*. In quibus duo asserit. Primum est, quòd usus importat aplicationem rei ad aliquam operationem, & de usu sic accepto dicimus cum D.Thom. esse actum elicitum à voluntate distinctum ab electione. Secundum est, quòd etiam operatio, ad quam voluntas aplicat, dicitur usus, & loquendo de isto, rectè dicit, quòd primò, & principaliter est voluntatis tanquam primi moventis, quia nempè voluntas est primum movens, quoad exercitium, & rationis tanquam dirigentis, & potentiæ executivæ tanquam exequentis, quia verò prædicta aplicatio ad operationem, propriè, & principaliter dicitur usus, & est actus voluntatis in hoc ordine executivo, concludit, quòd uti est propriè actus voluntatis, quod est intentum conclusionis, unde consonant in favorem illius ad mentis ejusdem Angelici.

2. Impugnatur solutio ex eodem textu citato ar.4. Nam ibi, ut patet, probat usum competere voluntati post electionē, quia voluntas duplicem habitudinem habet ad volitum, unam prout illud est in illa per proportionem; alteram ad habendum idem in re, sed utraque habitudo est propria, & intrinseca illi, cum utramque attribuat appetitui, sive naturali, sive voluntario, ergo conveniens voluntati secundum posteriorem habitudinem erit juxta D. Thom. proprius, & elicitus ab illa, & non tantum imperatus.

3. Nam in solutione ad 1. ejusdem art.4. sic ait. *Dicendum, quod ipsam executionem operis præcedit motio, qua voluntas movet ad exequendum, sequitur autem electionem, & sic cum usus pertineat ad prædictam motionem voluntatis, medium est inter electionem, & executionem*. In quibus tria manifestè asserit ad intentum concl., & in confirm. præcedentium impugnationum. Primum est, quòd motio, qua voluntas movet ad exequendum, est post electionem. Secundum verò, quòd usus pertinet ad hanc motionem voluntatis. Tertium autem, quòd mediat inter electionem, & executionem, sive quòd sequitur ad illam, & antecedit istam, ergo apertissimè non tantum rejicit interpretationem datam ut sibi alienam, sed in terminis profert nostram conclusionem, nempè quòd in voluntate detur usus, ut proprius illius actus distinctus ab electione, & ab actu potenciarum executivarum, cum quo illum solutio confundit.

4. Nam hoc ipsum repetit q.17. seq. art.3. ad 1., ubi inquit. *Dicendum, quòd non omnis actus voluntatis præcedit hunc actum rationis, qui est imperium, sed aliquis præcedit, scil. electio, & aliquis sequitur scil. usus, quia post determinationem consilii, quæ est judicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei, per quod agendum est, quod eligitur, & tunc demum voluntas alicujus incipit uti exequendo imperium rationis*. En iterum manifestissimè, quòd assiguando ordinem procedendi inter intellectum, & voluntatem, attribuit huic usum tanquam actum proprium illius sequutum ad electionem pertinentem ad ordinem intentivum, & etiam ad imperium pertinens ad executivum, & antecedentem executionam, ita ut imperium mediet inter electionem, & usum, quos dicit actus voluntatis.

Denique in 1.dist.1.q.1.ar.2. clariùs adhuc eandem tradit doctrinam circa medium corp. *Dicimus etiam aliquando uti eorum, quæ ad finem ordinantur .... Illud autem, quod est ad finem, inducitur ad finem suum tribus operationibus. Prima est operatio rationis præstituentis finem, & ordinantis, & dirigentis in ipsum. Secunda est operatio voluntatis. Tertia est operatio virtutis motiva exequentis. Uti autem* no-

nominat executionem ejus, quod ad finem ordinatum est: non secundum actum proprium alicujus motivarum virium, sed communiter præsupposita ordinatione in fine. Unde est actus voluntatis, quæ est universalis motor virium secundum ordinem ad rationem. In quibus D. Tho. duplicem usum distinguit; alterum pro ipsa inductione, vel perductione, qua id, quod ad ad finem perducitur ad illum, & ad usum hoc modo ecceptum tres asserit concurrere operationes. Alterum verò specialiter pro ipsa motione quoad exercitium, qua nempè voluntas movet vires executivas, & hanc expresè asserit importare usum, qui est proprius actus volantatiss. De D. Thom., argo tam possumus dubitere, quàm de luce meridiane.

Dices ergo secundò ex eodem retioni factę negando ma. quòd per alectionem nondum habeatur volitum perfectè, sive tantum affectivè, & non effectivè, quia cum electio, inquit, ectus efficax sit, que rationa neqoeat esse impossibilium juxta D. Tho. 1. 2. q. 13. ert.5. non unit voluntatem cum illo tantum, sed tendit ad illud habendum realiter, in quo distinguitur à simplici complacentia, quæ solum affectivè unit illam cum eodem, & ideò potest etiam ad impossibilia tendere.

Sed hæc solntio in primis pugnat apertè cum superiori doctrina D. Thom., ex qua formatur ratio adducta. Nam distinguit ibidem duplicem habitudinem voluntatis ad volitum, alteram, secundum quam non dum hadetur perfectè, sed solum per quãdam inclinationem, & propensionem, scil. adhuc effectivè intra se ipsam, & ed hanc dicit pertinere alactionam; aliaram verò, secundum quam perfectè, sive realiter, & effectivè, vel in se habet illnd, quod pertinet ad ordinem executivum.

Ex quo patat solutionem æquivocare inter efficaciam ordinis intentivi, qui terminatur ad electionam, & sistit intra lineam effectivam, & facit volitum haberi quidem, sed imperfectè, sive solum intra volentam, ut ait Div. Thom.; & afficaciam ordinis executivi ad quem pertinet imperium, usus & executio, & hæc solum facit haberi illud parfectè, sive raaliter, & in se, ut iterum ibi, & locis omnibus relatis docet D.Thom. Nam sicut tenemur distinguere utrumque hunc ordinem, ut communiter distinguunt Theologi, ita & tenamur distinguere actus utriusque, & dare illis efficaciam proportionatam juxta conditionem proprii, cum ergo ad priorem ordinem, ut dicebamus, spectent in hac serie prædestinationis, primò quidem cognitio omnium possibilium per scientiam simplicis intelligentiæ ex parte intellectus; deindè electio aliquorum prææliis ad gloriem ex omnibus illis, ex parte voluntatis, qui ectus etiam vocatur intentio finis, sive actus intentionis efficecis, quia versatur circe finem consequendum. Deindè iterum ex perte intellectus, jodicium, quo proponuntur medie apta, & congrua ad finis consecutionem, & ex partę volũtatis elius actus, qui simpliciter vocatur electio, quo Deus ex omnibus mediis propositis per actum judicii præcedentem, hæc potiùs eligit, quàm alia, & hic sistat ordo intentivus, non tenemur, neç possumus efficeciam hujus electionis extendere, vel confundere cum illa posterioris ordinis executivi, ad qnem (ut consequenter tenemur afferere, & jam probetum elt,) pertinet primò ex parte intellectus, imperium, quo præcipit voluntati, & intimat illi, ut hic, & nunc utatur mediis ab ipso approbatis, & postaà ex parte voluntatis sequitur actus, quo divine volunter actue vi, vel potẽtia executiva, sive sit proprius intellectus, sive alia distincta ab illo, juxte diversum probabilem modum dicendi, ut in superioribus explicetum est, & tandem actus axecutionis, qui sunt omnes actus, qui concurrere possunt ut requisiti à prima volitione gloriæ, usque ad illius consecutionem, & de quibus, ut constabit infra, (& præcipuè de illis tribue ex parte intellectus, scil. scientia simplicis intelligentiæ regulante electionam hominum ed gloriam, judicio regulante electionem mediorum, & imperio regulanta usum, nam de illis voluntatis non est difficultas, in quo illorum prædestinatio consistat.

Ex his potest impugnari solutio sic. Ut ea, quæ sunt ad finem, ponantur in re, & sint assecutiva illius, non sufficit ut fiat efficaciter intenta ex emore finis, & præelecta ad consequutionem illius, sed omninò requiritur ut hic & nunc voluntas moveat vim executivam ad illum consequendum, ut continno experimento patet in nobis, nam prior illa voluntas intantiva, & electiva facit quidem ut completà velimus illa, ut subtiliter innuit D.Th.art.illo 4., non tamen, ut assequamur in re, sed solum intra nos ipsos, unde ad assequendum in re, est necessaria vis efficax motiva executionis illorum, nam prior illa afficacia consumatur in affectu, itaut non egrediatur limites sui ordinis, ad faciendum volitum effectivè, vel in re habitum, aliàs utrumque confundimus, ergo prætar electionem erit necessarius aliue actus voluntatis pertinens ad ordinem executivum qoem dicimus cum D.Thom. usum, seù decretum executivum.

Expl. totum hoc. Nam hic est ordo in ordine ed finem, & media, quòd circa finem supposita ejus propositione per intellectum, duo actus versantur ax parte voluntatis, scil. simplex emor illius, & alter, qui, ut dictum est, efficax ejus intentio, in eo distinctus à primo, quòd ille præcisè afficitur circa bonitatem finis non curando de ajus consecutione, posterior verò respicit illum, ut consequendam in re, nondum tamen aplicat media approbata per judicium rationis, sed tantum eligit hæc præ aliis sistendo intre limitas sui ordinis, quia præcisa electio mediorum, etiam supposite efficaci intentione finis non spectat ad posteriorem habitudinam, vel ordinem axecutionis, sed tantum complet priorem, vel intentivum, ut ait D.Tho. Tum quia sæpè experimur nos efficaciter intendere finem, & eligere media, & tamen adhuc suspendimus, vel nondum accingimur ad execotionem mediorum electorum, ergo etiam circa media tenemur duoa actus distinguere, elterum, qui sit dilectio, vel electio eorum ex amore finis; elterum verò, qui sit aplicatio, val motio virtutis executivæ eorum ad finem in re consequendum. Et ratio est. Quia medium præcisè volitum ex amore finis, & volitum ut exercitè consecutivum finis sunt objecta formaliter diversa, nam primum est effectus finis; secundum verò causa physica illius, unde primum, ut dictum est, pertinat, & sistit intra ordinem intentivum, in quo præcedit finis; posterius verò ad executivum, in quo præcedunt media: quod enim est primũ in ordine intentivo, est ultimum in excutivo, ergo etiem utraque volitio eorum arit formaliter diversa, ac proinde præter electionem eorum, erit elios actus voluntatis necessarius ad executionem per modum motionis, & epli-

& aplicationis, scil. usus, ut perpetuò ait D. Th.

Aliter ergo rationi factæ respondet Vasquez, illam militare solum in nobis ob imperfectionem intellectus, qui non potest statim omnia media penetrare usque ad consecutionem finis, sed per varios actos pervenit ad plenam eorum cognitionem, unde sicut post judicium requiritur alter actus intellectus, ut plenè ad illam perveniat, ita post electionem etiam est necessarius alter actus voluntatis, scil. usus, ut finem in ea consequatur. Cœterum in Deo procedente ex perfectissima illorum cognitione, sicut post electionem non est necessarios alter actus intellectus ad pleniùs investiganda media, nec erit necessarius alter voluntatis ad executionem illorum, sed poterit hæc haberi ex vi ejusdem electionis &c.

Sed hæc solutio procedit ex fallacia non causæ, ut causæ. Non enim id affirmamus similiter de Deo ob aliquam imperfectionem intellectus, vel cognitionis divinæ, sed ut hactenus explicatum est, scil. ob diversam habitudinem, & diversitatem formalem objecti voliti ortum ex meritis utriusque ordinis intentivi, & executivi ordine inverso procedentium. Et quidem si quia cognitio divina perfectissima est, non est necessarius alius actus intellectus, quem nos statuimus per modum imperii; ad quid ipsi multiplicant scientiam mediam præter illam simplicis intelligentiæ, ad explorandum ante omnem determinationem, vel independenter ab omni decreto, aut ente illud, quod magis spectat ad iterum possibilitatis, vel ad objectum ejusdem scientiæ necessariæ, quàm liberæ, vel ad statum futuritionis:, quid sit voluntas nostra factura?

Deinde impugnatur ex priori doctrina. Non obstante, quòd cognitio finis sit perfectissima, adhuc ex parte illius assignantur duo actus voluntatis circa illum, scil. simplex amor, & efficax intentio illius, ergo quamvis etiam sit perfectissima in ordine ad media adhuc assignari poterunt alii duo voluntatis actos circa illa, scil. electio, & usos. Et ratio utriusque est proximè adducta, quia id non oritur ex imperfectione cognitionis, sed aliundè ex parte objecti nondum completè voliti, & ordinati hic, & nunc ad executionem, ut explicatum est.

Expl., & urg. hoc. Nam aliud est, quòd prædicta cognitio sit perfectissima, aliud verò quòd electio supponat illam ut completè eadem ordinantem usque ad executionem, sive ut hic, & nunc intimantem, vel imperantem voluntati usum, & executionem, Primum est verissimum, cum quodlibet prædicatum divinum, utpotè actus purus sit perfectissimum. Secundum verò est falsum, quia prout sic non ordinat, nisi juxta meritum ordinis intantivi, & objecti voliti intra illum, scil. per modum effectus finis, sive ut diligibilis ex amore illius, & non ut causæ illius, ut cognoscitur, vel ordinatur in posteriori ordine executivo. Sicut in simili dicebamus ex D. Tho. q. 1. de pot. art. 1. ad 2., quòd licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet, quòd omne illud, quod Deo attribuitur sit perfectissimum, sed quòd sit conveniens ad designationem perfectissimi, quod quidem habet per realem identitatem cum aliis divinis, ut ibidem ostensum est de intellectivo radicali, sive constitutivo divinæ naturæ, unde nulla in his arguenda est imperfectio in Deo, vel in suis prædicatis, imò magis arguenda esset ex opposito, si in casu tam intellectus. quàm voluntas divina non sic attingerent objectum juxta formalem eorum diversitatem, & meritum utriusque ordinis, & infinitæ suæ Sapientiæ.

Expl., & urg. ulteriùs ex dictis: (quod etiam deservit ad alias difficultates tum infra, tum alibi explicandas, & rectè percipiendas in distinguendis hujusmodi actibus, sive intellectus, sive divinæ voluntatis.) Quamvis Deus se ipsum, ut dictum est, & omnia alia à se cognoscat, & velit ab æterno, eodem simplicissimo actu intellectus, & voluntatis sine ulla prorsus reali distinctione formali, aut ex natura rei inter actum voluntatis, & intellectus, aut inter actum voluntatis, ut terminatur ad unum objectum, & se ipsum, ut terminatur ad aliud, unde etiam nulla prioritas realis, aut ex natura rei reperiatur in actu intellectus, & voluntatis respectu quorumcunque objectorum, cum realis prioritas sine reali distinctione imaginabilis non sit;) nihilominus, quia talis simplicissimus ad plura inter se realiter distincta se extendit, eminenter, virtualiter, aut fundamentaliter est multiplax, ac proinde nostro modo intelligendi eundem actum, ut terminatum ad unum objectum ratione ratiocinata, vel virtualiter distinguimus à se ipso ut terminatur ad aliud, & ita etiam priùs ratione concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, & penes hunc quoque modum concipiendi, diversa signa, aut instantia prioritatis, & posterioritatis distinguunt Theologi in actu utriusque potantiæ circa res producendas, itaut, sicut distinctio rationis in tali actu ex distinctione objectorum pensatur, & sumitur, sic etiam diversa signa, aut prioritates in illo ex prioritate, & dependentia objectorum, quam habent inter se, aut ex natura rei, aut ex divino beneplacito assignari debent; sed ita est, quòd in casu est hujusmodi diversitas, sicut & prioritas objectorum ut ostensum est ergo non obstante summa perfectione, & simplicitate divinæ cognitionis, sicut illum distinguimus ab actu voluntatis, sic pariter tenemur distinguere usum ab electione, & dare illis proportionatam prioritatem, & posterioritatem juxta meritum utriusque ordinis, ut dictum est.

Dixi, (& hoc obiter ad præfatum intentum,) ex ordine, quem habent objecta inter se ex natura rei, aut ex divino beneplacito, quia non est necessarium hunc ordinem, ac de dependentiam convenire ipsis ex natura rei independenter à divino beneplacito; ut alibi credidit Vasquez 3. p. ad qu. 1. disp. 11. c. 2.) Nam ut ostenditur ibi, & ipse etiam fatetur, Incarnatio non habet ex natura rei dependentiam à remedio peccati, & tamen priùs intalligitur volitum remedium peccati in aliquo genere causæ, quàm Christus, & Incarnatio. Sufficit ergo, quod ex divina ordinatione unum ab altero dependeat.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

Primò arg. ad probandum specialiter in divina voluntate non esse admittendum usum præter electionem, quidquid sit de nostra, de qua s. 2. ubi supra, ut præoccupemus materiam ibi examinandam, & interim videri potest Illustriss. Godoy hic disp. 59. §. 3. Quamvis in nobis admitteretur usus distinctus ab electione, non est tamē necessarium pona-

te illum sit in Deo, argo non tenemur illum admittere in illo; consequentia tenet, quia non tanę nor sine necessitate multiplicare, & maximè in Deo, obi est summa afficacia in suis actibus. Ant. verò prob., quia si admitteratur in illo, debaret esse ab æterno, sed non est admittendus ab ęterno, ergo: ma. cōstat ax dictis, quia nihil Deus potest vella in tempore, quod prius ab ęterno non voluit, nullus enim actus divinę voluntatis salva ejus immutabilitate potest temporaliter jncipere: mi. etiam, quia usus ut dictum est, est aplicatio potentiæ ad executionem, vel productionem effectus, sive creaturarum, ergo nisi velimus istas, vel effectum prædestinationis esse axecutum ab æterno, nequit admitti osus in Deo ab æterno, ut virtualitat distinctus ab electione.

Urg. hoc, Ex eo in nobis distinguitur usus ab alectione, quia potentia exacutiva est distincta ab intellectu, & voluntate, ac proinde est assignandus actua distinctus illius præter elactionem, sed in Deo non datur potentia executiva à voluntate, & intellectu distincta, argo nec dabet dari usus distinctus ab electione. §. Deinde u tantum est necessarius, in quantum Deus actu, qui dicitur usus, aplicat potantiam executivam ad operandum, sed hoc videtur falsum, argo; ma. patet ax dictis: mi. verò prob. quia per Thomistas supra q. 14., actus, quo Deus exequitur, vel operatur iutempore, est imparium, ut etiam coustabit infra, sed usus sequitur ad imperium, ergo non ast necessarius ad aplicandam potentiam exequtivam ad operandum.

Ad hoc dico in primis, quòd videtur solvendum à contrariis, nam si id ipsum præstat elactio, quod usus, eadem etiam debabit esse ab æterno non tantum quoad antitatem, sed etiam executionem, val aplicationem, ac proinda erit effectus creaturarū non tātum volitus ab æterno, sad etiam executus, quod nullus dicit, nisi velimus contra fidem, mundum ab æterno.

Pro omnibus ergo neg. ant. Ad prob. patet discrimen ex superioribus inter actus purè immanentes, sive inter respectus rationis, quem dicunt, & conveniunt Deo in ordine ad creaturas purè immanenter, vel prout in se ipso, aut etiā prout in saipsis, sed præcisè ut immutaturo; & inter illos, qui conveniunt illi in ordine ad illas ut immutanti, quòd licet omnes conveniant ab æterno quantum ad actualitatem, non tamen quantum ad denominationem, sad prioras tantum, posteriores verò dicuntur solum convenire temporaliter, ut ibidem de æternitata Dei explicatum est.

Unde ad illam dist. ma. deberet esse ab æterno, quoad actualitatem, vel perfectionem, conc., quoad denominationam aplicantis ad exaqutionem, neg., quia hæc non ast purè immanans, sicut denominatio eligentis, val volentis, quæ propterea, ut vidimus ax D. Th., solum habet objectum affectivè, vel prout in volenta, & non completè, vel in re, & ideò etiam non convenit Deo, ut immutanti, (sicut convenit denominatio utentis;) sed ut immutaturo. Unda nac ast necessarium, quòd trahat secum affectum executum ab æterno, sed tantum volitum. §. Hinc etiam ex eodam argumēto poterat sumi efficax ratio pro conclusione retorquendo illud. Si usus esset idem indivisibilitar cum electione, media electa non tantum essent volita ab æterno, sed etiam executa, sed hoc nullus dicit ergo tenemur ab illa eundem distinguere. Prob. ma. Nam si est indivisibiliter idem, sicut est electio ab æterno, pariter debat asse usus ab æterno, aliàs esset, & non esset electio ab æterno, sad quia hæc ast ab æterno, quæ est essentialiter actus voluntatis, objectum illius ast volitum ab æterno, ergo supposita omnimoda identitate usus cum illa, erit etiam axecutum ab æterno, conseq. tanet, quia usus pertinat ad lineam axecutivam, & est infallibilitar connexus cum executione, nec aliter convenit Deo nisi ut immutanti, & aplicanti, val axequenti, ut patet vel ex ipsa significationa vocis, unda sicut elactio importat insaparabilitar denominationem voliti, ita usus denominationem executi, quia licet non sit activè executio, est tamen motio, & aplicatio in actu 2. potantiæ ad operationem, & ideò dicimus elici à potantia movanta, quæ est voluntas, non ab axequente.

Ad 1. confir. claritatis gratia dist. ma., & quia etiam objectum ast formalitar distinctum comparativè ad sa, conc. ax eo præcisè, ut alibi explicatum est, neg., nam salva etiam identitate principii, val potentiæ, possunt multiplicari, & distingui actos formaliter inter sa ob minorē sui extensionem, vel limitationem, quia nempè objecta, quæ comparativè ad potentias, vel etiam habitus ob aorum amplitudinem, vel universalitatem matarialiter se habent, & ideò non sufficiunt ad multiplicandos habitus, vel potentias, sufficiunt tamen ad multiplicandos, vel distinguendos actus: Ex quo adhuc permissa mi.: neg. conseq. ob eamdem rationem. Sed deinde dist. illam. Non datur distincta, nec adæquatè, nec inadæquatè, vel saltem secundum diversitatem munerum, nego, adæquatè transeat, val conc., (quamvis non desint, qui velint illam adæquatè distinctam,) ut taman usus distinguatur ab electione, non requiritur distinctio adęquata inter potentiam axecutivam, & intellectum, & voluntatam, sed satis ast inadæquata, vel secundum munera, quia adhuc stat diversitas formalis objectiva inter utrumq; actum, sive inter seipsum, ut præcisè terminatur ad objectum, ut volitum pręcisè, vel tantum affectivè, & ut volitum axecutivè, vel effectivè, ac proindè etiam divarsa ast habitudo intar potentiam executivam, & inter intellactum, & voluntatem saltem inadæquatè in ordine ad illud sic diversimodè volitum, quod sufficit ad distinguendum virtualitar, vel adæquatè usum ab electione ob rationem, vel discrimen adductum. §. Ad 2. nego mi.. Ad illius prob. dist., est imperium sub conceptu dirigentis nego, exequentis, conc., & dist. mi.. Usus sequitur ad imperium sub conceptu dirigentis, conc., exequentis, nego.

Sed instas; nam actus imperii secundum priorem conceptum non distinguitur à se ipso secundum postariorem, virtualiter adæquatè, sad tantum inadæquatè, vel sola divarsitata munerum, argo non potest intar utrumque mediare actus voluntatis, sive usus virtualiter adæquatè ab imperio distinctus.

2. Quia de imperio Divino, ut supra dicebamus; similiter discurrendum ast, sicut de nostro seclusis imperfectionibus, sed nostrum sub utraque ratione, tam dirigentis, quàm efficaciter movantis præcedit usum, ergo pariter Divinum sub utraque præcedet illum. §. 3. Quia si semel in eodem indivisibili imperio, vel essentia ejus distingui possunt duo conceptus, inter quos madiet usus, pariter in eodam indivisibili actu voluntatis poterunt distingui tamquam duo inadæquati conceptus, scil. alectio, & usus, inter quos mediet imperium, & ad istud sequatur usus, ac proindè non erit necessarium multiplicare illum tan-

quam

quam actum virtualiter adæquatè ab electione distinctum.

Urg. hoc. Quia eadem facilitate probari posset, quòd imperium in præfatos duos conceptus partiri deberet tanquam in duos adæquatè virtualiter distinctos, vel si sola sufficit inadæquata distinctio, aut sola diversitas munerum salva identitate, vel unitate assentiæ in imperio, pariter sufficiet in electione salva unitate, & identitate inter illam, & usum cum sola diversitate munerum. Prob. sequela, nam ideo per nos distinguitur electio adæquatè virtualiter ab usu, quia inter illam, & usum mediat imperium, ergo si pariter inter imperium, ut dirigens, & exequens mediat usus, idem pariter imperium ut dirigens distinguetur virtualiter adæquatè à se ipso, ut exequente. Nam ex hoc probat D. Tho. q. illa 17. ex p. 2. ar. 3. ad 1. distingui electionem ab usu, quia electio præcedit imperium, & usus sequitur ad illud.

Ad primam nego conf., immò etiam suppositum, quòd distantia inter hujusmodi extrema, seu conceptus, cum sit solum quantitativa quantitate virtutis, non molis, debeat proportionari, aut metiri, cum ta, vel conceptu, aut actu, qui mediat inter illa, sed magis cum ordine, quem servant principia, vel potentiæ inter se in attingentia suorum objectorum, unde aliundè sumitur distinctio actuum, ut dictum est, scil. ex diversitate objectorum, aliundè verò ordo, seù sequela mediata, vel immediata inter illos, scil. ex modo procedendi, quem tenent potentiæ, vel principia in tendentia ad sui objecta, juxta meritum vel ordinem attingibilitatis eorum, sive habitum ex natura rei, ut dictum est, sive ex divino beneplacito. Patet solutio in pluribus exemplis, nam juxta probabilissimum modum dicendi, (de quo t. 2. q. 113. ad art. 8.) eadem est gratia, ut auxilians, & ut justificans cum sola distinctione rationis, vel diversitate munerum, & tamen inter utrumque conceptum mediant dispositiones, seu motus liberi arbitrii, qui proinde ut est efficienter ab illa sub munere auxiliantis, est quid posterius in hoc genere, præcedit tamen in genere causæ materialis dispositivè ad illam sub munere formæ perfectæ, ut similiter dicitur de aliis operationibus supernaturalibus, respectu auxilii supernaturalis, itaut collatio istius dicatur pendere à libera supernaturali operatione nostræ voluntatis, quatenus hæc licet in genere causæ efficientis sit posterior auxilio, vel infusione ejus, quia nempè ab eodem efficienter procedit, in genere tamen causæ materialis dispositivæ dicitur prior illo, qua etiam ratione dicitur esse in nostra potestate, ut alibi explicatum est in materia de auxiliis, non quidem ut aliquid producibile à nobis, sed quia collatio ejus pendet, vel est posterior operatione nostra in hoc posteriori. §. Item Intellectio, ut dictio est, sola gaudet distinctione inadæquata à se ipsa, ut contemplatio est, & tamen inter utrumque hoc munus, mediat verbum deserviens contemplationi. Denique relatio Divina, v. g. Paternitas sub munere formæ hypostaticæ distinguitur à se ipsa sub munere referentis in exercitio ad filium sola eadem distinctione inadæquata, vel munerum, & tamen inter utrumque mediat generatio. Optimè ergo stabit distantia, vel distinctio inadæquata, vel munerum inter utrumque conceptum dirigentis, & exequentis in imperio cum adæquata usus ab electione.

Ad 2. nego mi., & etiam suppositum, quòd nostrum imperium habeat talem efficaciam, ut idem indivisibiliter secundum unum munus dirigentis, vel intimantis usum habeat præcedere illum, & secundum alterum exequentis subsequatur, itaut obtineat rationem potentiæ executivæ; sed tantum in nobis intimat voluntati, ut aplicet potentiam executivam, in qua finitur operatio, nam in nobis vires executivæ sunt extra intellectum, & voluntatem, quod non militat de Deo, cujus operatio ad extra, ut dictum est, est imperium efficax, & volitio ejus virtualiter transiens, unde non indiget viribus executivis extra intellectum, & voluntatem, & consequenter optimè potest idem ejus imperium se extendere ad executionem, itaut inter munus utrumque illius, ut dirigentis, & exequentis mediet usus. Hanc enim efficaciam habet inter eundem ordinem executivum, ut sine distinctione adæquata utrumque munus obtineat, quod quidem negare non poterit opposita sententia, quæ vel etiam intra diversum ordinem, ad quem spectant electio, & usus, scil. intentivum, & executivum, contendit posse identificari in electione.

Ad 3. nego sequelam, tum quia respectu electionis, & usus est diversitas objectiva formalis, & diversitas ordinis, ut dictum est; tum etiam separabilites, nam plures benè eligunt, qui tamen non exequũtur, cujus tamen oppositũ est in imperio efficeci, non enim stat, quòd dirigat voluntatem intimando illi usum, vel aplicationem potentiæ executivæ, & non poni infallibiliter executionem, sive à potentia executiva distincta ab intellectu, & voluntate, sive ab intellectu, ut obtinet rationem potentiæ executivæ; unde optimè potest ex utroque conceptu dirigentis, & exequantis constitui una integra essentia imperii, non tamen ex conceptu electionis, & usus.

Quòd si instes nunquam separari in Deo electionem ab usu, cum non stet semel Deum eligere aliquem ad gloriam, & illum non consequi illam, quidquid sit in nobis ob flexibilitatem arbitrii, ergo si ex inseparabilitate in imperio unius muneris ab alio arguitur identitas utriusque in illo, argui etiam poterit in Deo identitas actualis electionis cum usu.

Respond. in primis ex discrimine addncto nos non præcisè arguere distinctionem inter electionem, & usum ex præcisa separabilitate, & inseparabilitate, sed ex aliis etiam capitibus assignatis, quæ non militant, ut dictum est, de munere dirigentis, & exequentis in imperio Divino.

2. Resp. rectè argui ex separabilitate pro formali, itaut quando duo ex sui rationibus formalibus, & ex vi propriè lineæ sunt separabilia, etiam in supremo analogato, scil. Deo distingui debent, cum potissimum signum distinctionis sit separatio, (quamvis enim ut ostendimus in logicis, & alibi, non omnia, quæ distinguuntur etiam realiter, sint realiter separabilia, ut patet in relativis, quæ tamen semel separantur, aut ex propriis sunt separabilia, realiter distingui debent, aut virtualiter. Unde in forma dist. ant. Nunquam separatur electio in Deo ab usu; hoc ipsum exigente illa pro formali, nego, pro materiali ob immutabilitatem Divinæ voluntatis efficacis, vel consequentis conc. Nam quantum est ex vi præcisa lineæ intentivæ, vel objecti sic præcisè voliti intentivè, vel affectivè, adhuc non habetur objectum infrustrabiliter, vel immutabiliter volitum, ut explicatur infra, præcisio enim rei non infert rationem voliti, nisi intra volentem, & non in te, quod etiam mili-

militat in Deo, quamvis ob eandem immutabilitatem Divinæ voluntatis semper sit conjungendum cum sui executione, quod non tollit separabilitatem electionis ab usu, quantum est ex propriis utriusque: eò vel maximè, quod ad distinctam lineam, & ordinem spectent, cum diversitate etiam formali objectiva, ut dictum est. Cœterum in imperio prædicta duo munera sunt efficacia intra eundem ordinem effectivum cum intimatione aplicationis hic, & nunc ad opus exequendum, ac proindè infallibiliter ex propriis conjungitur imperium cum executione, aliàs imperium efficax non esset. Unde cum ad istud sequatur motio activa ex parte voluntatis, cui necessariò, & indispensabiliter est connexa motio passiva potentiarum, & huic existentia objecti, infallibiliter sequitur executio, itaut supposito, quòd Deus non neget concursum ad imperium, & usum, non stat negari ad executionem.

Ad confirmat. superioris instantiæ nego sequelam. Ad prob. vel nego causalem præcipuè, et adæquatam, vel dist. mediat imperium, et spectans ad distinctam lineam, vel ordinem, scil. effectivum conc., quia præcisè mediat, nego. Nec D.Thom. præcisè probat electionem distingui ab usu, quia inter illam, & usum mediat imperium, sed solum vult ibi non debere usum præcedere imperium, (de quo ibi inquirit,) quia nempè inquit. *Nam omnis actus voluntatis pracedit hunc actum rationis, qui est imperium, sed aliquis scil. electio, & aliquis sequitur, scil. usus.* Cujus etiam rationem subdit. *Quia post determinationem consilii, qua est judicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei, per quod agendum est, quod eligitur, & tunc demum voluntas alicujus incipit uti exequendo imperium rationis.* In quibus specialiter loquitur de ordine istorum, seu de præcedentia, & sequela eorum non præcisè de distinctione, unde rectè infertur non esse idem, actum, qui præcedit imperium, cum illo, qui illud sequitur, non ex sola mediatione, sed ex aliis capitibus, ut probatum est.

2. Arg. (& est replica) in eodem actu intellectus, sive in imperio sine distinctione virtuali adæquata cum sola inadæquata, vel inuenerum invenitur per nos utraque formalitas, vel conceptus dirigentis, & exequentis, ergo pariter in eodem voluntatis, sive in electione inveniri poterit utraque formalitas eligentis, & aplicantis, sive tendentiæ affectivæ, & effectivæ; cum non videatur major ratio de his, quàm de illis. §. Dices esse discrimen jam assignatum, quòd respectu istarum est diversitas formalis objectiva, non tamen respectu priorum, nam tendentia affectiva est ad objectum ut intrà voluntatem, ut dictum est, affectiva verò est ad illud, ut in re, & quia prout sic diversimodè movet voluntatem, exigit diversos illius actus secundum diversam sui formalem attingibilitatem prout solum terminat in effecto, & prout in re. Cęterum tendentia directiva, & executiva non habent objectum sic formaliter distinctum, quia formalitas exequibilitatis, secundariò tantum se habet respectu intellectus ad illam dirigibilitatis. Et ratio est, quia exequibilitas respectu naturæ intellectualis nequit esse objectum primariæ tendentiæ illius, nam cum hæc natura, vel potentia illius adæquatè dividatur in intellectum, & voluntatem, etiam objectum potentiæ illius dividitur adæquatè in bonum, & verum, unde omnis alia formalitas tantum potest esse secundaria, ac proindè insufficiens ad specificandum actum distinctum ab imperio.

Sed contra hoc est, quia hæc solutio videtur potiùs urgere paritatem adductam, quàm solvere illam ergo. Prob. ant. Nam ideò exequibilitas respectu intellectus, ut dicit solutio, est formalis tantum secundariò, & ideò insufficiens ad specificandum actum distinctum ab imperio, quia potentia naturæ intellectualis adęquatè dividitur in intellectum, & voluntatem ergo si semel hac ratione est secundaria respectu intellectus, itaut inadæquatè se habeat, vel secundariò ad formalitatem dirigibilitatis, & consequenter etiam sit insufficiens ad distinguendum imperium à se ipso ut dirigente, pariter inadæquatè se habebit, vel secundariò respectu voluntatis, & erit insufficiens ad distinguendum adæquatà habitudinem tendentiæ affectivæ ab effectiva, sive electivæ ab aplicativa, aut usum ab electione.

Resp. rectè assignari discrimen ob diversam rationem formalem objectivam, quidquid pro nunc sit de ratione ejus adducta ex divisione adæquata potentiæ naturæ intellectualis in intellectum, & voluntatem excludente ab illa aliam potentiam executivam ab illis adæquatè distinctam ut in superioribus dictum est, & agitur etiam infra ad quæst. 25. Dicimus ergo objectum utriusque, scil. electionis, & usus negari non posse, quòd sint formaliter distincta, nam cum media intrà ordinem intentivum, ut vidimus, (ad quam pertinet electio) se habeant ut effectus finis, intrà verò executivum, (ad quem pertinet usus,) ut causa illius, ac proindè magis, ut finis saltem negativè, quatenus in isto ordine non amantur propter se positivè, quia lo *propter* denotat causam finalem, (quæ solum exerceri potest intra ordinem intentionis;) non possunt non habere distinctam attingibilitatem formalem. Undè hac ratione dicimus decretum efficax intentivum gloriæ, quæ est finis meritorum non specificari à meritis, sed à gloria intenta, quia per hoc decretum attingitur gloria, ut causa meritorum, non autem ut effectus illorum. Et ideò etiam non esse actum justitiæ, sed liberalitatis: è contrà verò decretum executivum illius non à gloria, sed à meritis specificari, quia licet gloria sit finis non tamen attingitur per istud decretum ut causa illorum, sed ut effectus, unde non est liberale, sed actus justitiæ remunerativæ, de quo infrà. Cæterum utraque formalitas dirigentis, & exequentis in imperio, cum sit intra eundem executivum, non habet hanc diversitatem causæ, & effectus in meritis executis, ac proindè nec formalem objectivam.

3. Arg. si in ordine executivo esset necessarius usus distinctus ab electione pariter esset necessarius in intentivo distinctus ab intentione, & electione, consequens non videtur admittendum, ergo, conseq. tenet, quia non videtur ma. ratio de uno, quàm de alio: mi. etiam constat, quia aliàs ad talem usum in illo ordine deberet præcedere imperium, sicut præcedit per nos in ordine executivo, sed hoc esset procedere in infinitum, nam ad illud imperiū deberet præcedere voluntas applicativa intellectus ad imperandum, & rursus hanc voluntatem præcedere intellectus imperans illam ad utendum, & sic in infinitum: ma. verò prob. quia supposita intentione finis voluntas aplicat intellectum ad consultandum, & supposita electione mediorum utitur intellectu ad imperandum, ut vidimus ex D.Thom. 1.2. quæst. illa 16. ar. 4. in fine corp., ubi expressè tradit hoc ipsum illis verbis.

his. Sed quia voluntas etiam quodammodo rationem movet, & utitur ea, potest intelligi usus ejus, quod est ad finem secundum quod est in consideratione rationis referentis in ipsum finem, & hoc modo usus præcedit electionem; ergo si semel esset necessarius post electionem distinctus ab illa, pariter esset necessarius ante illam distinctus ab eadem, & intentione.

Ad hoc omissis variis solutionibus, quas hic adducit, & impugnat Illustriss. Godoy §. 3. ad 4. resp. ex proximè dictis ex eodem. Nam quòd usus ab electione distinguatur, ex hoc specialiter provenit, quia est diversa attingibilitas, vel appetibilitas in mediis ad ordinem executivum spectantibus, ut ostensum est, & ideò est necessarius præter illam, ut voluntas aplicet intellectum ad imperandum, quæ tamen diversitas non reperitur in imperio, unde non tenemur sic multiplicare utrumque in ordine intentivo, istud quidem, ut distinctum ab actu consilii, vel judicii regulantis electionem, usum verò ab intentione, & electione, sicut multiplicamus in ordine executivo.

Sed instas, Sicut media habent diversam appetibilitatem, alteram per modum amabilis pertinentem ad ordinem intentivum, alteram per modum exequibilis pertinentem ad executivum, ità pariter habet imperium, cum sit amabile, & exequibile, ergo sicut hac ratione in mediis ut adhuc ordinem pertinentibus est diversa formalis ratio objectiva sufficienter ad multiplican lum in isto, pariter erit diversa in imperio ad multiplicandum in illo.

Resp. cum eodem dist. antec. ità pariter imperium diversam habet in ordine directo nego; reflexo, conc.; vel sub aliis terminis iterum dist., in ordine valuti speculativo, nego, reduplicative conc. sicut enim in simili superius quæst. 12. ad ar. 1. dicebamus de objecto speculativo intellectus creati, sive ente ut sic, quod illud ingreditur etiam ens supernaturale, non reduplicativè, & veluti reflexè sed, sub communi ratione entis, ità ut solum priori modo distinctam habeat intelligibilitatem ab eo te, non posteriori sed eandem cum illo, ità similiter imperium distinctam habeat appetibilitatem in ordine reflexo, in quo voluntas supra suos actus, & actus intellectus reflectitur, non in directo.

Quòd si hujus rationem inquiras, cur scil. in ordine directo non attingatur imperium quatenus exequibile, & consequenter non specificet actum ab electione distinctum. §. Ad hoc respondet idem Illustriss. reponendo aliud quæsitum, nempè cur imperium, & si amabilitatem habeat ad ordinem intentionis spectantem, non tamen terminet in ordine directo electionem, per quam expressè appetatur, ut medium. Hujus enim ratio est solutio difficultatis positæ. §. 2. *Resp.* ergo ex eodem simili, quòd sicut idem ens supernaturale formaliter ut tale, non terminat nisi actum spectantem ad ordinem supernaturalem, propter excessum ad vires naturæ, sive ad ordinem naturalem, ità similiter imperium quatenus exequibile non terminat nisi actum spectantem ad ordinem reflexum, propter excessum, ut sic dicamus, ad ordinem directum; sicuti, & electio terminata ad illud, ut ad ordinem intentionis attinens, constituta est intrà ordinem reflexum; Unde sicut hac ratione in ordine directo, in quo voluntas fertur ad res, imperium non terminat electionem expressè prout spectat ad ordinem intentionis, ità nec terminat usum, quatenus actio est ad ordinem executionis, quia illud præcedat, & ab illa distinctus sit, sed magis in hoc ordine eundem præcipit, & antecedit sub munere dirigentis, ut dictum est, licet sequatur sub altero exequentis. Alia argumenta producuntur 1. 2. ubi supra.

§. III.

Statuitur secunda Conclusio de necessitate imperii.

PRæter judicium regulans electionem mediorum, admittendum est in Deo imperium, regulans usum, & electionem, ità communiter Thomistæ, quos sequuntur alii superiùs relati ex societate. Sed pro intelligentia adverto imperium convenire illi, non videri dubitandum, ut patet ex illo Genes. 1. *Dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & vidit lucem, quod esset bona &c.* Ubi addictionem Dei, quæ est actus intellectus, secuta est efficaciter formatio lucis; constat autem imperium aliud non importare, quàm ordinationem, quæ actui intellectus convenit cum efficacia executionis. Unde Aug. lib. imperfecto de Genes. ad literam cap. 5. inquit. *In eo, quod dixit, imperium eius intelligitur. In eo, quod factum est, potentia. In eo, quod placuit benignitas.* Clariùs Matt. 8. vers. 26. *Imperavit ventis, & mari, & facta est tranquilitas magna &c.* v. 27. *Quia venti, & mare obediunt ei.* In quibus verbis non solum exprimitur imperium, sed taliter efficax, ut statim cessaverit tempestas, & facta sit tranquilitas, scil. ventis, & mari illicò obedientibus ei, quod propriè (scil. obedientia) correspondet imperio, seu præcepto; ergo in ordine ad creaturas admittendus est in Deo actus imperii. Difficultas ergo specialiter est respectu sui, & de illo, hoc 2. modo loquitur concl.

Sic intellecta sumitur ex D. Thom. quæst. antec. art. 1. ad 1. ubi ait. *Dicendum, quòd secundum Philos. in 6. Ethic* (scil. cap. 9. & 10.) *Prudentia propriè est præceptiva eorum, de quibus eubulia rectè consiliatur, & synesis rectè judicat. Unde licèt consiliari non competat Deo, secundum quòd consilium est inquisitio de rebus dubiis, tamen præcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet, competit Deo secundum illud psalm. Præceptum posuit, & non præteribit, & secundum hoc competit Deo ratio prudentiæ, & providentiæ.* Et in hac etiam quæst. art. 4. in corp. inquit. *Quòd prædestinatio est pars providentiæ. Providentia autem sicut, & prudentia est ratio in intellectu existens præceptiva ordinationis aliquorum in finem.*

Ex quibus prob. concl. In Deo est prudentia, sicut in illo etiam sunt aliæ virtutes morales directivæ prudentiæ, procedit eamque in eisdem actibos sapientissimè, & ordinatissimè; sed proprius actus prudentiæ, ut distinguitur ab eubulia, & synesi est imperium, seu præcipere, & imperare, ergo est in Deo admittendum respectu sui præter judicium regulans electionem: mi. est D. Thom. proximè relati, & iterum 22. quæst. 47. art. 8. in corp. ubi eam probat ex professo dicens. *Prudentia est recta ratio agibilium, unde oportet, quòd ille sit præcipuus actus prudentiæ, qui est præcipuus actus rationis agibilium. Cujus quidem sunt tres actus, quorum primus est consiliari, quod pertinet ad inventionem.*

Nam

Nam cõsiliari est quærere. Secundus actus judicare de inventis, & hoc facit speculativa ratio; sed practica ratio, quæ ordinatur ad opus procedit ulteriùs; & est tertius actus ejus præcipere, qui quidẽ actus consistit in aplicatione consiliatorum, & judicatorum ad operandum. Et quia actus est propinquior fini rationis practicæ, inde est, quòd iste est principalis actus rationis practicæ, & per consequens prudentiæ. Cujus etiam tradit signum subdẽs. *Quòd perfectio artis consistit in judicando, non autem in præcipiendo. Ideò reputatur melior artifex, qui volens peccat in arte, quasi habens rectum judicium, quàm qui peccat nolens, quod videtur esse ex defectu judicii. Sed in prudentia est è converso, ut dicitur* in 6. cap.5. *Imprudentior enim est, qui volens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentiæ, qui est præcipere, quàm qui peccat nolens.* Et quæst.51. ibidem iterum probat ex professò eubuliam distingui à prudentia, quia hæc est præceptiva, illa verò consiliativa. Nam *actus*, inquit; *ordinati ad opus sunt diversi, nec habent eandem rationem bonitatis. Ex alio enim efficitur homo bene consiliativus, & bene judicativus, & bene præceptivus. Quòd patet ex hoc, quòd isti aliquando ab invicem separantur, & ideò oportet aliam esse virtutem eubuliã, per quam homo est benè consiliativus; & aliam prudentiam, per quam homo est bene præceptivus. Et sicut consiliari ordinatur ad præcipere tanquam ad principalius, ità etiam eubulia ordinatur ad prudentiam tanquam ad principaliorem virtutem.* Vid. etiam art.4. præcipuè ad 2., & lect.8. super cit. lib.6. Eth. Ubi docet eubuliam esse rectitudinem consilii ad finem bonum simpliciter per vias bonas, & tempore convenienti. Et lect. 9. habet. *propter quòd circa eadem quidem prudentia est, & synesis* Et statim subdit. *Non est autem idem, synesis, & prudentia Prudentia equidem præceptiva est, synesis autem judicativa solum*: argo juxta D. Thom., & veritatem negari non potest in Deo esse imperium, nisi velimus in illo non essa prudentiam,

Respondet nihilominus Vasq. in 1. 2. disp. 49. cap. 5. n.29. apud Illustris. Godoy hic §. 5.,& Mag. Ferre §.8., tam rationi, quàm utrique authoritati, scil. D. Thom., & Philos. negando imperium esse proprium actum prudentiæ; Et quòd etiam Philos. voluerit ibidem distinguere synesim à prudentia, quòd hæc sit benè præceptiva, & illa benè judicativa, sed accipere imperium, seù præceptum pro judicio, quo prudentia præscribit id, quod est agendum. Quam interpretationem conatur suadere ex eo, quòd Aristol. loquitur ibi de actu prudentiæ, qui præcedit electionem, aliàs prudantiæ actus non esset necessarius ad studiosam electionam. Certom est antem, quòd actus prudentiæ antecedens electionem nullo modo est imperium. Nam istud propriè tale sequitur ad illam, ut nos contendimus, Nec etiam potest esse præcipons actus prodentiæ. Tota enim difficultas virtutis in bona electione consistit. Undé in hoc ex mente Philos. vult esse descrimen inter prædictas virtutes, quòd prudentia est benè judicativa, directè deducendo judicium de agendis per consultationem; synesis verò reflexè, quatenus reflectens suprà judicium factum à prudentia, propriè judicat, rectè, & juxtà regulas prudantiæ essa factum, sive judicatum esse.

Sed hæc solutio, quam sit aliena tum à veritate, tum à mente utriusque constare potest, tum ex textu, tum ex superiori discursu D.Tho. Ex quo efficaciter convincitur, quàm propriè conveniat prudantiæ actus ille principalis rationis practicæ. scil. præcipere, ut contra distinguitur à prædicto judicio præcedente electionem. Tum quia si in hoc judicio consisteret, manifesté inverteretur ordo prædictarum virtutum, sic enim magis prudentia ordinaretur ad Synesim, quàm ista ad prudentiã, si semel istius actus judicandus est, & aprobandus à Synesi, cum tamen sicut consiliari, vel judicare ordinantur ad præcipere, tanquam ad principalius, ita Eubulia, vel Synesis ordinantur ad prudentiam tanquam ad principaliorem virtutem, ut ait D. Tho. ar. illo 2.q.51., unde etiam subdit, quòd sicut sine charitate nulla est virtus, (scil. quantum ad perfectionem,) ita nulla est virtus moralis sine prudentia. Et ratio est etiam manifesta, quam priori loco insinuat D. Tho., quia eò virtus, & actus ejus est principalior, quò propinquiùs accedunt ad finem, sed ad finem rationis practicæ propinquiùs accedit prudentia per actum præcipiendi, ut contradistinctum ab eodem judicio ergo non istud, sed imperium rigorosè sumptum erit præcipuus, & principalis actus prudentiæ.

Urg, totum hoc. Quia ut etiam insinuat, ubi supra, isti actus benè consiliari, benè judicare, & præcipere propriè sumptum, ut contradistinguitur à judicio regulante electionem, sunt ab invicem separabiles, ut etiam constabit, & patet moltiplici experimentò, nam plures sunt benè consiliativi, & judicativi, & tamen nesciunt imperare, sive deficiunt in imperando, ergo nequit imperium conveniens prudentiæ juxta D.Tho., & Philos. confundi cum judicio antecedente electionem, vel regulante illam, ac proinde tenemur omninò admittere illud, distinctum ab omni priori judicio, & cum non possit alteri virtuti convenire, ut patet, inductivè, tenemur pariter admittere illud, ut actum proprium prudentiæ. Et hæc est etiam alia optima ratio pro conclusione.

Ex his etiam satis, constat, quàm longè distat à mente utriusque, & quoad D.Tho. est luce meridiana clarius, ut patet ex locis adductis, (in quibus ut dictum est, id apertissimè affirmat, sed etiam efficaciter probat, tum ratione, tum exemplo, vel signo in ipsa. Quoad Philos, etiam. Tum quia expressè ambo afferunt Synesim distingui à prudentia, quia illa est bene judicativa, hæc verò præceptiva. Tum quia Philos. docet utramque versari circa idem, alteram judicando, alteram præcipiendo, at si Synesis non judicaret directè de agandis, sed reflexè de judicio prudentiæ non versarentur circa idem, cum res, & judicium non sint idem, ut rectè arguunt nostri, ergo nequit esse ad mentem Aristotelis prædicta interpretatio.

Urg. hoc. Nam ad judicandum reflexè de eodem judicio prudentiæ non est necessarius habitus distinctus ab illa, sed sufficit eadem prudentia, sicut ad judicandum reflexè de actu scientifico, vel de rectitudine eius sufficit idem habitus scientiæ, & non est necessarius alius distinctus, sed ut fatetur Vasquez ex mente Arist. Synesis, & prudentia sunt habitus distincti, ergo actus Synesis non est judicium reflexum de judicio prudentiæ, sed directum de rebus agendis, & consequenter inter utramque discrimen in hoc potissimum consistet, quòd prudentia sit præceptiva imperio propriè dicto, & Synesis solum judicativa.

Ex quibus etiam patet contra id, quod ait, diffi-

cul-

cultatem consistere in studiosa electiona, imò in executione operis, cum plures daficiant in praxi, ut dictum ast, & insinuat D.Th. ubi supra, (qui tame i sunt rectè cosiliativi, & electivi,) quia nesciunt imperara, & quia plura occurunt practicè superanda, quorum propterea victoria, non habetur præcisè ex vi boni consilii, & rectæ electonis, juxta illod communa effatum dignus arat imperio si non imperaret. Sicut in simili supra dicebamus quæst. 12. ad art. 1., quòd licet visio Dei rectè cognoscatur ab habente lumen fidei, nil mali secundum se includare, ac proindè essa summè appetibilem, itant si samel aliciatur actus circa illam secundum se considaratam, non possit iste esse nolitio, fuga, vel odium, nihilominus ratione alicujus adjuncti, v.g. propter difficultatem in assequendo, multi deficiunt ab assecutione ejus respuendo illam.

Nec atiam obstat, quod ait Aristotelam cap. 5. attribuere prudentiæ hoc, quod est bena consiliari; quia ut explicat D. Thom. eodem art. 2. qu. 51. ad 1. *Ad prudentiam pertinet benè consiliari imperativè, ad Eubuliam autem elicitivè.* Nam ut prosequitur ad 2. *Ad unum finem ultimum, quod est bene vivere totum, ordinantur diversi actus secundum quendam gradum. Nam pracedit consilium, sequitur iudicium, & ultimum est praceptum, quod immediatè se habet ad finem ultimum. Alii autem duo actus remotè se habent, qui tamen habent quesdam proximos fines. Consilium quidem inventionem eorum, qua agenda sunt, iudicium autem certitudinem. Unde ex hoc non sequitur, quòd Eubulia, & prudentia non sint diversa virtutes, sed quod Eubulia ordinatur ad prudentiam, sicut virtus secundaria ad principalem.* In quibus clarè docet, & probat, quòd consiliari, & judicare elicitivè partinant ad Eubuli..., & Synesim, quia versantur circa fines proximos utriusque virtutis; imperativè varò ad prudentiam, quia cum hæc respiciat immediatè finem ultimum totius humanæ vitæ, ad illam pertinet imperare alios actus, qui ramotè, val mediatè ordinantur ad illum. Sicut quia ad charitatem pertinet finis ultimus beatitudinis, ad illam pertinet imperare cæteras virtutes, val actus aatum, quæ mediatè, vel remotè ordinantur ad illum, unde etiam ordinantur ad charitatem, sicut ad principalem.

2. *Prob.* concl. ratione jam insinuata. Ubi suot diversa objecta formaliter, debent esse actus circa illa distincti formaliter, sad media, ut aliganda, & ut axequenda sunt diversa formaliter, argo imperium versana circa illa ut axequenda erit distinctum formaliter à judicio versante circa illa ut eligenda, ac proinde erit necessarium præter judicium regulans electionem. Ma. est certa, nam penes objectum distinguntur actus, habitus, & potantiæ, ut latè in logicis, & alibi explicatum ast: mi. verò prob. ex dictis. Tum quia media ut eligenda pertinent ad ordinem intentivum, ac proinda, ut dictum est, comparantur ad finam ut effectus illius; ut varò exequenda spectant ad executivum, & sa habant ut causa finis. Tum qoia, ut proximè dicebamus, in hoc ordine plures occurrunt difficultates, quæ divertunt animam, & etiam ratrahunt ab axequutione finis, etiam postquam certissimè judicatum est esse summè appetibilem, argo in transitu ab ordina intentivo ad executivum, sive in executione operis est necessaria distincta regula ob diversitatam formalem, val difficultatem medii ut exequendi; quod tam perspicuum est in ordine ad finem vitæ æternæ, præter innumera experimenta in humanis, & præcipuè ad finem ultimum totius vitæ. quem respicit prudentia, ut nec dubitari posse videatur.

Quòd si huic, & superioribus dicas rapugnare, quòd aliqui sint bena eligentes loquendo da electione, de qua modo loquimur, & ad quam propterea requiritur nova propositio intellectus; & deinda sint malè exequentes, nam omnis efficacia imperii, qood à nobis assignatur, oritur ax electione efficaci, undo si semel supponitur recta electio, supponenda est etiam recta executio, quia hæc ad illam naturaliter consequitur. §. In contra hoc ast. Nam licet naturaliter loquendo supposita efficaci electione, natura faciat impetum, ut sic dicamus, ad executionem, adhuc taman ob difficultates occurrentes in exequendo, aliquando retrocedit, & voluntas etiam frigescit circa efficaciam, ergo licet efficacia imperii oriatur ax efficaci electione, non tamen inferenda est executio statim posita efficaci alectione. Unde aliud est, quòd ax efficacia electionis oriatur efficacia imperii, aliud verò, quòd semper, quòd præcedit electio efficax sequatur imperium, & consequentar executio. Hoc secundum negamus, tum ob rationem traditam, quia occurrit nova difficultas in executione, tum ob multiplex experimentum, ut dictum est. Tum quia arduitas negotii axequendi, quando agitur solum de intentione finis, & electione mediorum, respicitur à longè, unde cum proponitur executio tanquam instans, seù immineus, sicut de proximo inspecta magis terret, ita necessariò requiritur nova propositio intellectus supra actus præcedantes quæ difficultatem executionis soperet, & de convenientia intimet voluntati ad usum, vel aplicationem potentiæ executivæ.

3. Prob. ratione, qua supra. Quia nulla est imperfectio ponare in Deo imperium respectu sui, ergo cum aliàs sit necessarium, ut dictum est, ad executionem, tenemur illud admittera in illo: cons. tenet nam ex hoc capite negatur: ant. verò prob. quia si aliqua esset, maximè subjectio, & superioritas Deo repugnans respectu sui: tum quia idem sibi nequit esse subjectum, nec ad se ipsum superius; sed hoc non requiritur, ut concedatur prædictus actus in Deo, ergo non est danegandus ob imperfectionem. Prob. mi. Imperium io Dao non ponitur per hoc, quòd concedamus diversitatem actuum imperantis, & imperati quasi subjactivè, sed idem quòd actus cum versitate ex parte objecti est ratio formalis rationis formalis alterius, sed hoc modo concedere imperium, nullum est inconveniens, sicut intellectio, & intuitio; vel intantio, & electio conceduntur in Deo, quia licet in nobis ex intuitione dicatur oriri intallectio, val ex intantione electio, taman in Deo non est nisi divarsitas formalis objectiva, quatenos v.g. objectum intentionis est formalis ratio obiectiva originandi objectum electionis. Sed de hoc adhuc statim infra.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. invertendo rationem proximè adductam. Nam omna imperium debet essa respectu inferioris, sed Deus non est inferior se ipso, ergo

non

non datur in illo imperium respectu sui. Prob ma. 1. ex D. Tho. 22. qu. 83. art. 10. in princip. corp. ibi, *Oratio est actus rationis, per quem aliquis superiorem deprecatur, sicut imperium est actus rationis, quo inferior ad aliquid ordinatur*, Sed inferior ut talis non ordinatur nisi à suo superiori, ergo imperium debet esse necessariò inter superiorem, & inferiorem. 2. Quia id quod efficaciter imperatur debet esse sub ordine imperantis, ut illi subjectum, & ejus ordini necessariò obtemperans, ut patet ex terminis, ergo nequit salvari imperium nisi inter superiorem, & inferiorem, quod Deo repugnat.

Ad hoc dist. ma. ex proximè dictis respectu inferioris, vel subjectivè, vel objectivè, modo explicato, conc., semper subjectivè, nego. Vel iterum dist. respectu inferioris secundum diversitatem suppositi, vel potentiarum, conc., semper secundum diversitatem suppositorum nego. Nam licet imperium politicum, quod habet vim præcepti, seu obligantis in conscientia cum vi coercitiva, debeat exerceri respectu inferioris distincti suppositaliter, non tamen monasticum, sed huic sufficit distinctio potentiarum, secundum quod una dirigit etiam intimando illi, quod agendum est, ut contingit in intellectu respectu voluntatis, unde hoc imperium potest esse respectu sui ipsius, ut tradit D.Tho. q. illa 17. 1.2. art. 3. ad 1., ubi præmisso ordine actuum inter utramque potentiam inquit: *Et post electionem ratio imperat ei per quod agendum est, quod eligitur, & tunc demum voluntas alicujus incipit uti exequendo imperium rationis: quandoque quidem voluntas alterius, cum aliquis imperat alteri*, (Eo imperium politicum, vel secundum diversitatem suppositorum:) *quandoque autem voluntas ipsius imperantis, cum aliquis imperat sibi ipsi*. En imperium monasticum, cum sola diversitate potentiarum, ut præmittit ibidem. Nec hoc debet esse mirum, nam sicut dicitur imperium esse respectu inferioris, ita justitia respectu alterius, & tamen, ut ostendimus 3. p. qu. 1. ad art. 2. salvatur justitia in Christo etiam rigorosa respectu sui ut Dei cum sola diversitate voluntatum sine diversitate personali, ergo poterit etiam in uno, & eodem subjecto, vel supposito salvari imperium respectu sui ipsius cum sola diversitate potentiarum. Tum quia ex eo stat in uno homine v.g. respectu alterius, quia est superioritas, & inferioritas; & imperium utitur ratione cum efficacia, sed similiter in eodem homine potentia intellectiva est superior volitiva, & ratione etiam utitur cum efficacia, nam in potentia intellectiva reperiri potest efficacia, licet participata, vel derivata à voluntate, seu ex efficacia electionis, ut proximè insinuatum est. Tum quia si semel in eodem homine respectu sui ipsius conceditur, ut revera concedendus est usus, ut supra ostensum est, (nam planè eligens per actum electionis non exequitur, quamvis efficaciter utatur potentiis executivis;) nequit ampliùs negari imperium regulans usum. Tum quia in tantum ponitur usus præter electionem, in quantum, ut dicebamus, est nova difficultas in voluntate, etiam supposita electione, ut utatur potentiis executivis; ergo eadem ratione debet poni novus actus intellectus, qui regulet usum, quem appellamus imperium. Tum quia nova difficultas in usu mediorum quoad executionem non est proposita voluntati, quando eligit media, ergo erit necessarius novus actus intellectus proponens illi hanc novam difficultatem intimando eidem usum, vel aplicationem potentiæ executivæ ad illam vincendam, vel exequendum opus.

Ad 2. verò probat ejusdem ma. nisi velimus sibi contradicere loco proximè relato ex 1.2., tenemur efferere, quòd 2.2. non loquatur de quocunque imperio etiam porè monastico, & ratio etiam est, quia cum oratio sit actus illius, qui indiget ope alterius, non importat quamcunque inferioritatem respectu superioris, sed secundum diversitatem suppositi, & ideò ratio imperii, vel inferioritas, quæ importatur per istud, prout explicatur ad orationem, non est purè monastica, sed respectu superioris distincti secundum suppositum, immò infinitè distantis, cum sit respectu Dei.

Sed instas. Quia ex eo D.Thom. asserit orationem importare inferioritatem distinctam secundum suppositum, quia est ad similitudinem imperii, quo inferior ordinatur ad superiorem, ergo videtur manifestè hanc diversitatem requiri ad rationem imperii propriè dicti. Conseq. tenet, quia aliàs causalis esset de subjecto non supponente, unde non posset inferre, quòd oratio determinatè petat talem diversitatem. §. Resp. iterum primò, quòd tenemur omnes explicare, nisi velimus præfatam contradictionem in D. Thom. Deindè dist. causalem, quia est ad similitudinem imperii, utcunque nego, politici, & maximè in subjecta ibi materia, scil. cultus in ordine ad Deum nego. Itaque juxta D. Tho., si velimus sibi cohærere, & præcipuè in eadem summa, non est de ratione imperii ut sic, superioritas, & inferioritas determinatè secundum diversitatem personalem, vel suppositalem, sed tantum politici; secundum te verò, vel prout abstrahit à politico, & monastico, disjunctivè tantum importat diversitatem, vel secundum supposita, vel secundum potentias respectu superioris, & inferioris, sicut dictum est de justitia, quæ licet importet alteritatem, non tamen determinatè secundum supposita, loquendo de illa prout sic, sive à tota sui latitudine, vel prout abstrahit à justitia, quæ exercetur inter puras creaturas, & quæ inter Deum hominem, & Deum, supposita unione personali Dei cum natura humana; sed disjunctivè, vel secundum supposita, vel secundum potentias, sive voluntates, ut explicatur 3. part., ubi supra.

Ad 2. prob. ejusdem ma. dist. eodem modo antec. debet esse subjectum, sive subditum, loquendo de imperio politico, concedo, monastico nego, nam istud solum petit, ut dictum est, superioritatem in ratione dirigentis, moventis, & intimantis, non per subjectionem respectu inferioris, secundum quam subditus tenetur obedire suo superiori. Hæc enim pertinet, ut dictum est, ad imperium politicum.

Sed contra hæc instas. Quia etiam imperium monasticum respectu illius, cui imperat habet vim coercitivem, & non solum directivam, aliàs imperium efficax non esset, si posset voluntas, quæ per illud dirigitur, illi resistere, vel non obtemperare, ergo non solum politicum, sed etiam monasticum debet esse inter superiorem, & inferiorem. §. Urg. hoc. Nam major est efficacia imperii monastici ad executionem sui, quàm politici, ergo magis coercet, quàm istud. Prob. ant. Tum quia politicum intimat executionem sui per comminationem pœnæ, & per consequens dependenter ab aliquo extrinseco, & non quasi ex natura sua, vel ex propria efficacia ab intrinseco, sicut

ſicut monaſticum, quòd ex vi ſua, ſi ſemel efficax eſt, infallibiliter infert, vel conſequitur executionem, unde illud etiam relinquit inferiorem magis liberum. Tum quia vis politici eſt tantum moralis, monaſtici verò phyſica, ergo major eſt in monaſtico ad coercendum, quàm in politico.

Reſp. ad inſtantiam nego ant. Ad prob. annexam nego ſuppoſitum, quòd idem ſit efficacia, ac vis coercitiva; illa enim dicitur ex eo, quòd habet vim infallibiliter aliquid ponendi, ſive per viam directionis, vel ordinationis, ſive per viam cauſalitatis, vel aliter; unde efficacia imperii monaſtici nihil aliud eſt, quàm quædam ordinatio efficax de agendis, quam tenetur ſequi voluntas, non quaſi inferior ſit per ſubiectionem, ſed quia ita exigit ordo naturalis inter hujuſmodi potentias, quòd intellectu intimante illi ſuum ordinē teneatur voluntas implere illum, quia ex natura rei tenetur ſequi ductum intellectus, ſtaut ſi dictamen intellectus ſit indifferens, voluntas liberè inclinat ad unam partem, ſive cum indifferentia ad aliam, ſi verò ſit determinatum, & non indifferens, pariter determinata, & non indifferens eſt inclinatio voluntatis, & propterea indifferentia judicii, ut vidimus, dicitur radix libertatis. Poſtquam ergo voluntas ex multis mediis propoſitis aligit liberè hoc, vel illud, tunc intellectus intimat illi illud unum liberè electum exequendum, & tunc etiam voluntas tenetur omninò imperium exequi: unde intellectui imperativè dicenti ſibi, fac hoc, non poteſt illa reſpuere; quia executio medii electi determinatè ſibi proponitur ad exequendum. Cœterum vis coercitiva conſiſtit in quadam facultate, aut vi, quam habet præceptum ad taliter obligandum ſubditos ad ſui obſervantiam, ut ſi illud tranſgrediantur peccent, vel mortaliter, vel venialiter, aut incurrant pœnam. Conſtat autem non poſſe aliquam obligare alterum ad culpam, vel pœnam, niſi ſit ejus ſuperior, & conſequenter nequit imperium politicum ſic obligans exerceri niſi inter verè ſuperiorem, & inferiorem, in quo, ut patet, longè differt à purè monaſtico obligante ſolum per modum directionis, vel ordinationis, aut regulæ, in qua non eſt vis coercitiva, ſed tantum directiva ob præfatum ordinem naturalem inſtitutum ab Autore naturæ inter unam, & aliam potentiam.

Quibus addo ex Div. Thom. 1.2. q.96. art.2., ita utramque vim directivam, & coercitivam eſſe inter ſe diſtinctas, ut etiam lex humana ſpectans ad imperium politicum, ſi ſolum conſideretur ſecundum vim directivam, quatenus eſt regula humanorum actuum, non petat prædictam inferioritatem prout ſic in eo, qui per illam, aut ab illa dirigitur, ut patet in Principe, qui tenetur etiam ſe dirigere per illam, & propria voluntate ſubdi illi, quantum ad vim directivam, ſed non quantum ad vim coercitivam, aut coactivam, ut ſubtiliter explicat ibidem in ſolut. ad 3. qua ratione etiam ad 1., & in corp. exponit illud Apoſt. 1. ad Timot. 1. *Juſto non eſt poſita lex*. Non quia non teneantur implere illam, aut abſolutè non ſint ſub illa, ut perperàm interpretantur hæretici, ſed quia virtuoſi, & juſti non ſubduntur illi, ſicut quid coactum coganti, ſicut mali, ſed ſicut regulatum regulæ, quia nempè ipſi ſibi ſunt lex, dum oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſicut dicit Apoſt. ad Rom. 2. *Unde in eos* (concludit D. Tho.) *non habet lex vim coactivam, ſicut habet in injuſtos*. En quomodo ita diſtinctæ ſint inter ſe, ut etiam intra forum imperii politici, (ad quod utraque pertinet,) ſit una ſeparabilis ab alia, & præciſa vis directiva non faciat ſubjectionem coercitivam, vel coactivam, ſed tantum per modum regulæ.

Ad confirm. nego iterum ſuppoſitum; procedit enim ex fallacia non cauſæ, ut cauſæ, quòd nempè efficacia, aut major efficacia ſit cauſa coercendi, ut dictum eſt, ſed eſt poteſtas, quam habet ſuperior, qua ſuperior, ut ſibi ſubditum obliget per pœnam, vel per culpam ad obediendum ſuis præceptis, unde licet dicatur eſſe major efficacia in imperio monaſtico ob prædictum ordinem naturalem inter intellectum, & voluntatem, non propterea inferenda eſt vis coercitiva in illo, ſicut in politico, nec adhuc ſemper in iſto, niſi cum contra malos procedit, non tamen ſi ſolum ſecundum vim directivam, ut contingit reſpectu juſtorum, ut dictum eſt.

2. Arg. Et poteſt eſſe replica. Imperium intellectus non ſolum non eſt neceſſarium ad movendam voluntatem quoad exercitium, ſed eſt inſufficiens, ergo non eſt admittendum. Prob. ant. ut jam inſinuavimus, non habet ex ſe efficaciam, nec etiam poteſt habere illam participativè à voluntate ergo. Ant. quoad 1. part. eſt certum, quia tantum movet ex propriis quoad ſpeciem actus non quoad exercitium: hoc enim magis ſpectat ad voluntatem. Quoad 2. p. verò prob. quia ſi eam participaret à voluntate maximè ab ejus electione, ſed ab iſta nequit participare illam ergo: ma. iterū eſt certa, quia non eſt alius actus aſſignabilis, à quo poſſit eam habere, ut patet ex dictis. Mi. verò prob. nam efficacia imperii, ſi ſemel datur; debet eſſe de ſuo ordine, ſcil. executivo, ſed efficacia electionis non eſt de hoc ordine, ut dictum eſt, ergo nequit ab electione participare efficaciam ad movendam voluntatem quoad uſum, ſive de ordine executivo.

Arg. 1. Nam intellectus ex propriis tantum habet movere motione morali, vel objectiva, qua ratione voluntas indiget alia motione phyſica tenente ſe ex parte principii, per quam determinetur ad unum magis, quàm ad aliud, in quo nos Thomiſtæ fundamus neceſſitatem phyſicæ prædeterminationis, ergo nequit intellectus per actum imperii ſufficienter movere illam ad uſum, vel applicationem potentiæ executivæ.

2. Quia ut etiam inſinuavimus in logicia. Voluntas nequit infallibiliter determinari ex præciſa motione objectiva, ſive ex vi ſolius propoſitionis objecti, niſi vel proponatur cum plena ratione boni, ut contingit in patria, vel niſi ſit bonum particulare ſine indifferentia propoſitum, ſed utrumque obſtat libertati ejus, ergo nequit intellectus ſic objectivè movere illam infallibiliter ad uſum ſalva eadem libertate.

3. Nam ſi ſemel intellectus poteſt à voluntate participare efficaciam ad illam infallibiliter movendam quoad uſum, poterit à fortiori participare illam à Deo ad plenè eandem determinandam quoad uſum, ſed hoc non admittitur à Thomiſtis, aliàs poſſet plenè determinari per ſolam illuſtrationem ex parte intellectus ſine alia motione phyſica ex parte voluntatis, quod ipſi negant ergo. Ma. conſtat, quia intellectus magis ſubditur Deo, quàm ipſi voluntati, ergo à fortiori poterit participare illam à Deo, quam à voluntate.

Ad hoc nego ant. quoad utramq; part., ad probat. nego iterum ant. quoad 2. p. . Ad illius prob. nego mi. Ad prob. disting. mi. efficacia electionis non est de ordine executivo, formaliter conc., virtualiter nego, nam licet electio formaliter, & ut *quod* non pertineat ad ordinem executivum, ac proinde nec suus efficacia, ut talis formaliter; dicitur tamen pertinere ad illum, ut *quo*, quatenus in virtute habet, ut possit derivare illam ad imperium, quia cum inter utrumque actum electionis, & imperii, nullus alius mediet voluntatis, & voluntas sit primum urgens quoad exercitium, ad eandem electionem pertinet derivare talem efficaciam ad imperium pertinens ad ordinem executivum, nam ut aliqua forma possit influere in effectum alterius ordinis, vel gradus, sufficit, quòd sit talis, ut *quo*, sive virtualiter, licet ut *quod* pertineat ad alium, ut patet in anima nostra tribuente gradum sensitivum, estò in se non sit talis, ut *quod*, sive sensitiva, vel materialis.

Sed instas. Quia ex hac solutione sequitur saltem non esse necessarium imperium, quidquid sit, an possit istud participare præfatam efficaciam ab electione. Prob. antec. Quia illa efficacia electionis potest influxivè se extendere ad ordinem executivum, ergo præter judicium regulans electionem, non erit necessarius alius actus intellectus per modum imperii ad movendam voluntatem quoad usum. §. Resp. nego ant., ad probat. nego suppositum conseq., quòd judicium antecedens electionem sufficienter, vel adæquatè, ut dictum est, proponat media tam ut eligibilia, quàm ut exequenda, sed tantum proponit ut spectantia ad suum ordinem intentivum, sive ut eligibilia, non ut exequenda, sive ut pertinent ad posteriorem executivum, tum ob novam difficultatem, tum ob diversitatem formalem, vel objectivam, ut ostensum est, unde est necessarius novus actus intellectus, sive imperium proponens hoc posteriori modo, & intimans hic, & nunc voluntati, ut exequenda, sive quoad usum, & applicationem potentiæ executivæ ad consequendum finem intentum; quamvis ad sic efficaciter imperandum, sive ut sua ordinatio sit efficax, teneatur hanc efficaciam accipere ab electione ob prædictum ordinem naturalem à Deo institutum inter utramque potentiam: Undè licet sit formaliter de ordine intentivo, ut modificata tamen, aut veluti contracta ad imperium, fit de executivo.

Ad 1. confirmat. nego conseq., Nam licet intellectus ex propriis dicatur tantum objectivè movere, vel moraliter, non verò physicè, & quoad exercitium, si tamen contingat efficaciter proponere objectum sine indifferentia judicii, potest ità movere, ut infallibiliter sequatur ejus ductum, postquam ex pluribus mediis sibi propositis, ut liberè eligendis, alterum pro sua libertate determinatè eligit, tunc enim intellectus potest efficaciter illi præcipere usum, & aplicationem ad illius executionem, sic enim necessitatur veluti à se ipsa.

Ex his etiam resp. ad 2. negando suppositum mi. quòd usus sit in se formaliter liber, sed tantum dicitur liber in causa, quatenùs liberè amans, & perseverans in amore efficaci finis intenti, & liberè electo efficaciter medio ex multis sibi liberè propositis, ut eligibilibus, nā dū vult intellectū sibi efficaciter imperare, & noviter proponere illud determinatè altis relictis intimando sibi usum, vult liberè se necessitare ad istud, in quo nullum reputatur inconveniens supposita efficaci intentione finis, ut etiam in superioribus dicebamus, quia mediū, sine quo finis haberi non potest, proponitur voluntati ut necessariò eligendum, quia deest judicium indifferens, quod est radix libertatis; imò nec electio potest esse libera, si supponatur intentio finis necessaria simpliciter.

Ad 3. vel nego mi., vel dist. claritatis gratia; non admittitur à Thomistis, scil., quòd accipiat efficaciam à Deo ad movendam voluntatem cum determinatione ad unum per solam propositionem objecti, si istud proponatur sine indifferentia judicii; nego, si cum indifferentia illius, conc. Nam licet dicatur posse Deum per solam propositionem objecti necessitare voluntatem ad actum, & hanc efficaciam posse participari ab intellectu, id tamen contingere nequit, nisi proponatur idem sine tali indifferentia, ut alibi, & supra ostensum est, & admittit Vasquez hic disp. 29. c. ult., quia libera operatio est, quæ procedit à voluntate se determinante ex deliberatione, & judicio rationis indifferente, undè repugnat ex judicio indifferente se determinare, & necessariò operari, & horū oppositū, ut vidimus, Thomistæ non docent; sed tantum dicunt, quòd si objectum proponatur cum tali indifferentia, & Deus tantum concurrat per modum objecti, vel sola motione morali, aut objectiva, nequit voluntas infallibilitari, vel sufficienter moveri, ut infallibiliter exeat in actum, & ideò asserunt esse ulteriùs necessariam motionem physicam, seù physicam determinationem, nam præter indifferentiam objectivam, vel negativam, quæ importat negationem habitudinis necessariæ ad objectum, in qua per modum principii activi perfectio libertatis consistit, est alia, scil. passiva, vel privativa tenens se ex parte potentiæ, & imperfectionem importans, quæ nequit sufficienter determinari per solam motionem objectivam, sed indiget alia physica, quæ objectivam perficiat in ratione principii activi, & passivam minuat, ac determinet, ut potentia infallibilitata exeat in actum. Undè etiam nos Thomistæ præter auxilia moralia, sive interna, ut sunt actua nostri, (ut sancta cogitatio, vel inspiratio, qua apprehenditur objectum, sive externa, ut sunt prædicatio, doctrina exempla Sanctorum &c. de quibus mentionem facit D. August. tom. 3. de spiritu, & litera cap. 34.) statuimus aliud physicum, & inhærens voluntati, tam sufficiens ut possit operari, quàm deindè efficax, ut infallibiliter operetur.

Sed instas. Voluntas non est minùs libera in ordine executivo, quàm sit in intentivo, sed quia est libera in isto, potest liberè eligere hoc, vel illud medium, ergo poterit liberè in executivo uti hoc, vel illo jam electo, ac proindè non erit imperium necessarium ad illam infallibilitandam quoad usum. §. Urg. hoc. Quamvis præcedat electio medii determinati, sive hujus in particulari, non tamen electio de eo, quòd hic, & nunc exequatur illud ad finis consecutionem, ergo licet usus sequatur ad electionem, adhuc tamen erit liber in se, & non solum in causa, & consequenter non indigebit imperio necessitante illam ad usum contra lui libertatem in utendo.

Huic instantiæ patet primò ex proximè dictis posse retorqueri, si nempè supponeretur intentio efficax finis necessaria simpliciter, tunc etiam electio medii necessarii ad illius assecutionem esset necessaria. Sed deindè resp. dist. ma. Non minus est libera, absolutè loquendo transeat, vel conc., supposita electione medii determinati, & quòd velit imperari ad usum vel aplicationem potentiæ executivæ, nego; tunc enim

est necessarius novus actus intellectus proponens illi novam difficultatem occurrentam in hoc ordine, non propositam in intentivo, ac proindè est necessarium imperium intimans illi usum, ut hic, & nunc infallibiliter ponendum, seu cum determinatione medii electi exequendi. Cæterum in ordine intentivo, cum electio procedat ex intentione finis per varia media assequibilis, & sibi proposita cum indifferentia judicii ad eligendum hoc, vel illud, oportet, quòd liberè tendat ad eligendum, quòd sibi placuerit. Et per hæc etiam patet ad confirmat.

Sed prætereà resp. ad eandem, quòd si semel supponamus, ut modo supponimus, electionem esse efficacem, & consequenter perfectam, & completam, nō est de medio tantū determinato quoad substantiā, sed etiam quoad modum, & quoad circumstantias extrinsecas loci, & temporis, & sic usus, qui est mera aplicatio potentiæ executivæ rei electæ quoad substantiam, modum, & circumstantias, nequit amplius esse liber in se, sed tantum in causa, quia debet ex parte intellectus proponi illud, quod voluntas eligit, eo modo, quo eligit, undè est necessè, quòd proponatur sine indifferentia. Quòd si velimus oppositum supponere, quòd nempè electio plenè efficax, aut completa non sit, non sequitur imperium, neque usus, quo usque voluntas plenè, & completè eligat totum id, quod est exequendum, tunc verò intellectus ut dictum est, cum determinatè intimet voluntati illius executionem, nequit voluntas esse libera in utendo formaliter, & in se ipsa, ac proindè nec ejus actus, liber.

§. V.

Solvuntur alia Argumenta.

Tertiò arg. argumento jam insinuato, & ad majorem intelligentiam actus imperii, alia etiam via iterum proposito. Actus imperii non datur in nobis, ergo neque datur in Deo; conseq. tenet ex ratione facta, qua arguimus illum in Deo, quia datur in nobis, ergo ex opposito si non datur in nobis, nec est admittendus in Deo. Ant. verò prob. si semel esset dabilis, aut daretur in nobis, nil aliud esset, quàm cognitio rei exequendæ cum efficacia adjuncta movendi voluntatem ad usum, sive faciendi illam uti potentiis executivis in ordine ad media, sed talis actus non est necessarius, ergo non datur. Prob. mi. Tum quia ut voluntas eligat, non supponitur aliquod judicium, aut imperium, sive cognitio cum prædicta efficacia, aliàs ut dictum est, daretur processus in infinitum, nam ad illam deberet præcedere actus voluntatis, quam aliud judicium, sive alia cognitio efficax regularet, & sic in infinitum. ergo nec erit necessarius ad usum, conseq. tenet à paritate; Tum quia ut executioni mandentur omnia media à voluntate electa, & acceptata, sufficit efficacia electionis immediatè derivata ad voluntatem utentem, ergo non est necessaria alia cognitio media inter electionem, & usum: Prob. ant. Quia perfectiùs derivatur virtus ex electione immediatè ad usum voluntatis, quàm medio imperio, ergo sufficit efficacia electionis immediatè derivata ad illam.

Urg. hoc. Nam respectu primi actus voluntatis nullum supponitur imperium, ergo nec respectu actus usus, per quem potentiæ exequutivæ moventur, & consequenter non dabitur imperium, quia actus imperandi ponitur tanquam regula usus. Utraque conse. tenet, quia videtur eadem ratio primi, & ultimi actus, nam cum voluntas non feratur in incognitum, nequit uti mediis in executione nisi proponantur, ut hic, & nunc exequibilia, ergo idem dicendum de quocunque actu voluntatis, cum nullus terminetur ad objectum, nisi proponatur ut hic, & nunc amandum, unde si hoc non sonat imperium ex parte intellectus respectu primi actus voluntatis, nec illud judicium præcedens usum habebit rationem imperii. Ant. etiam constat, quia ad primum actum voluntatis, nequit supponi judicium regulans cum efficacia, nam hæc derivanda esset ex actu voluntatis præsupposito, sicut per nos derivatur ex electione ad imperium, qui tamen non præcedit ad actum illum intellectus, cum sit regula primi actus voluntatis; & quia iterum deberet dari processus in infinitum.

Dices ad arg. ut supra, efficacia in posse sufficienter derivari ex voluntate electiva, si media fuissent illi proposita, ut executioni tradenda, & cum nova difficultate occurrente in hoc ordine, sed quia non supponitur talis propositio in ordine intentivo, quando intelligitur electio, ideò debet mediare imperiū, ut ex electione derivetur ejus efficacia ad actum usus, quo voluntas movet, vel aplicat potentias exequutivas.

Sed contra hoc est. Quia per judicium regulans electionem sufficienter proponuntur media, etiam ut executioni tradenda, & insuper per electionem adest efficacia ordinationis mediorum, ergo posita tali electione, & judicio illam regulante ponitur, quidquid requiritur ad usum. §. Urg. hoc, & simul prob. ant. Voluntas supposito eodem judicio, & electione, non movet intellectum in aliquid contrarium, ut indigeat ulteriùs quærere, aut judicare de mediis, sed purè ut media executioni mandentur, ergo supposita electione, sola est necessaria efficacia, ut exequantur, ergo cum hæc ex voluntate electiva proveniat, superfluum erit aliud judicium, aut imperium, quodcunque sit, proponens media ut exequenda.

Urg. ulteriùs. Ut voluntas moveat intellectum ad sibi imperandum executionem mediorum, & aplicationem potentiarum exequutivarum, sufficit alius actus voluntatis, qui sit usus absque præcedente judicio regulante hunc usum, vel aplicationem ad imperandum ergo ut voluntas utatur potentiis exequutivis sufficit aliquis actus ipsius voluntatis, quo aplicetur hujusmodi potentiæ sine necessitate judicii, vel imperii regulantis talem usum, vel aplicationem. Conseq. tenet, quia idem objectum formaliter habet usus movens intellectum, ut hic, & nunc intimet, vel imperet executionem mediorum, ac actus subsequens imperium utens potentiis exequtivis, quod maximè verificatur respectu Dei, in quo intellectus est potentia executiva, ergo si primus actus, non requirit aliam propositionem mediorum præter illam factam per judicium regulans electionem, idem erit dicendum de actu subsequente imperium. Ant. verò prob. usus subsequens electionem, & aplicans intellectum ad imperandum habet pro objecto actum potentiæ executivæ, quæ in Deo est intellectus, ut media hic, & nunc exequatur ergo idem est objectum utriusque usus, variata solum potentia, quam voluntas aplicat, & qua utitur, & con-

sequenter eadem est ratio quantum ad propositionem utriusque usus.

Resp. ad arg. neg. ant. Ad prob. neg. mi. Ad primam prob. claritatis gratia dist. ant. non supponitur imperium rigorosè sumptum, conc., quod appelletur tale saltem lato modo neg. Vocatur autem imperium rigorosè, quod ingreditur lineam executivam, sive quod est ordinativum cum efficacia ordinis executivi, potiùs quam judicium ordinativum cum efficacia ordinis intentivi, quia magis accedit ad imperium exterius unius personæ respectu alterius, quod propriissimè vocatur imperium. Tum quia immediatiùs tangit potentias executivas, quæ ad exteriores effectus ordinantur, quod propriè, & immediatè correspondet imperio, scil. immediata executio, sicut operis impletio, quæ est obedientia dicta ad illud corelativè strictè sumptum.

Ad 2. prob. mi. juxta solutionem datam nego suppositum ant. nempè quòd à voluntate objectiva possit immediatè derivari efficacia ad voluntatem executivam, quia ut dictum est, eo ipso quòd detur novus actus voluntatis, necessarius est etiam novus actus intellectus, cum voluntas sic noviter tendens in objectum, ad distinctum formaliter tendat, & consequenter indiget nova propositione illius, nam electio tendit ad media ut ordinanda ad executionem, usus verò terminatur ad illa, ut exequibilia hic & nunc. Ad illius prob. neg. ant., quia cum voluntas sit potentia cœca nec feratur in incognitum exigit imperium ad sui usum.

Ex his ad replicam contra solut. datam neg. ant., quòd sufficienter proponantur media ut executioni tradenda per judicium præcedens, & regulans electionem; quamvis in ista ad sit efficacia ordinationis mediorum; ut tamen hæc executioni mandentur, debet antecedere imperium proponens illa, ut hic, & nunc exequenda. Per quod patet ad 1. confirmat. Quia non potest voluntas immediatè transire ab electione ad usum, vel aplicationem potentiarum sine eadem propositione mediorum, ut exequibilium hic, & nunc. Quæ ratio non militat in electione respectu aplicationis intellectus non formalis, sed virtualis, ut imperet voluntati. Nam ad hoc sufficit ut intellectus videat media electa efficaciter, & quòd voluntas eligens suam electionem velit non frustrari, unde intellectus aplicatur, seu movetur ad imperandum ex electione voluntatis efficaci, quam cognoscit ea intentione factam, ut non frustretur, sed ut ulteriùs procedatur usque in finis executionem.

Ex quibus etiam patet ad 2. Unde neg. ant., vel suppositum illius, quod præter electionem efficacem, eandemque perseverantem sit necessarium multiplicare alium actum voluntatis, quo hæc utatur intellectu ad sibi imperandum, ut iterum utatur illo, vel potentiis executivis ad exequendum, nam licet ad imperandum post electionem dicatur esse nova difficultas, est tamen virtualiter immediatè contenta in electione, & ideo posita electione efficaci, & illa perseverante, ex vi illius movetur intellectus ad idem imperium; cæterum quòd præter electionem, & imperium detur usus, est quia in isto, ut vidimus, est nova difficultas non contenta in electione, ut immediatè vincenda, & distinctum etiam objectum formale. Præterquamquòd eadem ratione probari posset, quòd præter imperium regulans usum, quo voluntas utitur potentiis executivis debere aliud supponi ad priorem usum, vel actum voluntatis, per quam uteretur intellectu ad sibi imperandum, quia etiam est nova difficultas in aplicatione potentiæ intellectivæ ut imperet, quod esset procedere in infinitum.

Ad primam autem confirm. principalis argumenti, quæ potest esse replica contra priores solutiones, resp. quòd cum voluntas ut operativa est, possit dupliciter considerari, & ut natura, & ut libera est; de duplici prima illius actu loqui possumus, vel de primo simpliciter, qui est necessarius, & convenit illi, ut natura est, & de primo libero qui est ab illa ut libera. & si loquamur de primo simpliciter, ad istũ non supponitur imperium, neque est necessarium, quia volũtas fertur naturaliter ad objectum illius actus per modũ naturæ ad unum determinatæ, unde est naturalis vel necessarius, & ideò nec supponitur imperium, nec est difficultas circa illum. Si verò loquamur de posteriori libero, de quo procedit confirmatio, tunc etiam dicimus non esse necessarium imperium, sed sufficere propositionem objecti, ut hic, & nunc cum sufficienti bonitate terminet actum voluntatis, ne dicatur hæc ferri in incognitũ, quia ut innuitur ibidẽ, non præcedit alius actus illius, à quo derivetur efficacia in actũ intellectus proponentis illud, licet illam participet ab Autore naturæ ad sufficienter proponendum. At verò judicium post electionem proponens media, ut exequibilia habet efficaciam ex eadem efficaci electione, ut dictum est, unde potest proponere illa in linea executiva intimando hic, & nunc eorũ exequutionem. §. Quod si hinc iterum arguas de juditio regulante electionem, quòd istud etiam supponit primum actum liberum, à quo potest habere efficaciam, ac proinde quod ad electionem supponi etiam debeat imperium, sicut supponitur ad usum, quod esset procedere in infinitum saltem intra lineam liberam. Jam ad hoc dictum est, posse tantum concludi de imperio largè sumpto. §. Solutio sumitur ex D. Thom. quæst. illa 17. ex 1. 2. art. 5. ad 3. Ubi cum hoc sibi argumentum proposuisset tangens hanc, & superiores difficultates nempè, *Si aliquis actus voluntatis imperatur, pari ratione omnes imperantur; sed si omnes actus voluntatis imperantur, necesse est in infinitum procedere, quia actus voluntatis præcedit actum imperantis rationis; qui voluntatis actus si iterum imperatur, illud iterum imperium præcedet aliquis rationis actus, & sic in infinitum. Hoc autem est inconveniens, quòd procedatur in infinitum, non ergo actus voluntatis imperatur.* Respondet. *Dicendum, quod cum imperium sit actus rationis, ille actus imperatur, qui rationi subditur. Primus autem voluntatis actus ex rationis ordinatione non est, sed ex instinctu naturæ, aut superiori causa, ut supra dictum est*, (scil. quæst. 9. art. 4.) *& ideò non oportet, quòd in infinitum procedatur.* Ita D. Tho. ex quibus manifestè constat, primum actum voluntatis non supponere imperium ex parte intellectus, licet admittat efficaciam aliquam ex Autore naturæ procedentem.

4. Arg., & simul impugnatur solutio D. Thom. Ut aliquis imperetur ab alio non solum requiritur, ut unus subdatur alteri, sive sit superioritas, & inferioritas inter utrumque, sed etiam quòd imperatus sit capax percipiendi imperium, aliàs istud nihil operabitur, & erit frustraneum, sed voluntas non est capax percipiendi illud, cum non sit cognoscitiva, sed potentia cæca, ergo nequit imperari ab intelle-

tellecto. §. Urg. hoc 1. In omni imperio, seu præcepto semel obligante ad id observantiam, vel executionem necesse est, ut subditus, vel inferior habeat illius notitiam, quam tenetur habere, aliàs non imputatur eidem omissio, sed voluntas, nec habet, nec potest habere notitiam alicujus imperii, ergo nequit ab alia potentia imperari quantumvis superiori. §. 2. Nam imperium est per modum locutionis, qua imperans præcipit alteri dicendo, fac hoc, sed voluntas non est capax hujus locutionis respectu intellectus, cum illum intelligere nequeat, ergo neque imperii.

Ad hoc claritatis gratia dist. ma. Quòd imperatus sit capax percipiendi imperium, sub pto imperato prius supposito, conc. pro omni potentia illius, nego, & concessa mi, nego conseq., quia cum actiones sint suppositorum, & consequenter potentiæ sint datæ ad ejus ministerium, satis est quòd suppositum sit capax percipiendi illud, sive sit impositum ab alio personaliter distincto, sive ab una potentia respectu alterius, ut dicatur mediis illis operari, aliàs nullus obligari posset ad implenda præcepta, si quælibet ejus potentia deberet illa percipere, cum certum sit voluntatem non esse capacem istius notitiæ, unde sufficit, quòd percipiat per intellectum, & iste instante obligatione imperet voluntati executionem actus præcepti, v. g. charitatis.

Unde sicut homo per voluntatem appetit intellectui, ita per intellectum intelligit voluntati, & cæteris potentiis, & sic teneatur implere, imperando scil. per istum eidem voluntati, & aplicando per istam potentias executivis. Præterquamquòd eodem argumento excludere possent etiam judicium regulans electionem, cum non minus voluntas sit potentia cæca respectu illius, quàm respectu imperii, Et per hæc patet ad utramque confirmat.

Hæc solutio etiam firmitur ex D. Thom. quæst. & art. proximè relat. ad 2. quod tale erat. *Ei convenit imperari cui convenit imperium intelligere, sed voluntatis non est intelligere imperium, differt enim voluntas ab intellectu, cujus est intelligere, ergo actus voluntatis non imperatur.* Cui resp. *Dicendum, quod sicut in membris corporalibus quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti corpori, ut oculus videt toti corpori, ità etiam est in potentiis animæ. Nam intellectus intelligit non solum sibi, sed omnibus potentiis, Et voluntas vult non solum sibi, sed omnibus potentiis, & ideò homo imperat sibi ipsi actum voluntatis, in quantum est intelligens, & volens.* In quibus ut patet habetur solutio ad literam.

5. Arg. Quia non est assignabilis actus intellectus, in quo imperium consistat, ergo non datur. Prob. ant., nam omnis actus intellectus, vel est simplex aprehensio, vel compositio, aut divisio, vel discursus; sed in nullo ex his consistere potest, ergo, Prob. mi. Tum quia in Deo non sunt hujusmodi operationes, ut potè imperfectionibus admixtæ. Tum quia licet sit in illo judicium, non tamen in hoc consistere potest, cum imperium non sit capax veritatis, aut falsitatis in omni judicio repertæ, nam imperium, ut dictum est, explicatur per modum intimantis executionem dicendo, fac hoc; in quo, ut patet, nulla exprimitur veritas, vel falsitas, quæ est per modum affirmationis, vel negationis, & non executionis.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego suppositum mi., quòd imperium pertineat ad rationem speculativam, ad quam pertinent prædicti actus, sed magis est actus rationis de linea practica per modum denuntiantis, vel intimantis rem judicatam, ut hìc, & nunc exequendam, dicendo, fac hoc, unde nec etiam exprimitur ejus intimatio, veluti absolutè, & per verbum indicativi modi, sicut cum dicitur, hoc est tibi faciendum, sed imperativi, & executivi, sive per modum imperantis executionem. §. Solutio iterum est D. Thom. 2.2. quæst. 83. art. 1., ubi 3. locum simile argumentum proponit ad probandum, quòd oratio non sit actus rationis, quia nempè *Philos. in 3. de anima ponit duas operationes intellectivæ partis, quarũ prima est indivisibilium intelligentia, per quã scil. aprehenditur de uno quoque, quod est. Secunda verò est compositio, & divisio per quam scil. aliquid aprehenditur esse, vel non esse; quibus tertia additur ratiocinari, procedendo scil. de notis ad ignota, sed oratio ad nullam istarum operationum reducitur, ergo non est actus intellectivæ virtutis.* Cui Resp. *Dicendum quod illi tres actus pertinent ad rationem speculativam, sed ulterius ad rationem practicam pertinet causare aliquid per modum imperii.*

Hunc verò modum causandi, sicut & quiditatem ejusdem imperii explicat priori loco ex 1. 2. q. 17. a. 1. in corp. dicens, *Imperare autem est quidem essentialiter actus rationis; imperans enim ordinat eum, cui imperat ad aliquid agendum, intimando, vel denunciando. Sic autem ordinare per modum cujusdam intimationis est rationis. Sed ratio potest intimare, vel denunciare dupliciter. Uno modo absolutè, quæ quidem intimatio exprimitur per verbum indicativi modi: sicut si aliquis alicui dicat, hoc est tibi faciendum: Aliquando autem ratio intimat aliquid alicui, movendo ipsum ad hoc, & talis intimatio exprimitur per verbum imperativi modi, puta cum alicui dicitur fac hoc,* Unde a 13. subdit, *quod imperium non est actus rationis absolutè, sed cum quadam motione, non quocumque modo*, ut præmittit ad 1. *sed cum quadam intentione denuntiativa ad alterum.*

Ex quibus iterum patet ad arg. m, quòd imperium nihil aliud est, quàm actus rationis per modum ordinationis, vel intimationis cum motione efficaci ad exequendum, unde non est necessarium, quòd reducatur ad aliquem ex prædictis actibus (illi enim important actus intellectus concipientis res absolutè, & in se;) neque quòd exprimatur per propositionem, in qua sit veritas, vel falsitas; sed per imperativam exprimentem ordinationem efficacem ad exequendum, sive actum intellectus practici ordinantis efficaciter ad executionem id, quod intellectus per illos actus enumeratos concepit. Id etiam expressit D. Thom. lib. 1. Perhier. lect. 7. ubi ait, *Harum autem orationum sola enunciativa est, in qua invenitur verum, vel falsum, quia ipsa sola significat absolutè conceptum intellectus, in quo est verum, vel falsum. Sed quia intellectus, vel ratio, non solum concipit veritatem rei tantum, sed etiam ad ejus officium pertinet secundum suum conceptum alia dirigere, & ordinare, ideò necesse fuit, quòd sicut per enunciativam orationem significatur ipse mentis conceptus, ità essent aliquæ aliæ orationes significantes ordinem rationis, secundum quam alia diriguntur.* Et post pauca subdit. *Quia igitur istæ quatuor orationis species,* (inter quas numerat imperativam,) *non significant ipsum conceptum intellectus,*

Bus, in quo est verum, vel falsum, sed quendam ordinem ad hoc consequentem; inde est quòd in nulla earū invenitur verum, vel falsum, sed solum in enunciativa, quæ significat id, quod de rebus concipitur.

Ex his auctoritatibus D. Thom. inferimus varitatem, vel falsitatem non reperiri in imperio propriè, & formaliter sumpto, sed tantum præsuppositivè, quatenus præsupponit actum intellectus, vel judicium, quo significatur, vel enuntiatur, id quod de re concipitur; imperium autem propriè, vel formaliter sumptum non importat hunc conceptum intellectus, cum non sit oratio enunciativa rei conceptæ, seû præcisè indicativa illius, in qua est verum, vel falsum, ut ait D. Thom., sed expressiva cujusdam ordinis ad hoc consequentis, seû efficax ordinatio, quæ explicatur per hanc propositionem fac hoc. §. Per quod, & superiora videtur posse componi aliquale discrimen inter aliquos ex nostris; aliis existimantibus D. Thom. non excludere ab imperio rationem judicii importantis varitatem, vel falsitatem, sed tantum superaddere ordinem causalitatis; quia nempè ait, quòd propositio vocalis imperativi modi significat ordinem rationis consequentem ad veritatem, cum autem non sequatur ad veritatem alterius conceptus purè speculativi, sequetur talis ordo ad veritatem practicam residentem in conceptu intellectus, qui obtinet rationem imperii. Aliis verò negantibus illam in hoc ejus conceptu, qui dicitur imperium, ex eo quòd D. Thom. sit perpetuus in hoc, quòd detur aliquis actus intellectus practici, qui sit afficax ordinatio de agendis, ità ut primò concipiat, quid sit hic, & nunc agendum, & deindè hunc conceptum, in quo ait esse veritatem, vel falsitatem, ordinet efficaciter movendo voluntatem ad executionem; nam aliàs priori loco ex aa. non videretur solvere argumentum, dum dicit, quòd imperium non est simplex aprehensio, nec judicium, nec discursus, quia isti actus pertinent ad rationem speculativam, imperium autem ad practicam per modum causalitatis. Nam si semel in imperio esset veritas, vel falsitas, non posset negare esse unum ex illis actibus, qui pertinent ad rationem speculativam (in qua scil. est veritas, vel falsitas,) sed veriùs, ac faciliùs solveret, dicendo quòd est unum ex illis, nampè judicium cum causalitate.

Cœterum videtur utrumque posse ex dictis verificari, nempè quòd sit in illo, quia veritas jam judicata per priorem actum, seû judicium pertinens ad lineam speculativam, modo est in illo executivà, quatenus intimat voluntati illius executionem, non tamen formaliter, vel enunciativè, ut ait D.Th. Oratio enim enunciativa, per quam importatur veritas, vel falsitas pertinet ad lineam speculativam. Et sic poterit dici judicium importans verum, vel falsum cum ordine causalitatis, ut dicunt primi, quia judicium antecedens, virtualiter quodammodo perseverat in illo, sicut similiter dictum est perseverare in eodem efficaciam electionis; non tamen, quòd sit formaliter tale, quia ex propriis, & secundum sui conceptum formalem, vel quiditativum est oratio intimans executionem juxta D. Thom., non enunncians veritatem, si velimus adæquatè distingui à judicio regulante electionem, & in hoc sensu etiam verificari posteriorem modum dicendi.

Sed contra hæc omnia adhuc instas. Nam imperium, si semal est actus intellectus, vel rationis debet esse cognitio, adæquatè enim intellectus est potentia cognoscitiva, sed omnis cognitio est aliqua ex anumaratis, ergo vel imperium est una ex illis, val fingitur ad necessitatem usus. §. Dices iterum, ut supra, esse cognitionem practicam, seu ordinativam, vel directivam efficaciter operis exequendi, sive factivam ordinis inter rem conceptam, & terminum ejus.

Sed contra hoc est. Nam hic ordo, & directio debet esse ex vi alicujus cognitionis, sed non est alia assignabilis præter enumaratas, nisi velimus quartam aliam operationem intellectus instituere.

Resp. benè ibi dictum esse. Ad replicam patet ex proximè dictis, & ex D.Th., unde nego ant., ad prob. annexam dicimus esse per modum judicii, non præcisè indicativi, sed imperativi per modum dictaminis practici, scil. intimando, & movendo ad rei executionem, unde licet sit cognitio ab anumeratis distincta, non tamen quasi à toto genere cognitionis, sed penes rationem speculativi, & practici, quæ non est ad anunciandam veritatem, ut dictum est, sed ad intimandam hic, & nunc executionem rei conceptæ, & ideo ait D.Tho. ubi supra, quòd non est cognitio speculativa, (ad quam pertinet concipere, & enunciare veritatem, sed practica, ad quam spectat rem conceptam verum intimare hic, & nunc exequendam, & ideo pro formali, & ex propriis non importat veritatem, sed executionem: nec etiam opus est statuere quartam operationem, aut novum genus cognitionis, sed tantum extendere illam ad rationem practici, vel executivi, quia nempè, ut iterum ait D. Tho. lect. illa 7. in 1. Perhierm., intellectus, vel ratio non solum concipit veritatem rei tantum, sed etiam ad ejus officium pertinet secundum suum conceptum alia dirigere, & ordinare, ac proinde se extendere ad ordinem executivum, intimando, & movendo ad executionem rei conceptæ per cognitionem, quæ est non speculatio, sed comparatio conceptus ad alterum directiva, & motiva, seu præceptiva aliquorum in finem, ut hic ait D. Tho. art.4. sicut alibi dicimus in lib. de anima, & infra etiam de Trinitate, de ipsa ipsa dictione, quæ licet distinguatur ab intellectione, non tamē, quasi cognitio non sit, sed quia non est pura speculatio, aut contemplatio objecti, sed fœcunda, seu productiva verbi ad illud speculandum, vel contemplandum. Vel sicut iterum dicimus infra de locutione Angelorum, quod non est simplex cognitio, vel attingentia rei conceptæ, quasi absolutè, sed comparativè, quatenus unus dirigit, & ordinat conceptum suum ad alterum, cui vult manifestare illum, quæ ordinatio est actus quidam intellectus, non tamen per modum simplicis judicii de re concepta, sed per modum efficacis ordinationis.



§.VI.

§. VI.

Expeditur altera principalis difficultas de actu, in quo consistat prædestinatio statuendo primam conclusionem exclusivam actus voluntatis in recto etiam in consortio illius intellectus.

CIrca hanc difficultatem satis variant Authores, nam alii dicunt consistere in recto in actu voluntatis connotante actum intellectus. Ita D. Bonav. in 1. dist.40. q.2. Scotus q.1. Aureol. q.4. Gebriel q.2. art.1., quos sequitur Vasquez 3. p. disp.87.c.3. & alii Recentiores ex Societate. Alii verò, quòd in utroque simul, & ita etiam de providentia, cum idem sit de utraque. Ita Alensis 2. par. q.26., & de prædest. q.28. Marsilius in 1. dist.41. art.2. not.2. Petrus de Tarantasia dist.4. q.2., quibus subscribunt Herice, Molina, & Becanus. Alii verò, quòd adæquatè in recto in solo actu intellectus connotante tamen illum voluotatis. Ita communiter Thomistæ Capreol in 1. dist.4. q.1. art.1. concl.1., & art.2. concl.2. Cajet. Aravio, M. Jo. à S. Tho. Illustris. Godoy, M. Ferre, Gonet, Salmant, & alii.

Prime conclusio. Prædestinatio in recto non consistit in utroque actu intellectus, & voluntatis simul, & idem est de providentia. Est expressa D. Thom. q.14. de veritate art.4. in corp. Ubi ait. *Quidam dixerunt fidem esse in utraque vi, scil. appetitiva, & cognoscitiva, quod nullo modo potest esse, si intelligatur, quod in utraque sit ex æquo.* (idest in recto.) *Unius enim habitus oportet unum esse actum, nec potest unus actus ex æquo esse duarum potentiarum.* Ita D. Tho. Ex quibus prob. 1. sic, Prædestinatio importat actum providentiæ, quæ est unius habitus, ergo non est actus duplicis potentiæ ex æquo, & in recto; conseq. tenet, quia unius habitus est tantum unus actus in recto ut patet inductivè, nisi velimus exire limites suæ speciei, & confundere omnem lineam objectivam, vel specificam, quod est alienum à bona metaphysica.

Explic., & urg. hoc. Unus habitus specificativè, & in recto, vel ex æquo solum habet unum actum, sed unus actus nequit in recto esse duplicis potentiæ, ergo nec prædestinatio in recto potest spectare ad intellectum, & voluntatam in recto. Conseq. tenet, quia prædestinatio adæquatè pertinet ad providentiam ex æquo. §. Urg. ulterius. Quia non stat prædestinationem adæquatè pertinere ad providentiam, quæ est unius habitus, & in recto esse in duplici potentia, cum nullus habitus in recto possit esse in utraque, ergo nequit eadem ex æquo pertinere ad intellectum, & voluntatem. §. Et urg. hæc omnia, Nam prædestinatio est pars providentiæ, & providentia est pars prudentiæ, sed prudentia non spectat ad duplicem potentiam, ut suppono ex communi consensu Philosophorum moralium, ergo nec prædestinatio ad utramque spectare poterit.

2. Prob. concl. si semel prædestinatio in recto posset in utroque actu intellectus, & voluntatis in recto consistere eadem facilitate affirmari posset de fide, de providentia, & de aliis pluribus habitibus, & actibus, sed hoc non admittitur, utpotè alienum, ut dictum est, à bona Phylosophia, & Theologia, ergo. Prob. ma. Quia ex eò potissimum affirmatur de prædestinatione, quia uterque conceptum illius ingreditur, sic quòd sine illo intelligi nequeat, sed hæc ratio militat etiam de actu fidei, prudentiæ &c., scil. consilii, judicii, & imperii, qui sunt actus supponentes motionem voluntatis, & plenè intelligi nequeunt sine actu illius, ergo de his pariter affirmeri posset, de quibus tamen nullus dubitat in recto non consistere in prædicatis ad utramque potentiam spectantibus,

Urg. hoc. Supposita ordinatione activa efficacium mediorum in finem habetur quidquid requiritur ad prædestinationem, ut patet ex dictis, sed ad hoc, vel adhunc efficacem ordinem non est necessarium, quòd in recto ingrediatur uterque actus intellectus, & voluntatis, ergo uterque non spectat in recto ad constitutivum illius, Prob. mi. si in aliquo actu reperietur ordinatio ex sua natura, & simul efficacia procedens ex actu alterius potentiæ, ibi est efficax ordinatio, sed hoc est possibile, ergo non requiritur, quòd uterque ingrediatur in recto. Prob. mi. ex communi doctrine, nam in actibus ordinatis, ut sunt actus intellectus, & voluntatis, quod reperitur in actu priori, invenitur participativè in posteriori, v.g. in electione, qui est actus voluntatis reperitur formaliter id, quod est de linea illius, scil. efficacia, & simul ex participatione actus præcedentis intellectus, sive judicii, quod spectat ad lineam istius, scil. ordinatio, cum non eligatur hoc medium præ alio non supposito in tali actu aliquo ordine; at iste non reperitur ex proprie natura, cum voluntas ex propriis non sit ordinativa, ergo ex actu præcedenti intellectus, ad quem spectat ordinare, participatur imperium, & ex præcedente voluntatis participatur efficacia, ac proindè possibile est in prædestinatione, quòd uterque actus ed invicem participent, sine eo, quòd uterque constitutivè, vel in recto pertineat ad illam.

Urg. ulterius. Quia impossibile est duplicem actum, alterum intellectus, & alterum voluntatis immediatè ingredi, aut versari circa potentiam executivam aplicandam, vel circa usum, sed prædestinatio, ut dictum est, est præparatio mediorũ aplicans potentiam executivam ad illa exequenda, quibus prædestinati perducuntur ad vitam æternam, ergo necesse est utrumque actum ordinatè ingredi, aut versari circa illam, itaut ultimus in vi prioris habeat quidquid requiritur ad prædestinationem, Ma. videtur certa in nobis, non enim intellectus, vel voluntas immediatè, & simul aplicant ad usum, sed intellectus imperat voluntati, ut utatur potentiis executivis, & voluntas sola immediatè utitur, ergo idem similiter in Deo, cum hic ordo nullam importet imperfectionem, immò rectitudinem ex propriis utriusque potentiæ. §. Denique, quia potentia volitiva non operatur simul in recto cum intellectiva, quod patet, quia intellectus in ratione præcisè intelligentis, non dicitur habere immediatè rationem potentiæ executivæ, sed tantum dirigere voluntatem ergo in ordine ad media ad intra proposita solum operatur media voluntate, quam dirigit, & consequenter ingredi non poterit uterque actus in recto prædestinationem, sed vel consistet in actu intellectus imperantis usum, vel dirigentis electionem, vel in actu voluntatis aplican-

cantis media, vel eligentis illa.

§. VII.

Solvuntur Argumenta contra praecedentem Conclusionem.

PRimò arg. ex scriptura, & PP. nam sæpè in his dum sit mentio de prædestinatione exprimitur actus utriusque potentiæ in recto, ergo uterque pruut sic pertinet ad illius constitutivam. Prob. ant. 1. de script. nam ad Ephes. 1. dicitur. *Prædestinavit nos secundum consilium*. Et iterum, prædestinavit nos secundum *propositum voluntatis suæ*. Coustat autem cousilium spectare in recto ad intellectum, & propositum ad voluntatem. Unde etiam ait. *Elegit nos in ipso*. Quæ est (scil. electio) proprius actus voluntatis. Et ad Rom. 11. *Non repulit Deus plebem suam, quàm præscivit*. Idest prædestinavit juxta August: de douo persev. c. 18. Matth. etiam 22. multi sunt vocati, pauci verò electi. §. Deindè quoad a. p. ex PP. Nam D. August. eam definivit, ut vidimus, (& est definitio communiter accepta à Theologis,) *Quòd est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur. Ubi præscientia spectat ad intellectum, præparatio ad voluntatem*. Et iterum, quòd prædestinatio est propositum. Propositum antem, ut dictum est, est actus miserendi, & prædestinatio est providentia specialis.

S. Damasc. lib. 2. de fide c. 29. agens de providentia, de qua est eadem ratio, inquit. *Providentia est voluntas Dei, per quam res aptè, congruèque gubernantur*. Et Greg. Nissen. apud D. Thu. 3. cont. Gent. c. 73. rat. 3 de provid. ait. *Quod est voluntas Dei, per quam omnia, quæ sunt, convenientem deductionem accipiunt*. Quòd verò alii etiam SS. PP. utantur numinibus spectantibus ad intellectum constat ex D. Tho. pluribus iu locis. §. Ex quibus arg. sic. Si scriptura, & PP. sic exponantur quòd prædestinatio comprehendat actus utriusque potentiæ in recto, omnia consonant, aliter videtur perpetua uppositio in illis, nam semper sunt alii PP. & scripturæ in oppositum, sed illud debet assignari constitutivum prædestinationis, iu quo magis conveniunt scripturæ, & PP: cum teneamur illud assignare, quod magis eisdem favet, magis antem favet, in quo magis conveniunt, vel quod magis elongat ab eorum oppositiune inter se, & ad unionem conducit, ergu in actu utriusque in recto consistit.

Ad hoc unu verbo dico in primis solum probari his authoritabus, quòd uterque actus concurrat quidem, sed nun ex æquo, ut coustat rationibus adductis; unde quaudo nominant actum voluntatis intelligendæ sunt in sensu causali, val præsuppositivè, quando verò illum intellectus, iu formali, ut ex prufessò etiam constabit infra de isto. Hanc solutionem sæpè insinuat Div. Thom. Et præcipuè quæst. 6. de veritate art. 1. ad 2., ubi ait. *Dicendum quòd prædestinatio non est idem electioni, sed præsupponit eam, & inde est, quòd prædestinati etiam electi dicuntur*. Idque etiam præmiserat in corp. versus finem non solum de electiune, sed etiam de aliis actibus voluntatis dicens. *Unde sicut prudens non ordinat in finem, nisi in quantū est temperatus vel justus, ita Deus non prædestinat, nisi in quantum est diligens. Praexigitur etiam directio, per quam ille, qui in finem infallibiliter dirigitur, ab aliis separatur, qui non hoc modo in finem diriguntur: Hac antem separatio non est propter diversitatem aliquam inventam in his, qui separantur, quæ posset ad amorem incitare, quia antequam nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali, dictum est Jacob dilexi, & ideò prædestinatio præsupponit electionem, electio verò dilectionem*. Ex quibus patet, illud dilexi non intelligi de prædestinatione formaliter, sed tantum præsuppositivè.

Sed prætereà ad singula resp.; & primò ad autoritatem scripturæ, & præcipuè ad Apost.; quòd nun erat ad rem, vel intentum ejus promovere ibi hujusmodi difficultatem theologicam, in quo actu pro formali consisteret prædestinatio, sed ut maximè commeudaret gratiam Dei in hominum prædestinatione; quòd uempè sua liberali, & gratuita voluntate id fecerit, quod potissimum scire uportebat Catholicos, ut humilientur sub potenti manu Dei, & gratias illi pro immensitate beneficii agere nun uegligant. Coustat autem ad id non referre, an eadem iu hoc, vel illo actu consistat, quamvis deindè scholastici, ut ejus naturam perfectè explicent, priori distinctione utantur ad rectam earumdem autoritatum intelligentiam, quandu numinantur nomiue spectante ad voluntatem, sive exprimente actum ejus, ut uempè per illas exprimatur prædestinationis radix, quæ est Divina voluntas. Inter scholasticos verò primus est S. August., quem ejus fidelissimus interpres, & obsequens discipulus secutus est S. Thom.

Ad alia testimonia SS. PP. similiter resp., quòd intelligendi sunt de radice illius, undè D. August. in præfata definitione, vel descriptiune optimè ejus naturam exposuit per actum intellectus tanquam constitutivum formale, cui uon opponitur, quòd non solom dixerit, quòd est præscientia, sed etiam præparatio. Id enim exponitur à D. Thom. hìc art. 2. ad 3., ubi ait. *Dicendum*, quòd duplex est præparatio. *Quædam patientis, ut patiatur, & hac præparatio est in præparato. Quædam alia est agentis, ut agat, & hac est in agente; Et talis præparatio est prædestinatio, prout aliquod agens per intellectum dicitur se præparare ad agendum, in quantum præconcipit rationem operis fiendi; Et sic Deus ab æterno præparavit prædestinando concipiens rationem ordinis aliquorum in finem*. En quomodo per solos actus intellectus integrè eam definivit, seù formaliter, aut quiditativè eam expressit D. August., quando ait, quòd est præscientia, & præparatio.

Nec obstat si dicas, posteriorem particulam esse superfluam, si utraque spectat ad intellectum, cum jam per priorem, scil. *præscientia*; sufficienter expressum sit, quod exprimitur per secundam juxtà hanc explicationem. §. Resp. enim negando sequelam, quia licet utraque pertineat ad intellectum non tamen per solam primam adæquatè exprimitur, quod est de conceptu ejus, sive ejus rationem ingreditur, nam per illam solum importatur cognitio speculativa, posterior verò, seù præparatio superaddit rationem practici, seù cognitionem ordinatam ad opus. Prædestinatio enim non est actus intellectus purè speculativi, sed practici, unde utraque est necessaria ad hoc significandum, nempè quòd prædestinatio est præscientia præparativa beneficiorum Dei.

Ad aliud verò ejusdem Aug. resp. D. Thom. q. 6. relata de veritate art. 1. ad 1. *Quòd in actibus anima*

sta

ita eſt, quòd præcedens actus includitur quodammodo in ſequenti, & quia prædeſtinatio præſupponit electionem, quæ eſt actus voluntatis, ideò in ratione prædeſtinationis aliquid includitur ad voluntatem pertinens, & propoſitum, & alia ad voluntatem pertinentia in definitione prædeſtinationis quandocumque ponuntur. §. Ad Damaſcenum reſpondet idem Angelicus q. 5. ibidem ar. 1. ad 1. *Quòd pro tanto Damaſcenus dicit providentiam eſſe voluntatem, quia voluntatem includit, & præſupponit.*

Ex his ad rationem factam nego ma., quia expreſsè contradicit Philoſophiæ morali, ac Theologiæ circa conſtitutivum prudentiæ, ac providentiæ, quæ quiditativè loquando, aut conſtitutivè pertinent ad intellectum, & important illius actum, ut ſuppono ex communi eorum conſenſu, ut patet ex dictis, nam ordinare, & conferre, quod formaliter ad ſapientem, & intellectum pertinet, ſunt actus prudentiæ, & providantiæ: Undè dum alii ex SS. PP. eam definiunt, aut exprimunt per voluntatem, alii verò per actum intellectus, ne dicantur ſibi ipſis contradicere, (& idem proportionabiliter eſt de ſcripturis,) aptiùs, vel congruentiùs exponuntur juxtà priorem diſtinctionem, & explicationem D. Tho., quod etiam magis conducit ad ſuperius intentum Apoſtoli, ut nempè aſſignetur gratuita illius radix, dum dicimus voluntatem concurrara præſuppoſitivè.

2. Arg. Prædeſtinatio, ut vidimus, eſt efficax ordinatio, ergo in recto importat actum utriuſque potentiæ, ſcil. intellectus, & voluntatis. Prob. conſ. Per nos quia eſt ordinatio, in recto importat actum intellectus, ergo quia eſt efficax, debet in recto importare actum voluntatis. Prob. conſeq. Non minùs efficacia ſpectat ad voluntetem, quam ordinatio ad intellectum, ergo ſi quia eſt ordinatio, dicit in recto actum intallectus, quia eſt efficax, dicet in recto actum volunta tis. §. Urg. hoc. Nam ſi ob aliquam rationem poſterior particula, ſcil. *efficax*, non diceret in recto actum voluntatis, ſicut prior, ſcil. *ordinatio*, dicit in recto actum intellectus, maximè quia efficacia ponitur adjectivè, quaſi accidens ordinationis, ſive non per ſe formaliter requiſitam, aut conſtitutivè pertinens ad illem, ſive ad prædeſtinationem, ſed hæc ratio eſt nulla, ergo; ma. conſtat, quia non videtur aliundè colligi hoc diſcrimen, ſi ſamel utraque indiſpenſabiliter eſt neceſſaria ad exponendam prædeſtinationem, vel ad exprimendum illius conceptum quid itetivum, vel definitivum. Mi. varò prob. Sicut ad i llam exponendam rectè dicitur, quòd eſt ordinatio efficax, ita etiam rectè dici poteſt, quòd eſt motio ordinetiva, ſed non obſtante, quòd ordinatio prout ſic ponatur adjectivè, adhuc ſupponit pro actu intellectus in recto, ergo adhuc poterit efficacia ſupponere pro actu voluntetis in recto, non obſtante, quòd ponatur ibi adjectivè. §. Urgeri etiam poteſt ex doctrina Philoſophi 6. Etyc. ubi definiens electionem, inqnit, quod eſt appetitus intellectivus, vel intallactus appetitivus. Ex quo hic argumentor. Non obſtante, quòd in definitione electionis, appetitus ponatur adjectivè, adhuc ſupponit pro actu voluntatis in recto, ergo pariter non obſtanta, quòd efficacia in definitione, vel conceptu prædeſtinationis ponatur adjectivè, adhuc optimè ſupponere poterit in recto pro actu potentiæ, ad quam ſpectat, ſcil. voluntatis.

Ad hoc nego conſeq. Ad prob. diſt., & explico ant. Quia eſt ordinatio, ut cunque, vel paſſiva, nago, activa, ſive ſumpta pro directione efficaci, conc., nam prout ſic ſupponere nequit pro utroque actu in recto, ſed tantum pro illo intellectus, adjuncta tamen efficacia, quia activè ordinara, ſolum ſpectat in recto ad intellectum, ut probatum eſt, quamvis ut ſic practicè dirigat, vel ordinet, debeat ad illum derivari efficacia à voluntate, unde efficacia ſolum poteſt ingredi præſuppoſitivè, ut ait D. Tho., non in recto. Quod etiam efficaciter convincitur retorquendo prædictam definitionem alactionis à Philoſopho; nam licet dicamus eam ingredi utramque potentiam, nullus tamen dicit utramque poſſe ingredi in recto, quia nempè hoc, quod eſt eligere ſolum ſpectat in recto ad voluntatam, licet quia voluntas non eligit, niſi præmiſſo judicio objecti eligendi, in ipſa electione includitur judicium præſuppoſitivè. Quòd ſi loquamur de ordinatione paſſiva, tunc fatemur ſupponere pro actu efficaci voluntatis ordinato ex actu præcedenti intellectus, quia nempè ex iſto tendit voluntas ad objectum ordinatum. Tunc verò ſumitur prædeſtinatio pro eodem, quòd electio, vel uſus directus per imperium. Et hinc etiam diſtin. conſequens., ergo quia eſt efficax &c. ſi efficacia ſumatur ſubſtantivè, ſive pro motione efficaci ordinata, conc., tunc anim ordinatio venit veluti paſſivè, & efficacia activè, quæ prout ſic magis pertinet ad voluntatem, & ſolum derivativè, val participativè ad intellectum, non quaſi eſſentialiter, ut dictum eſt; ſi accidentaliter, nego. Ad probat. ſimiliter diſt. ant., quàm ordinatio, activè ſumpta, conc., paſſivè pro actu tendente ad objectum ordinatum, nego, tunc enim poteſt eſſe actus voluntatis præſuppoſita activa ordinatione intellectus.

Ad confirmat. nego ma., vel cauſalem, quia poſſat rectè aliter exponi, ut dicitur in argumento, & alitar definiri prædeſtinatio, ut patet exemplo de electione. Ut enim optimè dicitur, poteſt definiri, quòd eſt motio ordinativa, ſicut dicitur, quòd eſt ordinatio efficax, ſed utroque modo, cum ordinatio ſumetur activè, ſemper ſupponit in recto pro ſolo actu intellectus. & nunquam ex æquo pro utroque, ſicut in definitione electionis, ſemper ſumitur pro ſolo actu voluntatis in recto, & nunquam ex æquo pro utroque. Aptiùs tamen deducitur, ad quem actum pertineat ex definitione tradita a D. Auguſt.; Cum in ea magis exprimatur, quod principaliter ad illam pertinet, ſcil. præparatio, vel activa ordinatio. Et per hæc etiam patet ad 2. confirmat., quæ retorqueri poteſt, ut dictum eſt.

Sed inſtas. Quia adhuc non videtur aſſignari ſufficiens ratio, quòd inſpenſabiliter concurrente utroque actu ad prædeſtinationem, unus præ alio ſolum importatur in recto, & non ſimul uterque, ergo congruentiùs pro utroque ſupponet, quàm pro altero determinatè, vel magis pro uno, quàm pro alio, cum utraque etiam particula in altera, ſcil. *ordinatio*, pertinans ad intellactum, altera varò ſive *efficax*, pertinens ad voluntatem, importetur in recto, dum dicimus, eſt ordinatio efficax. §. Expl., & urg. hoc præoccupando ſolutionem, vel inſtantiam de electione. Nam ideò in utraque definitione illius, ſive dicatur appetitus intellectivus, ſive intellectus appetitivus, ſemper importatur ſolus actus voluntatis in recto, & non uterqua ex æquo, quia definitum, ut fatemur omnes, daterminatè eſt actus voluntatis, ſcil. electio, de qua nullus dubitat eſſe actum illius, ſed hoc non militat de definito in definitione prædeſtinationis, dum dicimus, quòd eſt ordinatio efficax;

nam in quæstione est, an prædestinatio, quæ est definitum, sit magis actus intellectus, quàm voluntatis, ergo ad rectè exponendum ejus conceptum definitivum aptiùs dicetur, quòd in utraqua in recto cōsistet.

Urg. ulteriùs ex dictis suprà in procœmialibus. Nam quia in definitione scientiæ dubium est de definito, an de ratione illius sit determinatè sola certitudo, & permissivè tantum evidentia, quia tamen in eadem definitione exprimitur utrumque prædicatum, & præcipuè in recto, dum dicimus, quòd est habitus certus, & evidens, probabiliùs asseritur utrumque importari constitutivè, vel ex æquo, ergo pariter in casu quia dubium est de definito, an de ratione illius sit solus actus intellectus, & præsuppositivè tantum ille voluntatis, quia tamen uterque exprimitur in ejus definitione, & præcipuè in recto, probabiliùs asserendum est, utrumque importari constitutivè, vel ex æquo.

Huic instantiæ præter superiore constabit infra ex professò, cur determinatè in solo actu intellectus, sive in imperio consistere debeat in rectò prædestinatio. Interim dicimus juxta definitionem traditam à D. Augustino ab omnibus Theologis receptam, & juxta aliam strictiùs assignatam à D.Tho. facilè colligi potest ratio ad præferendum actum intellectus actui voluntatis, si semel juxta illas est activa ordinatio ad finem vitæ æternæ, nam huic totum præsuppositivè potest adjungi actus voluntatis ad derivandam efficaciam, cum impossibile sit, quando duo actus ordinatè concurrunt ad eundem finem, ut utrumque indiscriminatim, & ex æquo concurrere, ut explicatum est, aliàs ordinatè non concurrerent.

Ad 1. confirmat. iterum dicimus posse retorqueri; nam sicut certum est in definitione electionis definitum esse actum voluntatis, sive electionem, ita pariter est certum in definitione prædestinationis esse actum specialis providentiæ, & providentiam esse actum, vel partem prudentiæ, quæ utpote directè activa, & ordinativa pertinet ad intellectum, ergo si quia in priori definitione est aliquid pertinens ad voluntatem, utraque ejus definitio supponit in recto pro solo actu voluntatis, & non ex æquo pro utraque, pariter in posteriori, quia est aliquid pertinens ad intellectum supponet in recto pro solo actu intellectus, & non ex æquo pro utroque: unde neg. mi. Et ad prob. annexam nego pariter, quòd sit, aut possit esse quæstio de prædestinatione, quæ est definitum, an in recto supponat pro actu intellectus, cum nullus dubitare possit, quòd sit in recto pars providentiæ, & providentia pars prudentiæ, & consequenter aliquid pertinens ad intellectum, sed dubium est, quòd cum ad illam concurrat juxta Scripturam, & PP. indispensabiliter voluntas, & nomine etiam suorum actuum nominetur, an ex æquo ad illam concurrat cum intellectu.

Ad 2. patet esse manifestum discrimen, quòd duo illa prædicata in definitione scientiæ non se habent, ut duo actus ordinatè se habentes, quorum unus agat in virtute alterius, in quo fundamus in casu impossibilitatem concurrendi ex æquo, ut explicatum est, sed ut duo simplicis prædicata pertinentia ad eandem lineam intellectivam, vel cognoscitivam. Deinde quia possat eadem paritate similiter probari, prædest.nationem salvari posse sine omni actu voluntatis, sicut salvatur scientia juxta prædictum modum dicendi sine omni evidentia cum sola ejus permissione, ut distinguatur à fide Divina, quæ neque eam permittit, quod nullus dicit. Quidquid ergo de illis sit, quòd probabiliùs dicantur positivè convenire scientiæ, & in recto, non tamen quia præcisè exprimuntur in recto in eadem definitione, sed ex aliis motivis ibidem insinuatis, non tamen id asserendum est in casu ob rationes adductas.

§. VIII.

Solvuntur alia Argumenta.

Tertiò arg. & est replica contra superiora. Non solum intellectus sed etiam voluntas est formaliter ordinativa, ergo ex hoc motivo non est excludenda à ratione constitutiva prædestinationis in recto. Prob. ant. 1. Intellectui ex participatione voluntatis, quæ est primum movens quoad exercitium, convenit efficacia formalis, ergo etiam voluntati ex participatione intellectus, qui est primum movens directivum, & ordinativum, potest convenire formalis ordinatio. Prob. conseq., quia ita proprium est voluntatis esse primum movens quoad exercitium, sicut proprium est intellectus ordinare, ergo si nihilominus potest ad intellectum derivare efficacia formalis à voluntate, poterit ad istam derivare formalis ordinatio ab intellectu. §. 2. Quamvis sit proprium intellectus discurrere, & conferre, nihilominus cogitativa in homine ex participatione illius discurrit, & confert unum cum alio, ergo pariter quamvis sit proprium illius ordinare, poterit hoc ipsum participare voluntas ex illo. §. 3. Quamvis iterum sit proprium intellectus esse primum movens quoad specificationem, proponendo scil. objectum, hoc ipsum tamen participat voluntas ab intellectu, ergo licet illius sit proprium ordinare, ex participatione poterit id convenire voluntati; consequens tenet, quia non videtur assignabilis major ratio de uno, quàm de alio; non enim minùs proprium est intellectus movere quoad specificationem proponendo objectum, quod formaliter fit intelligendo, quàm ordinare, quod etiam formaliter fit intelligendo, & conferendo unum cum altero, quod spectat ad substantiam actos intellectus; ant. verò prob. quia pia affectio voluntatis movet ad actum fidei quoad specificationem, nam si solum moverat quoad exercitium, quod est proprium voluntatis, non magis penderet talis actus à voluntate, quàm pendeat actus scientiæ purè speculativæ, cum hic etiam ut eliciatur hoc, & nunc pendeat ab eadem movente quoad exercitium, ut supponimus. Quod verò pia affectio moveat ad actum fidei ostenditur 22.q.1.ar.4. §. Prob. 4. idem ant. Nam actus charitatis pertinens ad voluntatem est ordinativus actuum aliorum virtutum ad finem vitæ æternæ, cum ex vi illius ordinationis fiant meritorii ejusdem vitæ, sive præmii essentialis ergo.

Ad hoc poterat primò responderi ex dictis, quòd licet admitteretur voluntatem esse formaliter ordinativam ex participatione intellectus, adhuc tamen concludi nequit, quòd in actu voluntatis in recto consistat prædestinatio. Quia si in aliquo consisteret maximè in illo electionis, cum non sit alius assignabilis, ut patet discurrendo per singulos, et verò in isto consistere non possa constat ex superioribus, cum pertineat ad ordinem intentivum, & consumatur in illo, cum sit ultimus illius, prædestinatio autem importat efficaciam executivam, ut patet ex ejus definitione, cum sit præparatio ordinativa, & transmissi-

va

væ creaturæ rationalis in vitam æternam, ut infra adhuc constabit, juxte quàm doctrinam omnes probationes eddductę nihil concludnnt.

Sed deinde resp. 2. neg. ant. Ad 1, a'us probat; in primis dato transeat ad ant. negu cons. Quia cum ordineta de madiis ad finem sit disponere, & benè providare de illis in ordina ad illum, intelligi nequit sine alique compatatione, & collatione illorum ed finem, ad quam otdinantut, certum ast autem, quòd conferra unum elteri formalitar loquendo pertinere nequit ad potentiam non intelligentem, cum sic conferre, sicut & discurrera, vel inferre unum ax alio, habari non possit nisi intelligendo, & cognoscendo, ut patat ex terminis, & tradit D.Tho. 22. q.47, ar.1, in corp. Ubi in fine ait: *Cognoscere autem futura ex præsentibus, vel præteritis, quod pertinet ad prudentiam, propriè rationis est, quia hoc per quandam collationem agitur, qua ratione concludit*, quòd prudentia propriè sit in intellectu, sive in recto. Qued confirm, ar.6. seq., ubi prudentis proprium esse docet (suppositis principiis, quæ in moralibus sunt fines virtutum moralium,) disponera de mediis tanquam conclusionibus illorum finium, conferra autem, & inferre ex principiis, solum potest esse rationis, ideoque infert iterum, quòd prudentia ad rationem in recto spectat. Igitur ed prædestinationam pertinet practicá disponere de mediis proportionatis ed finem, & practicè ordinare ille, ubi necessariò exigitur collatio finis cum mediis, & illetio illurum tanquam cooclusionum ex fine, quod totum spectat in recto ad rationem practicam, & sine cognitione non fit; quæ omnino repugnant volunteti, & præcipuè in ordina intentivo, in quo est electio. Unde etiamsi dararur intellectui convenira ex participatione voluntatis movara quoad exercitium, ex eo quòd in hac motione non reperietur eliquod prædicatum intrinsecè illi, vel essentialitar rapugnans, non taman voluntati convenire potest ordinare ob impossibilem convanientiam cognitionis, quem indispensabilitar importat ordinatio pro formali.

Sed prætercà vel neg. ant., quòd intellectui conveniat movere quoad exercitium ex participatione voluntatis: vel dist. claritatis gratia ant., convanit intellectui efficacie (scil. movendi quoad exercitium,) veluti subjectiva, siva ex parta subjecti, neg., ex parte objecti, conc.; intellectus enim ex motione voluntatis movetur quidem ab illa subjectivè, sed non participat efficaciam subjectivam, sive ad movendum quoad exercitium ex parte subiecti, sed juxta sui naturam, nam unum quodque recipitur ed modum recipientis, unde motus ab aadem non movet illam ad actus sequentes derivando aliquid, ratione cujus voluntas dicatur mota subjectivè, sed hanc motionem voluntas accipit à solo Deo, & ideò nunquam verificatur, quòd modus movandi, qui convenit volunteti ad intellectum derivetur, sed solum verificatur, quòd ex motiona voluntatis iterum, vel mutuò moveat illam quoad exercirium ax parte objecti, ut illud actu prosequatur secundum quòd ab illo proponitur, per modum dictaminis practici in casu, intimandu illi ut dictum est, aplicationem potentiarum executivarum. Et deinde dist. similiter conseq. Potest convenire ordinatio voluntati, eo modo, quo convenit intellectui, sive ad hunc sensum, quòd voluntas danominetur in proprio actu formaliter ordinens, neg.; ità ut tendat ad objectum ab intellectu formaliter ordinatum, & ex hac ordinatione objectiva maneat etiam ordinatio in sequantibus actibus, conc. Ex quo sequitur mutuò utremq; potentiã participare ex communicationa alterius juxta tamẽ sui naturam non ingrediando limites essentiales alterius, aliàs finitæ non essent intra proprios limites, quod est contre conceptũ entis finiti, ut alibi axplicatum est, unde intellectus à voluntate motus participat efficaciam, & voluntae ordinationem ab intellectu servata tamen prædicta proportione, ut scil. voluntas cum sit primum movens quoad exercitium, moveat ex propriis hac motione intellectum ex parte subjecti; intellectus verò sic subjectivè motus à volontate accipit efficaciam ab illa, non ad movendum subjectivè, seù effectivè eplicando, sicut dicitur de voluntate, sed objectivè proponando, & intimando executionem mediorum voluntati, quod est participare efficaciam movendi quoad exetcitium tantum ex parte objecti vel intrà propriem lineam, scil. objectivam. Per quòd pater ad illius probationem.

Sed instas. Ergo eedem ratione, que prædestinetio consistere potest in actu intellectus participentis suo modo efficaciam à voluntate, poterit etiam consistere in actu voluntatis participantis suo modo ordinationem ab intellectu. Prob. cons. Ideò consistere potest in illo intellectus, quia ibi est ordo, & efficacia saltem objectiva, licet non subjectiva, sed etiam per nos in illo voluntatis est efficacie, & ordinatio saltem objectiva, licet non formalis, ergo si id sufficit ax patte intellectus, pariter sufficiet ex parte voluntatis, ut sit constitutivè in utroque.

Urg. hoc; Nam in actu voluntatis non minùs reperitur quidquid est necessarium ad prædestinationis constitutivum, quàm reperiatur in illo intellectus, ergo non minùs in eodem consistit, quàm in illo. Prob. ant. Ad constitutivum illius duo requiruntur, (ut fatemur omnas, scil. ordinatio, & efficacie, sed utraqua tam sufficienter repesitur in actu voluntatis, quàm in illo intellectus ergo non minùe in illo, quàm in isto cõsistit. Prob. mi. quia sufficit ad illud ordinatio objectiva, sed hanc saltam participat ab intellectu, ut nos etiã dicimus, ergo cum aliàs sit in illo efficacia ex propriis habet utrãq; sufficientas Prob. ma., quia sufficit ad illud efficacia objective, & nõ riquiritur subjectiva, vel effective, aliàs nõ posset consistere in illo intellectus, cum hanc juxtà solutionem participare nequeat, sicut nec voluntas ordinationem formalam, ergo parlter sufficiet ordinatio objectiva, & non erit necessaria formalis, prob. conseq. quia non videtur major ratio de una, quàm de alia, si semal utraq; ingreditur idem constitutivum.

Huic instantiæ pater ex superioribus, quòd cum prædestinatio, ut dictum ast, sit pars providentiæ, & providentia prudentiæ, quæ ed rationem pertinet, axigit esse ordinativam pro formali, nam proprissimum rationis est sic ordinere, & non præcisá tendere ad rem ab alio ordinatam, aut movere ad sic ordinandum; hoc enim ratione, ut vidimus ex D. Th., præsuppositivè se habet, unde licèt voluntas sic moveat, aut tendet, non tamen ingredi potest constitutivum pro formali. §. In forma ergo nego conseq. Ad prob. dist. ma. quia est ordo ut cunque nego, pro formali, conc., & concassa etiam mi. nego conseq., vel suppositum illius, quòd sufficiat quicunque ordo, vel quòd consistat in actu intellectus, quia est ordo in illo ut cunque, sed quia ast ordo pro formali, & non præcisè ex parta, ut est in illo voluntatis.

Ad 1. Confir., quæ potest esse replica, neg. ant. Ad prob. neg. mi. Ad illius prob. neg. ma. Ad prob. neg. consl. quia prædestinatio pro formali, cum ad rationem pertineat, ut dictum est, nequit supponere ordinem ab alio constitutum, sed tenetur ipsa ordinare formaliter, licet supponere possit efficaciam, quæ ad rationem formaliter non spectat, sed magis ad lineam volitivam, unde non eodem modo ingreditur conceptum illius ordinatio, sicut efficacia, sed illa formaliter, hæc verò tantum objectivè, unde non sufficit ad illam ordinatio objectiva, sicut sufficit objectiva efficacia, sed requiritur formalis.

Et per hæc patet etiam ad 2., ad quam neg. conseq. Ad prob. dist. ma. debet esse ordinata, ut cunque neg., ordinatione formali, conc., & dist. mi. nuoquam deficit hìc ordo, formalis neg., objectivus conc., nam si non esset ordinatio formalis ex parte intellectus, sed sola objectiva ex parte voluntatis, esset quidem ordo in mediis, ut supponitur, non tamen sufficiens, utpotè purè objectivus, qui non sufficit, ut dictum est, imò nec iste esse posset non supposito formali ex parte intellectus formaliter ordinantis objectum, sive media.

Ad 2. prob. principalem ant., ejusdem primi argum. ex paritate cogitativæ est manifestum discrimen, nam cogitativa jam est intra lineam cognitionis, unde mirum non est, quòd possit aliquid participare de eadem linea, quamvis nec etiam participare possit pro formali, quod est proprium intellectus, sive secundum proprietatem, qua convenit intellectui, sed valdè deficienter, sive modo inferiori, scil. discurrere circa singularia materialia tantum, nec penetrando vim illationis consequentis ex antecedenti; cæterum voluntas cum non sit cognoscitiva, sed pura inclinatio, quæ ex sua natura, cœca est, & consequenter indiget ductu alterius, sive intellectus ad agandum non est capax participandi vim ordinativam pro formali, quia hæc, ut vidimus, sine cognitione esse non potest. Unde etiam poterat hæc paritas retorqueri. Unde in forma distincto antec. juxtà explicationem traditam, nego cons. ob discrimen in eadem adductum.

Ad 3. paritatem motionis quoad specificationem, aliqui ex Thomistis admittunt hanc motionem posse convenire voluntati ex participatione ab intellectu, sicut similiter intellectui movere quoad exercitium ex participatione à voluntate, quia putant in his motionibus non claudi, vel non importari id, quod pertinet ad substantiam actus unius potentiæ respectu alterius, itaut intelligi possit motio quoad exercitium non intellecta volitione, & motio quoad specificationem sine substantia cognitionis, quod tamen verificari nequit de ordinatione, ut dictum est.

Cæterum hæc solutio videtur difficilis, nec posse salvari præcipuè quoad alteram partem de motione quoad specificationem, quod participari possit à voluntate, cum non minus videatur ad illam requiri cognitio, quam ad ordinationem, ita ut intelligi nequeat voluntas sic movere, nisi sit formaliter ordinativa, ac proindè cognositiva. Primò, nam ideò dici posset voluntatem influere in actum fidei movendo quoad specificationem, quia supposito judicio de convenientia assensus Deo dicenti circa objectum revelatum, sequitur pia affectio voluntatis, qua intellectum movet ad assentiendum Deo revelanti, sed si semel ex hoc habet voluntas movere quoad specificationem ex participatione intellectus, non videtur ei deneganda participatio etiam formalis ordinationis, ergo vel erit ei utrumque negandum, vel non poterit eidem concedi vis motiva quoad specificationem, si semel negatur illi vis ordinativa pro formali. Prob. mi. quia sicut voluntas in actu fidei movet, & aplicat intellectum, ut assentiatur Deo dicenti, vel obscurè revelanti, ità pariter movet, & aplicat illum in actu imperii, ut eliciat ordinationem, ergo si quia ità movet in actu fidei, dicitur, aut verificatur esse motiva quoad specificationem, quia similiter movet in actu imperii, dicetur, aut verificabitur esse ordinativa formaliter.

Secundò. Quia in hoc assensu circa objectum fidei, non solum voluntas, sed etiam Deus aplicat physicè in nostra sententia ad illum quoad speciem eliciendum, & tamen non per hoc dicitur, quòd Deus moveat quoad specificationem, ergo nec debet id dici de voluntate. §. 3. Quia hujusmodi motio quoad specificationem in hoc consistit, vel ex eo oritur, quia datur aliquando objectum, quod ex propriis, sive in sua natura, vel specie non convincit intellectum, unde est necessaria voluntas piè affecta, vel pia eius affectio circa illud, ut intellectus ex eadem motione illi assentiatur, ut contingit in objecto probabili non convincente, aut non per se noto, vel ex se, unde hac ratione opiniones dicuntur attribui voluntati, sed circa hujusmodi objecta solum dicitur movere quoad exercitium, ut eliciat speciem assensus circa objectum probabiliter propositum; ergo idem videtur asserendum de actu fidei.

Quartò. Quia movere quoad specificationem, si semel quoad substantiam convenit cum motione, quæ tribuitur intellectui, intelligi nequit nisi proponendo objectum, illuminando potentiam, & agendo de eadam propositione objecti; hæc enim est, quæ tribuitur illi, sed hujus motionis videtur omninò incapax voluntas; tum quia ut patet, fieri nequit sine cognitione ejusdem objecti, tum quia voluntas solum habet aplicare intellectum ex parte subjecti, ergo nequit illi convenire modus movendi quoad specificationem conveniens intellectui.

Quintò denique, Nam ideò movet intellectum ad assentiendum rebus revelatis; quia piè afficitur ad objecta credanda, sed piè allici ad illa non habet ex participatione intellectus, nisi quatenus omnis ejus actus pendet ex propositione objecti, ergo quòd voluntas sic moveat ad assensum fidei, non facit eam propriè movere eo genere motionis quo ad specificationem ex participatione intellectus, quo idem movet; sed solum generaliter, sicut dicitur de cæteris ejus actibus.

Aliter ad eandem prob. dist. ant. convenit movere quoad specificationem; ad hunc sensum, quòd aliquando moveat intellectum ad elicientiam actus circa aliquod objectum conc. movere, eo modo, quo proprie convenit intellectui, nego, nam sicut dicimus de intellectu, quòd participet à volontate vim motivam, non eo modo, quo propriè convenit voluntati, scil. subjectivè, sed tantum objectivé, ut explicatum est, & sicut iterum dicimus de voluntate, quòd participet ab intellectu vim ordinativam, non quasi objectivè efficiendo illam, sed prosecutivè, quia tendit in objectum jam ordinatum ab intellectu, ita similiter dicitur participare ab illo vim motivam quoad specificationam, non quasi objectivè, scilicet proponendo, & illuminando, aut agendo de specie ejus, ut propriè facit intellectus, sed magis subjecti-

ve

vè movendo ad speciem actus circa objectum jo tali specie propositum ab intellectu, qua ratione, ut insinuavimus in priori replica, licet moveat Deus ad illum, non tamen dicitur movere quoad specificationem.

Quòd si instes objectum fidei de se non sufficienter movet ad actum fidei, & posita pia affectione voluntatis habet tunc movere sufficienter ad illum, ergo pia affectio aliquid addit ex parte objecti. Prob. ant. quia proposito objecto fidei sine pia affectione voluntatis, intellectus non tantum non assentitur, sed potest etiam dissentire. ergo objectum sine illa non movet sufficienter. §. Resp. dist. ant. 1. quoad 1. p. non sufficienter movet ex defectu alicujus requisiti ex parte sui, nego ex parte principii moventis, conc., & similiter dist. quoad 2. Posita pia affectione movet ex vi alicujus superadditi ex parte objecti ad movendū, nego ex parte principii transeat, vel conc., & contra hanc distinctionem non militat probatio ejus, ut statim constabit, Itaque juxta doctrinam D. Tho., & communem duo in fide considerari possunt. Alterum est, quod spectat ad speciem assensus intellectus, alterum verò, quod spectat ad speciem assensus virtuosi; si de primo loquamur tunc objectum fidei sufficienter movet positis principiis prodentibus credibilitatis mysteriorum fidei, unde ut docet D. Tho. 2. 2. q. 5. art. 2. Dæmones credunt coacti ab evidentia signorum, quæ præcedunt ad fidem, coacti scil. moraliter, quia motiva nostræ fidei sufficienter proposita moraliter dicuntur convincere intellectum, ut mysteriis revelatis assentiatur. Si verò de secundo, sive de assensu ut virtuoso, & laudabili, ad illum exigit fides piam affectionem, qua voluntas complacet in objectis revelatis, & ad Deum revelantem piè afficitur, qua ratione D. Tho. ibidem ad 1. inquit quòd Dæmonum fides non pertinet ad laudem voluntatis ipsorum, quia nempè est quodammodo coacta ex signorum evidentia, & ut subdit ad 3. hoc ipsum displicet illis, quòd signa fidei sint tam evidentia, ut per ea credere compellantur, unde in nullo etiam, ut concludit, minuitur malitia eorum per hoc, quòd credunt. Non igitur voluntas superaddit aliquid ex parte objecti ad credendum,) quòd est movere quoad specificationem conveniens in genere motionis cum motione intellectus, sed modo longè diverso, & magis conveniente voluntati ex se, quàm ex participatione intellectus.

Ad ultimam ex paritate charitatis dist. ant. Actus charitatis est ordinativus, formaliter, nego, virtualiter, & veluti in radice, conc., cum enim charitas versetur circa finem ultimum, utpotè habens Divinam bonitatem immediatè pro objecto, & hic finis ultimus finalizet omnes fines intermedios virtutum moralium, sive ad illum omnes isti sint ordinati, movet intellectum ad quærenda media illarum, & ad imperanda media, quæ requiruntur ad executionem virtutis, & ita contingit in Deo volente hominem perducere ad gloriam, quòd ex voluntate hac efficaci movetur ad judicium de mediis, quòd sequitur electio, & deindè eligens aplicat ad imperandum de mediis electis; nec aliter potest charitati convenire ordinatio, scil. non elicitivè, quasi ipsa ordinet, sed aplicativè, nam elicitivè dicitur esse à prudentia infusa, vel à fide, quæ aplicatur à charitate, ut prædictos virtutum actus in finem charitatis dirigat. Et hac etiam ratione dicuntur ab illa tanquam à radice accipere valorem meritorium vitæ æternæ.

Sed instas. Quia juxta hanc solutionem prudentia infusa, vel fides magis erunt forma aliarū virtutum, quam charitas, & consequenter ab illis magis habebunt valorem meritorium ejusdem præmii, quàm à charitate; consequens non admittitur, ergo. Prob. ma. Quia juxta illam eadem prudentia, vel fides est, quæ formaliter ordinat prædictos actus ad vitam æternam, & charitas solum motivè, & impulsivè, vel aplicativè, ergo si idem valor habetur ex vi ordinis ad illum finem, magis prudentiæ, vel fidei tribuendus erit tanquam formæ, quàm charitati.

Resp. nego ma, ad prob. dist. antec. quoad 1. par., quæ formaliter ordinat in virtute charitatis, conc., quasi ex propriis, nego, nam licet ex propriis conveniat illis hoc, quod est præcisè ordinare, & dirigere, cum propriè hoc ipsum spectet ad lineam intellectivam, vel cognoscitivam, ut dictum est, non tamen hoc, quod est ordinare meritoriè, nam quantum ad rationem meriti, quæ reperitur in tali ordine soli charitati tribuitur, quia ad ipsam solam specificativè pertinet idem finis seu bonitas Divina respectu cujus dicuntur habere præfatum meritum. Quamvis ergo charitas spectans ad lineam volitivam non habeat ex propriis ordinare, sed movere, vel aplicare intellectum, vel etiam fidem, & prudentiam infusam ad ordinandum, habet tamen ex propriis communicare valorem meritorium vitæ æternæ actibus ordinatis ab illis ad eundem finem, unde illi magis tribuitur esse formam illarum, quàm fidei, vel prudentiæ, ut docet D. Th. 2. 2. q. 4. art. 3. in fine corp., ubi ferè in terminis tradit hanc solutionem dicens. *Manifestum est autem, quòd actus fidei ordinatur ad objectum voluntatis, quod est bonum, sicut ad finem. Hoc autem bonum, quòd est finis fidei, scil. bonum Divinum, est proprium objectum charitatis. Et ideo charitas dicitur forma fidei, in quantum per charitatem actus fidei perficitur, & formatur.* Cujus etiam rationem præmittit. Quia nempè, *Actus voluntarii speciem recipiunt à fine, qui est voluntatis objectum. Id autem, à quo aliquid speciem sortitur se habet ad modum formæ in rebus naturalibus, & ideo cujuslibet voluntarii actus forma quodammodo est finis ad quem ordinatur; tum quia ex ipso recipit formam, tum etiam modus actionis oportet, quod respondeat proportionabiliter fini.* En quomodo charitati propriè conveniat esse formam aliarum virtutum non quidem intrinsecam, ut ait ad 2., sed prout perficit, valorat, & informat actus earum, unde per ipsam operantur, scil. meritoriè, ac proindè etiam ab ipsa habent esse perfectum simpliciter perfectione virtutis, ut subdit q. 6. seq. art. 2. ad 1.

Quartò arg. Reprobatio consistit in recto in actu voluntatis, ergo & prædestinatio, Ant. est D. Thom. q. 6. veritate art. 1. ad ult. Ubi ait. *Unde etiam reprobatio ex ratione sui nominis magis pertinet ad voluntatem, est enim reprobare, quasi refutare.* Consequentiæ patet à paritate, nam contrariorum eadem est ratio. §. Urg. hoc. Quia ex eo oppositum affirmamus de prædestinatione, quia est pars providentiæ, sed etiam reprobatio est pars illius, ergo si hoc non obstante, in recto consistit in actu voluntatis, pariter prædestinatio in recto poterit in illo consistere.

Resp. dist., & explico claritatis gratia ant. Reprobatio, accepta ut opponitur approbationi; seu electioni, conc., ut opponitur prædestinationi pro formali, nego. Dupliciter ergo accipi potest reprobatio; primò ut opponitur approbationi, sive electioni,

hoc

enim sonet nomen approbatio, scil. electionem, & tunc importat in recto actum voluntatis, & ita accipitur à D.Thom.,ibidem de veritate,quę ratione nec opponitur directè prædestinationi, nec est pars providentiæ sumptæ pro formali, ut ait ibidem in principio solutionis, dicens. *Reprobatio directè non opponitur prædestinationi, sed electioni, quia qui eligit, alterum accipit, & alterum reiicit, quod dicitur reprobare*. Quod magis videtur pertinere ad ætymologiam nominis, quàm ad quiditatem rei significatæ; & ideò subdit, quòd ex ratione sui nominis magis pertinet ad voluntatem, quia prout sic, quasi idem sonat, quod refutare. Secundò accipitur juxta D. Thom. hic ar.3. secundum quòd est pars providentiæ respectu eorum, qui decidunt à fine vitæ æternæ, sicut prædestinatio est pars illius respectu eorum, qui divinitùs ordinantur in salutem æternam, & tunc licet voluntatem includat, non tamen in illo consistit in recto, nec præcisè etiam nominat præscientiam, sed aliquid addit secundum rationem, (de quo infra;) sicut & providentia. *Sed pro tantò ad præscientiam in Deo pertinere, quia nihil positivè est ex parte voluntatis in Deo respectu mali culpæ, non enim vult culpam, sicut gratiam*. Secundum autem quòd subdit ibidem, & repetit hîc, potest reprobatio definiri, quòd sit præparatio pœnæ cum præscientia culpæ in vi voluntatis permissivæ præcedentis. Hæc enim virtualiter manet in providentia pœnæ, sicut manet electio virtualiter in providentia mediorum ad gloram.

Ex his etiam patet ad confirm., ad quam concessis præmissis nego suppositum consequentis, quòd secundum quòd est pars providentiæ in recto consistat in actu voluntatis, licet illam includat, ut rectè explicat, & rem hanc totam confirmat dicens. *Ad providentiam pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ providentiæ subduntur. Unde cum per Divinam providentiam homines in vitam æternam ordinentur, pertinet etiam ad providentiam Divinam, ut permittat aliquos ab hoc fine deficere, & hoc dicitur, reprobare. Sic igitur sicut prædestinatio est pars providentiæ respectu eorum, qui divinitùs ordinantur ad æternam salutem, ita reprobatio est pars providentiæ respectu illorum, qui ab hoc fine decidunt; Unde reprobatio non nominat præscientiam tantum, sed aliquid addit secundum rationem sicut & providentia, ut supra dictum est*, q.præced. ar.1., & tandem concludit. *Sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa*. Ex quibus patet hanc confirmationem retorqueri, quòd sicut prædestinatio, quia est pars providentiæ, licet voluntatem includat, scilic. conferendi gratiam, & gloriam, non tamen in illius actu in recto consistit, sed in illo intellectus, ut probatum est, ita reprobatio licet eandem importet, scilicet permittendi casum in culpam, quia tamen est pars providentiæ non consistet in illius actu in recto, sed magis in illo intellectus.



§. IX.

Solvuntur alia Argumenta.

Quintò arg. Prędestinatio est actus potentię executivæ, sed hęc sub munere saltem executivę distinguitur ab intellectu, ergo non consistit formaliter, vel in recto in actu intellectus: mi.constat ex dictis, & videtur etiam supponenda, ut detur locus quæstioni, & adhuc etiam statim constabit: ma. verò prob. Tum quia per potentiam executivam causantur affectus prædestinationis, argo. Tum quia prædestinatio importat præparationem activam in mente Dei existentem, qua producuntur res ad extra, ut docet D.Tho.hic ar.2.ad 1. in fine, ubi ait. *Unde prædestinatio non ponit aliquid in prædestinato, sed executio eius, quæ transit in exteriores res ponit in eis aliquem effectum*. Sed præparatio activa est actus potentiæ executivæ, ergo prædestinatio est actus illius. §. Ex his etiam probari poterat eadem mi. primi argumenti. Nam illa est potentia executiva, in qua continetur effectus, sicut potentia executiva ignis est calor, quia in illo continetur affectus ignis, ergo potentia executiva distinguitur ab intellectu; patet cons. quia effectus producendi à Deo, continentur in Omnipotentia, & infinitata eius. Præterquàmquòd videtur etiam expressa D. Tho. infra q.25.ar.1.ad 4. ubi ait. *Quod potentia non ponitur in Deo, ut aliquid differens à scientia, & voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, in quantum, scil. potentia importat rationem principii exequentis id, quod voluntas imperat, & scientia dirigit*, quatenus scil. per illam exequitur Deus, quod intellectus disponit exequendum.

Adhoc dico in primis esse solvendum à contrariis, quia non tantum probat prædestinationem non consistere in actu intellectus, sed nec etiam consistere in illo voluntatis, sed nec consistit in illo potentiæ executivæ ab utraque distinctæ. sed deindè dist. ma. est actus potentiæ executivæ, identicè, idest attributi, quod est potentia executiva, conc. formaliter, vel sub munere executivæ, nego. Ad 1.prob. nego cons., solum enim inferri potest, quod sit veluti instrumentum, vel munus quasi instrumentale potentiæ prædestinantis, hæc enim formaliter est intellectus, & præsuppositivè voluntas, ut dictum est, unde in actu intellectus præsupponente illum voluntatis in recto formaliter consistit, itaut intellectus imperet, voluntas utatur, & tandem intellectus sub munere, vel formalitate potentiæ executivæ exequatur; unde in hac linea practica, ad quam pro formali spectat prædestinatio, hæc tria importat unum in recto, scil. actum intellectus, qui est imperium, ut constabit infrà, & duo consequanter, nempè usum, qui est actus voluntatis, & ipsam executionem, quæ tribuitur eidem intellectui sub munere potentiæ executivæ, in opinione non distinguente illum adæquatè ab eadem executiva: sive ergo sic distinguatur, vel non, sed sola diversitate muneris; in actu alterius potentię, vel in actu ejusdem intellectus sub munere potentię executivę consistere nequit prędestinatio pro formali, sed in solo intellectus sub munere intellectus, ut probatum est: sicut ergo in nobis potentię exteriores efficiunt effectus nostri intellectus, & voluntatis, sic pariter in Deo intellectus sub munere potentiæ executivę exequitur effectus intellectus, & voluntatis Divinę, & sub hoc munere magis est executio prędestinationis,

tionis, quàm prędestinatio pro formali, quę importat rationem, & ordinationē mediorum in finem vitę ęternę, non ipsam executionem pro formali, sed consequenter, & tanquam effectum illius.

Ad 3. probat. dist., importat preparetionem activam, pręcipientem executionem conc., immediatè exequentem nego, & hoc etiem indicat D. Tho. ibidem verbis reletis, dum expreßè executionem distinguit ab intelligere, & velle, in quibus statuit prędestinationem, scil. in intelligere pro formali, & in velle pręsuppositivè, ut supra vidimus ex eodem. Sed iterum dico non tam hinc excludi actum intellectus in recto, quàm illum voluntetis, quie D. Tho. posteriori loco ex q. infrà 25. potentiam executivam non tam eb intellectu, quàm à voluntete distinguit, ut paret ex verbis relatis, cum tamen certum sit de mente ejus in actu ab illis distincto in recto non consistere, sed expreßè concl. nostram tradere inter cętere loca relata q. 5. de veritate art. 1. ad. 9., ubi artem, quę respicit productiquem, distinguit à prudentia, cujus principalis pars est providentia, & hojus prędestinetio, ut dictum est. Et in fine corp. inquit, *Providentia includit scientiam, & voluntatem, sed tantum essentialiter in cognitione manet, non quidem speculativa, sed practica, potentia autem executiva est providentia, unde actus potentia præsupponit actum providentia sicut dirigentis, unde in providentia non includetur potentia, sicut voluntas*. En quomodo actum potentię excludit à formali retione providentiæ, & consequenter à prædestinatione, cum sit, ut vidimus, eedem retio, unde si semel in actu potentiæ executivę consistere, nun posset juxtà D. Thom. consistere in actu voluntatis, ut intendunt Contrerii.

Ex his etiem patet ed id, quod subditur in favorem mi. Nem sive edæquatè distinguatur potentia eb intellectu, sive non, cum temen ectus illius, ut eit D. Thom., præsupponat providentiem, ec proindè etiem prædestinetionem, nunquam poterit hæc in ejusdem ectu pro formali, vel in recto consisteret. Cœterum, quod ettinet ad hujusmodi distinctionem, jam in superioribus examinatum est: & ex solutione illa ed 4. nequit precisè inferri adæquate ejus distinctio ab intellectu: (quamvis in hec sententia minùs obstet, ut patet, argumentum factum:) nem statim subdit aliem solutionem: *Vel dicendum*, inquit, *quòd ipsa scientia, vel voluntas Divina secundum quid est principium effectivum, habet rationem potentia; Unde consideratio scientia, & voluntatis precedit in Deo considerationem potentia, sicut causa pracedit operationem, & effectum*. Quibus verbis non solum insinuat oppositem sententiem distinctionis inedæquatę, vel secundum solem diversitetem munerum, sed etiam confirmat solutionem traditam, quòd actus potentiæ executivę supponit scientiem, ad quam spectat providentia, & prædestinatio pro formali.

6. Arg. In quolibet genere, vel ordine illud est constitutivum, quod est primum, & veluti redix cœterorum, sed in ordine prędestinativo primum, & veluti radix aliorum, quę à Deo conferuntur hominibus ad affecutionem vitæ æternæ, est electio, vel intentio efficex gloriæ, ergo in iste consistit formaliter, vel in recto prædestinetio. Mi. constet ex dictis. Nam divina electio est radix, vel cause omnium divinorum beneficiorum, quæ in electos conferuntur. Ex eo enim, quòd Divina bonitas hominem ed gloriæ suæ communionem destinavit, vel eligit, cœtere quoque done, & edjumente illi impartitur, quibus hac tanta glorie dignus effici mereetur, ut apertè testetur Apost. Rom. 8. cum ait, *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, hos & vocavit; quos autem vocavit, illos & justificavit, quos autem justificavit, illos & magnificavit*. Ma. verò prob. Tum quie hec retione supre probavimus intellectivum radicale, vel gredum intellectivum esse constiturivum Divinæ naturæ. Tum etiam in ordine beatifico, quie ectus intellectus est primum, in illo, dicimus beatitudinem essentialiter consistere. Tum quia ex eo, quòd gratia in ordine justificandi est prime redix omnium, est etiam forma sanctificans. Tum denique in homine in aliis: Nam quia anima rationalis v. g. est primum, est similiter forma constitutiva illius, ergo eedem retione erit electio constitutiva prædestinetionis.

Ad hoc etiam dico in primis, quòd nisi aliquid eddetur ad me, assumptum est solvendum eb omnibus; manifestè enim initatur in ordine scientifico: (& sic in aliis ut in fine comparativè ad medie;) Nem primum in hoc ordine, & tenquem redix sunt principie, & temen in illis, vel in essensu præciso eorum non consistit scientie, nec discursus, sed in consensu, vel motu illetivo conclusionum ex illis per medium intrinsecum connexionis, ut alibi, & in superioribus explicatum est. Non ergo ex eo, quòd electio sit primus actus in ordine prædestinativo rectè inferrur, quòd constituet prædestinationem, eadem namque proportio servenda est, quod est omninò certum circa modum constitutionis rerum, quæ inter se hebent aliquē ordinē, undè in his solum poteret inferri, quòd forma, quę primo intelligitur in tali ordine constituet primū concretum in illo, non tamen quòd sit constitutive totius complexi plura ordinetè importantis, nam potest in isto prævalere aliquod aliud prædicetum juxtà meritum illius, ut patet in prædicto ordine scientifico, in quo concurrunt principie, & conclusio, vel uterque essensus, scil. eorum, & conclusionis; licet enim principia, vel essensus eorum, quia sunt primum, & veluti redix, ex qua derivetur conclusio, vel essensus illius, constituent primum concretum in hoc ordine, scil. intelligentis, non tamen concretum, sive totum complexum in illo, scil. scientiæ; sic proportioneliter dicimus in cesu, quòd licet electio, vel intentio efficax selvendi electos, quia sunt primi ectus in ordine prædestinativo, constituant primum concretum in illo, nempè Deum intendentem, diligentem, & eligentem, non temen complexum, vel concretum prædestinetionis, in quo omnia ista comprehenduntur, sed magis constituitur istud per posteriorem actum intellectus, ut probatum est, quia nempè pertinet ed ordinem providentiæ, in quo prævalet pro formali ratio ordinativa, & consequenter actus intellectus, ut similiter contingit in eodem ordine scientifico, nam quia pertinet ed lineam illetivam, non purè adhæsivam objecto, vel intuitivam illius, aut ad simplicem ejus intelligentiam, non per principie, aut per essensum eorum, sed per posteriorem conclusionis, sive per motum ed illam ex principiis cōstituitur, vel in recto in ipso consistit.

Ex his in forma dist. ma. constituit primum concretum, quod reperitur in illo ordine, conc., totum complexum, vel totam essentiam illius ordinis, nego. Et hoc solum convincunt probationes ejus, scil. de primo concreto, non universeliter de omni, vel de com-

complexo, in quo plura concurrunt, si accipiantur omnia tam antecedentia, quàm consequentia. Unde in ordine humano, quia homo est primum concretum in illo, constituitur per primam formam, quæ intelligitur in illo, scil. per animam rationalem: Et quia in ordine increato, seù nobilissimo, vel divino primum similiter concretum est Deus, constituitur per primum gradum, ac nobilissimum, sive intellectivum. Et ut dictum est, in ordine pariter scientifico quia cōcretum primum est intellectus terminatus ad principia, ideò assensus eorum constituit intellectum in ratione intelligentis illa, & idem est etiam de gratia in suo ordine supernaturali. Sic proportionaliter contingit in ordine prædestinativo, nam quia primum concretum est Deus intendens, & discretivè diligens, vel eligens, constituitur istud per primum actum, qui concipitur in illo; sed tamen sicut primus actus, ut dicebamus, in ordine scientifico solum constituit intelligentem principia, non verò scientem principia, sed solum scientem conclusiones, ità nec primus actus circa gloriam constituit prædestinantem formaliter, seù disponentem de mediis ad assecutionem illius, sed solum primum concretum hujus ordinis.

Sed instas. In ordine sanctificandi, vel justificandi, primum, quod concipitur, ut radix aliorum non solum est forma constituens primum concretum, sed illud solum sufficit ad constituendum in illo. Et similiter in ordine beatifico, primum quod reperitur in illo non solū constituit primum concretum, sed etiā illud solum essentialiter, & non multiplicatur alia forma constituens in illo, ut ostenditur 1. 2. de beatitudine, ergo pariter in ordine prædestinativo, primum, quod concipitur ut radix aliorum in illo, scilicet electio, non solum constituet primum concretum, sed etiam illa sola erit forma constitutiva prædestinationis.

Resp. transeat ant., & neg. conseq. quia licet ex præcisa ratione primi legitimè tantum inferri possit, quòd sit forma constituti. a primi concreti in tali ordine, aliundè tamen exigi potest, quòd sit necessaria alia forma constitutiva alterius concreti in eodem ordine, ad quod plura concurrunt, ità ut forma constitutiva primi, solum præsuppositivè se habeat, & non formaliter ad istud, ut patet in eodem exemplo ordinis scientifici, in quo forma constitutiva primi concreti, scil. intelligentis, præsuppositivè tantum se habet, & non formaliter respectu alterius, nempè scientis, quia licet sit idem ordo veluti genericè à toto ordine scientifici, partitur tamē in duos veluti specificos ob diversitatem formalem objectorum, & à posteriori scil. illativo denominatur pro formali, & ideò etiam petit formam constitutivam distinctam ab assensu præmissarum, seù principiorum, licet sit ille constitutivus primi concreti, seù intelligentis, & veluti radix aliorum in eodem ordine; sic dicimus in præsenti, quòd ob diversitatem objectivam partitur ordo prædestinativus in duos veluti ordines specificos, scil. intentivum, & executivum, & ab isto denominatur pro formali, cum prædestinatio formaliter sit practica, vel efficax ordinatio mediorum, & ideò petit distinctum formale constitutivum ab electione, quamvis hæc sit forma constitutiva primi concreti, & veluti radix aliorum in eodem ordine, nam quoad hoc est ratio specialis attendenda ex principiis, meritis, & materiis cujuslibet ordinis, in quibus non sunt omnia paria quoad latitudinem, vel diversitatem, & consequenter nec quoad multiplicationem constitutivi, sive respectu omnium, quæ concurrunt in posteriori concreto, ut constare potest in eisdem exemplis.

Ultimò arg. si prædestinatio consisteret in actu intellectus, sequeretur dari initium nostræ prædestinationis, consequens est falsum, ergo & antecedens. Prob. sequela quia prædestinatio juxtà nostram sententiam constituentem illam in actu imperii supponit electionem mediorum, ergo in illa ubi determinantur nostra merita intelligitur initium nostræ prædestinationis.

Ad hoc, de quo latè infrà, resp. dupliciter intelligi, quando dicitur non dari initium nostræ justificationis, primo quòd respectu totius lineæ prædestinativæ, scil. sumptæ non tantum pro eo, quod importat de formali, vel in recto, sed etiam pro eo, quòd præsuppositivè, non detur initium illius, quia tunc incipit ab electione, respectu cujus nequit dari initium in nobis, ut infrà, & statim etiam constabit; Secundò sic, nempè quòd non præintelligitur aliquis actus noster executioni mandatus, qui moveat ad nostram prædestinationem, quod est etiam verissimum, quia electio, quæ præcedit prædestinationem pro formali, non causat aliquem actum in nobis, qui executioni mandatus ante prædestinationem moveat ad illam, sed electionem illam sequitur prædestinatio, quæ, ut dictum est, dirigit, & movet voluntatem, ut utatur potentia executiva, ex qua oritur omne initium nostræ justificationis, undè nunquam providetur actus aliquis completè existens, qui moveat ad prædestinationem. Utramque hanc explicationem insinuat D. Tho. lect. 6. ad illud Apost. Roman. 8. *Quos præscivit, hos & prædestinavit &c.* Ubi rejecta aliquorum interpretatione, nempe quòd præscientia bonorum actuum, seù meritorum sit ratio prædestinationis, inquit. *Et hoc quidem rationabiliter diceretur si prædestinatio respiceret tantum* vitam æternam, quæ datur meritis, sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, *quod est homini ab æterno divinitùs præparatum. Unde eadem ratione omnia beneficia, quæ nobis confert ex tempore præparavit nobis ab æterno. Unde* (post pauca concludit ....) *Convenientiùs sic ordinatur litera, quos præscivit hos, & prædestinavit fieri conformes &c.* Ut ista conformitas, (& sic de aliis concurrentibus ad illum finem) *non sit ratio prædestinationis, sed terminus, vel effectus*. Sed de hoc infrà. Alia argumenta, ut monuimus, in 1. 2. proponuntur.

§. X.

Expeditur postrema difficultas de actu determinato intellectus, sive de imperio statuendo 2. conclusionem non solum affirmativam de actu illius, sed etiam de determinato.

SEcunda Conclusio. Prædestinatio in recto non solum consistit in actu intellectus, sed etiam in hoc determinato, qui est imperium. Prima pars satis colligitur ex dictis, tum ex probationibus præcedentis

dentis conclusionis, tum ex solutionibus argumentorum, quibus late ostensum est non posse in recto consistere in actu voluntatis, sive in utroque, neque in illo potentiæ executivę, sive adequatè distinctę, sive non ab intellectu, scil. sub formalitate, vel munere executivæ, & cum non sit alius assignabilis, sive alterius potentiæ, quæ non requiritur in Deo, utpotè naturæ purè intellectualis, in solo actu intellectus consistet.

Est etiam expressa D. Thom. locis relatis præcipuè quæst. 6. de veritate art. 1. in corp. post medium, ubi inquit; *Undè sicut providentia ut dictum est, consistit in actu rationis, sicut & prudentia, cujus est pars, eò quod solius rationis est dirigere, & ordinare, ità etiam, & prædestinatio in actu rationis consistit dirigentis, vel ordinantis in finem*. Et ad 5. sic habet: *Quamvis causalitas non sit de ratione scientiæ in quantum hujusmodi, est tamen de ratione scientiæ in quantum est dirigens, & ordinans in finem, quod non est voluntatis, sed rationis tantum*. Constat autem ex dictis prædestinationem pro formali, & in recto importare vim ordinativam mediorum in finem vitæ æternæ. Et ad 14. ait. *Dicendum, quòd in attributo Divino non solum est considerandus effectus, sed respectus ejus ad effectum, quia idem est effectus scientiæ, potentiæ, & voluntatis, sed non idem respectus ad illum effectum per illa tria nomina importatus. Respectus autem, quem prædestinatio importat ad effectum suum, cum respectu scientiæ in quantum est dirigens magis congruit, quàm cum respectu potentiæ, & voluntatis, & ideò prædestinatio ad scientiam reducitur*. Hic etiam ar. 1. in fine corp., inquit, *Ratio autem alicujus fiendi in mente actoris existens est quædam præexistentia rei fiendæ in eo. Unde ratio prædictæ transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ prædestinatio nominatur, nam destinare est mittere. Et sic patet quòd prædestinatio quantum ad objecta est quædam pars providentiæ*. Et deindè in art. 2. in prioc. corp. ait: *Dictum est enim, quòd prædestinatio est quædam pars providentiæ. Providentia autem non est in rebus provisis, sed est quædam ratio in intellectu provisoris*. Et post pauca .... subdit. *Undè manifestum est, quòd prædestinatio est quædam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente divina existens*.

Ex his prob. 1. eadem pars. Nam prædestinatio est pars providentiæ, ut ait D. Thom., & supra ex eodem ostensum est, ideò est ipsa providentia, ut determinatè inclinat ad hæc objecta præ aliis, sed providentia essentialiter in actu intellectus consistit, ut etiam patet ex dictis, cum sit principalis pars prudentiæ, in ratione pariter consistentia, ut vidimus, & patet, cum sit memoria præteritorum, scientia præsentium, & providentia futurorum, quæ essentialiter important actum cognitionis ergò in actu intellectus in recto consistit.

Secundo: Quia prædestinatio, ut in hujusmodi locis constat, & aliis relatis, & ex utraque diffinitione, scil. ejusdem, & D. Aug. tradita, essentialiter consistit in ordine, seu in vi ordinativa, vel transmissiva creaturæ rationalis in vitam æternam per certa, & determinata media assequendam, sed ordinare est intellectus, & non voluntatis, ut probatum est, cum sine collatione extremorum, ac proindè sine cognitione proportionis fieri nequeat, ut per se patet, ergò in solo actu intellectus consistere debet.

Dices non posse intellectui tribui, quod aliter ordinet extrema nisi vel objectivè, quatenus cognoscit, & speculatur ordinem, qui est inter ea, quæ per se adinvicem ordinata sunt; vel quatenus format illū, ubi non est, uniendo inter se, vel ordinando, quæ unita, vel ordinata non sunt. Hic posterior magis est ordo diminutus, & fictus, vel purum habens esse objectivū, quàm ordo veri effectus, ut explicatum est in logicis. Prior verò non fit ab illo, sed supponitur, ergo ex eo quòd intellectus habeat ordinare, ut sibi proprium non rectè infertur; quòd in actu ejus pro formali, vel in recto consistat prædestinatio, quia hæc non importat purum ordinem fictum, sed verum, & realem, scil. mediorum ad finem, nec supponit, sed statuit illum verè, ac realiter ordinando per viam causalitatis ad executionem gloriæ.

Sed contrà hanc solutionem, quæ præoccupatur ubi supra à D. Thom. in solut. illa ad 5. de veritate in illo sic. Quamvis intellectus purè speculativè procedens non faciat ordinem extrà se, verè tamen facit illum intendens practicè transire ad rea dirigendo, & ordinando de illis ad consequendum aliquem finem, sic enim non intendit præcisè speculari, aut cognoscere illas, sed executionem operis imperando voluntati, ut dictum est, applicationem potentiæ executivæ, & tunc ordinem conceptum extrà se ponit, & per viam causalitatis procedit, unde licèt illi non conveniat ordo realis, vel causalitas, ut purè speculativus, vel cognoscens est, convenit tamen ut practicè procedenti, in quantum est dirigens, & ordinans in finem, ut ait D. Thom., quod est proprium rationis, & non voluntatis. Unde etiam ad 4., inquit: *Quòd prædestinatio quamvis ponatur in genere scientiæ, tamen aliquid supra præscientiam addit, scil. directionem, vel ordinationem in finem; sicut etiam prudentia supra cognitionem*. Constat autem in quolibet operante aliquid ad extrà, quòd ordo quem priùs concipit, & modo intendit exequi in illis ad perfectionem sui operis, non est aliquid purè fictum, nec supponitur in illis, sed verè efficitur per practicam sui operationem. Sed magis adhuc, & à fortiori constare poterit hæc pars ex sequentibus.

Secunda ergo pars, in qua videtur major difficultas, & cui plures ex recentioribus adversantur, ut vidimus, existimantes magis esse statuendam in judicio præcedente, & regulante electionem ad gloriam, vel ad gratiam, & merita, non practico, ut nos dicimos, regulante usum, quod vocatur imperium; est expressa iterum D. Thom. quæst. præced. ar. 1. ad 1. ubi inquit, *quòd præcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet competit Deo, secundum illud psal. præceptum posuit, & non præteribit. Et secundum hoc competit Deo ratio prudentiæ, & providentiæ*. Et hic etiam art. 4. in corp. *Providentia*, ait, *sicut, & prudentia est ratio in intellectu existens præceptiva ordinationis aliquorum in finem*. Constat autem ex dictis nullum ex præfatis judicis præcedentibus electionem ad gloriam, vel ad gratiam, & merita, sed subsequens tantū, & regulans usum, esse præceptivum ordinationis mediorum ad eandem gloriam. Præterea ex eodem etiā constat tum hic, tum aliis locis relatis de veritate, quòd prædestinatio cum sit pars providentiæ, & hæc prudentiæ, sicut prudētia supponit rectitudinem voluntatis erga finem, (voluntas enim finis est principium prudentiæ tenetur, & ipsa supponere voluntatem finis, ergo sequit juxtà D. Th. consistere in ju-

dicio præcedente electionem, sed magis in subsequenta ad illem.

Ex his prob. concl. Quoad hanc 2.p. Prædestinatio, ut sæpè dictum est, est pars providentiæ, & hæc est potissima pars prudentiæ, sed pars principalis istius est esse præcaptivam de agendis in ordine ad finem, ergo in hoc actu, sive imperio formeliter consistit, Cons. tenat, & præmissæ patent ex dictis, & locis relatis ex D.Th., tum hic, tum 1.2., & 2.2., & alibi ubi supra de veritate.

2. Prob., & urgetur præcedens ratio. Nam prædestinatio, ut suppono etiam apud contrarios, contre quos modo ast difficultes, in actu intellectus consistit, at non in alio nisi in imperio, ergo in isto consistit. Ma. est certe, quia contenduot in priori judicio consistere, Mi. verò prob. inductivè, quia oec consistera potest in judicio aotecedente intentionem finis, nec in posteriori regulante electoinem, vel media illius, ergo in solo imperio consistere potest; cons. tenet, quia non ast alius essignabilis, & de altero ex illis conteudunt. Ant. verò prob. 1. quoad primum, nam judicium, vel scientia præcedens intentionem finis nullo modo est ordinativa madiorum in finem, sed tantom judicetiva illorum vagè, scil. quòd sint capacia ejusdem ordinationis, ergo cum prædastioatio importet pro formali efficecem ordinationem ad finem gloriæ nequit in tali judicio, vel scientia consistera, Ex quo à fortiori coovincitur de intentione subsequante, quæ utpotè actus voluntatis, incapax est formalis ordinationis, ut explicatum est.

Deinde prob. quoad 2.par. de judicio præcedente electionẽ mediorum. Quia nequit habera efficaciam propriam prædestinarioois, scil. ordinis axecutivi, nec à priori intantiona, necè posteriori electiona, quam præcedit, argo nequa io hoc judicio regulanta electionem consistere potest. Ant. quoad 1.par. ast certum, quia nequit præcisa intentio dare illi efficaciam circa media detarminata, ut requiritur ad prædastinationem, cum aadem respiciat illa, ut dictum est, tantum vagè sumpta, & ideò ast necessaria electio approbans hæc potiùs determinatè, quàm alia, Quoad 2. varò prob. nempè, quòd nequè ab electione hebeatur eadem efficacia prob. ex superiorè doctrina D. Tho. 1.2. q.16. ar.4. in corp., ubi ut vidimus, duplicem ordinem distenguit voluntatis ad finem scil. proportionis, vel coaptationis cum illo, & alterum executionis, unda etiam duplex idem ordo distinguitur in ordine ad media, nampè proportionis cum illis, & alter executionis illorum. Primus consistit in hoc, quòd voluntas valit efficaciter finem, & media, & insuper illa ut proportionata cum illo; sed nondum prout sic ingreditur ordinem executivum, sed complatur ibi ordo intentivus, unde adhuc non moventur potentiæ executivæ ad finem, & donec istæ moveantur non incipit hic posterior ordo, ut patet ex terminis, & etiam in appetitu naturali, qui prout præcisè respicit finem, & madia, ut proportionata fini nondum dicitur habere illum perfectè, & executivè, sed tantum imperfectè, scil. per quendam proportionem, vel ordinem ad illum, sed nondum prout sic intelligitur ordo executivus, nam iste sequitur ad prædictam proportionem. Ex qua doctrina prob. eadem pars. Electio nequit dare efficaciam in hoc posteriori ordine, ergo nec judicium eam regulans potest habere illam ab electione, Prob. ant. ex doctrina tradita. Nam per electionem solum constituitur voluntas proportionata in ordine ad finem, & ad media congrue, ed eum modum, quo natura aliqua dicitur proportionate fini, & mediis, ita ut vi hujus proportionis solum dicitur habere appetitum innatum ad talem finem, & media, ergo sicut in hoc appetitu alius ast ordo proportionis, seù appetitus innati ad finem secundum se, & media, etiam si telis eppetitus sit efficax; & elius executionis ab illo distinctus, ex eo, quòd in isto post illum incipiunt moveri potentiæ naturales, & imperari; licet imperio, non rigoroso, ad finis consecutionem, pariter in appetitu voluntario debet priùs dari ordo coaptationis, & proportionis cum mediis, & fine secundum se, & deinde executionis incipiens eb imperio, quo jam intelligantur moveri potentiæ executivæ per aplicationem voluntatis ut dictum est, ac proinde in illo, & non in judicio præcedente electionem reperitur efficecia ordinis executivi, ad quem pro formali pertinet prædestinatio.

Quòd si dicas efficaciam imperii derivari ab electione, ut constat ex dictis, cum non sit assignabilis elius actus voluntatis antecedans illud, à quo derivari possit, ergo ab eadem derivari poterit efficecia ordinis etiam executivi ad præcedens judicium, nam efficacia imperii spectat adhuc ordinem, sicut & imperium, unde si semel ab illa haberi potest respectu imperii, haberi etiam poterit respectu præcedentis judicii, §. Sed contra hoc est, Nam licet electio communicet imperio efficaciam motivam, sive ad movendum voluntatem ad usum, non tamen executivam, qua moveantur potentiæ executivæ ad consecutionem finis; hanc enim accipit ab eodem usu, & licet etiam prior efficacia sit ordinis executivi non taman executiva, quia hic ordo utremque complectitur, nec in ratione consistit in indivisibili, sed partitur in duas veluti lineas athomas, sicut prior intentivus in intentivam, & electivam, ex quo solum poterit inferri, quòd electio, ut explicatum est, aliquomodo, aut virtualiter transeat ad hunc posteriorem ordinem, quatenus aliquam efficaciem derivat intra illum, non tamen executivam, ergo cum præcedens judicium regulans illam ex nullo alio actu voluntatis possit hanc efficaciam habere, in illo prædestinatio importans eandẽ pro formali non consistit.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio. Nam si electio daret utramque efficaciam sequeretur, quòd omnes semel bene eligentes essent bene exequentes, quod tamen est, ut insinuavimus, contra manifestam experientiam, inductivè in pluribus, qui sunt boni consiliativi, & electivè, & tamen sæpè in praxi deficiunt ex defectu imperandi, ergo non spectet ad electionem utramque efficaciam communicare.

Quòd si iterum dicas posse priorem saltem efficaciam, scil. motivam communicare judicio antecedenti, sive regulanti electionem, non præcisè, ut regolanti, vel dirigenti illam, sed ut ab eadem approbato, ita ut sic aprobatum movere deinde possit voluntatem ad usum, & tunc non esse aliud judicium, quod vocamus imperium, & in quo constituimus in recto prædestinationem, nam ad exequendum probabilissimè defenditur etiam inter Thomistas potentia executiva adæquatè distincta eb intellectu, unde poterit prout sic haberi integrè formalis conceptus prædestinationis sine eodem imperio,

Sed contra hoc est, Nam judicium antecedens electionem ast de puro ordine intentivo respiciens medie, ut effectum finis secundum diversitatem formalem

lem objectivam à mediis ut spectantibus ad ordinem executivum, cum in isto se habeant, ut causa finis, ut explicatum ast, ergo non est capax efficaciæ hujus ordinis, etiam motivæ, ac proinde admissa adhuc eadem sententia distinguente prædictam potentiam executivam ab intellectu non potest in illo consistere prædestinatio pro formali, sed erit necessarium posterius judicium practicum, sive imperium, saltem ad movendam voluntatem ad usum, sive ad aplicationem ajusdem potentiæ executivæ.

Ex his, & superioribus impugnatur 2. solutio. Nam judicium regulans electionem, neque ut antecedens, aut diriges illam, neque ut aliquomodo subsequens ad illam potest importare id, quod est ei conveniens secundum proprium, & formalem sui conceptum, ergo neutro modo potest pro formali pertinere ad illam. Prob. ant. Quia secundum formalem sui conceptum, utpotè perfectissime providentiæ debet importare efficaciam præcipui actus prudentiæ, sed hæc efficacia nequit convenire eidem ut antecedenti, vel dirigenti electionem, neque ut approbato ab illa, sive ut subsecuto prout sic ad illam ergo. Mi. quoad 1. p. constat ex superiori doctrina D. Tho., quia voluntas non communicat suam efficaciam actibus antecedentibus, sed subsequentibus, unde actus illius clauditur virtualiter in actu subsecuto intellectus, non in antecedenti. Quoad 2. verò prob. Quia præcipuus actus prudentiæ, ut vidimus ex eodem, est præcipere, vel imperare, sed efficacia præceptiva, vel imperativa nequit convenire prædicto judicio, etiam ut approbato ergo. Prob. mi. Tum quia etiam ut approbatum non exit limites ordinis intentivi ut dictum est, ad quem non pertinet efficacia imperativa, vel præceptiva, sed magis ad executivum, imò potissimè ad istum. Tum quia iterum ut approbatum non respicit media, ut causam finis, sed perpetuò ut effectum illius, aliàs non esset judicium directivum, vel regulativum electionis; sed efficacia præceptiva respicit illa, ut causam, non ut effectum illius, cum immediatè terminetur ad usum, & mediatè ad executionem. Tum quia licet judicium electionem regulans sit ordinatio, de mediis, non tamen est efficax ordinatio de his determinate is mediis in singulari, ut requiritur ad efficaciam imperativam, vel prædestinativam, cum adhuc illo posito, non solum in sensu diviso, sed etiam in composito liberum sit Deo hæc, vel illa determinate media in ordine ad gloriam eligere, ergo nisi velimus exire formales sui limites, & confundere utrumque ordinem secundum formalem utrinsque rationem objectivam, nunquam potest participare efficaciam imperativam, ac proinde nec prædestinativam.

§. XI.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. ex D. Tho. 22. qu. 49. art. 6. ad 3. ubi inquit. *Dicendum, quòd in recta ordinatione ad finem, qui includitur in ratione providentiæ, importatur rectitudo consilii, & judicii, & præcepti, sine quibus recta ordinatio ad finem esse non potest*, ergo providentia, ac proindè etiam prædestinatio non in solo imperio, sed etiam in judicio, quod est conclusio syllogismi, & electionem regulat, juxta D. Thom. consistit.

Dices ut supra D. Tho. esse intelligendum, quòd prædicta tria coocurrant, quidem ad rectam ordinationem ad finem, & consequenter ad providentiam, & prædestinationem, non tamen ex æquo, vel in recto, sive constitutivè, & formaliter, sed duo priora præsuppositivè, & virtualiter, scil. consiliari, & judicare, tertium verò, sive præcipere est id solum, quod pro formali, & in recto importatur, ut patet ex dictis, unde ut proximè, & supra dicebamus ex D. Thom. in actu bus animæ ordinatis virtutum in sequentioribus clauditur præcedens, ut exp essà docet q. illa 15. de veritate ar. 1. in fine corp. *In providentia*, inquit, *quodammodo includitur, & voluntas, quæ est de fine, & cognitio finis*. Quia scil. utreque actus ad illam supponitur.

Sed contra hoc est. Quia providentia, & idem est de prædestinatione, formaliter sumpta, ut dicit rectam ordinationem in finem, à quo sumit suam speciem, nequit adæquari cum hoc actu, qui est præcipere, ergo non tantum præsuppositivè, & virtualiter importet in suo formali conceptu actum imperii, sed etiam duos priores actus, scil. consiliari, & judicare. Prob. antec. quia si prout sic adæquaretur cum eodem actu non esset pars prudentiæ, ut docet ibidem D. Tho. ad 1., sed ipsissima prudentia, ergo, ut distinguitur ab illa, nequit adæquari cum illo. Prob. ant. quia formalis conceptus prudentiæ, ut est virtus distincta ab Eubulia, & synesi in solo eodem actu consistit ut docet idem qu. 51. seq. ar. 2., & 3., itaut prima pro formali importet benè consiliari, altera verò benè judicare, prudentia autē benè præcipere, & solum virtualiter, vel implicitè, aut præsuppositivè duos priores actus utriusque virtutis, à quibus illas distinguit, unde ar. 2. ad 2., inquit, quòd isti duo actus remotè se habent ad illā, ergo si similiter providentia eosdem tantum importat virtualiter, & præsuppositivè, & solum formaliter actum imperii, non erit præcisè pars, sed ipsissima prudentia.

Urg., & expl. hoc, ex doctrina Cajet. eadem q. 49. art. 6. §. Ad hoc dicitur. Providentia, & prudentia non sunt idem formaliter, aliàs non posset ab ista, contradistingui, ut pars, ergo aliquid per se respicit formaliter providentia, quod non respicit prudentia, sed hæc adæquatè elicitivè tantum dicit hunc actum, qui est præcipere, nam per hoc etiam distinguit illam, D. Th. posteriori loco ar. 2. ad 1. ab Eubulia, quòd hæc elicitivè elcit actum, qui ast consiliari, & idem est de judicare respectu synesis,) prudentia verò tantum respicit illos imperativè, & solum elicitivè ipsum præcipere, providentiæ autem hunc actum, qui est ordinatio in finem, ergo in hoc, quod est ordinare in finem, aliquid clauditur formaliter, quod non clauditur in hoc, quod est rectè præcipere, ac proindè non poterit adæquatè formaliter consistere in isto actu.

Ad hoc resp. benè ibi. Ad replicam respond. ex eodem Cajet. ibidem, prudentiam posse dupliciter accipi uno modo pro sui conceptu veluti differentiali, sive ut significat formalem, & principalem prudentiæ partem, quæ est recta ratio præceptiva, ut scil. dist. à cœteris ad ipsam concurrentibus, vel sequisitis, & prout sic est specialis virtus distincta à synesi, & Eubulia, quæ differentialiter important rectè consiliari, & judicare, & tunc etiam providentia non est pars prudentiæ, sed ipsissima prudentia, ut probat superior replica. Secundò accipi potest pro quodam toto, seu conflato ex omnibus, quæ ad illam concur-

runt, cum distributione tamen accommoda, itaut prædictam rationem præceptivam importet de formali, cætera verò de materiali, & sic providentia est pars formalis prudentiæ, utpotè in imperio consistens, quod est principalis actus prudentiæ, ad quem alii, quos dicit de materiali, aut prævìè importat, ordinantur. Unde non sequitur, quòd prædestinatio in imperio non consistat.

In forma ergo ad eandem replicam dist. ant. Providentia, sive ejus recta ordinatio nequit adæquari cum hoc actu, qui est præcipere, si sumatur specialiter, seu restrictivè, pro præciso actu rectæ ordinationis, nego, si pro aggregato ex omnibus concurrentibus, vel requisitis ad illum, conced., sic enim importat etiam consiliari, & judicare licet de materiali, vel præsuppositivè, ut dictum est.

Ad ejus probat patet ex proximè tradita doctrina, quomodo sit pars prudentiæ, unde ad illius etiam prob. constat, quòd si sumatur prudentia pro formali sui constitutivo, quod est rectè præcipere, tunc formaliter convaniunt, nec providentia est pars, sed sed ipsissima prudentia. Ex quibus etiam fit satis ad explicationem, nam recta, & efficax ordinatio, qui est proprius actus providentiæ, si sumatur strictè prout elicitur à providentia, vel prædestinatione, nihil aliud formaliter dicit, nisi rationem præceptivam, sive imperium, ac proindè coincidit formaliter cum prudentia, ut dictum est, prout hæc similiter sumitur pro parte sui principali, sicut animatum ut rectè exemplificat Cajet., si sumatur pro formali sui constitutivo, vel parte principali coincidit cum anima, vel sicut alibi insinuavimus in utroque objecto Logicæ, vel Phylosophiæ, si sumantur pro parte sui principali coincidit proportionabiliter ens rationis, seu secunda intentio ut sic, directiva operationum intellectus cum demonstratione, & ens mobile cum mobili substantiali. Per quod etiam videntur posse aliquomodo conciliari sententiæ ibidem oppositæ, aliis statuentibus illud in demonstratione, aliis verò istud in eodem mobili substantiali, sed de his ibidem, latè dictum est.

2. Arg. Ante omne imperium habetur essentia prædestinationis, ergo in illo consistit, conseq. tenet, & ant. prob. Ad rationem prædestinationis requiritur, & sufficit præscientia mediorum, & omnium, quæ conducunt ad finem, & assecutionē ejus, adjuncta voluntate eligente, sed hæc præscientia, & electio habetur ante omne imperium, ergo, Mi. de electione supponitur, de præscientia verò prob., nam cognitio antecedens est perfectissimè comprehendens ergo.

Dices ut supra haberi quidem præscientiam mediorum, sed tantum speculativam non practicam, & præparativam eorum, & consequenter imperativam usus, quę tamen est necessaria, ut patet ex utraque ejus definitione, ad conceptum formalem illius.

Sed contra hoc est, Nam Deus prędestinando perfectissimo modo procedit, ergo cognitio antecedens sufficienter proponit ante omne imperium ad prędestinationem. Prob. conseq. Ideo in nobis notitia ordinativa pręsupponit aliquem affectum voluntatis, & consequenter notitia antecedens nequit plenè, aut practicè sufficienter proponere, quia procadit modo imperfectissimo, ac proindè indiget ulteriori propositione objecti, vel omnium, quę practicè desiderantur ad assecutionem finis, sed hoc non militat ue pręvia cognitione Dei, cum sit comprehensiva omnium pertinentium etiam ad lineam practicam, ergo non tenetur supponere actum voluntatis dantem sibi efficaciam, sed tota efficacia subsequetur in providentia Divina.

2. Nam si actum prædestinationis deberet præcedere aliquis amor, aut voluntas libera Dei non posset prædestinatio sumere efficaciam ex libero decreto antecedente, ergo non est necessarius talis amor. Prob. ant. Quia si suponitur decretum liberum circa rem creatam, debet etiam supponi terminatio aliqua illius ad talia objectum, ergo non posset sumere efficaciam ex voluntate illa antecedente. Prob. conf., quia supposita terminatione libera actus ad objectum supponitur jam res, vel executa ex vi ejusdem decreti ergo non posset à voluntate illa antecedente derivari efficacia ad exequendum. Confeq. tenet, & antec. prob, quia supposita terminatione decreti supponitur res jam efficaciter volita, ergo etiam immutata, & futura.

Ad hoc dico in primis esse solvendum in sententia Suarez, & omnium, qui admittunt in Deo potentiam executivam ab intellectu, & voluntate virtualiter distinctam, nam sicut sine omni imperfectione præter intellectum, & voluntatem expectant potentiam executivam, ita possumus nos sine omni præter notitiam illam antecedentem addimittere in Deo ordinationem imperativam.

Sed deindè resp. benè ibi. Ad 1. replicam concesso antec., dist. conseq. sufficienter proponit, speculativè, conc., practicè, nego. Et ratio est, quia ut supra insinuavimus; congruentia, aut dispositio de mediis modo practico nequit propuni, nisi cum determinato modo eligendi inter illa, quæ sic prævidentur in linea possibilitatis, constat autem, quòd talis propositio fieri non potest sine voluntate aliqua præsupposita finis, quia nempè talis determinatio fit, vel sumitur ex proportione, vel habitudine ad finem jam volitū, & consequenter debet respicere finis, & commensurari illi executio mediorum, Tum quia occurrit nova difficultas ex parte objecti, ut dicebamus, quod non solum contingit in nobis, sed etiam in Deo, unde est necessaria nova illorum propositio, ob eorum etiam diversitatem formalem objectivam ut ostensum est. 5. Per quod etiam patet ad illius prob., unde dist. ma. Ideò in nobis &c. Ex eo præcisè nego, & quia indigemus nova notitia tam objectiva, quàm subjectiva, non solum ob diversitatem ordinis, & objecti, sed etiam ex parte subjecti non statim penetrantis omnia, quæ occurrere possunt ex parte istius, conc. Quamvis autem id non militet de Deo præcisè ex parte sui, sive præcisivè ab objecto, & ab eodam ordine, secus tamen attendendo ad meritum utriusque; fit enim practica descendendo ad hunc ordinem, & novirer proponitur objectum, ut explicatum est, sive ordine inverso, nam in priori intentivo veniunt media, ut effectus, & finis, ut causa, & modo speculativo; in executivo autem finis, ut effectus, & media, ut causa illius, & cum nova difficultate in eisdem exequendis, & ideò est necessaria efficax ordinatio modo practico ad usum, & applicationem potentię executivæ, in quo nulla importatur imperfectio, cum non sit ob aliquem defectum ex parte Dei.

Ad 2. Iterum dico esse solvendam in eadem sententia, nam sicut ex hoc, quòd electio Divinę voluntatis sit efficax, adhuc tamen res electa non sit complerè futura, vel executa, sed requiritur concursus potentię executivæ, quia nempè est solum efficax effi-

efficacia intentionis, non executionis, ita obeandem rationem erit necessarium imperium, & decretum executivum, præter judicium, & decretum antecedens.

Sed præterea etiam solvenda est à sui Authore, ut advertit Mag. à S.Tho. ex M.Gonzales, nam in sententie P. Arrubalis, cujus est eadem instantie, decretum liberum, ut liberum non constituitur, nisi secundum connotetionem actionis ad extra, & productionem rai volitæ, ergo si semel ex eo, quòd supponatur decretum illud essentialiter includens terminationem ed extra, non habet ampliùs locum Divina ordinatio, ut ab illo sumat efficaciam, pariter ex eo, quòd includat eandem terminationem, & productionem rai volitæ in ratione liberi, non habebit ampliùs locum Divine providentia, (quæ in decreto libero efficaci ex ambre si j consistit:) quòd eb ipsa dependeat talis productio, nam si ab ipsa dependeret, antecederet illam, & non includeret essentialiter, & ita in ejus sententia non poterit defendi Divinæ providentiæ causalitas, & ordinatio circa rerum productionem, quod tamen, ut dicebamos ex D. Tho., est contra Scripturam, & doctrinam Sanctorum PP.

Resp. ergo nego ant., ad prob. negomi., ad illius prob. dist. antec., supponitur res futura inchoativè, conc., complet., nego; ad ejus prob., dist. ent., supponitur efficaciter volita, efficacia intentionis, conc., executionis, nego. Hanc enim ordinat, & disponit præcipiendo de agendis, & ideò requiritor judicium imperans, & ordinans usum, nam prior efficacia solum constituit rem futuram inchoativè, vel intentivè, non completè, & executivè, quod nullam arguit imperfectionem in Deo, cum non sit executio, & causetio actus ex actu, sed objecti voliti ad objectum volitum, ut dictum est.

3. Arg., & potest esse replica. Actus intellectus subsequens ad electionem, quem vocamus imperium, non est necessarium ad conceptum prædestinationis, ergo in illo non consistit, Prob. antec. Prædestinatio ex proprio conceptu importat efficaciam, & certitudinem causalitatis, & non solius præscitntiæ, ità ut sit ceusa, & non tantum præscientia suorum affectuum, ut vidimus suprà ex D. Thom. ad mentem Sacræ Scripturæ, & Ss. PP., sed hic actus, vel judicium subsequens non est necessarium ad hujusmodi causalitatem, ergo. Prob. mi., quia hic actus non est scientia simplicis intelligentiæ, sed visionis eorum, quæ ad finem prædestinationis conducunt, sed scientia visionis non causat suum objectum, sed supponit illud, cum visio, seù notitia intuitiva sit rai jam præsentis realiter, sive præsentis saltem in ea duratione, in qua est eadem notitia, ut vidimus in superioribus, ergo non est necessarium ad efficaciam affectivam prædestinationis.

Urg. hoc. Ex vi electionis efficacis antecedentis independentet ab hujusmodi judicio, vel imperio potest haberi effectus prædestinationis, ergo non est necessarium ad illam: Prob. antec. Nam posita electione efficaci, si per impossibile non subsequeretur hoc judicium, adhuc homines essent prædestinati, & infallibiliter pervenirent ad gloriam, cum electio efficax frustreri non possit, ergo ante hoc judicium, vel independenter ab illo habetur essentia, & effectus prædestinationis ex vi efficacis electionis, & solo posito judicio regulante illam.

Urg. ulteriùs. Nam electio efficax vel est sufficiens voluntes dandi gloriam in executione, vel non; si primum habetur intentum, nempè quòd subsequens judicium non sit necessarium; si secundum, ergo neque in hoc judicio potast prædestinatio consistere. Prob. hæc conseq., quia prædestinatio debet in illo actu consistere, qui supponit voluntatem dandi gloriam in executione, quia, ut dictum est, debet esse factiva suorum effectuum cum notitia intuitiva eorum, utpotè gaudens in linea præctiea, utraque certitudine, scil. scientiæ, & causalitatis. Ergo si electio efficax antecedens non est sufficiens voluntas dandi gloriam in executione, non poterit in hoc judicio subsequente consistere prædestinatio.

Resp. ad arg. Nego ant. Ad probat. nago mi. Ad illius probat. dist. ex dictis mi., scientia visionis non causat suum objectum, sed supponit, ut purè speculativa est, vel sub munere contemplationis, conc., ut practica est, nego, sic enim causare potest, & de facto causat effectus prædestinationis, imperium autem non est scientia purè speculative, vel contemplativa, sed præctica, Ad illius verò prob. annexam, dico, quòd si loquamur de præsentia rei in propria mensura, tunc dicimus, quòd notitia intuitiva ut practica est, præcedit illam, saltem prioritate naturæ, & causalitatis, quæ potest optimè componi cum simultate in quo, sive existentiæ, vel temporis, ut alibi in in physicis explicetiі est. Si verò de præsentia in mansura superiori, ut dictum est de futuris respectu æternitatis, tunc distinguendum est, nam si consideretur eadem præsentia, ut orta ex futuritione tantum inchoata, tunc supponi potest ad visionem sub eodem munere practici, quia futuritio ut inchoata dicitur haberi sufficienter, ut insinuevimus ex vi electionis, seù decreti antecedentis electivi; si autem secundum futuritionem completam, tunc subsequitur ad illam, saltem priorem prioritate à quo, & naturæ; unde nunquam haberi potast, completè futuritio, & executio effectuum prædestinationis sine imperio.

Ad 1. confirm. dist., vel nego ant., vel dist. electratis gretia, potest haberi completè, & executivè, nego, in rationa futuri subdist. inchoativè, conc. formaliter, & completè nego. Ad probat. similiter dicimus, quòd remoto, vel non intellecto eodem judicio, vel imperio, tunc essent homines prædestineti inchoativè tantum, non formaliter, & completè, unde nec verificari possent, quòd essent consecuturi infallibiliter gloriam, sed solum quòd hæc esset illis futura inchoativè, non tamen complatè, & executivè, quia impossibile est, quòd in ra habeatur ex vi actus spectentis ad præcisam lineam intentivam, ut est electio, & judicium regulans illam.

Ad 2. pariter resp. negativè juxta priorem distinctionem. Ad ejus impugnationem nego conseq., ad illius prob. nego suppositum consequentis, quòd sola electio illud antecedat, licet enim hanc solam supponat in ratione dirigentis, ut radicem suæ efficaciæ sub hoc munere, ut dictum est, in ratione tamen exequentis accipit efficaciam à posteriori decreto executivo ad exequendum omnia media, cum quibus necessariò connectitur voluntas dandi gloriam in executione, unde ut est factiva suorum effectuum præsupponit hanc voluntatem dandi gloriam sub hoc posteriori munere, & infallibiliter connectitur cum illa, sub priori, sive illam infert imperando illius usum, & aplicationem. Alia argumenta, ut dictum est, solvuntur 1. 2.

QUÆ-

QUÆSTIO TERTIA.

An prædestinatio sit pars subjectiva, an solum objectiva Divinæ providentiæ.

Supponimus cum D.Tho. in 1.dist.40.q.1.ar.1., & q. 6. de veritate ar. 1. prædestinationem esse partem providentiæ, ut sæpè insinuavimus; difficultas verò est, an sit pars ejus subjectiva, & consequenter distinctum attributum, an solum objectiva. Pro quo adverto partem vocari subjectivam, ut etiam explicavimus in physicis, quæ continetur ut species, vel quasi species, scil. ut inferius sub suo superiori essentiali, ut sunt v. g. partes Philosophiæ in sententia asserente esse unam genere, vel sicut inferiora entis sub ente, ut superiori analogo, nam prout sic considaratur ut quodam totum divisum in quatuor partes specificè distinctas; undè si prædestinatio ponatur sicut distincta à providentia, jam hæc dividenda erit in quatuor, vel quinque attributa virtualiter distincta, scil. in providentiam naturalem, supernaturalem, generalem, prædestinativam, reprobativam, & hypostaticam, sive ordinis hypostatici, ad quam pertinet Christus, sicut intra rationem, vel ordinem virtutum moralium dividimus in Deo, misericordiam, justitiam, & alia hujusmodi attributa inter se virtualiter distincta; & intra ordinem potantiæ distinguimus in eodem intellectum, & volontatem.

Pars verò objectiva dicitur, quæ non addit differentiam essentialem supra suum totum, sive cujus dicitur pars, sed est idem essentialiter, & realiter cum illo, quamvis non adæquatè, considerato ex parte objecti, sive prout respicit objectum suum adæquatum, sed tantum inadæquatè, ut respicit partem illius, ut patet in eisdem partibus Philosophiæ in alia sententia asserente esse unam specie, & in intellectu practico, & speculativo, qui dicuntur partes objectivæ intellectus, non subjectivæ, quia non addunt differentiam essentialem supra intellectum, sed solum attingunt partem sui objecti adæquati, vel specificativi, practicum, scil. verum operabile; speculativum verò speculabile, quæ constituunt unum, & adæquatum objectum intellectus ut sic.

Hoc supposito prima sententia affirmat esse virtualiter ab illa distinctam, ac proindè subjectivam, & non purè objectivam. Ità ex antiquis Marsilius in 1. dist.4[illegible] ar. 1. & ex recentioribus intinuat Molina hic q. [illegible] ar. 1. disp. 2. ad 1., & ex professo tenet Henrice d sp. 22. cap. 7. num. 67., & probabilem reputat Suarez lib. 2. de prædestinat. cap. 8., quamvis in oppositam inclinet, ut probabiliorem; et Corneyo dub. 1. circa istum artic., & ex nostris M. Soto super c. 9. ad Roman. § Oppositam jam tenent communiter Thomistæ, Cajet., Bannez, Nazarios, à S.Tho., Illustriss. Godoy, M. Ferre, Salmanticens., & alii, & ex Societate Vasquez, Alarcon, & probabiliùs Suarez referens etiam, (sed immeritò ut ait idem Illustriss., & statim etiam constabit,) D. Thom. locis proximè relatis.



§ PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

Prædestinatio non est pars subjectiva, sed objectiva Divinæ providentiæ. Est expressa D. Thom. hic ar. 1., ubi in fine corp. art. *Et sic patet, quòd prædestinatio quantum ad objecta est quædam pars Divinæ providentiæ.* Et quidem quantum ad hanc 2. partem videtur certissima. Quia cum Divina providentia se extendat ad omnia providenda secondum ordinem, quem dicunt ad finem, scil. ostensionem Divinorum attributorum, prædestinatio verò, ut patet ex utraque ejus definitione, solum circa media efficaciter conducentia ad gloriam, quæ sub ratione medii ordinabilis ad illum finem universalissimum continentur ut partes, debet consequenter esse pars objectiva illius, sicut insinuavimus de partibus Philosophiæ, ut tractatus de Cælo v. g., qui ideò dicitur pars objectiva illius, quia agit de particulari mobili contento sub objecto adæquato totius Philosophiæ, sive sub mobili ut sic, vel in tota sua latitudine.

Hoc ipsum etiam colligitur ex verbis proximè relatis D. Thom. quibus concludit art. Nam sanè intellecta reddunt hunc sensum, quòd objectum, circa quod versatur prædestinatio præcontinetur intrà collectionem objectorum, ad quæ sub una ratione formali, idest sub uno universalissimo fine se extendit divina providentia. Quod etiam patet ex eo, quòd prædestinatio, ut vidimus, tria respecit, scil. creaturam rationalem, ordinem transmissionis illius, & beneficia, seù media conducentia ad vitam æternam, ad quam tanquam ad determinatum finem supernaturalem fit transmissio per eadem media, sed constat hæc omnia contineri, ut partes sub collectione, quam respicit providentia divina, nam hæc, ut vidimus ex D. Thom., non solum respicit creaturam rationalem, sed etiam irrationalem, & omnem aliam provideodam à Deo, ordinans omnia ad suos particulares fines, sive excedentes, sive non excedentes, & proportionatos respectivà ad rem, quam ordinat, ergo dubitari nequit, quòd ordo transmissionis creaturæ rationalis ad finem excedentem vitæ æternæ, quem determinatè respicit prædestinatio, continetur sub universali ordine ad omnem finem, & præcipuè ad præfatum ultimum ostensionis attributorum Dei, quem respicit divina providentia, ac proindè, quòd sit pars objectiva istius quoad objecta, quatenus scil. determinat providentiam ad aliquod ejus objectum materiale, ut contingit in exemplis adductis: & patet etiam in virtute effectiva miraculorum iterum in Deo, quæ etiam dicitur pars omnipotentiæ, non subjectiva, quia non significat illam non secundum amplissimam sui latitudinem, sed tantum, prout inclinat ad illa, quæ superant vires naturæ.

Prima verò pars si strictè loquamur de parte subjectiva, prout dicit speciem contentam sub superiori tanquam sub genere, est etiam certa, quia species propriè dicit compositum ex genere, & differentia, quod repugnat Deo enti, vel actui purissimo, ut docet supra D. Thom. quæst. 3. art. 5., & cum illo communiter Theologi, quidquid in oppositum sentiat Vasquez disp. 22. cap. 3., undè difficultas est ut insinuavimus an sit pars subjectiva saltem, ut inferius essentiale sub superiori analoga

cum

cum virtuali distinctione ab aliis partibus providentiæ, ut docent Authores oppositæ sententiæ. Et prout sic etiam satis colligitur ex D. Thom. verbis relatis, quibus licèt expressè non neget esse partem subjectivam, quatenus tamen affirmat esse objectivam, seù quantum ad objecta, non leviter insinuat excludendam esse ab illa omnem aliã partialitatem, eò vel maximè quòd expressò agens hac de re dum eisdem verbis concludit corpus articuli videretur diminutas, & insufficienter explicare ejus naturam, seu formalem illius conceptum, vel quidditativum. Quod licèt, ut alibi advertimus, sit argumentum ab authoritate negativum, quia tamen fundatur in aliquo positivo, sive in hac propositione affirmativa, quod D. Thom. tractans ex professò de prædestinatione quoad sui quiditatem &c. sufficienter nos instruat, est maximi momenti ad hanc ejus mentem inferendam. §. Deindè prob. ratione fundamentali desumpta ex eodem in superioribus relato, infrà quæst. 77. art. 3. & qu. 79. art. 7. ubi docet quòd quando aliquod superius respicit, ut objectum aliquam rationem communem, in qua plures determinatæ conveniunt, non diversificatur secundum illarum diversitatem, sed idem indivisibiliter se extendit ad omnes, quia illa diversitas per accidens, & materialiter se habet respectu illius, nec particulares æquè dem rationes respiciuntur per se essentialiter ab eodem, ut plures, vel diversæ sunt, sed ut conveniunt in eadem ratione communi, quæ est ratio *qua* adæquata specificativa superioris.

Qua ratione, inquit, quòd intellectus humanus, eò quòd est natus omnia fieri respicit per se essentialiter ut objectum, communem rationem entis, & ideò secundum nullam differentiam entium multiplicatur specie, quia quæcunque multiplicitas contenta sub ratione entis, per accidens, & materialiter se habet respectu illius. Intellectus enim per se primò non respicit substantiam, nec accidens, neque ens naturale, ut naturale, vel supernaturale, sed hæc omnia, ut conveniunt in ratione entis, undè licet talis ratio sit tantum una analogicè, & diversitatem implicitè includat, quia tamen talis diversitas, materialiter, & per accidens se habet respectu intellectus in ratione objecti terminativi habitudinis illius, & non ut multiplex, sed ut una illam terminet, & secundum quòd præscindibilis est secundum quid, & fundamentaliter distincta à propriis rationibus inferiorum, ideò in ratione objecti terminativi, & specificativi, simpliciter est una, quia ut tali modo nata est concipi, & non aliter, est objectum specificans. §. Idem similiter docet 1. 2. quæst. 54. art. 4. Ubi probat in nobis virtutes sive intellectuales, sive morales, sive theologicas gaudere omnimoda simplicitate, ut etiam ostendimus in proœmialibus logicæ, quia debent virtutes, vel habitus proportionari cum potentiis, respectu quarum sunt comprincipia in ordine ad elicientiam suorum actuum, unde sicut una simplex potentia sufficit, vel se extendit ad omnia, quæ cadunt sub una ratione formali potentiæ, ità una simplex virtus, vel habitus sufficiet, vel se extendet ad omnia, quæ cadunt sub una ratione formali virtutis, vel habitus. *Sicut*, *ergo* inquit; *potentia cum sit una ad multa se extendit*, *secundum quid conveniunt in aliqua una*, *idest in generali quadam ratione objecti: ità etiam habitus ad multa se extendit secundum quid habet ordinem ad aliquod unum*, *puta ad unam specialem rationem objecti*, *vel unum principium*, *vel unam naturam*.

Ex his prob. concl. quoad 1. par. Divina providentia respicit omnia ordinabilia in finem sive naturalia, sive supernaturalia etiam ordinis hypostatici, sub uno, & eodem indivisibili fine tanquam sub eadem ratione formali objectiva, sive in qua omnia conveniunt, ergo una, & eadem indivisibiliter, sive unitate non solum reali, & formali, sed etiam virtuali respicit illa, & consequenter inter prædestinationem, & alias partes providentiæ admitti nequit distinctio virtualis, ac proindè nec esse poterit pars ejus subjectiva. Utraque hæc posterior cons. tenet, nam pars subjectiva, aut per modum distincti attributi esse non potest sine distinctione virtuali, ut patet in cæteris attributis; Nec similiter hæc componitur cum indivisibili unitate objectiva tam formaliter, quàm virtualiter. Ant. etiam constat, quia omnia ordinabilia ad finem, cujuscunque ordinis sint, respicit ad ostensionem divinæ bonitatis, atque ad divinæ gloriæ manifestationem, nam adhunc finem omnia ordinantur. Prima verò conseq., prob. ex superiori doctrina D. Thom. Nam ex eo unus, & idem indivisibiliter intellectus respicit omnia intelligibilia cujuscunque ordinis sint, quia respicit illa sub eadem ratione formali adæquata, scil. sub communi ratione entis: similiter ex eo una, & eadem indivisibiliter omnipotentia respicit omnes effectus à Deo producibiles, quia respicit illos sub eadem ratione entis, sive prout conveniunt in illa, quæ est objectum quasi formale illius. Idem est de scientia divina, quæ ideò est una, quia omnia, quæ sciuntur à Deo, conveniunt in una, & eadem ratione scibilis, scil. essentia, quæ est ratio sciendi creaturas. Item de arte divina, quæ pariter est una, quia omnia factibilia conveniunt sub eadem ratione communi factibilis. Et de lege æterna, quæ una, & eadem se extendit per modum regulæ ad omnia dirigibilia sub eadem ratione dirigibilis in ordine ad bonum commune, & sic de aliis, ergo una pariter, & eadem divina providentia absque virtuali distinctione poterit se extendere ad omnia ordinabilia in finem, quatenus cadunt sub una, & eadem ratione formali, sive in uno, & eodem indivisibili fine conveniunt, vel ad illum ordinantur.

Explic. & urg. hoc ex eadem superiori doctrina. Nam ideò in exemplis adductis; salva eorum unitate, & identitate ad diversas rationes particulares potest superius se extendere quia earum diversitas, ut dictum est; per accidens, & materialiter se habet respectu illius, & multa illa sub eadem ratione communi contenta non respiciuntur per se, & essentialiter ab illo ut diversa sunt, sed ut conveniunt sive specificè, sive analogicè in eadem communi ratione, sed hæc ratio etiam militat de divina providentia respectu eorumdem ordinabilium in finem, cum pariter omnia hæc respiciat, ut conveniunt in eadem indivisibili ratione, scil. ostensivi, vel manifestativi divinæ bonitatis, & gloriæ, ergo sine virtuali sui multiplicitate ad illa omnia se extendat, ac proindè non poterit prædestinatio ad illam comparari, ut pars subjectiva, nam partiale, vel inadæquatum ejus objectum, vel finis, materialiter, vel inadæquatè se habent ad supremum, & universalissimum finem Provisoris Dei, scil. ostensionem suæ bonitatis, & gloriæ.

Urg. ulteriùs. Ideò intellectus habet pro objecto uni-

universalissimam rationam antis, sub qua indivisibilitar comprehandit omne verum, vel omne intelligibile. Et Divina Omnipotentia omne creabile, & lex æterna omne tegulabile, sive specie, sive etiam genere inter se differant, quia illa est potentia universalissime spiritualis, sive nata intelligibiliter omnia fieri, & Divina Omnipotentia est virtus agentis universalissimi; & similiter lex æterna est regula supremi Legislatoris, sive universalissimi gubernatoris, ac Domini, (& sic de aliis,) sed etiam Divina providentia ast virtus universalissimi provisoris, ergo aidem dabet eriam correspondara universalissima ratio objectiva, sub qua comprehendat omne ordinabile in finem sine sui distinctione virtuali.

Denique explic., & urg. totum hoc. Nam sicut intellectus, (& ita proportionabiliter de cœteris:) habet pro objecto specificativo verum, ita Divina providentia finam intentum ab universalissimo provisore, ergo sicut intellectui ob sui amplitudinem correspondet pro specificativo sui universalissime ratio entis, seu vari, indivisibiliter comprehendit omne verum, pariter Divinæ providaotiæ ob eandem sui universalitatem correspoodere debet universalissima ratio finis, indivisibiliter comprehandentis omnem finem, ergo sicut hac ratione nequit intellectus specificè multiplicari ob diversitatam cujuscunque particularis veri, nec potarit Divina providentia multiplicari sive formaliter, sive virtualitar ob diversitatem cujuscunque particularis finis, quia nempè hujusmodi diversitas, ur dictum est, materialiter tantum, vel per accidens se habet ad rationam communem, in qua conveniunt, & secundum hanc convenienriam per se raspiciuntur, & non ur diversa sunt, unde sicut non sufficiunt prout sic ad multiplicandam retionem formalem potentiæ, vel providentiæ, paritar nec sufficiont ad multiplicandum potentiam, vel providentiam.

2. Prob. concl. quoad eandem partam, & urgentur hæc omnia. Providentia, vel gubernatio Dei est maximè monarchica, ergo ejus formelis ratio debet esse maximè una, scil. ratio universalissimi finis provisoris, & non particularis rei providandæ, ac proinde multiplicari nequit in partes subjectivas ad multiplicationem finium particularium. Hæc posterior conseq. patet ex dictis. Prima verò prob. Nam quò aliquod regimen est magis monarchicum, eò ast magis redactum ad unum, ut etiam patet in humanis, ergo si illud Dei est maximè monarchicum non poterit partiri, ant dividi secundum diversos fines particulares. Nam hac iterum ratione prædicta lex æterna dividi, aut partiri nequit per diversa regulata, aut eorum particulares fines, vel respectus ad bonum commune, quia est summa omnium regula, ut docet D.Tho. 1. 2. q. 93. ar. 1. ad 1., ubi in eo distinguit rationes idæales in mente Divina existentes, à lege æterna, quæ pariter est ratio in eadam existens, quòd in illis, quia respiciunt proprias naturas singularum rerum, sive ut divarsæ sunt, quatanus nempè se tenent ex parta objecti intellecti; (ut explicatur supra q. 15. ad art. 2., & 3. invenitur quædam distinctio, & pluralitas secundum diversos respectus ad res, ut docet eadam q. 15., lex verò, quia raspicit actus dirigibiles, non ut diversificantur inter se, sed prout considerantur ut unum, secundum quòd ordinantur ad aliquod commune, sive commune bonum, non diversificatur secundū eorum diversitatem. Et ideò concludit 1. 2. ibid. *lex æterna est una, quæ est ratio hujus ordinis*, scil. ut summa omnium regula.

Ex his iterum potarant urgeri hæc omnia. Ex eo juxta D. Tho. in Deo multiplicantur ideæ, sive rationes idæales, quia significantur per modum objecti intellecti, siva ut *quod*, ars varò, & scientia ax opposito non multiplicaetur in illo, qoia significantur non ut *quod*, sed ut *qus* Deus intelligit, vel operatur, sed etiam Divina providentia significatur non ut *quod*, val per modum objecti intellecti, sed ut *quo* practicè intelligit, & ordinat de agendis in finam, argo sicut est una scientia, & ars sine distinctione virtuali, vel attributali, pariter una arit providantia sine distinctione tam formali, quàm virtuali.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. Providentia, & prædestinatio habent diversum modum regiminis, & ordinationem ad diversos fines, ergo non sunt unum attributum in specie athoma; conseq. tenet ex D. Thom. infra q. 108. art. 1., ubi formalem rationem gubernationis ex diverso modo regiminis, & ordinatione ad diversos fines desumir. Antec. etiam traditur ab eodem, ubi supra de veritate, & alibi asserente prædestinationem addere supra providantiam, quòd hæc solum importat ordinem provisorum in finem, sed prædastinatio respicit ordinem, & exitum ordinis.

Dices ad primum antec. (nam de hoc posteriori jam dictum est supra, quomodo intelligandus sit Div. Tho.,) solum esse diversum modum, & ordinationem ad fines proximos provisorum, non ad universalissimum provisoris; constat autam ex dictis unitatem, aut diversitatem providentiæ sumendam esse ex fine ultimo intanto à provisore, & non ex finibus particularibus rerum provisarum, nam materialiter, aut per accidens quantum ad eorum diversitatem se habent isti ad rationem formalem illius, ut dictum est, & solum respiciuntur per se ut conveniunt in illa, & non ut diversificantur inter se.

Sed contra hoc ast. Nam specificatio cujuscunque virtutis, sive intellectualis, siva affectivæ à fine proximo desumitur non à remoto etiam in Deo, ergo si prædestinatio, & providentia habent ordinam ad diversos finas proximos non poterunt habere eandem rationem formalem specificativam. Prob. ant. Nam hac ratione multiplicantur attributa Divina, quia proximè respiciunt diversos fines.

Urg. hoc. Si formalis ratio providantiæ esset sola ratio universalissimi finis, finis proximus intra ordinē naturę, & intra ordinem gratiæ non essent raspectu illius, distincti essentialiter, sed hoc est falsum, argo. Prob. mi. Nam quæ differunt secundum diversitatem ordinis naturalis, & supernaturalis differunt essentialiter, ut etiam patet in Deo, qui secundum quòd est Author naturæ, dicitur à se ipso quidditativè, vel formaliter distingui, ut ast Author gratię, aliàs semel oparans intra prioram esset etiam formaliter operans intra posteriorem, si est eadem formalis ratio in utroque, ergo.

Raspond. bene ibi dictum esse. Ad replicam nego universaliter ma. Nam dantur virtutes, quæ ex propriis habent respicara finem ultimum, ut formale sui specificativum, & non proximum, ut patet in charitate, providentia ragali, & à fortiori in provi-

den-

dentia Divina, ut probatum est. Et patet ex eo, quia ob earum excellentiam, qua cœtera excedunt, ita collocantur in gradu sublimiori, ut quantum ad latitudinem, & extensionem iduant quodammodo rationem potentiæ, ut supra ad q. 12. de lumine gloriæ explicatum est, & ideò assignanda est illis universalissima ratio specificans. Quod etiam patet in habitibus scientiarum naturalium, ut patet in metaphysica, quæ ob sui dignitatem, & excellentiam supra alias inferiores, habet universalem rationem entis pro objecto specificativo, ut ibidem, & alibi ostensum est. In quo aliqui etiam fundantur ad affirmandam unitatem specificã in Phylosophia respectu omnium mobilium, itaut peculiaris abstractio, quæ sufficit ad diversificandas partes Matematicæ, non sufficiat ad diversificandas illas Phylosophiæ, quia hæc altius quid est Matematicis, quæ solum tractant de quantitatibus, hæc verò objectivè includat hominem, & reliquas substantias materiales, licet dicatur superari ab illis in prædicato certitudinis. Ascendendo ergo ad supremum analogatum providentiæ, scil. ad Divinam, tenemur dare illi universalissimum specificativum, sive rationem universalissimi finis provisoris.

Ad confirm. patet ex superiori doctrina D. Thom. unde nego mi. nam sicut respectu intellectus ob sui amplitudinem, quia natus est omnia fieri, particulares rationes entis, ut vidimus ex eodem, materialiter, & per accidens se habent, quantum ad propriam diversitatem, sive specificam, sive genericam, ita particulares fines in quocunque ordine sint, respectu Divinæ providentiæ, ut manifestè etiam constat, ut vidimus, in Divina Omnipotentia, unde quia similiter Deus est universalissimum principium in causando, habet unam in specie athoma Omnipotentiam tam intraordinem gratiæ, quàm naturæ, operans sub una, & eadem formali ratione in utroque ordine, secundum quam respicit per se omnes utriusque effectus, ut in illa conveniunt, & non ut diversificantur inter se, unde eorum diversitas dicitur tantum materialiter, & per accidens se habere respectu illius. Per quod patet ad prob.

2. Arg. Nulla infertur imperfectio, aut limitatio in Deo, sive in ejus providentia, si ponatur prædestinationem esse partem illius subjectivam, ergo ratio universalissimi provisoris non impedit hanc earum diversitatem sufficienter ad hanc constituendam partem illius. Conseq. tenet, quia ex conceptu supremæ providentiæ, vel provisoris colligimus unitatem specificam suarum partium, ac proindè non posse oppositum affirmari de illa sine imperfectione, vel limitatione. Ant. verò prob. Nam in Deo nulla est imperfectio, quòd ponantur relationes, ut partes subjectivæ relationis ut sic, ergo nulla erit, quòd ponatur prædestinatio, ut pars subjectiva providentiæ ut sic.

Urg. hoc. Si Deus creaturam rationalem non elevasset ad ordinem supernaturalem, nullam prædestinasset ad gloriam, sed tunc adhuc integra, & perfecta maneret ejus providentia, ergo præcisivè a prædestinatione potest salvari adæquata formalis ratio providentię in illo sine omni imperfectione, vel limitatione: mi. constat, aliàs non potuisset Deus non prædestinare aliquas ex eisdem creaturis.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego conseq., & disparitas est, quia relationes Divinæ aliundè impediuntur ex oppositione relativa, ob quam etiam realiter distinguuntur, at respectu providentiæ non habent ejus partes, unde specificè distingui possint, aut virtualiter multiplicari comparativè ad illam, quia in ejus ratione formali, scil. finis universalissimi provisoris, conveniunt omnes earum fines particulares, ut dictum est.

Sed instas. Nam defectus oppositionis in eisdem partibus non obstat earum diversitati formali, ergo. Prob. ant. Quia juxta D. Tho. 2. 2. q. 50. per totam plures in nobis assignantur partes subjectivæ prudentiæ, & providentiæ, sed istæ non opponuntur inter se, ergo prędicta oppositio non obstat.

Huic instantię latiùs infra constabit §. seq. Interim nego ant. in subjecta materia, sive loquendo de providentia Divina, ejusque partibus. Ad ejus prob. dist. mi. non opponuntur, nec limitantur respectu rationis formalis providentię creatę, nego, non opponuntur præcisè, conc. ant., & nego conseq., quia ratio formalis prudentię, vel providentię in nobis non habet extensionem, sicut in Deo, ut possit partium illius diversitatem superare, & sub se ipsa indivisibiliter claudere, sicut in Deo, & ideò providentia regalis, politica, œconomica, & militaris sunt in nobis partes subjectivæ, & non præcisè objectivę.

Ad confirm. principalis argum. dist. mi. maneret integra, quantum ad omnem illius actualitatem, vel quantum ad id, quod dicit in recto, conc., quantum ad terminationem, ut in superioribus explicatum est, nego, cœterum quia hęc terminatio ad fines particulares, circa quos versantur partes illius de materiali se habet respectu rationis formalis providentiæ Divinę, ut dictum est, non impedit unitatem illius specificam, nec quidquam detrahit de perfectione ejus.

3. Arg. prosequendo superius. Providentia ordinis naturalis, & supernaturalis; & similiter prædestinativa, & reprobativa differunt essentialiter inter se, ergo nequeunt specificè convenire in aliqua superiori ratione communi tanquam partes tantum objectivæ, & non subjectivæ. Ant. constat, quia solum conveniunt in ratione generica ordinationis mediorum in finem, & differunt in specifica, nam naturalis disponit de mediis, & ad finem tantum sui ordinis, supernaturalis verò respicit media, & finem ordinis superioris. Similiter prædestinatio non tantum disponit de mediis, & ad finem ordinis supernaturalis, sed etiam ad determinatũ, scil. ostensionẽ Divinę misericordiæ; reprobatio autem ad ostensionem Divinæ justitię, ergo differt in ratione specifica, sive essentiali. Conseq. tenet Nam quæ tantum conveniunt in ratione generica, & differunt in specifica, nequeunt in aliquo superiori specificè convenire, aliàs homo, & leo possent aliquando convenire specificè, quod est alienum, cum impossibile sit unam speciem ingredi limites alterius, aliàs non clauderentur propriis differentiis essentialibus.

Ad hoc dico in primis posse hinc etiam probari nullam dari scientiam secundum unitatem specificam, nam quælibet habet diversas partes, vel tractatus, qui secundum differentias speciales in propria materia differunt inter se, & conveniunt in ratione communi objectiva correspondente toti scientiæ, vel habitui, ut in Logica v. g. est tractatus prædicabilium, qui differt secundum sibi propria à tractatu prædicamentorum, & convenit cum illo in communi ratione secundæ intentionis directivæ operationum intellectus, & sic de aliis. Quòd tamen videtur contra communem consensum, & proindè contra verita-

tem, ut etiam patet ax tredita doctrina D. Thom.. §. Ex hac ergo respond., vel nego ant., vel dist., differunt essentialiter, facta comparatione inter se, transeat, vel conc., comparativè ad providentiam, cujus sunt partes, nego, quia prout sic, ut vidimus, materialiter, & per accidens se habet ad illam earum diversitas, sicut diversitas actuum comparativè ad habitum, & diversitas habituum comparativè ad potentiam, qoia non respiciuntur per sa, & essentialiter hujusmodi inferiora ut diversa sunt, sed ut conveniunt in una ratione communi, quæ est ratio *qua* adequatè specificativa superioris, ob cujus amplitudinem, quod est sufficiens ad diversificandū formaliter actum, vel habitum, non sufficit ad diversificandum specificè hebitum, vel potentiam, sed materialiter se habet respectu utriusque, onde divarsites inter prædictas partes providentiæ non est sufficiens ad fundandam diversitatem specificam comparativè ad providantiam Divinam ut sic, quia ob universalissimam sui rationem formalem finis universalissimi provisoris, ut dictum est, potest eadam tam formaliter, quàm virtueliter dirigere omnia medie tam naturalia, quàm superneturalia ad ostensionem Divinæ bonitetis tem per modum misericordiæ in electis, quàm per modum justitiæ in reprobis, ut peret exemplis edductis, ut in Omnipotentie &c. Cujus est directive ipsa providentia. Specialiter etiam declari potest in fide supernaturali respectu omnium credibilium sive naturalis, sive supernaturalis ordinis, ad quæ una, & eadem specificè se extendit, quia ejus formalis ratio, quæ est prima veritas in dicendo, est immediatè aplicabilis ad eadem credibilia cujuscumque ordinis sint, nam ita credimus aliquid naturale ob testimonium Divinum, sicut credimus quodcumpue aliud supernaturele; omni enim credibili immediatè aplicabile est idem testimonium. Patet autem, quòd etiem Divinæ bonitatis ostensio est similiter aplicabilis ad omnie media, & fines cujuslibet specialis providentiæ, nam Deus immediatè ot suam bonitatem ostendet, potest ordinere media, ut prædastinati vitam æternam consequantur, & sola hac directione mediorum infallibiliter eam consequentur: sicut ergo non tenemur multiplicere fidem secundum speciem respectu credibilium in quocumque ordine sint; nec Omnipotentiam respectu possibilium, sive ordinis naturalis, sive supernaturalis, & sic de eliis &c. nec pariter tenemur multiplicare providentiam respectu dirigibilium in finem, sive per hanc, sive per illam specialem providentiam. Et hæc etiam est alia efficax ratio, vel perites pro conclusione. Per quæ etiam patet ad prob. ejusdem ant, Jam enim dictum est, quòd ubi ratio superior est limitata, vincere nequit diversitatem suorum inferiorum, ut ampliùs etiam infrà constere poterit.

Sed instas. Providentia neturelis tantum ordinat media ad finem naturalem, & superneturalis ad supernaturalem, sed isti fines convenire non possunt in aliqua rationa communi ettingibili à providentia Divina ut sic, ergo istæ providentiæ sunt distinctæ specie etiem in rationa communi providentiæ. Prob. mi. finis natoralis, & supernaturalis solum conveniont in ratione quadam generica, vel communi finis abstrahentis à naturali, & supernaturali, sed providentia Divine nequit hebere pro objecto finem sic abstrahentem, cum nequeat intendere finem sub hac abstractione, sed tantum finem determinatum in specie, & in individuo, ergo nulla datur ratio communis utrique fini attingibilis à providantia Divina. §. Urg. hoc, Ideò distinguootur specie duo emores alter naturalis, & alter supernaturalis, quia prior habet pro objecto Deum autorem neturæ, posterior verò Deum antorem gretiæ, val supernaturalem, & isti duo fines, sive objecta non conveniunt in aliqua ratione formali attingibili ab amore tertio, qui includat perfectionam utriusque amoris, ergo idem dicendum est de utreque providentia neturali, & supernaturali, §. Urg. 2. Nam peritatas adductæ de Omnipotentia, de fide, vel de hebitibus, & aliis similibus solum convincunt de providentia valuti in actu p.imo, quòd non distinguatur prout sic in diverses specie providentias, non verò quòd non sit divisibilis in illas in actu 2.; nem omnipotentia solum importat actum primum; similiter etiam vis directiva, & ratio habitus; unde etiam fidas tantum significat actum primum, ergo non concluditur ex illis, quòd Divina providentia in ectu secundo non sit partibilis in plures specie provideotias.

Huic instantiæ dico in primis, quòd si eliquid probet, probat etiam omoie Divine attribute esse multiplicanda penes utrumque ordinem, neturalem scil., & supernaturalem, si semel otriosque distinctio sufficit ed multiplicandum in Divinis, & sic dabitur duplex Misericordia, & duplex Omnipotentia, & duplex etiam in nobis fides, & sic de eliis respectu objactorum pertinentium ad distinctum eundem ordinam. Imò etiam duplex essentia in Deo, altara ut radix attriburorum, quæ spectant ed unum, & altera eorum, quæ spectant ad elium ordinem, & si quæ ad illos pertinent, convenira non possupt in una aliqua ratiooe formeli ettingibili à tertia eliqua virtute, vel attributo, qoam tamen distinctionem nullos admittit. §. Resp. ergo, quòd sicut dum distinguimus Deom in authorem naturæ, & gretiæ, non est sensus, quòd in illo sit formaliter aliquid de priori ordine, sed eminenter, cum totus in se sit adæquetè formaliter de ordine superneturali, val gretiæ, & quòd solū dicatur author neturalis ex perte effectus, seù prout est principiū affectuū, qui pertinent ad illū ordinem, ità similiter quando dividitur ejus providentia in naturalem, & superneturalem, non est sensus, quòd prior in se sit formaliter ordinis naturæ, sed solom quòd dicatur talis eminenter, sed prout dirigit media ed finem intrà euodem ordinem, unde sicut idam simplicissimum attributom misericordiæ Divinæ sub quadam ratione supernaturali eminēter continente formalitetem naturalis, respicit sublevationam à miserie in omni ordine, sive naturali, & supernatureli: Et idem simplex Omnipotentia omnia possibilia in utroque ordine; & sic proportionebiliter de fide ex perte propriæ rationis formalis; & da eliis etiam habitibus intra sui spheram adæquetam, vel specificativem; ita Divina providentia sub ratione formali ostentationis Divinæ bonitatis in se ipsa tangit media utriusque ordinis ob eminentiam ejusdem rationis formalis.

In forma ergo dist. ma. Ita ut ratio naturalis, ut naturalis, seù secundum formalam retionem reperiatur formaliter in Deo, nego, eminenter conc., & dist. mi., si uterque finis formeliter ut talis in propria linea reperiatur, transeat, vel conc., si unus tentum formaliter, scil. superoaturalis, & alter solum eminentieliter, scil. naturelis, nego, sic enim non sunt sufficientes ad distinguendum specificè in illa, ut patet in eadem Omnipotentia, & aliis

attri-

attributis, & exemplis adductis intrà propriam lineam. Ad illius prob. dist. ma. Finis naturalis formaliter, & supernaturalis, conc., naturalis eminenter, & supernaturalis formaliter, nego, vel etiam suppositum illius, quòd in Deo sit, vel consideretur utarque formaliter ut talis, unde in illo prout sic non datur respectu utriusque, communis ratio generica, vel quasi generica, sed idem formalissimè objectum obtinet formalitatem utriusque finis, licet respectu naturalis tantum, sit eminentialis continentia, ut dictum est, & patet in simili de objecto Misericordiæ, Omnipotentiæ, & aliorum attributorum; & consequ. deinde mi. nego conseq.

Ad 1. confirm. resp. eodem modo, quòd aliud est distinguere ex parte nostra, vel in nobis duplicem amorem, naturalem, scil., & supernaturalem, aliud verò distinguere utrum ue formaliter in Deo; In nobis enim, ut dictum est, id contingit ex limitatione, ob quam etiam distinguimus duplicem prudentiam, alteram infusam, & supernaturalem, quæ reperitur in habentibus gratiam, alteram verò naturalem, vel acquisitam, & idem similiter est de aliis virtutibus moralibus; Ex quo tamen sicut non licet inferre, quòd detur in Deo similis multiplicatio, vel duplex Omnipotentia, aut Essentia, ita nec ex pluralitate amoris, vel prudentiæ, aut providentiæ in illo ratione diversitatis finium, vel mediorum penes ordinem naturalem, & supernaturalem. §. In forma verò nego suppositum consequentis, quòd similis diversitas in ratione finis militet respectu providentiæ Divinæ, quia amor naturalis sub ratione naturalis, ut dictum est, solum dici potest de Deo, vel reperiri in illo eminentialiter, & solum supernaturalis respicit illum formaliter sub ratione autoris supernaturalis, sicut enim distinguitur in nobis duplex cognitio, naturalis, & supernaturalis ordinis, ità & duplex amor his cognitionibus regulatus ob limitationem utriusque ordinis in ente finito, & limitato, non tamen sic tenemur distinguere in Deo ob rationem oppositam infinitatis, & illimitationis, in qualibet linea illius attributali, ut patet in relatis attributis Misericordiæ, & Omnipotentiæ, à qua in genere causæ efficientis cum summa sui identitate egrediuntur omnes effectus tam naturæ, quàm gratiæ, unde nulla in illo admittitur virtus nisi ordinis supernaturalis formaliter cum eminentiali, aut virtuali continentia ad attingendum objectum ordinis naturalis.

Ad 2. dicimus primò nos præcisè non contendere, an dentur plures actus providentiæ materialiter distincti in ordine ad particulares fines cujuslibet partis illius, sicut dantur plures in Logica, & aliis scientiis, vel habitibus salva eorum unitate specifica, sed quòd sicut in istis propria eorum ratio formalis, una & eadem se extendit ad omnia objecta, de quibus agitur in singulis partibus sine eorum multiplicatione formali, ita pariter una, & eadem formalis ratio providentiæ Divinæ se extendat ad particulares fines suarum partium tanquam ad objecta materialia comparative ad ipsam, quidquid sit, an sufficiat ad distinguendos plures actus intrà eandem scil. latitudinem specificam, vel quasi specificam contentos, ex eo quòd ut dicebamus, quæ sufficiunt ad distinguendum actus, non sufficiunt ad distinguendum habitum, vel virtutem, aut potentiam.

Sed 2. etiam responderi potest, quòd sicut est eadem lex secundum actum in Deo, (quæ non est aliud, quàm ratio gubernationis omnium juxtà D. Thom. 1. 2. ubi suprà; Et sicut idem est actus scientiæ, quo omnia in ordine ad seipsum, & in seipso ut causa attingit, & idem pariter respectu omnium possibilium, idem etiam in specie actus providentiæ sufficere poterit ad omnia providenda ex eodem universalissimo fine Divinæ bonitatis manifestandæ, ita ut non solum accepta providentia pro vi directiva sit unica secundum speciem, sed etiam pro actu secundo; nam si semel admittitur hæc vis directiva veluti habitualis, videntur etiam admittendi habitus in Deo, quod tamen est contrà communem consensum Theologorum, & contrà D. Thom. 1. Cont. Gent. cap. 56. per totum. Nec videtur etiam posse illos consequenter admittere M. Jo. à S. Thom., qui oppositum sentit de eadem providentia sumpta pro actu secundo, cum in Deo neget, ut vidimus, rationem actus primi.

Quòd si instas in potentia executiva Dei, quæ dicitur habere plures actus ad extrà diversæ rationis, nempè creationem, & eductionem, ergo etiam poterunt dari plures actus Divinæ providentiæ directivi Omnipotentiæ. §. Resp. nego suppositum antec., quòd eductio sit veluti actio Dei propriè, aut formaliter, nã propria illius actio est creatio, quæ ut dictum est, terminatur ad esse simpliciter, & ad totum ens, seu ad ens in quantum ens; Et hæc actio quasi specificat Omnipotentiam comparatam ad extrà, seu ad creaturas, si tamen supponatur subjectum jam productum, vel creatum, tunc dicitur secundariò subire veluti munus eductionis educendo formam ex subjecto, unde actio creativa dici potest eminentialiter eductio, ut in simili intellectio, ut insinuavimus in Logicis, dicitur formaliter qualitas, & eminentialiter actio, seu grammaticaliter: Et ita hujusmodi ratio eductionis in Deo respectu suæ Omnipotentiæ magis se habebit veluti munus eminentiale virtutis creativæ, & secundaria determinatio illius, quàm per modum actionis: In quo etiam sensu non erit inconveniens admittere munus secundarium providentiæ circa finem particularem hujus, & alterius providentiæ specialis.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

Tertiò arg., & potest esse replica contrà doctrinam traditam. Nam ex superiori doctrina, qua ex universalitate rationis formalis providentiæ, sive ex fine universalissimo provisoris inferimus ejus unitatem circa omnia objecta, vel fines suarum partium, videtur etiam inferri non esse in Deo admittendas virtutes morales, nec intellectuales; Consequens est falsum, ergo tradita doctrina non subsistit. Prob. ma. Sicut Divina providentia sub unica ratione formali attingit omnia ordinabilia in finem in ratione providendi, ità Divina voluntas sub unica attingit omnia amabilia in ratione boni, & Divinus intellectus omnia cognoscibilia in ratione veri, ergo si hac ratione superaddi nequeunt in Deo ad ejus providentiam partes subjectivæ, vel specificè distinctæ, nec poterunt superaddi ad ejus voluntatem, vel intellectum virtutes morales, nec intellectuales; ita ut sicut sufficit unica simplex providentia ad omnem finem sine virtuali multiplicatione specialium providentiarum, pariter sufficiet una simplex potentia intellectiva ad omne verum, & simplex volitiva ad omne bonum sine virtuali multiplicatione virtutum mo-

rallum, & intellectualium.

Urg. hoc ax opposito. Quia non obstante universalitata rationis formalis utriusque potentiæ, & unitate etiam finis, ad quem ordinantur prædictæ virtutes, scil. Dei quatanus est charitatis objectum in ratione boni, & objectum scientiæ in ratinne veri, adhuc dantur in illo plures virtutes morales, vel electivæ virtualiter distinctæ, ut justitia, misericordia &c.& intellectuales,ut scientia,&c.ergo pariter non obstante eadem universalitate, & unitate finis, ad quam ordinantur speciales providentiæ poterunt istæ virtualiter multiplicati, vel esse partes subjectivæ divinæ providentiæ.

Ad hoc neg. sequelam, vel ma. ad illius prob., vel neg. ant., vel claritatis grata dist. Ità cœteris paribus neg., aliis disparibus, conc. vel iterum dist., & primò quoad 1. par. de voluntate; ità attingit, non intellecta peculiari ratione bonitatis virtutum moralium simpliciter simplicium, sive quæ in suo conceptu formali nullam important imperfectionem, ut sunt justitia, misericordia, & similes,conc., eadem intellacta, neg.; nam licet voluntas Dei sub propria ratione formali comprehendat particularia objecta virtutum quæ important perfectionem simpliciter simplicem quia tamen ibi bonitas eorum non exprimitur, ideò opportet terminationas particulares superaddere ad illarum ostensionem, & consequanter etiam superaddere illas in Deo virtualiter distinctas, quod non militat de providentia, vel de ratione formali ejus in ordina ad particulares fines suarum partium, ut statim dicemus. Et similiter dist. quoad 2. par. de intellectu. Potest cognoscere omnia objecta veluti implicitè, seù non explicata ratione formali virtutum intellectualium, quæ in suo formali conceptu nullam important imperfectionem, conc., explicata tali ratione formali, neg., & ideò admitti adhuc possunt præter potentiam hujusmodi virtutes in Deo, cœterum explicata providantia in ordine ad ostensionem divinæ bonitatis imperando omnia media io ordine ad illam, nihil superadditur pro formali de majori explicatione prudentiæ, per hoc, quòd imperatur hoc, vel illud medium, scil. misericordiæ, vel justitiæ, nam ille dicitur magis prudens qui plus de mediis modo simpliciori attingit, sicut ille est magis scientificus, qui sub una ratione formali, vel simpliciori ad omnia se extendit; ut atiam de potentia universali, vel omnipotentia dictum est. §. Sed instas. Nam eadem ratione non erunt admittendæ aliæ particulares sciantiæ in nobis præter Metaphysicam, sed hoc non conceditur, ergo. Prob. ma. quia hæc ad omnia earum objecta se extendit, eaqua comprehendit sub ratione entis, ergo. §. Resp. neg. ma. Ad prob. dist. se extendit secundum eorum rationes particulares, sivè usque ad ultimas differentias, & omnes modos veritatis, nego, ut confunduntur à ratione entis, vel secundum generalem ejus rationem conc., unde non excludit necessitatem aliarum scientiarum, quæ prædicta objecta particularia attingant secundum proprias eorum rationes formales, vel differentias, & modos veritatis; sicut proportionabiliter dictum est supra de intellectu nostro, qui licet intra proprium objectum specificativum, vel extensivum comprehendat, & consequenter etiam attingat ens supernaturale, quia tamen non attingit illud ut supernaturale est formaliter, sed sub communi ratione entis, seu prout ab illa confunditur, omninò indiget virtute supernaturali ad illud prout sic attingendum. Cœterum scientia Dei omnia secundum omnem rationem, & modum virtutis, & modo sibi connaturali sub sua ratione formali attingit, & ideò non multiplicatur scientia in illo, nec multiplicari potest, nam ideò in intellectu creato quandoque etiam multiplicari potest scientia inferior præter superiorem attingentem omnia objecta inferioris, quia per eandem superiorem non attingit illa omnia modo sibi connaturali, ut patet in Christo, qui licèt per scientiam beatam, & infusam omnia cognosceret, fuit tamen in eo scientia acquisita, ut omni modo connaturali sibi res cognosceret.

Ex his etiam resp. ad confirm. ad quam neg. cons. ob discrimen, & doctrinam adductam. Tum quia, ut pariter insinuavimus, minor est latitudo objectiva in virtutibus, vel habitibus, quàm in potentiis, sicut minor est in actibus, quàm in habitibus, undè sicut multiplicantur actus intrà eandem latitudinem specificativam habitus, immultiplicato habitu, ità multiplicari possunt virtutes, vel habitus immultiplicatis potantiis, unde hac etiam ratione multiplicari possunt eædam virtutes morales immultiplicata providentia, quia nempè non specificantur istæ à fine ultimo, quem ex parte operantis, & imperativè, sive ut imperatæ respiciunt, sicut providentia, sed à propriis objectis, seù finibus proximis, scil. justitia à jure unicuique servando, & misericordia à miseria aliena sublevanda, quæ cum sint objecta formaliter diversa specificant virtutes realiter diversas, & in Deo virtualiter; Quia verò justitia Divina respicit bonitatem divinam specificativè non in tota sua amplitudine, sed prout continet objectivè bonitatem justitiæ creatæ, & misericordia Divina movetur ab illa prout est ratio sublevandi misariam alienam, providentia autem, utpotè virtus directiva, & ordinativa universalissimi provisoris respicit illam veluti adæquatè, sive finem universalissimum ostensionis illius, accipit ab illo non solum unitatem formalem, sed etiam virtualem.

Quòd si iterum instes in prædestinatione, & reprobatione, quæ etiam respiciunt divinam bonitatem, ut est ratio manifestandi, vel exercendi divinam justitiam, & misericordiam, ergo si hac ratione istæ distinguuntur in Deo, pariter erunt illæ distinctæ virtualiter. §. Resp. nego. cons. ob traditum discrimen, quòd intrà lineam providentiæ prædicti fines partialas manifestandi divinam bonitatem per modum misericordiæ, & per modum justitiæ sunt inadæquati, ac proindè insufficientes ad distinguendam providentiam virtualiter in plures partes subjectivas, quia ut dictum est, objectum, vel finis specificativus illius est universalissima ratio manifestandi eandem bonitatem secundum omnia attributa, & non inadæquatè secundum hoc tantum, vel illud; Quod tamen non militat de utroque objecto misericordiæ, & justitiæ, nam ista sunt adæquata respectu utriusque, ut dictum est, & ideò refundere possunt in actus voluntatis divinæ distinctionem virtualem.

Sed adhuc instas. Nam licet finis prædestinationis v. g., sive consecutio vitæ æternæ, precisè ut finis, vel materialiter sumptus sit inadæquatus, & insufficiens ad distinguendam illam virtualiter à providentia supernaturali ut sic, non taman ut ab illa intantus, ergo. Prob. ant. quia à prædestinatione est intenta efficaciter, à providentia verò generali, qua Deus ordinat etiam reprobos ad illam, inefficaciter,

ergo

ergo prout sic intenta et iť illi finis adæquatus sufficienter ad distingoendam illam virtualiter ab eadem providentia.

Resp. nego ant., vel suppositum illius, nempè quòd præcisa ratio intenti tali, vel tali modo, scil. efficaciter, vel inefficaciter sufficiat distinguere virtualiter, nisi versetur circa rationem formalem objectivam, cum magis pertineat ad modum, quàm ad substantiam objecti, ut dictum est, de prædicato finitatis, & infinitatis in objecto specificativo intellectus, unde si solum fit respectu objecti, & finis materialis, non censetur sufficiens ad sic distinguendum, ut contingit in eisdem prædicatis respectu intellectus, vel actuum ejus. Ad prob. dist. ant. à providentia generali inefficaciter, sumpta consecutione materialiter, scil. comparativè ad se ipsam, conc., formaliter, pront oempè deservit ad ostensionem divinæ bonitatis, quam, ut dictum est, pro formali respicit divina providentia neg.; quamvis ergo supernaturalis providentia, qua Deus ordinat reprobos ad gloriam, & si respectu gloriæ materialiter sumptæ inefficax sit, respectu tamen manifestationis gloriæ, vel bonitatis divinæ, quæ est finis formalis à providentia inspectus, efficax est, unde penes efficaciam respectu finis proximi solum materialiter, & objectivè inadequatè potest à prędestinatione distingui. §. 4. Arg. argumento jam insinuato ex paritate idearum. In Deo multiplicantur ideæ virtualiter distinctæ à communi ratione ideæ tanquam partes subjectivæ ejus, & non tantum objectivæ, ergo pariter erunt partes speciales providentiæ ab illa virtualiter distinctæ, ut partes subjectivæ: ant: est certum, & cons. prob. nam ex eo multiplicantur ideæ, quia idea dicit respectum ad creaturam, vel objectum multiplex specificè, sed etiam providentia significat directionem mediorum per imperium ad finem, & media, & fines multiplicantur specie, ergo si hac ratione multiplicantur ideæ, debent pariter multi plicari providentiæ.

Ad hoc dico in primis esse solvendum etiam à contrariis, quia pariter probaret plures alias esse distinguendas species providentiæ, & plures iterum partes prędestinationis specie distinctas, si semel deberent multiplicari ad multiplicationem objectorum, vel mediorum specie distinctorum, sicut *ad eorum* multiplicationem multiplicantur ideæ, nam sicut dantur plura objecta, vel creaturæ specie distincta respectu idearum, ità pariter plura media, specie diversa ad hoc, ut prædestinatus vitam æternam consequatur, quod tamen nullus admittit.

Resp. ergo ex dictis suprà, & alibi in logicis, quòd sicut in scientiis multiplicantur species intelligibiles immultiplicato habitu scientiæ, quia nempè species tenent se ex parte objecti, habitus verò ex parte principii, vel potentiæ, quæ sub una ratione formali respicit omnia sui objecta, ità pariter quia ideæ tenent se ex parte objecti, providentia verò est principium directivum mediorum ad finem, quod sub una indivisibili ratione formali omnia ista respicit, ideò optimè possunt multiplicari ideæ in Deo ad multiplicationem objectorum specie distinctorum, sicut multiplicantur species, ut ibidem explicatum est, non tamen providentiæ ad multiplicationem mediorum, nam illorum distinctio, ut dictum est, materialiter se habet ad communem rationem providentiæ, sicut distinctio specierum, vel earum objectorum ad rationem formalem habituum. Ita que in hoc est discrimen inter ideam, & providentiam, quod idæa est, quod Deus attingit, ità ut idæa domus v. g. non importet aliud, quàm formam domus, ut cognitam, unde multiplicatis specie formis, adjuncta cognitione, debent pariter specie multiplicari ideæ, at verò providentia non importat in recto media, quibus Deus providet rebus in ordine ad proprios fines, sed importat, ut dictum est, principium directivum mediorum, quibus res perveniunt ad illos, quod cum omnia attingat sub eadem indivisibili ratione formali omnibus immediatè applicabili cujuscunque ordinis sint, ideò distingui nequeunt plures specie providentiæ ad eorum mediorum, sive etiam particularium finium multiplicationem.

Sumitur hæc solutio, ut jam insinuavimus, ex D. Tho. superiori q. 15. ar. 2. ad 2., ubi similiter statuit differentiam inter artem, & sapientiam ex una parte, & ideam ex alia, quòd ars, & sapientia important in recto principium, quo Deus intelligit, Deus autem uno intellectu intelligit multa; Ideæ verò importat id, quod Deus intelligit, & ideò differunt, vel multiplicantur ideæ secundum differentiam rerum cognitarum. Verba D. Tho. sunt. *Dicendum quòd sapientia, & ars significantur, ut quo Deus intelligit, sed idea, ut quod Deus intelligit, Deus autem uno intellectu intelligit multa, & non solum secundum quòd sunt in se ipsis, sed etiam secundum quòd intellecta sunt, quod est intelligere plures rationes rerum, sicut artifex dum intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domum, dum autem intelligit formam domus, ut speculatam à se (ex eo quod intelligit se intelligere eam,) intelligit ideam, vel rationem domus. Deus autem non solum intelligit multas res per essentiam suam, sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas esse in intellectu, ut intellectas.* In quibus subtiliter tradit præfatum discrimen exemplo artificis, respectu cujus sicut idea domus nil aliud est, quàm forma domus ut cognita, ac proinde tenet se ex parte objecti, & multiplicatur ad multiplicationem ejus, ars verò ex parte principii, & ideò non tenetur multiplicari ad multiplicationem illius, sed retinet suam unitatem perseverante eadem regula, vel ratione formali, ita similiter se habent idæa, & providentia respectu Dei, quòd licet in illo multiplicentur ideæ, utpote tenentes se ex parte objecti, non tamen multiplicari debet providentia tenens se ex parte principii, ut explicatum est.

§. ULTIMUS.

Expeditur quæsitum, circa quid principaliter versetur prædestinatio, an circa medium, vel subjectum.

Ex dictis constat duo in prædestinatione importari, scil. subjectum prædestinati, & media prædestinationis, unde difficultas est, quodnam ex his principaliter importetur, seu tanquam sui veluti specificativum, Cui respond., quòd in ordine ad sui potissimumum, & universalissimum finem manifestationis bonitatis Divinæ, ejusque attributorum principaliùs importentur media, quibus prædestinati per-

perducantur in vitem æternam, ſive gratiam, & gloriam, ſcil. formalem. Quòd ſuadetur ex eo, quia prędeſtinatio, ut dictum eſt, eſt pars providentię, & providentia para prudentię, quę eſt pręparativa mediorum in finem, non enim verſatur prudentia, niſi circa media, ergo principaliùs eſt de mediis. Et hoc etiam confirmatur ex definitione ejus, nam in altera dicitur, quòd eſt pręparatio beneficiorom Dei. Hęc autem beneficia ſunt media, ergo ab his per ſe primò accipit ſpeciem. In elia verò & ferè in idem coincidit; quòd eſt præparatio gratię in pręſenti, & gloriæ in futuro, vel tandem, ut ait D. Thom. quòd eſt ratio tranſmiſſionis &c. in quibus idem exprimitur, ſcil. præparatio eorumdem beneficiorum, ac principaliùs aut per ſe primò eſt de mediis, & minùs principeliter, aut in obliquo de prædeſtinatis.

Inſtas 1. Inter finem *qui*, & finem *cui*, principalior eſt hìc poſtarior, ut patet in medico præparante media ad ſalutem infirmi, qui principaliùs attendit ad ſubjectum, quod eſt finis *cui*, quàm ad media ad ſalutem, quæ eſt finis *qui* ſperatur, ergo intendens, & præparens media ad finis conſecutionem, quæ eſt finis *qui*; ſubjecto prædeſtinato, quod eſt finis *cui*, principaliùs reſpiciet iſtud, quàm media.

Urg. hoc. Nam media præparantur propter ſubjectum perducendum in finem, ergo principaliùs à ſubjecto ſpecificabitur prædeſtinatio, quàm à mediis: conſ. tenet ex communi axiomate. Propterquod, unumquodque tale, & illud magis.

Huic inſtantiæ, niſi aliquid addatur, habet aliam manifeſtam, ut patet ex ſuperioribus, in myſterio Incarnationis, nam finis *cui* eſt homo juſtificandus, vel redimandus; finis verò *qui*, ut ibidem explicatur, eſt Chriſtus; certum eſt autem Chriſtum principaliùs ſe habere, in eodem myſterio, ſeu præeminere univerſia hominibus redimendis, cum ſit bonum majus, infinitè excedens, quodcunque bonum puræ creaturæ, ut ſunt cæteri homines. §. Reſp. ergo aliud eſſe, quid ſit principalius inter utrumque finem, *qui*, & *cui*, ſive ad invicem præemineat, aut præferendus ſit; eliud verò quid principaliter ſpecificet habitum, vel virtutem diſponentem da mediis ad finem *cui*, facta comparatione inter ſubjectum, & media, quæ conſiderentur in hoc fine, & quibus idem ſubjectum ordinatur, vel promovetur ed finem *qui*, ſive ad ſalutem, ut in caſu, & tunc dicuntur principaliùs concurrere media ob rationem adductum, ut ſimiliter contingit in ſcientia medicinæ. unde poteſt inſtantia returqueri, nam utrobique ſubjectum dicitur præſuppoſitivè, vel minùs principaliter ſe hebera, reſpectu virtutis præparativę mediorum ad aſſecutionem finis *qui*, ſive ſalutis, principaliter, ant veluti ſpecificativè dicuntur eſſe media conducentia ad illam, nam circa illa principaliter verſatur tanquam circa proprium, & veluti ſormale objectum, circa ſubjectum verò, vel corpus ſenandum veluti de materieli, aut minùs principaliter, licet ſanitas, ſit finis qui, vel cujus gratia pręparet illa. Unde ad rem tranſeat, quòd ſubjectum prędeſtinationis ſit principalius, non taman ſit, quod ſpecificet, ant per ſe primò ſe habeat ad prædeſtinetionem, ſed quod magis pręſupponatur, media verò perducentia ad finem prædeſtinationis ſint ſpecificativa illius.

In forma igitur dato tranſeat ad ant. nego conſeq. nam comparatio non eſt præcisè inter finem *cui*, & *qui*, ſed inter objectum, & media, quæ conſiderantur in eodem fine *cui*, & tunc iſta dicuntur principeliùs ſe habere reſpectu prædeſtinationis, & idem ſimiliter dicitur de virtute medicinæ. Vel poterat etiam reſponderi, quòd in medicina duplex ratio conſiderari poteſt, alia veluti ſpeculativa, quæ conſiderat corpus infirmi quoad ejus capacitatem ad conſecutionem ſanitatis; & ſimiliter naturas herbarum, & proportionem earum cum ſubjecto ſanando. Alia verò practica, quæ hìc, & nunc præparat, vel eligit ad prædictum finem, ſecondum priorem conſiderationem dicitur medicina habere pro ſpecificativo ſaltem partiali corpus ſanabile; ſacundum verò poſteriorem, quòd reſpiciat tantum media ſormaliter ſub illa utilitate, quam habent ad ſanandum, & ſic ab illis ſpecificetur raſpiciens in obliquo corpus ſanabile.

Secundò etiam reſponderi poterat aliud eſſe ſubjectum, & aliud finem *cui*, ut patet in virtute Religionis, reſpectu cujus finis *cui* eſt Deus, cultus enim exhibetur Deo, non tamen dicitur ſubjectum, quaſi cultu informatum. Prædeſtinatio autem dicitur reſpicere media, & ſubjectum, cui adhærent media, quaſi conſtituentia unum terminum *qui* formalem, ſicut in ſimili dicitur de agente dealbante pariatam, quòd reſpectu actionis ſubjectum album eſt terminus *qui*; terminus verò *quo*, vel formalis eſt albedo. Vel ſicut alibi atiam proportionabiliter dicimus in myſterio Incarnationis; quod terminus *qui*, vel totalis, ipſius unitionis eſt perſona Chriſti ut compoſita formaliter, vel Deus homo, vel Deum eſſe hominem; formalis verò eſt humanitas, qua nempè Verbum formeliter ſit homo, juxta ſuam doctrinam falſum eſt, quòd ſubjectom prædeſtinatum ſit finis *cui*, & tunc etiam ad eandem paritatem de medicina *reſp.*, quòd reſpectu illius practicè fiat ſubjectum conſtitutum, vel effectum medicamento ſit terminus *qui*, ſeu totalis dans illi ſpeciem prout ſic; medicamentum verò ſit terminus *qui*, vel formalis, per quod corpus conſtituitur formaliter ſanum.

Inſtas ſecundò. Nam ut vidimus ex D. Thom. hìc, ſpecificativum prædeſtinationis eſt vita æterna; qua ratione docet, quòd prædeſtinatio hominum, & Angelorum eſt ejuſdem ſpeciei, quia ab eodem termino ſpecificantur, motus enim à ſuo termino ſpecificatur, ergo media non ſunt ſpecificativum illius. §. Reſp. 1. nego conſeq., immò ſuppoſitom illius, quòd vita æterna, ſcil. ſumpta pro formeli, ſeu pro viſione Dei non ſit de numero mediorum, immò eſt principale, vel potiſſimum medium, ut inſinuavimus, ad finem univarſaliſſimum providentiæ, ſcil. oſtenſionem Divinæ bonitatis, unde idem eſt utramque prædeſtinationem ſpecificari à vita æterna, & ſpecificari à termino ad quem ordinatur, ut ad præcipuum medium intra lineam providentiæ.

Vel 2. reſponderi poteſt, quòd media dicuntur ſpecificare electionem, vel prædeſtinationem non quaſi præciſivè à fine, ſed vel ſecundum utilitatem, quam habent intrinſecam darivatem à fine, val ſecundum bonitatem extrinſecam ejuſdem finis ipſis aplicatam juxta diverſum modum axplicandi, & ita eſſe intelligendum D. Tho., quòd vita æterna ſpecificet utramque prædeſtinetionem, quatenus ab illa ut ab eadem formaliter derivetur utilitas intrinſece in mediis utriuſque, vel bonitas extrinſeca illius eiſdem eplicatur.

DIS-

DISPUTATIO TERTIA,

De effectibus prædestinationis ordinis naturalis, & malis oppositis.

TRia occurrunt examinanda in hac disputatione. Primum est de substantia prædestinati, an sit effectus illius. Secundum de aliis bonis naturæ. Tertium de permissione peccati, & an præparetur hæc ex prævisa pœnitentia.

QUÆSTIO PRIMA.

An substantia prædestinati sit effectus prædestinationis illius.



Quamvis prædestinatio formaliter sumpta, ut actus immanens est Divini intellectus nihil ponat in prædestinato, sed tantum sit vis ordinativa manens intra, & præparans quid sit faciendum in tempore circa prædestinatum, ut tamen est virtualiter transiens, ex vi illius multi ponuntur in tempore effectus secundum beneplacitum Divinę voluntatis, ut dictum est, unde de illis meritò inquirimus, & primò quidem intra ordinem naturę, deindè verò intra ordinem gratię, & intra priorem primò venit substantia prædestinati cum his omnibus, quę ad illam pertinent, vel reducuntur, ut bonum temperamentum, complexio, bona indoles, bona educatio, ac societas, bonum ingenium, & reliqua ejusmodi proprietates, immò & ipsa nativitas, sicut & mors cum tali, vel tali circumstantia contingens, ut si puer imminenter moriturus nascatur prope fontem ad suscipiendum baptismum, vel quòd existens in gratia pereat in transitu per flumen, & similia. Secundò bona opera moralia, quæ fiunt auxilio gratiæ fiunt à prædestinati. Tertiò res externæ, ut bona temporalia, & similia, quibus uti possunt ut instrumentis ad exercitium virtutis. De his, ergo successivè agendum est.

§. PRIMUS.

Quibusdam præmissis ad præsentem, & sequentem disputationem referuntur sententiæ.

SUppono primò in duplici differentia esse hujusmodi effectus, nam alii dicuntur constituti, & velut eliciti à prædestinatione, quia nempè non fiunt constitutivè, aut elicitivè ex alia providentia, sed ex ipsa prædestinatione, alii verò ordinati, & imperati tantum ab illa, quia nempè non eliciuntur, sed imperantur, vel ordinantur ab eadem ad finem vitæ æternę, nam elicitivè pertinent ad providentiam naturalem, (de quibus modo non agimus, vel ad providentiam generalem supernaturalem, ut similiter distinguimus de actibus virtutum, quorum aliqui eliciuntur à charitate, ut amor Dei, & proximi; alii verò solum imperantur ab illa, & diriguntur in finem supernaturalem, sive in Deum super omnia dilectum, quem eadem respicit ut immediatum sui specificativum sub ratione summi boni, ut sunt actus aliarum virtutum, à quibus sunt elicitivè, unde in vi hujus imperii, & relationis ad eundem finem ab ipso procedentis accipiunt cœteræ virtutes in eisdem suis actibus rationem meriti respectu præmii essentialis, sive beatitudinis, vel vitæ æternæ.

Ex his suppono secundò substantiam prædestinati secundum se inspectam, sive præscindendo ab eodem imperio, & ordinatione in finem vitæ æternæ non esse effectum prædestinationis, quia prout sic sistit intra limites naturæ, unde finem illius tam excedentem respicere nequit. Tum quia indifferens est ad prædestinari, & reprobari, ac proindè non sit prout sic ex intentione ejusdem finis, ut requiritur ad illius effectū, ut constabit infra. Suppono tres conditiones assignari communiter, ut aliquid sit effectus prædestinationis. Prima est, quòd sit de numero effectibilium, sive producibilium à Deo, Quia prędestinatio ut dictum est, est pars Divinæ providentię, quod autem ex hac procedit est affectus Dei, nam illud solum procedit effectivè à Deo, sive ab ejus potentia, ad quod efficiendum dirigit ejus providentia, & prudentia, cujus utraq; est pars, & consequenter, quod ad se ipsum, ut finem dirigi, & ordinari potest, constat autem id solum posse sic dirigi, & ordinari, quod est de linea effectibilium, non defectibilium, defectu scil, morali culpę, nam per defectum, vel malitiam morale potiùs avertimur, quàm dirigimur in Deum juxta illud sap. 14. *Odio est impius, & impietas ejus*, ergo impossibile est, quòd id, quod non est affectus Dei sit effectus prędestinationis, scilicet conducens ad finem illius.

Secunda est, quòd aliqua ratione cum effectu conducet ad finem vitæ ęternę. Tum quia prędestinatio, ut dictum est, est efficax pręparatio mediorū ad illā, ergo illud, quòd aliqua ratione non conducit ad illam non est ejus effectus. Tum quia, ut proximè dicebamus, effectus prędestinationis non potest esse quid commune reprobis, & prædestinatis, sed discretivum illorum ab illis. Tum quia in hoc distinguitur à reprobatione, quòd hęc potiùs petit media cum effectu non conjungenda cum eodem fine, unde non importat talem præparationem ad illum, sed generalia media, quibus homo potest quidem vitam ęternam consequi, non tamen de facto solis illis ad eam perveniet, ergo ut aliquid sit effectus prędestinationis debet cum effectu ad finem illius conducere. Tertia conditio est, quòd talis effectus sit à prædestinante ex intentione efficaci dandi gloriam prædestinato. §. Pro quo advertò dupliciter contingere posse aliquid esse effectum prædestinationis imperatum, de quo modo inquirimus. Primò quoad ordinationem supponentem existentiam substantiæ illius prævisam. Secundò quoad existentiam, itaut prima ejus exi-

existentia imperetur ex intentione finis, sive ex intentione perducendi prædestinatum ad illum. In priori sensu supponimos, ut certum substantiam prædestinati, immò & cætera entia, vel bona naturalia ordinari ad finem prædestinationis, ac proindè esse prout sic effectum illius, juxta illud Apost. *Omnia vestra sunt; vos autem Christi, Christus autem Dei*. Quibus datur intelligi omnia ad prædestinatos ordinari, ut ad finem, prædestinatos aotem ad Christum, & Christum ratione humanitatis ad Deum, sive ad ejus gloriam. Unde ex vi electionis ad gloriam, & similiter ad gratiam, & vi etiam præcedentis directionis de mediis, & de illis providendis ad consecutionem gloriæ prædestinatus efficaciter ordinatur ad illam per electionem quidem ed gloriam, intentivè, per electionem verò ad gratiam, & præparationem executivam mediorom executivè. Undè difficultes est in posterioti, an scil. in prima eorum productione licet elicitivè sint à providentia naturali, seo ex vi alteriùs providentiæ ad finem naturalem dicantur ordinari, vel produci, imperetivè tamen procedant dependenter à prædestinatione, seù ut illi subordinata tanquam imperanti, sive intentioni prædestinantis, qua vult prodoci, ut illis mediis electos perducat ad gloriam, ut dictum est, de actibus aliarum virtutum, qui sæpè eliciontur ab illis dependenter à charitate ut illorom efficientiam imperante, itaut electio prædestinati ed gloriam sit causa imperans intentionem productivem substantiæ, & prædestinatio imperet media coodocentia ad illam.

Hæc conditio non admittitur ab omnibus, ut ait Jo. à S. Thom. hic disp. 9. art. 1. num. 6., nempè ab illis, qui sustinent ad efficacem intentionem dandi gloriam præsupponi nostrorum meritorum præscientiam tanquam causam, & motivum illius, unde juxtà hanc opinionem præscientia meritorum, non verò efficax intentio conferendi gloriam præcedet prædestinationem, vel tanquam causa, vel ut conditio. Tunc verò in horum sententia, qui affirmant præscientiam absolutam meritorum movere ad electionem ad gloriam, tenentur asserere, vel quòd non detur prædestinatio, vel quòd præcedat electionem, scil. consistens in voluntate illa, qua volnit Deus reducere ad statum absolutum illos, quos prævidit perseveraturos usque in finem; qua supposita deindè prævisione absolnta non erit gratuita electio ad gloriam, & multò minus prædestinatio. Quomodo enim gratoitò eligit ad finem, quem prævidet conjunctum fini in statu absoluto? Et quomodo præparat media, quæ jam veluti executivè voluit præparata esse ad benè operandum usque in finem? Quòd tamen videtur esse contrà SS. PP., & Scripturam, quæ toties electionem gratuitam commendat; nisi dicatur, quòd electio efficax ed gloriam, & prædestinatio subsecute, veluti otiosè superaddantur; nam si per primam voluntatem Dei omnia media oltimò executioni jam constituta, & mandata sunt, ut quid superedditur intentio finis, & nova præparatio mediorom per prædestinationem, quæ ad aliud, nisi ad executionem illorum ordinatur, quòd valdè notandum est hac in re ob sequentes difficultates.

His præmissis prima sententia extrema, quam sustinet Corneyo hic disput. unica dub. 3. asserit substantiam prædestinati non solum non esse, sed nec posse esse effectum prædestinationis, concedit tamen posse esse effectum electionis ad gloriam. Supponit namq; hic Autor quatuor actus in hoc ordine concurrere ed totam seriem prædestinationis. Primus est electio ad gloriam: Secundus ordinatio mediorum, seù judicium de mediis: Tertius electio mediorum: Quartus imperium de illis, scil. exequendis, undè inquit, quòd ex vi primi decreti, quo Deus eligit Petrom ad gloriam, potuit etiam decernere existentiam substantiæ naturalis illius; si nempè sic decerneret; eligo producere Petrum, ut sit beatus; & quie Petros per hoc decretum constituitur futurus, ac proindè per istud jam habetur volite existentia Petri, non potest ampliùs per actum subsequentem imperii de mediis, quibus consequuturus est gloriam, constitui futura, aut producenda in ordine ad gloriam, & consequenter nec posse esse effectum prædestinationis, cum non possit constitui futurum, quod sub futuritione supponitur costitutū. §. Secunda negat de facto esse effectum illiusita ut productio substantiæ prædestinati non sit effectus imperatus à prædestinatione, non negat tamen, ut dictum est, ordinari ad gloriam ordinatione extrinseca supponente productionem illius, ita ut ordinetur tanquam subjectum ed illem recipiendam. Ità idem Corneyo ibidem; Mag. Serra dub. unico, & alii relati à Salmanticens. disp. 5. dub. unico, quam sententiam asserunt hi Autores intelligendam esse de substantia prædestinati secundum communem cursum rerum, sive secundum leges naturæ producta, vel producenda, non modo extraordinario, aot miraculosè, sic euim edmittit posse esse effectum illios.

Tertia affirmat tem de possibili, quàm de facto, scil. fuisse factam ex intentione gloriæ prædestineti. Ità frequentiùs, & jam communiter Thomistæ, Banez hic, Salmant., Illustriss. Godoy disp. 62., Gonet. disp. 3. art. 4., Mag. Ferre q. 3. à S. Thom. disp. 9. art. 3., (qui tamen distinguit inter substantiam Adæ, & Evæ ex una parte, & substantiam posterorum ex alia, negans de illis, & affirmans communiter de aliis; (existimat enim alibi 3. part. ad quæst. 8., gratiam status innocentiæ non fuisse collatem primis parentibus ex meritis Christi:) Nazarius controv. unica, qui etiam ert. 1. hujus quæst. controv. 2. ait esse de mente Cajet. 3. p. quæst. 1. art. 3., qoamvis aliter intellectus à pluribus impugnetur. Pro eadem etiam referuntur Scotus in 2. dist. 20. q. 2., & in 3. dist. 3. q. 3., & dist. 19. qo. unica, Suarez lib. 3. de prædest. c. 7., Granad. tract. 6. disp. 2., Roitz disp. 24. sect. 1. & seqq., & alii relati ubi suprà à Salmant.

§. II.

Statuitur prima Conclusio.

Substantia prædestinati potest esse effectus non solom electionis, sed etiam prædestinationis. Est directè contrà Corneyo quoad 2. p., sed quoad utramque est jam communis consensus, cum ut vidimus, fateantor ferè communiter esse de facto. §. Prob. verò primò quoad 1. Possibilis est hic modus eligendi Petrum ad gloriam, si nempè diceret Deus, Decerno Petrum producere, ut sit beatus, sed tunc productio ejus penderet à gloria in genere causæ finalis, ergo esse substantiale Petri potest esse in hoc genere effectus gloriæ terminantis electionem; mi. cum conseq. patent; & ma. prob. Tum quia potest quis, ut insinuavimus suprà, eligere actum temperantiæ, & cujuscunque alterius virtutis acquisitæ ex virtute charitatis; potest etiam, ut constabit infrà, producere Petrum, ergo potest etiam producere illum ex fine gloriæ illi con-

conferendæ, sive ut illi conferat. Tum quia si id non posset, maximè quia ordinatio ad gloriam est omninò extrinseca Petro ad illam ordinato, sed hæc ratio non obstat ergo. Prob. mi. Nam omnia operatur, ex fine manifestandi suam bonitatem, universa enim operatus est propter semetipsum, sed Divina bonitas in se, non est minùs extrinseca rebus productis, quàm sit gloria Petro prædestinato, ergo si concedi- tur hic actus in Deo, decerno producere Petrum propter meam bonitatem ut finem substantiæ ejus, erit concedendus iste, decerno producere illum propter gloriam, ut finem esse substantialis illius, sive intentione beatificandi illum.

Prob. concl., & urg. præcedens ratio. Si non posset sic produci Petrus, sive imperari ejus productio ex vi electionis illius ad gloriam, vel quia substantia ejus est subjectum gloriæ, ac proindè debet supponi existens ad illam recipiendam, sicut in universum quodlibet subjectum supponi debet existens ad receptionem suorum accidentium, cum pariter gloria sit accidens: vel quia est finis, cui intenditur gloria, vel quia eadem substantia est effectus elicitus à providentia naturali, sed nulla ex his rationibus obstat ergo. Prob. Mi. primò quoad 1., & 2. Quia potest elicitivè produci ex vi decreti, quo ordinatur ad beatitudinem naturalem, sed respectu illius pariter est subjectum, & finis *cui*, ergo consequ. tenet, & præmissæ sunt manifestæ; ma. quidem, quia Deus producens, vel decernens producere res naturales, ordinat, vel intendit ordinare illas ad proprios fines: Mi. etiam, quia ad naturalem beatitudinem comparatur ut ad proprium finem, ergo est in illo habitudo subjecti, & finis *cui*, sicut respectu cujuscunque alterius accidentis sibi proprii.

Deinde prob. quoad 3. tum paritate adducta in actibus aliarum virtutum naturalium elicitis ex fine charitatis, estò ordinis inferioris sint, & directivè etiā pertineant ad providentiam naturalem, ergo sicut illorum productio potest esse ex imperio ejusdem charitatis, sive imperativè ordinari ad finem supernaturalem illius, pariter esse poterit substantia prædestinati ex vi electionis illius ad gloriam, sive imperativè ordinari ad illam, estò elicitivè pertineat ad ordinem, vel providentiam naturalem. Tum quia: & est ratio à priori horum omnium: non minùs providentia naturalis, præcipuè in hac rerum serie, subordinatur supernaturali, vel prædestinativæ, quàm virtutes naturales, vel acquisitæ subordinentur charitati, aut inferiores artes superioribus, sed hac ratione charitas potest imperare elicientiam actuum aliarum virtutum ad sui finem, sicut artes superiores elicientiam actuum inferiorum ad sui superiorem finem, ergo pariter providentia supernaturalis, vel prædestinativa etiam quoad sui initium, quod est electio ad gloriam, imperare poterit omnes productiones substantiarum prædestinatorum ad sui finem, sive ad eandem gloriam, sicut omnes ordinat Deus ut universalissimus provisor ad finem manifestandæ suæ gloriæ, & bonitatis: vel sicut autor gratiæ ad hujus supernaturalem finem, substantiam effectuum sui ut autoris naturæ, ordinabilem ad illum ob eandem subordinationem sui prout sic ad se ipsum, ut autorem supernaturalem, scil. terminativè, vel effectivè, ut explicatum est, & statim etiam constabit.

Tertiò ex his prob. concl. supponendo ut supra distinctionem sui ut autoris naturæ, & gratiæ, & proinde etiam providentiæ ordinis naturalis, & supernaturalis non attendi ex parte subjecti, neque actus, sed eundem esse omninò actum utriusque providentiæ, & diversitatem solum se tenere ex parte objecti, secundum quòd objectum unius ast ordinis naturalis, & alterum supernaturalis; ex quo etiam sequitur idem esse ex parte subjecti decretum utriusque, per quod decernuntur objecta utriusque ordinis. Quo supposito prob. sic. Nulla est assignabilis implicantia in eo, quòd Deus decernens substantiam Petri decernat illam ex fine beatitudinis supernaturalis illi conferendæ, sed hoc decretum esset electio Petri ad gloriam, ergo optimè potest ex vi istius imperari ejus productio: mi. constat; & ma. prob. ex dictis simul, & ex suppositione facta. Nam substantia Petri, utpotè ordinis naturalis subordinatur beatitudini supernaturali, cum hæc sit finis illius, ergo nulla est implicatio, quòd producatur ex vi intentionis ejus vel per subordinationem ad illam. §. Explic., & urgetur hoc. Nam nulla est repugnantia, quòd Deus producat Petrum, & in eodem instanti productionis conferat illi gloriam, ergo sicut in hoc casu posset producere, & simul ordinare illam in eodem instanti ad gloriam, nulla erit ut in omni alio eandem producere possit ex vi intentionis illius, cum non minùs subordinetur eidem in omni alio, quàm in illo.

Prob. deinde 2. pars evertendo præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ. Ex eo non potest produci ex vi prædestinationis Petri, quia supponitur jam futura ex vi electionis ad gloriam, sed hæc ratio non obstat ergo: ma. est fundamentum illius; mi. verò prob. quia licet ex vi electionis constituatur futura, non tamen completè, vel adæquatè, sed tantum initiativè, ergo non impeditur, ut per actum prædestinationis constituatur talis perfectè, conseq. tenet, nam sicut constituitur futura ex vi electionis substantia prædestinati, ita pariter constituitur futura ex vi intentionis gloria, ad quam prædestinatur, sed quia hæc tantum constituitur initiativè, sive in solo ordine intentivo ex vi ejusdem intentionis, adhuc constituitur perfectè, vel completè talis, sive in ordine executivo ex vi imperii, sive actus formaliter prædestinativi, ergo eadem ratione ex vi istius poterit constitui completè futura, substantia prædestinati.

Expl., & urg. hoc supponendo, ut jam insinuavimus, quòd electio Petri ad gloriam, si semel per illam constituitur futura, substantia Petri, ut statuitur in priori parte conclusionis; duplicem habet formalitatem, alteram scil. imperantis productionem ejusdem substantiæ naturalis, alteram verò elicientis gloriam, quia hæc est effectus elicitus respectu electionis, substantia verò tantum imperatus, cum sit ordinis inferioris, vel naturalis. Hoc supposito sic arg. Electio Petri ad gloriam, sive intentio dandi Petro effectum elicitem, qui est gloria, solum constituit illum initiativè futurum, ergo solum pariter constituit initiativè futurum, effectum imperatum, qui est substantia illius, ergo sicut post electionem adhuc datur locus prædestinationi, ut completè ab illa eliciatur gloria, ita pariter post illam adhuc dabitur eidem, ut completè ab eadem imperatur substantia Petri: hæc posterior conseq. est manifesta: prima verò prob. quia nequit electio habere majorem vim respectu effectus imperati, quàm habeat respectu eliciti, cum iste sit magis sibi proprius, ergo si elicitum, scil., gloriam, tantum constituit initiativè futurum,

rum, sic tantum constituet imperatum sive substantiam naturalem Petri, ac proinde dabitur locus imperio, ut possit utrumque constituere futurum complete, & consumative.

Quod si inquiras, quomodo prædestinatio, sive imperium prædestinativum concurrat ad substantiam Petri producendam, supposita electione ipsius Petri ad gloriam, per quam imperatur productio ejusdem substantiæ. §. Resp. id verificari, quia ad idem imperium pertinet imperare media, quibus de facto exequi debet productio illius, & elicientia horum mediorum pertinet ad providentiam naturalem subordinatam, ut dictum est, supernaturali, & prædestinativæ: nam sicut in electione ad gloriam intenditur gloria communicanda Petro tanquam effectus elicitus, & deinde ex vi prædestinationis, seu imperii secuti ex prima intentione proponuntur media, quibus in exequutione poni debet gloria, ut effectus ab illo elicitus, ita similiter in ordine ad effectus imperatos, quorum unus est substantia naturalis Petri) per electionem illius ad gloriam imperatur productio ejusdem substantiæ, & deinde per prædestinationem ex electione sequutam imperantur media, quibus poni debet substantia Petri.

Contra tamen præcedentem conclusionem, & doctrinam objicies. Non stat gloriam semel intelligi futuram, & subjectum receptivum illius non intelligi complete existens ergo si ex vi electionis constituitur gloria respectu Petri aliquomodo futura, debet substantia ejus, utpotè subjectum receptivum gloriæ, intelligi complete existens, ac proinde non poterit esse effectus etiam imperatus respectu prædestinationis: utraque cons. tenet, & ant. prob. Gloria ut constat ex superioribus, est accidens prædicamentale, cum in visione Dei consistat, (quæ est actus intellectus, sed subjectum accidentis prædicamentalis debet supponi complete existens ergo non stat gloriam semel constitui futuram ex vi electionis, non supposito ejus subjecto receptivo complete existente, ita ut saltem ex vi ejusdem electionis imperari debeat completa ejus futuritio, & consequenter ex vi prædestinationis nihil addi potest circa substantiam Petri ad futuritionem illius spectans.

Huic argum., quod est præcipuum, vel unicum oppositæ sententiæ fundamentum, resp. ex dictis neg. ant. Ad prob. dist. mi. Si eq. ilens prædicamentale intelligatur complete existens, conc., si incomplete tantum, aut vialiter, neg. Nam quamvis subjectum accidentis prædicamentalis sic substantia completa, sive substantia in actu, & ad receptionem accidentis teneatur hæc complete existere, quando scil. illud intelligitur in exercitio complete inhærens, secus tamen quando intelligitur tale solum initiative, vel in tendentia ad inhærendum, tunc enim satis est, quòd similiter ejus subjectum præsupponatur, aut præintelligatur existens, sive habens esse inchoative, non verò complete; quod etiam manifestatur ipso decreto, quo statuitur ejus productio, non enim habetur statim per illud, quod existat in exercitio, sed quòd existet, unde solum, initiative habetur ejus existentia, non complete, sive ordo tantum ad illam, non verò exercitium; sic similiter de accidentibus naturalibus illam informantibus, quæ pro tunc nondum existunt, Et si substantia sit tantum possibilis, vel possibiliter solum existit, eadem etiam tantum possibilia sunt, & in potentia ad existendum, vel inhærendum tali substantiæ. Ex quo fit satis ad argumentum de paritate gloriæ, quæ est accidens prædicamentale respectu substantiæ Petri, ut illius subjecti.

Ex his infertur idem esse sentiendum de cœteris rebus naturalis ordinis, sive sint bonitate morali, sive naturali affectæ, ut sunt omnes virtutes morales acquisitæ, actus illarum, bona indoles, & bonum ingenium, quia possunt hæc omnia esse effectus electionis, & prædestinationis electorum ad gloriam, & quidem potiori jure, quàm eorum substantia, quia non se habent præcisè, ut subjectum, vel finis cui respectu gloriæ consequendæ, sed possunt accipi etiam, ut medium in ordine ad finem prædestinationis; licet hæc ratio medii illis accidentalis sit, & extrinseca, sed de his adhuc infra.

Sed adhuc est difficultas, quòd cum substantia Petri comparetur ad gloriam non solum ut finis cui, sive in genere causæ materialis, sed etiã propter quem; sive in genere finalis, cum Deus semel eligens Petrum ad gloriam, non solum velit eam dare illi, sed etiam eandem diligat propter illum, quo modo deinde possit eadem substantia fieri ex voluntate dandi gloriam Petro, nisi simul velimus illum præcedere, & subsequi in eodem genere causæ finalis, quod repugnat. §. Huic difficultati resp., quòd substantia Petri, cum in suo esse naturali considerata subordinetur ut dictum est, fini supernaturali gloriæ, non potest prout sic, esse finis *propter quem* illius, ac proinde nec eam præcedere in genere finis, cum gloria sit finis ultimus, ad quem cœtera ordinantur, unde solum potest se habere, ut finis *cui*, & consequenter præcedere tantum in genere causæ materialis, & subsequi ad illam in genere causæ finalis. §. Cui addi potest, quòd dum dicitur substantiam Petri fieri ex voluntate glorificandi illum, non esse sensum, quod Petrus excludatur à ratione finis cujus gratia producat Deus substantiam ejus, sed tantum quòd ex voluntate glorificandi illum producat ejus substantiam sic, quòd Petrus, ut dilectus, seu electus ad gloriam, sit finis sui ipsius, ut tantum dilecti, ad existentiam ordinis naturæ. Quod non videtur ullo modo repugnans, cum Deus liberè intendat, unde potest habere pro motivo producendi naturam, ipsam gloriam, ad quam, intendit illam ordinare.

§. III.

Statuitur secunda Conclusio.

Substantia prædestinati de facto est effectus prædestinationis cujuscunque prædestinati. Suadetur primò ex D. Aug. Epist. 105. post medium, ubi ad illud Rom. 8. *Ut secundum electionem propositum Dei maneret, inquit. Qui enim sunt isti, qui respondeant Deo, quando quidem ille Rebecca habenti geminos ex uno concubitu Isaac Patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni, vel mali, ut secundum electionem propositum suis maneret; electionem scil. gratiæ, non debiti, elellionem, qua eligendos facit ipse, non invenit.* Ubi ut subtiliter advertit M. Ferre hic §. 2. ponderanda est repetitio electionis, scil. gratiæ, non debiti, & qua eligendos facit, ut detur intelligi Deum non eligere solum ad gratiam, sed etiam per electionem facere eligendum, & non præsupponere jam factum, quatenus scil. eligendo illum ad gratiam, & gloriam Imperat productionem substantiæ illius, sive eligit ad gratiam consumatam.

tam, & ex voluntate conferendi illam efficit substantiam electi. §. Id clarius videtur exprimere S. Doctor lib.5. contra Julianum cap.4. versus medium, ubi comparans cum reprobis electos, de illis inquit, *quod ad utilitatem nascuntur istorum. Nam enim quemquam eorum Deus temerè, ac fortuitò creat &c.* argo secundum August. nativitas reproborum, sive substantiæ eorum productio est effectus electionis prędestinatorum ad gloriam, ergo potiori jure nativitas electorum erit effectus electionis ipsorum.

2. Prob. ex D.Thom. infrà art.8., in quo inquirens an prædestinatio juvari possit precibus Sanctorum; in argum. sed contrà id probat ex illo Genes. 25., quòd Isaac rogavit Deum pro Rebecca uxore sua, & dedit conceptum Rebeccæ. Ex illo autem conceptu natus est Jacob, qui prædestinatus fuit. Ex quo infert, *non autem fuisset impleta prædestinatio si natus non fuisset, ergo prædestinatio juvatur precibus Sanctorum.* Sentit ergo, quòd istorum preces intantum juvant prædestinationem, in quantum juvant ad aliquem illius effectum, argo cum preces Isaac ad hoc potissimum juvarint prædestinationem Jacob, quatenus illis mediantibus natus est Jacob, sive obtenta est nativitas, seu productio substantiæ ejus, verè hæc erit effectus suæ prædastinationis.

Huic autoritati Mag. Serra hìc concl.6. in fine respondet non esse necessarium, quòd id quod juvat prædestinationem conducat ad effectum illius, sed sufficit, quòd conducat ad aliquid, sine quo prædestinatio haberi nequit, undè inquit, non esse mi intentum D.Thom., quòd conceptio Jacob sit effectus prædestinationis ejus, sed solum quòd non potuit sine illa impleri, quia nempè requiritur tanquam quid præsuppositum ad illam, sive tanquam actio, qua fit subjectum, quod prædestinatur. Et hoc satis est ad verificandum posse prædestinationem juvari precibus Sanctorum, nam juvari potest illa, aut obtinendo aliquem ejus effectum, aut cartè ejus subjectum, quod prædestinatur, & ità juvarunt preces Isaac prædestinationem Jacob, quia obtinuerunt nativitatem, seù productionem substantiæ illius, scil. ut subjecti ejus prædestinationis, non ut effectus.

Sed contrà hanc solutionem videtur obstare Div. Thom. in corp., ubi hac de re præmissis, & impugnatis quorumdam erroribus, universaliter, & satis manifestè asserit esse effectum prędestinationis, quidquid ad finem illius conducit. Verba D. Thom. propè finem sunt. *Ità prædestinatur à Deo salus alicujus, ut etiam sub ordine prædestinationis cadat quidquid hominem promovet in salutem, vel orationes propriæ, vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid hujusmodi, sine quibus aliquis salutem non consequitur*, ergo si juxtà solutionem, & veritatem substantia prædestinati ità juvat, ut sine illa salutem non consequatur, imò nec consequi possit, jam sub ordine prædestinationis illius cadit, ac proinde est ejus effectus, nā quidquid cadit sub hoc ordine, effectus illius est saltē imperatus, sicut omne, quod cadit sub ordine Charitatis est effectus illius saltē imperatus.

Urg. hoc ex eodem in 1. dist. 4. quæst.1. art.4. in corp. Ubi inquit unde *Secundum hoc omnis causa, cujus operatione interveniente completur effectus prędestinationis, dicitur prædestinationem juvare.* Et deinde enumeratis hujusmodi causis sive meritoriis de congruo, vel de condigno, vel per modum dispositionis; sic concludit. *Vel etiam naturali operatione, sicut motus cœli, & omnes causæ naturales juvant prædestinationem, in quantum eorum officio perficitur generatio, & sustentatio electorum.* Quibus verbis clariùs iterum agnoscit generationem, ac proindè productionem substantiæ electorum tanquam effectum prædestinationis eorum. Nam intantum ex eisdem causis juvat aliqua prædestinationem, in quantum juvat ad effectum illius, ergo dum ait de motu cœli, & de cęteris causis naturalibus, quòd juvant ad illam in quantum eorum officio perficitur generatio electorum, manifestè concludit hanc esse effectum prædestinationis.

Ex his prob. ratione. Ut aliquid sit effectus prædestinationis, requiritur, & sufficit, ut sit effectus Dei præparatus, & requisitus ad finem illius, sive ad gloriam aliquomodo conducens ex intentionę communicādi illam prædestinato, sed ità se habet substantia prędestinati ad prædestinationem, & intentionem dandi illi gloriā ergo est effectus prædestinationis illius: ma. est expressa D. Th., & patet; quia ut aliquid sit effectus illius non est necessarium, quòd conducat meritoriè, aut dispositivè, ut in aliis pluribus constare potest, quæ licet neutro modo conducant, sunt tamen effectus ejus, ut prædicatio, exteriores occasiones benè operandi, miracula, & similia, quibus excitamur ad bonum, ut fatentur etiam contrarii, ergo id requiritur, & sufficit, ut aliquomodo conducat ex intentione gloriæ: mi: etiam traditur ab eodem, dum ait omnes causas naturales juvare prædestinationem, in quantum eorum officio perficitur generatio electorum ad complendum effectum illius, scil. ad gloriam illis conferendam, ergo producitur, & juvat eorum substantia ex intentione gloriæ.

Urg. hoc, & simul prob. mi. quoad hoc posterius, scil. quòd fiat ex intentione gloriæ, in quo est præcipua difficultas, nam quòd aliquomodo conducat, fatentur etiam contrarii, & patet, nam saltem est conditio, sine qua prædestinatio non potest impleri, ut dictum est; & etiam causa efficiens, vel principium quod actuum, quibus homo, vel Angelus meretur gloriam: & causa etiam physica efficiens mediis potentiis, & formis, vel qualitatibus supernaturalibus illas elevantibus, & præbentibus vires ad illos producendos: Est etiam motivum excitans saltem per modum objecti ad gratiarum actiones, ac proindè aliquomodo conducens, vel juvans ad effectum, vel finem illius, Prob. ergo quòd fiat ex intentione gloriæ. Tum quia sic fieri non repugnat, ut dictum est, ex subordinatione naturalium ad supernaturalia. Tum quia hac supposita non repugnantia, congruit extensioni prędestinationis, valdè id commendans dilectionem, & curam Dei respectu electorum, ut veriùs etiam dicatur omnia in eorum bonum cooperari ergo.

Dices primò rationi factæ, posse ex eadem probari etiam merita Christi esse effectum nostræ prædestinationis, cum pariter concurrant ad istam ut causa moralis, & sine illis obtineri non possit. §. Sed hæc solutio præoccupatur ibidem. Nam licet eadem merita concurrant, non tamen præcisè, ut effectus præparatus, & prærequisitus ad exequutionem illiùs, ut exprimit, & intendit ma. argumenti facti de substantia prædestinati, sed tantum præviè in ordine intentivo, ut causa illius. Ex meritis enim Christi pręvisis dicuntur eligi à Deo prædestinati ad gloriam ergo, ex eò quòd affirmemus de substantia non tenemur affirmare de quocunque alio quomodolibet concurrente etiam per modum causæ in priori gene-

re, da qua nulla potest esse controversia.

Dices 2. ex Mag. Serra, ut suprà, non sufficere ad hanc rationem effectus; quòd concurrat utcunque, sed requiri, quòd ut medium. §. Sed contra hanc solutionem militat in primis, ut vidimus, doctrina D. Th. locis relatis. Deindè impug. argum. eodem. Quia licet dicamus id requiri ad rationem effectus eliciti non tamē imperati, ergo non est ex hoc capite excludenda eadem substantia à tota serie effectuum illius. Prob. ant., quia ad hanc rationem sufficit, quòd cadere possit sub imperio prædastinationis ex intentione gloriæ, sed ut constat ratione facta, & ex superiori doctrina D. Thom. non solum id, quod habet rationem medii, sed quod præparari potest, & prærequiri, etiam ut subjectum, cadere potest sub eodem imperio, & aliàs etiam id valdè commendat dilectionem Dei, & specialem curam respectu electorum, ergo alia etiam à ratione medii distincta ingredi possunt lineam effectuum saltem imperativè.

Dices 3. Per quod etiam fit satis hujusmodi replicis) Quod licet non repugnet substantiæ prædestinati (& sic de aliis, quæ non sunt media) ordinari, vel imperari in ordine ad gloriam, repugnantia veluti ab intrinseco; repugnat tamen repugnantia veluti extrinseco, sive ex parte divinorum decretorum, quia quæ dependent à providentia naturali, vel etiam supernaturali generali respicientibus ea, quæ sunt communia bonis, ut reprobis; (ut est eadem substantia, & alia hujusmodi;) præcedunt decretum prædestinativum, sicut & providentiæ, à quibus dependent, & consequenter, tenetur illud supponere decreta, quę pertinent ad easdem providentias communes; unde licet postquam omnia hujusmodi communia jam facta ordinari possint, vel imperari per posterius decretum prædestinativum ad finem gloriæ non tamen ab initio suæ productionis, vel in signo prioritatis, quo illud antecedunt.

Sed contrà hanc solutionem, quæ tangit præcipuam vim sententiæ oppositæ militant, quæ in superioribus, & proximè etiam insinuavimus, scil. de subordinatione unius providentiæ, vel decreti ad aliud ex parte objecti, ut explicatum est, cum ex parte actus sicut non est distinctio, ità nec prioritas, ut supponit solutio. Et quamvis esset, nihil tamen obstat, ut possit esse prioritas mutua, ut dictum est, sufficienter, ut cadant prædicta communia sub imperio decreti prædestinativi respectu electorum ex vi ejusdem subordinationis, ob quam dicuntur omnia cooperari in bonum illorum.

Unde insto primò sic; Ex eò quòd prædictæ providentiæ, vel decreta præcedant electivum, vel prædestinativum, non sequitur, quòd eorum effectus non possint imperativè saltem pendere ab istis, ergo solutio est nulla, prob. ant. Tum quià ex eo quòd præcedant, non sequitur, quòd non subordinentur istis, ut ostensum est, ergo non impeditur istorum imperium suprà illorum effectus. Tum quià, ut pariter explicatum est, optimè stat unum decretum præcedere aliud in uno genere, & pendere, aut subsequi ad illud in alio, ergo ex eo quòd providentia naturalis creativa, vel productiva substantiæ, & supernaturalis communicativa bonorum communium supernaturalium; vel etiam decretum permissivum originalis antecedat electivum, vel prędestinativum non rectè infertur independentia ab isto, ac proindè nec tollitur imperium suprà illorum effectus. Tum quia, ut rectè ad hominem urget Illustriss. Godoy contrà eos ex nostris, qui unanimiter docent auxilia sufficientia in prædestinatis esse effectus prædestinationis, & tamen hæc sunt effectus providentiæ generalis supernaturalis, quæ prior est providentia speciali, in qua prędestinatio consistit, ut fatentur etiam nostri Thomistæ, ergo non rectè infertur substantiam prædestinati non esse effectum prædestinationis ex eo quòd sit effectus providentiæ naturalis, & hæc sit prior prędestinatione.

2. Impug. quoad id, quod tangit de substantia jam facta, vel producta, non producenda, vel ab initio suæ productionis. Tum eodem argumento. Quia non minus ab initio providentia, aut decretum ejus productivum subordinatur providantiæ, aut decreto prædestinativo, nec minùs ab initio subsistit mutua prioritas in diverso genere inter utramque providentiam, vel decretum, quàm post ejus productionem, ut constat ex dictis, ergo sicut imperari potest post productionem, poterit etiam ab initio.

Deindè iterum ad hominem ex Mag. Ferre. Quia ad verificandum, quòd substantia prædestinati concurrat ad ejus prędestinationem non sufficit, ut jam facta ordinetur ad finem illius ex vi alterius providentiæ, sed requiritur, quòd ab initio fiat ex imperio prædestinationis, ergo. Prob. ant. Quia si id sufficeret respectu substantiæ, pariter sufficeret respectu circumstantiarum nativitatis, ità ut non esset opus has fieri ex imperio prædestinationis, sed sufficeret, quòd postquam sunt factæ ordinentur ad prædestinationem, vel finem illius, sed hoc non admittitur à contrariis, ergo. Prob. ma. Nam sicut Deus ad implendam prædestinationem potest uti substantia jam facta ex alia providentia, & fine, ità etiam uti potest circumstantiis ex alio fine factis, ergo si id sufficit respectu substantię, itaut non sit opus hanc fieri ex intentione prædestinandi, nec erit opus ex hac intentione fieri circumstantias.

Dices esse manifestum discrimen, quòd circumstantiæ cum fiant miraculosè spectant ad providentiam specialem intimè unitam cum prædestinativa, & sic opportet, quòd ab ista imperentur cœterum prędestinati substantia spectat ad generalem, & communem ordinis naturę, unde non requiritur, quòd fiat ex intentione prędestinationis. §. Sed contrà hoc est. Tum quia licet hęc pendeat, aut fiat à generali, & communi ordinis inferioris, non tamen per hoc extrahitur à subordinatione ad prędestinativam, si velimus ex vi istius omnia ordinari in bonum illius, ergo nec subtrahi debet ab imperio ejus, estò à speciali providentia non sit, undè solum inferri poterat, quòd ęędem circumstantię, quę aliquando miraculosè fiunt, propriùs, seu proximiùs, vel intimiùs, aut minùs remotè spectent ad idem imperium, non tamen, quòd solę illę, & non substantia, vel alia hujusmodi, quę à remotiori providentia, vel naturali fiunt.

2. Impugnatur. Nam quamvis circumstantię, & non substantia, quandò miraculosè fiunt, spectent ad specialem providentiam, non tamen sunt effectus eliciti à prædestinativa, quia hæc suos effectus elicitos inchoat à vocatione, ut poterit constare infrà, ergo ex discrimine adducto non probatur substantiam non esse effectum prædastinationis. Prob. conseq. quia hoc ipso quòd neque circumstantiæ sint effectus eliciti illius non est necessarium, quòd fiant ex imperio prædestinationis, ut patet respectu Esau odio habiti, & non ut Jacob, electi. §. Hinc infert

Mag.

Mag. Ferre ex hoc sibi ut probabilissimam probari nostram sententiam. Quòd sicut substantia prædestinati pertinet ad providentiam distinctam à prædestinativa, ità & circumstantiæ, esto miraculosè factæ, ergo si nihilominus istæ per hoc solum, quòd juvant ad prædestinationem fiunt ex imperio illius, pariter erit substantia ex eodem imperio per hoc solum, quòd conducat ad illam implendam, estò ad aliam providentiam elicitivè pertineat.

Quòd si iterum dicas posse specialiter affirmari de circumstantiis, eo ipso quòd miraculosè factæ pertineant ad specialem providentiam, non verò de substantia pertinente ad communem, & naturalem, quia dum prout sic spectant ad specialem, sunt discretivæ prædestinati à reprobo, substantia verò est indifferens, & communis utrique, sicut communis, & indifferens est providentia naturalis, à qua fit, §. Sed hæc solutio præoccupatur manifesto exemplo utroque fratre, altero electo, scil. Jacob, altero odio habito, scil. Esau. Unde impugnatur sic. Quamvis circumstantiæ ut miraculosè factæ à speciali providentia, seu miraculosa sint, ut tamen ab illa præcisè, seu præcisivè ab imperio prædestinationis non habent unum ab alio distinguere, aliàs etiam Esau miraculosè natus ex matre sene fuisset distinctus ab aliis reprobis, & indistinctus à Jacob prædestinato, ergo sicut istæ quamvis secundum se, & ut procedunt elicitivè à providentia distincta indifferentes sint, & communes, per hoc tamen, quòd conducunt ad prædestinativam, sunt imperativè effectus illius, & distinguunt unum ab alio, sic pariter erit effectus substantia, licet indifferens sit, & communis secundum se, & ut procedit à providentia naturali distincta, poteritque unum ab alio distinguere, ut cadit sub eodem imperio, prout reverà cadit sub illo, eo ipso quòd aliquo modo conducit ad impletionem illius. Quod non leviter insinuat D. Thom. ubi suprà, si attentà ponderetur doctrina ejus.

§. IV.

Alia duplici ratione prob. Conclusio evertendo duo præcipua fundamenta oppositæ sententiæ.

PRob. ratione. Ex eo juxtà oppositam sententiam substantia prædestinati nequit esse effectus prædestinationis illius, quia esset etiam effectus prædestinationis Christi, (quòd supponunt non esse admittendum, de quo tamen infrà,) sed hæc ratio in eadem sententia est nulla, ergo: Ma. est ferè unicum fundamentum contrariorum; Mi. verò prob., nam ex eo inferendum est esse effectum prædestinationis Christi, si semel est effectus nostræ, quia si non supponatur substantia Adami ad prædestinationem, nec poterit supponi ad illam peccatum illius; (quod tamen est contra communem sententiam Thomistarum, ut latè ostendimus 3. p. qu. 1. ad art. 3., nam ad delendum peccatum Adæ venit Christus juxtà illud August. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est causa medicinæ, sed hæc ratio habet manifestas instantias in opposita sententia, ergo. Prob. mi. Quia Christus non solum venit ut Redemptor hujus, vel alterius hominis, sed omnium; sed etiam aliquis, imò plures in eadem sententia, qui secundum substantiam sunt effectus prædestinationis Christi, ergo non erit inconveniens, quòd omnes fiot effectus illius, Prob. mi. nam, ut vidimus suprà, precibus Isaac conceptus est Jacob, & consequenter ejus substantia fuit effectus prædestinationis Christi, sicut fuerunt eædem preces Isaac, ergo sine suppositione peccati in Jacob intelligebatur Christus, ut Redemptor illius, ergo sic potuit intelligi respectu omnium. Hæc posterior conseq. tenet, nam si semel potest id verificari de aliqua, sine inconvenienti poterit sine illo similiter verificari de aliis, cum non sit major ratio. §. Expl., & utg. hoc. Hæc conseq. est nulla. Christus venit ut Redemptor Jacob, nec aliter veniret motivo isto non existente, ergo substantia Jacob non fuit effectus prædestinationis Christi Redemptoris; ergo hæc pariter erit nulla, Christus venit ut Redemptor omnium, nec aliter veniret ex vi præsentis decreti, hoc motivo non existente, ergo omnes homines secundum substantiam non sunt effectus prædestinationis Christi Redemptoris: Et ratio est, quia sicut idem motivum, vel dictum August. militat, aut verificatur respectu aliorum, vel omnium hominum, ita militare debet, & verificari respectu Jacob, cum gloria Redemptoris se extendat ad omnes, & singulos nullo omninò excepto saltem quoad sufficientiam, ut infra explicatur.

Ex his etiam prob. 2. eadem principalis mi. Christus venit ut Redemptor hominum pro illis etiam peccatis, quæ contra ipsum commissa sunt, sed hæc peccata supponebant Christum Redemptorem etiam pro eisdem peccatis, maximè si eorum actores prædestinati erant (ut certum supponi debet saltem de pluribus ex infinita Dei bonitate, & charitate, quæ in infinitum superat hominum malitiam, ergo pariter præintelligi potest Christus ut Redemptor ante substantiam, & peccata aliorum prædestinatorum. Conseq. constat, quia eadem est ratio, & autoritates Scripturæ, & Sanctorum eodem modo aplicantur huic casui, sicut aliis, vel omnibus hominibus, ut subtiliter urget recentior ex nostris.

3. Prob. concl. evertendo aliud eorum fundamentum, quòd nempè subsistere non possit, aut rectè intelligi prædictus ordo causæ finalis, & materialis inter providentiam naturalem, & supernaturalem, sicut neque datur, inquiunt hi Autores; ordo causæ finalis, & materialis inter actum intentionis, & electionis. Unde argumentor sic. Non est denagandus etiam in opposita sententia hic ordo utriusque causæ, vel mutua utriusque prioritas inter utramque providentiam, ergo hoc etiam fundamentum est insubsistens. Prob. antec. Tum in eisdem instantiis, nam si semel admittitur aliquam substantiam esse effectum prædestinationis, & consequenter quòd subsistat idem ordo respectu illius, non est via ad denegandum respectu aliarum, ut patet ex superiori probatione. Tum quia veritatem nostræ conclusionis reducunt præfati Autores ad impossibilitatem, quam tamen excepto Corneyo, negant alii, ut patet etiam ex dictis; Et meritò, cum dubitari non possit providentiam supernaturalem imperare posse naturali non minùs, quàm virtus superior inferiori. Nec rectè etiam dubitari possit, quòd supernaturali imperante naturali, hæc in producendo substantiam ex parte objecti se habeat in genere causæ materialis respectu objecti providentiæ supernaturalis, ergo nequit ab eisdem negari prædictus ordo.

Utg. hoc in pluribus aliis instantiis ordinis naturalis. Nam plura dantur etiam in opposita sententia, quæ sunt effectus prædestinationis, scil. imperati, ut bona indoles, bonum ingenium &c, de quibus

bus adhuc infrà, ergo sicut possunt hujusmodi bona imperari ab illa, & conducere ad finem illius, pariter imperari poterit, & conducere ad illum substantia prædestinati.

Denique poterat instari alia ratione, qua alii utuntur contra sententiam, quæ affirmat absolutè potuisse Deum primò intendere Christum Redemptorem, & deindè imperare alia ex hoc fine, quia ex determinatione Christi, ut Redemptoris non magis sequi poterat permissio peccati Adæ, quàm aliorum peccatorum; motivum tamen præcipuum adventus Christi fuit peccatum Adæ, ex quo inferunt, ergo non potest præintelligi Christus ut Redemptor ante permissionem peccati. Cæterum contra hanc rationem opponit permissionem peccati originalis idem Recentior. Et ad eandem respondet Deum intendisse Christum ut Redemptorem, & deindè alia ordinare, quo prævidit statum rerum possibilium, sic enim voluit executionem ejus, & quia priùs prævidit permissionem peccati originalis, & deindè aliorum peccatorum, ideò post intentionem Christi Redemptoris juxta hunc ordinem decrevit de permissione peccatorum, & ideò semper verificari, quòd propria, aut præcipua occasio adventus Christi fuerit permissio peccati Adæ; sed de his latè 3. p. q. 1. ad ar. 3., & 4.

Placet tamen ad horum, & sequentium majorem lucem obiter referre eundem, prout magis ad rem nostram constituitur à M. Catalam ad art. 3. ibidem dub. 3. in fine. Unde inquit, in æterno Dei decreto, intelligimus 1. Deum scientia simplicis intelligentiæ cognovisse omnia possibilia pertinentia ad ordinem naturæ, gratiæ, & unionis hypostaticæ, peccata etiam, quæ in utroque eorum poterat permittere, & omnem modum, quo inter se poterant tres illi ordines disponi. 2. Intelligimus elegisse facere, & permittere quæcunque facta sunt cum omnibus circumstantiis, cum hoc tamen ordine ex parte objecti, ut prioritate causæ materialis in primo signo intelligatur voluisse producere res naturalis ordinis, & permittere peccata, ut sunt contra rationem naturalem. In secundo res ordinis gratiæ, & peccata huic opposita. In tertio denique ea, quæ cum Christo ut Redemptore habent infallibilem connexionem. Cæterum prioritate causæ finalis in primo signo fuit volitus, & prævisus Christus, ut Redemptor. In secundo, prædestinati, & totus ordo gratiæ. In tertio, ordo naturæ, quia hic ad ordinem gratiæ, & uterque ad Christum ut in finem fuit ordinatus. Hic etiam (subdit) est modus prædestinandi, quem assignat Cajet. in eodem art. si rectè intelligatur, ut docet Alvarez, & specialiter Cabrera §. 19., & 29.

Hinc nonnulli etiam ex nostris, (& iterum hoc obiter dictum sit, & ob intimã connexionem utriusque materiæ) quamvis cum cæteris Thomistis doceant Christum non venturum non existente peccato, adhuc tamen existimant gratiam, & justitiam originalem ex Christi meritis prævisis fuisse collatam primis parentibus, & consequenter fuisse eorum caput in eodem statu non minùs, quàm aliorum Patrum, qui Incarnationem præcesserunt. Cæterum quidquid sit de hac ratione capitis in ordine ad eundem statum (quam optimè salvari posse, etiamsi gratia, & justitia originalis ex meritis illius collata sit,) rectè ostendit idem Mag. ibidem qu. 8. ar. 3., communiter negant alii Theologi gratiam illius status, ut præcisè ad illum pertinebat, datam fuisse eisdem ex meritis Christi, ut docet D. Thom. qu. 29. de veritate art. 4. ad 3., ubi ait supposito, quòd non stante peccato non veniret Christus, dicendum esse consequenter secundum naturam humanam non fuisse caput status Innocentiæ. Idem etiam docet in 2. dist. 29. quæst. 1. art. 3. ad 5., dicens. *Quòd Christus ad hoc fuit passus, ut hominis naturam repararet &c.* unde si homo lapsus non fuisset, non indiguisset passione ejus. Quæ est etiam expressa doctrina August. lib. de correpr., & gratia cap. 11. dum negat Adam in statu innocentiæ indiguisse morte Christi; quia si ex ejus meritis habuisset gratiam, indiguisset ejus morte, ut per se patet. §. Tum quia ut latè ibi ostendimus q. 1. ad art. 3. Christus prædestinatus est ut Redemptor in carne passibili, ergo omnis gratia ab eo derivata, est gratia Redemptoris, & sanativa, talis autem non fuit gratia status innocentiæ ut sic. Tum quia Adamo in statu illo data fuit gratia transfundenda in posteros hæreditario veluti jure, si non peccaret, ergo si ex meritis Christi eam accepit, ex meritis ejusdem in posteros transfunderet non stante peccato, quod est contra D. Thom., de quo latè M. Alvarez de auxiliis disp. 40. §. Hinc tamen inferendum non est Adamum non habuisse ex meritis Christi gradum gloriæ correspondentem gratię, quam habuit in statu innocentię, quia illam gratiam per peccatum amiserat, & ideò etiã jus ad gloriam; fuit verò ex meritis Christi ei restituta, & ideò ex meritis ejus habuit consummationẽ gloriæ non habituram, vel non habendã sine illis.

Sed circa præfatam mutuam prioritatem, per quam hæc omnia componuntur, adverto primò, quòd ut jam insinuavimus, non solum in diverso, sed etiam in eodem genere causæ potest idem esse causa, & effectus sub diversa specifica ratione causandi, ut accidentia, quæ sunt dispositiones necessariæ pro conservatione subjecti sunt causæ materiales dispositivæ ipsius subjecti, quia à dispositione, ut à causa materiali pendet compositum, & tamen idem compositum causa materialis est, cui inhærent eadem accidentia, sed modos causę materialis est diversus specie.

Secundò. Quòd si contingat in diverso genere finalis, & materialis, distinguendum esse duplicem finem, scil. alium per se intentum ab agente, qui semper est perfectior his, quæ ad ipsum ordinantur, alium non per se intentum, sed ut id, cui provenit utilitas ex operatione agentis, ut vidimus ex D. Tho. in 2. dist. 1. q. 2. art. 2. dicente, hominem esse finem operum Dei, non sicut per se intentum ab agente, sed sicut id, ad cujus utilitatem ordinantur opera Dei. Et hoc modo, ut dictum est, salus nostra non est finis Christi propter se amati, (nam hic est ipse Deus,) sed finis *cui*, vel effectus ejus.

3. Ex his, & superioribus ad ampliorem totius disputationis notitiam adverto, quòd dum dicitur hæc omnia componi secundum eandem mutuam prioritatem cum diversitate ordinis in genere causæ finalis, & materialis, nempè quòd Christus, & prædestinati præcedant in priori genere, substantia verò prædestinatorum in posteriori, dupliciter id intelligi posse, uno modo, ut finis in genere intentivo nequeat intelligi sine substantia prædestinati tanquam subjecto, cui convenit gloria, vel tanquam fine *cui* prædestinatur Christus, sicut in simili dicunt communiter Philosophi priùs intelligi compositum in genere causæ formalis, & finalis, quàm partes componentes, & tamen non posse illud intentivè concipi sine eisdem partibus intrinsecè componentibus illud. Alio modo posse eandem præcedentiam intelligi, sic quòd

quòd à Christo ut Redemptore, & sine connotetur permissio peccati, & à gloria intente Petro connotetur substantia Petri producendi, sicut dicitur de gloria, ut corone connoteri merite. Quo visuetam modo intelligatur eadem præcedentia finis, eam ex posuit Apost. 1. Corint. 3. *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*. Ubi subdit D. Thom. *Omnia, inquit, vestra sunt vestræ utilitati deservientia, secundum illud Rom. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic ergo primus ordo est rerum Christi ad fideles. Secundus verò fidelium Christi ad Christum, quos ponit subdens, vos autem Christi estis.... Tertius ordo est Christi secundum quòd homo ad Deum*. Ita D. Tho. ubi assignatur finalitas causalis prædestinatorom ad alias res, & Christi ad prædestinatos, quod non videtur aptiùs verificari, quam si omnia naturalia dicantur derivare, seu originari à Christo, ut à fine, ac proindé etiam substantia prædestinati.

Hanc etiam prioritatem respectu permissionis peccati; (de qua tamen infra:) videtur iterum docuisse D. Thom. 3. p. q. 1. ar. 3. ad 4. ubi ait. *Quòd sicut prædestinat salutem alicujus hominis per orationes aliorum implendam, ita etiam prædestinavit opus Incarnationis in remedium humani peccati*. Ita D. Tho. Sed in prædestinatione salutis alicujus implendæ per aliorum orationes, salus se habet ut finis, orationes verò tanquam effectus intentionis ejusdem salutis, & præcedunt ordine executivo, & tanquam dispositiones ad illam, ergo pariter prædestinatio Christi præcedit tanquam finis remedium peccati, & permissionem illius, sed permissio peccati præcedit executivè prædestinationis Christi executionem, quod est idem, ac dicere non aliter positam esse in executione prædestinationem Christi, nisi supponendo peccatum, & remedium ejus.

Nec obstat, quòd ibidem præmittit D. Thom. nempè prædestinationem supponere præscientiam futurorum. Nam sensus est, quòd prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum non quasi hæc sint futura ante prædestinationem, sed quòd præsciat Deus, quæ futura originentur ex prædestinatione, & quæ futura requiruntur ad executionem prædestinationis. Quod patet exemplo adducto à D. Thom. scil. de prædestinatione salutis elicujus per orationes aliorum implendæ, quas constat non præsciri à Deo futuras ante illius prædestinationem, cum sint effectus illius, ergo solum intendit, quòd Deus præsciat illas debere esse futuras, ut impleatur salus prædestinati ab eodem intenta, ac proindé quòd non subtrahantur prædicta future à causalitate finali respectu Christi, & prædestinati, ut dictum est.

§. V.

Solvuntur argumenta ex Authoritate D. Thom., & aliorum Patrum.

PRimò arg. ex D. Aug. Epist. 105. ubi ait, quòd *Christus non pro justis, ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est, ut justificarentur*. Cui consonat illud Fulgentii lib. objectionum Arianorum object. 3. dicentis. *Ad hoc filium creaturæ initium factum, non ut novam rursum creaturam conderet, sed ut vetustam jam pridem renovaret*.

Ad hoc patet primò ex dictis esse solvendum à contrariis in superiori exemplo Jacob, cujus substantiæ, vel alterius miraculosa productio, ut dictum est, fuit ex meritis Christi, vel effectus prædestinationis, ut etiam fatetur Vasquez, & tamen venit Christus, ut Jacob perditum repareret, non ut conderet, unde exponendi sunt respectu omnium, qualiter exponi debent respectu Jacob. §. Vel etiam intelligendi sunt de generatione hominis præcisivè sumpta, vel intra limites puræ naturæ considerata, non ut subordinata, (sicut & cœtera naturalia superiori providentiæ, sive supernaturali, non tamen negare esse ex meritis Christi, ut subordinetur huic, & est ordinata, & transmissa ad gratiam, & gloriam.

Sed instas. Nam id est effectus meritorum Christi, & consequenter nostræ prædestinationis (cum omnes istius effectus sint effectus meritorum illius;) propter quod Christus est mortuus juxta Aug. ibidem, sed non est mortuus propter hoc, quòd homo generetur, ut patet ex dictis, cum merita ejus, non se extendant modo explicato ad statum innocentiç (cum tamen in illo esset genitus homo,) ergo ejus generatio, vel productio non cadit sub meritis ejus.

2. Nam juxta Aug. eadem Epist. & 90. & 92. & juxta communem consensum contra Pelagium, gratia creationis est distincta à gratia justificationis, unde fictè Pelagius fatebatur necessitatem gratiç ad tegendum suum errorem, dolosè intelligens nomine gratiç gratiam creationis, ergo si juxtà eundam S. D. venit Christus ut homines justificaret, non ut condaret, nequit juxtà illum generatio hominis poni ut effectus meritorum ejus, ac proindè nec prçdestinationis nostrç. Prob. conseq. quia effectus meritorum ejus, vel prædestinationis nostræ pertinet ad gratiam justificationis.

Ad has instantias patet primò esse solvendas in aisdem substantiis miraculosè productis plurium prædestinatorum. Deindè etiam, (quod attinet ad primam) in aliis multis, quç communiter fatemur cadere sub meritis Christi, propter quæ tamen non dicitur mortuus, ut sunt gloria sui corporis, exaltatio nominis, illuminationes, & gaudia Angelorum, & revelationes. Mors etiam prçmatura rapti, ne malitia mutet intellectum ejus; nativitas infantis propè fontem, ut citò baptizetur, & in gratia decedat sunt effectus eorum prçdestinationis, & consequenter meritorum Christi, ut iterum fatetur Vasquez, & tamen non dicimus Christum fuisse mortuum pro aliquo, ut citò mosiatur, vel ut propè fontem nascatur. Et denique, (ut fatentur etiam plures, qui utuntur eadem instantia,) bona indoles, bonum ingenium, & alia hujusmodi sunt effectus prædestinationis, nec propterea dicimus propriè loquendo, quòd sit mortuus, ut quis habeat hæc naturalia dona. Perparem ergo infertur ex Aug. substantiam prædestinati, vel productionem ejus non esse effectum prçdestinationis illius, vel meritorum Christi ex eo, quòd dicat non venisse ut homines condaret, sed ut justificaret, scil. moriendo pro ipsis.

Pro omnibus ergo ad primam resp. dist. & simul explico me. ly *propter* denotante finem prçcipuum mortis, & passionis, vel adventus ejus, aut excludente alie à ratione effectus eliciti transeat, vel conc., saltem imperati nego. Nam licet mortis ejus & passionis finis prçcipuus fuerit justificatio, & glo-

ria

ria electorum, alia nihilominus, ut ostensum est, possunt saltem imperativè pertinere ad lineam effectuum, ut patet in exemplis adductis. Quamvis ita sit, quòd quia eadem substantia, & alia entia naturalia non propter se intendantur sicut gratia, & consequenter nec ita per se ordinentur ad gloriam, sicut ista, non sint de eodem numero effectuum, scil. elicitorum.

Ad 2. similiter dist., & explico ma. est distincta, nec subordinata providentiæ supernaturali justificativę, nego, subordinata, conc., nam licet gratia creationis ratione sui distinguatur à gratia sanctificationis, vel justificationis, subordinatur tamen, ut dictum est, providentiæ istius, & ideò, quę pertinent ad illam possunt imperari, & esse effectus providentiæ supernaturalis, & justificativæ, vel prædestinativæ. Nec Pelagius erravit, inquit hic Illust. Godoy, de quo tamen, infra & in superioribus ad hanc rem & alibi de mẽte Pelagii circa gratiam interiorem,) quia gratiam creationis posuerit sub gratia justificationis, sed quia noluit alterius gratiæ intrinsecùs moventis necessitatem agnoscere, sed solam statuere necessitatem gratiæ creationis. Illius verò discipuli, scil. Semipelagiani, & si interioris gratiæ, sive intrinsecè moventis admitterent, adhuc tamen ex viribus naturæ, seu ab operibus viribus illius factis, putabant tanquam à meritis congruis, vèl tanquam ab occasione, vel ansula, (quam Deus expectabat, obtineri posse ab eodem ulteriorem gratiam, quod longè, vel è regione distat à nostra sententia, quæ neque ad initium fidei neque ad progressum operum supernaturalium ullo modo admittit sufficere influxum solius naturæ. De quo latè alibi de auxiliis dictum est.

Ad prędictas etiam, & similes propositiones PP. poterat responderi, quòd sunt intelligendæ, cum præcisione, scil. quòd non est mortuus præcisè, ut conderentur, sed ut conderentur, & simul justificarentur, quasi non sit creatio solum intenta, sed creatio substantię cum ordine ad justificationem.

2. Arg. ex D. Thom. tum loco proximè relato ex 3. p. q. 1. art. 3. ad 4. Ubi ut vidimus, expressè ait; Prædestinationem supponere præscientiam futurorum, & consequenter à fortiori substantiam prædestinati futuram, ergo nequit hæc juxtà D. Thom. esse affectus illius; nam effectus non supponitur ad causam, sed subsequitur. §. Deindè ad Rom. lect. 6. §. *Deindè cum dicit*, Ad illa verba Apost. *Quos præstinavit, hos & vocavit*. Subdit. *Primum autem*, in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quæ quidem duplex est: una exterior, quæ fit ore prædicatoris. Prov. 9. *Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem. Hoc modo Deus vocavit Petrum, & Andream, ut dicitur Matt. 4. Alia verò est vocatio interior, quæ nihil aliud est, quàm quidam mentis instinctus, quo cor hominis movetur à Deo ad assentiendum his, quæ sunt fidei, vel virtutis. Esa. 41. Quis suscitavit ab Oriente justum, & vocavit eum, ut sequeretur se. Et hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad Deum converteret, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Jo. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum &c.* Ex quibus prioribus verbis D. Tho. sic arguitur. Primum quod pertinet ad prædestinationem, sive in quo hęc incipit impleri est vocatio, at si substantia prædestinati esset effectus illius, hęc magis esset primum, quàm vocatio, cum substantia antecedat vocationem, ergo nequit eadem juxtà D. Tho. numerari inter effectus illius.

In eadem etiam Epist. super cap. 1. lect. 3. §. *Circa primum* pręmissa explicatione quid sit prędestinare, scil. *Nihil aliud esse, quàm ante in corde disponere quid sit de re aliqua faciendum*. Sic immediatè
,, prosequitur. Potest tamen aliquis dupliciter de
,, futura re, seù operatione disponere, uno modo
,, quantum ad ipsam rei constitutionem, sicut arti-
,, fex disponit qualiter debeat facere Domum: se-
,, cundo modo quantum ad ipsum usum, vel guber-
,, nationem rei, sicut aliquis disponit qualiter debeat
,, uti suo equo: & ad hanc secundam dispositionem
,, pertinet prædestinatio, non ad primam: id enim
,, quo res aliqua utitur, refert in finem, quia ut
,, Aug. dicit in libris de Doctrina Christiana, (scil.
,, lib. 1. c. 4.) *Uti est referre aliquid in finem, quo*
,, *fruendum est*. Sed cum res in se ipsa constituitur,
,, non dirigitur ex hoc ipso in aliud: unde prædispo-
,, sitio constitutionis rei propriè prædestinatio dici
,, non potest,... Sed quia omnia naturalia perti-
,, nent ad constitutionem rei ipsius; (quia vel sunt
,, principia ex quibus res constituitur, vel ex hu-
,, jusmodi principiis consequuntur,) consequens est,
,, quòd naturalia propriè sub prædestinatione non
,, cadant; sicut non dicimus propriè, quòd homo
,, est prædestinatus habere manus. Relinquitur er-
,, go, quòd prædestinatio dicatur propriè eorum so-
,, lum, quæ sunt supra naturam, in quæ rationalis
,, creatura ordinatur. Ita D. Th. In quibus non solum videtur apertè excludere substantiam prædestinati à numero effectuum prædestinationis, sed hujus etiam assignat rationem, quia nempè ea, quæ pertinent ad constitutionem rei, (ut est eadem substantia cum aliis naturalibus,) non diriguntur in finem, sicut ea, quibus utimur. Ex quo concludit, sola supernaturalia propriè cadunt sub ills. §. Ponderanda sunt verba illa. *Sed cum res in se ipsa constituitur non dirigitur ex hoc ipsa in aliud*. Quibus non tantum videtur iterum excludere à ratione effectus èliciti, sed etiam imperati, sive ab imperio, quo per nos dirigitur in finem illius, qua ratione dicimus obtinere suo modo rationem effectus.

Ad hoc patet primò ex dictis esse solvendum à contrariis, quoad singulas ejus autoritates; quoad primam quidem ex 3. p., ut ponderatum est, in exemplo adducto ab eodem in posterioribus verbis ejusdem solutionis, scil. de prædestinatione salutis alicujus implendæ per orationes aliorum, quæ si conferantur cum prioribus verbis relatis in argumento, manifestè indicant substantiam prædestinati non præsciri ut futuram ante prædestinationem illius secundum omnem prioritatem; sed tantum in ordine executivo, ut explicatum est, & patet in prędicto salutis alicujus respectivè ad orationes aliorum, quibus impletur, quæ planè sunt effectus illius in genere causæ finalis, ut dictum est: unde nisi velimus D. Th. sibi ipsi contradicare in eadem solutione, non possumus ad mentem illius excludere à tota collectione effectuum ex vi pręfatæ pręscientiæ.

Secunda etiam, & tertia autoritas solvenda est à pluribus ex contrariis, qui, ut vidimus, admittunt bonam indolem, bonum ingenium, vel alia hujusmodi bona naturalia, esse effectum prædestinationis, cum tamen D. Tho. in eisdem videatur universaliter de omnibus negare. §. Resp. ergo ad singulas. Ad 1. quidem, quod ly *ante*, solum denotat prioritatem in genere causæ materialis, cum quo stat prioritas Christi & prædestinati in genere causæ finalis, ut explica-

plicatum est. §. Ad 2., quę videtur difficilior, resp. D.Th. solum valle, quòd vocatio est primum vol tum, vel inter effectus elicitos, & proportionatos, vel inter ea, quę propriè concurrunt ut madium, non taman exclusivè à toto genere effectuum, qui sub imperio ejus cadere possunt, ut ax aodem ostansum est.

Ad 2. similiter rasp. quòd neque ibi intendit omninò excludere à prędestinatione dispositionem, quæ pertinet ad constitotionem rai, sed quòd non propriè, seu secundum proportionem spectet ad illam, sic enim tantum supernaturalia, ut ractè concludit, dicuntur ad eam pertinera, non tamen quòd non possit saltem imperativè eidem subordinari, sicut & alia naturalia, unda solum poterat inferri, ut dictum ast, non asse secundum sa effactus elicitos, & proportionatos, non tamen ullo modo saltam imperativè, aliàs da nullo ex his affir mari posset, qoòd nec ipsi admittunt.

Secundò etiam poterat responderi, & explicari, ex doctrina ejusdam q.5. de Veritate ar. r. ad 9., quòd generatio, & prędispositio illios secundum duplicam respectum considerari potast, alterum ad principium, à quo rea egrediuntur, alterum ad finem, ad quem ordinantur. Secundum priorem dicit D.Th., quòd non pertinat ad providentiam, vel prædestinationem, sad magis ad artem, itaot sicut artifex diversimodè collocat partas sui artificii, ita Deus disponit de rebus prout sic, secundom quòd eas collocat in diversis gradibus; at secundum postetiorem pertinet ad providantiam, ad quam spectat ordo, qui ast ad finem. *Et sic pravidentia,* subdit D.Th., *differt ab arte Divina, & dispositisne, quia art Divina dicitur respectu prsductionis rerum,* (scil. valuti in se ipsis.) *sed dispositio respectu srdinis productorum,* (nempè ad invicem,) *Previdentia autem dicit ordinem in finem artificiati.* Ex quo patet D.Tho. non intandera, quòd productio, vel disposi io rerum sit omninò subtrahenda ab impetio providantiæ, ac proinda nec à prædestinatione, sed tantum secundum priorem ordinem, secundum quam magis pertinent ad artem divinam, quàm ad providantiam, non secundum posteriorem, qoo sunt dirigibilas in finam. Unde si dirigantur, val earum prodoctio ad finem naturalem, pertinebunt ad providentiam natoralem; si ad sopernaturalem sufficientar, ad supernaturalem, si efficaciter, ad prædastinativam, & consaquenter erunt affectus illius providentiæ, à qua diriguntur, val ad quam spectat finis, in qoem habent ab eadem dirigi. §. Ex quibus etiam inferimus, quòd qoando in fine ait D. Tho. prædastinationam solum esse eorum, quæ sunt supra facultatem naturæ, intelligendus est, ot vidimus, da effactibus alicitis, & proportionetis, non de quibuscunqua etiam imperatis, quia ut sæpè dictum ast, cum naturalia subordinentur supernaturalibus, possunt ab aisdem imperari, & dirigi in suum finam, sicut imperantor, & diriguntur à charitata virtutes ordinis inferioris in finem suum supernaturalem.

§. VI.

Solvuntur alia Argumenta.

Tertiò arg. ratione, & est replica contra superiora. Omnis affectus prædestinationis debet esse intrinsecè ordinis supernaturalis, argo nequit substantia prędestinati esse effectus illius: conf. tenet, quia hæc est ordinis naturalis. Ant. prob. 1. ax Apost. ad Rom, 8., ubi enumerans hujusmodi effectus, primum ponit vocationem, quam saquitur justificatio, cujus ast initium, & consaquenter quid supernaturale ast. 2. Ex dafinitione illius ab omnibus recapta, nempè quòd est præparatio gratiæ. 3. Quia affectus prædestinationis debent esse per se connexi, sed nullam per se connexionam habent effectus ordinis naturalis cum illis ordinis supernaturalia per se connaxis cum fine axcedente omnem influxum naturæ argo. 4. Quia affectus naturalea priùs ordinantur ad finam naturalem, quàm ad supernaturalam, argo priùs intelliguntur terminara actionem Dei Autoris neturæ, quàm Autoris supernaturalis, qualis est Deus prædestinans, cons. iterum tenet, quia principium, & finis sibi correspondent. Ant. verò prob. quia rea naturales sumunt suam intrinsecam perfactionem à fina naturali, ergò priùs ad hunc finam ordinantur, quàm ad supernaturalem.

Ad hoc patet iterum esse solvendum à contrariis, quia non sola substantia, ut dictum est, deberet axcludi, sed cœtara etiam natoralia, quod pluras saltem ex illis non admittunt. Deinde vel nag. ant., vel dist. ut supra, omnis effectus, elicitus, vel proportionatus, conc., quomodolibet conducens, seù non proportionatus, & veluti occesionalitar tantum conducens, vel remotè, aut imperetus neg. Ad 1. prob. ax Apost. similiter dicimus essa intelligendum de effectibus proportionatis fini prædestinationis, de qua specialiter loquitur ibidem, & ideò incipit à vocatione, quæ est initium justificationis, & ordinis supernaturalis. §. Ad 2. pariter dicimus numerari ibi effectus elicitos, & proportionatos fini illius: & ratio ast, quia imperium effectuum naturalium non censetur asse de essèntia prædastinationis, ac proinde nec de ejus definitione, sicut est alicieotia effectuum, qui proportionantur cum fine illius. Ad 3. dist. eodem modo, debent esse per sa connexi, loquendo de alicitis, vel proportionatis, conc., quomodolibet concurrentibus, vel tautum imperatia, neg., nam illi dicuntur connecti sola voluntate divina, & veluti ab extrinseco, imò atiam plures etiam supernaturalas dicuntur hac sola voluntata, sive voluntaria ordinatione Divina connecti, ut vocationes inefficaces, gratia interropta &c. §. Ad 4. dist. ant. priùs prioritate excludente omnem aliam motionam, vel imperium divinum, neg. supponente illud, conc., & dist. consequens, priùs intelliguntor terminara actionam Dei Autoris naturæ, supposita motione virtuali, vel imperio illius ab Autora supernaturali, conc., non supposito eadam, neg. Ad prob. patet iterom primò esse solvendam in actu virtutia acquisitæ, qui etiam sumit suam perfectionem intrinsecam ex proprio objecto naturali, & ex ordina ad finem natoralem, & tamen priùs intelligitur Charitas imperans ejus alicientiam, quàm à sui virtote acquisita procedat, & priùs etiam finalizat simpliciter actum illum Deus, ut Autor supernaturalis, quàm finis naturalis, quia nempè ut dictum est, sicut alia natoralis ordinis subordinantur providentiæ superiori, vel supernatorali, & ideò, quæ ad hanc spectant, præcedunt in genera causæ finalis, ita actus virtutis acquisitæ, ut terminatur ad naturalia, subordinatur fini supernaturali Charitatis. Unde in forma dist. conf., priùs in genera valuti causæ materialis, conc., finalis, neg. Nam ex eo quòd res naturales sumant suam intrinsecam perfectionem à fina naturali non sequitur,

tur, quòd accipere non possint, & per priùs etiam à supernaturali, prout substant imperio providentiæ supernaturalis.

4. Arg. Providentia generalis communicans auxilia sufficientia ad salutem omnibus hominibus præcedit prædestinationem, & reprobationem omnium, sed auxilia supponunt substantiam naturalem illorum, ergo pariter prædestinatio supponit productionem substantię naturalis prędestinatorum. Prob. ma. quia auxilia sufficientia sunt communia prædestinatis, & reprobis, ergo eorum providentia erit etiam communis illis, & consequenter prę cedens utramque providentiam electorum, & reproborum, cum providentia communis præcedat particularem. Deindè etiam prob. mi. quia auxilia sufficientia supponunt individua humana, & eorum prædicata naturalia, tanquam subjecta.

Ad hoc ex dictis dist. ma. præcedit in genere causæ materialis, & ordine executivo, conc. in genere causę finalis, & intentivè, neg., jam enim juxtà Cajet., & alios exposuimus ordinem divini decreti in prædestinando, secundum quem optimè salvantur hęc omnia cum eadem mutua prioritate in utroqua genere causę. Undè Deus priùs intendit Christum, ut Redemptorem, & prædestinavit illum tanquam exemplar omnium prędestinatorum. Deindè ordinavit de prædestinandis hominibus, quibus præstitit auxilia sufficientia, & efficacia usque ad unionem, onde in participatione sufficientiom ad salutem, conveniunt omnes, & consequenter voluntas communicativa illorum fit communis, sed tamen non pro eodem priori determinavit de communicando illam omnibus, sed juxtà ordinem expositum, sicut Deus producens hodie Petrum, & crastina die Paulum, habet eandem voluntatem conferendi utrique animam rationalem, licet communicatio sit in diversis temporibus, & voluntas etiam communicativa respectu unios habeat aliquam virtualem præcedentiam respectu alterius. Ad probat. concesso antec. dist. conseq., est commonis, & explicata in ordine ad reprobos pro eodem priori, pro quo explicata est in ordine ad prædestinatos, nego sine eadem prioritate, conc., & ità exponitur voluntas illa generalis, qua Deus vult juxtà Apostolum omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

5. Arg. Si generatio, & substantia prędestinati essent effectus prædestinationis illius, sequeretur, quòd etiam non existente peccato adhuc venisset Christus ex vi præsentis decreti, consequens est contrà communem consensum Thomistarum, ergo. Prob. ma. Si essent effectus prædestinationis nostræ, & Christi, ubicunque, vel in quocunque statu esset generatio deberet præsupponi Christus in genere causæ finalis, sed hinc infertur adventus Christi peccato non existente ergo. Prob. mi. quia si perseverasset status innocentiæ, in illo fuisset generatio, ergo etiam Christus, & consequenter peccato non existente adhuc subsisteret adventus Christi. Hæc posterior conf. tenet, quia in statu illo non esset peccatum. Prior etiam infertur ex antec. & nostra sententia, quia si semel generatio hominum est effectus utriusque prædestinationis, nostræ & Christi, nisi velimus dari effectum non supposita causa, tenentur præsupponere Christum supposita eadem generatione. Ant. verò est D. Thom. infrà qu. 98. art. 1. ubi in principio corporis inquit. *Dicendum, quòd in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem humani generis.* Cujus rationem immediatè subdit, dicens. *Aliequin peccatum hominis fuisset valdè necessarium, ex quo tantum bonum consecutum est* ergo.

Urg. hoc. Nam supposita eadem communi sententia Thomistarum, quòd Christus non venisset non existente peccato, status innocentiæ prævisus est ut executus ante prædestinationem Christi, ergo substantia Adę non est effectus prædestinationis ejus, & consequenter nec Christi, ergo nec substantia prędestinati erat effectus prędestinationis ejus. Ant. constat, quia supposita eadem sententia, substantia Adę, & status innocentię sunt pręvisa, ut executa ante ejus prędestinationem, ergo etiam ante illam Christi, cum ab ista dependeat, sive sit prędestinatus Adam ex meritis Christi. Ex quo etiam tenet prior utraque conseq. ejusdem antec. Ultima verò, quòd nec etiam substantia prędestinati, sive aliorum prędestinatorum sit effectus prędestinationis eorum prob. quia pro illo priori, quo pręvisa est ut futura substantia Adę, sive futuritio ejus, prævisi sunt etiam ut futuri omnes, qui in illo peccaverunt, cum non potuerit Deus in voluntate ejus voluntates hominum possibilium, sive in statu, in quo non sunt capaces peccare, sed hominum futurorum, sive cum ordine ad statum, in quo peccare poterant, scil. ad statum existentiæ, ergo si pro illo priori, in quo intelligitur futuritio substantię Adę executa, & intelligitur lapsus ejus intelliguntur etiam ut futuri omnes, qui in illo originaliter peccarunt, si semel substantia Adę non est effectus prędestinationis illius, nec nostra erit effectus prædestinationis nostrę.

Urg. ulteriùs. Quia ut suprà dicebamos ex communi pariter consensu, gratia illius status, ut ad illum pertinebat non fuit collata primis parentibus ex meritis Christi, ergo nec substantia eorum cum cæteris, quę pertinebant ad eundem statum collata sunt ex meritis illius, & consequenter nec sunt effectus prędestinationis Christi; hęc posterior conf. tenet cum nequeat esse effectus prędestinationis, quod non est effectus meritorum illius. Prima etiam constat, quia in eodem statu, aut prioritate, in qua gratia pręvenit, aut non habetur ex meritis ejus, pręvenit, aut non habetur subjectum illius, cum gratia, vel accidens sine subjecto non existat ergo.

Ad hoc neque sequelam. Ad prob. dist. ma. Si esset generatio sub eadem providentia, & sub omni dependentia, sub qua modo fit, conc. sub alia providentia, nec sub omni dependentia, quam de facto habet, neg., & tunc etiam neg. mi. Nam decretum incarnationis innititur pręsenti providentiæ, secundum quam Deus prędestinavit Christum juxtà ordinem, in quo, ut dictum est, licet generatio, & hujusmodi naturalia pręcedant in genere causę materialis, subsequuntur tamen, & dependent à Christo in genere causę finalis, tunc verò, sive perseverante statu innocentię, nec esset eadem providentia, nec dependentia, unde parum refert quòd non essent tunc ex meritis illius. Ad ejus verò probat: dicimus causalam D. Thom. intelligendam esse in sensu causali, nempè si peccatum fuisset veluti causa generationis; non tamen est inconveniens, quòd sit occasio majoris boni ex misericordia Dei, sicut de facto fuit.

Ad 1. Confirm. Mag. lo. à S. Thom. ut insinuavimus

mus concedit de substantia Adami, quòd non sit effectus prædestinationis ejus, negat tamen de substantia aliorum prædestinatorũ assignans discrimen in eo, quòd cum Adam sit prædestinatus ex meritis Christi Redemptoris, Christus autem ut Redemptor non sit prævisus, nisi post prævisum lapsum Adami, consequenter substantia ejus non potuit esse ex imperio suę prędestinationis, sed magis supponi ante illud. Quę ratio non militat de substantia aliorum electorum, siquidem prævisio substantię istorum supponit jam decretum de mittendo Christum.

Cœterum hęc ratio juxta pręfatum ordinem, quòd in ęterno Dei decreto totius prædestinationis primum prævisum, & volitum in genere causæ finalis sit Christus ut Redemptor, sive cum gloria Redemptoris; quidquid sit in genere causæ materialis;) patet non subsistere, cum non possit stante hoc ordine aliquid aliud supponi, ex cujus prævisione procedat, ac proindè nec oportuit voluntatem permittendi lapsum Adami præcedere à toto genere prædestinationis Christi, ità ut voluntas mittendi illum procederet, veluti causaliter ex prævisione ejusdem lapsus, sed materialiter tantum ex parte objecti, sive secundum prioritatem tantum objectivam in genere causæ materialis, ut dictum est. §. Tum quia lapsus Adami fuit permissus, ut cautior resurgeret per pœnitentiam, ut constabit infrà, ergo præsupposuit voluntatem dandi illi gloriam, & consequenter voluntatem mittendi Christum, ut Redemptorem à peccato.

Nec obstat communis superior doctrina, & sententia, quòd non venisset peccato non existente, nam adhoc verificandum fatis est prædicta objectiva prioritas materialis; vel quod lapsus permissus, aut permissio ejus occasionaliter se habeat, vel connexivè, aut connotativè respectu voluntatis mittendi Christum, cum quo tamen stat prioritas illius simpliciter, vel in genere finis, ità ut nihil subtrahi possit in prædestinato à dependentia ab illo in ratione effectus, ut explicatum est. Quod etiam explicari poterat communi doctrina, (de qua infrà) scil. de gloria intenta comparativè ad merita, quòd licet dicamus Deum non intendere eam dare adultis nisi propter merita, non tamen voluntas eam dandi illis sit ex prævisione meritorum, unde ut verificatur Deum eam non daturũ nisi adulti illam mererentur, non tamẽ requiritur ut fiat ex eadem prævisione, sed satis est non esse conferendam, illis non connotatis, vel non exhibitis, ut supra etiam insinuavimus, & latè infrà, non tamen ex prævisione eorum in ordine intentivo motivè, aut causaliter se habente ad voluntatem eligendi; sic proportionabiliter dicimus de voluntate intentiva mittendi Christum, ut Redemptorem comparativè ad lapsum Adami, vel ad prævisionem ejus.

Aliter ergo ex his ad eandem confirmat. dist. ant. prævisus est ante prædestinationem Christi, ut intenti, nego ut executi, conc. Vel iterum dist. ante, in genere causæ materialis, conc., finalis, nego, unde solum in priori genere, vel ut executa dicitur præcedere, non in posteriori, vel in ordine intentivo. Per quod patet ad cœtera, quæ subduntur ibidem juxta ordinem superiorem in decreto prædestinativo Christi.

Sed instas. Si voluntas intentiva Christi non fuit motivè, vel causaliter ex prævisione lapsus Adami erit assignandum aliud motivum, v. g. se communicandi ad extra summo modo possibili, & summo modo manifestandi sua attributa, sed hinc arguunt contrarii, ut vidimus 3. p. q. 1. ad ar. 3. Christum venturum etiam non existente peccato, cum hoc motivum adhuc subsisteret illo non existente, ut patet, cum nullam ex se habeat connexionem, vel dependentiam cum peccato, vel remedio ejus ergo.

Resp. dist. ma. aliud motivum non connexum cum remedio peccati ex vi præsentis decreti, nego, connexi, ut ostendimus ibidem, conc., nam cum fuerit ita de facto executum, idest non sine eodem remedio, vel occasione ejus, ut explicatum est, tenemur consequenter asserere, nisi velimus id executum à casu, quòd fuerit intentum connotativè, vel connexivè cum illo, & ita primum volitum in genere intentivo, & causæ finalis fuit Christus cum gloria Redemptoris, nam cum voluerit Deus decreto intentivo Christi potissimùm manifestare divitias bonitatis, & charitatis suæ, & suorum attributorum, ac proindè etiam justitiæ, ad quod non erat eligibile medium convenientius, ut pariter ibidem ostenditur, primum in hoc ordine, & genere prævisum, & volitum, ut dictum est, ac proindè alia etiam ordinis naturalis, & prædicta permissio peccati sunt quid prævisum, & volitum connexivè, vel connotativè, & dependenter ab illo, ut effectus illius. Unde omnia consonant juxta eundem ordinem.

Ad 2. confirm. quæ videtur difficilior, dicimus primò ex dictis non de esse etiam Thomistis, qui gratiam, & originalem justitiam concedant ex Christi meritis prævisis collatam fuisse primis parentibus. Sed quia oppositum, ut vidimus, est jam communis eorum consensus, resp. M. Ferre hic §. 4. distinguendo ant. Non fuit ex meritis Christi, sive quod idem est, non fuit redemptive, idest proveniens elicitivè à Christo ut Redemptore, conc., imperativè, nego nam duplici via, inquit, potest esse gratia à Christo, ut Redemptore, primò ut per illam hominem à lapsu sanet, quæ tunc erit gratia à Redemptore elicitivè. Alio modo potest oriri à Christo ut Redemptore tanquam à fine primo intento, & primo volito, & hæc dicitur gratia redemptiva imperativè, quia licet de facto Christus per illam non reparet, tamen sibi illam subjicit tanquam ejus intuitu datam, & concessam.

Sed hæc solutio, nisi aliquid addatur, non videtur subsistere. Quia gratia, & status innocentiæ, formaliter loquendo, ut innocentiæ est, nullam habet connexionem cum Christo, supposito quòd prædestinatus sit ex præscientia peccati; poterat enim esse status, & gratia innocentiæ ut sic formaliter, & si Christus non fuisset, in quo sensu, ut vidimus, negat Div. Thom. qu. illa 29. de veritate ar. 4. ad 3. illum fuisse caput ejusdem status secundum naturam humanam, ergo nequit de illa prout sic affirmari, quòd fuerit illi subjecta, & consequenter quòd nec fuerit ab illo imperativè, cum nequeat cadere sub imperio alicujus, quod non est ei subjectum.

Aliter ergo resp. (ad quod potest reduci ejus solutio, ut videtur insinuare in posterioribus solutionibus ad sequentes replicas, quasi sibi objicit) dist. & simul explico ant. Non fuit ex meritis Christi, formaliter loquendo, & ut præcisè pertinebat ad illum statum, conc., ut reparanda in posteriori statu post lapsum, nego. Nam primi parentes, sicut, & eorum gratia in statu innocentiæ, dupliciter considerari poterant, primò formaliter, & præcisè ut ad illum statum per-

tinebant, & secluso ordina ad futuram culpam, & ad reparationem per Christum, & tunc ob rationem datam non pendebant ab influxu ejus, quia prout sic non habebant, ut dictum est, connaxionem cum illo, nam adęquatus ejus influxus est redēptivus,& sanativus, unde nec prout sic dicitur caput eorum. Secundò non præcisè ut pertinebant ad illum statum, sed quatanus secundum Dei præscientiam, & permissionem arant peccaturi, & gratiam, quam habebant in eo statu reparanda erat ex meritis Christi; & merita illius status per peccatum mortificata vivificanda erant ax meritis illius, nec aliter potarant gloria consumari. Qua ratione habuisse Adamum ax meritis Christi, & si non gratiam illius status priori modo consideratam, habuisse tamen gradum glorię, illi correspondentem, quia nempè illam gratiam per peccatum amiserat, & ideò ejus jus ad gloriam, fuit verò, ut dictum est, ei restituta, aç proindèex ejus maritis habuit consumationem glorię non habendam sine illis. Si ergo considerentur hoc secundo modo tam gratia, quam eorum substantia, & alia etiam dona naturalia juxta eorum conditionem, ut explicatum est, optimè dici possunt esse effectus prędestinationis ejus, & consequenter Christus esse eorum caput pro eodem statu, non quasi gratiam, & justitiam, aut aliquid pertinens ad illum statum, ut sic formaliter acceperint ex meritis Christi, sed quia gratia illius status Christum ut consumatorem, & reparatorem respiciebat ex Dei decreto. Sic subtiliter prout de more discurrit M. Catalam q. illa 8. 3.p. ad ar.3, dub.2.,& ar.4, dub,1. De quo etiam vid. M. Vincentius q.6, de gratia Christi dub,2. concl.5. Poterat etiam præcedens doctrina, vel distinctio declarari exemplo, ut supra de possibilibus, quæ licet formaliter, & præcisè, vel reduplicativè, ut pertinent ad statum possibilitatis, non pertineant ad influxum effectivum Dei, ut tamen ex ajus decreto sunt transferenda ad statum futuritionis, vel existentiæ pertinent ad illum.

§. VII.

Solvitur aliud argumentum difficile ex voluntate generali.

SExtò arg. Voluntas generalis salvandi omnes prior est voluntate consequenti, seu efficaci salvandi aliquos, sed illa supponit substantiam prædestinati, ergo à fortiori supponit eandem hæc posterior voluntas prædestinativa; mi. constat, quia supponit homines jam futuros, cum Deus solum hominibus futuris velit gloriam; ma. verò prob. primò, quia voluntas generalis est communis prædestinatis, & reprobis, consequans verò, val efficax separat illos ab istis, unde est veluti determinativa illius objectivè, scil. separando unum ab alio, ergo supponit illam, sicut habitus, quia determinat similiter potentiam generaliter se habentem ad omnia objecta suorum habituum, supponit eam, unde etiam vocatur voluntas antecedens. §. 2. Quia voluntas generalis, ut vidimus, est in efficax, ergo non potuit imperari à voluntate salvandi aliquos, aliàs egrederetur suos limites, & ingrederetur oppositos, ergo fuit prior, & independens à voluntate prædestinandi. §. Tertiò Quia ut vidimus ex D. Thom. Voluntas illa dicitur antecedens, quia terminatur ad gloriam secundum se, & solum attanta ratione communi, & non pensatis omnibus in particulari, ergo imperari non potuit à voluntate consequenti, quæ non sistit in eadem ratione communi, sed descendit ad rationes, vel circumstantias in particulari, eandem considarationem supponens.

Expl. hoc ex superioribus. Pro priori immediatè ad voluntatem prædestinativam, vel afficacem Deus habet plenam considerationem omnium in particulari, quæ desiderantur ad eandem voluntatem, pro priori verò, quo communiter, vel inefficaciter volt gloriam omnibus, tantum habet objectivè considerationem hominum, secundum communem eorum rationem secundum quid sunt capaces gloriæ, & secundum communam etiam hujus rationem, sed consideratio de objecto in communi præcedit considerationem de illo in particulari, sicut rationes in communi præcedunt alias in particulari, ergo etiam voluntas de illo in communi, sive inefficax præcedet voluntatem de illo in particulari, sive efficacem, vel prædestinativam.

Ad hoc dist. ma.; prior ast in utroque ordina, scil. intentivo, & executivo, nego, executivo, conc., & deindè atiam concessa, vel distincta mi. ut suprà, secundum duplex genus causæ, neg. conseq.; nam cum electi, ut constabit infrà, fiunt de primaria intentione respecto reproborum non potuit voluntas intentiva salvandi aliquos supponere intentivè voluntatam respicientem reprobos, sivè indifferenter electos, & reprobos, imò hęc orta est ex altera efficaci salvandi aliquos, quia nempè intentio inefficax glorię tam reprobis, quam electis consarendæ ex intantione efficaci gloriæ prædastinatorum processit, cum omnis auxilia sufficientia, tam reprobis, quam prædestinatis concessa, quę sunt, ut vidimus, prædictæ inefficacis voluntatis effectus, ex vi electionis afficacis prædestinatorum conferantur, ut veluti radicaliter effectus illius. Unde in ordine intentivo juxtà relatum superioram ordinem, primum, quod cœtera præcedit, est decretum prædestinationis Christi, deindè dependenter ab illo aliorum electorum: ex hac voluntate aplicavit providentiam naturalem ad producendum quotquot voluerit producere; postmodum voluit hos omnes veluti generaliter salvare, deindè permisit peccatum originale in omnibus; demum quos voluerat efficaciter salvare ax massa infecta fecit sibi vasa honoris perducendo ad gloriam. En quomodo voluntas salvandi omnes licet præcedat in ordine exequutivo, subsequitur tamen in intentivo ipsam prædestinationem, seù voluntatem efficacem salvandi aliquos. §. Ad 1. prob. dist. eodam modo consequens, supponit in utroqua ordine, nego, in axequutivo conc., Ad prob. varò annexam ex simili, vel paritate habitus, & potentiæ patet ax dictis in proœmialibus logicè, & supra etiam da visione, longè esse diversam habitudinem inter hæc duo, & inter utramque voluntatam, nam licet potentia similiter respiciat bonam, seù rectam, & malam operationem, sicut voluntas generalis, vel antecedens respicit electos, & reprobos, & in hoc videantur convanire, non tamen sacundum eandem habitudinem, vel eodem modo, quasi potentia sic generaliter, aut quasi præcisivè se habeat in operando ad circumstantias earum, vel ad utriusque objectum, & consequenter secundum rationem tantum in communi tendat ad illa, sed quia

est

est principium operandi simpliciter, idest sine determinatione ad bonam, & rectam operationem, aut ad malam, unde expectat determinationem habitus, ut nempè per habitus bonos eliciat rectam, & per malos non rectam ob sui amplitudinem, & excessum supra habitum, & ideò tenetur hic illam supponere, ut priorem tanquam determinatio ejus ex sua ratione formali ad bonam, vel malam operationem, ad hoc ut efficaciter, & determinatè aliciat alteram earum; cœterum voluntas generalis non sic respicit, ut dictum est, utriusque homines, val gloriam secundum rationam in communi, quasi expectet determinationem consequentis, ut deindè efficaciter tendat ad illam consideratis in particulari, sed quia magis ex parte objecti præscindit ab illis, seu tendit ad illud illis non consideratis, & ideò dicitur antecedere, & esse inefficax, undè tantum abest, quòd expectet, vel præcedat consequentem, à qua imperetur, tanquam antecedens illam in utroque ordine, quin potiùs in ordine intentivo tenetur eam supponere, licet præcedat in executivo, ut explicatum ast, ut deindè magis etiam appareat misericordia Dai in prædestinatis, quos priùs elegit, & segregavit à reprobis.

Ad 2, ex his dist., & simul explico ant. est inefficax respectu omnium, quoad consecutionem salutis in omnibus, conc, quoad alios fines suprà relatos, scil. manifestationem misericordiæ, vel providentiæ &c. neg. nam primò, ut dictum est, vult aliquos salvare, efficaciter in illis ostendendo suam misericordiam, & ne videatur cœteros deserere, vult deindè salvare omnes dando omnibus auxilia sufficientia, quibus possint salvari, in quo vehementiùs manifestatur bonitas, & misericordia ejus respectu electorum, ut cognoscant, quantum à Deo diligantur, qui non solum voluit illis gloriam efficaciter, sed etiam propter eos voluit salvare omnes, in efficaciter quidem quoad gloriam volitam, seu quoad collationem illius, sed efficaciter quoad collationem auxiliorum sufficientium, quibus salvari possint; & ità optimè potuit hæc generalis voluntas imperari à consequenti, & efficaci salvandi aliquos.

Ad 3: (per quod magis explicantur hæc omnia,) nego suppositum consequantis, quòd Deus similiter se habeat, sicut contingit in nobis ob imperfectionem nostri modi cognoscendi, & procedendi, quasi debeat priùs cognoscere, & velle res in communi, & deindè descendere ad rationes in particulari, nam perfectissimè semper ex parte sui cognoscit, & vult, sed tantum ex parte objecti, ut explicatum est. Undè voluntas ejus dicitur antecedens, non quia tantum supponat cogoitionem rei in communi, & imperfectam, sed quia ad illam habendam non movetur Deus ex omnibus, quæ in re diligenda considerat, sed tantum ex rationibus communibus, secundùm nempè, ut in casu, quòd homo est capax gloriæ non habito respectu ad circumstantias singulares, ut dictum est. Undè itarum bene stat, quòd priùs omnibus his attentis velit efficaciter salutem aliquibus, & ex vi hujus amoris velit deindè illam omnibus inefficaciter. Per quod patat ad explicationem, §. Sed contrà has solutiones instant contrarii, Primò. Nam voluntas antecedens est inefficax ergo non indiget imperari ab amore aliquo efficaci. Prob. conseq. quia in tantum indigent in quantum deberet efficaciter vella rem volitam, ut patet, ergo si prout sic solum tendit ad illam inefficaciter, vel sistat in illa prout inefficaciter volita non indiget imperari ab alia voluntate efficaci. Videtur enim imperium de subjecto non supponente, nisi velimus, ut suprà, quod illa egrediatur limites proprios, vel non sistat intrà lineam inefficaciæ.

Secundò. Omne, quod imperatur ab amore efficaci vel prædestinativo conducit in effectum ad consecutionem finis per se intenti à prædestinante, sed illa voluntas non sic cunducit, ergo non imperatur ab illo. Præmissæ constant, ma. quidem, quia aliàs amor efficax Dei, & maximè prædestinativus esset frustrabilis, quod est alienum. Mi. etiam, tum quia non esset voluntas inefficax; tum quia nihil ponit in prædestinato, ergo non conducit ad finem prædestinationis. §. Tertiò quia non videtur rectus ordo diligendi, quòd primò diligantur aliqui efficaciter ad gloriam, & ex hoc moveatur Deus ad eosdem diligendos inefficaciter ad illam: supponimus enim hanc voluntatem non solum terminari ad reprobos, sed etiam ad electus: Imò videtur ordo impossibilis, quòd ex voluntate efficaci finis oriatur voluntas inefficax illius. Quòd sic prob. Nam ex voluntate efficaci alicujus finis nequit oriri electio mediorum inefficacium ad consecutionē illius ergo multò minùs oriri poterit voluntas inefficax ejusdem finis. Conseq. tenet, quia magis pugnat inter se voluntas, & inefficax respectu ejusdem finis, quàm voluntas efficax cum electione mediorum inefficacium respectu illius, cum hæc duo non sint immediatè de eodem. Ant. etiam constat; quia qui vult efficaciter finem, tenetur velle media efficaciter conducentia ad illum, aliàs convincitur velle, & non velle efficaciter illum, unde sicut, qui vult finem tenetur velle media ad illum, ita qui vult efficaciter eundem tenetur velle media efficaciter conducentia ad consecutionem illius.

Ad hujusmodi instantias, quæ videntur apparenter urgere, facilè resp. ex dictis. Ad primam quidem dist. ut suprà, est inefficax quoad consecutionem gloriæ, ut omnibus conferendæ conc., quoad alios fines, ut explicatum est, nego. §. Ad 2. claritatis gratia dist. ma. conducit, secundum quòd imperatur, & ad intentum imperantis conc., aliter ab ejus imperio nego. Nam potissimùm ad hoc imperatur, ut prædestinati considerantes hanc specialem Dei misericordiam, & dilectionem Dei erga se ipsos, qua discreti sunt ab aliis antecedenter tantum, vel inefficaciter volitis in ordine ad gloriam, vehementer excitentur ad amorem sui: (omnia enim dicuntur fieri propter electos:) qui amor de facto conducit ad illius consecutionem;

Ad 3. nego ant. pro prima parte. Patet enim ex superioribus solutionibus rectitudo ejusdem ordinis respectu bonitatis, & misericordiæ Divinæ, ut specialiter manifestandæ in electis, quòd propter eorum amorem cœteros etiam ordinet, & omnibus conferat auxilia sufficientia, quibus possint salvari, & nullus etiam damnetur, nisi nolens salvari, vel ponens obicem saluti per peccatum, ut suprà, & latè alibi explicatum est, nec teneatur Deus dare ulterius efficax ad consecutionem illius. §. Deindè etiam nego quoad a.p. Ad prob. nego cons., quia intentio efficax finis, & electio mediorum non sunt secundum eandem rationem, nam ad hoc eliguntur, ut conducant ad illum, unde etiam maximè attenditur in illis proportio, ut conducant faciliùs, & convenientiùs, & ideò repugnat, ut ex voluntate efficaci oriatur electio mediorum inefficacium, val in-

efficax-

efficaciter conducentium. (Per quod patet ad ejus probat.). Cæterum utraque prædicta voluntas efficax, vel inefficax procedunt ex diverso motivo, ut dictum est, & ideò potest una oriri, vel imperari ab alia, scil. inefficax ab efficaci. §. Vel poterat iterum dici, quòd licet eadem voluntas antecedens sit inefficax respectu omnium, sive respectu gloriæ, ut omnibus volitæ, est tamen efficax respectu electorum, quatenùs ex illa excitantur ad amorem conducentem ad illius consecutionem, nam prout sic conjungitur cum efficaci de eorum salute, sicut in simili proportionabiliter de auxilio sufficienti, quòd licet secundum se det posse, prout tamen conjungitur cum efficaci, suo modo influit ad operationem, vel pervenit ad illam.

Quòd si ulteriùs instes; non componi hæc duo, quòd voluntas antecedens, vel inefficax imperetur ab efficaci, vel prædestinativa, & quòd non conveniat Deo omnibus pensatis, ergo vel non imperatur ab illa, vel coincidit cum efficaci, & sic nulla dabitur voluntas generalis, vel inefficax respectu prædestinatorum, quod est alienum, & radix plurium errorum proximè etiam damnatorum. Prob. antec. Quia voluntas efficax, vel prædestinativa non convenit Deo nisi omnibus pensatis, ergo si generalis, vel antecedens imperatur à consequenti, non conveniet illi, nisi omnibus pariter pensatis. §. Resp. dist. ant. Non conveniat omnibus pensatis, ut stat sub eodem imperio, conc., sumpta secundum se, vel elicitivè, nego. Itaque Deus dum communiter, vel generaliter ordinat omnes homines ad gloriam, tunc solum attendit ad rationem capacitatis eorum ad illam, dum verò imperat hanc voluntatem circa prædestinatos, tunc hæc convenit Deo omnibus pensatis, quia tunc imperativè ingreditur lineam prædestinativam, quæ non est ad electos, nisi omnibus pensatis. Nec propter hoc egreditur limites proprios, ut tangebatur in prima replica, quia sicut entia naturalia, quia subordinantur, ut dictum est, providentiæ supernaturali, non dicuntur egredi limites proprios, dum imperantur ab ista, & consequenter imperativè ingrediuntur lineam illius tanquam effectus imperati, sic pariter quia subordinatur objectivè hæc voluntas prædestinativæ non dicitur egredi limites proprios, dum prout imperatur, ingreditur prout sic lineam prædestinativam.

§. VIII.

Solvuntur alia Argumenta.

SEptimo arg. Si substantia prædestinati esset effectus prædestinationis illius, sequeretur dari causam primi effectus prædestinationis, consequens est falsum, & contra PP. præcipuè August. acriter negantem contra Pelagianos dari causam primi effectus illius, ergo non est ejus effectus. Prob. ma. Quia si esset effectus, esset primus, cum cæteri illam supponant, aliàs essent de subjecto non supponente.

Urg. hoc 1. Quia si esset effectus illius, cessaret hoc dissidium inter illos, & August., vel cæteros PP., quia Pelagiani non asserebant dari causam primi effectus, sumpto effectu pro substantia, vel dono creationis, sed sumpto pro prima vocatione, vel dono gratiæ, nam de hoc erat contentio PP. cum Pelagio, ergo nisi velimus PP. fingere sibi hostem, quem feriant, tenemur asserere, quòd eadem substantia, vel ejus generatio, aut creatio, non sit juxtà August., & PP. de numero effectuum primus prædestinationis.

2. Si substantia esset effectus, & consequenter primus, sequitur, quòd si quis diceret dari causam ex parte nostra primæ vocationis, non posset hinc convinci ad dicendum, quòd detur causa ex parte nostra prædestinationis, consequens est falsum, & contra communem consensum Theologorum, ergo non est effectus. Prob. ma. nam dari causam prædestinationis idem est, ac dari causam primi effectus illius, sed licet daretur causa primæ vocationis ex parte nostra, non proptereà sequitur dari causam primi effectus ejusdem, cum substantia prædestinati sit primus effectus, cujus tamen non datur causa, ergo etiam si quis assereret, (ut asserebat Pelagius, & negabant PP. contra ipsum) dari causam ex parte nostra primæ vocationis, non posset convinci ad asserendum dari causam prædestinationis. §. 3. Quia si esset effectus, & consequenter iterum primus, esset causa cæterorum; Tum quia primum in quolibet genere est causa omnium in illo, præcipuè si sint connexi, ut contingit in casu, cum omnes effectus prædestinationis sint effectus providentiæ ordinatissimæ, consequens est alienum ab omnibus Catholicis, cum nullus asserere audeat, illam esse causam, vel occasionem omnium donorum, quæ prædestinatis conferuntur ex meritis Christi ergo.

Ad hoc cui videtur satis confidere Vasquez, dicimus primò, quod videtur ab eodem solvendum in circumstantiis Nativitatis, quas fatetur esse effectum prædestinationis sine ullo ex numeratis inconvenientibus, cum tamen nec de illis asserebat Pelagius dari causam, & aliàs sunt priores vocationes, & circumstantiæ primi effectus, seu substantiæ prædestinati; vel ergo tenetur negare etiam de istis, vel sine ullo ex eisdem inconvenientibus poterit etiam affirmari de substantia. §. Pro omnibus igitur claritatis gratia dist. ma. primi effectus eliciti, & proportionati, nego imperati, transeat, & dist. mi. est contra SS. PP. loquendo de primo elicito, & proportionato, conc., de quocumque nego; nam contentio eorum contra Pelagium erat de primo elicito, scil. interna motione supernaturali, vel vocatione ad bonum, respectu cujus contendebat Pelagius dari causam ex parte nostra, sive in nostro libero arbitrio, unde non rectè ex eadem contentione PP., & præcipuè Aug. contra eundem Pelagium infertur, quòd substantia prædestinati non sit effectus prædestinationis eius, vel quòd ab illo non dissentiant. Nam Pelagius, & ejus reliquiæ, vel Semipelagiani licet non assererent dari causam ex parte nostra primi effectus imperati, asserebant tamen dari respectu primi effectus eliciti, quòd PP. catholicè negant, nullam admittentes respectu istius etiam per modum occasionis, & ansulæ, cum nulla sit vis, vel influxus in natura ad opera salutaria, vel supernaturalia etiam hoc posteriori concursu.

Sed instas. Nam in tantum August. negabat dari causam ex parte nostra primi effectus, quia aliàs deberet esse causa totius effectus prædestinationis, at si tantum loqueretur de primo effectu elicito, & non de primo simpliciter, & absolutè, sequela ista esset insubsistens, ergo de primo simpliciter, & absolutè negat, & non tantum de elicito. Prob. mi. Quia non est necessarium, quòd causa primi tantum eliciti sit causa omnium simpliciter, & absolutè, sed tantum elicitorum, ergo si tantum loqueretur de primo elicito, non rectè inferret debere esse causam omnium totius prædestinationis.

Resp.

Resp. dist., & explico ma. deberet esse causa totius, à toto genere effectuum illius, sive supernaturalium, & elicitorum, sive naturalium, vel imperatorum nego, elicitorum conc., & hoc satis erat ad intentum illius contra Pelagium, & ejus asseclas, nam intolerabile esset, quod ex viribus naturæ haberetur influxus ad omnes supernaturales, & homogeneos effectus cum tanta eorum injuria per subjectionem supernaturalitatis, & gratiæ ad naturam, quam infinito excessu superant sibi relictam.

Ex his ad 1. confirmat, nego conseq., imò oppositum erat inferendum; nam si dissentio erat respectu primi effectus eliciti, parum, vel nihil refert, quòd substantia sit primus, dummodo non sit primus inter elicitos. §. Ad 2. dist. ma, non posset convinci respectu omnium effectuum illius, sive naturalium, sive supernaturalium, transeat; respectu istorum juxtà præfatam sequelam August., nego, & hoc est maximum inconveniens, quòd nullus Theologorum, vel Catholicorum admittit, quòd ex parte nostra detur causa omnium istorum, quod tamen legitimè infertur, si semel est causa primi inter istos. Nec etiam solum est inconveniens in Theologia dari causam primi effectus absolutè, & prædestinationis, prout ordinat illum, sed etiam primi supernaturalis, & prædestinationis prout imperantis illum: & de hoc etiam est controversia inter eosdem PP., & Semipelagianos.

Ad 3, patet etiam ex dictis, undè dist. ma. si esset primus per se ab intrinseco influens, & connexus, ut est primus elicitus, conc., si solum ab extrinseco, vel ex Divina ordinatione, & imperio, ut explicatum est. Nego. Per quòd patet ad utramque probat. Nam de primo, & per se connexo intelligitur illud axioma, ut contingit in primo elicito, vel proportionato; In his enim est talis influxus, & connexio cum aliis, vel in ordine ad illos, non in primo præcisè imperato, qui secundum se, & elicitivè pendet à sola providentia naturali. Undè iste non est necessarium, quòd sit causa moralis, (quidquid sit de physica, vel per modum subjecti; per modum meriti, impetrationis, vel dispositionis, aut per modum ansulæ, vel occasionis, quam Deus expectet, ut largiatur dona gratiæ, ut volebant Semipelagiani de operibus naturæ.

8. Arg, & potest esse replica. Si substantia prædestinati, vel productio ejus esset ex imperio prædestinationis, deberet in illa admitti aliquis ordo transcendentalis ad finem illius, vel gloriam; consequens est falsum, & coincidans cum prædicto errore Semipelagianorum ergo non est affectus etiam imperatus. Prob. ma. Quia tunc fieret dependenter à fine, & imperio supernaturali, sed hujusmodi dependentia dicit ordinem transcendentalem ad suum terminum, ergo esset in illa transcendentalis ordo ad finē supernaturalem gloriæ. §. Urgetur hoc præoccupando solutionem, & urgendo contra superiorem ad 3. confirmat. Nam quilibet effectus dicit ordinem intrinsecum ad suam causam, ergo si substantia prædestinati, etiam ut primò producenda est effectus prædestinationis, debet dicere ordinem intrinsecum ad finem illius, & consequenter etiam esset per se connexa cum cœteris effectibus illius.

Ad hoc patet primò ex dictis esse solvendum à contrariis in aliis entibus naturalibus, de quibus affirmant ut supra, esse effectus illius. Tum quia ut docet D. Tho. ad Rom. 8. lect. 4. §. *Deinde cum dicit in fine ad illa verba, Nam expectatio creatura &c.* Tota creatura sensibilis ordinatur à Deo ad aliquem finem, qui super excedit formam naturalem ipsius, sicut enim humanum corpus induetur quadam forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis in illa gloria Filiorum Dei, quandam novitatem gloriæ consequetur, secundum illud Apocal. 21. *Vidi Cælum novum, & terram novam.* Ita D. Tho. Si ergo ex ordine, & imperio prædestinationis licet semel inferre de substantia prædestinati, quòd debeat dicere ordinem intrinsecum, vel transcendentalem ad finem gloriæ, de tota creatura sensibili tenebimur id etiam inferre. Quòd si respectu istius nullum reputatur inconveniens, nec reputandum erit respectu illius. Tum denique tenentur solvere in actu virtutis acquisitæ, qui ex imperio charitatis, ut vidimus, ordinatur sine eodem inconveniente ad finem supernaturalem illius.

Pro omnibus ergo juxta communem solutionem, dist. ma., ordo transcendentalis, qui sit talis in rigore, aut veluti ortus ex natura rei, neg., ab extrinseco, scil. ex parte ordinantis, vel prædestinantis, ut similiter contingit in prædicto actu virtutis acquisitæ respectu charitatis imperantis illum conc., unde nihil aliud est, quàm ordo, & directio activa, manens intrinsecè in mente prædestinantis, & extrinsecà denominans substantiam prædestinati, quæ ut sub est huic ordinationi dicitur effici ex imperio prædestinationis, sicut & prædictus actus ex imperio charitatis; & idem similiter dicimus de cœteris effectibus imperatis, & pertinentibus ad ordinem naturæ.

Ad confirmat. dist., & explic. ma, Quilibet effectus &c, natus elici ab eadem causa, transeat, vel conc., extrinsecè tantum ordinabilis ab illa ad finem excedentem, neg., ut iterum patet in actu illo virtutis acquisitæ ex imperio tantum charitatis respiciente finem supernaturalem, quidquid sit an charitas aliquid imprimat in habitu ejusdem virtutis vel non. Unde solum de effectibus elicitis, & proportionatis militare potest prædicta confirmatio, non de purè imperatis, qui solum ab extrinseco, vel ex vi ordinantis dicuntur ad finem supernaturalem concurrere. Nam magis comparentur obedientialiter ad illum, quàm exigitivè, vel ex natura rei per ordinem aliquem intrinsecum, vel transcendentalem. Per quòd patet ad mi.

Sed ne fiat æquivocatio circa prædictum exemplum, & ne retorqueatur contra solutionem adverto, in uno actus virtutum naturalium convenire cum his effectibus naturalibus comparativè ad principium supernaturale imperans, nempè quòd ex natura rei utpotè ordinis naturalis nequeunt dicere præfatum ordinem per modum exigentiæ ad tendendum in finem excedentem, differunt tamen ut latè in superioribus de visione explicatum est, quòd virtutes dum sic imperantur à charitate, quia aliàs elevabiles sunt, ut eliciant actus suos propter illum finem, non præcisè imperantur, ut influant secundum vires naturales, sed secundum illas, ut supernaturalizatas; & ideò, ut insinuavimus, dicitur à charitate aliquid imprimi, vel derivari, vi cujus eliciant actus suos cum positivo ordine prout sic ad eundem finem. Quidquid iterum sit, an iidem actus sint tantum quoad modū supernaturales non quoad substantiam, de quo ibidem dictum est. Cœterum substantia prædestinati non sic imperatur, ut aliquid operetur supra vires proprias, sed tantum per modum subjecti, vel conditionis sine qua non, ut dictum est, & ideò nec

ali-

aliquid ei intrinsecum imprimitur, nec concurrit cum ordine aliquo positivo ad finem gloriæ, sicut præfatæ virtutes.

Pro quo ulteriùs adverto; quòd principium, vel causa supernaturalis imperans principium inferius naturale ad suum effectum naturalem potest dupliciter imperare illud. Uno modo sic quòd applicet illud ad operandum solum id, quod nullo excedit viras principii imperati. Alio modo ut operetur suum effectum, ut positivè tendentem ad finem supernaturalem. Quamvis verò utroque modo res fiat ex fine supernaturali intento ab imperante; est tamen discrimen, quòd priori modo finis ille manet omninò apud operantem, & nullo modo derivatur ad effectum, in posteriori verò derivatur ad illum, & ideò priori modo non requiritur aliquis positivus ordo ad eundem finem, vel aliquid intrinsecum in principio naturali imperato, ut contingit in substantia imperata à prædestinante respectu gloriæ. Cæterum in secundo cum derivetur finis ad effectum & consequenter non solum imperet, ut res fiat propter finem supernaturalem, dicitur requiri aliquid intrinsecum ex parte imperati, quia ejus influxus est excedens vires ejus & est cum ordine positivo ad terminum, vel finem excedentem, ut contingit in eisdem virtutibus acquisitis. Sed de his latè ibidem.

§. IX.

Expeditur de aliis donis naturalibus.

EX dictis facilè respondetur affirmetivè, quòd in prædestinatis sint effectus suæ prædestinationis, & præcipuè bona indoles, ingenium &c. Primum patet. Quia omnia aliqua ratione conducunt ad finem prædestinationis eorum, ut vidimus tum ex illo ad Rom.8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Tum ex illo 1. Corint.3. *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Cephas, sive Apollo, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura. Omnia enim vestra sunt; vos autem Christi, Christus autem Dei.* Ubi D.Th.lect.3. *§. ultimò ponit. Omnia, inquit, vestra sunt, id est vestræ utilitati deservientia, secundum illud Rom.8. diligentibus Deum &c.* ergo si hac ratione substantia, quia suo modo conducit, est effectus prædestinationis eorum, pariter alia naturalia bona erunt effectus illius.

Secundum verò, quòd præcipuè bona indoles, bonum ingenium, temperamentum complexionis &c. sint effectus ejusdem, prob. Quia non solum concurrunt ut proprietates consecutæ ad eorum substantiam, & consequenter per modum subjecti glorificabilis, sed etiam tanquam medium saltim remotum, quatenus nempè gratia utitur illis ad eliciendum actuum naturalium, ergo specialiori modo censendi sunt effectus illius.

Sed difficultas est in explicando modum istius concursus, quomodo nempè concurrant tanquam medium, si adæquatè pertinent ad ordinem naturalem, unde subsistere nequit, quòd aliqui dicunt juvare ad faciliùs credendum, aut ad faciliùs supernaturales actus eliciendos, nam ut latè supra de visione ostensum est, adequata proxima ratio agendi respectu horum actuum est virtus supernaturalis, cum in ente naturali, quodlibet illud sit, nulla reperiri possit vis proxima, nec connexio, aut proportio cum ente supernaturali, ut sæpè dictum est, & præcipuè in prænimialibus de objecto Theologiæ explicando excessum supernaturalitatis supra quodcunque ens naturale creatum, aut creabile, ergo in nullo ex his admitti potest conducentia ad finem supernaturalem. Fides enim, & gratia semper sunt singulare Dei beneficium nullam habentes connexionem cum natura quàmlibet excellentissima. Unde Angelus supremus, cujus ingenium in naturalibus alios excedebat exclusus est a beatitudine.

Alii ergo, ut Illustris. Godoy hic in fine disp.62., Gonet, & Mag. Ferre §.7. in fine dicunt assumi, ut media ad finem prædestinationis, quia conducunt ad hoc, quòd pauciora peccata committantur. §. Sed hoc etiam displicet M.Jo. à S.Tho., quia nempè quid commune est prædestinatis, & reprobis: siquidem in his etiam, quibus hæc bona non conferuntur ex intentione dandi gloriam, juvant ad hoc, ut committantur pauciora peccata. Multi enim habent minorem inclinationem ad aliqua peccata, & tamen pereunt. Alii verò pessimæ inclinationis sunt, & rei multorum criminum, qui nihilominus præveniuntur in fine à gratia, & salventur; ergo neque sunt esse effectus, qui sic juvant veluti intrinsecè, aut ex propriis induxivè ad committenda pauciora peccata, sed quia extrinsecè ordinantur ad prædestinationem tanquam ministerialiter deservientia ad ejus effectum.

Hic modus explicandi eisdem sapientiss. Mag. videtur conformior superiori, ac communi doctrinæ, quòd scilicet, nulla res naturalis ex propriis, vel intrinsecè influxivè se extendat ad effectum supernaturalem, ita ut neque à Deo, ut Autore naturæ dicatur iste ut à causa provenire, sed ut ab Auctore supernaturalis ordinis gratiæ, unde magis elongat influxum naturæ ab hoc ordine. Quamvis ratio cui innititur, non videatur plenè urgere, quia optimè stat aliquid esse utrisque commune, quod tamen in prædestinatis est affectus prædestinationis eorum, ut dictum est de auxiliis sufficientibus, quia nempè id, quod commune est, potest in prædestinato juvare ad edimpletionem prædestinationis ejus.

Nihilominùs præcedens modus si rectè intelligatur, satis etiam conformis est doctrinæ D.Th.3. cont. Gent. c.162. propè finem. ubi ait *Hoc autem auxilium* (scil. quod aliquibus confert ad vitandum peccatum) *est non solum infusio gratiæ, sed etiam exterior custodia, per quam occasiones peccandi homini ex divina providentia tolluntur, & provocantia ad peccatum comprimuntur.* Deinde immediatè subdit. *Adjuvat etiam Deus hominem contra peccatum per naturale lumen rationis, & alia naturalia bona, quæ homini confert.* §. Dico ergo cum eisdem sine præjudicio præfatæ communis doctrinæ, solum concurrere aliquomodo per modum medii remoti ideò ut alibi sub aliis terminis in materia de gratia explicat Mag.Catalam, non directè, & proximè, sed indirectè, ut removens prohibens, quæ etiam ratione, (inquit ibidem,) piam affectionem, prout ex naturali dispositiona, ingenio, vel complaxione provenit, supernaturalem quidem non esse, nec proximè, & directè disponere ad actum fidei, & conversionis, posse tamen ex illa provenire, ut auxilia moralia externa majorem vim moraliter movendi intra ordinem naturæ fortiùs possint, itaut melior naturalis affectio solum remotè, indirectè ut removens prohibens deservire possit ad huc, ut auxilia moralia supernaturalia in suo genere efficaciora sint; nunquam tamen quòd ex eadem natu-

naturali dispositione, ingenio &c. Majorem vim supernaturalem habeant, Sed de his opportunius ibidem.

Hinc similiter dicimus de prædictis actibus virtutum moralium acquisitarum, quòd sint effectus prædestinationis, non quia meritoriè etiam da congruo, sed dispositivè remotè ad rationem illius concurrant, cum etiam si admittatur ex gratia per Christum elici, adhuc tamen per talem gratiam ab ordine inferiori non extrahantur, & consequenter prout sic nullum ex propriis moralem influxum habera possint in dona supernaturalia, ut dictum est, sed quia in directè saltem ut removens prohibens iuvare possont; & dum quis benè operatur, si opus præceptum sit, vitatur peccatum. Tum quia conducunt suo modo ad gaudium accidentale, quod de illis prædestinati percipiunt in gloria.

2. ULTIMUS.

Corolarium de malo culpæ.

EX his, & superioribus infertur, quòd non solum prædicta bona naturalia, sed etiam malum pœnæ, aut etiam culpæ, quoad materiale censeri possunt effectus prædestinationis in electis, non taman pro formali, seu pro dasformitate peccati. Primum constat, quia ut patet ex dictis, omne id, quod efficitur à Deo in prædestinato est effectus suæ prædestinationis, cum ad finem illius conducat, seu ad impletionem decreti prædestinativi, ergo est effectus. Ant. expresse enunciantur in Scriptura Ecclesiastici 11. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt.* Amos 3. *Si erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus.* Unde ex eadem monemur, quòd *per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Cælorum*. Vid. D. Thom. ad illud 1. Petri 3. *Si quid patimini propter iustitiam Beati*, ubi moltiplicem rationem, & autoritatem assignat ad hujus textus commendationem.

Secundum etiam, scil. de materiali peccati, eadem ratione convincitur. Quia nempè quid bonum est, & consequenter à Deo fit, & ad bonum prædestinati conducit, juxtà illud Apost. Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quæ universalis saltè distribui debet pro omnibus bonis illius, ne videatur quasi diminutè, aut æquivocè procedere, si semel aliquod ex his bonis excipiendū asser, & non axciperet. Tum quia cooperari potest in prædestinato ad laudandum Deum, dum videt illum etiam in his, in quibus offenditur, non denegare sibi concursum, ne inferatur præjudicium propriæ libertati, qua liberè tendit ad peccandum.

Nec refert primò, quòd effectus prædestinationis debet esse à providentia specialissima, à qua non est idem materiale, sed à communissima. Nam satis est ad rationem affectus, ut vidimus, quòd sit ab illa imperativè, non verò elicitivè. §. Quod si replices nec posse esse imperativè ex eo, quòd quæ cadunt sub imperio Dei tanquam effectus illius, & à fortiori, ut prædestinantis, possunt licitè peti ab illo, certum est autem licitum non sit petere à Deo, quòd causet materiale peccati.

Resp. dist., & explico ma. possunt licitè peti, si ex positione eorum nullum sequatur inconveniens, transeat, vel conc., si sequatur nego. Nam posito materiali infallibiliter sequitur ma peccare, ut in superioribus explicatum est, unde idem esset, ac petere Dei adjutorium, vel concursum ad peccandum, quod est impium, juxta illud, iustitia Dei nascit patrocinium dare criminibus. Sicut ergo non tenemur velle omne id, quòd Deus vult, sed tantum velle, quod Deus vult nos valla, ut infra explicatur t. 2. ex D. Thom., ita nec tenemur, immo nec possumus petere omne id, quod Daus efficit, quia respectu nostri, ut in casu, sequitur eo posito, quòd peccamus, cum non possimus ita præscindere, sicut Deus, ut latè de concursu Dei ad materiale peccati, ostensum est.

Tertium autem, scil. de formali, vel deformirate peccati difficilius est, cum suo modo etiam juvare possit ad detestandam culpam, ad pœnitentiam agendam, & gratiarum actiones saltem per modum objecti cogniti, unda etiam dicimus pertinere ad objectum formale pœnitentiæ, ut supra insinuavimus, & explicatum est 3. p. q. 7. ad art. 2. occasione, qua egimus da existantia virtutum moralium in Christo. §. Tum quia videtur hoc ipsum ex expresse tradere D. Tho. ad illud proximè relatum ex Apost. *Quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ubi §. Sed nunquid* lect. 6. inquit. „ Sad nunquid eis etiam peccata cooperantur in bonum? „ Quidam dicunt, quòd peccata non continentur „ sub hoc, quòd dicit *omnia*, quia secundum Aug. „ peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum „ peccant., Sed contra hoc est, quòd in Gloss. sequitur. *Usque adeò talibus Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui borum deviant, & exorbitant, etiam hoc ipsum faciat eis proficere in bonum.* Et post multa subdit. *Et ideò Deus omnia convertit in bonum his, qui eum diligunt*, ergo juxta D. Thom., & D. Aug. ad intentum Apost. volentis commendare summam Dei curam, & providentiam respectu electorum, non videntur etiam pro formali excludenda à ratione effectus prædestinationis eorum.

„ Quod etiam urgeri potest ex his, quæ circa medium ejusdam §. prosequitur D. Tho. dicens. *Ex* „ *hoc* autem, quòd justus cadit, resurgit cautior, & „ humilior, onda in Gloss. subditur postquā d. rat, „ quòd hoc ipsum faciat eis in bonum proficere. „ *Quia humiliores redeunt, atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere, non sibi arrogande tanquam de sua virtute fiduciam permanendi.*

Ex quibus potest sic fieri argumentum urgendo difficultatem. Nam peccatum varè conducit in electis ad consecutionem gloriæ, ergo est effectus prædestinationis; ant. patet ex adductis authoritatibus; conf. varò prob. Quod sic verè conducit, præparatur ex voluntate dandi gloriam, nam sine Deo sic præparante non conduceret, ergo est effectus; hac enim ratione prob. infra permissionem illius esse effectum, quia in electis conducit ad illud, quod valdè juvat ad finem prædestinationis, quatenus peccans, ut dictum est, fit deinde humilior, cautior, & ferventior, ergo à fortiori peccatum erit effectus, juxta commune axioma, Propterquod unumquodque tale, & illud magis.

His non obstantibus concedendum nullo modo videtur peccatum esse effectum prædestinationis in electo. Ratio à priori est, quia ut patet ex dictis, altero ex duobus modis potest aliquid esse effectus, scil. elicitivè, vel imperativè, sed constat neutro modo peccatum pro formali posse esse effectum, nisi velimus posse à Deo prout sic elici, vel imperari, quod est

alienum à Divina sanctitate, & bonitate, ergo.

Urg. hoc. Non minùs Deus est est summè Sanctus, quàm sit summè verax, sed quia est summè verax nullo modo sub ejus veracitate potest cadere fallitas tanquam effectus illius, sive elicitus, sive imperatus, ergo quia est summè Sanctus nullo modo sub ejus sanctitate cadere poterit peccatum tanquam effectus illius, sive elicitivè, sive imperativè. §. Explic., & urg. ulteriùs. Non minùs opponitur Divinæ sanctitati peccati deformitas, quàm Divinæ veritati falsitas. ergo sicut sub divina veritate nequit omninò ut effectus stare fallitas, nec stare poterit ut effectus, peccatum sub Divina sanctitate.

Denique urg. totum hoc, & præoccupatur solutio evertendo oppositum fundamentum ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 2. Ubi loquendo de speciali peccato, seu mendacio obstetricum Egypti, quę videntur fuisse remuneratas à Deo propter mendacium ab illis prolatum, & conducens ad salvandos pueros populi electi, ut habetur Exod. 1., inquit. *Ad 2. dicendum, quòd obstetrices non fuerunt remuneratæ pro mendacio, sed pro timore Dei, & benevolentia, ex qua processit mendacium. Unde signanter dicitur. Et quia timuerunt obstetrices Deum ædificavit illis domos, mendacium verò postea sequens non fuit meritorium.* Ex quibus fit argumentum. Quamvis peccatum istud, sive mendacium valdè conduceret ad salutem puerorum populi sic protecti à Deo, nullo tamen modo dici potest effectus illius, aliàs etiam pro illo fuissent remuneratæ, quòd negat D. Thom., sed non alia ratione, nisi quia malum culpæ potest esse ab illo, sive effectivè, vel elicitivè, sive imperativè, ergo nullum pro formali poterit ob eandem rationem esse in electo effectus suæ prædestinationis, quamvis conducat ad bonum illius. Et ratio utriusque est, quia ex eo, quòd conducant, non fiunt per hoc de linea effectibilis, vel imperabilis à Deo, quod est omninò necessarium ad rationem effectus prædestinationis, ut patet ex dictis, quia debet primò fieri saltem ex imperio, & ordinatione ad finem illius, unde debet esse aliquod ordinabile ad illum, quod repugnat peccato, cum magis prout sic importet recessum à Deo, quidquid sit, quòd ex parte prædestinati in cognoscendo fœditatem, & innumera mala illius, possit per modum detestabilis deservire ad plures actus salutares, & conducentes ad consecutionem beatitudinis, quod ut patet, non satis est ad rationem effectus.

Ex his facilè resp. ad ea, quæ objiciuntur. Nam ad primum, quòd deserviat per modum objecti cogniti, ut detestabilis jam dictum est, id non sufficere ut intrent lineam ordinabilis, sive effectibilis, vel imperabilis à Deo, cum ex proprio conceptu quidditativo dicant recessum ab illo. §. Hinc ad authoritates similiter resp., ita esse quòd juvent, vel conducant, ut explicatur in illis, sed id non sufficere, ut sint effectus, sed ulteriùs requirebatur, ut id præstarent tanquam aliquid ordinatum ex imperio prædestinandi, quod tamen est de subjecto non supponente respectu peccati.

Ex quibus etiam ad argum. factum nego conseq. Ad ejus prob. dist. ant. Quod sic verè conducit &c., ut aliquid ordinatum ex imperio prædestinandi, conc., conducit utcunque nego. Ad prob. annexam dist., sine Deo præparante, vel permittente, conc., præparante præcisé, sive ordinante, vel imperante, nego illam, immò etiam suppositum, quòd sit aliquid præparabile, vel ordinabile à Deo prædestinente, licet supposita permissione ejus deserviat, & juvet, ut explicat ibidem D. Tho. ex Aug., quia nempè Deus ex eo quòd est summè bonus, & Omnipotens convertat illud in bonum prædestinati. Ad id verò, quod subditur de eadem permissione patet esse latum discrimen, quòd hæc non solum conducit, sed quia, cum fiat, vel sit à Deo, præparatur ex vi voluntatis dandi gloriam.

Unde ad ultimum, quod ex illa iterum opponitur, nego quòd præcisè sit effectus, quia conducat ad peccatum, quod juvat, vel conducit, sed quia verè est à Deo, & prout sic ad finem prædestinationis conducit, sive deindè conveniat illi hæc conducentia ratione sui, sive ratione peccati, ut conducentis modo explicato. Et per hæc etiam patet ad axioma adductum, quod nequit militare in casu, cum sit de subjecto non supponente, quòd peccatum sit effectus, vel conducens, ut aliquid ordinabile, vel ordinatum ad finem prædestinationis, sicut est permissio. Hoc enim supponendum erat, vel quòd permissio solum esset effectus, quia præcisè conducit, aut conducat ad peccatum, cum tamen utrumque falsum sit.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum permissio sit in electis effectus prædestinationis.

PRo intelligentia advertò dupliciter accipi posse permissionem peccati, scil. activè, vel ex parte Dei, sive pro activa Dei non collatione auxilii, vel gratiæ, vel voluntate Divina non conferendi illam, qua collata vitaretur peccatum. Secundò passivè prout in prædestinato infert carentiam auxilii requisiti ad illud vitandum. Priori modo non dicitur effectus, cum sit activa subtractio auxilii efficacis; sed difficultas est de illa posteriori modo prout importat ipsam carentiam gratiæ, cum qua infallibiliter, seu logicè conjungitur peccatum. Dico logicè, ut in superioribus explicatum est, nam physicè sequitur ex voluntate creata, supposita eadem absentia gratiæ, nam sicut remota columna sequitur casus lapidis ex ipso ejus pondere, & gravitate, ita subtracto auxilio efficaci gratię sequitur infallibiliter peccatum imminente gravi tentatione ex ipsa conditione creaturæ, quæ graviter tentata, & sibi soli relicta succumbit infallibiliter tentationi, & peccat ex sua malitia.

Hinc tamen non inferas necessariò peccare, sicut subtracta columna, necessariò cadit lapis. Nam est aliàs magnum discrimen, quia subtracta gratia adhuc restat liberum arbitrium in nobis, seù indifferentia ad oppositum cum auxilio sufficienti, quo possumus implere præceptum, undè nec est necessitas peccandi, neque impossibilitas implendi. Cæterum lapis per modum naturæ tendit deorsum, seù cum determinatione ad unum sine indifferentia ad oppositum, undè sublato impedimento non solum infallibiliter, sed necessariò cadit.

2. Advertò difficultatem posse adhuc procedere de utroque genere peccatorum, sivè de permissione eorum, quæ committuntur à prædestinatis, sive eorum etiam, quæ à reprobis, an etiam permissio istorum sit effectus prædestinationis: & de utraque agendum est. In quo sunt duæ celebres sententiæ, quæ aliqua-

qualiter etiam fubdividuntur. Prima ergo extrema univerfalitar negat, quam tenet Vafquez difp. 93. cap. 2., ex quocunque motivo fiat fivè pœnitentiæ, fivè humilitatis, fivè alterius virtutis, Leffius lib. 1. de perfectionibus divinis, cap. 6., Arrubal difp. 92. cap. 2. Herice tract. 3. dub. 3., Alarcon tract. 4. difp. 4., cap. 5., & alii. Sed eft difcrimen inter iftos, quòd hi duo pofteriores negant tantum de lege, vel potentia ordinaria, affirmant verò poffe de abfoluta. Alii verò negant fimpliciter.

Secunda affirmat, fed difcrepant in motivo, nam alii admittunt ex motivo humilitatis, quę per fe non fupponit peccatum in actu, & fic de aliis virtutibus quæ non exercentur per fe nifi fuppofito peccato, fed negant de motivò pœnitentiæ Suarez lib. 3. de prædeftinat. c. 8. Granadus tract. 6. difp. 5. Ruitz difp. 26. fect. 5., & alii. §. Thomiftę verò communiter affirmãt deutroque motivo. Sed aliqui adhuc diftinguunt de pęnitẽtia, fcil. reduplicativè, & fpecificativè accepta, & dicunt, quòd priori modo non permittitur peccatum ex motivo illius, benè verò pofteriori, undè videntur folum docere, Deum non permittere peccatum præcisè ut deleatur, five ut merè de illo habeatur contritio, fed quatenus media pœnitentia confequimur fructum uberiorẽs gratię, & aliarum virtutũ. Alii verò afferunt poffe etiam permitti ex motivo illius priori modo acceptæ. Qui videtur frequentior modus inter eofdem, & fequuntur Salmantic. hic difp. 6. dub. unico, Mag. Io. à S. Thom. difp. 9. ar. 5., Illuftrifs. Godoy difp. 63. §. 1., & 3., Gonet difp. 3. art. 5. Mag. Ferre quæft. 3. §. 3. Gonzalez difp. 71. fect. 4., licet hic non affignet pro motivo rigorofo virtutem pœnitentiæ.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclufio.

PErmiffio peccati five in prædeftinatis, fiva in reprobis eft effectus prædeftinationis. Sumitur utraque pars ex Apoft. prior quidem ex celebri illo proximè relato ad Roman. 8. juxtà expofitionem D. Thom. ibidem lect. 6. Ut egregiè ad intentum explicat, ut vidimus, propofitionem Apoft. quòd *diligentibus Deum cooperantur in bonum his, qui fecundum propofitum vocati funt Sancti*. Inquit enim ut fuprà de his vocatis fecundum propofitum, feu electis. *Sed nunquid etiam eis peccata cooperantur in bonum*. Et refpondet referendo interpretationem aliquorum negativam. *Quidam dicunt, quòd peccata non continentur fub hoc, quòd dicit omnia. Quia fecundum Auguftinum peccatum nihil eft, & nihil fiunt homines, cum peccant....* Sed hoc impugnat dicens. *Sed contrà hoc eft, quòd in Gloffa fequitur*. „ Ufque adeò talibus Deus cooperatur in bonum, „ ut fi qui horum deviant, & exorbitant etiam hoc „ ipfum faciat proficere in bonum. Undè pfal. 36. „ dicitur, *Cum ceciderit juftus non collidetur, quia Dominus fupponit manum fuam*, ergo juxtà Apoft, fecundum Gloff., & D. Thom. permiffio peccati in electis eft effectus prædeftinationis illorum.

Secunda pars quòd permiffio peccatorum in reprobis fit effectus ejufdem prædeftinationis, fcil. refpectu electorum, fumitur ex cap. 9. feq. ubi ait. *Suftinuit in multa patientia vafa iræ apta in interitum*, ideft reprobos) *ut oftenderet divitias gloriæ fuæ in vafa mifericordiæ* ; (ideft prædeftinatis.) *quæ præparavit in gloriam*. Ubi D. Thom. explicat ly *fuftinuit*, ideft permifit. *Hoc autem*, inquit, folum Deus circa eos agit, quòd eos permittit agere, quæ concupifcunt, unde fignanter dicit, *fuftinuit*. Quod repetit hic qu. 23. art. 5. ad 3. ad idem Apoft. *Volens Deus oftendere iram*, ideft vindictam juftitiæ, *& notam facere potentiam fuam, fuftinuit*, ideft *permifit*, fubdit D. Thom. Ergo permiffio peccati etiam in reprobis eft effectus prædeftinationis in electis. Et cap. 11. loquens de ruina Judæorum ait, *Nunquid fic offenderunt, ut caderent? abfit. Illorum delicto falus eft gentibus, ut illos æmulentur. Quòd fi delictum illorum divitiæ funt mundi, & diminutio eorum divitiæ Gentium; .... Amiffio eorum reconciliatio eft mundi, ... Fracti funt rami, ut & ego inferar*. En quomodo cafus perditorum, refurrectio feù falus eft bonorum fiva affectus prędeftinationis iftorum. Unde ad hæc pofteriora verba fubdit D. Thom. lect. 3. *Fracti funt rami &c. Ideft ad hoc Deus permifit Judæus à fide excidere, ut ego ad fidem intrarem*.

Clariùs etiam ad priora illa verba. *Nunquid fic offenderunt &c.* Amiffio eorum reconciliatio *eft mundi*. Subdit lect. 2. in initio. *Nunquid Deus permifit eos offendere folum ut caderent, ideft propter nullam aliam utilitatem inde confequentem, fed folum volens eos cadere? quòd quidem contrà bonitatem divinam, quæ tanta eft, ut Aug. dicit in Enchirid. cap. v. quòd nunquam permitteret aliquid mali fieri nifi propter bonum, quòd ex malo elicit: Unde Job. 3. dicitur. Conteret multos, & innumerabiles, & ftare faciet alios pro eis. Et Apoc. 3. Tene, quod habes, ne alter accipiat coronam tuam*. Quià fcil. Deus aliquos fic permittit cadere, *ut quorundam cafus fit aliorum falutis occafio*. Quo nil clarius pro hac 2. parte. Videatur etiam fuperiori cap. 8. lect. 6., ubi docet, quòd ficut malum, quod accidit in univerfo, non femper ordinatur ad bonum illius, cui accidit, benè tamen ad bonum univerfi, ità malum culpæ, feù permiffio illius non femper eligitur in bonum ejus, cui permittitur peccatum, benè tamen in bonum nobiliffimarum partium, fcil. electorum juxtà illud proverb. 11. *Qui ftultus eft, ferviet fapienti quia*, nempè inquit D. Tho., *etiam mala peccatorum in bonum juftorum cadunt*. Quia iftos Deus propter fe diligit, fecus autem peccatores, nam ficut per culpam jumenta facta funt juxtà illud. *Homo cum in honore effet non intellexit, comparatus eft jumentis infipientibus, & fimilis factus eft illis*, ut jumenta tractantur à Deo, totum fcil. quod in illis eft, in utilitatem Sanctorum dirigendo, & ordinando: Undè 2a. 2æ. quæft. 64. art. 2. ad 3. inquit, *Dicendum quòd homo peccando......, incidit quodammodo in fervitutem beftiarum, ut fcil. de ipfo ordinetur, fecundum quod eft utile aliis fecundum illud pfalm. 48. Homo cum in honore effet &c. & prov. 11. qui ftultus eft &c.*

Ex his etiam prob. utraque pars ratione, quam præcipuè infinuat D. Thom. lect. 6. ad cap. 8. Deus univerfum ità ordinatè difpofuit, ut inferiores partes illius fint propter nobiliores, & non è converfo, fed in hoc univerfo nobiliffima pars eft prædeftinatorum, ergo omnia inferiora propter iftos difpofuit, & confequenter ex hoc fine permifit peccata in reprobis, & prædeftinatis. Et hoc eft, quod dicit Apoft. omnia cooperari in bonum diligentibus Deum; juxtà illud etiam Matt. 25. *fuper omnia bona conftituet*

eum idest prædestinatum, & illud aliud. *Qui stultus est &c.* Quia inquit S. Doctor, mala peccatorum in bonum prædestinatorum cadunt. Et hæc est etiam potissima ratio PP. Videri possunt D. Gregor. lib. 2. moral. cap. 26., & lib. 33. cap. 11. D. Bernard. serm. 2. in psalm. 90. D. Damasc. lib. 2. fidei cap. 29., & D. August. de Civit. cap. 13. Utraque conseq. syllog. facili per se constat; præmissæ etiam sunt manifestæ: Ma. quidem, nam quæ à Deo sunt, ordinata sunt, rectus autem ordo postulat, quòd inferiora fiant propter superiora, ut inductivè patet in quolibet genere: min. etiam, nam prædestinatos Deus propter se diligit, ut dictum est.

Quomodò verò peccatum possit ordinari in bonum prædestinati, cum peccatum, ut vidimus, sit aversio, vel recessus à Deo explicat ulterius D. Th. 1. 2. quæst. 79. art. 4., ubi loquens de excæcatione peccatorum in corp. circa medium inquit. Excæcatio ex sui natura ordinatur ad damnationem ejus, qui excæcatur, propter quod ponitur etiam reprobationis effectus, sed ex Divina misericordia excæcatio ad tempus ordinatur medicinaliter ad salutem eorum, qui excæcantur, sed hæc misericordia non omnibus impenditur excæcatis, sed prædestinatis solum *quibus omnia cooperantur in bonum, sicut dicitur Rom.* 8. Ità D. Thom. Quibus datur intelligi, quòd licet peccatum, sicut excæcatio ex sua natura ad damnationem ordinetur, cum sit aversio à Deo, potest nihilominus ex Dei misericordia ordinari ad bonum prædestinati, & salutem ejus æternam. De modo autem conducente ad illam jam dictum est, & poterit adhuc constare infrà.

Conatur Vasquez præcedenti rationi, seù potiùs authoritati PP. respondere, quòd bona illa, quæ sequuntur ex permissione peccati, ut humilitas, gratiarum actio &c. magis esse eventus, vel effectus, quos Deus deducit post existentiam peccati, quàm finis, & in hoc sensu loquutos fuisse PP. vulgari modo loquendi, ac si fuissent finis ejusdem permissionis.

Sed contrà est 1. Quia ut sæpè dictum est, ex regula Aug., quando sive scripturæ, sive PP., (cum eadem sit ratio,) absque ullo inconvenienti accipi possunt in sensu proprio, & rigoroso, ità accipiendæ sunt quam detorquendæ ad alienos, vel improprios, aliàs firmum argumentum haberi non poterit ex eisdem authoritatibus, ut constare potest ex dictis supra in proæmialibus de locis theologicis, & adhuc ex dicendis in solutionibus, sed nullum est assignabile inconveniens, si accipiantur in sensu proprio, sive in rigore causalitatis finalis, & non puræ consecutionis, sive in sensu causali, & non purè consecutivo, ergo per modum finis se habebunt prædicta bona, & non præcisè per modum eventus, aut effectus consecuti.

Secund. Nam aliquæ ex eisdem autoritatibus apertè exprimunt causalitatem finalem. Nam Damasc. loco relato assignans rationem ejusdem permissionis, (quàm sæpissimè tetigit S. Aug., & alii SS. PP., & supra allata est; & ex Glossa illam confirmat exemplo, quod manifestè pugnat cum solutione data, & solvit omne dubium:) ait. *Permittitur quis quandoque in turpem incidere actum ad emendationem deterioris effectus. Verbi causa, quis est elatus in virtutibus, & rectè factis suis, hunc sinit Deus in adulterium prolabi, ut per casum in cognitionem propriæ infirmitatis veniens, humiliatus confiteatur Domino.* Sed hic, ut patet, importatur causalitas, quæ alia nequit esse, quam finalis ergo. Id etiã patet ex D. Th. qui ut vidimus, ad illa verba Apost. Nũquid sic offenderunt &c. permisisse Deũ talem offensam propter utilitatem, subdit, indè sequentem &c. Et Apost. etiam clariùs expressit ubi supra, dum ait, permisisse vasa iræ, ut ostenderet divitias gloriæ suæ. Et certè nec aliter potest Deus permittere, quàm propter sui gloriam.

Ex his impugnatur solutio, & urg. ratio facta. SS. PP. juxtà Apost. non solum docent Deum permittere peccata propter bonum nostrum, sed etiam propter gloriam suam, sed ly propter gloriam suam denotat causam finalem, ergo etiam ly propter bonum nostrum, scil. propter promotionem virtutum, seu exercitium earum, denotabit hanc causam, & non simplicem eventum; itaut sicut gloria ejus est finis ultimus, ità bonum nostrum, scil. humilitas, cautela prædestinati, gratiarum actio &c. sint finis intermedius. §. Hinc etiam rejicitur aliorum solutio dicentium, quòd in prædictis verbis non indicatur finis, sed magis occasio permissionis, scil. Deum non permissurum in prædestinatis peccatum nisi indè oriri posset humilitas in illo; vel quod exprimatur conditio tantum sine qua non Deus non permitteret peccatum, non verò finis. §. Rejicitur in quam. Tum quia nisi velimus abuti terminis manifestè indicant causalitatem aliquam quæ non est alia assignabilis, ut dictum est, nisi finalis, aliàs neque in ordine ad gloriam suam exprimunt illam, si nullam exprimunt in rigore finalem, sed solam conditionem, vel occasionem.

Deindè. Nam humilitas, & cautela, in qua homo prædestinatus resurgit ex peccato, intenditur à Deo conjuncta de facto cum permissione peccati, at non intenduntur hæc duo æquè immediatè, sed cum aliquo ordine, nisi velimus à Deo non esse ordinatè intenta, quem etiam ordinem apertè indicant verba textus, ergo cum humilitas non sit medium, erit finis intentus à Deo assumpta permissione, ut medio.

Urg. totum hoc. Nam Deus, ut ait Apost., permittit peccatum ex fine ultimo gloriæ suæ, ergo medio aliquo fine intermedio; hic enim est ordo, ut ad finem ultimum deserviant, vel conducant intermedii, vel proximi, ergo cum non sit alius intermedius assignabilis, nisi humilitas, cautela, pœnitentia &c. erunt istæ finis, & non præcisè occasio, vel conditio sine qua non respectu permissionis peccati.

Deniquè impug. Nam prudens intendens aliquem finem, omnia quæ operatur sub hac intentione finis non solum non obstant consecutioni ejus, imò positivè conducunt ad illam, aliàs imprudenter ageret, sed Deus intendit prædestinato finem prædestinationis, ergo omnia, quæ circa illum operatur, ordinantur ad hunc finem, ac proindè permittens peccatum, ad hunc finem ordinat permissionem, ergo cum hæc non conducat positivè ad illum, nisi mediis prædictis virtutibus tanquam finibus intermediis, ex fine isto erit talis permissio.

§. II.

Ratione iterum probatur Conclusio.

Ex dictis prob. secundò. Permissio peccati in prædestinatis est propter aliquod bonum, sive fructum eorum spiritualem primò volitum, sed

omne

erana bonum prædestinati, sive naturale, sive supernaturale est effectus prædestinationis ejus, ergo permissio peccati est effectus prædestinationis illius. Conseq. tenet. Mi. constat ex dictis, ma, verò prob. tum ex Apost., tum ex PP. relatis; tum quia Deus quidquid vult sapientissimè, & prudentissimè vult, ergo vult propter aliquod bonum tanquam finem: tum quia in subjecta materia, non est assignabilis finis proximus, vel intermedius convenientior ordini suæ sapientiæ, & providentiæ, quàm salus, & fructus spiritualis electorum, si velimus esse, (ut revera sunt) specialiter à Deo dilectos. Tum quia permissio peccati est effectus divinæ providentiæ, quæ ut dictum est, est ordinatio ad finem, ergo voluntas permittendi illud supponit voluntatem alicujus boni finis, ob quem sit volita permissio. Tum denique, ut dicunt contrarii, eadem permissio est volita propter alios bonos fines, ad quos conducit, ergo cum etiam potissimùm conducat ad finem beatitudinis, erit volita propter hunc finem.

Dices esse discrimen inter permissionem peccati in ordine ad alios fines, & seipsam in ordine ad finem prædestinationis, quòd cum ad alios conducat ratione sui immediatè, potest esse volita, vel præparari ex volitione, aut intentione illorum, cæterum ad illum prædestinationis, cum solum conducat ratione peccati, non ratione sui, nequit esse volita ex intentione istius, ac proindè nec esse effectus prædestinationis. Nam sicut nequit præparari peccatum ex hac intentione, ita nec promissio conducens tantum ratione peccati ad eundem finem. §. Sed hæc solutio manet impugnata ex dictis, Nam in primis est de subjecto non supponente, quòd solùm ratione peccati, & non ratione sui conducat ad finem prædestinationis, nam cum à Deo sit, ratione sui amabilis est, & consequenter potens excitare prædestinatum ad bonum humilitatis, & aliarum virtutum, considerans namque prædestinatus posse Deum, ut supremum, & absolutum Dominum pro sua libertate denegare sibi auxilium efficax ad vitandum peccatum, (in quo eadem permissio consistit, ut dictum est) maximè excitatur ad hujusmodi actus virtutum, ergo ratione sui immediatè connectitur cum prædictis virtutibus in beneficium prædestinati, ergo cum omne id, quod juvat in bonum illius, sit effectus prædestinationis, & consequenter conducat ad finem illius, ut patet ex dictis, nec negant Contrarii, erit permissio ratione sui effectus, & conducens, & non tantum ratione peccati.

Secundò impugnatur, Quamvis admittatur tantum conducere ad hunc finem ratione peccati, non sequitur Deum non posse velle illam, & præparare ob hunc finem, sicut vult, & præparat ob alios, ergo non subsistit præfatum discrimen. Prob. ant. Optimè stat tantum conducere ad hunc finem ratione peccati, & esse volitam ex intentione illius non volito peccato, ergo sicut potest velle, & præparare illam ob alios fines, potest pariter velle, & præparare sine ullo inconvenienti ob hunc finem, conseq. tenet, quia ob istud inconveniens negatur in ordine ad istum, quia non posset amari in ordine ad istum ratione peccati, peccato non volito. Ant. autem prob. Quia licet admittatur tantum conducere ratione peccati, solum ex hoc inferri potest non posse conducere, aut præparari peccato non permisso, non tamen volito, ut enim latè in superioribus ostensum est, non obstante quacunque connexione alicujus rei volibilis, aut amabilis à Deo cum deformitate, repugnante amore ejus, nunquam tamen inferri potest debitum volendi istam, volita illa, cum amor Dei sit præcisivus ab omni eo, quod non est intra ambitum suæ Omnipotentiæ, unde licet teneatur se extendere ad omne id, quod est intra ambitum illius, non tamen extra, sed tantum permittere, si illi repugnet. Unde peccant hujusmodi consequentiæ, ut vidimus, arguendo à superiori ad determinatum inferiùs, sive à non restricto ad restrictum; nempè; permissio peccati non conducit ad finem prædestinationis nisi ratione peccati, ergo non conducit, aut conducere nequit nisi ratione peccati voliti, quòd cum sit impossibile, pariter est impossibile, quòd possit sic præparari ex intentione hujus finis, & consequenter, quòd sit effectus. Patet enim hunc modum arguendi esse diminutum, cum sint duo membra sub illo superiori, scil. peccati, vel voliti, vel permissi; unde debebat inferri sic, ergo ratione peccati vel voliti, vel permissi, quod non impedit posse esse volitam, & præparatam ex intentione ejusdem finis sine ullo inconvenienti, aut sequela volitionis peccati, ac proindè sine exclusione à ratione effectus prædestinationis.

Tertiò, Quia etiam ut rectè urgent Illustriss. Godoy, & M. Ferre ex superiori illo ad Rom. 9. *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa Misericordiæ.* Permissio peccati in reprobis est effectus prædestinationis electorum, ut supra etiam probatum est, at non conducit eadem ad finem prædestinationis, nisi mediante eodem peccato cognito à prædestinatis, ergo licet iterum admittatur tantum conducere ratione peccati ad finem illius, poterit nihilominus præparari à Deo ex fine prædestinandi. Prob. mi. Quia talis permissio non punitur in reprobis ratione sui, nec ratione sui constituit illos vasa iræ apta in interitum, sed ratione peccati permissi, quod est objectum congruum Divinæ indignationis, ergo non commendat divitias gratiæ, & gloriæ Dei erga electos in comparatione ad pœnam reproborum, nisi medio peccato cognito à prædestinatis.

Quartò. Et urg. præcedens. Ex eo inferre possumus eandē permissionē in reprobis esse effectū prædestinationis in electis, quia isti, ut proximè dicebamus, videntes tantam gratiam sibi ipsis misericorditer concessam ad vitandum peccatum, & reprobis denegatā vehemēter excitantur ad gratiarum actiones, humilitatē &c. At hæc secundū legem communem, non juvat nisi medio peccato cognito; neq; enim aliter manifestatur hujusmodi permissio, nec aliter apparent divitiæ gloriæ ejus sine cognitione peccati, ergo ad finem prędestinationis nō conducit talis permissio nisi ratione illius permissi, & cogniti, & consequenter potuit esse volita, & præparari ex intentione prædestinandi.

Vasquez ex his videns se satis urgeri, respondet, quòd licet ita sit non posse prædestinatum modo in via, permissionem peccati in reprobis, seù carentiam gratiæ efficacis, vel congruæ, (ut vocat) aliter cognoscere nisi ex eventu peccati, ac proindè nec posse notitiam hanc, & gratiarum actionem inde ortam à Deo primo intendi, ut ipse putat, quia nempè deberet pariter esse intentum, vel volitum peccatum, nihilominus in alia vita, vel in patria eam per revelationem in Verbo cognoscere, & non ex eodem eventu, & ita gratias agere, ex quo fit, quòd eadem notitia, & gratiarum actio potuit esse de primaria inten-

ten-

tentione Divina, & ex hac intentione Divina peccata in reprobis permitti sine prædicto inconvenienti, quòd debeat etiam esse volitum peccatum.

Sed huic solutioni obstat primo Glossa ordinaria ex D. August. lib. 1. ad Simplicianum qu. 2. apud proximè laudatos Magg. Nam ad illa verba. *Ut ostenderet divitias gloriæ suæ*, subdit. *Ob hoc tota bona dat malis, ut convincat eos justè damnari, ut fideles eum magis diligant, quibus gratiam ipsam conservavit.* Ex quo fit argumentum Finis iste majoris dilectionis, seu Deum magis diligendi non dicit actum dilectionis patriæ, sed viæ, cum charitas ibi sit in termino, ac proindè crescere ampliùs non possit, nec minui, ergo si ob hunc finem juxta August. permittitur peccatum in reprobis respectu electorum, optimè poterit talis permissio, & cognitio ejus conducere ad finem prædestinationis ratione peccati permissi, & cogniti hic in via, & non ex sola revelatione in patria de gratia efficaci, vel congrua reprobis denegata, & electis concessa.

2. Impug. retorquendo solutionem. Nam sicut prædestinati per revelationem in patria cognoscunt prædictam permissionem in reprobis, & gratias agunt, ita pariter cognoscunt illam respectu sui, & gratias agunt pro tanta Misericordia sibi ipsis concessa, ergo si quia priorem sic cognoscunt, & gratias agunt, potuit eadem intendi ex bono fine, & esse effectus prædestinationis, poterit eadem ratione intendi, & præparari propria, seu proprii peccati ex hoc fine, & esse effectum prædestinationis eorum &c.

Denique impugnatur urgendo iterum superiora contra præcipuam vim utriusque solutionis, & fundamentum ejusdem Auroris. Nam ex eo permissio peccati sive proprii, sive alieni prout cognita hic in via ex eventu utriusque, sive tantum conducens ratione illorum, nequit esse effectus in prædestinato, quia peccatum, ratione cujus conducit, nec est, nec potest esse effectus, sed hæc ratio nulla est, imò est de subjecto non supponente ergo. Ma., ut patet ex dictis, est præcipuum illius fundamentum: Mi. verò prob. Tum quia ad hoc ut sit effectus, permissio prout sic, non est necessarium, quòd pariter sit effectus peccatum, aut volitum, volita permissione, sed satis est, ut vidimus esse permissum. Tum quia (& est ratio utriusque) permissio non conducit ratione peccati, quatenus sit volitum, vel effectus, sed quatenus ex Divina misericordia conducit prædestinatum ad humilitatem, & gratiarum actionem, ut explicatum est, ergo ut sit effectus, vel conducat ratione illius, non est necessarium, quòd pariter illud sit volitum, vel effectus. §. Explic., & urg. hoc. Ut aliquid sit effectus prædestinationis, tria requiruntur, & sufficiunt, ut sæpè insinuavimus; nempè ut sit de numero eorum, quæ sunt, vel causantur à Deo; & quòd efficaciter ad finem illios conducat; & quòd consequenter sit à Deo volitum, ac præparatum ex efficaci intentione dandi gloriam, sed permissio peccati sive proprii, sive alieni conducens ratione illius, hæc tria sine sequela alicujus inconvenientis, idest sine eo, quòd peccatum debeat esse volitum, vel effectus, retinere potest, ergo etiam si istud volitum, aut volibile non sit, nec effectus, poterit nihilominus illa esse volita, vel effectus, sive præparata à Deo ex vi prædestinandi. Prob. mi. Quia ut retineat illa tria, satis est, quòd conducat ratione peccati, ut conducentis; parum enim, vel nihil refert, quòd illud etiam sit volitum, vel effectua, ut per se patet, nam peccatum hanc conducentiam aliondè habere potest, quàm ex ratione voliti, vel effectus, ut dictum est, scil. ex Divina misericordia, ut cognita à prædestinato, & pro novente illum ad prædictos actus virtutum, ergo optimè potest eadem permissio esse sic volita, & præparata, ac proindè effectus, esto peccatum, ratione cujus conducit, effectus non sit.

§. III.

Solvitur primum Argumentum contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. argumento, quo contra D. August. utebantur Pelagiani apud eundem lib. de natura, & gratia à cap. 27. &c. tom. 7. Docebat enim ibi S. P. aliquan lo Deum permittere peccatum homini, ut humilietur: Unde cap. 28. in initio inquit. *Deserit aliquantum Deus, unde superbis, ut scias non tuum, sed ejus esse, & discas superbus non esse.* Contra quod arguebant illi sic. Peccatum non potest esse medium ad tollendum aliud peccatum, ergo malè dicitur, quòd Deus deserit aliquantum, idest permittit cadere in peccatum ad removendum peccatum superbiæ. Prob. ant. Quia ignes ignibus non extinguuntur, ergo nec peccata peccatis tolluntor. §. Nec valet dicere, quòd unum tollitur per aliud, quatenus deservit, aut conducit ad remotionem illius, sicut peccatum adulterii præ magna illius ignominia, vel infamia ut dicebamus, conducit ad confundendam, & consequenter ad removendam superbiam. §. Contra hoc enim arg. Tum quia licet sint aliud, & aliud peccatum, sunt tamen sicut unus, & alter ignis, sed unus ignis nunquam alio tollitur, ergo nec peccatum superbiæ peccato carnali emendatur. Tum quia omne peccatum, superbia est, cum omne peccatum, Dei contemptus sit, & omnis Dei contemptus sit superbia. Quæ enim major superbia, quàm Deum contemnere? Quod etiam manifestè indicat scriptura Eccles. 10. initiom omnis peccati superbia. Adde quòd cum hoc peccatum superbiæ, quod emendatur, sæpè sit tantum veniale, contra rationem, & æquitatem videtur ad illud emendandum permittere peccatum mortale, ergo non videtur subsistere, quòd Deus permittat peccata ad emendationem peccantis.

Ad hoc ex eodem D. Aug. ibidem resp. dubitandum non esse, quòd unum peccatum sit medicina ad sanandum ab alio non quidem per se, & ex sua natura, sed tanquam occasio, ut vidimus ex D. Tho., quatenus recognoscens quis proprium lapsum ex Divina misericordia resurgit humilior, cautior, & ferventior ad vitandas occasiones, quæ possunt iteratò in ruinam deducere, & præcipuè ad recurrendum ad Deum, tanquam ad fontem, & Authorem totius bonitatis continuo timore, & tremore juxtà illud Apost. ad Philipp. 2. *Cum timore, & tremore salutem vestram operamini*, & ut præmonnit sapiens. *Beatus vir, qui semper est pavidus.* Ad prob. ex paritate ignis, respond. iterum ex D. Aug., quòd & si ignis igne non extinguatur, dolor tamen dolore curatur, ut manifestè constat in sanandis vulneribus, in quibus contingit majorem esse dolorem medicaminum, quàm sit dolor infirmitatis actualis, ne scil. crescat infirmitas, aut ne salus infirmi periclitetur, ut

ut cum secatur brachium ne pereat totum corpus. Et venena etiam venenis depelluntur. Immò etiam calores febrium caloribus medecinalibus aliquando franguntur, vel opprimuntur. Cur ergo non poterit ex his sumi paritas, ut dicatur peccatum auferri peccato, cum peccatum quoque dolor sit, infirmitas, & venenum animæ? Ad quod etiam egregiè deservit aliud exemplum ex D. Thom. doctrina desumptum. Quis enim dum peccat, ita se habet, ac si in puteum se projiciat, qualiter autem in puteum sua negligentia, vel culpa cadens, si ex illo extrahatur, pericula omnia, & occasiones iterum cadendi summo studio, & cautela declinat, sic similiter peccator post lapsum, si Deo miserente resurgit, cautiùs, & ferventiùs in via Dei ambulat, ne iterum cadat, unde à Domino gressus ejus diriguntur, & viam ejus vult.

Ex his in forma ad arg. dist. primum ant. nequit esse medium, nec occasio adjuncta Dei misericordia, ut explicatum est, nego, medium, aut concurrens ad illud tollendum quasi ex natura sua, aut in genere causæ formalis intrinsecæ, conc. Per quod patet ad ea, quæ opponuntur in probatione, nam omnia illa tantum probant, quòd una species non tollitur per eandem speciem, seu per id, quod est ejusdem speciei, quia nulla species est sibi ipsi contraria: sed statim ad hæc iterum fiet satis.

Quòd si instes. Peccatum juxta solutinem auferendum est ex Divina misericordia, sed hæc non elicitur, aut non occasionatur ex peccato, sed magis irritatur ex isto Divina justitia, ergo convenientiùs est dicere, quòd ex sola misericordia sanetur, aut tollatur superbia, quàm adjuncto peccato occasionaliter concurrente ad usum illius.

Resp. huic instantiæ dist. mi. magis irritatur, absolutè loquendo, vel attendendo ad ejus naturam, conc., attenta Divina providentia, qua vult Deus sanare electum à superbia, vel ad ampliorem gratiam promovere illum, nego, nam licet secundum se de facto irritet voluntatem Divinam, Deus tamen ex sua misericordia ex illo peccato permisso sumit occasionem ad sanandum perfectè illum hominem, quem efficaciter ad vitam æternam præordinavit. Quamvis etiam posset aliter humiliare illum, scil. laboribus, infirmitatibus, & aliis hujusmodi pœnalitatibus, quæ verè etiam frangunt hominem, & dejiciunt à propria sui voluntate, nihilominus secundum mirabilem sui providentiam, sapientiam, & occulta, sed justissima judicia, illis omissis adhibet remedium permissionis peccati, quod aliquando efficacius est inter cætera, ut contigit David, Petro Apost. &c. Quorum primus ante casum ajebat. In abundantia mea non movebor in æternum, posterior verò. Et si omnes scandalizati fuerint, ergo nunquam scandalizabor. Cum tamen uterque posteà permissi sunt cadere, ut fœliciùs resurgerent.

Per hæc etiam facilè resp. ad replicas Pelagianorum contra solutionem. Et ad primam, quòd magis ad solam misericordiam reducenda sit hæc sanatio, quàm adjungendo peccatum, vel permissionem ejus jam dictum est, & ulteriùs constabit in solutione ad id, quod additur de peccato veniali, quomodo juxta potentiam ordinariam sapienter tollatur licet quandoque minùs grave in se per paccatum gravius ordinis inferioris.

Ad 2. resp. falsum esse formaliter loquendo, quòd omne peccatum sit superbia (quidquid sit originativè, ut statim dicemus, vel quantum ad causam,) nam ut docet ibi D. Aug. aliquod peccatum, ex infirmitate committitur, & aliquod ex passione. Quod autem dicitur Eccl. 10. *Initium omnis peccati esse superbiam*, explicat D. Tho. p. 2. q. 84. art. 2. adhuc loquendo de superbia specialiter sumpta prout importat inordinatum appetitum propriæ excellantiæ, quòd est initium ordine intentionis, in quo importatur ratio principii, & finis, nam finis in omnibus bonis temporalibus acquirendis est, ut homo per illa quandam perfectionem singularem, & excellentiam habeat, & ideò ex hac parte, subdit, superbia, quæ est appetitus excellentiæ, ponitur initium omnis peccati: licet ordine executionis primum peccatum sit avaritia, nempè est id, inquit, quod præbet opportunitatem ad implendi desiderium cujuscunque peccati, quod habet rationem radicis, scilic. divitiæ, & ideò ex hac parte, concludit, avaritia est radix omnium malorum. Cæterum hoc non obstat conclusioni, vel doctrinæ traditæ, immò juvat, & confirmat illam, dum dicimus Deum ob peccatum superbiæ alia peccata permittere, si semel juvant ad tollendum initium mali.

Quando verò dicitur, quòd omne peccatum est contemptus Dei distinguo, formaliter, & expressè, vel simpliciter nego materialiter, & implicitè, vel quantum ad aliquid, prout importat hoc, quod est non subdi ejus præcepto, conc. De quo videatur ibidem D. Thom. §. Ad id quod ultimò subditur de minori malo, seu de superbia veniali non sananda per permissionem peccati mortalis inferioris ordinis juxtà rationem, & æquitatem, respondetur, quòd sicut quando vulnus leve vergit ab initio in ruinam totius corporis, prudenter permittitur fieri majus, seu ampliatur, & dilatatur, ne pereat totum corpus, ita similiter in moralibus, peccatum, quod secundum quantitatem culpæ minùs grave dicitur, prudenter sanari permissione gravioris, ordinis inferioris, si disponat ad corruptionem omnium bonorum, & consequenter ad interitum animæ ferè irreparabilem, ut facilè contingit in casu de peccato superbiæ minùs gravi, nam illud ex sui natura, licet aliquando ob imperfectionem motus, minoris gravitatis sit, disponit tamen ad formalem Dei contemptum, & ferè omnia virtutum opera reddat cassa, sive inutilia, & vana, prudenter dicitur operari Deus juxta rerum naturam, & providentiam ordinariam permittendo gravius inferioris ordinis, eò vel maximè, quòd loquendo de prędestinato vult illum simpliciter reformare, nam cum ordinatus sit efficaci ordinatione ad vitam æternam permittit illum cadere in peccatum, quòd congruenter potest assumi tanquam veluti occasio connaturalis resurgendi in gratia humiliori, ac proindè firmiori, ut perseveret usque in finem vitæ. Hoc verò, ut vidimus est peccatum luxurię quod maximè dejicit hominem, & vehementer excitat ad recognoscendam propriam vilitatem, & similitudinem cum brutis juxtà illud. *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*, Unde hac via Deus conformando se naturis rerum sic elevat hominem illum, ut perpetuò agnoscat, & meditetur propriam fragilitatem, & dependentiam, quam habet ab illo, ac perseveret in gratia accepta. Quæ est doctrina, quam tradiderunt in relatis locis SS.PP. à Deo illuminati, & valdè experti in usu operum gratiæ humilis, & devotæ,

§. IV.

§. IV.

Solvuntur alia Argumenta.

SEcundò etiam principaliter arg. Permissio peccati, ut dictum est, est carentia gratiæ efficacis, ergo non est prædestinationis effectus. Prob. conseq. Quia prædestinatio, ut etiam vidimus, definitur, quòd est gratiæ præparatio. §. Dices dist. antec. est carentia gratiæ secundum sui intrinseca, vel præcisivè sumpta, conc., secundum extrinsecam ordinationem Dei, nego ant., & consaq. Itaque permissio peccati, si præcisè attenderetur secundum se, magis esset conjungenda cum damnatione, vel lapsu, ut explicatum est, quàm cum salute, sed quia Deus utpotè summè bonus, & Omnipotens, secuta peccato ordinat illud ad majus bonum prædestinati, nempè ad finalem perseverantiam in gratia, ideò etiam permittit illud ex hoc fine, unde ex hac intentione potest ejus permissio connecti cum aliis effectibus prædestinationis usque ad perseverantiam finalem, & consequenter esse de numero eorum.

Sed contra hoc est. Connexio permissionis cum aliis effectibus prædestinationis non fit nisi medio peccato, sed istud non est effectus, ac proinde nec continuabile cum aliis effectibus, ergo nec poterit cum illis continuari permissio ejus, & consequenter nec esse effectus. Mi. constat ex dictis: ma. verò prob. Quia permissio non aliter conjungitur cum hoc affectu, v.g. cum pœnitentia, nisi medio peccato, ut patet, sed pœnitentia medio eodem conjungitur cum aliis effectibus prædestinationis, ergo pariter permissio illo medio conjungetur cum illis.

Resp. dist. ma. nisi medio peccato, tam ut elicito ab homine, quàm ut permissu à Deo, conc., ut præcisè elicito ab homine, neg., & concessa deinde mi. loquendo de peccato secundum se, nego conf. Vidimus enim non esse necessarium, quòd peccatum sit affectus, ad hoc ut permissio conducens medio illo sit volita, aut præparatur ex intentione prædestinandi, sed satis est, quòd ut permissum conducat, licet non conducat secundum se, aut ut præcisè alicitum à peccante, sic enim magis avertit à fine illo, ad quem tamen ut permissum conducere potest, adjuncta Dei misericordia, ut explicatum est. Itaque in ordine ad humilitatem, & pœnitentiam dupliciter considerari potest peccatum, scil. ut elicitum à voluntate creata, & prout sic, magis eversivè se habet ad Deum; & deinde ut permissum ab illo, & hac ratione permissio ejus continuatur cum eisdem virtutibus, ac per consequens cum aliis effectibus prædestinationis. Per quod patet ad prob. ejusdem ma.

3. Arg. & potest esse replica contra superiora. Non est prudentis provisoris permittere majus malum, ut eveniant minora bona, ergo nequit à Deo permitti peccatum ex fine humilitatis, vel alterius virtutis. Prob. conf. quia ut ostendimus 3. p. q. 1. ad ar. 2. probabilissimum est etiam inter Thomistas, peccatum mortale (de quo modo est sermo:) esse infinitum simpliciter in ratione offensæ, sed humilitas, & aliæ hujusmodi virtutes sunt bonum finitum, ergo peccatum est majus malum, quàm sit bonum humilitas, ergo si nequit prodenter permitti majus malum intuitu minoris boni, non poterit permitti peccatum ex intentione humilitatis &c.

Ad hoc respondent aliqui, quòd peccatum mortale licet sit majus malum comparativè ad Deum, respectu cujus consideratur ut offensa, & consequenter sit gravitatis simpliciter infinitæ, cum crescat prout sic juxta mensuram dignitatis personæ offensæ, quæ in Deo est infinita simpliciter, comparativè tamen ad hominem melius est habere gratiam stabilem, vel firmam post peccatum, quam sit malum, ipsum peccatum; Deus autem sua providentia prædestinativa non debet intendere majus bonum absolutè, sed majus bonum in ordine ad consecutionem finis prædestinationis respectu prædestinati.

Sed hæc solutio nisi aliquid addatur non videtur subsistere, & rejicitur eodem argumento. Quia non est prudentis provisoris permittere malum simpliciter, quod quantum est ex se, est destructivum boni totius, propter bonum partis, sed bonum Dei est bonum totius, quod affectivè destruitur per peccatum mortale secundum rationem offensæ, & destrueretur etiam effectivé, si esset effectivè destruibile, ut ibidem insinuavimus; bonum verò humilitatis, vel firmitatis in gratia est bonum partis, cum sit bonum creaturæ, ergo non videtur prudenter permitti ex intentione hujus boni peccatum mortale, quod in ratione offensæ est malum Dei, & subjactatur in illo, sicut omnis offensa subjectatur in persona offensa, & ita crescit vel juxta dignitatem illius, ne saltem quoad ordinem, in communi sententia evadat ejusdem, vel superioris ordinis cum illa.

Aliter ergo resp. dist. consequens, ex fine humilitatis præcisè, conc., aliis adjunctis, & illam concomitantibus, neg. Nam licet humilitas secundum se non sit tantum bonum quantum malum sit, aut trahit secum offensa Dei, quia tamen valdè manifestat divinam misericordiam, & omnipotentiam, quæ maximè manifestatur, ut vidimus, in parcendo, & miserando, hinc fit, quòd secundum hanc rationem bonum secutum per permissionem peccati dicitur vincere peccatum in ratione offensæ, magis enim bonum censetur hujusmodi manifestatio omnipotentiæ in parcendo, & remittendo offensam mortalem, quàm censeatur malum præcisa ejus affectiva destructio per offensam, & ideò potest prudenter permitti offensa ex fine illo. Et per hæc etiam patet ad illius probat. §. Ex his etiam poterat secundò responderi, quòd licet daretur non sequi ex permissione peccati usum misericordiæ, aut manifestationem illius, sicut non sequitur in reprobis, adhuc tamen prudenter se haberet Deus permittendo illud ad manifestationem suæ justitiæ, cum non sit minus bonum unum attributum, aut manifestatio ejus, quàm alteriùs; quamvis ut dicebamus, cum id contingat in reprobis in bonum electorum, magis hinc resplendet misericordia respectu istorum, unde ex utroque capite semper habetur majus bonum in permissione peccati, quàm sit malum, offensa mortalis respectu Dei, scil. manifestatio suorum attributorum, quæ est finis, ad quem cœtera in hoc ordine prædestinativo referuntur.

Tertiò etiam cum doctissimo Recentiori ex nostris resp., distinguendo iterum ant. Non est prudentis provisoris permittere majus malum, si aliàs permissio secundum se honestè, ac licitè fieri nequeat à provisore pro sua libertate, & conformiter ad naturas rerum; conc., si aliàs licitè fieri posset, ut de facto posset, Deo operante juxta earum naturam tanquam provisore universali nego. Quia adhuc posset Deus pro sua libertate, aut voluntate sic permittere

tete illud, estò non intenderet, aut non intercederet majus bonum, quia non tanatur Deus conferre gratiam ad vitationem omnium peccatorum, & aliàs natura creata libera ex se defectibilis est, unde eam conservando juxta snam naturam potest ut provisor nuiversalis sine illius injuria honastè & licitè permittere, ut deficiat. Sumitur hæc solutio ex doctrina D.Thom, 22, q.165. ar.5. ubi ex eo infert potuisse prudenter, & sapienter Deum permittere lapsum Adami, estò aliàs maximum malum in universum genus humanum diffundendum, quia nempè, ut dicit Dionys. 4. cap. de divinis Nominib., providentiæ non ast naturam corrompere, sed salvare: hæc autem est conditio naturæ humanæ, ut homo suæ voluntati relinquatur secundum illud Eccl. 15. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui.* Unde si permittendo malum peccati mortalis, aliàs inde alicit aliquod bonum respectu subjecti peccantis, licet non sit tantum, quantum est idem malum, adhuc salvatur, quòd benà, & prudenter operatut, nam secundum suavem sui providentiam operatur id, quòd est magis consentanaum natutæ hominis, quòd est honestè providere. *Divina Sapientia, ut ais ibi D. Thom., disponit omnia suaviter, ut dicitur Sap.8., inquantum scil. sua providentia singulis attribuit, quæ eis competunt secundum suam naturam.* Et in hoc sensu sustineri potest prima solutio.

Adda quòd juxta hanc etiem solutionem intervenit majus bonum, scil. manifastatio supremæ, ac universalissimæ suæ providentiæ, secundum excessum ad omnam creaturam, ad quam non pertinet sic permittere malum culpæ, ut inde aliciat bonum, sicut elicit Daus, sed vel ad vitanda majora mala, vel ne impediantur majora bona. Unde etiam manifestatur supremum sui, vel absolutum domininm in conferendo dona sua, sive gratiam afficacem ad vitandum peccatum, quam propteraa dara non tenetur: qua ratione, ut supra explicatum ast, ad hoc ostendendum, scil. se esse supremum dominum, ac judicem, cui liberum esset peccata ex sola misericordia sina condigna satis factione remittere, potuisset alitar, & adhuc atiam convenientiùs secundum taman alium rerum ordinam homines liberare à peccato, ut innuit D.Tho. in 3. ralato dist.20. q.1. art.4. quæstiunc.2. in corp., quia nempè hoc ordina statuto, nt dicebamus, fini intento convenientior modus libecandi illos, esset liberalis, & gratuita omninò remissio peccatorum, ut patet.

Sed contra principalem solutionem instas. Parmissio nequit conducere ad manifestationem misericordiæ, vel bonitatis divinæ, argo prædicta solutio est nulla. Prob. ant. ex doctrina D.Th. infra q.104. a1.4. ubi in fina corp. inquit. *Redigere etiam aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem, cum magis per hoc divina potentia, & bonitas ostendatur, quòd res in esse conservet, unde simpliciter dicendum est, quòd nihil omninò in nihilum redigetur.* Ex quibus prob. sic. Quia annihilatio non est actio, sed carentia actionis conservantis, per quam bonitas, & potentia divina manifestantur, infert D.Thom. non pertinere ad manifastationem divinæ gratiæ, sad permissio peccati, ut dictum est, non est actio, sed megis carentia actionis infundentis gratiam afficacem, pet quam divina bonitas, & potentia manifestatur, argo non pertinet ad divinæ gratiæ, vel misericordiæ manifestationem, & consequenter præparari nequit ex fine humilitatis, vel alteriùs virtutis, ut conjungendæ cum manifastatione horum attributorum.

Resp. neg. ant. Ad prob. ax D. Thom. dist. ma., quia est carentia actionis adæquatè illativa non essa subjecti, conc., salva existentia ejus, neg., & dist. mi. sed magis carentia actionis pet suspensionem totius concursus divini, respectu prædestinati, neg., salva exillantia ejus, & insuper illativa, val conductiva ad majus bonum illius, ut axplicatum est, conc., quamvis ergo permissio peccati ex eo quòd non est actio, sed magis carantia actionis communicativæ gratiæ efficacis, inferat destructionem alicujus accidentis in prædestinato, cum tamen non sit adæquata suspensio concursus consarvantis illum in esse, & ulteriùs modo explicato valdè conducat ad praxim humilitatis, & firmiorem gratiam ad perseverandum in illa, optimè potest intendi, & præparari ex fine prædestinandi; cætarum annihilatio cum sit adæquata destructio subjecti, nihil relinquit in illo, circa quod possit Deos suam gratiam, vel bonitatem manifestare. Nisi velimus, ut suprà, conducere posse ad manifestandum supremum ejus dominium, & potestatem supra universum ens creatum, quod sicut liberè conservat, ità possat absolutè annihilate per suspensionem sui concursus; & tunc poterat retorqueri petitas. Adde quòd sicut permissio peccati in reprobis est effectus prędestinationis electorum summoperè manifestans misericordiam Dei in istis, sic annihilatio onius reprobi, posset esse manifestatio illius in alecto conservato, quamvis secundum præsentem providentiam, qua statuit aliter punire peccatores, & non secundum demeritum peccati, quod àliàs meretur annihilationem, neminam sit annihilaturus, itaut non ita sit exercenda, aut manifastanda misaricordia in electis, ut pura justitia reluceat in reprobis, sed adhuè verè dicare possint cum pueris in originali decedentibus, *Misericordia Dei, quòd non sumus consumpti.*

4. Arg. omnes effectus prædestinatianis, ut vidimus, est ex meritis Christi, sad permissio peccati nequit esse ex meritis eius, ergo. Prob. mi. Quia Christus non est mortuus ut mareretur nobis denegationem gratiæ, & consequentar lapsum in peccatum, sed potiùs fugam, seù præsevationem ab illo. Tum quia si esset ex meritis ajus posset ab eodem, ac proinde etiam à nobis postulari à Patte, cum orationes nostræ possint, & debeant esse conformes orationi Christi, sed hoc videtur alienum, cum ex eadem sequatur infallibiliter offensa Dei, ut dictum est. Tum danique. Quia si esset ex meritis ejus censenda esset gratia, & beneficium conferens ad redemptionem nostram, sed denegatio gratiæ magis est carentia huius beneficii, quàm baneficium de hac linea, nisi velimus gratiam nobis collatam, aut conferendam per Christum non esse redemptivam: & quidem negari nón potest, majus beneficium asse gratiam, quàm carantiam, aut danegationem illius, cum autem carentia majoris boni non posset dici beneficium respectu habentis illud sine perversitata ordinis, non poterit ullo modo peccatum dici, quòd sit ex meritis Christi, & consequenter nec effectus prædastinationis.

Ad hoc petet ex dictis solum probare posse, quòd permissio paccati, seù denegatio gratiæ efficacis præcisè secundum se non sit ex meritis Christi, vel effectus ejus, non tamen ut conducit, & præpa ratura

Deo miserente ad majus bonum illius, ut explicatum est. §. In forma ergo dist. mi. nequit esse ex meritis ejus, præcisè secundum se, vel ut carentia est gratiæ illius, conc., ut conducit, & præparatur ex divina misericordia ad bonum electi, nego. Ad 1: ejus prob. similiter dist. ant. ut mereretur illam, præcisè secundum se, seù ut magis conducit ad damnationem, aut conduceret, vel influeret ad illam, nisi Deo miserente converteretur in bonum electi, conc., ut conducit, & præparatur ex intentione illius, nego, quia tunc conducit ad firmiorem gratiam, & consequenter peccato permisso facit magis perseverare in illa, quod est magis avertere à peccato, & præservari magis ab illo.

Ad 2. variè respondent Autores etiam ex nostris, nam aliqui concedunt de Christo, quòd postulare possit sine præjudicio propriæ sanctitatis, negant tamen de nobis, & assignant discrimen, quòd cum voluntas Christi non sit ipsa, quæ est peccatum commissura, potest ab omni complacentia in illo præscindere, secus tamen nostra ob rationem oppositam. §. Hanc solutionem ex parte approbat Illustriss. Godoy, scil. quantum ad petitionem absolutam, nempè quòd absolutè à nobis postulari non possit, secus tamen quantum ad conditionatam, scil. sub conditione, si ad humilitatem majorem, & perseverantiam in gratia à Deo judicetur idonea. Et instat quoad hoc ad hominem contra Vasquez in permissione peccatorum in reprobis, quam tenetur idem fateri, ut vidimus, esse effectum prædestinationis electorum. Nam vel potest hæc postulari à nobis, & pro illa fieri oratio, vel non. Si primum, ergo etiam poterit pro permissione proprii; cum non videatur assignabilis disparitas respectu voluntatis defectibilis, ut est nostra. Si secundum, ergo non est de ratione prædestinationis, & gratiæ per Christum, quòd sub orationibus nostris cadere possit. Et quidem (subdit) posse nos gratias agere pro permissione proprii peccati, quatenus ad ulteriores fructus vitæ spiritualis fuit ordinata, in dubium revocari non potest; quidquid ergo mirum, quòd sub conditione posita possit etiam postulari?

Displicet tamen M. Ferre prædicta solutio etiam loquendo de petitione conditionata. Quia nunquam licet nobis, velle graviter Deum offendere etiamsi ex offensa Dei major nobis proveniat utilitas, quàm ex conservatione gratiæ, aut largitione auxilii efficacis ad vitandum peccatum, ergo non licet nobis postulare à Deo, quòd nos permittat peccare etiam sub hac conditione, quòd prædicta permissio conducat, & judicetur idonea à Deo ad majus bonum nostrum, nempè ad perseverandum in gratia, vel resurgendum in gratia uberiori. Patet cons. Nam hoc ipso, quòd quis postulat a Deo quòd sibi permittat peccare, si conducat ad hoc, quòd humilior, & cautior resurgat; vult peccare, & Deum offendere, si ponatur eadem conditio, at velle Deum graviter offendere nullo modo licet, quacunque conditione posita ergo non licet postulare à Deo permissionem peccati etiam prædicta conditione posita. Quamobrem de Mag. Tho. Lemos viro doctissimo juxta ac piissimo refertur, hanc pro more ad Deum precem fundere solitum; à permissionibus tuis libera me Domine.

Urgeri potest efficaciter hoc ipsum ex his, quæ supra insinuavimus. Nam licet sit licitum nobis velle, aut desiderare propter gloriam Dei privari beatitudine, nunquam tamen licet nobis desiderare carere sanctitate, & amicitia Dei, ergo nec licebit desiderare, vel petere permissionem peccati, seù carentiam gratiæ efficacis, qua posita infallibiliter sequitur peccatum privans eadem sanctitate, & amicitia. Cui etiam favere videtur petitio illa Dominicalis, quâ à Deo petimus, ne nos inducat in tentationem, non quidem ut liberemur ab illa, sed ut ab eadem non vincamur, ut explicat D.Tho.22. q.83. at.9. in fine corp. Ubi ait. *Non petimus* (scil. per hanc) *ut non tentemur, sed ut à tentatione non vincamur, quod est in tentationem induci*. Sed denegata gratia efficaci, ut dictum est, infallibiliter inducimur in tentationem, ergo affectare nos posse hanc denegationem petere videtur esse contra instructionem Christi, quia sic nos docuit orare, seù oppositam petitionem ad Deum dirigere.

Quod ergo ait idem Illustriss. nos posse gratias agere pro eadem permissione, ut ordinata ad uberiores fructus vitæ spiritualis, non est tam gratias agere pro permissione, quàm potiùs pro ordinatione ipsa, quæ divina misericordia fit de peccatis nostris ad bonum nostrum, & gloriam suam; sicut in simili dicebamus ex opposito de visione beata, quòd licet secundum se, quia intrinsecè nil mali includit, respui non possit à voluntate, potest tamen ratione laboris adjuncti in assecutione ejus, quod non est tam respuere visionem quin potiùs laborem assecutionis. Sed hinc solum videtur inferri posse, quòd quis similiter possit eandem permissionem petere, ut ordinatam, ly ut cadente magis suprà ordinationem pro formali, quàm suprà permissionem, sic enim non desideratur, aut petitur aliquid, ex quo, vel quo posito infallibiliter sequitur peccatum, (ut est permissio, vel denegatio gratiæ,) sed ex quo quis magis retrahitur ab illo, ut est humilitas, firmior gratia, & perseverantia in illa, quæ sunt fructus ejusdem ordinationis. Hoc enim est desiderare, vel petere effectum prædestinationis sub formali ratione, quia effectus ejus est, scil. prædestinationis, & ordinationis ad finem illius.

Ex his ergo ad eandem 2. probat. Vel dist. antec., potest à nobis postulari quoad ejus formalem rationem ordinationis, & præparationis ad finem prædestinationis, transeat, vel conc.; permissionis, nego: vel neg. absolutè ant. Et ad prob. annexam dist. debent conformari orationi Christi circa omnem materiam, nego, ex cujus positione non sequatur, infallibiliter nos peccare, ut contingit in casu, ut dictum est, conc. sicut enim, ut suprà insinuavimus ex D. Thom. non tenemur conformare voluntatem nostram voluntati divinæ in omnibus, quæ Deus vult, scil. pro materiali, sive velle, quæ ipse vult, sed tantum, quæ vult nos velle, ut explicat ibidem D. Thom., ità nec tenemur in omnibus, vel circa omnem materiam, circa quam versatur oratio Christi, conformare illi orationes nostras, sed tantum circa illam, ex cujus positione non sequitur nos infallibiliter peccare, & quia posita in re denegatione gratiæ, quæ peccati permissio est, sequitur infallibiliter voluntatem nostram, quæ peccaminosa est, succumbere, vel deficere, ideò dicitur nunquam licere nobis postulare, & desiderare permissionem peccati, nec posse quoad hoc conformari voluntati Christi, seù orationi ejus, nàm ipse erat ab intrinseco indefectibilis, & voluntas ejus directa à supposito, vel persona Verbi (cum ad personam pertineat

divi-

dirigere naturam, cujus est persona,) & consequenter præcisiva ab omni eo, quod pertinet ad deformitatem moralem, aliàs hæc resunderetur ad eandem personam.

Ad 3. dist. ma. esset beneficium, secundū qu'd est ex meritis ejus, prout scil. ex divina misericordia præparatur, & confert ad majus bonum electi, conc., præcisè secundum se ut explicatum est, neg., & in hoc sensu conceditur etiam mi. Ad ultimum, quod additur, majus beneficium esse gratiam, quàm carentiam illius, dico eodem modo ità esse, si utrumque extremum sumatur præcisè secundum se, vel solitariè, secus verò si hoc posteriùs sumatur ut ordinatum ad majorem gratiam, & Dei gloriam, ly ut reduplicante ut dictum est, suprà formale ordinationis, cum in ista veniat majus bonum, scil. manifestatio divinæ bonitatis, vel misericordiæ respectu electorum. Alia argumenta solvuntur tum ex dictis hìc, tum superiùs de concursu divino ad materiale peccati præcisivè à deformitate ejus.

§. V.

Statuitur secunda Conclusio de Motivo pœnitentiæ.

PErmissio peccati non solum est volita, & præparata, & consequenter effectus prædestinationis ex motivo, vel fine humilitatis, sed etiam pœnitentiæ, nedum specificativè, sed etiam reduplicativè acceptæ. Quoad 1. par. de bono, vel fine humilitatis satis constat ex dictis. Quoad secundam de illo pœnitentiæ specificativè acceptæ, Prob. Conveniens est ad perfectionem, & complementum universi Deum ut supremum, & universalissimum provisorem aliquos defectus permittere, ut eveniant plura bona non eventura sine eadem præcedenti permissione, ut patet ex dictis, & itatim iterum constabit, sed ad hoc opportet quòd hujusmodi bona occasionata saltem specificativè accepta habeant rationem finis, ergo bonum occasionatum specificativè acceptum potest habere rationem finis respectu permissionis. Tunc sic, sed inter hæc bona occasionata ex permissione peccatorum, aliud est patientia Martyrum, ergo hæc bona saltim specificativè accepta fuerunt finis permissionis peccati. Mi. primi syllogismi constat etiam ex dictis, quia eo ipso, quòd conducunt ad finem universalem, seu mediatum, vel remotum provisoris obtinent ut vidimus, rationem finis intermedii: altera etiam mi. subsumpta constabit ex D. Thom. paulò infrà referendo. Nam ut iterum constat ex præcedentibus, & suppono ex contrariis negantibus specialiter de pœnitentia; permissio peccati saltim est ex fine humilitatis, ut scil. humilior, & cautior resurgat peccator, sed ad hoc necessariò præcedit pœnitentia, cum hæc major cautela, & humilitas supponat detestationem illius cum propositio cavendi, vel abstinendi ab illo, ut per se patet, ergo.

Prob. Denique 3. pars ex priori ratione. Nam Deum intendere pœnitentiam reduplicativè, ut talem est, quòd permittat peccatum, ut eadem pro formali, seu ut differantia ejus reduplicativè accepta compleat bonum universi, sed nullum est inconveniens Deum sic intendisse illam, ergo sic eam intendit. Prob. mi. nullum fuit inconveniens, imò valde conveniens Deum permisisse peccata tyrannorum, intenta patientia martyrum, & præcipuè Christi reduplicativè accepta, ut hæc virtus compleret bonum universi, ergo sic potuit ad eundem finem intendere virtutem pœnitentiæ sine ullo pariter inconvenienti. Prob. conf. quia sicut patientia martyrum, & Christi reduplicativè per se intenta valdè contulit, ut bonum universi esset perfectum, pariter, & pœnitentia per se intenta reduplicativè, ergo sicut illa, ità & hæc sine ullo inconvenienti potuit sic per se intendi ut finis permissionis peccati.

Urg., & explic. hoc ex D. Thom. quæst. 5. de veritate art. 4. ad 5., ex his, quæ 2. loco proponit; Quod tale erat. *Bonum est potentius, quàm malum, ergo de bono magis potest elici bonum, quàm ex malo, ergo non est necesse, quòd mala permittat fieri, ut ex eis eliciat bona*. Cui Respondet. *Ad 5. dicendum, quòd aliquod bonum est, quod non posset elici, nisi ex aliquo malo, sicut bonum patientiæ non nisi ex malo persecutionis elicitur, & bonum pœnitentiæ ex malo culpæ*. Sed bonum patientiæ reduplicativè ut tale elicitur ex malo persecutionis, ergo pariter bonum pœnitentiæ reduplicativè, ut tale elici poterit ex malo culpæ, ergo sicut præcedens bonum sic acceptum potest per se intendi, ut finis permissionis mali persecutionis, pariter bonum posterius pœnitentiæ poterit intendi, ut finis permissionis mali culpæ. §. Deindè ad 10. subtiliter explicans quomodo id contingere possit sine ullo inconvenienti, inquit. *Dicendum, quòd facere malum, ut ex dictis patet, nullo modo bonis competit, unde facere malum propter bonum in homine reprehensibile est, nec Deo potest attribui: sed ordinare malum in bonum, hoc non contrariatur bonitati, & ideo permittere malum propter aliquod bonum indè eliciendum Deo attribuitur*.

En in primis, quod supra dicebamus, posse scil. à nobis postulari, vel peti permissionem, ut ordinatam in bonum reduplicata ordinatiune pro formali, insinuari hìc à D. Thom. dum ait, quòd ordinare malum in bonum non contrariatur bonitati. Secundò quàm etiam expressè videatur sentire bonum pariter pœnitentiæ posse esse finem permissionis peccati cum unum ex bonis, ad quæ potest hæc ordinari sit hujus virtutis bonum, ut expressè fatetur in superiori solutione ad 5. §. Sed clariùs, ut vidimus, id docet infra 1. 2. quæst. 79. art. 4. in corp. immediatè post princ. Ubi inquit. *Ex Divina misericordia, vel providentia ordinatur permissio peccati ad sanationem, in quantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum suum agnoscentes, humilientur, & convertantur, sicut dicit August. in lib. de natura, & gratia*, scil. cap. 22. & 35. tom. 7. Cum ergo conversio idem sit, aut fiat media pœnitentia, manifestè sentit ex fine etiam hujus boni pœnitentiæ intendi, vel præparari permissionem peccati.

Dices his omnibus, & præcipuè rationi factæ non concludi per illam, quòd pœnitentia sit effectus prædestinationis, sed tantum providentiæ generalis, ad quam spectat, quòd Deus, ut provisor universalis intendat bonum universi perfectum, hoc autem non pertinet ad prædestinationem, sed tantum, quòd prædestinatus perseveret usque in finem, nam quòd integretur, vel non integretur universum non confert ad hanc perseverantiam finalem, aliàs deberent omnes pertinere ad providentiam prædestinativam,

ficut pertinet ad generalem respicientem prædictam integritatem perfectionis universi. Unde nequit ex eodem generali fine inferri, quòd pœnitentia reduplicativè accepta sit effectus prædestinationis tanquam finis permissionis peccati.

Ad id verò, quod tangitur hic, & in superioribus de fine proximo, vel inter medio, respondent Contrarii ita esse, quòd quando medium conducens ad finem est absolutè, & per se diligibile, tunc medium remotum, (quod in præsenti est permissio peccati) ametur ex amore medii proximioris, sive pœnitentiæ in casu, tanquam finis proximi, intermedii, secus verò quando istud solum est amabile occasionaliter, & non absolutè, ut contingit in eadem pœnitentia, tantum diligibili occasione peccati, tunc enim medium remotum, seù permissio non est necessarium, quòd ametur, vel præparetur ex amore medii, vel finis proximioris, sed alterius medii, vel finis, qui sit bonum absolutè amabile, ut est bonum humilitatis, vel alterius hujusmodi virtutis.

Sed contra primam solutionem insta supponendo, quòd pœnitentia ex propriis, secundum suam differentiam non solum importat detestationem peccati, sed etiam propositum emendæ, & satisfactionis, qua ratione ut suprà, & alibi 3. part. quæst. 7. ad art. 2. insinuavimus, actus ejus in viatoribus, aut est satisfactio pro peccato proprio, aut bene affici ad satisfaciendum pro illo; in beatis verò est gaudere de satisfactione pro peccato proprio. Unde modo in via non solum importat fugam absolutam peccati, sed etiam bonum amendæ, quod nominat, vel significat remedium in futurum, sive bonum remedii: Sumitur hæc doctrina ex D. August. de natura, & gratia cap. 16., ubi ait. *Sanat verbo Deus, non solum ut deleat, quod peccavimus, sed etiam ut præstet ne peccemus.* Et hoc est etiam, quod voluit D. Tho. proximè relatus ar. illo 4.1.2. dum de permissione peccati nomine excæcationis, ait, quòd in prædestinatis ordinatur ad sanationem, quę est proprius effectus pœnitentiæ: Ex quo primò infertur, quòd licet pœnitentia non esset finis permissionis peccati, prout importat fugam illius, benè tamen ut dicit propositum emendæ, vel bonum remedii sanantis etiam reduplicativè accepta, ac proindè optimè potest, prout sic intendi à Deo, ut prædestinante, quia cedit in magnum bonum prædestinati, qua ratione affirmant Contrarii de humilitate, & aliarum hujusmodi virtutum, quæ est doctrina ibidem utriusque Sancti Doctoris. Hinc infertur secundò permissionem peccati esse effectum Dei ut prædestinantis, & non solum ut provisoris universalis, cum enim ad integritatem boni universi pertineat hujusmodi bonum particulare pœnitentis, non mirum, quòd in eodem complemento comprehendatur tanquam effectus Dei prædestinantis, & prædestinationis pœnitentis.

Ex quibus instatur sic. Pœnitentia etiam reduplicativè accepta, sive secundam suam differentiam non importet præcisè fugam à peccato, sed etiam propositum emendæ, sive bonum positivum remedii, & sanationis, ut docent D. August., & D. Tho., & est communis consensus, sed licet diceramus permissionem peccati nō esse volitam ex fine pœnitentię priori modo acceptæ, rectè potest tamen esse ex fine illius secundum posteriorem, cum sit positivè magnum bonum pœnitentis, ut patet, ergo potest prout sic esse effectus Dei non solum ut provisoris universalis, sed etiam ut prædestinantis. Conseq. tenet, quia ut vidimus suprà, id quod confert in bonum prædestinati, & est à Deo, est volitum, & præparatum ab illo ut prædestinante ex fine ejusdem boni, ergo cum permissio peccati sit à Deo, & conferat ad bonum prædestinati ex fine pœnitentiæ sic acceptæ, potest esse volita, & præparata ex fine istius boni.

Ex his etiam instatur contra posteriorem solutionem, qua videtur etiam solvi præcedens replica: Et in primis instari potest in permissione originalis peccati. Nam ut actualis Redemptor à peccato, occasione istius ut destruendi per ejus redemptionem amatur à Deo, sed nihilominus permissio peccati originalis præparata est à Deo ex fine, vel voluntate mittendi illum, ut Redemptorem, ergo licet pœnitentia sit bonum amatum occasione peccati destruendi per illam adhuc poterit permissio ejus præparari ex amore ejusdem boni.

Secundò. Impugnatur ex priori replica. Nam licet pœnitentia sit bonum amatum occasione peccati, ut præcipuè tamen importat rationem sanativi, est positive magnum bonum pœnitentis, ut docent uterque S. Doctor proximè relati, & per se patet, ergo sicut hac ratione bonum redemptionis licet sit volitum occasione originalis, quia tamen est magnum bonum hominum redemptorum, potest permissio istius esse volita, & præparata ex fine ejusdem boni, pariter permissio peccati potest esse volita, & præparata ex fine boni pœnitentiæ.

Tertiò. Et urgentiùs instatur ex superioribus, seù magis declaratur utraq; præcedens replica. Quamvis utrumque bonum pœnitentiæ, & redemptionis dicatur bonum occasionatum, adhuc tamen utrumque est propriè de genere finis, & non purum dicitur bonum occasionale ergo ex amore illorum potest esse volita, & præparata utraque permissio; Conseq. tenet, quia bonum propriè de genere finis potest esse terminus amoris respectu medii voliti in ordine ad finem, ut patet ex terminis. Ant. verò prob. Quia ut patet ex dictis, licet utrumque hujusmodi bonum supponat prævisionem peccati, & consequenter permissionem ejus in genere causæ materialis, vel occasionalis, non tamen in genere causæ finalis, unde sicut Christus ut Redemptor est finis decreti Incarnationis, & solum supponit, ut dicebamus, prævisionem, vel permissionem originalis in priori genere causæ materialis, vel occasionalis, & præcedit in posteriori causæ finalis, ita proportionabiliter pœnitens, ut sanandus à peccato, licet supponat permissionem istius in eodem priori genere, præcedit tamen in posteriori, ergo sicut bonū redēptionis non est purū occasionale, sed propriè spectans ad genus finis, ità propriè spectabit ad hoc genus pœnitentię bonum.

Explic., & urg. totum hoc. Nam sicut bonum redemptionis est bonum remedii excellentissimi virtutem habens infinitam ad commune bonum totius generis humani, ita proportionabiliter bonum pœnitentiæ est excellens bonum virtutem habens efficacissimam, utpotè derivatam ex priori bono, scil. redemptionis, vel passionis Christi ad commune bonum peccatorum, seù pœnitentium, ergo sicut hac ratione permissio originalis potuit esse volita, & præparata ex intentione prioris boni, ut finis, ita permissio peccati ex intentione boni pœnitentiæ ut finis, quamvis utraque permissio, ut dictum est, dicatur præcedere in genere causæ materialis, vel occasionalis.

Ultimò tandem ex his omnibus probari potest con-

conclusi, quoad eandem partem, Pœnitentia etiam reduplicativè accepta secundum sui essentialia, sive sub ratione detestantis peccatum, & sub proposito emendæ cedit in bonum prædestinati, & præcipuè eliùs tepidi, seù morosi, vel negligentis, sed hac ratione, ut suppono ex contrariis, eligi potest ex fine humilitatis reduplicativè, & de facto eligitur permissio peccati, ergo etiam potest eligi ex fine pœnitentiæ reduplicativè; cons. tenet, & ma. prob. Tum quia quò magis ratione illius prout sic fugit peccatum, & firmiùs proponit emendam, eò cautiùs declinat ab occasionibus cadendi, quas anteà non vitabat, & propterea dicitur, quòd cautior, & ferventior resurgit, Tum quia pœnitentia reduplicativè sub eisdem formalitatibus imperat humilitatem, quæ sub reduplicatione humilitatis est finis, ergo etiam pœnitentia sub eadem reduplicatione, ità cedit in bonum pœnitentia prædestinati, ut possit esse finis permissionis peccati.

§. VI.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. Et specialiter etiam militat contra præcedentem rationem ultimam. Permissio peccati secundum se non ità necessariò conducit ad beatitudinem ex fine pœnitentiæ sicut ex fine humilitatis, ergo non necessariò debet permitti peccatum ex fine illius, sicut ex fine istius, vel ex eo quòd permittitur ex fine humilitatis, non est inferendum, quòd debeat permitti ex fine pœnitentiæ, utraque conseq. tenet, & ant. prob. nam ideò secundum se conducit ad beatitudinẽ ex fine humilitatis, quia hæc utilis est ad illam ex cognitione indigẽtiæ Divini auxilii necessaria omninò ad illam consequendam, nam huic innititur spes beatitudinis acquirendæ, unde hac etiam ratione probat D.Tho. infra 1.2. q.106. ar.3. in fine corp. non debuisse dari ab initio mundi legem Evangelicam, quia cum hæc, inquit *sit lex gratiæ, ideò primò oportuit, quòd homo relinqueretur sibi in statu veteris legis, ut in peccatum cadendo suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se gratia indigere: & hanc rationem,* subdit *assignat Apost. ad Rom.5. dicens lex subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum superabundavit, & gratia*. Sed humilitas prout sic, est utilis, ut patet, ad beatitudinem, & finalem perseverantiam absque interventu pœnitentiæ, ergo permissio peccati secundum se non sic confert ad beatitudinem ex fine pœnitentiæ, sicut ex fine humilitatis.

Dices negando mi. supposito peccato, quidquid sit, quòd possit alias ad utramque conducere absque interventu pœnitentiæ, nam eodem supposito nunquam ordinatur humilitas ad finem beatitudinis, vel ad finalem perseverantiam, nisi media pœnitentia, & ideò oportet permitti peccatum ex præintenta pœnitentiæ, nec semel permittitur ex fine humilitatis, nisi simul permittatur ex fine pœnitentiæ.

Sed contra hanc solut. instas primò. Licet supposito peccato requiratur pœnitentia, solum tamen requiritur ut conditio, qua posita humilitas firmet gratiam in subjecto ad consecutionem boni perseverantiæ, sed conditio non est finis, ergo adhuc eodem supposito pœnitentia non est finis permissionis illius. Prob. ma. Posita pœnitentia tantum ut conditione, omnia alia coordinentur cum finali perseverantia, & vita æterna, ergo illo supposito solum potest desiderari ut conditio.

Explic. hoc. Nam dupliciter potest aliquid mediare inter medium remotum, ut est in casu permissio peccati, & finem ultimum, ut est beatitudo. Uno modo tanquam finis intermedius, ut inter vocationem, & donum perseverantiæ mediat gratia, & sic priùs intenditur finis intermedius. Alio modo, solum ut conditio quædam generalis requisita, ut cætera conjungantur, vel ordinentur ad assecutionem finis ultimi, sed hoc modo tantum requiritur pœnitentia, & mediat inter permissionẽ peccati, & humilitatis actũ, cum posita solum ut conditione cætera sufficienter subsistant, ut dictum est, cum perseverantia finali, & vita æterna, ergo non est necessarium, quòd prius ametur, (scil. tanquam finis,) quàm permissio peccati, ac proindè, quòd nec ex intentione pœnitentiæ permittatur peccatum, sed solum quòd ex intentione humilitatis conjungendæ immediatè cum perseverantia finali posita conditione pœnitentiæ eligatur permissio illius.

Secundò Impug. solutio. Quia verificari nequit de quacunque permissione peccati, de qua est sermo, ergo est insufficiens. Prob. antec. Nam permissio peccati venialis conjungitur immediatè cum humilitate in electis, sine eo, quòd requiratur prævia pœnitentia in illis, cum per veniale non tollatur gratia, ergo non militat de omni permissione.

Resp. benè ibi. Ad primam replicam, ut fiat satis advertò cum laudato recentiore, optimè stare, quòd aliquid ex natura rei non obtineat munus finis intermedii, & quòd aliqua suppositione facta obtineat illud, quòd contingit in bonis occasionatis, ut in patientia martyrum, quæ secundum se non dicitur necessaria tanquam finis intermedius ad donum perseverantiæ; sed si comparetur ad persecutionem tyrannorum, & illa supposita, necessaria est, & ametur tanquam finis intermedius.

Hoc supposito similiter dicimus, quòd licet pœnitentia non sit necessaria ad salvationẽ, benè tamen si ponatur permissio peccati, nam tunc obtinet rationem finis intermedii, quia valdè conducit ad humilitatem, & ad majorem detestationem, vel odium peccati, & consequenter ut dictum est, ad majorem fugam occasionum peccandi, quod est satis juvare ad perseverandum in gratia, unde non solum est necessaria ad consequendum statum gratiæ, sed etiam per se ipsam, vel ex propriis conducit ad perseverantiam finalem.

In forma ergo, nego ma., nam licet non requiretur tanquã finis per se ad salvationem, benè tamen ex suppositione illationis, vel permissionis peccati, sic enim intenditur ad deletionem istius, & quò magis recedit ab illo, eò magis firmatur in gratia, quod est conducere ad finalem perseverantiã, nam quò magis aliquis recedit à termino à quo, & magis firmatur in fuga illius, proculdubio magis firmatur, & proficit in prosecutione termini ad quem, terminus autem à quo peccator recedit, & de quo pœnitet, vel quem detestatur est peccatum, terminus verò ad quem est gratia.

Ad 2. dicimus primò esse solvendam à contrariis, nam idem argumentum fieri potest de humilitate, quia etiam posset homo ex natura sua pervenire ad finalem perseverentiã, sine eo, quòd humilieretur ex

casu

casu in peccatum veniale, nisi solum per generalem quendam humiliationẽ de omni permissione peccati, & tunc eodam modo concedi potest generalis quidam dolor de omni peccato, qui se habet tanquam finis immediatus permissionis peccati venialis, sive dolor hic sit perfectas, sive imperfectus, ea ratione, qua humilitas assumi potest ut finis permissionis peccati vanialis, sive sit humilitas perfecta, sive imperfecta, quocunque enim modo accipiantur, tam dolor, quàm humilitas conducunt in alectis ad finalem perseverantiam, quia aliquomodo conducunt, ut in minora, vel pauciora peccata cadant.

Secundò tamen respond. conclusionem specialiter procedere de permissione peccari, quod necessario ex natura rei raquirit pœnitantiam, ut conjungatur gretia cum persevarantia finali, non da permissiona peccati, quod necessariò illam non requirit, sicut similiter loquimur omnes de permissione ax fine humilitatis orræ ex lapsu in peccatum necassariò requirens eandem pœnitentiam, & non præcisè ex casu in vaniale ob rationem datam.

Secundò etiam principeliter arg. ad probendum quòd non solum ex necessitate non debeat permissio esse ex intentione pœnitentiæ, sed etiam quòd repugnet esse ex illa. Penitentia non est amabilis, nisi supposita parmissione peccati, ergo nequit hæc esse ex amore pœnitentię, conseq. tenet, quia si semel permissio supponitur ante illam debet esse priùs volita, ac proindè nequit asse volita ex amore illius, eliàs esset, & non esset volita priùs. Antec. verò prob. 1. Quia pœnitentia est bonum occasionatum ex malo, argo nequit amari non supposita permissione mali: conseq. patet, quia bonum occasionarum dicitur, quod per se non est amabila, sed tantum facta suppositione mali, à quo occasionatur. Ant. atiam constat, quie pœnitentia est virtus de peccato præterito, ergo ast bonum occasionatum ax malo.

Urg. hoc ax simili de medecina, nam quia hæc est bonum occasionatum ex infirmitate prudens medicus non vult illem, nec de ille curat, nisi prævisa, aut supposita infirmitate, argo quia pariter pœnitentia est bonum occesionatum ax permissa peccato, nequit intandi non supposita, vel non priùs volita permissione.

Secundò Prob. idam principale ant. Si Deus vellet pœnitentiam ante peccatum, vel permissionam ejus, dicaretur velle saltem virtualiter illud, consequens est alianum, ergo non ita vult illam. Prob. ma. Vella pœnitentiam, ast velle destructionem peccati, sed quòd non est, non destroitur, ergo si Deus priùs vult pœnitentiam, siva vult illam anta prævisionem, vel permissionem peccati, debet priùs velle existentiam illius, cum impossibila sit dastrui non supposita ejus existentia. §. Expl. hoc. Si quis vellet matariam Eucharistiæ ut convartendam in substantiam Corporis Christi, aut etiam vellat combustionem statuæ compositæ ex papyro cum pulvere sulphureo, tenetur priùs velle productionem, vel existentiam utriusque matariæ, itaut impossibile sit velle alteram converti, & alteram destrui, non priùs volita, aut supposita eadem utriusque productione, vel existentia, tum impossibile sit convarti rem aliquam in aliam, aut destrui, quando nondum est, sive in re, sive in intantione, ergo non potest verificari, quòd priùs yelit Deus pœnitantiam, non priùs volito peccato, aut supposita permissione ejus. §. Tertiò Prob. idem antec. Non stat, quòd permissio peccati, ametur, vel eligatur ex fine pœnitantię priùs intentæ, non volita, aut amata utilitate reperta in permissione peccati ad finem pœnitentiæ, cum non alirer conducat ad illam, sed hæc utilitas amari nequit non volitu peccato, argo nequit aligi permissio peccati ex fine pœnitentiæ non volito peccato. Prob. mi: Permissio peccati constituirur utilis ad finem pœnitentiæ ratione peccati, sed nequit amari utilitas non volita, aut non amata forma constitutiva ejus ergo.

Urgentur hęc, & simul explicantur formando duas consequentias, quas nobis opponunt. Prima est, ut jam insinuavimus, quòd permittere malum propter remedium videtur intentio incongrua, & dissona rationi, sed si permittatur peccatum ex fine pœnitentiæ secundum suam rationem formalem reduplicativè acceptæ, jam intenditur malum, aut permittitur propter remedium, cum pœnitentia sit remedium contra malitiam peccati, ergo voluntas permissiva illius ob finem pœnitentiæ reduplicativà acceptæ videtur incongrua, vel dissona retioni.

Secunda est. Voluntas permissiva mali, ut proximè etiam dicebamus, non est voluntas destructiva illius, sed magis opposita destructioni, sed voluntas apponendi remedium ast voluntas destructiva mali, ergo nequit una ex alia originari, nec præcisè permitti malum ex fine remedii, seu pœnitentiæ.

Ad hoc patet primò solum inferri possa prioritatem permissionis in genere causæ meterialis, & quòd ratione peccati, non ut voliti, sed tantum permissi sit volita pœnitentia, quæ duo optimè cohærare constat sufficienter ex dictis. Sed prætereà dist. ant. primò, non supposita permissione in genere causæ matarialis vel occasiunalis conc., in omni ganere, nego: solutio patet ex superioribus. Secundò dist. idem ant. Non supposita, aut connotata permissiona peccati, vel axistenria ejus, ut statim declarabitur, conc., præsupposita nego. Ad 1. prob. concesso ant. ut explicatum est, dist. conseq. priori distinctione, non supposita in genera causæ matarialis, vel occasionalis conc., in omni genere, nago. Vel irerum dist. non potest amari non connotando pru alio posteriori existantiam peccati, conc., non supponendo priùs volitam, vel permissam in genere intentivo, sive ut præintanta in illo permissione ejus, nego. Vel sub aliis tarminis dist. illud, non potest amari executivè, conc., ut terminus intentionis, nego, sufficit enim prout sic, quòd connotet illud pro alio posteriori extiturum. Ad illius prob. similiter dist., quòd per se non est amabile in ordine executivo, transeat, val conc. in intantivo nego, & videtur manifestari in actu humilitatis, qui occasionatur ex peccato, & quasi ab illo specificatur; hìc anim actus exercitè nequit intelligi, non supposito exercitè peccato, & tamen in opposita sententia Suarea potest intendi humilitas sine suppositione peccati cum sola connotatione ejus, ergo idam affirmari potest de pœnitentia.

Quòd si instes. Nam quia pœna supponit culpam, & ulus, vel actus puniendi ast actus justitiæ originatus ex malo culpæ, nec intentivè potest præcedara ad culpam, sed pœnitentia est quædam peccati punitio, ergo nac intentivè potest præcedere ad illud.

Respond. dist. ma. si sermo sit de pœna præcisè ut imporrat rationem mali, transeat, vel conc. sed tunc est de subjecto non supponente, quòd pœna prout sic præcisè dicatur amabilis, aut ametur à Deo, sine intentivè, sive executivè; si verò sermo sit de illa, prout est actus justitiæ vindicativæ Dei, nego, nam

hac

hac ratione est bonum, & dicitur per se intendi ante culpam executivè, & huic actui justitiæ comparantur actus pœnitentiæ, & ideò potest intendi ante prævisionem, vel existentiam peccati, cum sola ejus connotatione. Sed de his infra de reprobatione.

Ad confirm. ejusdem probat. ex paritate medicinæ, respond. non esse alienum, quòd aliquando excellens Chirurgus ob finem manifestandi efficaciam alicujus antidoti infliget, vel permittet infligi aliquod vulnus, vel sumptionem veneni; unde etiam poterit sapiens medicus ex intentione firmioris sanitatis permittere infirmitatem aliquem levem, & ante illam intendere medicinam, quia etiam infirmitas est medium ad firmiorem sanitatem, & hoc modo potest similiter intendi pœnitentia ad firmiorem gratiam obtinendam, ante prævisionem, vel existentiam peccati cum sola connotatione ejus, ut dictum est, juxta posteriorem modum dicendi, vel cum sola prioritate in genere causæ materialis, vel occasionalis juxta priorem, & magis conformem ad superiora, sicut in eodem simili dicitur de medicina.

Ad 2. prob. principalem neg. ma., sive sequelam illius; ad prob. dist. me. Est velle destructionem, intentivè, conc., si solum executivè, neg., & concessa mi. dist. conseq., si vellet executivè, conc., si solum intentivè, neg., nam ad hoc satis est, quòd ex eadem intentione originentur permissio peccati, quo posito in exercitio, sequatur pœnitentia exercitè; val quod permissio præcedat, ut dictum est, in genere causæ materialis. §. Ad explicat: constat etiam ex dictis esse manifestum discrimen, nam utraque materia, sive convertenda, sive destruenda à Deo est, non tantum permissivè, sed effectivè, unde supposito, quòd semel velit Deus conversionem unius, & destructionem alterius, tenetur omninò velle productionem utriusque, si neutra ad. hoc est; cœterum peccatum, quæ est materia destruenda per pœnitentiam sequitur ex permissiona divine logicè infallibiliter, itaut benè valeat. Est permissio peccati à Deo ergo peccatum erit, licet à creatura, ut vidimus, physicè eliciatur, unde ad finem pœnitentiæ, quem priùs Deus intendit, satis est, quòd ex ille intentione sequatur permissio peccati, quòd voluntas creata operatura est. Unde in forma conc. ant., nego conseq.

Ad 3. nego mi. quia cum prædicta utilitas sit veluti extrinseca, ut dicebamus, seu proveniens ex divina misericordie, sive ex Deo sic miserente, & ordinante ad magis bonum prædestinati, & non ex natura permissionis, vel peccati, (imò ex hac parte magis fieret proclivior ad ulteriores lapsus juxta illud D. Greg., peccatum, quod citò per pœnitentiam non deletur, suo pondere trahit in aliud) non est necessarium, quòd volite utilitate, velit etiam peccatum. Præterquamquòd ut sæpè dictum est, cum peccatum pro formali malitiæ, vel deformitatis sit adæquatè extra ambitum causalitatis divinæ, etiam si diceretur eadem utilitas aliquomodo oriri ab intrinseco ipsius permissionis, vel peccati, adhuc non teneretur illa volita, velle etiam peccatum, sed tantum permittere illud, & solum velle, & producere illius entitatem, supposita voluntate ejusdem permissionis, ut in superioribus explicatum est. Unde à fortiori non solum permissio peccati, ex misericordia Dei, sed & ipsum peccatū cooperari potest in bonum electi absque eo quòd Deus vellit ullo modo illud.

Et per hæc patet ad prob., ad quam neg. me., nam licet Deus dicatur fundare super naturam peccati utilitatem conducentiæ ad finalem perseverantiam prædestinati, ex sua tamen misericordia facit illud conducere ad illem, cum magis ex sua natura ad damnationem perduceret, ut dictum est.

Ad confirm. ex his pariter resp., ad 1. conseq. dist. ma. Permittera malum propter remedium cum intentione evitandi imposterum efficaciùs omne malum, neg., sine tali intentione, transeat, vel conc. ma., & dist. mi. Si permittatur propter remedium præcisè, & aliud non intendat, transeat, vel conc.; si propter majus bonum infirmi, vel pœnitentis electi, ob vitationem scil. occasionum, que perseveret in bono, vel accepta gratia, ut explicatum est, nego. Sic enim non est præcisè ob experimentum remedii, sed ob altius bonum, ad quod remedium, sive pœnitentia ob sui excellentiam Deo miserenta conducit. §. Ad 2. concessis præmissis dist. consequens, non potest una originari ex alia, attenta Dei misericordia, ut dictum est, neg., attenta eorum natura conc. Sic enim permissio peccati magis est effectus reprobationis, utpotè tendens ad damnationem; sed ax Dei misericordie, ut vidimus ex D. Tho., conducit ad sanationem.

Tertiò arg., & est replica. Voluntes effic. ex destruendi peccatum, nequit compati cum voluntate permittendi illud, sed voluntas efficax pœnitentiæ est efficax voluntas destruendi peccatum ergo non compatitur cum voluntate permissiva illius, ac proinde nequit una etiam extrinsecè originari ex alia. Prob. ma. Voluntas efficax destruendi peccatum contradictoriè opponatur saltem illetivè, voluntati permittendi illud, ergo nequit omninò componi cum illa. Prob. ant. Quia per legitimam consequentiam infernotor ex illis duo contradictoria, cum una destruat, quod altera infallibiliter infert, scil. esse, & non esse peccati, unde una est simul cum non esse illius, altera verò componitur cum illo, ergo impossibile est posse unam esse ex fine alterius, cum finis unius sit destructivus finis alterius.

Resp. val neg. ma., vel dist., nequit competi intra eundem ordinem, transeat, vel conc., intra diversum, scil. intentivum, & executivum, neg. Ad prob. similiter dist. ant. contradictoriè opponitur, intra eundem ordinem, iterum transeat, vel conc., intra diversum, neg.; licet ergo voluntas executivè, siva in exercitio destructiva peccati non componatur, sed magis contradictoriè opponatur voluntati permissivæ illius, quia simul una in exercitio destrueret, quod altera ædificaret, sive infallibiliter inferret; voluntas tamen intentivè destructive optimè componitur cum altera permissiva, quia nempè esse peccati permissi ut sæpè dictum est, potest ex divina misericordie ordinari ad majorem detestationem, & consequenter ad majorem fugam, sive ad majorem perseverantiam in non esse illius per firmiorem gratiam. Et instatur argumentum in voluntate ille intentiva destruendi statuam compositam ex papyro, & pulvere sulphureo, quæ sine ulla repugnantia componitur cum voluntate productiva illius. Unda etiam SS.PP. in Eremo advitendum otium hebebant simul voluntatem intentivam destruendi, quod aliàs tempore vacuo, ax palmis, vel similibus materiis construere volebent.

DISPUTATIO QUARTA.

De causalitate prædestinationis in ordine ad bona supernaturalia.



IN duplici differentia sont hujusmodi bona supernaturalia, de quibus est difficultas, nam alia se tenent ex parte finis, ut glorificatio, & quæ ad illam consequuntur tanquã proprietates, ut amot baetificus gaudium & fruitio de Deo viso, impeccabilitas æternitas, & inemissibilitas. Alia verò ex parte eorum, quæ conducunt ad finem prædestinationis, ut vocationes externæ, & internæ, auxilia sufficientia, efficacia, gratia non interropta per peccatum, & etiam interrupta, sed post modum per pœnitentiem recuperata; actus supernaturales etiam ut procedunt à libero arbitrio, & similia beneficia supernaturalie. De his ergo agendum est in hac disputatione, & primò quidem de glorificatione, & justificatione, secundò de aliis enumeratis.

QUÆSTIO PRIMA.

An glorificatio, justificatio, & vocatio sint prædestinationis effectus.



QUoad 1. part. de glorificatione negant Durand. in 1. dist. 41. q. 2. num. 19. Vega verò, & Gabriel ibidem affirmant ex opposito de sola glorie, & nullam gratiem tantam dignitatem habere, ec proin de nec perseverantiam finalem esse effectum illius. Idem autem Bonaventura de gloria, & de gratia tantum justificante affirmat. Sed Thomistæ communiter de prædictis enumeratis, scil. tam de gloria, quàm de gratia, vel justificatione non interrupta, & vocationibus efficacibus afferunt esse prædestinationis effectus.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio de glorificatione.

GLorificatio est effectus prædestinationis. Est jam commonis sententia contrà Duran., & sumitur ex illos ad Rom. 8. Ubi expressè, ut vidimus, inter effectus illius enumerat glorificationem. Quos prædestinavit, inqoit, *hos, & glorificavit*. Unde sic arguitur. Nam quia Apostolus mentionem facit ibi de vocatione, & justificatione, fatetur Durandus has esse effectus illius, ergo quia pariter mentionem facit de glorificatione, hæc etiam erit effectus prædestinationis, nam eodem modo docet Apost. glorificationem sequi ad prædestinationem, sicut sequuntur justificatio, & vocatio.

Dices quòd verbum illud, *glorificavit*, juxtà antiquos codices scripturæ, idem est, quòd *magnificavit*; imò hæc vox habetur in illis, & non glorificavit. Deus autem magnificare dicitur prædestinatos per famam, & bonum nomen, vel etiam per dune, & carismata divinitatis date ad operandum, onde licet dicantur etiam magnificari in Patria per gloriam, aut per visionem beatem apud Deum, cui immobiliter uniuatur, non tamen ad operandum, ut proficiant, & magnifici appareant apud homines in ordine ad illum finem, ut intendit Deus eos magnificare intrà hanc lineam prædestinativam.

Sed hæc solutio multipliciter deficit: primò quidem, quia magis attendenda est nostra vulgata, utpotè inter cœteras correctissime quàm antiquiores Codices, sed in nostre vulgata habetur verbum *glorificavit*; ergo istud potius eligandum est, quàm magnificavit. Ex quo impugnatur sic. Nam editio nostra vulgata cœtetis præferenda exposuit antiquum verbum *magnificavit*, per glorificavit, sed istud in sensu rigoroso importat glorificationem patriæ, ergo de hac loqoitur Apostolus, dum affirmat esse effectum. §. Secundò. Quia non solum D. Th. ibidem, sed etiam Aug. lib. de prædest. SS. cap. 17., & alii PP. eodem modo exponunt, vel extendunt ad magnificationem per gloriam, cum nulla sit repugnantia stando adhoc in eadem voce, ergo quamvis adhuc retineretur in volgata, non esset excludenda magnificatio per gloriam. Undè concludit ibi D. Th. *Tertiò ponit magnificationem. Hos & magnificavit. Et hoc dupliciter, scil. per profectum virtutis, & gratia; alio modo per exaltationem gloriæ......*

Tertiò, quia multi ex prædestinatis non consequuntur modo in via hanc magnificationem per famam, & bonum nomen, sed manent obscuri, vel ignoti, ut legimus de D. Alexio, & similibus, ergo non est restrictivè explicandus Apost. de magnificatione præsenti. §. Quartò. Nam ex eo colligimus ex Apostolo justificationem esse effectum, quia sequitur vocationem efficacem, quæ est effectus prædestinationis, sed non minus infallibiliter sequitur glorificatio justitiam, seu gratiam non interruptam, (quæ pariter effectus prædestinationis est ut constabit infrà) & suppono ex fide, ergo si vocatio, & justificatio ex Apostolo effectus illies sunt, pariter erit glorificatio.

Urg. totum hoc. Nam mejor est connexio inter magnificationem patriæ pervisionem, & duos priores effectus vocationis, & justificationis, quàm inter eosdem, & magnificationem viæ per famam, & bonom nomen, sed hæc posterior magnificatio ità connectitur juxtà solutionem quòd enumeretur inter effectus, ergò à fortiori erit annumeranda inter illos. Prob. ma. Tum quia de fide est hominem justum perseverantem in gratia usque ad mortem esse consecuturum gloriam juxtà illud *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*, sed non tenemur sic affirmare de magnificatione per famam, & bonum nomen, cum possit quis aliqdando sic me-

magnificari in via, & finaliter deficare, ut facilè exemplis ostendi potest ergo. Tum quia, ut proximè dicebamus, plures sunt efficaciter vocati, & justificati, & tamen caruerunt præsenti magnificatione ergo,

Ad id verò, quod subditur de magnificatione per Charismata, & alia supernaturalia dona, ut exponunt Chrisost. homil. 15., & alii SS. PP. in idem cap., nihil obstet, imò retorqueri potest. Nam sicut loquuntur de magnificatione per eadem dona, pariter addunt, & loquuntur de adoptione per gratiam consumatam juxtà Apost. ibidem, & ipsi intrà nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, ergo similiter juxtà illos exponi poterit de magnificatione per dona viæ, & patriæ, cum nulla sit oppositio, ut dictum est. Sicut ergo adoptio de duplici adoptione rectè exponitur, quia sic optimè intelligi potest scriptura secundum duplicem sensum literalem inter se non oppositum, sic etiam rectè exponi potest magnificatio de duplici magnificatione perfecta, & imperfecta, scil. viæ, & patriæ. Quibus addi potest, quòd cum Apostolus in priori verbo locutus fuisset de justificatione in via, congruentiùs videbatur loqui in posteriori de justificatione, quæ habetur per adoptionem perfectam in patria.

Ratione prob. concl. Glorificatio est effectus providentiæ supernaturalis, cum sit à Deo Autore supernaturali, at non est à providentia supernaturali, vel communi bonis, & reprobis, nec à reprobativa, ergo à prædestinativa; conf. tenet, quia non est alia assignabilis; mi. quoad 2. par. de reprobativa (cum hujus terminus ultimus sit negatio gloriæ,) supponitur; quoad 1. verò de communi, vel purè supernaturali etiam constat, nam hæc dicitur versari tantum circa media sufficientia, & non inferentia finem,

Dices in favorem Durandi posse quidem dici effectum providentiæ prædestinativæ, si sumatur prædestinatio secundum quòd includit voluntatem efficacem dandi gloriam, quæ ratione accipitur impropriè, non tamen si sumatur propriè, & rigorosè, prout scil. tantum respicit media juxtà illiùs definitionem, nempè quòd est præparatio beneficiorū Dei &c., & de hac negat Durādus, quòd sit efficax volitio glorificationis. §. Sed contrà hoc est primò. Nam si glorificatio non est effectus prædestinationis rigorosè, & propriè acceptæ, seù providentiæ imperativæ (in qua formaliter consistit, ut ostensum est) reducenda erit tanquam effectus ad primam intentionem efficacem dandi gloriam prædestinato, seù ad volitionem, qua primò voluit Deus dare illi gloriā consequens est falsum ergo magis erit effectus prædestinationis propriè acceptæ. Sequela patet, quia juxtà Durand. nulla est alia actio assignabilis, ad quam sit reducibilis, ut effectus, nam omnis alia præter intentionem efficacem gloriæ est electiva mediorum, vel imperativa, aut executiva illorum, ut constat ex dictis, hac autem ratione negat esse effectum juxtà solutionem prædestinationis rigorosè acceptæ, quia hæc solum est de mediis, ergo solum prout sic reduci potest ad primam illam intentionem efficacem dandi illi gloriam; mi. verò prob. Quia voluntas intentiva distinguitur à voluntate executiva, sed voluntas effectiva gloriæ est voluntas executiva illius, ut patet, cum sit voluntas in exercitio collativa illius, ergo nequit pertinere ad priorem voluntatem intentivam. §. Urg. hoc. Quia ut iterum patet ex superioribus voluntas effectiva, seù collativa gloriæ in exercitio supponit imperium, istud autem est actus providentiæ, & prudentiæ versans circa media, ergo glorificatio juxtà solutionem erit effectus voluntatis executivæ directè per providentiam versantem circa media, ergo non est excludenda à ratione effectus prædestinationis propriè acceptæ, ex eo, quòd hæc solum versetur circa media.

Secundò impugnatur solutio, (& est alia efficax ratio pro conclus.) Ad prædestinationem propriè acceptam pertinent omnia media requisita ad positionem glorificationis in re, sed ad hoc inter cætera media potissimè requiritur lumen gloriæ, unio divinæ essentiæ cum intellectu per modum speciei intelligibilis, & auxilium efficax per modum aplicationis intellectus ad visionem, ut vidimus priori tom. ad quæst. 12., quibus positis infallibiliter sequitur glorificatio, ergo erit effectus prædestinationis, cum ad hanc solum pertineat positio mediorum: conseq. tenet. Quia voluntas, vel causa effectiva mediorum in exercitio, ad quæ sequitur infallibiter positio finis, ponit etiam in exercitio finem, ut patet, ergo si prædestinatio ponit in exercitio prædicta media, ad quæ infallibiliter sequitur glorificatio, ponet etiam in exercitio glorificationem, tanquam effectum sui. §. Explic. hoc. Nam in quolibet intentione efficaci finis v. g. sanitatis acquirendæ voluntas effectiva, vel executiva mediorum, ut in re ponatur sanitas, dicitur etiam effective sanitatis, ergo si prædestinatio, seù providentia imperativa mediorum ad consecutionem gloriæ, efficit hujusmodi media, ad quæ sequitur infallibiliter glorificatio, hanc etiam afficiet, ut sui effectum.

Dices esse latum discrimen inter prædicta media ad finem sanitatis, & ad finem glorificationis, quòd ista meritoriè, vel moraliter tantum concurrunt, illa verò physicè, undè mirum non est, quòd efficiens media ad sanitatem, physicè etiam sanitatem efficiat, non tamen efficiens media ad gloriam, efficiat physicè gloriam, cum ergo prædestinatio imperet merita, ex quibus quantum libet excellentibus meritoriè tantum, & moraliter causetur gloria, non sequitur physicè illam efficere.

Sed contrà hoc est, primò quia inter media concurrentia ad gloriam, seù visionem beatam, necessarium est, ut proximè dicebamus, lumen gloriæ, auxilium efficax aplicativum ad illam, & concursus speciei intelligibilis, sive divinæ essentiæ gerantis munus illius, sed hæc ut patet ex dictis ibidem, physicè, & non purè moraliter, vel meritoriè concurrunt ad illam, cum neque sit ampliùs ibi status merendi, ergo sicut efficiens media ad sanitatem, physicè efficit illam, pariter efficiet physicè gloriam concurrens ad universa media illius.

Secundò, & urg. præcedens. Nā qu. à gratiæ sanctitas est effectus physicus tenemur illi assignare causas physicas, sed etiam glorificatio est effectus physicus, visio enim Dei, actus realis est, licet sit intrà animam, ergo illi pariter assignandæ sunt causæ physicæ, ergo sicut voluntas causarum physicè concurrentium ad sanitatem est voluntas effectiva illius pariter providentia imperativa mediorum, (scil. prædestinatio,) erit imperativa glorificationis, & consequenter physicè effectiva illius, undè non tantum erit prædestinatio de mediis moralibus, seù moraliter concurrentibus, sed etiam de physicis jam relatis, seù physicè causantibus illam.

Tertiò, & simul explicatur præcedens. Nā glorificatio est effectus divinæ Omnipotentiæ physicè ab illa procedens, ergo est etiam effectus physicus providentię prædestinativæ. Prob. conf. quia divina Omnipotentia, & omnis actus ejus dirigitur, & imperatur à divina providentia, sed glorificatio, non dirigitur, nec imperatur ab alia providentia, nisi à prędestinativa, ut patet ex dictis, & adhuc constare poterit ex dicendis, ergo si est effectus physicus omnipotentiæ erit etiam providentię prędestinativę. Et quidem non videntur posse hæc duo componi, quòd prædestinatio ex conceptu sui definitivo sit præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur &c., ut rectè subdit laudatus recantior, & quòd ad illam solum pertineant media, vel beneficia moralia, seu moraliter tantum concurrentia, & non omnia, seu etiam physicè, vel physica, quia media, quibus infallibiliter physicè, vel certissimè non correspondet gloria, non dicuntur congruè aplicari tanquam efficacia, vel infallibiliter, & certissimè illam inferentia ut revera sont media, quæ ad prædestinationem spectant, ut patet ex eadem sui definitione. §. Ex his iterum prob. Concl. contra Durand. Nam ad glorificationem concurrunt omnia requisita, seu quæ desiderari possunt ad rationem effectus illius ergo. Prob. ant. quia est intenta ex fine prædestinandi, & manifestandi attributa Dei: relucet enim misericordia, dum in gratia misericorditer datur radicatur; deindè justitia, dum correspondet meritis, ut justitia; Tertiò omnipotentia, dum Deus ipse mentibus beatorum illabitur, seu immediatè communicat se ipsum per modum speciei intelligibilis impressæ, & expressæ, sed non est aliud assignabile, quod desiderari possit, ut latè ex dictis constare potest, ergo nihil deest ad illam in ratione affectus intrà hanc lineam. Poterat etiam ex eisdem superioribus probari contrà alios affirmantes de sola gloria, & gratia justificante, non de aliis mediis enumeratis, sed de his dicamus infrà, ne eadem repetamus.

§. I I.

Solvuntur argumenta contrà praecedentem Conclusionem.

PRimò argum. precipuo fundamento in favorem Durandi jam insinuato. Prædestinatio est solum de mediis, & non de fine, ut patet ex proximè tradita ejus definitione, in qua dicitur, quòd est præparatio beneficiorum, quæ sunt media, non verò beatitudinis, quæ est finis, nam est hæc effectus illius ergo. §. Ad hoc ex dictis dist. ant., de mediis efficaciter inferentibus illam, conc., non efficaciter, nego. Et instari potest in omni imperio de mediis efficaciter inferentibus suum finem, sub quo non tantum cadunt effectivè media, sed etiam finis, imò ex eo, quòd cadunt media sic efficaciter conducentia, cadit etiam effectivè finis, ut ostensum est, unde generaliter verificatur, quòd imperium, aut voluntas de mediis efficacibus ad aliquem finem ponit in executione finem, Juxtà quam doctrinam accipienda est definitio illa D. Thom., quòd prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Ex qua etiam poterat iterum distingui; est de mediis, & non de fine, tam mediatè, quàm immediatè, nego, immediatè, transeat, vel conc.; nam quamvis immediatè dicatur esse de mediis, saltem tamen mediatè est etiam de fine.

Sed instas, ut suprà. Licet voluntas, vel imperium mediorum physicè concurrentium ad finem, sit etiam effectivum illius, non tamen si sit tantum de mediis moraliter, vel meritoriè concurrentibus, sed prædestinatio est imperium de istis, ergo non ponit effectivè gloriam. §. Dices iterum ut suprà non tantum esse de illis, sed de aliis etiam concurrentibus physicè, ut sunt lumen gloriæ, & alia enumerata. §. Sed contra hoc est; nam lumen gloriæ, & alia hujusmodi, quæ spectant ad patriam, non se habent per modum medii, sed præmii, ergo solum versatur prædestinatio circa media moraliter tantum concurrentia: Conseq. tenet, nam quæ se habent per modum præmii, magis obtinent rationem finis, quàm medii, ut patet, cum præmium se habeat per modum termini, non viæ, ad quam spectat medium, ergo solum versari potest circa media præsentia, seu meritoriè concurrentia: Hinc etiam prob. antec. Quia lumen gloriæ ibi, gratia, & unio Divinæ essentiæ per modum speciei intelligibilis pertinent ad statum consumationis, sed hic est status præmii, non medii, & viæ ad ulteriorem terminum, ergo. §. Urg. hoc. Nam inter Theologos est quæstio de voluntate efficaci dandi gloriam, an præcedat voluntatem efficacem ponendi media efficacia ad illam, ut constabit infrà, sed si prædicta tria obtinent rationem medii respectu gloriæ, otiosa est, vel statim cessat eadem quæstio, quia cum ad illa tria necessitate physica sequatur gloria, sive visio beata, nullus nisi otiosè dubitare potest, quòd voluntas beatificandi præcedat voluntatem dandi eadem tria, sicut nullus dubitare potest, quòd voluntas sanandi præcedat voluntatem dandi medicinam, ad quam physicè necessariò sequatur sanitas, ergo non se habent ut medium, sed magis ut præmium.

Resp. præcedenti instantiæ bene ibi dictum esse. Ad replicam dist., & explico antec. per modum præmii, non ultimi, conc., ultimi, nego, nam ultimus est visio beata, in qua essentialiter gloria consistit; ad hanc verò, ut suprà de visione dictum est, præcedere debent illa tria in ratione principii effectivi, unde licet in his incipiat præmium, vel remuneratio meritorum, sive gloria tanquam in causa, adhuc tamen prout sic nundum intelligitur, vel nondum habetur, aut incipit in se ipsa, & ideò possunt se habere ut medium ad præmium ultimum, sive ad gloriam in se ipsa. Per quod patet ad illius probationem. Nam licet pertineant ad statum consumationis, & consequenter termini, est tamen in illo latitudo penès rationem termini non ultimi, & ultimi, scil. simpliciter, in quo consistit visio, & quo consumatur ultimò simpliciter beatitudo, quia cum hæc formaliter in operatione, sive in actu secundo consistat sola visio, utpotè etiam suprema, ac perfectissima operatio dicitur habere rationem termini ultimi simpliciter in eodem statu. §. Et quamvis probabile sit cum Cajet. (ut ibidem insinuavimus,) Divinam essentiam non uniri intellectui ut formam intelligibilem in habitu, sed ut actu exercentem rationem formæ intelligibilis, à qua proindè inseparabilis est actualis visio, vel intelligere, & ideò intelligere, seu actualem visionem non ponere in numero cum illa in ratione termini, sed se habere, ut unū integrū terminum, adhuc tamē sont alia duo activè, vel efficienter concurrentia ut mediū, quod satis est ad intentū.

Ad

Ad confirmat. resp. controversiam inter Theologos ut etiam advertit etiam M. Ferre hic §. 2., in eo præcisè non consistere, sed in hoc, ut dicetur infrà, an voluntas efficax dandi gloriam, debeat præcedere voluntatem dandi merita, & quia cum istis non sic physicè necessariò connectitur gloria, sicut connectitur cum tribus prædictis in patria, adhuc restat locus quæstioni circa eandem prioritatem unius voluntatis respectu alterius.

2. Arg. Effectus prædestinationis est objectum illius, sed glorificatio nequit esse objectum prædestinationis, ergo neque effectus. Prob. mi. Tum quia objectum prædestinationis est objectum electionis, sed hæc versatur circa media, non circa finem, vel gloriam, ergo nec prædestinatio respicit illam, ut objectum, & consequenter neque ut effectum, sed sed versabitur circa media. Tum quia gloria est objectum intentionis efficacis conferendi illam, ergo neque est objectum electionis, nec prædestinationis; conseq. constat, quia tam electio, quàm prædestinatio, ut patet ex dictis, supponunt intentionem efficacem gloriæ, cum sequantur ad illam. Unde non videtur ullo modo posse gloriam assignari ut effectum prædestinationis, si semel est objectum ejusdem intentionis, nam ex vi istius jam constituitur futura, & non ex vi prædestinationis consequentis.

Ad hoc etiam ex dictis dist. ma., est objectum mediatum, vel immediatum, conc., præcisè immediatum nego, & dist. mi. nequit esse objectum, immediatum transeat. mediatum, nego mi., & conseq. Ad 1. prob. dist. mi. non circa finem, vel gloriam, immediatè, conc., mediatè, nego, sicut enim prædestinatio, quia est immediatè de mediis, quæ in executione efficaciter inferunt finem, dicitur esse mediatè de fine, ita electio immediatè respiciens media efficaciter conducentia ad finem dicitur esse mediatè de illo juxta meritum sui ordinis, scil. intentivi, & executivi, sive proximè, & remotè, seu inchoativè, & completè, ut dictum est, nam quoad hoc est eadem ratio prædestinationis, & electionis.

Ad 2. prob. dist. ant. est objectum intentionis efficacis in suo ordine, sive intentivo, conc., executivo, subdistinguo, immediatum, nego, mediatum, scil. mediante electione, & prædestinatione præparativa, & imperativa mediorum, conc., sic enim nihil obstat esse objectum illius mediatum in executione. §. Ad id verò, quod subditur, nempè jam constitui futuram, si semel esset objectum illius, patet ex dictis, solum constitui futuram imperfectè, & incompletè ex vi illius, non completè, & perfectà, sic enim constituitur per prædestinationem. Et instari iterum poterat argumentum in qualibet intentione efficaci finis, nam ex vi illius saltem initiativè habetur futuritio finis, & tamen hæc completur per media secuta ad illam; unde executioni mandata dicuntur illum efficere.



§. III.

Statuitur secunda Conclusio de justificatione, vel gratia interrupta, & vocatione efficaci.

Dona, vel beneficia hujusmodi supernaturalia interrupta per peccatum sunt effectus prædestinationis, non solum ut reparata per pœnitentiam, sed etiam ut primò collata. §. Pro intelligentia adverto justificationem, vel gratiam, per quam justificamur, seu justi constituimur apud Deum, tripliciter considerari posse. Primò ut est continuata usque ad finem, & nunquam interrupta per peccatum, postquam à Deo collata est; vel quia licet interrupta fuerit per subsequens peccatum, posteà tamen reparata est, & post reparationem perseverat in subjecto sine interruptione usque ad finem vitæ. Secundò accipi potest ut interrupta, & tunc adhuc dupliciter; nempè vel in quantum interruptio est pœna à Deo inflicta propter peccatum commissum; carentia enim gratiæ ut est à Deo, induit rationem pœnæ; vel prout tenet se ex parte peccatoris, sive ut ab eodem procedit, & importat rationem maculæ, quæ vel est essentia peccati habitualis, vel ejus complementum juxtà diversitatem modi dicendi. Tertiò considerari potest gratia secundum primam sui infusionem, sive ut primò collata est, non considerata ejus interruptione, sed specificè accepta, quæ tamen de facto reparatur postea, & reparata continuatur usque ad finem vitæ.

Si ergo loquamur de justificatione primò modo accepta nullus dubitat esse effectum prædestinationis, nam de illa procedit, eadem est ratio, ac de perseverantia finali, quam certissimum est esse effectum illius. Tum quia inter beneficia, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur, potissimum est, ut patet, finalis perseverantia, prædestinatio autem, ut sæpè dictum est, est præparatio hujusmodi beneficiorum, ut constat ex ejus definitione. Tum quia illi conveniunt omnes conditiones ad hanc rationem requisitæ, nempè quod sit effectus Dei, & cum effectu ad vitam æternam conducat, & quòd oriatur ex intentione efficaci dandi gloriam, ergo sicut certum est de perseverantia finali esse effectum pariter erit de gratia sic perseveranter conjuncta cum illa, ut etiam innuit Apost. 3. illo 8. ad Rom., ubi annumerans effectus illius, inquit, *quos prædestinavit, hos & vocavit, hos & justificavit*. Opportet autem, quòd hæc vox *justificavit*, accipiatur saltim pro justificatione secundum quòd continuatur usque ad finem vitæ, nam hæc est, quæ maximè numeranda est inter effectus prædestinationis, ut per se patet. Per quod etiam constat vocationem efficacem continuatam, & conjunctam cum eodem dono perseverantiæ esse prædestinationis effectum; nam similiter vocatio aliqua supernaturalis significatur ab Apostolo, voce illa, *vocavit*, tanquàm effectus illius, sed inter cæteras potissima vocatio est, quæ est vocatio efficax, quæ scil. continuatur, & conjungitur cum eodem dono, ergo saltem hæc erit effectus.

Si verò sumatur secundo modo, seu secundum posteriorem ejus considerationem prout importat maculam contractam per peccatum, certum est etiam

non esse effectum, cum effectus Dei non sit, sed magis quid pertinens ad lineam deformitatis moralis: secundum verò priorem prout interruptio, vel carentia gratiæ importat rationem pœnæ à Deo inflictæ propter peccatum, constabit infrà, an sit illius effectus; sed similiter videtur discurendum ut supra de permissione peccati. Difficultas ergo præcipua est de justificatione tertio modo accepta, & eadem est etiam, ut insinnavimus, de vocatione efficaci, & gratia sanctificante, dicturi q. seq. de vocatione inefficaci, cujus adhuc difficilior est resolutio.

His suppositis, prima pars conclus., scil., quòd prædicta dona prout sic sint effectus prædestinationis, patet ex proximè dictis, tum ex Apost. Tum quia nulla deest illis ex conditionibus ad rationem effectus illius, ut ostensum est ergo sunt effectus.

Secunda verò pars, quam negant Vasquez, Alarcon, Valentia, & alii, nempe quòd non solum secundum se, ut præscindunt ab interruptione, sed etiam prout in hoc statu secundum primam eorum collationem sint effectus, sumitur ex verbis illis Apost. ad Rom. eodem c.8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti* quæ verba de prædestinatis exposuit Aug. lib. de Corrept. & Gratia c.9. tom.7. docetque ideò dixisse Apost., his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti: hoc est secundum propositum voluntatis Dei vocati sunt, ut essent Sancti usque in finem. Unde ad eadem verba post medium cap. præmissis prioribus, scil. *Diligentibus Deum &c. subdit sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono usque in finem non permanere mox addidit, his qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Hi enim in eo quòd diligunt Deum permanent usque in finem, & qui ad tempus inde deviant, revertuntur, ut usque in finem perducant, quod in bono esse cœperunt.* En quomodo loquens etiam de deviantibus, seu cadentibus, hoc quoquè, quòd in bono esse cœperunt, sive bona ut primò eis collata, ad prædestinationem, referat tanquam effectum illius, & æterni propositi, secundum quod vocati sunt Sancti. Et quidem verba illa, *omnia cooperantur in bonum*, de aliquibus oportet verificari, at non de reprobis, ergo de prædestinatis intelligendum est, quòd omnia, quæ illis aplicantur, in bonum finem, ad quem ordinantur, referenda sint.

Ex quibus præoccupatur solutio dicentium fortè, debere quidem intelligi prædicta verba de prædestinatis non omnibus, sed de illis, qui post acceptam primam gratiam usque in finem vitæ in illa perseverant; cum etiam loquatur, ut dictum est, de deviantibus; quod adhuc ampliùs declarat, & confirmat paulò infra dicens. *Talibus Deus diligentibus eum omnia cooperantur in bonum, usque adeò prorsus omnia, ut etiam si qui eorum deviant, & exorbitant, etiam hoc ipsum faciat eis proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores. Discunt enim in ipsa via justa cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua, non movebimur in æternum.* En iterum, quòd apertissimè loquitur non solum de primò venientibus ad viam justam, & perseverantibus in eo usque in finem, sed etiam de deviantibus ab illa, & ad eam redeuntibus, & omne eorum bonum tam in ingressu, & perseverantia, quàm in reditu refundit ad idem propositum prædestinativum.

Urg. hoc ex his, quæ addit de Davide, nam postquam docuit qua ratione ambulare oporteat coram Deo cum timore, & tremore, ne declinemus à via recta. Subdit. *Non enim habebat hunc timorem & tremorem, qui dicebat, in abundantia mea, non movebor in æternum. Sed quia filius erat promissionis, non perditionis, expertus, Deo paululum deserente, quid esset, Domine, inquit, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiam humilior &c.* Quod ferè immediatè post, explicans ulteriùs sic concludit. *Factus est ergo conturbatus, ut se inveniret, & humiliter sapiens non solum æternæ vitæ, verum etiam in hac vita piæ conversationis, & perseverantiæ, in quo spes habenda esset, addisceret.* Ita S. Pater. Ubi manifestè docet interruptionem gratiæ in Davide ad finem perseverantiæ, & consecutionem gloriæ illum perduxisse, quia humilior, & doctior resurexit ad præcavendas occasiones peccati, & recognoscendo in quo sperare debebat ad consequendam perseverantiam, scil. in Deo, & non in propria virtute.

Id ipsum tradit D.Th. lect.6. ad idem c., & hìc ar.2. 5., & 8., & 3. p. q.89. ar.2. ad 1. ubi sic egregiè discurrit. *Dicendum quòd non omnibus diligentibus cooperatur hoc ipsum, quòd per peccatum ab amore Dei cadunt, quòd patet in his, qui cadunt, & nunquam resurgunt, vel qui resurgunt iterum casuri. sed his tantum, qui secundum propositum vocati sunt Sancti, idest prædestinatis, qui quotiescunque cadunt, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia semper in majori gratia resurgant, sed quia resurgunt in permanentiori gratia, non quidem ex parte ipsius gratiæ, quia quantò gratia est major, tantò de se est permanentior, sed ex parte hominis, quia tantò stabiliùs in gratia permanet, quantò est cautior, & humilior, unde gloss. ibidem dicit*, (scil. Aug. eodem cap. *quòd ideò proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt, atque doctiores.* Ita D. Tho. ad mentem D. Aug. loquens de prædestinatis, sive de eorum bonis etiam post lapsum, & universaliter acceptis, quia omnia semel collata illis procedunt ex eodem proposito, quo vocati sunt Sancti, sive prædestinati quo nempè ea contulit, ut finaliter starent, sive cadendo, sive non cadendo, ut tandem ad vitam æternam illis mediantibus perduceret.

§. IV.

Ratione probatur Conclusio quoad eandem secundam partem.

Dona etiam sic collata dicunt ordinē ad perseverantiam finalem, ac proindè ad gloriam, ergo. Cons. tenet, nam ideò negant, quia existimant prout sic non dicere talem ordinem, & consequenter adhuc non distinguere prædestinatum à reprobo, ant. autem prob., nam in prima collatione producuntur ut via, & medium ad illum finem, ergo non præscindunt ab ordine ad illum, conseq. iterum tenet, quia adhuc est via, & medium, ut ex sui conceptu quiditativo ordinetur, & tendat ad finem. Ant. verò prob. Quia in prædestinato ità est, quòd sunt via, & primum medium, ergo ita conferuntur, conseq. patet, quia non aliter conferuntur, quàm sint. Antec. etiam

con-

constat ex Apost., ubi supra, quia in prædestinato omnia cooperantur in illius bonum ad eundem finem, ergo sunt via, vel initium viæ, aut medium ad illum.

Urg. hoc. Nam prædicta dona etiam ut primò collata ordinantur à Deo ad finem prædestinationis, sive ad eundem finem perseverantiæ, & gloriæ, ergo etiam prout sic dicunt ordinem ad illum. Prob. a it. Deus prædestinans, & ad vitam æternam transmittens, omnia media, quæ illis aplicat, ordinare debet ad talem finem, si rectè loqui velimus secundum decentiam Divinæ providentiæ, ut innuit etiam Apost. locis relatis, nam de vocatis Sanctis secundum propositum maximè verificatur, quod omnia cooperantur in bonum, sci. ex ordinatione Divina, ut e plicatum est. Quod etiam videtur manifestum in quolibet viro prudente semel intendente aliquem finem, nam indecens, vel indignum illi esset apponere media inutilia, vel contraria fini intento, sed hoc ipso, quòd prædicta dona ut primò collata licet interrupta, non sunt effectus prædestinationis, ut volunt contrarii, (repuplicativè prout sic sunt inutilia, vel contraria eidem fini, cum non influant prout sic, imò aliquomodo retardant ut sic interrupta, consecutionem illius, vel non permittant profectum, seu progressum ad illum, ergo indecens videtur asserere quòd Deus etiam, ut primò collata non ordinet ad talem finem.

Urg. ulteriùs: nam eadem, ut primò collata cum effectu conducunt ad illum finem, ergo etiam prout sic sunt ordinata ad illum, cons. tenet, quia nequeunt conducere non ordinata, nisi velimus, quòd conducant à casu, Ant. verò constat ex communi doctrina Theologorum, quòd gratia, & merita per peccatum mortificata per sequentam pœnitentiam reviviscant cum eodem jure ad gloriam, & consequenter, quòd aliquis gradus gloriæ huic gratiæ, ut primò collatæ correspondeat, ergo etiam ut primò collata, (& idem est de aliis hujusmodi donis, ut dictum est, & adhuc constabit infra loquendo etiam de vocationibus, de quibus similiter militant hæ rationes,) influit, & conducit ad illam.

Dices tamen his omnibus, quòd licet, ità sit, quòd ordinentur, & ut ordinata conducant in re, & cum effectu ad illum finem, non tamen sic ordinantur, & ut ordinata conducunt quasi præcisivè, vel se ipsis immediatè, sed mediante recuperatione, & perseverantia ad illum, unde in prima sui collatione præcisivè ab his non sunt præparata, vel collata ex efficaci intentione dandi gloriam, quod ut constat ex dictis, est necessarium ad rationem effectus prædestinationis.

Sed hæc solutio jam præoccupata est. Nam indecens censetur sapienti provisori non ordinare medium ab initio ad finem, per quod in re illum consequitur, quomodocunque in progressu sit interrumpendũ, nisi velimus in prima illius collatione etiam præcisivè sumpta procedere à casu, vel quòd intendat alium finem non connexum (de quo infra) quod est impossibile præcipuè respectu Dei prædestinantis, aliàs ad hunc desserviret, vel conduceret in re, & non ad illum prædestinationis, cum impossibile sit frustrari efficacem Dei intentionem, ergo etiam prout sic sunt collata ex efficaci intentione gloriæ.

Expl., & urg. hoc ex doctrina, qua 3. p. q. 1. ad ar. 3. similem solutionem impugnavimus distinguentem inter motivum intentionis, & executionis, & asserentem de isto loqui PP., quando afferunt Deum habuisse remedium peccati pro motivo Incarnationis. Unde instatur sic. Prædicta dona sic primò collata, aut præcisivè sumpta secundum primam sui collationem cadunt sub aliquo motivo, aut fine intento à Deo prædestinante, at non est aliud assignabile motivum, aut finis distinctus à gloria, aut non connexum cum illo, ergo etiam, ut primò collata procedunt à Deo ex intentione efficaci dandi gloriam: ma. patet nam omne agens intellectuale debet habere aliquod motivum, vel intendere aliquem finem, si semel sapienter, aut prudenter procedit, & non à casu, quod nephas est de Deo oppositum asserere. Hinc etiam prob. mi. Nam in re exequuntur eadem dona propter motivum istud, & finem, ergo in omni signo, vel secundum omnem sui considerationem fuerunt intenta ex eodem motivo, & fine gloriæ, aliàs secundum aliquam fuissent executa à casu, & præter intentionem. Neque etiam intentio illa sic primò conferendi fuisset efficax, quia de facto respiciens illa prout sic non movit ad executionem, nec movebit in tota æternitate: quòd si efficax non fuit, sed voluntas antecedens, ergo ex vi illius nunquam fieret collatio gloriæ non existente interruptione, sicut in simili arguimus ibidem de motivo remedii, si solum fuisset motivum executionis, & non intentionis, vel non efficaciter intentum, quod similiter ex vi intentionis illius nunquam fieret incarnatio non existente peccato.

Ex his impug. secundò solutio, & evertitur fundamentum contrariorum. Ex eo prædicta dona, ut primò collata non sunt ex efficaci intentione gloriæ, quia ad illam non conducunt, nisi mediante recuperatione, sed hoc non obstat, ergo ex illa procedunt. Prob. mi. primò. Quia id non tollit, quin ut sic primò collata non fuerint efficaciter intenta, ut connexa cum eadem recuperatione, nam de facto exequuntur, vel conducunt executivè ut connexa cum illa, ergo nisi iterum velimus conducere à casu, debent priùs esse efficaciter intenta, ut connexa, sicut etiam arguimus ibidem, quòd licet sint alia motiva incarnationis, quia tamen fuerunt executa ut connexa cum motivo remedii, fuerunt pariter intenta efficaciter, ut connexa, cum illo.

Secundò. Quia gratia etiam continuata usque ad mortem non conducit ad gloriam nisi media continuatione, sed hoc non obstante, adhuc ut primò infusa provenit ex efficaci intentione illius, ergo.

Tertiò. Quia etiam gratia congrua, (ut vocant) non habet conducere nisi mediante actu elicito consensus nostri, ut suppono in opposita sententia Vasquez, & aliorum asserente illam non habere efficaciam in actu primo, nisi connotato nostro consensu, sed nihilominus id non obstat, quin sit effectus prædestinationis præparatus à Deo ex efficaci intentione gloriæ, ergo.

Quartò. Quia interruptio per culpam optimè componitur cum hoc, quòd est esse ex eadem efficaci intentione, ergo non est ob hanc interruptionem excludenda ab illa. Tum quia nulla est assignabilis sufficiens ratio hujus incompossibilitatis. Tum quia interruptio per culpam non tollit perseverantiam gratiæ in acceptatione Divina juxta superiorem communem doctrinam, quòd cum propriis meritis reviviscat, ergo.

Sed licet etiam daremus non procedere ex intentione efficaci, sed solum esse inefficaci adhuc nequeunt

qoennt eedem excludare à ratione effectus, cum hoc ipsum sufficiat ad istam io sententia Vasquez, ut rectè ad hominam advertit hic Illustriss. Godoy. Quod verò subdit Alarcon io favorem illius, quòd non neget de gratie, ut dicit ordinem ad perseverantiam finalem, sed præcisivè ab illo. In primis, ut idem opponit, oec opposita senteotie affirmat esse effectum præsciodendo à tali ordine, unde dum consentit de illa prout sic succumbit oneri, & argomeoto facto, veræqua adhæret sententiæ. Tum quia ut jem insinnavimus, & hic Author satetur, aedem est ratio quoad hoc de giatia contiouata, & de interrupta, quòd neotra est affectua, nisi cum ordine ed eandem perseverantiam, sed nihilomioùs Vasquez statuit expresse discrimeo ioter utramqua in hoc, quod prior ut primò collata est effectus, posterior, vel interrupta non, ergo noo rectè distinguitad mentem sui præceptoris. §. Tum qoia ut etiam ostensum est, hoc ajus effugium est de sobjecto oon supponeote, quòd primò conferatur line tali ordine, vel sine cooocexione ad recuperationem, sicut non confertur altera perseverans sine eodem ordioe, vel connexione ad continuationem.

Tertiù. Prob. concl. qooad idem tatiooe jam insinuata pro priori parta, & simul uigentur hæc omnia. Gratiæ ut primò collatæ (& idem similiter est de aliis donis) etiam ut interruptæ conveniunt conditiones requisitæ ad rationem effectus prædestinationis, ergo est illius effectus. Prob. ant. Quia est à Deo ut effectus, & beneficium ejus; daindè conducit atiam ut primò collata ad finem prædestinetionis; & demum si semel confertur ut condocens ad illum, præparator ex efficaci intentiooa illius ergo. Ant. de prime conditiooe est certum, cum sit potissimum donum inter supernaturelia: Deindè etiam constat ex dictis, nam aliàs ut vidimus, esset communicata à casu, si commonicaretur ut conduceos efficaciter ad gloriam, & noo esset afficaciter intenta ex fioe gloriæ, & præcipoè in sententia concedenta prædestinationem originari ex ioteotione efficaci cooferendi gloriam. De secuoda argo, de qua specialiter militat difficultas probo supponeodo gratiam primò collatam posse dopliciter accipi, uno modo secundum quòd procedit cum merito gloriæ, sive ot principium meriti illins, ot quando confertur adultis extrà Samentum justificatis medio actu ex eadem procedente in primo instenti justificationis ejus; secundò prout confertur pueris ente usum rationis per Baptismum sioe ullo eorum actu, vel merito, & posteà interrumpitur in primo instaoti usus rationis per traosgressionem præcepti convarsionis ad Deum, supposita sententia D. Thom., quòd teneatur in eodem sub mortali se convertera ad illum; Prob. ergo de gretia primo modo accepta (nam de posteriori dicemus infrà:) Gratia sic primò collata est principinm meriti gloriæ, & ejua intuitu datur, ergo ast collata ut cum effectu conducens ad illam, & consequenter cum gloria sit finis gratiæ, erit effectns illius in genere causæ finalis, ac proiodè erit prout sic collata ut conducens ad illam; utraque hæc posterior conse,. teoent; & simul etiam probaotur cum prima; nam merita ut dicebamus, semper manent in acceptatione Divina, quamvis deiodè interrumpantur per peccatum, undè eo remisso, ratione cujus mortificantur, respondet de facto illis præmium, ergo si semel (tunc confertur ut principium meriti, confertur ut conducens ad illum finem.

Urg. hoc. Gratiæ sic primò collatæ retiona meriti ex illa originati, quamvis posteà per peccatum interrupti, correspondet gloria, recuperata gratia per pœoitentiam, ergo proceduot à Deo pront sic, ut conducentia ed illam; conseq. patet, & ent. prob.; nam merite revivisccre, idem ast, quòd peccato mortificeota remisso, illis correspondeat gloria, aliàs nec merite dicereotur manere ia ecceptatione Divioe, nec daretur reviviscentia meritoria, qood est alienum à commuoi consensu, ot dictum est, & ostenditur io materia de pœnitentia.

Huic ratiooi præter solutiones jam impugnatas; dices ulteriùs, noo stare, quòd gretia semel interrumpatur, aut casset per peccatum, & quòd voluntas Dei collativa illius, quando primò infuoditur, oriatur ex fioe prædestioationis, qoia cessante gratia cessat voluntas conservativa illius; (Hæc enim non cessat, nisi ratione effectuum, quos conservat, quatenus scil. cessat à conservatione eorum, sicut nec dicitur Deus aliqnid da novo producare, quasi actio prodoctiva sit da novo in illo, sed quia effectum de novo producit:) noo cessaret autem, si ut primò collativa gratiæ esset ex eodem fine, cum finis iste perseveret respectu prædestinati.

Sed cootrà hoc est. Nam licet dicamus gratiam cessare physicè, sive quoad physicam entitatem, non tamen cessat quoad effectum meriti, cum merita maneant, ut dictum est, in acceptatione Divina, ergo licet pariter cesset voluntas conservativa illius physicè sumptæ, idest, à conservetiooe physicæ illius entitatis, non tamen à coonservatione suorom effectuum, vel meritorum, argo cum retione istorum cooducat ad gloriam optimè poterit voluntas primò collativa illios origineri ex fine prædestinationis.

Major est difficultas de gratia à Deo collata ab initio, vel in prima sui infusione, absqua eo quòd de facto tunc principiet aliquod meritom; hac enim ratiooe affirmamus de gratia participante illud, licet daindà interrumpatur: unde ratio dubitandi ex opposito est, quia si semel interrumpitur, cassat utroque modo tem physicè, quàm meritoriè, ac proindà etiam voluntas conservativa ejus tam quoad antitatem, quàm quoad effectom meriti, ergo tunc non poterit prima ejus iofusio oriri ex fine prædestioctionis, vel gloriæ, quia tunc nulla gloria, vel gradus ejus illi prout sic correspoodet, sed solum gratiæ, in qua da novo prædestinatus resurgit, & conseqoenter ut priomò collata non conducit ad illam, cum in illa prout sic, si oon est principium meriti, non sit elius modos cunducentiæ.

Hæc difficultas, ut inquit laudatus recentior gravissimorum DD. torquet ingenia; aliis afferentibus, quòd gratia collate in Baptismo absqoe dispositiooa prævia, si amittatur per peccatum, & posteà homo se disponat ad illam recuperendam, non tantum resurgit in gratia, ad quam se disposuit, sed etiam in gretia primò collata per Baptismum, & ideò dicunt, quòd gratie primò collata qoamvis non principiet meritum, adhuc temen potest esse effectus prædestinationis, quia saltem ut recuperata principiat illud.

Sed hoc videtur voluntariè dictum. Nam D. Tho. qu. illa 89. proximà relata ex 3. p. eodem art. a. in corp. universeliter, & absq; ulla distinctione afferit, quòd *secundum quod motus liberi arbitrii est intensior, vel remissior in pœnitentia, & secundũ hoc pœnitens consequitur majorem, vel minorem gratiam*. In quibus verbis nullem facit mentionem de gratia aliqua hic,

&

& nunc conferendo adulto resurgenti nisi juxtà dispositionem præsentem liberi arbitrii, quæ est sola gratie noviter advenieos per pœnitentiam, & non antique, vel primò collate absque ulla dispositione per Baptismum, unde videtur manifestè sentire, quòd hæc non recuperatur semel amissa, cum neque videatur assignabile fundamentum, quòd eadem semel deperdita, & non manens, ut dictum est, in acceptatione Divina posteà redeat, aut recuperetur, cum in tantum redit altera, in quantom manent ejus merita in illa, & hac etiam ratione salvatur primò conferri ex fine prædestinatioois.

Alii ergo ob hanc replicam generaliter asserunt, omnem gratiam interruptam per peccatum adhuc manere in acceptatiooe Divioa, sicut merita alterius gratiæ principiantis illa, unde sicut illis antecedenter mortificatis per peccatum in resurgente per gratiem correspoodet gloria, ita etiam correspondet gratiæ primò collatæ, quamvis non fuerit principium meriti.

Sed hic etiem modus dicendi videtur alienus à doctrina D. Thom. ibidem art. 5. ad 3. Quod tale erat. *Opera in charitate facta merentur gloriam secundum quantitatem gratia, vel charitatis; sed quandoque per pœnitentiam homo resurgit in minori gratia, vel charitate, ergo non consequitur gloriam secundum meritum priorum operum, & ita videtur, quod opera per peccatum mortificata non reviviscunt*. En argumentum, quod manifestè intendit probare merita noo reviviscere. & assumit pro medio gratiam semel amissam non reviviscere. Et respondet. *Ad 3. dicendum, quòd ille, qui per pœnitentiam resurgit in minori charitate, consequitur quidem præmium essentiale secundum quantitatem charitatis, in qua invenitur; habebit tamen gaudium majus de operibus in prima charitate factis, quàm de operibus quæ in secunda fecit. quod pertinet ad gaudium accidentale*. In quibus videtur clerè docere, quòd gratia, quæ non fuit collata ex vi præseotis dispositionis, esto fuerit prindipium meriti, de qua ibi loquitur, non resurgit, nec ei correspondet gloria, vel prœmium essentiale, nisi juxtà quantitatem istius, ergo quæ nec habetur ex vi sequentis dispositionis, nec fuit principium alicujus meriti, ut supponitur primò collata per Baptismum, & de perdita in primo instanti usus rationis, nullo modo videtur reviviscere, nec prœmium illi io Patria correspondere. Nam D. Tho. in sui solutrone supponit posse dari, quòd quis, v.g., habuerit gratiam ut sex, & illa amissa consequatur gretiem solum ut duo, & tunc asserit tantum assequi prœmium gloriæ ut duo, & consequenter quòd gratiæ primò collatæ secundum se non correspondeat aliquid de prœmio essentieli. Addit tamen, quòd de operibus in prima charitate factis habebit maius gaudium, quàm de factis in secunda, quod pertinet ad prœmium eccidentale, unde operibus in prime charitete factis, & non charitati secundum se, non respondere asserit prœmium aliquod in gloria, quia nempè gratia primò collate non sic perseveret in acceptatiooe Divina, quando interrumpitur, sicut opera mortificata per peccatum in charitete facta, quod est oppositum priori modo dicendi: Unde ex verbis D. Thom. videtur absolutè, & immmediatè concludendum, quòd gratiæ primò collatæ non correspondet gloria, si nullum prout sic principiet meritum, & consequenter, quòd ed finem prædestinetionis non ordinetur, nec conducat.

Omissis ergo his modis aliter solvi potest difficultas jux à doctrinam illius ibidem art. e. jam relatam ad 1., nempè quòd eadem gratia ut primò collata secundum se ipsam, præscindendo ab eo quòd sit principium, seù principiet meritum, vel non, ut in casu posito dicitur de collata in Baptismo, & quòd deindè amittatur in ingressu ad usum retionis, sive in sententie D. Thom., quòd non se convertat baptizatus ed Deum, sive aliter supponatur peccare mortaliter, adhuc sit effectus prædestinationis, quia adhuc prout sic ad finem illius conducit, in quentum voluntas illa prima Dei, seù primò collativa gratiæ, à qua homo recedit, continuatur cum voluntate permittendi peccatum, & voluntate resuscitandi illum, non quidem semper cum minori gratia, sed magis perseverante, quatenùs resurgit humilior, & doctior, seù cautior, & consequenter in gratia magis proportionata, & conducente ad finem prædestinationis, qui est gloria, ut subtiliter expendit idem recentior; Et videtur expressa doctrina ibi D. Thom. Proponit namque ibi argumentum ad probandum, quòd homo semper in gratie constitutus, si in peccatum cedat, saltem in virtute æquali deindè resurgat, & nunquam in minori, quod procedebat sic. Dicit Apost. ad Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Ubi dicit gloss. August. *Quòd hoc adeò verum est, ut si qui bonum deviant, & exorbitent, etiã hoc ipsum Deus faciat eis in bonum proficere, sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute, ergo videtur, quòd pænitens nunquam resurgat in minori virtute*.

Cui respondet ut suprà. *Ad 1. dicendum, quòd non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum, hoc ipsum quòd per peccatum à Dei amore cadant. Quod patet in his, qui cadunt, & nunquam resurgunt, vel qui resurgunt iterum casuri, sed his tantum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, idest prædestinatis, qui quotiescunque cadunt finaliter tamen resurgunt*. Et deindè ut vidimus, subjungens modom, quo in bonum prædestinatorum cedat casus illorum è gratia, sic prosequitur. *Cedit eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia in maiori gratia resurgant, sed quia resurgunt in permanentiori: non quidem ex parte ipsius gratiæ, (quia quantò major est gratia, tantò de se est permanentior) sed ex parte hominis, quia tantò stabiliùs in gratia permanet, quantò est cautior, & humilior*. Unde Gloss. ibidem subdit, *quòd ideò proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt, atque Doctiore*. Ità D. Thom. conformiter ad doctrinem D. August. superiùs relatam.

Ex quibus formetur argumentum sic pro superiori resolutione difficultatis. Illud est effectus prædestinationis, quod est Dei beneficium de facto conducens ad finem illius, sed de gratia primò collata prædastineto, licet ab initio non fuerit principium meriti, vel non principiaverit illud, & deinde etiem interrumpatur per peccetum, adhuc tamen secundum suem entitatem de facto conducit, & connectitur cum eliis mediis conducentibus, ergo est effectus illius. Ma, com conseq. patent ex dictis: mi. verò prob. ex superiori doctrina D. Thn. Quia collatio prima gretiæ & si non principiet meritum, & interrumpatur conducit ad hoc, quòd cadens ab illa videns priorem ejus statum nobilissimum, in quo erat, & existimabet se stare; & posteriorem, vel infimum, in quem Deo paululum deserente cecidit

hu-

humiliatur à Deo antore gratię magis subjicitur ac proinde cautior, doctior, & permanentior in illa resurgit, sed iste est effectus maximè conducens connexivè ad illum finem ergò: premissæ patent ex eadem utriusque SS. Doctoris tradita doctrine: ma. quidem tum exemplo Davidis, & aliorum prædestinatorum priùs cadentium, & posteà resurgentium. Tum quia ex consideratione utriusque status, & proprii lapsus à priori, manifestè concipiunt infirmitatem propriam, ac proindè urgens hebent motivum se Deo subjiciendi, & humiliandi: mi. etiam nam quantò humiliores, & cautiores fiunt, tantò firmiores, & permanentiores in gratia resurgunt, sed hæc firmitas, & permanentie maximè conducit, & connectitur cum eliis mediis conducentibus, ut patet, cum sit valdè proportionata, ut dictum est, ad eundem finem, ergo & resurgere cum majori humilitate, & vigilantie ex peccato ad gratiam ad finem prædestinationis ordinetur. Ex his etiam, ut constabit infrà, infertur non solum de vocationibus efficecibus, sed etiam de inefficacibus. At non immoremur, ne eadem repetamus.

§. V.

Solvitur primum Argumentum.

PRimò arg. Gratiæ ut primò collatæ, si interrumpatur per peccatum, deficiunt duæ conditiones ed effectum prædestinationis requisitæ, ergo non est effectus illius. Prob. ant. Quia si interrumpatur, non procedit ex voluntate efficaci gloriæ, & consequenter non conducit ad illam, sed istæ, ut dictum est, sunt potissimæ conditiones ad illam requisitæ ergo. Prob. ma. quoad primam: si supponatur, quòd electio ad gloriam (de quo infrà) sit post prævisa merita. Nam in hac sententia prędestinatio antecedit electionem ad gloriam, ergo nequit gratia primò collata esse effectus, vel medium ex efficaci voluntate, vel electione ad illam, conseq. tenet, quia si semel prædestinatio antecedit hanc electionem, & est post prævisa merita, jam omnia pariter media antecedunt illam, ergo cum unum ex mediis sit gratia primò collata, non poterit hæc ex electione efficaci ad gloriam procedere.

Urg. hoc (& est unum ex præcipuis fundamentis Vasquez). Nam gratia ut primò collata, & postea interrupta est communis prædestinetis, & reprobis, sed in his, ut primò colleta non est ex voluntate efficaci gloriæ, ergo neque in illis: consf. tenet, nam quidquid est in prædestinato ex eadem voluntate, distinguit illum à reprobo ergo si gratia, ut primò colleta est communis non potest esse ex hac volnntate: præmissæ etiam constant, ma. quidem, quia pluribus etiam reprobis confertur; mi. autem, quia eliàs consequerentur gloriam: & utrumque innuit D.Th. proximè relatus, dum ait quòd non de omnibus diligentibus verificatur dictum illud Apostol. Rom.8. sed tantum de diligentibus, qui secundum Dei propositum vocati sunt.

Hinc etiam manet probata eadem ma. quoad 2. conditionem, quia id nequit in re, vel cum effectu conducere ad gloriam, quod ex efficaci Dei voluntate ad illam ordinante non procedit. Sed præterà etiam prob. Quia gratia semel interrupta nunquam restauratur eadem numero: tum quia sæpè non reparatur in eadem intentione, ut vidimus ex D.Tho.: tum denique quia sine reparatione non conducit ad illam. ergo tantum erit effectus, ut reparete, & ratione reparetionis, & non ut primò collata, vel secundum suam entitatem.

Ad hoc neg. ant. quoad utramque par., vel conditionem. Ad prob. quoad 1. resp. r. ex Mag. Jo. à S.Tho. disp.9. hic ar.3. quòd adhuc in ille sententia salvari potest esse effectum, quia scil. in prædestinato etiam ut primò collata coordinatur, & connectitur cum aliis effectibus prædestinetionis, ita ut ex omnibus illis sit una tanquam dispositio in illo ad consequendam gloriam juxta idem dictum Apost. at supra explicatum est ex D.Th. ed mentem Aug. scil. Diligentibus Deum, idest prædestinatis omnia cooperantur in bonum. Quomodo verò omnia, si aliquod excluditur de Dei beneficiis? Unde in hac sententia non erit conditio necessaria pro effectu prædestinationis, quòd ex electione efficaci ad gloriā procedat, sed sufficit procedere ex imperio Dei continuante omnia media in prædestinato usque ad finalem perseverantiam. Petet hoc, nam in eadem sententia adhuc prædestinatio debet habere aliquos effectus, ut supponitur, sed eo ipso, quòd sic illā antecedunt, nullus effectus est, qui ex tali electione procedet, ergo in illa sētentia non requiritur pro effectu prædestinationis, quòd ex eadem procedat, ac proinde satis erit, quòd imperetur: prob. mi. quia in ille sententia ut argumentum probat, prædestinatio ex electione efficaci ad gloriam non procedit, ergo ex illa nullus prædestinationis effectus procedere potest.

2. Resp. negendo electionem, vel voluntatem efficacem finis non præcedere electionem efficacem, & imperium de mediis, unde sententia illa, (ut explicabitur infra:) non admittitur, unde si semel gratia ut primò collata secundum suam entitatem continuatur, ut ostensum est, cum cæteris mediis usque ad finalem perseverantiam, tenemur asserere, quòd sit effectus ejusdem electionis efficacis ad gloriam, quam talia media inferunt: sed de hac solutione latiùs infra, ubi ex professò agitur de hac electione ante prævisionem meritorum.

Ad confirmat. dist. ma. est communis præcisivè, vel abstractivè sumpta, transeat, vel conc., concretivè prout in prædestinato subest intentioni gloriæ, & dicit ordinem, & connexionem cum aliis effectibus usque ad finalem perseverantiam, ut dictum est, neg., & quidem hoc argumentum si quid probat, probat solam gloriam, & perseverantiam finalem esse effectum prædestinationis, nam cætera etiam dona, quoad substantiam & præscindendo ab hac connexione, & ordine, vel à continuatione usque ad eandem perseverantiam possunt esse communia utrisque, nam etiam reprobi ut innuit ubi supra, postquam cadunt, possunt semel, atque iterum resurgere, sed non fineliter stare.

Ad prob. quoad 2. part., seu conditionem principalis argumenti; resp. (& quoad 1. ejus prob. jam dictum est.) Ad 2. verò concedo non restaurari eandem numero, imò aliquando, vel multotiès nec in eadem intensione, sed hinc non infertur esse excludendam à ratione effectus, vel ab intentione efficaci gloriæ; quia ut primò collata secundum suam entitatem, vel fuit principium meriti, & tunc dicitur moraliter manere, sive in acceptatione divina, ut explicatum est; vel fuit objectum maximè conducens, ut vidimus, ad humilitatem, & pœnitentiam: & præcipuè etiam considerando, quod tunc

collata est non solum absque præcedente merito, sed absque nullo etiam influxu dispositivo, (cum scil. nihil boni egissemus) conducente ad illius infusionem. Per hanc enim considerationem potissimùm urgeri potest ad se Deo subjiciendum, & ad ferventius invocadam ejus misericordiam, ut se ipsum erigat, si jacet in peccato, vel conservet in gratia, si est in statu illius, & continuet sui amorem.

Sed contra hanc solutionem instas. Nam ex illa sequitur, non magis esse effectum prædestinationis gratiam primò collatam, quàm peccatum, vel offensam Dei, consequens est falsum, ut patet ex dictis, ergo. Prob. ma. Quia juxta illam ideò est effectus, quia revocata in memoriam conducit ad continuationem amoris Dei, & perseverantiam in gratia si in illa fit; vel ad resurgendum, si fit in peccato, sed hoc etiam præstat offensa Deo in memoriam revocata, & maximè resistentia facta Spiritui Sancto, nam ex his etiam excitatur peccator, ut patet, ad pœnitentiam, & detestationem peccatorum, & humiliationem ad Deum injustissimè offensum, quæ sunt effectus prædestinationis, ergo non magis erit effectus prout sic, quàm offensa Dei.

Resp. neg. sequelam. Ad prob. dist., & simul explico ma. ex dictis; quia revocata conducit, & quia aliàs supponitur esse benificium Dei, conc., hoc non supposito, neg. & dist. mi. sed hoc præstat offensa tanquam beneficium Dei, neg., occasionaliter, ut explicatū est, vel ut quid purè permissum conc., & neg. cons. nam etiam requiritur, & primò quidem, quòd sit beneficium Dei, utpotè aliquid ordinabile ad illum, cum prædestinatio, ut sæpè dictum est, sit ordinatio, & præparatio beneficiorum ejus, peccatum autem, cum sit aliquid purè permissum non est capax terminandi volitionem, vel amorem divinum, à quo procedit omnis hujusmodi præparatio, & ordinatio, licet aliquomodo conducere possit per modum objecti ad finem illius, ut explicatum est.

Sed iterum instas contra hujusmodi solutiones. Nam ex illis non infertur, quòd gratia ut primò collata, & secundum suam entitatem sit effectus prædestinationis, sed solum ut interrupta per peccatum ergo. Prob. ant. Ex eo infertur illam prout sic esse effectum, quia conducit ad humiliandum, sed formalis ratio humiliandi non tam est gratia primò collata, quàm casus ab illa, vel peccatū ergo non quia ur primo collata, sed ut interrupta erit effectus. Prob. mi. nam si interrogetur justus post lapsum, quarè humiliatur, non respondebit præcisè, quia habui gratiam, sed quia cecidi, ergo formalis ratio casus gratiam interrumpentis est ratio humiliandi & pœnitēdi, & non tantum gratia secundum suam entitatem, vel ut primò collata, ac proinde non hæc præcisá, sed interrupta erit effectus prædestinationis.

Resp. dist. ant. si ly ut *interrupta* importet conditionem, conc. formalem rationem, vel æquá principaliter concurrat ad constituendum illam in ratione effectus, neg. Ad prob. neg. mi. nam casus concurrit quidem, sed magis ut conditio, quàm formalis ratio humiliandi, aut æquè principaliter sicut gratia, quod patet ex eo, quòd dum justus resurgit post casum, non tam dolet de casu, quàm de gratia, & amicitia Dei per peccatum de perdita; nam sicut quis in aliis honorificis tantò magis dolet, & tantò maior est casus, quantò excelsior est gradus, à quo cadit, ita ut non tam doleat de casu, quàm magis de gradu, vel dignitate amissa per casum, ita in casu tantò amplius dolet de gratia, & amicitia Dei, quæ est maximum hominis beneficium, utpotè importans consortium cum Divina natura, & filiationem adoptivam Dei, quàm de casu, licet ut hæc excitet ad humiliandum, & pœnitendum requiratur interruptio tanquam conditio, sicut requiritur approximatio ad stopam, ut eam ignis comburat, non tamen ut formalis ratio combnrendi, sicut vis ejus calafactiva. Per quod patet ad prob. nam sic planè respondabit justus pœnitens, vel resurgens, si velit esse justus tam sublimis doni æstimator, nēpè quòd ideò potissimùm dolet, quia Dei gratiam, & amicitiam amisit & ejus inimicus constitutus est. Ad hoc autem, ut sic humiliatur, omninò conducit, quòd Deus gratiam illam primò eidem contulerit, & maximè ex summa sui liberalitate, & misericordia, & non ex propriis meritis, quæ præcipuè relucet in prima collatione.

Sed adhuc instas supponendo casum, quòd alicui prædestinato Deus conferat gratiam, à qua deinde cadat, sed antequam peccati pœniteat, repente ad martyrium rapiatur, & tunc eliciendo actum amoris Dei sine memoria peccati in gratia decedat. Tunc sic arguitur. Hic prædestinatus sic in gratia decedens non surrexit humilior ex memoria peccati, ita ut hæc saltem ad majorem humilitatem non conduxit, nec antecedenter etiam gratia ut primò collata potuit ullo modo ad finalem perseverantiam conducere, & præcipuè si non fuit principium alicujus meriti, cum ut recuperata, & amissa in memoriam non venerit, ex qua sic resurgens ad martyrium statim raptus potuerit humiliari, ratione cujus dicimus ad eandem perseverantiam conducere, & esse effectum prædestinationis, ergo ut primò collata non est effectus illius: conf. patet, quia in tantum est effectus, & ad perseverantiam finalem conducit, & consequenter ad gloriam, in quantum ex illa, ut revocata in memoriam post lapsum humiliatur prædestinatos, vel quia fuit principium meriti, ergo si in casu posito nullum illorum reperitùr non erit effectus in prædestinato sic cadente.

Huic instantiæ respondent aliqui, quòd adhuc salvatur esse effectum, in quantum occurret illi memoria in patria, ratione cujus gratias aget Deo pro tanto beneficio sibi collato, sicut enim gloria est effectus, ita etiam omnes actiones ipsam concomitantes debent censeri prædestinationis effectus, & consequenter etiam gratia ut primò collata, secundum quòd ibi revocata in memoriam excitabit ad gratiarum actionem, & ad humiliationem consumatam.

Sed licet hæc solutio rigorosè loquendo salvet gratiam primò collatam esse prædestinationis effectum, eadem ratione, vel modo, quo affirmatur de gloria, non videtur tamen id verificare ad præsens intentum, nam modo specialiter inquirimus, an sit effectus in via, & medium cum cœteris connexum, & conducens ad finalem perseverantiam, & deinde consequenter ad gloriam, & de illa prout sic affirmamus sumpto fundamento ex Apost., quòd diligentibus Deum, scil. prædestinatis, omnia cooperantur in bonum, adjuncta expositione D.Tho., de quo scil. bono loquatur Apost. ubi inquit, *Dicendū quod bonum hominis non solum consistit in quantitate charitatis, sed præcipuè in ipsius perseverantia usque ad mortem*, juxta illud Matt. 24. Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit, ergo juxta D.Tho. ut aliquid sit prædestinationis effectus loquendo de effectibus communicatis in via requiritur quòd in bo-

num finalis perseverantiæ conducat saltem imperativè, quod ut patet, non salvat præcedens solutio.

Deinde (& urg. hoc ipsum.) Nullus homo prudenter intendens aliquem finem apponit media, quę ad illius consecutionem non deserviant, ergo neque à fortiori Deus intendens prædestinata non solum bonum gloriæ, sed etiam finalis perseverantiæ conferret primò gratiam non conducentem ad assecutionem hujus finis.

Aliter ergo resp. sustinendo generaliter etiam de grat a primò collata, sicut & de aliis mediis hic communicatis in via, quòd ad finem prædestinationis deserviant, usque ad finalem perseverantiam. Unde de primò collata in casu opposito dicimus, quòd ille, qui sic cecidit, se priùs humiliavit, & alicuit actum, ratione cujus disponebatur Deo illum sic protegente per loi auxilium, ut deindè eliceret actum amoris, in quo mortuus est. Nam si omnia illi collata beneficia ordinat Deus ex specialissima sui providentia juxtà Div. Thomam de mente Apostoli ad idem bonum perseverantiæ planè illum proteget, ut etiam ex vi ejusdem gratiæ primò collatæ ut ad memoriam revocatæ se priùs humiliet, & consequenter ducatur ad eundem finem. Unde q.ant. hic art.2 ad 4.inquit. *Quòd hominum justorum quodam excellentiori modo Deus habet providentiam, quàm impiorum, in quantum non permittit contra eos evenire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum. Nam diligentibus Deum* (subdit) *omnia cooperantur in bonum ut dicitur Rom.*8., ergo si quia juxta Apostol. omnia cooperantur in bonum, infert D. Tho. nihil evenire ob ejus excellentiorem modum illos protegendi, quod eorum finalem salutem impediat, pariter juxta illum ex eodem motivo nihil eveniet, quod collata beneficia impediat ad conducendos illos in eundem finem, unde nego suppositum, quòd in tali casu, ità rapiatur ad martyrium, ut saltem eorum in communi non habeatur memoria sufficienter ad se humiliandum. Hoc idem argumentum fieri poterat de vocationibus inefficacibus. Sed similiter respond., quòd saltem in communi de illis memoriam habeat, ut gratias agat, & humilietur ad eliciendum ferventissimum actum amoris pro subeundo martyrio.

Quòd si insistat arguens neque hoc contigisse tali prædestinato præcipuè si subitò rapiatur ad martyrium sine intervallo temporis. Iterum nego suppositum, quòd detur talis casus ob rationem datam, & quia ut dictum est, militat contra Apostolum dicentem omnia diligentibus, sive prædestinatis militare in bonum non solum gloriæ, sed etiam finalis perseverantiæ juxtà expositionem D. Tho. Dicendo enim *omnia* nullum beneficium excludit. Quærendus est, ergo modus, quo hujusmodi dona ad illam deserviant nisi velimus Apostolo contradicere. Non est autem alios assignabilis, quàm humilitatis &c. ut ostensum est. Et planè id manifestè constat. Nam si ad mentem Aug. explicat D.Thom. ly *omnia*, ut etiam comprehendat peccata tanquam ordinata, & conducentia ad eandem perseverantiam, quantò à fortiori comprehendet gratiam primò collatam, quamvis interruptam, & vocationes inefficaces, quæ sunt de numero beneficiorum, & non ut aliquid purè permissum, vel occasionale.

Sed contra hæc omnia, ut ampliùs declarentur, placet ulteriùs instare in favorem primæ solutionis ad casum positum, nempè quòd occurrit illis memoria in Patria, ratione cujus excitabitur ad gratiarum actionem, & humiliationem ad Deum, estò actu, vel cum affectu non conducat ad perseverantiam finalem ob defectum memoriæ illius in tali casu. Unde instatur sic. Prima gratia, quando est principium meriti, & si interrumpatur adhuc est effectus, quia meritum manet in acceptatione Divina simul cum gratia informante illud, & ideò illi correspondet gloria accidentalis, estò in illo casu non conducat actu, vel cum effectu resurgentem ob defectum memoriæ illius ad perseverantiã finalem, ergo etiam sic collata licet non sit principium meriti, nec cum effectu conducat ad eandem perseverantiam, poterit ob eandem rationem, scil. gratiarum actionis in Patria esse effectus illius. Unde videmur inconsequenter loqui, & gratis impugnare prædictam solutionem ex defectu conducentiæ ad finalem perseverantiam.

Explic., & urg. hoc. Prior gratia, vel primò collata, & si ei ratione meriti, cujus est principium, correspondeat aliqua gloria, non tamen de facto conducit ad perseverantiam finalem, ergo etiam primò collata, etsi non sit principium meriti, nec cum affectu conducat ad eandem perseverantiam, si semel ei correspondeat in gloria gratiarum actio, erit inter effectus prædestinationis; nam si semel sufficit sola ibi gratiarum actio sine actuali conducentia in via ad perseverantiam finalem respectu prioris gratiæ, ut sit effectus prædestinationis, sine fundamento videmur impugnare primam solutionem ob defectum hujus conducentiæ, & negare rationem affectus respectu posterioris.

Respond. ex superiori doctrina D. Thom. qu.89. 3. p. ar.5. ad 3. concesso ant. dist. consequens, si illi correspondeeret aliqua gloria, sive accidentalis, tanquam præmium, sicut correspondet gratiæ primò collatæ, quæ est principium meriti, transeat, vel conc., si non correspondeat, nego, nam ita est, quòd non correspondet ut præmium sicut est præmium meriti manentis in acceptatione Divina, sed magis dicitur adjungi gloriæ ejus concomitanter non tanquam debita operi prædestinati. Et ideò etiam Div. Thom. dicit in simili ibidem, quòd resurgens in minori charitate, licet non obtineat præmium essentiale nisi in quantitate charitatis, in qua invenitur habebit tamen gaudium majus de operibus in prima charitate factis tanquam præmium accidentale, scil. correspondens merito illorum perseveranti in acceptatione Divina, si videlicet daretur respectu prioris gratiæ esse effectum, non tamen respectu posterioris, quæ non est principium meriti, quia nempè meritum illius manens in Dei acceptatione movet illum ad conferendam perseverantiam in gratia.

Per quod patet ad confirmationem, nego enim ant. quòd non conducat, nam cum sic moveat Deum, prout perseverans apud illum ad dandam eandem perseverantiam, non obtinet rationem effectus per solam gratiarum actionem in Patria sine conducentia ad finalem perseverantiam.

§. VI.

Solvuntur alia Argumenta.

SEcundò etiam principaliter arg. instando in gratia Adami. Nam gratia illius primò collata in statu innocentiæ fuit principium meriti remunarati in gloria, sed neque eadem gratia, nec meritum fuerunt effectus prædestinationis illius, ergo ratio adducta

cta pro concluſ. eſt nulla, conſeq. eſt evidens, & præmiſſæ patent ex dictis, ma. quidem, quia licet non fuerit primò collata ex meritis Chriſti, eidem tamen ut per illum reparatæ corrreſpondet aliquis gradus gloriæ (quia nempè per illum reſtituta fuit, & ideò ex meritis ejus habuit conſumationem gloriæ, ut dictum eſt, non habitura ſine illis. Hinc etiam conſtat mi., quia eo ipſo, quòd non eſt ex meritis Chriſti, anteceſſit ejus prædeſtinationem, ex qua pendet prædeſtinatio hominum, & conſequenter omnis illius effectus.

Explic., & urg. hoc. Quamvis gratiæ Adami in ſtatu innocentiæ correſpondeat aliquis gradus gloriæ, & conſequenter ad finem prædeſtinationis conducat, affectus tamen prædeſtinationis illius non eſt ut illi primò collata, ſed tantum ut reparata, ſed non ob aliam rationem, niſi quia per peccatum fuit interrupta, ergo neque etiam modo in hoc ſtatu gratia hominum per peccatum interrupta effectus prædeſtinationis erit ut primò collata, ſed tantum ut reparata, etiamſi illi ut primò collatæ aliquis gradus gloriæ correſpondeat: ma. iterum conſtat, quia ut dictum eſt, quia cum prædeſtinatio ſubſecuta ſit ad peccatum Adami in noſtra ſententia, in qua Chriſtus non veniſſet Adamo non peccante, gratia illa, quæ anteceſſit peccatum, ut eſt primò collata Adamo in ſtatu innocentiæ non fuit effectus prædeſtinationis Chriſti, & conſequenter nec affectus prædeſtinationis ejus, cum omnis prædeſtinatio hominum poſterior ſit, & effectus prædeſtinationis, utpotè à Chriſto exemplata, & ex meritis illius habita: mi. etiam videtur, certa cum non ſit alia aſſignabilis ratio.

Dices eſſe diſcrimen proximè inſinuatum in argumento inter gratiam primò collatam Adamo in illo ſtatu, & primò collatam nobis poſt lapſum illius, quod eo ipſo, quòd illa non fuit ex meritis Chriſti, nec conſequenter fuit collata ex intentione gloriæ conferendæ illi, & ideò nec fuit intenta ut conjungenda perſeverantiæ finali, niſi ut reparata per Chriſtum, unde ſuppoſito, quòd Chriſtus ſit ſubſecutus ad illam, & ad merita eius, & ad peccatum, non potuit eadem gratia eſſe affectus prædeſtinationis Adami, ſicut nec Chriſti; cœterum noſtra cum ſupponat intentionē gloriæ prædeſtinati, & prædeſtinationem Chriſti optimè potuit præparari à Deo ex vi intentionis gloriæ, ſi ſemel de facto ad gloriam conſequendam conducit.

Sed contra hanc ſolutionem inſtatur ſic. Ergo hæc conſeq. eſt nulla, nempè huic merito per peccatum mortificato correſpondet gloria, ſi reviviſcat, & continuetur uſque ad finem vitæ, ergo hoc mer.tum, & conducit ad gloriam, & eſt ex intentione gloriæ præparatum, ergo poterit dari aliquod medium conjunctum cum aliquo fine, & ad illum ordinatum, & quòd ex intentione illius præparatum non ſit. Id totum conſtat juxta ſolutionem in gratia, & merito ſtatus innocentiæ. Ergo cum hæc conſequentia ſit præcipua, cui innituntur probationes adductæ pro concluſione, ſi ſemel eadem, nulla eſt, nullæ pariter erunt eædem probationes.

Explic., & urg. primò vis hujus replicæ ex dictis. In communi ſententia Thomiſtarum non datur, nec eſt dabilis ſaltem ex natura rei, (quidquid ſit de potentia abſoluta) electio eff..ax medii infallibiliter conjuncti cum aliquo fine non prævia ad poſitionem medii intentione efficaci illius, aliàs eligens tale medium videretur magis à caſu procedere, quàm prudenter, & à conſilio, ut dictum eſt, & adhuc conſtabit infra, ergo etiam implicabit ſaltem attendendo ad naturas rerum collatio gratiæ, & meritorum, in re eis, vel cum effectu correſpondente gloria, non prævia intentione efficaci iſtius.

Secundò gratia primò collata Adamo in ſtatu innocentiæ non fuit orta juxtà ſolutionē ex intentione efficaci gloriæ ipſius ergo nec collata nobis in principio ſi interrumpatur per peccatum. Prob. conſeq. quia ſicut illa Adami non conjungebatur ex ſua natura cum gloria, ſed tantum ut reparata, ita nec aliter conjungitur noſtra cum illa, aliàs etiam in reprobo deberet ſaltem de lege ordinaria conjungi cum eadem, unde non eſſet diſcrimen inter primò collatam huic, & prædeſtinato, quòd patet ex dictis eſſe falſum, ergo ſicut primò collata in ſtatu innocentiæ non eſt ex efficaci intentione gloriæ, nec erit primò collata in hoc ſtatu, ergo ſicut illa, quantum ad primam collationem non fuit effectus prædeſtinationis Adami, nec Chriſti, nec erit primò collata aliis prædeſtinatis, ſi interrumpatur, ſive cum conditione interruptionis.

Tertiò. Nam ad rationem effectus prædeſtinationis in ſententia Authorum ſolutionis traditæ ſufficit gratiarum actio in gloria pro beneficiis collatis in via, ſed non eſt negandum ibidem Adamum gratias egiſſe Deo pro gratia ſibi collata in ſtatu innocentiæ, ergo eadem ratione, vel eſt affirmandum de iſta, vel negandum etiam de noſtra, quantum ad primam collationem.

Prædicta ergo ſolutione in ſua probabilitate relicta, poteſt aliter juxta ſuperiora argumento facto reſponderi, negando mi. ſcil. quòd gratia collata Adamo non fuerit effectus prædeſtinationis eius. Ad prob. diſt., anteceſſit in genere cauſæ materialis, conc., finalis, nego, ſicut ſimiliter de permiſſione peccati ejus dictum eſt, quòd licet anteceſſerit in priori genere, non tamen in poſteriori, juxtà ordinem expoſitum in æterno D. i decreto, ſcil. prioritatis, & poſterioritatis rationis in utroque diverſo genere. Contra verò hanc ſolutionem non militant ſuperiores replicæ, cum ſupponant præfatam gratiam Adami non habuiſſe hanc connexionem cum Chriſto ut præcedente in genere cauſæ finalis, quod non admittit hæc ſolutio.

Cœterum ſi adhuc ſuſtinere velimus priorem ſolutionem, reſpond. diſt. conſequens, poterit dari medium, ortum ex primaria veluti intentione dantis, tranſeat, ſecundum omnem, vel adæquatam ejus intentionem, nego, nam licet gratia primò collata Adamo in ſtatu innocentiæ, ſuppoſito quòd non ſit effectus prædeſtinationis ejus, nec Chriſti, ex primaria intentione Dei conferentis illam non ſit prout ſic ex intentione beatificandi, ſicut eſt noſtra ob diſcrimen adductum, in eo tamen, vel eo modo, quo illi correſpondet gloria ex imperio Dei ſic illam ordinantis dici poteſt, quòd fuerit etiam præparata ex intentione ejuſdem finis, ut correſpondantis illi tali modo ordinatæ, unde non extrahitur ab adæquata intentione gloriæ, ſed ſolum quòd non ſit data ex vi primæ ejuſdem finis, facta eadem ſuppoſitione.

Per quòd patet ad 1. confirmat., per quam magis urgetur præcedens ſolutio, quia revera non eſt dabilis electio medii ordinati ad aliquem finem, niſi aliquomodo ſit intentus eo modo, quo ordinatur, & ei correſpondeat finis ob rationem adductam, nam videretur aliàs ordinari à caſu ad illum. Nec

Vuu 2 puto

puto aliter sentire Authores ejusdem sententiæ, quasi velint excludere omnem intentionem gloriæ, sed tantum, quòd in eadem suppositione non sit collata ex vi primariæ intentionis illius, ut dictum est.

Ad 2. concesso ant. in eodem sensu nego conseq. ob præfatum discrimen, per quod etiam patet ad illius prob., ad quam etiam dicimus, quòd supposito illam Adami prout in illo statu non fuisse effectum, sicut est nostra, ly *ut reparata*, respectu nostræ, ut dictum est, solum reduplicat conditionem, non veluti rationem formalem, quidquid sit respectu illius Adami, non sic primariò tunc intentæ ex vi beatificandi, ut dicitur de nostra, qua ratione, ut dictum est, licet non fuerit illa ut primò habita ex meritis Christi, quia tamen ex meritis ejus restituta est, adhuc habuit gradum gloriæ correspondentem gradui gratiæ habitæ, utpote tunc etiam habitæ ex eisdem meritis, licet semel interrupta in prædestinato expectet reparationem ut conditionem ad illius consecutionem. Unde non tam prout sic differunt inter se, quàm utraque à primò collata reprobis, quia licet dicamus neutram præcisivè sumptā ab ordine ad gloriā, vel perseverantiam finalem non conducat, sicut nec cōducit illa reproborum, nostra tamē ut utroq; modo habita ex meritis Christi, & ut coniungenda cum eodem fine, & illa Adami saltam ut restituta, & conjungenda ex eisdem meritis cum illo, sufficientissimè habent, ut distinguantur ab illa reprobi, vel ut ab isto distinguant prædestinatum, sive Adamum, sive quemcunque alium ex posteris prædestinatis.

Ex his etiam similiter resp. distinguendo claritatis gratia ant. respectu effectus, qui non est beneficium secundum primam collationem non habitum ex meritis Christi, vel ex intentione beatificandi, (ut supponitur apud eosdem Authores de grat. a Adami prout pertinebat ad illum statum,) transeat, vel conc. ant., si sit primò habitum ex illis, vel ex eadem intentione, nego ob rationes jam datas etiam in casu subiti raptus, vel accessus ad martyrium. Sed hæc specialiter etiam in gratiam prædictorum Authorum aliàs doctissimorum, dicta sint.

Tertiò arg. ex eodem Vasquez, & est replica contra superiora. Gratia interrupta non conducit ad finem prædestinationis ex vi voluntatis, qua primò confertur à Deo ergo non est effectus illius secundum primariam ejus collationem; conseq. tenet ex dictis, quia hujusmodi effectus debet esse ex efficaci intentione beatificandi, ast enim altera ejus conditio, ut dictum est. Antec. verò prob. 1. Permissio peccati gratiam interrumpentis non est ex intentione gloriæ, ut probatum supponit, ergo gratia interrupta non conducit ad illam ex vi voluntatis, qua primò confertur. Prob. conseq. si permissio peccati gratiam interrumpentis non est ex intentione gloriæ ergo interrumpit voluntatem infundentem gratiam, ergo ex vi hujus voluntatis gratia primò collata non conducit ad gloriam. §. Prob. 2., & simul arg. hoc ipsum, nam effectus prædestinationis debent esse continui, ergo si permissio medians inter primam infusionem, & reparationem non est effectus illius, nec gratia interrupta erit ex vi intentionis gloriæ primò collata, ac proindè, nec ad illam conducet ex vi illius.

Ad hoc nego ant. Ad 1. prob. nego in primis iterum ant., cujus oppositum jam ostensum est supra. Sed dato transeat ad illud nego conseq. Ad illius prob. patet etiam ex dictis solum interrumpi gratiam physicè in prædestinato, sive quoad illius entitatem, non quoad permanentiam moralem, sive in acceptatione Divina, ac proindè non interrumpit voluntatem Dei quantum ad remunerandum, vel conferendi gloriam, sed solum conservandi eam physicè quoad illius entitatem, quod non tollit, immò infert primam ejus collationem fuisse ex vi ejusdem intentionis gloriæ, ut patet.

Ex his etiam ad 2. dicimus satis esse ad rationem effectus, continuationem moralem, seu in Divina intentione cum perseverantia, & cum gloria, licet physicè interrumpi possit. Unde dist. debent esse continui, physicè, nego, moraliter, vel in eadem acceptatione, & intentione, conc., & nego conseq., vel suppositum illius, quòd interrumpatur secundum hanc posteriorem interruptionem.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum vocationes inefficaces, & actus supernaturales etiam ut procedunt à libero arbitrio sint effectus prædestinationis.

Quoad 1. par. similiter negant Authores relati, Vasquez, & Alarcon, & consentiunt Valentia hic disp. 1. punct. 3. Albiz tract. 3. disp. 4. sect. 2., & Ruiz disp. 25. sect. 2. Quoad 2. verò Henricus. Quod lib. 4. q. 19., Molina hic ar. 4. & 5. disp. 1. membro 8., & alii ex Societate. Sed quoad utramque affirmant jam communiter discipuli D. Thom.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio de vocationibus inefficacibus.

Prima. Vocationes etiam inefficaces sunt effectus prædestinationis in vocatis, seu electis à Deo. Sumitur iterum ex universali illa propositione Apostoli, quòd vocatis secundum propositum omnia cooperantur in bonum etiam hoc ipsum, quòd deviant, scil. etiam peccatum juxta D. Thom., & D. August. ut ostensum est. Unde hic S. Pater lib. 5. cap. 14., & lib. 6. c. 11. id confirmat experimento sui, dum commemorans vocationes inefficaces, quibus restiterat, se excitatum fuisse manifestat ad pœnitentiam, humilitatem, & gratiarum actionem.

Ex his prob. ratione. Quidquid per modum beneficii conducit, vel aliquomodo cooperatur in bonum, vel finem prædestinationis, saltem imperativè est à Deo prædestinante, ut effectus illius, sed vocationes inefficaces aliquomodo per modum beneficii conducunt, & cooperantur in bonum, vel finem illius, ergo saltem imperativè sunt à Deo, ut effectus prædestinationis: ma. patet ex dictis, nam hæc est ratio constitutiva effectus illius, ut explicatum est; mi. verò in qua est difficultas prob. nam vel conducunt adhoc, quòd paulatim emolliunt cor hominis mediatè disponendo illud ad respondendum Deo vocanti, vel objectivè, ut revocatæ in memoriam excitant ad gratiarum actiones, & humilitatem ob resistentiam præteritam, ut dictum est, de D. Aug., ergo sufficientes

ter conducunt, & cooperantur ut sint effectus,

Explic. hoc. Licet vocationes inefficaces, vel auxilia hujusmodi sufficientia non inferant de facto bonam operationem, vel actum perfectum, ad quem dantur per modum sufficientiæ, sive per modum beneficii dantis tantum posse ad illum, ut alibi, & suprà explicatum est, unde componantur, vel componi possint cum resistentia, vel dissensu ex parte recipientis; (in quo distinguntur à vocatione, vel auxilio efficaci;) non quasi dissensus reddat vocationem Dei inefficacem propriè loquendo, sed tantum sit signum, quòd non fuerit efficax; & impedimentum, ne Deus tribuat vocationem efficacem, sive infallibiliter inferentem eundem actum, nihilominùs aliquid præstant illi, quatenùs beneficium Dei sunt, ut per se patet, aliàs illius beneficium non essent, sed non videtur posse aliquid minus præstare, quàm vel mediatè saltem disponere, paulatim emolliendo cor illius, ut tandem Deo vocanti respondeat, & non perpetuò illi resistat; vel objectivè per modum memoriæ excitando ad compunctionem de vocatione neglecta, & consequenter ad gratias reddendas, ad humilitatem, & pœnitentiam, ergo verè influunt aliquomodo per modum conducentiæ in ratione beneficii ad finem prædestinationis.

Dices ex his tantum concludi de hujusmodi vocationibus, quatenus vocatio sunt, qua ratione conducunt, & cooperantur in idem bonum, & finem, non quatenus sunt inefficaces, cum prout sic conducere non valeant, sed sæpè illis non respondeat vocatus, & resistat, ut etiam innuit solutio. §. Sed contra hoc est, nam solutio æquivocat rationem factam, quasi inefficacia sit formalis ratio constituendi vocationem in ratione effectus prædestinationis, sed quia hæc etiam ut contracta ad inefficaciam, sive ut inefficax movere, vel influere potest saltem dispositivè mediatè, vel objectivè per modum memoriæ ad excitandam propriã surditatem, & consequenter ad illam detestandam cognito debito respondendi Deo vocanti etiam inefficaciter, sicut in simili dicebamus de permissione, quæ in carentia, vel negatione gratiæ efficacis supposito auxilio sufficienti consistit. Nam licet hujusmodi negatio non sit veluti formalis ratio constitutiva permissionis peccati in ratione effectus prædestinationis, quasi se ipsa intransitivè, aut præcisivè sumpta sub formali conceptu negationis, vel carentiæ gratiæ, (sic enim conducentia illius magis est ratio constituens, ut explicatum est; nihilominùs per modum objecti veluti *quod* excitat ad cognitionem propriæ infirmitatis, & indigentiæ auxilii Divini, vel ulterioris gratiæ, & consequenter ad humilitatem,) enumeratur inter effectus prædestinationis, ut probatum est, ergo pariter inefficacia vocationis, seu vocatio ut inefficax simili modo excitare potest ad cognoscendam propriam ingratitudinem, eamque detestandam per viam humilitatis, & pœnitentiæ, vel dispositivè remotè tangendo cor ejus, vel objectivè eam repræsentando, Eò vel maximè, quòd in opposita sententia sit efficax dependenter à consensu illius prævisο, unde urgentiùs possunt excitare ad detestationem propriæ surditatis.

Secundò prob. concl. Ratione, qua suprà etiam ostensum est de gratia primò collata, & urg. præcedens. Vocationes inefficaces in prædestinato ordinantur à Deo in finem prædestinationis, ergo sunt effectus illius. Prob. ant. Sunt aliquod beneficium in illo, ergo ordinantur à Deo in finem prædestinationis; ant. est certum, unde sæpè redarguuntur homines de contemptu hujus beneficii. *Vocavi, & renuistis &c. Quoties volui congregare &c., & noluisti &c. Vos Spiritui Sancto* scil. pulsanti, & vocanti *semper resistitis &c.* Conseq. verò prob. Deus prædestinans homines, & ad vitam æternam transmittens omnia media, vel beneficia illis aplicata, vel collata ad talem finem ordinat, ergo si vocatio etiam inefficax est aliquod beneficium in prædestinato, ad finem prædestinationis ordinatur à Deo. Ant. præter id quòd traditur ab Apost. sæpè relato, iterum prob. ut suprà, quia indignum esset viro prudenti intendenti aliquem finem adhibere media non ordinata ad illum, imò potiùs inutilia, & contraria eidem, sed eo ipso, quòd vocationes inefficaces non sunt effectus prædestinationis, non ordinantur ad finem illius, imò potiùs sunt illi inutiles, & contrariæ, ergo debent in prædestinato ad illum ordinari. Prob. min. Tum quia non deserviunt, si non sunt effectus, nec ad illum ordinantur. Tum quia accusant, & constituunt reum illas negligentem, vel contemnentem, saltem occasione accepta, ergo essent inutiles, vel contrariæ. §. Explic., & urg. hoc. Quia vel sunt utiles, vel non, Hoc posterius arguit indecentiam, vel imprudentiam respectu Dei sic inutiliter vocantis, vel conferentis beneficium, aut apponentis medium inutile, ut patet. Si verò primum, ergo sunt ordinatæ ad prædictum finem: prob, conseq., quia aliàs earum utilitas juvaret à casu respectu illius, si semel non esset intenta, vel ordinata ad illum. Quod iterum indecens, vel indignum est prudentissimo Provisori, (ut est Deus) sic operari à casu, scil. intendere finem non ordinando media utilia ad illum.

Dices, quòd videtur potiùs oppositum ex hac ratione inferendum. Quia imprudenter agere dicaretur, qui volens efficaciter aliquem finem adhiberet media, quæ scit esse facilè impedibilia, vel inefficacia ad illius consecutionem, ut sunt in casu vocationes, quas novit Deus posse frustrari suo effectu respectu illas negligentium, & sæpè illis resistentium, de quibus etiam sæpè conqueritur, quòd nolint earum sonum audire, vel potiùs rejicere.

Sed contrà hoc est, Et in primis non tam illas excludit à ratione effectus, sed omninò eas condemnat. Nam planè Deus intra lineam prædestinativam, quæ est providentia efficacissima, (ut patet ex illo, nec rapiet quisquam de manu mea) ad aliquẽ finem efficaciter ordinat, aliàs efficaciter non procedit intra illã, ergo si imprudentis est efficaciter intendere aliquem finem, & adhibere media inefficacia ad illum, vel impedibilia, imprudenter se gereret Deus semel adhibendo vocationes inefficaces, seu frustrabiles, quod est eas omninò removere ab illo tanquam repugnantes perfectissimæ ejus providentiæ, secundum quam perpetuò operatur.

Secundò insto. Nam licet dicatur imprudenter agere, qui ex intentione efficaci alicujus finis adhibet media inefficacia ad omnem finem, non tamen si sint efficacia ad unum, licet inefficaciter se habeant ad alium, & adhuc utiliter ad istum, sed hujusmodi sunt vocationes inefficaces in prædestinato, ergo non se gerit imprudenter Deus eas adhibendo, vel imperando, imò prudentissimè ut facilè colligi potest ex dictis, & statim ampliùs constabit: ma. patet multiplici experimento, nam artifex efficaciter intendens perfectionem sui operis adhibet etiam instru-

men-

mentum inefficax quidem, sive insufficiens ad illud perficiendum, sed efficax ad aliquid prævium disponendo materiam ad illius perfectionem, dolando scil. &c. ut in fabro lignario, & sic de aliis, nec tamen imprudenter agit, sed magis utiliter ad finem principalem operis perfecti. Mi. etiam constat ex dictis, nam vocationes inefficaces similiter emolliunt cor hominis, & disponunt, vel saltem objectivè in memoriam revocatæ monent, vel arguunt de ingratitudine, & inconstantia, vel tarditate ad respondendum, ut hinc humiliati gratias agant, & pœniteant de illa, ergo licet dicantur inefficaces respectu actus perfecti, sive perfectæ conversionis, vel reconciliationis cum Deo, sunt tamen efficaces ad alios actus minus perfectos, ac proindè non imprudenter, sed magis prudentissimè se habebit Deus adhibendo hujusmodi media inefficacia respectu unius, efficacia tamen respectu alterius, & utilia respectu utriusque.

§. II.

Statuitur secunda Conclusio de actibus supernaturalibus.

Actus supernaturales sunt effectus prædestinationis non solum, ut à gratia, sed etiam ut sunt à libero arbitrio. Est contra Molinã ubi supra, qui licet admittat nihil esse in actu supernaturali, quod non sit effectus gratiæ, & prædestinationis, negat tamen illum esse effectum, ut præcisè à libero arbitrio procedit. Et fundatur in communi eorum doctrina, (de qua suprà in materia de visione,) scil. de concursu partiali ad hujusmodi actus supernaturales, non partialitate adæquata tamen ex parte causæ, quam effectus, sed inadæquata ex parte causæ, itaut licet totus effectus sit à principio naturali, & supernaturali, non tamen sub omni ejus formalitate, sed sub ratione supernaturali à gratia, vel principio supernaturali, sub ratione verò objecti liberi, vel vitalis à potentia, vel principio naturali; unde in eius sententia licet totus sit effectus prædestinationis utpotè totus à gratia, prout tamen partialiter est, vel præcisivè à voluntate, seu libero arbitrio, effectus illius non est. Quamvis autem hujusmodi fundamentum in nostra sententia non admittente hanc partialitatem causarum in prædictis actibus sit de subjecto non supponente, adhuc tamen eadem admissa sustinemus esse ejusdem effectus.

Ratione probari potest primò, qua communiter ut supra probatur de cæteris effectibus, sive elicitivè sint à providentia naturali, sive etiam à communi supernaturali. Nam quidquid ad finem prædestinationis conducit, ut effectus, vel beneficium Dei saltem imperativè est à Deo prædestinante, ut hactenus ostensum est, sed hujusmodi actus non solum conducunt, ut effectus, vel beneficium prout sic, sed strictiùs, quàm cœtera dona naturalia, (ut bonum ingenium, bona indoles &c.) ad illius finem, ergo si ut probavimus, hæc alia sunt effectus à fortiori erunt prædicti actus etiam ut à libero arbitrio partialiter procedunt. Prob. mi. quia sine bono ingenio, vel bona indole potest absolutè salutem consequi, vel gloriam tanquam coronam, non tamen sine actibus procedentibus ex libero arbitrio immediatè influente in eadem sententia, ergo non solum conducunt ad illam prout sic, sed strictiùs, quàm cœtera dona.

Urg. hoc. Nam sub aliqua formalitate conducunt, ut suppono etiam in opposita sententia solum excludente illos sub illa, sub qua præcisivè, vel partialiter sunt à libero arbitrio, non sub illa, sub qua sunt à gratia, ergo conducunt sub omni saltem imperativè. Prob. cons. tum itetum ex eadem universali Apost., ad mentem D. Aug., & D. Tho. Tum quia illa, sub qua est à libero arbitrio, est connexa, vel subordinata alteri, sub qua est à gratia, sicut natura, vel liberum arbitrium subordinatur gratiæ, ergo in prædestinato erit saltem imperativè subordinata providentiæ prædestinativæ; conseq. tenet, quia hæc, ut dictum est, est omnium efficacissima, & perfectissima, ergo nihil omittit in illo de ordinabilibus ad illum finem à se non ordinatum, & præparatam. Nam in hoc maximè relucet summa Dei bonitas, & omnipotentia, secundum quam ut ait Aug. ex Apostol. omnia in prædestinato cooperantur in bonum etiam peccata, sive hoc ipsum quòd deviant, & exorbitant, vel quòd cadunt ab amore Dei, quia nempè est summè bonus, & omnipotens. Quantò autem à fortiori cooperabitur in illo actus supernaturalis, etiam ut à libero arbitrio est præcisivè, & partialiter ratione suæ virtutis.

2. Prob. concl. evertendo hoc ejus fundamentum, & simul urg. præcedens. In actu supernaturali hominis justi, ac prædestinati nulla est formalitas, quæ gratiæ tribuenda non sit, ergo nulla est, sub qua præcisivè ab illa procedit à libero arbitrio, & secundum quam effectus prædestinationis non sit. Prob. ant. 1. autoritate PP., apertè Deo, & ejus gratiæ totum opus bonum secundum omnia quæ habet, tribuentium. Ita August. lib. de prædest. sanct. c.7., & 16., & lib. de bono perseverantiæ c.6. ubi inquit. *Tutiores vivimus, si totum Deo demus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus.* Chrysost. etiam homil. 15. in act. Apostol. ait; *Vincere Diabolum, non nostri opus, sed divinæ gratiæ totum esse.* Basil. homil.22., quæ est de humilitate, *nihil tibi* (inquit) *relictum est, ò homo, de quo gloriari possis.* Anselm. lib. de concord. prædestinationis, & liberi arbitrii non longè à principio. *Totum*, (ait) *imputandum est gratiæ, quia neque volentis est, sed miserentis Dei.* Tandem D. Tho. 1.2. q.111. ar.2. ad 2. clariùs id confirmat dicens. *Deus non sine nobis nos justificat, quia per motum liberi arbitrii, dum justificamur, Dei justitiæ consentimus ille tamen motus, non est causa gratiæ, sed effectus, unde tota operatio pertinet ad gratiam.* Ita D. Th. & videri potest hac de re Alvarez disp.85. de auxiliis.

Ex quo etiam obiter inferimus, quòd ut homo dicatur dignus laude in tali actu, & similibus operibus bonis non est necessarium, quòd propria industria, idest virtute propria arbitrii aliquid præstet, (ut egregiè prout de more advertit M. Catalam dub.7. de auxil. ad 2. confirm. 2. arg.) quasi liberum arbitrium, & Deus per auxilium gratiæ concurrant ut duæ causæ partiales, ut contrarii imaginantur, sed satis esse, quòd auxilio, & vocationi efficaci Dei consentiendo ut agens secundum à Deo motum liberè operetur, & si ipsum consentire, ut dicebamus, donum Dei sit. Hæc est enim ejus misericordia, ut nostra velit esse merita, quæ sunt illius dona ut ait Trident. sess.6. c.16.

Secundò prob. idem ant. ratione jam insinuata. Quia nulla est formalitas in illo actu, sub qua procedat à libero arbitrio, & non procedat ab illo, ut

subor-

fubo. dinato Deo aganti fupernaturali, aliàs non affat adæquatè fupernaturalis, quod ipfi non admittunt, ergo nulla eft, quæ præcifivè ab illo fit & non à gratia, aut quæ gratiæ tribuenda non fit. §. Urg. hoc. Nam fi aliqua effat, maximè ratio liberi, & liberè eliciti, fed hæc nequit effa præcifivè ab illo, & non à gratia ergo. Prob. mi. Tum quia fecundum hanc etiam axcedit arbitrium præ. ilivè fumptum, nam femal contracta per fupernaturalitatem, (ut fimiliter dictum aft de vitalitata, non eft libertas naturalis, vel abftrahens à naturali, & fupernaturali, fed determinatè fupernatnralis; ficut ratio fubftantiæ femel contractæ in Angelo per differentiam Angalicam, fpiritualis eft, licet fecundum fa abftrahat à corporea, & incorporaa, vel fpirituali, ergo naqnit effe à libero arbitrio præcifivè à viribus gratiæ.

Tum quia ut proximè dicebamus ax D. Anfel. ad mentam Apoft. Hominam fic liberà elicere actum fupernaturalem mife- entis Dei eft, non hominis volentis, at fi effat libera ejus alicientia ab illo præcifivè à gratia, magis effet hominis volentis, & currentis, quàm Dei miferantis, ut contra Semipelagianos argiit D. Auguft. in Enchiridione c.32., cnm id, quod eft effectus Dei miferentis debeat effe gratiæ, ergo à gratia eft hæc libara elicientia, & non præcifivè ab illa.

Tertiò ex his prob. idem ant. Sub omni formalitate, fub qua aft gratiæ effectus, aft etiam effectus prædeftinationis, fed eft effectus gratiæ etiam fecundum hanc formalitatem, ergo pariter fecundum iftam eft effectus prædeftinationis: ma. conftat, nam hac ratione, ut infinuavimus, negant eìà affectum prædeftinationis, quia putant prout fic non affe affectum gratiæ, fed ab arbitrio præcifivè ab illa, Mi. verò prob. Nam fuppofito etiam quòd auxilium gratiæ non fit adæquata virtus proxima eliciendi illum, ut ip contenduor ut vidimus, contra Thomiftas; adhuc tamen tanemur fateri omnes, quòd fit adæquata ratio elevandi, & proportionandi liberum arbitrium cum tali actu, nifi velimus, quòd iftud fecundum aliquid fibi proprium præcifivè à gratia habeat proportionem cum ante fupernaturali, quod eft alienum, ergo fecundum omnem aft effectus gratiæ. Prob. conf. Quia fuppolita gratia ut adæquata ratione proportionandi jam actus procedit ab arbitrio fecundum omnam formalitatem, ut proportionato per vires gratiæ, cum agere actualiter fupponat neceffariò agens proportionatum cum actiona, ergo nequit ab illo fic procedere independenter ab influxu gratiç, & confequanter fecundum nullam præcifivè à rationa effectus illins.

Quartò etiam principaliter prob., & urgentus fuperiora. Nam Deus per fuam gratiam non folum concurrit ad hujufmodi actus, & ad omna opus noftrum bonum, vel falutare, fed etiam facit, ut faciamus illud, ergo nulla eft formalitas, fub qua præcifivè fit à libero arbitrio, & non à gratia. Ant. fumitur ax illo Ezechiel. 36. *Auferam cor lapideum de carne veftra, & dabo vobis cor carneum, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis.* Quibus verbis D. Aug. fæpe probat contra Pelagianos, & Semipelagianos Deum facere, ut velimus, & faciamus, fed præfertim lib. de Gratia, & libero arbitr. c. 16. ubi ait. *Certum eft nos velle cum volumus, fed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum eft, præparatur voluntas à Domino, de quo dictum eft, qui operatur in nobis velle; Certum eft nos facere, cum facimus, fed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficaciffimas voluntati, qui dixit faciã ut in præceptis meis ambuletis &c.* Deinde id apertiffimè docat ftatim c. 17. feq. dicens. *Cooperando perficit quod operando incipit, quoniam ipfe, ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus fine nobis operatur.* (Ideft fine nobis, quafi primò operantibus, vel merentibus, aut juftificationem cantfantibus, non tamen fine confentientibus, ut fupra infinuavimus ex D. Tho., & innuit Auguft. ad illud Jo. 14. *Opera, quæ ego facio, ipfe faciet, fubdens, qui creavit te fine te, non juftificat te fine te, fcil. confentiendo,*) Cnm autem volumus nobifcum cooperatur: taman fina illo vel operante, ut velimus, vel cooperante cum volumus ad bona pietatis opera nihil valemus. De oparante illo dictum eft, Deus aft qui operatur in nobis, & velle: de cooperante illo, cum jam volumus, & facimus: fcimus, inquit, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur ad bonum. Ita Aug. ex quibus manifeftè patet, hoc, quod eft totum opus bonum, five actum fupernaturalem à nobis liberè elici tribuendum effe gratiæ, ita ut nihil de illo fubtrahi poffit ab eadem, quod præcifivè fit à libero arbitrio. Et de hac autoritate D. Aug. videri poteft ad noftrum intentum Capreol. in 2. dift. 28. q. 1. ar. 3. ad 12.

Placet tamen hic in ea, quam ut fupra, obiter tangimus, (fatis tamẽ ad alia confert,) paulifper immorari, occafiones præfantis difficultatis, & rafolutionis noftræ de actibus fupernaturalibus ulteriùs urgendo contra præfatam fundamentum P. Molinç, prædictas authoritates. Nam dupliciter illis occurrunt alibi contrarii, & præcipnè, ad ultimam, quæ ftrictiùs videntur urgeri. Primò afferendo, docere quidem quòd Deus operatur noftrum velle, feu facit nos velle, non tamen docere, quòd id prævià faciat verè efficienter, fed tantum moraliter eligendo, & attrahendo voluntatam eo modo, quo per fcientiam madiam præfcit effe confenfuram, quæ eft communis eorum evafio. Unde adhuc reftat, quòd fub aliqua faltem eorum formalitate poffint præcifivè efficientar affe à libero arbitrio.

Secundò explicant dicendo, aliud affe operari, aut facere ut velimus, aliud operari ipfum velle, aut facere nos velle, quia operari, aut facere ut velimus, nihil aliud aft, quàm operari in nobis aliquid, quo difponamur, & inclinamur ad volendum, & eo animo, & intentiona, ut valimus, operari autem ipfum velle, eft efficere in nobis ipfum actum volendi. Dicunt ergo D. Aug. non afferera Deum efficienter operari noftrum valla, aut facera nos velle, quafi prçviè, fed magis moraliter immittendo fanctam cogitationem, vel illuminationem, aut fimili modo morali movendo voluntatem etiam in eo, qui non vult, Deus operatur, ut velit, quamquam non efficaciter, fed fufficienter. Ex quo non infertur, quòd aliquid de prædictis actibus non poffit præcifivè affe à libero arbitrio, quidquid fit, quòd efficienter deindè concurrat concurfu fimultaneo ad totum actum totalitate, fcil. effectus non caufæ, ut dictum aft, five non fub omni formalitate.

Sed contra utramqne folutionem, (quç magis tendunt ad excludendum prævium influxum phyficum Dei ad hujufmodi oparationes (de quo alibi in materia de auxiliis,) quàm adæquatam efficientiam gratiç refpectu totius actus, vel operis boni quoad omnem fui formalitatem, de qua modo difputamus, infta-

instatur prout ad rem militare possunt, & eludere prędictas authoritates D. Aug. adeò urgentas in nostrum favorem, & ad solam indagandam, vel explicandam illius mentem, Et quidem quòd concursus ille Divions, physicus sit, & non pręcisè juxta mentem S. Doct. (quidqoid sit an pręvius sit, vel solum coocomitans, evidenter indicant verba illa; *præbende vires efficacissimas*, ut patet ex dictis. Deindè contra primam sic, Quia ut ostendit D. Thom. q. 3. de malo ar. 3. in corp moraliter concurrere alicieodo, & attrahendo voluntatem, nec est proprium Dei, nec est propriè operari, sed metaphoticè, unde Suarez lib. 3. de auxiliis c. 5. o. 10., totam hanc moralom causalitatem reducit ad motionam finis, quę metaphorica est, sed D. Aug. juxta Apostol. ut proprium tribuit Deo operari oostrum velle, vel facere, ut velimus tanquam causę verè, & propriè operanti, ergo de concursu physico intelligeodus est, itaut non tantum moraliter aliciendo, sed verè efficienter influendo in voluntatem facete, ut velit.

Urg. hoc, Nam eodem sensu dicit Apost. Deum operari in nobis velle, quo dixit perficere, & Aug. pariter eodem sensu dicit operando incipere, quo cooperando perficere, & operari, ut velimus, quo dicit cooperari, cum volumus, alioquin æquivocatione uterenrur, sed Deus non dicitur perficere, & cooperari tantum moraliter, sed efficienter, ergo nec operari, aut facere velle. Quidquid iterum sit an concomitanter solum, vel prævië ad oostrum consensum, val operationem.

Secundò Impug. Quia D. Aug. lib. de gratia Christi contra Pelagium, & Cœlestium cap. 10. refert Pelaglum relata varba Apostoli, Deus est, qui operatur in nnbis velle aodem modo exponentem, & expositionem ot alienam rejicit. Sic ergo ait Pelagius operatur in oobis velle, quod bonum est, velle quod sanctum est, dnm nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantum præsentia diligentes futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorom pollicitatione succedit, dum revelatione sapientiæ in desideriom Dei suscitat stupentem voluntatem, dum nobis suadet omne, quod bonúm est. Ita Pelagius. Ex quibus sic arguitur. Succedere *nos* præmiorum pollicitatione &c., vel sic movere ut exponit Pelagius, revera nihil est, quàm moraliter alicere, & attrahere per sanctam cogitationem, ut dicunt contrarii, sed hanc expositionem rejicit Aug. subdens, *Sed nos eam gratiam volumus*. Quod planè dicit; non quia utilis, aut coeveniens non sit, sed quia sola, scil. influxus ejus purè moralis, & non efficiens noo sufficit, ut Deus dicatur operari in nobis velle. Nam ut cap. 12. ait. Necessaria est gratia, qua agitur non solom ut facienda noverimus, verum etiam ut cogoita faciamus, ergo noo solum non est de mente Augnst., sed omninò desarenda, ne videamur quasi manus dare communibus hostibus.

Secuoda etiam solutio minùs videtur subsistere, nam Apostolus exprasè asserit. Deum operari in nobis velle, & D. Aug. explicat, hoc ideò dixisse, quie per gratlam operantem, operando incipit Deus in nobis id, quod per gratiam cooperaotem cooperando voluntati perficit, sed certum est per gratiam cooperantem voluotati, perficere ipsum velle, ergo per operantem operando incipit illud, scil. efficienter concurrendo, & non purè moraliter.

Urg. hoc ex eodem tom. 4. lib. 1. qq. ad Simplicianum q. 2. circa medium, ubi eadem verba Apostol. exponens ait: *satis ostendit ipsam bonam voluntatem*, (seu volitionam, quod idem est) *in nobis operante Deo fieri*. Et ad illud Rom. 9. *Non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, inquit. Si proptereà solum dictum est. Non volentis &c. Quia voluntas hominis non sufficit sola, ut justè, rectèque vivamus, nisi adjuvemur misericordia Dei; potest, & hoc modo dici non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia misericordia sola non sufficit, nisi consensus nostræ voluntatis addatur*. Quod tamen rejicit ibidem. Hæc iterum obiter dicta sint, & ad rectam iotelligentiam Apost., & D. Aug. ad nostrum intantum, ut nempè totum in prædictis supernaturalibus actibus, & bonis operibus ad gratiam referamus sine ulla præcisione ex parte arbitrii, & totum consequenter comprehendamus intra lineam effectus prędestiuationis. Præscindendo etiam ut dictum est, à seotentiarum diversitate circa necessitatem concursus prævii non solum moralis, sed etiam physici præter concomitantam gratiæ, de quo latè alibi in materia de auxiliis; nam satis est nobis ex eisdem Autoribus concludere, ita omnia illorum actuum ad gratiam referenda, ut verè effectus illius sint, & per consequens prædestioatioois.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arguitur fundamento jam insinuato ex Molina. Actus supernaturalis ut præcisè est à gratia non est affectus liberi arbitrii, ergo ut est à libero arbitrio non est effectus gratię, ac proinde nec prędestinationis. Utraque conseq. tenet, & ant. prub., quia secundum id, quod est à gratia excedit vires naturę ergo nequit prout sic esse a libero arbitrio. §. Expl. hoc. Nam idem actus non est à sola gratia, nec à solo libero arbitrio, sed secundum prędicata, quæ sunt propria gratię nequit esse à libero arbitrio, scil. supernaturalitatis, & meriti, ergo secundum alia, quę sunt propria liberi arbitrii non sunt effectus gratiæ, scil. vitalitatis, & libertatis.

Expl. ulteriùs. Nam quòd actus supernatoralis sit liber, & vitalis, solum haberi potest à principlo libero, & vitali, sed gratia non est hujusmodi, cum sit ab extrinseco, & determinata ergo solum potest à libero arbitrio haberi.

Ad hoc patet ex dictis in probatione præcedenti, & latè supra de lumine gloriæ. Est enim de subjecto non supponeote in nostra sententia, quòd nempè principium supernaturale, & naturale elevatum per illud se habeant ut duæ partiale causæ, sed magis ut unum, & adæquatum principiũ eodem indivisibili influxu, ut explicatum est, ità ut adęquata proxima virtus agendi, & dandi continentiam proximam actus sit gratia, vel principium supernaturale, alies actus non asset adæquatè supernaturalis, ut ostensum est, & ipsi non negaot, licet recurrant ad salvandam illius supernaturalitatam ad necessitatem concursus principii supernaturalis, & indebiti, sed insufficienter, ut ibidem ostendimus, manifaste etiam instantia quam aildam oppooit ibi Illustris. Godoy, quòd eadem ratione salvari etiam posset adæquata supernaturalitas gratiæ, vel infusionis ejus, esto natura noo solum remotè, sed etiam proximè se ad illam dispooeret, quia adhuc esset ad eam necessarius concursus principii supernaturalis, & indebiti.

In

In forma ergo, vel nego ant., vel dist. claritatis gratia, non est affectus liberi arbitrii nudè sumpti, vel sibi relicti, conc., ut elevati per gratiam, nego ant., & deindè etiam suppositum consequentis, quòd sit à libero arbitrio, quasi ex propriis, & non ut elevato per gratiam, ut adæquatam virtutem proximam agendi, & continendi illum. Nam ut dicebamus ibidem, potentia, scil. intellectus, vel voluntas ad hujusmodi actus supernaturales solum dicit coaptationem essentialem, seu vim radicalem, vel quòd idem est ut vidimus, habitudinem potantiæ ad actum tanquam ad aliquid contentum intrà latitudinem sui specificativam, aut saltem extensivam, ex qua habet, quòd non comparetur ad illum, ut subjectum purè sustentans qualitatem supernaturalem, quę est illi virtus adæquata, sicut aqua se habet respectu caloris, quia nempè calefactio est adæquatè extrà sui spheram, & calor magis est illi contrarius, quàm per modum virtutis, & ideò potentia in ordine ad tales actus indiget virtute proxima non solum elevante, sed etiam dante adæquatè vires proximas, & eorum continentiam.

Itaque cum potentia sit adęquatè de ordine naturæ nullam vim proximam, seu virtutem habere potest ad actum supernaturalem, qua attingat productionē illius, undè qualitas supernaturalis, & potētia se habent sicut una simplicissima causa, vel sicut potentia, & virtus, seu efficacitas potentiæ. Ex quo fit quòd potentiam habere virtutem, seu vim radicalem non est aliud, quam habere ex se, quòd sit nata elevari per qualitatem supernaturalem tanquam per virtutem totalem. Quòd verò prædicta coaptatio non ineptè dicatur virtus, non formalis, sed radicalis, constat ex eo, quia ratione illiùs constituitur potentia principium radicale ejusdem actus activè concurrens cum tali qualitate ad ejus productionem, & hæc qualitas, quæ est formalis virtus ex natura rei præsupponit prædictam coaptationem, ut radicem, quam perficit, & constituit in actu, & sine qua nec de potentia absoluta posset producere eundem actū, unde in hoc sensu potest dici virtus radicalis, non quia sit principium, à quo oriatur supernaturalis qualitas, sed quia eam præsupponit ut radicem, à qua intrinsecè pendeat in producendo actum.

Ex quibus manifestè sequitur non comparari potentiam ad eandem qualitatem in ordine ad actum ut compartialem causam, sed ut essentiam potentiæ ad virtutem, & efficaciam, qua constituitur simpliciter potens operari, unde prædicta qualitas in ratione virtutis, & efficaciæ productivæ est tota ratio agendi, non in ratione potentiæ, sive virtutis intellectivæ, sed quia ex ipsa, & essentia potentiæ cōstituitur quasi una integra potentia productiva actus, ob rationem jam datam, quia nampè omnis virtus activa conveniens potentiæ secundum se, est essentialiter naturalis, unde impossibile est, quòd ut virtus, & ratio agendi attingat aliquid actus, qui secundum se totus, vel adæquatè est supernaturalis, quia naturalis virtus non potest ut ratio agendi producere aliquid supernaturale, præcipuè quia ut dicebamus ibidem, & latè demonstrat Alvarez disp. 68. de auxil., actio vitalis non potest procedere à potentia vitali, ut à causa instrumentali; oportet autem virtutem quamcunque, quæ est ratio agendi principaliter esse perfectiorem, aut æquè perfectam cùm effectu, saltem quantum ad id, quod in effectu correspondet ei, ut rationi agendi.

Secundò etiam patet superius discrimen inter potentiam sic elevatam in ordine ad actum supernaturalē, & aquam calidam in ordine ad calefactionem, quia ut vidimus, aqua ex se non habet prædictā coaptationem essentialem potētię ad actum respectu calefactionis, nec perficitur per calorem ad agendum intrà latitudinem proprii objecti specificativi, vel extensivi, sed potiùs trahitur per calefactionem ad esse contrarium suæ naturæ, & denique calor in producenda calefactione non pendet ab aqua, quia non minùs eam produceret si in alio subjecto, vel separatus existeret, & ideò præcisè se habet, ut dictum est, subjectum sustentans formam; potentia verò in ordine actum prædicta tria habet, & ideò activè concurrit cum qualitate, vel virtute supernaturali, & si hæc ab intrinseco adveniens sit tota ratio agendi. Quòd ut vidimus, constat exemplo formæ substantialis, quæ activè concurrit cum potentiis naturalibus ad proprias earum actiones, & tamen seclusis potentiis nullam habet virtutem activam. Quamvis aliàs in hoc sit magna differentia, quòd à forma substantiali oriantur naturales potentiæ, & ideò licet non agat facta in actu per illas, non dicitur elevari ad agendum, sed principaliùs, quàm illæ concurrit ad operationem. At verò supernaturalis qualitas, cum sit suprà naturam potentiæ principaliùs concurrit ad actum, nec potentia agere dicitur, nisi ut elevata per illam. Placuit ex eisdem superioribus hanc difficultatem de partialitate causarum, cui nititur argumentum factum paulò prolixiùs iterum evacuare, quia est potissimum assumptum à contrariis ad aliàs gravissimas contra scholam Thomisticam promovendas.

Ex his etiam fit satis ad probat. ejusdem antec., sicut ad confirm. Ad illam quidem dicimus ita esse, quòd excedit vires naturæ, sed hinc tenemur magis rejicere prædictam partialitatem, quàm fundare in illa vim argumenti quia non tantum excedit, sed adæquatè excedit vires proximas illius, & ideò indiget virtute supernaturali ut tota ratione agendi per exclusionem ejusdem partialitatis, ut explicatū, & probatum est. Undè dist. ant., excedit adæquatè vires proximas conc. inadæquatè tantum, & partialiter, nego, & dist. conseq. nequit esse à libero arbitrio sibi relicto, vel ut à proxima ratione, aut virtute agendi, conc., ut elevato per gratiam, modo explicato, nego.

Ad explicat., vel confirmat., quæ potest esse replica; dist. mi. ex dictis ibidem. Gratia, vel virtus, aut qualitas supernaturalis non est libera, & vitalis, ut *quod*, vel per modum potentiæ, transeat, vel conc., ut *quo*, vel per modum virtutis, nego, & ad prob. annexam similiter dicimus, solum probari posse non esse talem priori modo, non posteriori, nam ut sit libera, ut *quo*, vel per modum virtutis satis est quòd permittat posse ad oppositum, non verò quòd positivè influat, aut influere possit ad illud, ut in simili explicatum est de habitu charitatis, cujus libertati per modum virtutis non obstat, quòd positivè influat, aut influere possit ad oppositum, sed quòd licet sit determinata ad amorem, permittit tamen posse influere ad odium. Deindè etiam non obstat ejus vitalitati prout sic, quòd ab extrinseco adveniat, *quia* non est, nec potest esse de ratione principii operationis supernaturalis, quòd procedat à principio intrinseco substantiali viventis, alioquin supernaturale non esset, sed satis est, quòd sit

principium intrinsecum, idest intrinsecè receptum in ipso vivente per realem informationem. & sic participatio Dei ot vivens est,(& idem est de alio prædicato libertatis) vita intellectuali. Nam neque principium naturale vitalis operationis, ut ibidem observavimus, tantam habet dependentiam à principio substantiali viventis, quantam operatio vitalis, quia ut ipsi fatentur, nulla potentia fieri potest, ut operatio vitalis à principio substantiali viventis non procedat, & tamen certum est principium proximum naturale vitalis operationis à solo Deo produci posse, ut patet in visu cœco à nativitate restituto. Potest ergo principium vitalis operationis esse ab extrinseco.

Sed contrà hæc omnia instas, Nam saltem inter Theologos adhuc probabile est liberum arbitrium, & gratiam ad actus supernaturales per partiales virtutes concurrere,ergo etiā probabile erit actus supernaturales liberos,quatenus procedūt à libero arbitrio per partialem illius virtutē non esse effectum gratiæ, cū per hanc gratia non concurrat ad illū, ac proinde nec esse effectum prædestinationis.§.Respon.admisso etiam antec.(quòd tamen ut hactenus ostensum est, in schola Thomistica admitti non potest:) nego conseq. Tum quia etiam prout sic ut vidimus ex mente Apost., & D. Aug., ad illios finem conducit ut beneficium à Deo intentum ad finem illum, & adhuc strictiùs, ut dictum est,ad eundem finem, Tum quia, ut etiam dicebamus, licet admitteretur per partialem virtutem concurrere, non tamen ut non subordinatum, vel non elevatum per gratiam. nam cum virtos ejus sit essentialiter naturalis, impossibile est, quòd sine hac subordinatione, & elevatione ad actum supernaturalē concurrere possit, ondè licet gratia non esset adæquata virtus, aut ratio agendi, adhoc tamen esset adæquata ratio elevandi, & proportionandi,ac proindè virtus partialis liberi arbitrii solum concurrere posset, ut subordinata, & proportionata per gratiam, qood sufficit adhoc admissa prædicta probabilitate, ut sit effectus prædestinationis; quia si semel liberum arbitrium per sui partialem virtutem nequit aliter concurrere nisi ex vi subordinationis ad gratiam, & accepta proportione ab illa ad talem actum utpotè supernaturalem, & excedentem vires proprias, non poterit idem actus etiam ut procedens à libero arbitrio non subordinati, & pendere ab influxu gratiæ, ac per consequens non esse effectus illius,

Sed instas, Quia hæc solutio non videtur consequenter ad eandem probabilitatem, vel sententiam respondere. Nam si semel admittitur liberum arbitrium per partialem virtutem distinctam à virtute gratiæ concurrere,tam actus ille sub ea ratione, sub qua procedit à libero arbitrio non procedit à gratia, ergo sub illa non erit effectus gratiæ, nec prædestinationis, §. Sed hæc instantia præoccupatur utraque solutione data,unde eodē modo, prout specialiter militat contra secundam dist. ant., nec subordinatur illi, nec proportionatur per illam tanquam per rationem elevandi, & proportionandi, nego, non procedit à gratia, ut ratione adæquata agendi transeat, Non enim aliter admittitur, (ut detur locus instantiæ, vel argumenti) nec admitti potest, nisi supposita subordinatione per elevationem arbitrii, & ejus virtotis, nisi velimus, quòd natura sit proportionata ad ea, quæ sunt ordinis gratiæ, qood est alienum, !

Secundò etiam sub aliis terminis responderi potest supposita sola partialitate causæ, & non effectus, ut intendit iostantia juxtà eorum principia, ut vidimus. Unde dict. iceruin ant., non procedit à gratia, sub eadem ratione *sub qua*, conc., sub eadem *qua*, neg. nam supposito, quòd solum concurrant partialitata causæ, & non effectus, nulla est formalitas, vel nihil est in tali actu, qnod ex parte rationis *qua* non sit causatum à gratia, qnod sufficit, ut sub nulla ratione causetur à libero arbitrio, sub qua non sit effectus gratiæ, & prædestinationis, licet enim ratio, sub qua causatur à libero arbitrio, non sit in eadem sententia, ratio sub qua respectu gratiæ,totus nihilominus actus ex parte rationis *qua*, est causatus à gratia aliàs concurrente ad illum utraque partialitate, & non sola partialitate causæ, & consequenter sub nulla ratione dici potest causatus à libero arbitrio, quin sit simul effectus gratiæ.

Quod si dicas hoc ipsum esse intentum Molinæ, nempè quòd sub ratione sub qua procedit à libero arbitrio, non procedat à gratia tanqoam sub ratione sub qua, cum ut nos etiam dicimus, solam intendat partialitatem causæ, non effectus, unde expresse in hoc conveniet,nullam scil. esse formalitatem in actu supernaturali, quæ non sit effectus gratiæ, & prædestinationis, si ergo id semel admittimus, gratis ejus sententiam impugnamos. §. Contra hoc ait, Quia ut benè reponit Illustris. Godoy, ut tueatur sententiā suam, scil.quòd ut præcisè procedit à libero arbitrio, non sit effectus gratiæ, recurrit ad hoc, quòd talem actum esse liberum, sive liberè elici, non habetur à gratia, quia nempè hujusmodi principia supernaturalia, sicut negant esse vitalia ex eo quòd ab extrinseco adveniunt, ita negant esse libera, quia sunt determinata ad actum bonum, ergo cum hoc, quod est esse liberum sit formalitas quædam in illo, aliquam illius formalitatem subtrahit à causalitate gratiæ, & prædestinationis: §. Ex quo etiam inferimus, quòd Authores causarum partialium in prædictis actibus supernaturalibus, licet videantur sustinere solam partialitatem causæ, in re tamen otramque tenentur admittere, dom ot illam sustineant, recurruot ad aliqood prædicatum, quod à gratia, vel principio supernaturali ot ipsi dicunt, haberi non potest, scil. vitalis, & liberi. Cæterum supposita eadem sententia cum sola partialitate causæ, & non effectos, rectè nos arguimus, vel respondemus argumento facto, quòd adhuc eadem admissa subtrahi non potest à ratione effectus gratiæ, quia adhuc totus actus ex parte rationis quæ, seu secundum omnem sui formalitatem est causatus ab illa,licet non sub ea ratione sub qua causatur à libero arbitrio, Quod in re non admittit Molina, dum aliquam ejus formalitatem à solo libero arbitrio per sui partialem virtutem asserit causari præscindendo illam à causalitate gratiæ, aliàs inconsequenter negaret actum illum sic præcisivè sumptum non esse effectum illius, ut patet ex dictis.

Secundò arg.ex quadam speciali autoritate D.Th., quæ videtur expressè militare contra præcedentem doctrinam, & solutionem. Nam in 2. dist. 28. q.1. ar.4.in fine corp. sic ait. *Et ideo aliis consentiendo dicimus, quòd ad gratiam gratum facientem habendam ex solo libero arbitrio se homo potest præparare: faciendo enim, quod in se est, gratiam à Deo consequitur. Hoc autem solum in nobis est, quod in potestate liberi arbitrii constitutum est.* Ita D. Tho. Ex quibus sic arg. Juxta D.Tho. præparatio ad gratiam sit

sit ex solo libero arbitrio, at nequit id verificari, si saltem secundum partialem virtutem ad id non concurrat, ut distinctam à virtute gratiæ, ergo talia actus secundum hanc habitudinem non erit ejus effectus, ac proinde nec prædestinationis.

Ad hoc respond. non deesse imprimis sed immeritò, qui existimarint D. Thom. oppositum ibi docuisse, quod posteà tradidit infra p. 2. q. 109. art. 6., ubi expressè statuit supernaturalis auxilii necessitatem ad prædictam dispositionem, nam media via procedens inter duos errores, alterum scil. Lutheranorum asserentium liberum hominis arbitrium etiam à Deo motum, & excitatum nihil omninò agere, quo se disponat ad gratiam justificationis obtinendam (contra quem procedit Trid. sess. 6. cap. 6. & 7.) & alterum Pelagianorum dicentium hominem per vires liberi arbitrii naturales absque ullo gratiæ auxilio se ad gratiam præparare, contra quem est definitio Concil. Arausic. 2. c. 4.) sic ait. *Ad hoc, quòd se homo præparet ad susceptionem hujus doni* (scil. gratiæ habitualis) *non oportet præsupponere aliquod aliud donum habituale in anima: quia sic procederetur in infinitum; sed oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interiùs animam moventis, sive inspirantis bonum propositum.*

Cæterum si attendatur series totius corporis in in eodem a., perperàm arguitur de contradictione ad præcedentem doctrinam 1. 2., nam similiter ibi solam intendit excludere necessitatem alterius doni habitualis per particulam illam *ex solo*, non totius auxilii supernaturalis, cum eandem pariter causalitatem præmittat de processu in infinitum; & manifestè patet dum distinguens duplicem gratiam, scil. finidam, vel excitativam voluntatis, & alteram habitualem, sive donum habituale in anima receptum, de prima inquit paulò post initium. *Si ergo primo modo accipitur gratia, nulli dubium est, quòd homo sine gratia Dei non potest se præparare ad habendum gratiam gratum facientem.* Unde nisi velimus, quòd statim sibi contradicat, & ad sensum Pelagianum declinet: (quòd nefas est de tanto Doctore piissimo, ac sanctissimo, vel minimùm suspicari:) prædicta particula cum cæteris, quæ prosequitur in eodem corpore, sanè intelligenda est de sola exclusione gratiæ habitualis, itaut dicatur se præparare ad istam ex solo libero arbitrio, à Deo tamen elevato, & excitato per auxilium speciale gratuitum, seu gratis datum.

Neque est novum particulam exclusivam non omnia excludere, imò nec posse, ut vel ipsi dialectici explicant, cum necessaria nunquam intelligantur excludi, unde sicut monet idem S. Doctor infra q. 36. a. 1. 2. ad r. in fine, quòd etiamsi inveniretur in scripturis, quòd Spiritus Sanctus à solo Patre procederet, adhuc non intelligeretur filius exclusus à processione activa illius, quia nempè in divinis nunquam intelligantur exclusa, quæ non opponuntur relativè, qua oppositione carent Pater, & Filius in virtute spirativa; ita nec in cæteris, & præcipuè in casu respectu actuum supernaturalium potest fieri exclusio supernaturalis auxilii, cujus necessitas, falva Doctrina Catholica negari non potest respectu illorum etiam admisso partiali concursu naturæ ad illos, ut explicatum est, nec contrarii nagant, qui ut vidimus, ad salvandam adæquatam eorum supernaturalitatem recurrunt ad necessitatem concursus principii supernaturalis, & indebiti. §. Per hæc etiam patet ad arg. factum. Uoda dist.; & explico ma., à solo libero arbitrio, per exclusionem cujuscunque auxilii, vel doni supernaturalis, neg., habitualis, conc., & dist. mi., (quæ tamen absolutè neganda est, ut patet ex dictis.) Si per partialem virtutem non concurrat, exclusivam tantum auxilii supernaturalis, ut adæquatæ, vel totalis rationis agendi transeat; etiam ut elevantis, & proportionantis, nego: vel iterum dist., per partialem virtutem, ut subordinatam, & elevatam per virtutem superiorem, vel supernaturalem, conc., non subordinatam, nec elevatam, neg. mi., & cons., quia dum sic concurrit, ut elevata, & subordinata, nequit subtrahere aliquid de eodem actu, quod effectus gratiæ non sit, ac proinde etiam prædestinationis, ut ostensum est.

§. IV.

Expeditur difficultas, quomodo omnia enumerata sint effectus prædestinationis.

Supposito, ut probavimus, quòd tam quæ spectant ad ordinem naturæ, quàm quæ ad ordinem supernaturalem, vel gratiæ sint effectos prædestinationis superest difficultas, & specialiter de prædictis actibus, & aliis hujusmodi supernaturalibus, bono usu auxiliorum, & similibus, an sint tantum imperativè, vel etiam elicitivè effectus illius. Nam Illustrifs. Godoy hìc §. 9. existimat solam gloriam, & perseverantiã finalem esse effectus elicitos, cœtera verò, quæ Deus confert electis, licet supernaturalia sint, solum esse affectus imperatos, proportionatos tamen cum fine illius, & à providentia cõsequenter generali ordinis supernaturalis elicitos. Eidem adhæret Gonet hìc ar. 5. §. 4. in fine. Oppositũ tamen sustinet M. Ferre hìc §. 7. existimans alia etiam dona supernaturalia, scil. vocationes efficaces, & justificationes, ac proinde gratiam, & merita esse etiam effectus elicitos à providentia prædestinativa, & non à sola supernaturali generali. Et quidem videntur omnes supponere de cœteris naturalibus enumeratis, ut de substantia prædestinati, bona indole, ingenio &c. nec non de permissione peccati, quòd solum imperativè ad illam referantur, cum non habeant per se connecti, sed tantum ex illius imperio conducant.

Respondetur ergo satis probabile esse, quòd præter gloriam, & perseverantiam finalem prędicta supernaturalia dona, nempè efficaces vocationes, justificationem, sive gratiam justificantem, & merita illius numerari possint inter effectus elicitos prędestinationis.

Prob. 1. Nam hujusmodi dona in prędestinato sunt maximè discretiva illius à reprobo, ergo elicitivè, & non tantum imperativè pertinent ad prædestinationem; conseq. tenet, quia hæc est discretiva unius ab alio: ant. verò prob. quia sunt per se, & proximè, etiam vel immediate, & in pluribus adhuc sine interruptione connexa cum perseverantia finali, & consequanter cum gloria, ergo potissimùm discernunt illum à reprobo. Ant. constat ex dictis, quia vel etiam interrupta adhuc perseverant in acceptatione divina, & tandem finaliter saltam revivifcunt, & stant conjunctivè cum gloria, ut explicatum est,

& in mulris continuantur sioe intarruptiona argo.

Explic., & urg. hoc: Nam hujusmodi dona gratiæ, meritoriè, & etiam perseveranter losluunt, ut dictum ast, ad finem prædestinationis, sive ad gloriam, ergo per se, & directivè connectuntur cum illa, ac per consequens erunt illius effectus eliciti, utraque conseq. tenet, posterior quidem, quia nihil videtur posse urgentiùs dasiderari ad ratioem affectus eliciti; prior manifestè saquitur ex antec. Istud verò, quòd discretivè, si semel perseverant, (ut reverà perseverare probatum est,) etiam est manifestum: quòd aotam per se, facilè iterum prob. Quia gloria respectu electi meritoriè tendentis ad illam, non solum intenditor ut danda illi, sed ut daoda per modum coronæ, & prœmii, sed corona, & prœmium per se correspondet merito, & maximè de condigno, ut sunt merita gratiæ justificantis respectu gloriæ, ut alibi explicatur, ergo per se connectuntur cum illa.

Dices id non sufficere ad ratiooem affectus eliciti, nempè quòd per se connectatur cum fioe prædestinationis, sed prærareà requiri, quòd elici noo possit ax vi alterius providentiæ, cumque hujusmodi dona præter finalem perseveraotiam, & gloriam communicari possint ex vi solius providentiæ generalis, ut patet in aliis reprobis, non poterunt esse effectus proprii, sive eliciti providentiæ prædestioativæ.

Sed contra hanc solutionem, quæ taogit præcipuam vim oppositæ sententiæ, insto sic. Quamvis prædicta dona ex tarminis, sive præcisivè sumpta possint esse utrique communia, & à pruvidentia genarali elici, non tameo ut conjuncta cum præfatis circumstaotiis finalis saltem tevivisceutiæ, & iofallibilis conjuoctionis cum perseverantia finali, & perseveraotia in acceptatiooe Divina usque ad eandem conjunctionem, sicut in simili dicimus da unitate Dei, & aliis similibus, quòd licet præcisivè sumpta lumioe naturali, sive cognitiooe à solo naturali lumine elicita demonstrativè dicatur cognosci, oon tameo ut coojuocta cum omnium providentia, omnipotentia, & aliis hujusmodi attributis, sed à lomine fidei peodat elicitivè, utpotè articulum fidei prout sic constitueos, ut docet D. Thom. qu. 14. de fide ar. 9. ad 8.; sed prædestioato conferuntur ut sic conjuncta, utpotè ex intentione efficaci perducendi illum ad finem prædestestinationis taoquam aliquid proportionatum, & per se exigitum à gloria conferenda illi par modum coronæ, & præmii, ut dictum est, ergo elicitivè sunt à prædestinatione, cum ad haoc pertineat illa sic infallibiliter conjungere.

Expl. hoc. Nam prædestinatis sunt collata discretivè à reprobis juxta superiorem explicatiooem Div. Thom., quòd licet diligentibus Deum omnia cooperentur in bonom, non tamen omnibus, sed tantum vocatis secuodum propositum, scil. prædestinatis, ergo elicitivè sunt à providentia prædestinativa, cum hæc sit discretiva unius ab alio. §. Explic., & urg. ulteriùs. Licet iterum ex terminis, vel præcisivè sumpta communicari possint à provideotia geoerali supernaturali, negari tamen non potast, elici etiam posse à prædestinationa, ergo prout sic collata prædestinato eliciuntur ab illa. Prob. conseq. simul cum antec., quia superadditis eisdem circumstantiis, vel sub tali reduplicatione propriè pertineot ad illam, sive sunt aliquid proprium illius, sicut dictum est de unitate Dai, superaddita, vel reduplicata unione illius cum aliis attributis, quòd tunc pertinat ad lumen fidei, licet solitariè sumpta pertinere possit etiam demonstrativà ad lumen naturæ, ergo prout sic, sive ut proportionata, & exacta à fioe prædestinationis, & infallibiliter conjungenda cum illo noo solum elici possunt ab eadem utpotè perfectissima providentia, sed etiam de facto eliciuntur, & non solum imperantur ab illa.

Denique urg. totum hoc. Nam prædicta dona prout sic solum exequi possunt à prædestioatione, sive à perfectissima providantia, ergo ab ista eliciuotur. Prob. cons. simul iterum cum ant. Quia prout sic, sive ut proporrionata, & per se exacta à gloria, ut corona, & iofallibiliter conjungeoda cum illa per se importanc discretionem unius ab alio, sicut prædicta Dei unitas ut conjuncta cum aliis attributis importat excessum suprà lumen natorala, sed quia hæc importat hujusmodi excessum à solo lumine supernaturali cogooscitur, ergo pariter à sola prædestioatione exequuntur prædicta dona prout sic. §. Tum quia cœteri effectus proporrionati cum aliquo fina si per se exigantur ab illo, elici, & exequi dicuntur ab illa providentia, ad quam per se pertinat talis finis, ergo cum eadem dooa sint proportionata cum fine prædastioationis, & per sa axigaotur ab ille, ab eadam elici, & exeqoi debent, quia tunc propriè pertinent ad hanc providentiam, sicut alii effectus ad suam.

Ex his prob. 2. concl. evertendo fundamentum oppositæ sanrentiæ. Ideò sola perseveraotia finalis, & gloria suot effectus eliciti prædestinatioois, quia soli isti petunt pro causa ordinante prædestinationem, sed hæc ratio non videtur subsistens, ergo alia etiam dona possunt esse affectus aliciti illius. Ma. constat, quia solus illa actus alicitur ab aliqua virtute, qui per se petit ab illa procedere. Mi. verò prob. Benè stat aliquem actum, vel effectum elici ab una virtute, vel principio, qui tamen oon repugnat ex terminis elici ab alio, ergo rectè possunt componi hæc duo, quòd prædicta dona elicitivè sint à prædestinationa, & non repugnanter ex termiois ab alia providentia, sive generali supernaturali. Prob. ant. tum eadem paritata cognitionis noitatia Dei; nam licet elicitivè pertioeat ad lumen fidei, prout constituit articulum illius juxtà D. Thom. ubi suprà, ex terminis tamen non repugnantar est à lomine naturali. Tum quia actus charitatis, qui propriissimè dicitur elici à virtote charitatis, non repugnaoter etiam elicitur, imò de facto ab auxilio, seù qualitate fluida in peccatore, qui convertitur, ergo non repugnat aliquam actum, vel effectum elicitivè esse ab uno principio, & adhuc posse elici ab alio.

Dices tamen primò ad hanc posteriorem instantiam, quòd non quilibet actus charitatis est propriè actus elicitus charitatis habitualis, sed tantum perfectus, qui nempè suaviter, promptè, & delectabiliter, seù cum modo connatoralitatis elicitur ab illa, unde communiter doceot Theologi, (nec sioe nota temeritatis negari potest,) Deum de lege ordinaria elevare potentias ad actus supernaturales perfectos mediis qoalitatibus permanentibus; ex quo suprà de visiooa efficaciter, & à fortiori intulimus ad intentum Concilii Vieonens. requiri ad illam elicieodam lumen; quòd sit qualitas permanens, quia nempè cum sit actus perfectissimus ex natura sua invariabiliter in æternum permanens, ut fiat connaturali modo magis postulat permanentem ex se qualitatem, qua alevatur intellectus ad eam habendam, quàm quilibet actus sopernaturalis viatoris; cum

autem actus charitatis ab auxilio procedens non habeat hanc perfectionem, vel modum, nequit propriè dici actus elicitus virtutis, vel habitus charitatis. §. Vel poterat etiam dici, quòd idem auxilium vel est ipsamet charitas per modum transeuntis, juxtà receptissimam opinionem Thomistarum cum D. Thom., & Cajet. infrà 1. 2. qu. 113. ar. 8. asserentium gratiam, & habitus virtutum, ut sunt in actuali infusione præcedere motum liberi arbitrii, qui est dispositio ad gratiam, quia ab eis efficienter procedit, licet in genere causæ materialis dispositivè prior sit motus liberi arbitrii, de quo disputatur ibi; unde mirum non est, quòd idem actus secundum substantiã idam etiam elicitivè procedat ab auxilio, ideft ab ipsamet charitate se habente per modum auxilii, prout sic præcedit se ipsam per modum formæ perfectæ. Vel si est distinctum à charitate tanquam qualitas fluida juxtà alium modum dicendi, adhuc tamen est principium charitativum, seù charitas quædam per modum transeuntis, & ideò verè dici potest actus elicitus charitatis, etiamsi ab auxilio eliciatur.

Dices secundò utrique paritati, & rationi etiam præcedenti ex doctrina ejusdem Illustriss. magis ex illis confirmari oppositam sententiam, nempè quòd prædicta dona secundum substantiam non sunt effectus eliciti prædestinationis, sed tantum imperati, quòd solum, (inquit,) ejus conclusio intendit cum prout sic sint communia prædestinatis, & reprobis, nec petant prout sic prædestinationem ut causam ordinantem: quidquid sit deindè, quòd ut efficaciter, & infallibiliter conducunt ad gloriam, non possint istis communicari,

Sec contra primam solutionem, (quæ magis videtur favere eidem rationi, & paritati,) instatur sic. Ad eliciendum actum perfectum charitatis, sive cum modo suavitatis, & connaturalitatis requiritur principium perfectius, & distinctum ab eliciente illum sine tali modo, ergo pariter ad communicandum, vel elicitivè producendum dona gratiæ, & meritorum ut per se connexa cum fine prædestinationis, & exacta ab illo, ut præmio, & corona, sive cum tali perseitate connexionis, & existentiæ, erit necessaria providentia perfectior, scil. objectivè, (ut explicatum est,) sive perfectissima, vel prædestinativa, & distincta à communicante, vel producente illa sine tali perseitate: conseq. tenet à paritate rationis, nec videtur assignabile discrimen,

Explic. hoc, Nam quia in linea charitatis dantur duo actus, alter perfectus cum modo suavitatis, & connaturalitatis; alter verò imperfectus, vel sine tali modo, dantur intra illam duo principia; alterum eliciens hunc posteriorem sine tali modo, alterum eliciens priorem cum illo, itaut actus charitatis cum eodem modo nequeat elicitivè attribui principio elicienti sine illo juxta solutionem datam, ergo quia pariter intra lineam providentiæ supernaturalis dantur dona gratiæ, & meritorum cum perseitate infallibilis conducentiæ ad gloriã, & sine illa, debent pariter respectu illorũ dari duę providentiæ elicitivè distinctę, sive altera elicitivè respiciens illa cum tali perseitate, scil. prædestinativa, (cum non sit alia assignabilis,) & altera sine illa, scil. supernaturalis generalis, itaut priori modo non possint huic elicitivè attribui. Conseq. iterum videtur manifesta.

Hinc etiam excluditur, quod subdit de actu charitatis elicitus ab auxilio, quod sit, vel eadem charitas sub munere auxiliantis, vel transeuntis; vel distincta realiter qualitas, seu fluida, nam sit idem argumentum, quòd si semel tenemur hìc assignare distinctum principium, saltem secundum diversitatem muneris, & sub uno munere perfectius se ipso secundum aliud, ita pariter assignandę erunt distinctę providentię, quarum alteri, scil. perfectiori, vel prędestinativę elicitivè attribuatur donum perfectius gratię, & meriti, sive cum tali modo, alteri verò, scil. generali, vel minùs perfectę sine illo.

Contre secundam verò, qua videtur etiam posse fieri satis præcedentibus replicis dicimus primò, quòd juxta illam videtur cessare difficultas, nam hæc non est præcisè de eisdem donis secundum substantiam quasi abstractivè, sive solitariè sumptis, sed concretivè prout collatis prædestinato, & contractis ut sic dicamus, in illo per utramque perseitatem conducentiæ, & exigentiæ, sicut in simili dum inquirimus supra de visione, & de aliis hujusmodi actibus supernaturalibus quoad eorum vitalitatem, an quoad hanc etiam sint adæquatè proximè à lumine, vel virtute supernaturali; nos Thomistę affirmamus, quia licet vitalitas illorum secundum se, quasi abstractivè sumpta, aut solitariè prout nempè abstrahit à naturali, & supernaturali, neutra sic determinatã, ut idem etiam dicimus de substantia abstrahente à corporea, & incorporea, vel spirituali, utraqua tamen semel contracta, illa quidem in eisdem actibus per prædicatum supernaturalitatis, adęquate supernaturalis est, & hęc in Angelo per differentiam angelicam, est adæquatè spiritualis; sic proportionabiliter dicimus in casu, quòd prout considerantur hęc dona in prędestinato ut sic cõtracta, ut ravarã contrahuntur in illo, sicut contrahitur vitalitas in prędictis actibus supernaturalibus, & substantia in Angelo,) adęquatè elicitivè pertinent ad providantiam prędestinativam, quidquid sit, quòd possint aliàs præparari per providentiam generalem supernaturalem, abstractivè sumpta ab utroque, seu ut prędestinato, vel reprobo indifferenter communicabilia, nec petant prout sic prędestinationem pro causa ordinante, secus tamen concretivã, sive ut alteri, nempè prędestinato determinatè collata,

Ex quibus instatur sic. Donum gratiæ, & meritorum prout in prædestinato, vel semel illi collatum, est contractum in illo per utramqne perseitatem infallibilis conducentiæ, & exigentiæ à fine prædestinationis, sive à gloria, ut corona, & præmio, ergo prout sic est effectus illius; conseq. tenet, quia prout sic contractum per infallibilem perseitatem conducentiæ, & exigentiæ non potest non exigere illam pro causa ordinante, cum ad nullam aliam providentiam pertineat sic infallibiliter ordinare, & conducere ad gloriam, ergo si hoc constituit rationem effectus, sic contractum erit effectus ejus. Ant. autem prob. ex proximè dictis; nam prout in illo, vel semel illi collatum non consideratur abstractivè, vel secundum substantiam, aut secundum se quasi præcisivè, vel indifferenter communicabile, sed ut ei determinatè communicatum, aliàs non loquimor de illo prout convenit prædestinato contrapositivè ad reprobam, de quo modo est quæstio, sed magis in statu præcisionis, & indifferentiæ, de quo nulli potest esse difficultas, an determinatè habeant efficaciam, & infallibilem conducentiam, nam si prout sic haberent illam pariter in reprobo. Quod totum patet in utroque superiori exemplo vitalitatis, & substantiæ, & in aliis similibus, ergo sicut vitalitas semel

mal rapeta in actu supernaturali est adæquatè supernaturalis, & petit pro adæquate proxima ratione agendi virtutem supernaturalem, ut communiter prætendunt Thomistæ; & substantia semel raperta in Angelo est determinatè, & adæquatè spiritualis, pariter hujusmodi donum in prædestinato esit adæquatè prædestinativum, ac proindè petens pro causa adæquatè elicitiva providentiam prædestinativam.

§. ULTIMUS.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem.

PRimò arguitur ex præfatis Authoribus. Id est effectus prædestinationis elicitus, quod per se petit pro causa ordinanta prædestinationem, sicut ille solus actus elicitur ab aliqua virtute, qui per se petit ab illa procedare, sed nullum ex donis gratiæ præter perseverantiam finalem, & gloriam per se petit prædestinationem pro causa ordinante cum omnia alia præter hæc duo possint reprobis concedi, & multoties conceduntur, argo nullum ex donis gratiæ, exceptis perseverantia, & gloria sunt effectus prædestinationis eliciti, sed tantum imperati.

Dices ut supra dist. mi. Nullum per se petit &c. si consideratur præcisè secundum se modo explicato, vel in statu præcisionis, conc., si concretivè, vel prout in prædestinato, & ut proximè per se connexum, & exactum à gloria, nego. Ad prob. annexam similiter dist. illam, sunt communia, secundum se, vel in eodam statu, & abstractivè sumpta, conc., concretivè, & prout in prædestinato, nego. Per quod etiam patet ad exemplum de actibus virtutum, quod etiam poterat ex dictis retorqueri. Nam sicut actus charitatis, licet ut præscindit à perfecto, & imperfecto, possit etiam à charitate fluida, sive ab actuali auxilio elicitivè procedare, ut tamen perfectus, sive contractus per modum suavitatis, promptitudinis, & connaturalitatis, petit per se determinatè elici à sola charitate permanente, sive ab habitu charitatis, ita gratia, merita, & auxilia afficacia, licet secundum se, ut præscindunt à prædicta perseitate elici possint à providentia generali ordinis gratiæ, non tamen ut contracte per illam, prout talia inveniuntur in prædestinato.

Sed instas ex laudato Illustriss. primò sic. Ergo considerata quoad substantiam non sunt effectus prædestinationis eliciti, sed tantum imperati, quod intendit, inquit, nostra conclusio. Patet conseq. quia ut sic non petunt, (ut fatetur solutio,) prædestinationem pro causa ordinante, sed possunt reprobis per generalem providentiam præparasi, argo quoad substantiam non sunt effectus eliciti prædestinationis.

Secundò. Etsi actus aliarum virtutum non possint finem charitatis attingere, nisi ut subordinati charitati, quia tamen quoad substantiam non petunt ab illa procedere, non elicitivè, sed imperativè comparantur ad illam, ergo licet dona gratiæ ut afficaciter ad glosiam conducantia subordinentur prædestinationi, quia tamen secundum suam substantiam non petunt illam pro causa ordinante, non elicitivè, sed imparativè tantum ab illa procedunt.

Tertiò. Licet antie naturalia, ut efficaciter conducantia ad glosiam petant prædestinationem pro causa ordinanta, quia tamen quoad substantiam non petunt illam pro causa, non elicitivè, sed imperativè ab eadem proveniont, ergo licet præfata dona gratiæ, ut afficaciter inferentie gloriam petant per illam præperari, quia tamen illam non petunt secundum suam substantiam, non elicitivè, sed imperativè ab illa procedent.

Quòd si dicas entia naturalia quoad suam substantiam non conducere ad gloriam, & ideò non posse elicitivè procedere à prædestinatione; dona autem supernaturalia, ut gratia, & merita, utpotè proportionata cum eadem gloria, vel fine illius, secundum suam substantiam conducere ad illam, & consequenter optimè posse numerari inter effectus elicitos. §. Contrà hoc arguit. Quia prædestinatio non differt à providentia generali per respicientiam gloriæ, & præparationem mediorum conducentium ad illam, sed per efficaciam consecutionis gloriæ, at gratia habitualis, & merita secundum suam substantiam non habent hanc efficaciam, sed solum dant sufficientiam ad illam consequendam, aliàs etiam haberent in reprobo, ergo secundum suam substantiam inspecta non petunt à prædestinatione procedere.

Quartò instari poterat, & simul urgeri hæc omnia contra id, in quo facimus specialem vim, nempè quòd concretivè sumpta, sive ut contracta in prædestinato per præfatam perseitatem habent efficaciam conducendi, & consequenter petunt prout sic prædestinationem ut causam ordinantem. Quia hæc ratio non solum militat de prædictis donis in illo, sed etiam de aliis saltem supernaturalibus inrer elicitos non enumeratis, sed tantum inter impesatos, ut sunt auxilia sufficientia &c. quidquid sit de naturalibus ad superiorem ordinem non spectantibus, ergo vel omnia erunt effectus eliciti, vel nullum. Conseq. tenet, & ant. prob. Nam omnia prout in illo sunt contracta per rationem efficacitar conducentis, & sunt ejusdem ordinis, ergo in illo prout sic est eadem ratio de omnibus. §. Explic., & urg. hoc. Nam in prædestinato gloria per prædestinationem intenta non tantum per se exigit auxilia efficacia, gratiam, & merita, sed etiam auxilia sufficientia supernaturalia, cum in illo omnia contrahantur per rationem efficacis conducentiæ, sic quòd assecutio gloriæ per se exigat auxilia sufficientia, quæ dent posse ad salutem æternam, ergo si hac ratione semel aliqua præter perseverantiam finalem, & eandem gloriam sunt effectus eliciti, omnia elicitivè etiam sufficientia erunt ab illa, aut per se petent pro causa prout in illo prædestinationem, quod tamen de istis non admittitur.

Ad primam, & duas sequentes patet ex dictis; unde claritatis gratia dist. conseq.; ergo secundum suam substantiam non sunt effectus eliciti; si ly *secundum &c.* appellet suprà eadem dona in statu præcisionis, vel abstractionis à prædestinato, & reprobo, sive communitatis, & indifferentiæ ad utrumque, conc., (etsi id tantum intendat, non dissentimus ab illo;) si supra illa ut jam in statu collationis, sive ut communicata prædestinato, nego, ob rationem datam, & superioribus exemplis confirmatam, nam prout sic per se proximè spectant ad lineam discretivam, vel prædestinativam, & consequentar petunt elici à prædestinationa, ut explicatum est in eisdem exemplis, & præcipuè de prædicato vitalitatis, quod prout in tali actu non solum petit esse à virtute supernaturali, ut elevante, vel concomitante potentiam, sed etiam ut elicitiva, vel effectiva illius.

Ad secundam patet itarum posse retorqueri in actu charitatis, qui potest elicitivè esse ab utraque cha-

charitate fluida, permanente, ut dictum est. Sed deindè dist. ant., sive ejus causalem; quia quoad substantiam non petunt, tam in statu præcisionis, quàm etiam communicationis per se proximè, & immediatè, conc., quia non petunt præcisè, nego, nam aliæ virtutes licet ut subordinatæ, & imperatæ à charitata induant meritum vitæ æternæ, hæc tamen sive gloria per se immediatè connectitur cum gratia, vel charitate, & merito ejus ex propriis illius, non sic tamen cum aliis virtutibus, quæ immediatè non respiciunt finem ultimum, neque Deum pro sui objecto; unde nequeunt exigere per se, etiam in statu communicationis prædestinationem ut causam elicitivam, sed tantum imperativam juxta proportionem habitudinis, quàm dicunt ad charitatem, media qua respiciunt eundem finem ultimum, & propium illius, sive immediatum, scil. in ratione imperantis, non elicientis. §. Vel poterat 2. resp. concesso ant., nego cons. Quia habitus charitatis, (& idem à fortiori est de aliis virtutibus, quantumvis supernaturalibus, & excellentibus) ob sui finitatem, & limitationem nequit elicitivè ingredi limites aliarum virtutum, quamvis ex superioritate ad illas, & ex eo, quòd sit adæquata radix totius meriti respectu præmii essentialis, sive visionis beatæ possit eas sibi subordinare, & imperare illis communicando, & participando de eodem merito in ordine ad eundem finem, ut alibi explicatur de charitata. Cœterum providentia prædestinativa cum infinita, & perfectissime sit; nec etiam subjecti·à, vel ex parte actus distingui dicatur è providentia generali, ut explicatum est, sicut distinguitur charitas ab aliis virtutibus; sed tantum objectivè, optimè poterit dona illa gratiæ elicitivè attingere, & non tantum imperativè, quæ aliàs ex terminis communia sunt prædestinatis, & reprobis, seù cadunt sub providentia generali supernaturali.

Et per hæc etiã patet ad tertiã de entibus naturalibus, quæ longè remotiore sunt à gloria, & secundum se etiam nec proximè, nec remotè possunt habere connexionem per se cum ante supernaturali; unde sustinendo solutionem datam, non solum ex eo, quòd secundum suam substantiam, sive ex propriis conducere non possint ad illam ex defectu proportionis, sed ob defectum connexionis per se tam remotæ, quàm proximæ. Ad replicam distin., mi. non habent hanc efficaciam, si considerentur ex terminis, vel in prædicto statu præcisionis, & indifferentiæ ad utrumque, conc., si in illo contractionis, vel prout in prædestinato, ut dictum est, nego: Per quod patet ad probat. annexam, quæ tantum convincit, ut patet, de gratia ex terminis, non de illa, prout contracta, ut explicatum est.

Ad quartam pariter jam dictum est, quòd licet auxilia sufficientia in prædestinato conducant, & etiam habeant proportionem ordinis, non tamen illa per se exigit gloria tanquam id, cum quo per se habeat connexionem proximam, & immediatam, quidquid sit de remota, unde satis est, quòd sit imperativè ab illa, quia non omnia, cum quibus finis per se connectitur, tenentur elici ex vi providentiæ, quæ à tali fine specificatur, sed sufficit, quòd illud, cum quo connectitur proximè, per se ab illa eliciatur. Gloria autem ut corona per se immediatè, vel proximè connectitur cum gratia, vel ejus meritis, non verò cum auxiliis sufficientibus, licet requirantur, aut exigantur veluti remotè influentia, dando scil. posse.

In forma ergo vel nego ant., vel dist., sed etiam de aliis eodem modo, vel æquè immediatè, nego, diverso, & juxtà eorum conditionem, conc., nam licet ex quo in prædestinato sunt, dent posse conjungendum cum efficacia, ex quo tamen ex propriis carent saltem proxima, & immediata connexione cum gloria ut corona, nequeunt ab illa exigi ut aliquid eliciendum à prædestinatione, sed tantum ut imperandum, licet strictiùs, quàm alia dona naturalia, quæ nec connexionem habent, nec proportionem, sed solam elevabilitatem ad recipiendum, & influendum adæquatè proximè per dona, vel vires gratiæ. Et per hæc patet ad illius explicationem.

Quòd si adhuc instes, nec gratiam, vel merita ejus habere proximam, vel immediatam connexionem cum gloria ut intenta per prædestinationem, cum inter illa, & gloriam, ut constat ex dictis, mediat non solam perseverantia finalis, sed etiam lumen gloriæ, & unio Divinæ essentiæ per modum speciei intelligibilis. §. Resp. dist., & explico ant., non habent proximam, vel immediatam in linea meriti, nego, in linea causæ purè efficientis, conc., dico purè efficientis, quia meritum de condigno dicitur etiam causa efficiens moralis. §. Vel iterum dist. non habent &c. cum gloria restrictivè sumpta pro actu visionis summi boni, conc., sumpta sub formalitate præmii, & coronæ, vel ut ampliativè importat hæc omnia sub eadem formalitate, nego. Nam licet merita non causent physicè visionem, & mediat inter illa prout sic lumen gloriæ, & Divina essentia unita per modum speciei impressæ efficienter ad illius productionem concurrentes, non tamen mediant in linea meriti, cum pertineant ad statum consumationis, undè optimè potest in ratione præmii, & coronæ, (quæ relativè dicitur ad meritum,) immediatè connecti cum gratia viæ, vel cum ejus meritis, ac proindè intendens illam ut coronam, immediatè præparat merita ad illam,

Ex dictis duo inferri possunt. Primum, quòd ea etiam, quæ concomitantur, vel consequuntur ad gloriam, tanquam proprietates ejus, ut dotes, & aureolæ, & alia hujusmodi, dici etiam possunt effectus prædestinationis, quia nempè ordinantur ab illa tanquam ornamenta finis, sive gloriæ ab eadem intentæ, sicut dicitur in naturalibus, quòd non solum dispositiones præviæ, sed etiam simultaneæ, vel concomitantes generationem respiciunt genitum tanquam finem; ita in casu non solum dispositiones viæ, quæ præcedunt ad visionis assecutionem in patria, censetur effectus prædestinationis, sed etiam, quæ illam concomitantur, vel consequuntur, ut prædictę dotes &c. nam hęc conferuntur in ornatum beati, & ad illam perficiendam, & complendam, vel exornandam ordinantur, unde ex voluntate prędestinandi pręparari dicuntur ac proindè inter effectus prędestinationis numerari possunt.

Secundò inferri etiam potest prędestinationis concursum ad suos effectus esse in genere causę efficientis physicę. Nam cum, ut supra ostendimus, in actu imperii efficacis consistat, quo nempè intellectus afficaciter movet voluntatem, ut applicet vim, seù potentiam executivam mediorum, non videtur ejus concursus, sive efficax ordinatio, quòd subtrahi possit à genere causę efficientis physicę respectu suorum effectuum, §. Nec videtur referre hinc sequi prędestinationem activè sumptam aliquid ponere in prędestinato, si semel ejus concursus est physicè effectivus, cum effectiva operatio Dei ad extra sterilis non sit,

sed

sed fœcunda, vel communicativa alicujus boni, ut alibi explicatur; quod tamen negat D. Thom. hic art. 2. ut vidimus, ubi docet, quòd prædestinatio nihil ponit in prædestinato, sed executio prædestinationis aliquid ponit in illo passivè sumpta. §. Non inquam obstare videtur, nam ut satis colligi potest ex discursu articuli, intelligendus est D. Thom. de prædestinatione activè sumpta ratione sui immediatè sub conceptu formaliter immanentis, sive prout est quædam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente Divina existens, ut ipse loquitur versus finem corporis; non de illa, ut est virtualiter transiens efficaciter imperando executionem, ut dictum est.

DISPUTATIO QUINTA.

De efficaci electione prædestinatorum ad gloriam.



Uo se offerunt in hac disputatione additis aliquibus corolariis. Primum, & principale est de electione efficaci, & intentiva gloriæ, quomodo fiat, sive ex parte causæ, vel motivi, an sit liberalis, & gratuita; sive ex parte termini, vel gloriæ, an sit ad illam per modum coronæ, *& ad determinatum gradum*; Alterum verò an præter voluntatem, vel decretum intentivum illius, sit admittenda altera voluntas, sive decretum executivum. Dicturi etiam de inutilitate præscientiæ electorum in statu conditionato.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum electio efficax prædestinatorum ad gloriam fiat ex prævisione meritorum.



Onsultò inquirimus de electione, non de prædestinatione, quia cum hæc, ut vidimus, pro formali, sive essentialiter consistat in actu imperii, qui pertinet ad ordinem executivum, supponit hanc electionem efficacem, quæ pertinet ad intentivum, & de qua modo est sermo. Duo etiam supponimus, ut indubitata in communi sententia Theologorum, & etiam secundum fidem. Primum est, quòd etsi gratis daretur electione m ad gloriam non fuisse gratuitam, vel ex beneplacito Dei, sed ex prævisis meritis, electionem tamen ad primam gratiam pro ejus beneplacito gratis fieri, & ex electione ad majorem gratiam provenire, ut suprà insinuavimus, quòd aliquis breviori tempore majora, vel pauciora merita habeat, & ideò rectè ad Dei beneplacitum reduci ut ad primam radicem, inæqualitatem, aut æqualitatem prœmii, ut sic magis innotesceret intentionem Christi in parabola illa Matt. 20. de operariis in vinea, quòd erunt primi novissimi, & novissimi primi; ad hoc scil. fuisse, ut ostenderet æqualitatem, aut inæqulitatem meriti, & prœmii non esse præcisè pensandam ex antiquitate vocationis, aut diuturnitate laboris, quia ex largiori dono gratiæ pro beneplacito Dei æquari possunt novissimi primis, & etiam præferri, de quo supra de visione ad art. 6. Hanc gratuitam electionem ad gratiam contra Pelagianos in pluribus Conciliis definitam, egregiè ostendit D. August. de prædestinat. Sanctorum exemplo Christi, qui cum sit nostræ prædestinationis, exemplar prædestinatus est ad gratiam unionis absque ullis præcedentibus meritis, & ex sola Dei gratuita electione, & dilectione, ut explicatur 3.p.q.2. ad ar. 11. Et ratio utriusque est. Quia sicut unio hypostatica est principium meritorum Christi, ita gratia habitualis est principium meritorum nostrorum, sed principium meriti non cadit sub merito, ut suppono apud omnes saltem de facto, vel ex natura rei, ut prob. 1. 2. qu. 114. art. 5., ergo ad utramque est electio gratuita. §. Ex quo etiam obiter rejicitur error Origenis, (cujus meminit D. Thom. ad Hebr. 1. lect. 4.) qui sicut docuit omnes animas fuisse creatas à corporibus separatas, & posteà juxtà diversitatem meritorum diversis corporibus fuisse unitas, ita 2. lib. Periarchon. cap. 6. consequenter docuit animam Christi priùs tempore extitisse non unitam Verbo, & propriis meritis obtinuisse, ut ei personaliter uniretur. Quod tamen est alienum à sana doctrina, tum ob rationem datam loquendo de operibus subsequentibus unionem. Tum quia est de subjecto non supponente, loquendo de antecedentibus, quòd dentur talia opera meritoria ante illam, sive prioritate temporis, cum de fide sit non extitisse humanitatem Christi, vel ejus animam priùs tempore, quàm fuerit unita Verbo: sive prioritate naturæ, cum eadem certitudine, qua contra Pelagium docet Ecclesia hominem propriis viribus, nec gratiam, nec gloriam posse promereri, teneamur asserere, imò fortiori solis illis sine auxilio gratiæ, nec mereri posse unionem hypostaticam, quia hæc magis excedit facultatem naturæ: sed de his ibidem. Et videri etiam potest idem S. Doctor in Enchiridion c. 36., & 40., & lib. de correpţ., & gratia c. 11., & alibi sæpè dicens ex Scripturis probari nullum meritum Christi hominis præcessisse unionem.

Secundum etiam fide certum est, & definitum in Triden., prædestinationem in ordine executivo à meritis, & bonis operibus dependere saltem in adultis, cum istis conferatur gloria per modum coronæ, & præmii, sive titulo mercedis, vel justitiæ, ut loquitur Apost. 2. ad Timot. 4., quia nempè ut subdit ibi D.Tho. *datur justis secundum opera justa.* Esa. 3. *Dicite justo, quoniam benè, quoniam fructum ad inventionum suarum comedet.* Unde sicut gratia cessat esse gratia, si detur intuitu meriti, ita præmium, & corona cessat esse talis, si detur liberaliter, & non intuitu meriti, vel operis meritorii.

In his conveniunt omnes catholici, & difficultas est

est de voluntate, vel volitione efficaci in ordine intentivo, quæ etiam vocatur decretum intentivum, an sit omninò gratuita non respiciens merita, ut causam motivam, sed solum ut effectum, adeò ut Deus, licet non intendat efficaciter dare gloriam sine meritis, quasi aligendo unum præalio sine illis, non tamen quòd sic intendat, & eligat ex illis, ut prævisis, sive ex eorum prævisione, sed magis ante illa, ut motivè prævisa. Pro quo etiam advertò, quòd ly ante illa, intelligitur non solum de meritis gratia informatis, sed etiam pro gratia seorsim à meritis, quia sicut meritis correspondet gloria, ut corona, etiam gratiæ correspondet gloria, ut hæreditas, & utrumque est medium ad illam consequendam. Inquiritur ergo utrum ita se gesserit circa electionem hominum, quòd priùs decreverit de gratia, & meritis, quàm de intentione gloriæ, an verò è contra, seu quod idem est, an discretio efficax inter prædestinatum, & reprobum incipiat à gloria, an potiùs à gratia, & meritis. Unde ut jam insinuavimus, loquimur modo de electione absoluta, & efficaci, non de conditionata, & inefficaci, qua vult omnes salvos fieri. Hanc enim omnes admittunt ex qua originetur media sufficientia ad consecutionem salutis. De priori ergo difficultas est, ex qua proveniat, quidquid ad illam conducit.

In qua re prima extrema sententia asserit præfatam discretionem inter utrumque incipere à gratia, & meritis, & postea subsequi electionem ad gloriam, quod est prædestinatum eligi ad gloriam efficaciter post merita prævisa. Ita Vasquez hic disp.89. cap.2., & disp.90. cap.2., & 3. par. disp.23. cap.7., Molina hic qu.23. ar.2., & 3. disp.1. membr.6., & 11. Becca tom.1. cap.11. de voluntate q.4. num.5., & cap.14. de prædest. q.4. Leslius disp. de prædest. sect.1. referens plures ex antiquis Alensem., Bonaven., Richard., Albertum, & alios. Sequitur hanc sent. Alarcon tract.4. de prædest. disp.2., & adhærent alii Recentiores.

Secunda extrema docet electionem ad gloriam præcedere electionem ad gratiam, & merita. Ita communiter Thomistæ Cajet., Alvarez, Gonzales, Bannez, Soto, & alii apud Jo. à S.Thom. hic disp.8. ar.1., & sequuntur Salmant. hic tract.5. disp.9. dub.1.-2., & 3. Illustriss. Godoy disp.65., M. Ferre tract.7. q.5, Gonet disp.2. de causis prædestin. ar.1., M. Catalan ad ar.5. asserens esse communem sententiam PP., & sequuntur ex Societate Suarez, Toletus, Granado, Henriquez, Salmeron, Ruitz, Maldonat., Petavius, Typhanius, & Bellarminus, licet supponant scientiam mediam de prævisione meritorum conditionata. Hanc sententiam de prædestinatione gratuita, ita statuit hìc Eminentiss. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio cap.11., ut post relatos SS. PP., & Summos Pontifices tandem sic concludat. *Itaque Sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam secundò, & tertiò adversus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiæ, & prædestinationis sententiã tulit, ut jam hæc sententia non quorumvis Doctorum opinio, SED FIDES ECCLESIÆ CATHOLICÆ DICI DEBEAT, id quod in sequenti capite adhuc apertiùs, Deo juvante mostrabitur*. Ita Bellarm. Unde etiam ab initio cap. ad hanc etiam reducit D. Bonav. relatum pro opposita, quia licet in 1. dist.41. q.2. videatur aliqualiter favere opposite, nihilominus, inquit, idem Eminentiss. *Eo loco scribere quidem S. Bonaventuram, Deum prædestinare homines ob certas causas soli sibi notas, & non ob solam voluntatem suam, sed eas causas non dicit esse ex parte operum prævisorum, intelligit autem voluntatem Dei non esse irrationalem, sed cum sapientia, & consilio conjunctam, ut etiam loquitur Aug. in Enchiridio cap.95.*

Ex hujus verò Eminentiss., ac doctissimi viri fundatissima doctrina obicer inferimus contra quorundam plùs nimio excedentem animositatem, quàm immeritò, & inconsideratè dictum sit hanc sententiam ad Calvinismum, vel Jansenismum declinare, aut pertinare.

Tertia, & media asserit quosdam sanctos, ut etiam in superioribus insinuavimos electos fuisse ante prævisa merita, alios verò post eorum prævisionem. Ita Catharinus lib.1. de prædest. cap.ult., & lib.3. cap.1., & 3. Et refertur etiam pro eadem Lessius disp. de prædestin. sect.5. num.56. Prior quidem id affirmans de B. Virgine, & aliis insignioribus Sanctis, posterior verò solum de B. Virgine.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio ex sacra Scriptura.

DEus voluntate absoluta, & efficaci intentiva eligit prædestinatos ad gloriam ante prævisa motivè merita, vel gratiam. Præscindimus modo à gloria per modum hæreditatis, vel coronæ, nam de illa prout sic dicemus infra. §. Sumitur primò ex illo Apost. ad Ephes.1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti, & immaculati in conspectu ejus*. Ex quibus sic arg. Apostol: ibi loquitur de electione efficaci ad gloriam, sed hanc ait esse ante merita, ergo hæc non fuerunt motivum talis electionis, sed potiùs fuit electio omninò liberalis, & gratuita; mi. constat ex litera, dum ait elegisse nos, ut essemus Sancti. Ubi D.Thom. conformiter ad Augustinum lib.3. prædest. SS. cap.18., & 19., inquit. *Elegit nos non quia Sancti essemus, quia nec eramus, sed ad hoc elegit nos, ut essemus Sancti virtutibus, & immaculati à vitiis, & in fine §. Causa autem prædestinationis*, sic concludit. *Patet ergo quòd ratio prædestinationis est simplex Dei voluntas. Propter quod dicit Apostolus secundum propositum voluntatis suæ*, itaut ex hoc proposito oriatur illa electorum propria vocatio, quibus omnia cooperantur in bonum, ergo propositum, quod nequit esse nisi intentio efficax gloriæ præcedit merita: ma. verò, quòd sermo sit ibi de electione efficaci, constat manifestè ex verbis illis. *Ut essemus Sancti, & immaculati in conspectu ejus, idest ut eum inspiciamus; Quia visio est tota merces secundum August. in psalm. tract.20.*

Respondet Vasquez ubi supra, quòd Apost. loquitur ibi de electione ad gratiam, deindè post illam sequitur gloria. Hoc enim ordine procedit, nam primò loquens de gratia ait. *Ut essemus Sancti*, deindè de gloria, dum subdit, *& immaculati in conspectu ejus*. Quod confirmat communi modo loquendi, dum dicitur, quòd Deus nos justificat, ut conferat gloriam, & non è contra. Et per hoc etiam excluditur error Pelagianorum, dum originem omnis gratiæ asserit Apost. à Deo esse.

Sed contra hoc est primò. Nam Apost. relatis verbis duplicem veluti actionem insinuat, alterã termi-

natam ad personas electas, dum ait, *elegit nos*, alteram ad sanctitatem communicandam personis prædestinatis, dum subdit, ut essemus Sancti, sed prior nequit esse alia intentio nisi gloriæ, & propositum conferendi illam, posterior verò sit ad gratiam, & merita, ergo ita intelligendus est, ut prior voluntas præcedat, & posterior sequatur, & ità radicitùs destruatur error Pelagianorum. dum non solum initium gratiæ ex Deo ponitur executivè, sed præcedit quædam intentio, nec merita immediatè tangens, sed quæ est radix remota, & omninò gratuita illorum. Unde nihil aliud convincit fundamentum prædictum hujus Authoris, nisi quòd Deus executivè confert gratiam, ut deindè conferat gloriam, sed intentivè eligit ad gloriam, ex qua electione sequitur executivè collatio gratiæ, ut supra ibidem etiam insinuavit ad Rom. 8. lect. 6. §. *Circa ardine autem præscientiæ &c.* ubi paulò post initium inquit D.Th. *Sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno divinitus præparatum. Unde eadem ratione omnia beneficia, quæ nobis confert ex tempore præparavit nobis ab æterno.* Ex quo infert, & simul iterum statuit nostram conclusionem. *Unde ponere quòd aliquod meritum ex parte nostra præsupponitur, cujus præscientia sit ratia nostræ prædestinationis, nihil aliud est, quàm gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quòd principium bonorum est ex nobis, & consumatio est ex Deo.* Ita D. Thom.

Ex quibus sic iterum arguitur. Juxtà Apostolum, & D. Tho. iste est ordo, ut voluntas conferendi gratiam oriatur ex voluntate conferendi gloriam, seu intentiva illius, ergo non stat illam esse gratuitam, & liberalem, & hanc esse onerosam, vel ex meritis. Antecedens patet ex dictis, & ex eo etiam, quia in tantum Deus dat gratiam electis, in quantum vult illis gloriam, & non è contra, in hoc enim discernuntur à reprobis, & non in præcisa voluntate conferendi gratiam, cum etiam pluribus ex his confert istam, non tamen originativè ex intentione gloriæ. Tum quia electis confert illam ut infallibiliter tandem conjungendam cum perseverantia finali, & gloria, ut explicatum est, sed voluntas sic illam conferendi oritur ex voluntate intentiva gloriæ, ut patet ex opposito in eisdem reprobis ergo voluntas conferendi gratiam supponit in prædestinatis, vel vocatis secundum propositum, voluntatem intentivam gloriæ, ac proindè præcedentem merita.

Sumitur secundò ex Apost. ad Rom. 9. ubi de causa prædestinationis disserens expressè eam refert in solam Dei miserentis voluntatem, hos eligentis, & illos relinquentis, & ad hoc probandum adducit exemplum duorum geminorum Jacob, & Esau, qui *cum nondum nati essent, nec aliquid boni egissent, aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui*, & paulò post subdit, *Miserebor cui misereor & misericordiam præstabo, cui miserabor*, idest ut clariùs exprimitur exod. 33. *Miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit*, & statim inde prosequitur. *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis.* Et nequis injustè doleret, subdit. *Quid adhuc queritur? Voluntati ejus, quis resistit?* Unde increpando subjungit. *O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic?* Ubi totam difficultatis resolutionem ad simplicem Dei voluntatem refundit. Unde cap. 11. seq. postquam de magno hujusmodi arcano prædestinationis secundum propositum locutus est tandem sic clamans concludit. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus*, ergo ex mente Apost. electio prædestinatorum ad gloriam, (qui intelliguntur nomine Jacob,) ante prævisionem meritorum fuit.

Dices iterum loqui Apost. de electione ad gratiam, & simul excludi errorem Pelagianorum, qui dicunt, ut insinuavimus, initium boni supernaturalis esse ex nostris meritis. Hic verò sufficienter excluditur per hoc, quòd sola electio ad gratiam sit gratuita.

Sed contra hoc est. Tum quia, ut dicebamus, efficaciùs excluditur idem error posita priori voluntate intentiva gloriæ pariter liberali, & radice totius meriti. Tum quia agens intellectuale in operando, (ut etiam constabit infra) incipit à fine, quando id sibi possibile est, vel nihil obstat, atqui motivum primi amoris Divini in operando in hac linea non sumitur ex nostris operibus, ut fatetur solutio, sed magis originat illa nihil obstat, vel nullum est inconveniens, immò est necessarium in prædestinato, ut dictum est, quòd Deus incipiat ab intentione gloriæ, ergo ita incipit in prædestinando, & non à meritis ad mentem Apostoli.

Tertiò sumitur ex illo Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ubi Christus loquitur, ut patet, de electione efficaci prædestinatis propria; sed verbum *complacuit*, ut etiam constat ex communi conceptione, designat actionem liberalem, ergo cum respiciat gloriam, voluntas intentiva respectu illorum ad illam non supponit merita. §. Expl. hoc. Quia intentio Christi ad hoc est, ut curam temporalium deponerent, & à fortiori persuadeat, assumi medium urgentissimum in eo consistens, quòd si complacuit Patri dare eis Regnum Cœleste, quantò magis dabit necessaria ad præsentem vitam, vel curam habebit de illis dandis, sine quibus præsens vita sustineri non potest; sed utrumque in his satis manifestè exprimitur, scil. actio efficax dandi, ut patet ex ipsis verbis & voluntas liberalis, ut specialiter constat tum ex prædicto verbo *complacuit*; tum ex illo *Patris*, quo non consuevit Deus appellari, quando movetur ad conferendum aliquid ex meritis, sed potiùs nomine justi judicis, ut patet ex illo Apost. *Quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex.* Ergo actio, vel electio efficax intentiva gloriæ liberalis est, & non ex meritis.

Quòd si opponas tunc adhuc fuisse Judam de numero Apostolorum, qui tamen prædestinatus non erat, ac proinde nomine complacentiæ non posse intelligi electionem efficacem, à qua nullus excidere potest, sed solum simplicem, & inefficacem complacentiam dandi illam. §. In contra hoc est. Quia non est necessarium, quòd electio efficax manifestè expressa prædictis verbis dirigatur ad omnes, sed tantum ad eos, ad quos directus erat sermo ejus, sed hic non erat directus ad omnes, sed ad majorem partem, nam optimè noverat unum ex illis Diabolum fore, vel filium perditionis, ergo perditio istius non obstat efficaciæ electionis. §. Secundò quia sicut fuit voluntas in Patre dandi necessaria ad vitam præsentem, ita fuit dandi futuram, sive gloriam, utpotè finem istius, & longè, vel infinitè præstantiorem, & magis necessariam, sed prior voluntas non fuit inefficax, & simplex complacentia, sed efficax, ut

sup-

ſuppono, aliàs non voluiſſet efficaciter eos vivere, ergo à fortiori erit efficax poſterior, aliàs minùs curaſſet de vita eorum æterna, quàm de temporali.

§. I I.

Probatur Concluſio ex D. Auguſtino, & D. Thoma.

INnumera ferè loca SS. adduci poſſent in confirmationem concluſionis, & præcipuè D. Auguſt., unum tamen, vel alterum referam iſtius S. D. ne plùs nimiò immoremur. Nam in lib. de Corrept., & Gratia c.7. inquit. *Quicunque ab illa originali damnatione, (idest ex peccato originali cauſata) ita divina gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubium, quid & procuratur eis audiendum Evangelium, & cum audiunt credunt, & in fide, qua per dilectionem operatur uſque in finem perſeverant.* Quibus verbis manifeſtè exprimitur electionem Dei efficacem ad prædeſtinatos præcedere præparationem mediorum, ac proinde eſſe ante prævifa merita.

Deinde lib. de Dono perſeverantiæ cap.9. ubi reddens rationem collationis doni perſeverantiæ reſpectu eorum diſcretivè ab aliis inquit. *Quanam eſt illa diſcretio? Clamat Divina Scriptura non erant ſecundum propoſitum vocati. Non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem Mundi*; ergo D. Aug. propoſitum, ſeu efficax intentio gloriæ eſt ante merita conjuncta finali perſeverantiæ.

Tertiò. Nam eodem cap. de Corrept. explicans illa verba Jo.6. *Non ne ergo vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus eſt*. Sic ait. *Illos debemus intelligere electos per miſericordiam, illum per judicium, illos ergo elegit ad obtinendum regnum ſuum, iſtum ad effundendum Sanguinem ſuum.* Quòd autem loquatur de electione efficaci patet, cum loquatur de electione diſcretiva unius ab alio, quæ plenè inefficax non eſt, & communis. Quòd verò etiam intendat de electione ad gloriam, & non præcisè ad gratiam, eſt iterum manifeſtum, dum ait *ad obtinendum Regnum ſuum*. Ergo cum juxta Aug. hujuſmodi electio ſit ex miſericordia, dici nequit ad mentem ejus, quòd ſit motivè ex meritis prævifis, aliàs magis eſſet ex judicio, & juſtitia, quàm ex miſericordia.

Dices huic autoritati mentem Auguſtini eſſe quidam prædictam electionem fieri per miſericordiam, non per excluſionem meritorum procadentium à gratia, ſed à natura, quia ibi procedit contra Pelagianos, & Semipelagianos, quorum error non conſiſtebat in eo præcisè, quòd electio ad gloriam aſſet ex meritis à gratia procedentibus, ſed ex operibus naturæ initiativè, ut dictum eſt, & adhoc excludendum maximè confert, quòd præcedat hujuſmodi opera naturalia, non illa gratiæ, quæ ſunt proportionata, & poſſunt influere, & de facto in executione influunt ad illam.

Sed hæc ſolutio manifeſtè excluditur priori autoritate adducta ex eodem capite, qua non ſolum affirit præcedere opera naturæ, ſed etiam ſupernaturalia, & ſalutaria, ut patet ex verbis relatis. Deinde non ſolum aſſerit S. Pater talem electionem eſſe ex miſericordia, quia non eſt ex meritis, ſed etiam quia ipſa eſt meritorum cauſa, itaut omnia merita præcedit etiam fidem; unde ait *non enim ſic ſunt vocati, ut non ſint electi*; ergo ſentit electionem, de qua loquitur præcedere vocationem ad fidem, ac proinde non ſolum non eſſe ex meritis naturæ, ſed nec etiam ex illis gratiæ. §. Nec obſtat, quòd ibi impugnet Pelagianos, & Semipelagianos, nam ut ſupra dicebamus, urgentiùs rejicitur eorum error, ſi etiam priorem voluntatem intentivam gloriæ dicamus eſſe gratuitam, & non ſolam poſteriorem conferendi gratiam, ſic enim magis recedimus ab illo, cum utramque ſtatuimus gratuitam ut ſic plenè ejus liberalitas, & bonitas in hoc ſummo ejus beneficio radicaliter appareat. Quidquid ſit, an ad excludendum prædictum errorem ſatis aſſet quòd præcederet opera naturæ; et non videretur id plenè conducere ad ſui intentum, quod eſt ad manifeſtandem præfatem electionem diſcretivam, (de qua loquitur) ex adæquata radice divinæ bonitatis, & liberalitatis, & pleni, vel abſoluti dominii donorum ſuorum procedere, ſcil. non tantum gratiæ, ſed etiam gloriæ.

Nec etiam obſtat, quòd reddens ibi rationem, cur ita ſint electi dicat, *quia gratia illis eſt omne meritum*, quaſi ſolum velit excludere merita reſpectu gratiæ, non reſpectu gloriæ, quia cumpe gratia eum ſit principiom meritorum, non cadit ſub merito, ut dictum eſt, benè verò gloria, & ideò licet electio ad gratiam non ſit ex meritis prævifis juxta D.Aug., ſecùs electio ad gloriam. Tum quia cum loquatur ibi non ſolum in ordine intentivo, ſed etiam executivo, in quo certum eſt, ut vidimus, gloriam adultis conferri ex meritis gratiæ, intelligendus eſt velle tantum excludere ab electione ad gloriam opera naturæ.

Non in quem obſtat, primum quidam, quia ſicut dicit, quòd gratia eſt omne meritum, ita pariter quod miſericordia, ex qua eſt electio ad gloriam, eſt cauſa omnium meritorum, ergo eadem ratione, qua excludit meritum reſpectu electionis ad gratiam, pariter excludit reſpectu electionis ad gloriã. §. Tum quia ſicut gratia eſt proxima radix meritorum, ita electio intentiva gloriæ, eſt radix eorum remota, & veluti proxime gratiæ ut oſtenſum eſt, ergo ſi hæc rationa gratia merita præcedit, pariter electio efficax ſive voluntas intentiva gloriæ præcedet illa: & quidem etiam convenientiſſimè, (ut dicebamus, & conſtabit infra) ad modum operandi agentis intellectualis.

Neque etiam obſtat ſecundum, nam ſi velimus hæc omnia ad mentem ejus expoſitam componere, nec velimus quaſi remiſſum, vel diminutum in impugnendo prædictum errorem, & in commendando divinam bonitatem ſalva juſtitia, cui valdè detrahebant per ſuum præſumptuoſum dogma Pelagiani) tenemur aſſerere, quòd quando loquitur de prima gratia in utroque ordine excludat merita, ut ſic primam radicem totius meriti, & juſtitiæ adæquatè ad divinam bonitatem refundat, ut ſic eorum præſumptionem plenè coarceat. Quando autem de gloria, ſolum in ordine intentionis, non executionis, ut ſic etiam ſalvetur ejus juſtitia in retribuendo, & coronando dona ſua, ut ait eidem S. Pater, & augeatur ſpes, & fervor electorum in ſalubriter operando, & ſic omnia conſonent ad mentem illius. Sed non eſt, cur ad eam ulteriùs invaſtigandam immoremur, cum vel plures ex contrariis, ut hic §.5. refert noſter Gonet, fateantur ſe hac in re menti ejus adverſarii.

De illa etiam D.Tho. minùs eſt dubitandum, cum noſtram concluſionem non ſolum doceat, ſed etiam effi-

efficacissima probet, ut statim constabit; Clarissimè autem præter testimonium jam selatum, eam tradit hic q.23. ar.5. ad 3. dicens. *Quarè hos elegit ad gloriam, & alios reprobavit, non habet rationem nisi divinam voluntatem, unde Augustinus dicit super Joannem, quarè hunc trahat, & alium non trahat nolli velle di judicare si non vis errare. Sicut etiam in rebus naturalibus, quòd hac pars materia sit sub ista forma, & illa sub alia dependet ex simplici divina voluntate, sicut ex simplici voluntate artificis dependet, quòd ille lapis est in ista parte parietis, & ille in alia; quamvis ratio artis habeat, quòd aliqui sunt in hac, & aliqui sunt in illa.* Idem docat art. præced., ubi electionem prædestinati ad gloriam asserit non oriri in Deo ex bonitate ejusdem prædestinati, sed mag s eam causere in illo ad consecutionam illius; constat autem bonitatem necessariam ad consecutionem gloriæ esse marita, ac proinde hæc subsequi ad electionem, ut illius effectum, non antecedere illam, ut motivom. §. Quæst. etiam 6, de veritate art.2. inquit, *Quòd Deus velit alicui dare gratiam, & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit*, Non potest aotem id intelligi de ordine executivo, sive de gloria corresspondente gratiæ in eodem, quia executivè, ut dictum est, non datur gloria ex liberalitate, sed ex justitia, §. Et art.6. ait. *Præscientia meritorum vel propriorum, vel aliorum non est causa prædestinationis.*

Apertissimè etiam id asserit lect. 3. ad Rom. 9. *Non potest esse inquit, quòd merita consequentia gratiam sint ratio miserendi, aut prædestinandi, sed sola Dei voluntas, secundum quam misericorditer aliquos liberat*, Denique ad illa verba Apostol. ad Ephes.1. *In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ* subdit ibid. lect.4. §. *deinde. Ponit voluntariam Dei prædestinationem, cujus quidem prædestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas; propter quod subdit secundum propositum ejus*, Videatur etiam contra Gent.c.56. Ubi cum eodem Apost. sic concludit primum. §. *licet. Hinc est quòd Apost. dicit Rom.9. volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.* Quod repetens, & explicans hic in relata solut. ad 3. inquit, Voluit igitur Deus in hominibus quantum ad aliquos, quos prædestinat, suam repræsentare bonitatem per modum misericordiæ parcendo; & quantum ad aliquos, quos reprobat per modum justitiæ puniendo. Et hæc est ratio, quare Deus eligit, & quosdam reprobat, Et hanc causam assignat Apost. ad Rom.9. dicens, Volens *Deus ostendere iram &c.* quod declarat exemplo illo magnæ domus 2. ad Timot.2. *In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, & quædam in contumeliam*, Et immediatè deinde reddens rationem hujus electionis discretivæ, aliam cum D. Aug. ut supra, non assignat, nisi divinam voluntatem.

§. III.

Ratione probatur Conclusio.

PRob. ratione desumpta ex D.Thom. in præsenti art. Nam electio efficax hominum ad gloriam ordine intentionis antecedit prævisionem meritorum; sive prior est in eodem ordine, quàm videantur merita in ratione motivi, ergo non est motivè ex meritis; cons. tenet, quia si ut prævisa essent motivum, sic efficaciter, vel discretivè eligendi, antecederent prout sic in eodem ordine, sicut omnis causa prout sic prior est eo, cujus est causa; ant. verò prob. Voluntas efficax mediorum efficacium supponit voluntatē finis cujus sunt media, sed voluntas gloriæ est voluntas finis, & illa meritorum est voluntas mediorum ergo illa est prior. Prob. me. Quia voluntas mediorum supponit ex natura rei in ordine intentivo, qui est prior, voluntatem finis, ergo in eodem ordine efficax voluntas mediorum efficacium supponit efficacem voluntatem finis. Prob. cons. Tum quia aliàs esset veluti voluntas à casu, non præintento fine, eo modo, quo eligit media. Tum quia ex intentione finis oritur appetitus mediorum, unde media appetuntur gratia finis; sed electio efficax mediorum efficacium oriri nequit ex appetitu, vel intentione inefficaci finis, ergo ut inferatur efficax electio mediorum præcedere debet efficax intentio finis.

Explic., & urg. hoc. Quamvis detur ex intentione inefficaci finis oriri posse electionē inefficacem, sive inefficacium mediorum, nunquam tamen efficacem, vel mediorum efficacium, ergo non prævia efficaci finis intentione nunquam haberi poterit efficax electio seu mediorum efficacium. Prob. ant. quia, ut dictum est, talis electio esset à casu, vel præter intentionem, & similiter finis præter intentionem consecutus, cum sit efficaciter consecutus, efficaciter non intentus, sed hoc nequit admitti respectu agentis intellectualis ex consilio, & deliberatione prudenter procedentis, & præcipuè respectu Dei ordinatissimè providentis, & cui præter intentionem nihil evenire potest, ergo nec poterit respectu illius admitti efficax electio mediorum efficacium orta ex inefficaci intentione finis. Ma. præterea constat, nam media illa ut supponimus, efficaciter inferunt finem (aliàs efficacia non essent;) & intentio ad illius consecutionem efficax non est, ergo illius consecutio est præter intentionem.

Explic., & urg. ulteriùs. Nam ut modo supponimus ex communi doctrina ex 1.2., & etiam communi conceptione, (ob cujus etiam neglectu, plura sinistrè illata sunt, & ab Innoc. XI. damnata, ut advertit noster Laurentius Pisanus in suo Gladio) in hoc media distinguuntur à fine, quòd cum sint ad finem ordinata, & illius gratia eligantur, solum habent suam bonitatem, & utilitatem in ordine ad illum, unde dicuntur bona, & utilia propter finem, qua ratione etiam illa dicuntur præstantiora, quæ sunt magis proportionata ad illius consecutionē, at cum hoc non componitur amor efficax mediorum efficaciter inferentium finem, & tantum inefficax ejusdem finis, ergo dari nequit electio efficax seu mediorum efficacium, non supposita electione efficaci finis.

Denique urg. quia ità comparator finis in ordine volitivo ad media, sicut principia in ordine intellectivo ad conclusiones, sed ut intellectus assentiatur

con-

conclusioni, necessariò supponitur tanquam efficax, vel activa aplicatio intellectus, assensus principiorum ergo ut pariter voluntas efficaciter eligat media, vel determinatè aplicetur ad illorum electionem necessariò requiritur efficax intentio finis.

Huic rationi occurrunt contrarii cum Vasquez distinguendo de fine intento sibi, & de intento respectu aliorum, quòd licet loquendo de intento sibi non stet electio efficax mediorum efficacium non supposita efficaci intentione illius, secus tamen de intento aliis, tunc enim optimè efficax eadem electio oriri potest ex inefficaci intentione finis, ut patet in Patre intendente filio hunc finem, scil. quòd evadat doctus, nam omnia media adhibet necessaria ad illius assecutionem, & tamen eundem finem non solum efficaciter non intendit, sed neque potest efficaciter intendere, cum illius assecutio in sui potestate non sit, & possit etiam tali fine frustrari; pendet enim à labore, studio, & aliis requisitis ad acquisitionem doctrinæ necessariis, quæ potest filius otio, ludo, vel aliis pravis exercitiis deditus negligere, ut sæpè contingit. Idipsum etiam accidere potest si finis quidem sit in potestate proponentis, vel intendentis illum, sed ejus assecutionem labori, & industriæ alterius committere decernat, præsertim, quando non alio titulo intendit, aut prædefinit dare illum nisi in præmium laborum, vel meritorum, seù titulo justitiæ, ut contingit in casu gloriæ conferendæ, undè tunc eligit quidem efficaciter dare media efficacia, scil. gratiam, & etiam gratis, quia homo ex viribus naturæ hanc mereri non potest, quia tamen assecutio gloriæ ab operibus illius meritoriis dependet, satis est ad illam præcedere intentionem inefficacem, vel conditionatam ejusdem finis, & habere deindè efficacem illius post prævisa merita, seù conditione impleta eorum.

Sed contrà hanc solutionem, quæ videtur apparentes favere oppositæ sententiæ insto eodem argumento. Nam ex eo intendens sibi consecutionem finis, ut eligat media efficacia, requiritur quòd priùs efficaciter intendat finem, quia electio mediorum ex intentione finis procedit; hac enim ratione communiter dicimus, quòd agens ordinatè procedens incipit à fine; sed hæc ratio militat, ut patet, etiam de intentione finis consequendi ab alio, ergo etiam in ordine ad istum debet procedere efficax intentio illius ad electionem efficacem, seù mediorum efficacium. §. Urg. hoc primò. Nam sive eligat media sibi, sive alteri semper tamen finis est ratio eligendi illa, sed ut probatum est, inefficax appetitus finis nequit esse ratio eligendi media efficacia, nam aliàs ejus assecutio ut vidimus, esset præter intentionem, si solum ad electionem istorum præcederet inefficax intentio finis, ergo sive alteri, sive quis intendat sibi, vel desideret finem nunquam ordinatè procedens, & non à casu, vel præter intentionem eliget media efficacia non præintento efficaciter fine.

Secundò. Nam præfata distinctio de intentione finis sibi, vel alteri consequēdi non videtur ad rem, & magis eludere, quàm satisfacere rationi factæ. *Quod* prob. sic. Quia potest contingere, quòd similiter desideret sibi finem, sicut desiderat alteri ergo utrobiq; eodē modo sequetur electio, itaut etiā respectu sui ex inefficaci intētione finis sequatur electio efficax, vel mediorū efficacium, ac proindè vel in utroque casu erit concedendum, vel in neutro. Prob. ant. nam desiderans sibi cathedram, eodem modo desiderat eam sibi, sicut pater desideret filio profectum doctrinæ, eodem enim modo sunt in potestate ejus media requisita ad consecutionem cathedræ, sicut sunt in potestate patris media requisita ad profectum doctrinæ filii ergo insufficiens est præfata distinctio; unde poterat retorqueri, ut dictum est, quòd etiam respectu sui ex simplici desiderio, vel inefficaci appetitu finis procedere possit efficax electio mediorum, quod non admittit solutio.

Tertiò. Quia videtur hæc repugnantia asserere, quòd nempe pater præparet omnia media necessaria ad finem intentum filio, & illum velit tantum inefficaciter, aut simplici tantum desiderio, (tum ob rationem datā à priori, quòd ratio finis est ratio eligendi media,) ità ut ex intentione illius in ordinetè procedente oriatur efficax electio mediorum. Tum quia deffectus consecutionis finis non arguit defectū efficacis intentionis illius in habente potestatem limitatam, vel non habente omnia in plena sui potestate; nam optimè stat, & sæpè contingit, quòd Rex aliquis, vel imperator, aut Dux supremus ejus exercitus efficacissimè velit expugnationem alicujus Urbis, vel arcis, & adhunc finem præparet omnia media necessaria, & tamen illum non obtineat. Quis enim dicet, quòd idem Dux præparans omnia, quæ conducere possunt ad victoriam, sive in gloriam sui, sive sui Principis, & tamen ex eo, quòd illam non consequatur, simplici tantum desiderio, vel inefficaciter eam voluerit? Unde omnia hujusmodi exempla, quæ sæpè in similibus afferuntur à contrariis, infirmissima sunt, & nihil concludere possunt in ordine ad Deum habentem plenissimam potestatem supèr omnia usque ad exitum, salvo modo operandi cujuslibet agentis creati, ut in superioribus dicebamus juxtà conditionem eorum, ac proindè non indiget prævidere media exequenda ad consecutionem finis, sive gloriæ in casu, ut moventis se ipsum ad efficaciter illam intendendam prædestinatis, & solum velit eam inefficaciter, sive simplici complacentia, aut conditionatè ante eorum prævisionem. Hæc enim militare possunt respectu agentis finitæ efficaciæ, non infinitæ, sive habentis ut ait D. Aug. omnipotentissimas vires ad omnia exequendum prout vult. Per quod patet ad omnia quæ subduntur in eadem solutione.

Itaque stando in exemplo solutionis nequeunt hæc duo componi, nempè quòd pater prudenter eligat omnia media necessaria ad prædictum profectum filii, & quòd hic efficaciter non claudatur in intentione ejus; quidquid sit quòd idem finis non sit subjectus potestati ejus, & consequenter quòd aliundè deficere possit ejus assequutio, hoc enim per accidens se habet ex defectu filii, quem non potest pater, si maximè absens sit, ab omni vitio, seù prava consuetudine cohibere, non ex defectu efficaciæ suæ intentionis, quæ potissimè arguenda est ex præparatione omnium mediorum necessarium, unde Patriarchæ Abrahæ post omnium præparationem filii dictum est. Quia fecisti hanc rem hanc, esto eam postea à Deo vetitus actu non impleverit. Quia scil. post omnium præparationem ad aliquem finem non solum inferenda est efficax intentio respectu illius in præparente, sed etiam habenda pro executa, quia quantum est ex se semel omnibus præparatis talis censenda est non solum intentivè, sed etiam executivè, ergo prædicta solutio, vel aliæ similes his exemplis innixæ non solum sunt insufficientes, sed magis

jugu-

jugulant se ipsas, nam manifesta videtur implicatio, quòd semel pater eligat omnia media ad talem finem, & hac ratione eligat, quia vult talem finem, & quòd in intentione, vel desiderio ejus non claudatur finis, ut efficaciter volitus.

Dices, quòd talia media fiunt efficacia à filio, licet quatenus præparantur, aut procedunt à patre efficacia non sint, & ità contingere in Deo desiderando, aut volendo gloriam hominibus, nam confert illis media sufficientia, quæ fiunt ab illis efficacia, unde prævidenda sunt, an sint ut talia constituenda, vel efficienda ab illis. Quę solutio sumitur ex Lessio sect. 5. n. 57. asserente efficaciam mediorum in prædestinatis ad consecutionem vitæ æternæ, & ad perseverandum in gratia, & vitanda peccata materialiter se habere comparativè ad divinam voluntatem, nec esse per se intentam ab illa.

Sed hæc solutio, ut parat ex dictis, videtur repugnare menti Apostoli, in eo quòd apertè asserit diligentibus Deum, scil. prædestinatis juxta D. Aug., & D.Thom., omnia cooperari in bonum secundum propositum vocatis, & secundum consilium voluntatis suæ. Quomodo enim dici poterunt sic vocati secundum idem propositum, & consilium, ità ut omnia beneficia, & media illis præparata secundum tale propositum, & consilium cooperentur in bonum discretivè ab aliis diligentibus non sic vocatis secundum illud, & quòd tantum materialiter se habeant, aut non per se intenta comparativè ad divinam voluntatem respectu illorum? Videntur hæc repugnantia in terminis. Unde iterum arguitur ut supra. Nam ex hac solutione sequitur, quòd consecutio gloriæ sit præter intentionem Dei; consequens non est admittendum, ergo nec eadem solutio. Prob: min. gloria juxtà solutionem cadit sub merito efficaci præter intentionem Dei, cum juxtà illam non sit per se intenta ab illo, ergo præter intentionem ejus ponitur in re. Cons. tenet, quia nequit effectus non esse præter intentionem, causa existente præter intentionem, ergo si semel meritum efficax est pręter intentionem Dei, vel non per se intentum ab illo, pariter gloria in re, quæ est eorum effectus, erit præter intentionem illius. §. Quòd verò sit inconveniens nullatenus admittendum, nempè quòd esse possit præter intentionem, aut voluntatem Dei, sive conversio hominis, sive perseverantia finalis, sive consequenter positio gloriæ in re, aut assecutio ejus quasi ad hoc indigeat Deus aliquo extrinseco concursu, aut teneatur expectare illum saltem ut prævisum, sive prævidere ut motivum ad decernendum, vel intendendum talem effectum, traditur à D. Aug. in Enchirid. ad Laurentium cap. 97. ubi contrà illud sic clamat. *Quis porrò tam impiè desipiat, ut dicat malas hominum voluntates Deum, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit in bonum non posse convertere*. Quia nampè aliàs non haberet omnipotentissimam potestatem humanorum cordium, quo placuerit inclinandorum, nec magis haberet in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas, & velle, & nolle, sic esset in nolentis potestate, ut divinam superaret potestatem. Quæ omnia in terminis sunt contrà eundem Sanct. Doct. lib. de corrept., & gratia cap. 14. Idem docent D. Prosper epist. ad Rufinum, quæ est de libero arbitrio, & D. Thom. q. 22. de veritate art. 9. dicens. Deus potest transferre inclinationem voluntatis de uno ad aliud.

Denique ex eadem solutione duo alia sequuntur in convenientia. Primum non dari prædestinationem formaliter in Deo, quia hæc est de mediis efficacibus; hæc verò juxtà solutionē, sunt pręter illius intentionē, & materialiter solū se habent ad divinam voluntatē. Secundū est quòd non teneamur gratias agere pro mediis efficacibus ad vitam æternam, quia hęc efficacia ex nobis est, & non ex Deo, ut dicit eadem solutio.

Aliter ergo occurrunt alii rationi factæ, nempè quòd cum merita sint media moralia tenentur supponi ad Dei electionem tanquam objectum movens voluntatem ad conferendum præmium. §. Sed contra hoc est. Nam ex eo quòd merita sint media moralia non rectè infertur, quòd moraliter, vel objectivè moveant ad intentionem gloriæ, sed satis est quòd ad executionem ejus, quod non negamus, ergo. Prob. ant. quia omnis dignitas meritorum, ut vidimus, radicaliter, seu tanquam à radice remota provenit ab intentione gloriæ, nam quia intendit gloriam, vult dare gratiam, & charitatem, quæ est principium totius dignitatis, & meriti in operibus bonis, ergo intentio gloriæ omninò gratuita, & liberalis est, non pendens motivè etiam moraliter, vel objectivè à meritis.

Tertiò alii respondent cum Molina rationem factam convincere de agente intellectuali, qui distinctis actibus vult media, & finem, unde tenetur primò incipere à fine, qui est ratio volendi media, non respectu Dei, qui unico, & simplicissimo actu utrumque attingit, §. Sed hæc solutio facilè impugnatur ex superioribus. Et in primis quæstio esset de subjecto non supponenta, cum in Deo nulla admitti possit realis distinctio, sicut nec prioritas, vel posterioritas realis inter hujusmodi actus intentionis finis, & electionis mediorum. Quamvis ergo, ut dicebamus, Deus se ipsum, & omnia alia à se cognoscat, & velit ab ęterno, eodem simplicissimo actu intellectus, sine ulla prorsùs reali distinctione formali, aut ex natura rei inter actum utrinsque, aut inter actum voluntatis, ut terminatur ad unum objectum, & se ipsum ut terminatur ad aliud, & ideò nulla prioritas realis, aut ex natura rei reperiatur in actu intellectus, & voluntatis Divinæ comparativè ad quodcumque objectum, quia realis prioritas non est imaginabilis sine reali distinctione. Cæterum quia talis simplicissimus Dei actus ad plura inter se realiter distincta se extendit, eminenter, virtualiter, aut fundamentaliter est multiplex, & ideò nostro modo intelligendi eundem Dei actum, ut terminatum ad unum objectum ratione ratiocinata distinguimus à seipso, ut terminatur ad aliud, & priùs concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, & penès hunc modum concipiendi diversa signa, aut instantia prioritatis, & posterioritas rationis distinguunt Theologi in actu Divini intellectus, & voluntatis circa res producendas, vel providendas, aut ordinandas ad extra in suum finem. Sicut autem distinctio rationis in tali actu, ut vidimus, ex distinctione objectorum inter se pensatur, & sumitur, sic etiam diversa signa, aut prioritates in eodem actu non debent pro libito fingi, sed ex prioritate, & dependantia objectorum inter se, quam habent, aut ex natura rei, aut ex Divino beneplacito debent assignari, sic nampè ut objectum, quod est causa alterius, priùs ratione dicatur volitum, quàm illud, cujus est causa, & per consequens cognitum scientia visionis. Ita Capreolus in 3. dist. 1. qu. unica art. 3. in princ. Placuit hæc repetere, quia plurimum deserviunt ad alias similes difficultates.

Ex

Ex his impugnatur solutio. Nam licet Deus unico simplicissimo actu utrumque attingat, scil. finem, & media, sive gloriam, & merita, adhuc tamen cum fundamento in re, seu ratione ratiocinata ut terminatum ad unum distinguimus à se ipso, ut terminatur ad aliud, & priùs ratione concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, ergo identitas, vel simplicitas illius non obstat, ut verè concipiamus Deum terminari suo actu voluntatis priùs intentivè ad gloriam, quàm electivè ad gratiam, & merita, Sicut priùs suo actu intellectus, sive per scientiam simplicis intelligentiæ terminari ad possibilia, quàm per illam visionis ad futura, vel existentia, quia prius concipiuntur res sub statu possibilitatis, quàm existentiæ, vel futuritionis.

Denique alii respondent recurrendo ad mutuam prioritatem in diverso genere causæ, itap. ir ten.io gloriæ præcedat in genere causæ finalis electionem mediorum, hæc verò præcedat illam in genere causæ materialis, & dispositivæ. §. Sed hæc solutio etiam rejicitur ex dictis, quia hanc mutuam prioritatem, cum non militet contra præsens inteotum Thon ista, rum, admisimus supra in prædestinatione Christi respectu illius, & permissionis peccati; nam modo inquirimus, ut dictum est, de prævisione meritorum in ratione motivi, an præcedat in hoc genere non purè materialiter, vel dispositivè: nam licet daretur habere prioritatem in hoc genere, adhuc vei ificatur intentionem gloriæ esse omninò gratuitam, vel liberalem, sive independentem ab omni prævisio ut motivo, quod solum potest obstare liberalitati prædestinationis, sive electionis ad gloriam. Quod patet in voluntate dandi primam gratiam, quam fatemur omnes esse gratuitam, & tamen ad illam præcedunt, sive ad illius infusionem, actus nostri in genere causæ materialis, vel dispositivæ; unde si semel hæc prioritas, sive in hoc genere obstaret liberalitati electionis ad gloriam, pariter obstaret liberalitati electionis ad gratiam, quod nullus dicit salvo ut supra, errore Pelagianorum: solum ergo conferre posset hæc prioritas ad hoc, nempè ad qualificandum, vel reddendum subjectum dignum, vel idoneum, ut illi detur gloria, sicut proportionabiliter loquendo prioritas actuum nostrorum in eodem genere constituunt illud idoneum, ut detur illi gratia, quamvis sit aliàs discrimen, quòd actus nostri ut præcedunt gratiam, & consequenter principium meriti, habere nequeunt rationem meriti saltem de condigno respectu illius; cum tamen post illam, utpotè ab eadem jam dignificati, habeant illud respectu gloriæ, undè in re illis correspondeat ut corona, & præmium, secus tamen in ordine intentivo, ut dictum est, Dixi non habere rationem meriti saltem de condigno, quia posse dari meritum de congruo respectu primæ gratiæ, ut præcisè dicit dispositionem, insinuat D. Dhom., ut vidimus, in 2. ad Annibal. dist. 27. qu. unica art. 4., ubi ait, Primam infusionem gratiæ fieri cum motu fidei formatæ, qui est dispositio ad justificationem, & ideò posse dici aliquomodo, quòd idem motus justificationem meretur. Quamvis aliàs loquendo de merito, de congruo perfecto, quod nempè fundatur in amicitia, communiter negent Theologi, ut dictum est, tale meritum respectu illius, quia nequit homo, ut præintelligitur ratione ad illam, esse simpliciter amicus Dei, & ideò nec perfectè mereri de congruo primam gratiam. Vid. etiam D. Thom. in dist. 15. quæst. 1. art. 4.

Ex proximè dictis haberi potest recta intelligentia D. Thom. hic art. 5. in corp. versus finem, dum ait. *Et sic nihil prohibet aliquem effectum prædestinationis esse causam, & rationem alterius. Posteriorem quidem prioris secundum rationem causæ finalis: priorem verò posterioris secundum rationem causæ meritoriæ, quæ reducitur ad dispositionem materiæ. Sicut si dicamus, quòd Deus præordinavit se daturum alicui gloriam ex meritis; & quòd præordinavit se daturum alicui gratiam, ut mereretur gloriam*, Sensus enim illius est, quòd merita præcedunt gloriam in genere causæ materialis, quatenus, ut dicebamus, reddunt hominem idoneum, ad hoc ut illi in executione detur gloria ex meritis, quia sic eum præordinavi, ad illam ut dandam in re per modum coronæ, & non quasi sint motivum respectu sui, ut illum ab æterno præordinet, aut ad eam eligat, nam hujusmodi electionem perpetuò refundit ad gratuitam sui voluntatem, ut ostensum est. Non immorior in aliis rationibus, quam ex dictis facilè formari possunt,

§. IV.

Solvuntur Argumenta ex autoritate.

PRimò arg. ex D. Ambros. super epist. ad Rom. 8., ubi exponens illa verba Apost. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui*: inquit. *Quos præscivit futuros sibi devotos, ipsos elegit ad promissa præmia capescenda.* Et lib. 5. de fide c. 3. ait. *Quorum merita præscivit, eorum præmia prædestinavit.* §. Idque urgeri potest celebri testimonio D. Thom. 3. p. qu. 1. art. 3. ad 4. dicentis, *quòd prædestinatio supponit præscientiam futurorum*, ergo merita futura præsupponuntur ad electionem, ad gloriam.

Ad primam ex Ambros. respond. 1. non loqui ibi de prima electione ad gloriam, seu de voluntate intentiva illius, sed de executiva, quod patet dum ait, eos elegisse ad promissa præmia; promissio enim supponit priorem voluntatem, seu intentionem dandi. §. Secundò resp. intelligendum esse ad hunc sensum, nempè quos præscivit devotos media efficacia suæ prædestinationis, hos elegit, itaut devotio sit effectus prædestinationis, non motivum, cum nequeat supponere Deus in creatura aliquam bonitatem ante se ipsum, vel amorem suum, ut rectè promore discurrit S. Thom. hìc art. 4., & suprà qu. 20. art. 4., ubi advertit hoc esse discrimen inter voluntatem Dei, & nostram, ejusque amorem, & nostrum, *quòd voluntas nostra* (inquit) *non sit causa bonitatis rerum, sed ab ea moveatur, sicut ab obiecto, sed amor Dei est infundens, & creans bonitatem in rebus.* Unde amor Dei erga homines, quo vult illis gratiam, & gloriam purè gratuitus est, nullam sui causam habens, sed omnium bonorum prima est causa, ac proindè nullis hominum prævisis meritis allici potest. qui totum in illis bonum prævenit, & infundit, & omnia eorum merita causat, & donat dans illis liberaliter gratiam, ut dictum est,

„ Id ipsum, & totam hanc rem egregiè iterum explicat qu. 6. de veritate art. 2. dicens, Finis Divinæ voluntatis est ipsa Dei bonitas, quæ non dependet ab aliquo alio: unde ad hoc, quòd habeatur à Deo, nullo alio indiget, & ideò voluntas ejus non inclinatur primò ad aliquid faciendum per medium

„ dum debiti, sed liberaliter tantum, in quantum „ est bonitas ejus in opere manifesta. Ubicunque autem occurrit aliquid, sine quo aliud à Deo volitum esse possit, hoc non procedit à Deo secundum „ rationem alicujus debiti, sed secundum meram „ liberalitatem: Perfectio autem gratiæ, & gloria „ sunt hujusmodi bona, quòd sine eis natura esse „ potest; excedunt enim naturalis virtutis limites: „ unde quòd Deus velit alicui dare gratiam, & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit. In his autem, quæ ex liberalitate procedunt, tantum causa volendi est ipsa superabundans affectio volentis „ ad finem, in quo attenditur perfectio bonitatis: „ unde causa prædestinationis nihil aliud est, quàm „ bonitas ipsius: Ita D. Thom. In quibus non solum „ confirmat solutionem datam, sed apertissimè tradit, & probat nostram conclusionem, & sententiam.

Ex his etiam fit satis ad secundam autoritatem D. Ambros. Nam dum ait. Quorum merita præscivit, non est referendum ad illa, tanquam motivum respectu primæ voluntatis, seu intentionem Dei volentis dare gratiam, & gloriam, hoc enim, ut ait, & probat D. Thom., totum liberale est, sed respectu voluntatis executivæ, sive respectu gloriæ exequendæ, quatenus non vult hanc exequi, nisi tanquam præmium, ut insinuat idem S. P. posterioribus verbis, & consequenter non nisi prævisis meritis, ut motivis respectu illius ut danda in re. Cæterum respectu prioris voluntatis intentivæ dicuntur merita præsciri, scil. per scientiam simplicis intelligentiæ, nam per hanc Deus præscit omnia, quæ deinde prædestinat, & decernit facere, ut in superioribus explicatum est, unde sicut per hanc præscit merita, præscit etiam gratiam, & gloriam, ad quas deinde adhuc liberaliter eligit, quos vult & non motivè ex aliquo eorum merito. Unde D. Thom. lect. 6. ad Rom. 8. §. *Circa ordinem præscientiæ, & prædestinationis.* rejiciens expositionem illorum (ut vidimus,) qui dicebant, quòd præscientia meritorum bonorum, & malorum est causa prædestinationis, & reprobationis, ut scil intelligatur, quòd Deus prædestinet aliquos, quia præscit eos benè operaturos, & in Christum credituros, inquit. Et hoc quidem rationabiliter diceretur, si prædestinatio respiceret tantum vitam „ æternam, quæ datur meritis. Sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est „ homini ab æterno divinitùs præparatum &c. unde infrà exponens verba illa Apost. ibidem. Quos præscivit, & prædestinavit. Subdit. *Non quia omnes præscitos prædestinet, sed quia eos prædestinare non poterat, nisi præsciret:* Hierem. 1. *Priusquam te formarem in utero novi te.*

Ad D. Thom. similiter resp. intelligendum esse juxta præcedentem ejus explicationem, quòd prædestinatio supponit præscientiam futurorum, idest quòd Deus antequam prædestinet, scit, quòd si sua prædestinatio in re ponatur, merita futura, quæ erunt, ex vi illius erunt, non tamen quòd præsupponat eorum præscientiam, ut motivè se habentium respectu sui.

Sed instas ex eodem. Nam post relata priora verba prædictæ lect. 6. sic prosequitur. *Unde ponere, quòd aliquod meritum ex parte nostra præsupponatur, cujus præscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud, quam gratiam ponere dari ex meritis.* Quibus verbis videtur tradere hoc discrimen inter prædestinationem ad gratiam, & prædestinationem ad gloriam, quòd illa sit purè gratuita, & independens à præscientia meritorum, hæc verò merita prævisa supponat.

Respond. primò juxta præfatam ejusdem explicationem, quòd loquendo de prædestinatione pro electione ad gloriam intelligendus est de prævisione in sensu veluti concomitante, quòd nisi præsciret, non prædestinaret, sive nisi præsciret per simplicem intelligentiam non eligeret, non tamen in sensu causali, quasi ratio prædestinationis, vel causa ejus sit præscientia; hoc enim apertè improbat, ut vidimus, in principio ejusdem §. Cum nihil sit volitum quin præcognitum.

Secundò resp. iterum ut supra, quòd si loquamur de voluntate executiva, sive respectu gloriæ, ut dandæ in re, (quia tunc est volita per modum coronæ, ut dictum est,) præcedunt merita ut prævisa in ratione motivi. Et in hoc est discrimen inter illam, & primam gratiam, quòd hæc perpetuò confertur gratuitò, sic quòd in nullo sensu detur unquam ex meritis prævisis, saltem de lege ordinaria. Neque aliud discrimen inferri potest ex relatis verbis D. Thom.

Secundò arg. ex D. Aug. nam in lib. de prædestin. SS. cap. 5. inquit. *Quos Deus suos fidei opere futuros esse prænovit hos prædestinavit ad gloriam.* Et sermone 7. de verbis Domini velut in persona ejus ait. *Ego illos elegi, quia vidi mentes eorum de me præsumentes, non de Baal.* Et lib. ad Simplicianum q. 2. inquit. *Electio non præcedit justificationem, sed electionem justificatio.* §. Idem insinuat D. Fulgent. lib. 1. ad Monimum cap. 24. dicens. *Prædestinavit ad regnum quos ad se præscivit misericordiæ prævenientis auxilia redituros.* Ergo juxta hos SS. PP. præscientia meritorum antecedit electionem.

Resp. ad D. Aug. quod se ipsum relato sermone explicavit dicens. *Elegit autem* (ait Apost.) *& secundum suam gratiam, & secundum illorum justitiam.* Ubi manifestè duplicem distinguit voluntatem in Deo, alteram scil. liberalem, & gratuitam, quæ est intentio, alteram verò remunerativam, seu præmiativam, vel secundum justitiam, quæ est voluntas executiva. Juxta ergo hanc duplicem voluntatem facilè exponuntur, ut supra, prædictæ ejus authoritates de voluntate executiva, sive respectu gloriæ, ut dandæ in re, scil. per modum coronæ, quod libenter concedimus. Et hoc modo etiam explicanda est postrema S. Fulgentii, & omnis alia, si quæ objiciatur ex sacra Scriptura, vel ex aliis SS. PP. Quòd si iterum fiat vis in præscientia, vel præcognitione jam dictum est, sicut enim non est aliquid executum non priùs intentum, ita nec volitum quia præcognitum, alias utrobique videretur operari à casu, non tamen quòd sit ratio prædestinandi.

§. V.

Solvuntur Argumenta ex ratione.

PRimò arg. Voluntas efficax intentiva gloriæ gratuita non componitur cum voluntate executiva ex justitia, ergo hæc sola, scilic. ex justitia datur in Deo. Prob. ant. si prima esset ex justitia, non posset secunda esse liberalis, ergo si prima est liberalis, non poterit secunda esse ex justitia. Conseq: tenet, quia ita justitiæ opponitur gratia, sicut gratiæ justitia, ergo.

Urg. hoc. Nam voluntas intentiva, & executiva, ita se habent ut actus interior, & exterior, sed utroque

quę hic actus gaudet eodem motivo, & ad eandem virtutem pertinet, ut explicatur infra 1. 2. de bonitate, & malitia humanorum actuum, ergo eodem pariter gaudabit utraque volunras, & ad eandem virtutem, scil. liberalitatis, vel justitię, itaut si posterior executiva est secundum justitiam, pariter erit prima, & non secundum libaralitatem.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego conseq., & disparitas est, quia quando duæ voluntates sunt infallibiliter connexæ, etiam si prima sit ex gratia, & ambæ versentur circa idem objectum, & una immediatè sequatur ad aliam, adhuc nihilominùs secunda propter suppositionem prioris, sive eadem supposita habet aliquid justitiæ, & induit aliquam necessitatem ex eo, quòd infallibiliter sequitur ad aliam. Si verò una non sequatur immediatè ad aliam, sed aliquid mediet inter utramque, ut contingit in caso, (cum inter priorem intentivam, & posterioram executivam medient merita,)tunc prima potest omninò esse liberalis, & gratuita, præcipuè si ex illa inferantur liberalitar, & gratuitò eadem merita, ut iterum in præsenti contingit, & secunda supponens merita prævisa in conferendo præmium illis correspondens. Cœterum si prima supponatur esse ex justitia, à fortiori erit ex justitia posterior, quæ ex illa infallibilitar infertur, nam si sola suppositio prioris infallibiliter inferentis secundā est ex gratia fit, causat aliquàm necessitatem, & justitiam in secunda, quantò magis causabit eam, si supponatur esse ex justitia, unde licet stante prima omninò gratuita adhuc possit secunda esse ex justitia, non tamen èconstra, stante prima ex justitia esse liberalis posterior.

Ex his etiam respond. ad confirm., ad quam dist. ma., sicut actus interior, & exterior, quoad omnia, nego, quoad præcisam rationem imperantis, & imperati, transeat, vel conc., & dist. mi. claritatis gratia, attenta præcisè ratione Interioris, & exterioris, iterum transeat, vel conced. attenta ratione imparantis, & imperati semper nego, nam specialiter, prout sic ca iera possunt, & sæpè cadunt sub diverso motivo, & virtute, unde actus imparatus potest gaudere novo, ac distincto motivo, ut patet ex dictis, dum una virtus imperatur ab alia, & ita contingit in casu inter volontatem intentivam,& executivam, ad quam, ut dictum est, supponuntur merita, non verò ad intentivam, sed magis inferuntur ex ista, & ideò optimè habere possunt distinctum motivum, hæc scil. liberalitatis, executiva verò justitiæ, unde assimilantur actui interiori, & exteriori, quando hic imperatur quidem ab illo, sed tamen importat distinctum motivum, & virtutem, & non prout præcisè est executio illius, ut cum manus imperatur à voluntate, de quo 1. 2. ibidem.

Secundò arg. Voluntas executiva gloriæ sufficienter de se illam continet, ut eadem causare possit, ergo non est necessaria præcedens intentio efficax illius. Conseq. tenet, quia supposita virtute sufficiente in voluntate executiva, non est assignabile prædicatum in effectu, vel gloria exequenda, quod correspondere possit voluntati intentivæ, argo non est hæc necessaria, ac proinde si executiva supponit merita non est aliqua voluntas in Deo, quæ motivè non sit ex prævisione meritorum.

Ad hoc patet primò ex dictis, quòd videratur Deus operari à casu, si semel aliquid exequeretur non priùs intentum unde nego suppositū ant., quòd possit à voluntate Divina contineri gloria ut exequenda, non supposita continantia illius ut intentæ, & hoc prædicatum deficeret in effectu, quod necessariò correspondere debet priùs voluntati Divinæ, ut intentivæ. §. Deindè etiam dato, quòd sic præcisivè voluntas executiva à se ipsa ut priùs intentiva possit sic eam exequi, dist. ant. voluntas executiva, qua si materialiter accepta, & præscindendo à gloria in ratione finis, seu tantum materialiter considerata in præcisa ratione effectus, transeat, formaliter in ratione finis, & sumpta eadem voluntate ut executiva est, de ordine volitivo, nego. Quia cum finis ut insinuavimus, se habeat intra hunc ordinem, sicut præmissæ, vel principia intra speculativum, vel scientificum, voluntas executiva gloriæ, quæ ponitur in Deo agente perfectissimo intellectuali, & consequenter ordinatissimè procedente, tenetur omninò supponere intentionem finis, sicut in speculativis assensus conclusionis assensum præmissarū, licet materialiter intellectus possit seorsim assentiri veritati conclusionis, non tamen formaliter procedendo intra ordinem scientificum, sic enim repugnat eidem assentiri sine assensu præmissarum, sic pariter cum intentio finis se habeat ut principium, voluntas verò executiva mediorum tanquam conclusio, nequit poni hæc executio sine præcedenti intentione finis. Et per hæc patet ad probat: consequentiæ, nam ut supra etiam dicebamus, licet omnia prædicata proximè correspondeant voluntati executivæ, remotè tamen, aut tanquam radici correspondent intentivæ, & ex vi illius conferuntur in tempore media ad consecutionem finis, seu gloriæ, à qua ut sæpè dictum est, incipit agens intellectuale in ordine intentivo, si velimus ordinatè procedere.

Tertiò arg. Potest dari in Deo voluntas efficax circa aliquem finem, manifestationis v. g. suæ bonitatis, vel misericordiæ, aut justitiæ, non reperta in his intentionibus, efficacia eligendi hos præ aliis, in quibus manifestetur misericordia parcendo, vel justitia puniendo, sed nihilominùs ex tali volontate intentiva sic indifferanti oritur voluntas determinata eligendi hos præ aliis ad gloriam, ut manifestetur misericordia, & excludendi alios, ut manifestetur justitia, ergo pariter ex volantate finis omninò inefficaci potest oriri voluntas efficax mediorum efficacium. Conseq. tenet, Quia non videtur assignabilis major ratio, cur sine efficacia determinata finis circa subiecta, vel media, oriatur efficacia determinata circa ista, & sine omnimoda efficacia finis oriri non possit efficacia circa media. Præmissæ etiam constant, ma. quidem quia rectè stat, quòd habeat efficacem voluntatem circa prædictum finem, & inefficacem circa illom, ut determinatè exequendum in his præ aliis, cum determinatio non inferatur infallibiliter ex vi prioris voluntatis efficacis circa finem præcisè, nec connectatur infallibiliter cum illa, sed adhuc liberum sit Deo efficaciter volenti eundam, velle illum exequendum in illis præ aliis. Mi. etiam, quia deindè pro sui libertate determinat exequendum in his præ aliis, ergo sine priori efficacia circa hæc, vel illa determinata subjecta, vel media, habetur determinata efficacia circa illa.

Ad hoc admissis præmissis nego conseq. ad prob. nego ant. nam posita semel efficacia circa finem, debet ex ista oriri efficacia saltem in communi, seu vaga in ordine ad media, vel subjecta, alias prior illa efficacia videretur esse à casu, & indecens respectu agentis intellectualis prudenter operantis, sicut dum

quis efficaciter vult iter versus Lauretum, etsi non dum efficaciter determinet de medio itineris exequandi, en scil. curru, vel equo &c. saltem tamen efficaciter vult in communi, vel vagè unum ex illis, præcipuè si omninò sine illis ira non possit, aliàs veluti à casu, vel imprudenter diceretur velle efficaciter ire, unde hanc saltem efficaciem in communi, vel vagam includit voluntas efficax circa finem. Hæc autem efficacia vaga, nisi velimus iterum esse à casu, & frustrari etiam priorem efficaciam intentionis, debet reduci ad actum in aliquibus mediis determinatis, ac proindè haberi non potest prout sic efficacia circa hæc determinatè sine prævia determinata circa illa. Cæterum si supponatur intentio omninò inefficax circa finem, ex nulla prævia voluntate inferri, vel haberi potest efficacia circa media, quia nulla tunc præcedit efficacia, sive circa finem, sive saltem vaga circa media, ex quo oriri possit determinatè circa illa.

Quartò arg. Deus intendit dare gloriam propter merita, ergo intentio gloriæ est ex meritis prævisis. Prob. ant. Quia eo modo intendit, quo illam exequitur, aliàs ut dictum est, videretur eam exequi à casu, si exequeretur aliter, quàm intendit, sed eam exequitur propter merita, ut patet ex dictis, ergo ita intendit illam. §. Urg. hoc. Nam ut etiam dicemus infra, & etiam insinuavimus supra, Deus intendit illam, ut coronem, sed corona dicitur relativè ad meritum, ergo intendit illam propter merita.

Ad hoc patet ex dictis æquivocare inter merita in ratione motivi, & eadem in ratione effectus, nunquam enim Deus, ut dicebamus, intendit dare gloriam sine meritis, vel sine prævisione eorum, specialiter loquendo de adultis, sed aliud est, quòd intendat motivè ex parte sui dare illam ex meritis, vel ex prævisione eorum, hoc enim est contra rectum ordinem procedendi respectu agentis intellectualis, quod semper incipit à fine motivè, vel causaliter loquendo; & hac sua intentione complectitur etiam media, nisi velimus operari à casu, vel inefficaciter, & imprudenter; sed non est necessarium, quòd respiciat illa in ratione motivi respectu suæ intentionis, imò nec potest salva eadem rectitudine in modo operandi, & distinctione utriusque ordinis intentivi, & executivi, incipiente priori, ubi desinit posterior, scil. à fine, sed satis est quòd eadem respiciat ut effectum. Unde utraque hæc est vera: Deus gratis vult dare gloriam, Deus non vult dare gloriam gratis; nam prima appellet supra voluntatem dandi, & designat ordinem intentivum ubi titulus dandi ex parte illius, est gratuitus, ut probatum est; posterior verò supra gloriam dandam, & connotat ordinem executivum, in quo non confertur nisi per modum coronæ, & consequenter non nisi motivè ex illis, & propter illam.

In forma ergo dist. ant., propter merita, itaut hæc sint motivum respectu intentionis, neg., itaut sint terminus, & effectus, & motivum sit liberalitas, & gratia, conc., uem omnia beneficia, quæ conferuntur in ordine executivo, ex vi ejusdem intentionis conferuntur. Vel iterum disting., propter merita, relativè ad merentem, vel respectu gloriæ, ut in re dandæ, vel exequendæ, conc., relativè ad Deum eligentem, vel respectu ejusdem gloriæ, ut volitæ præcisè in ordine intentivo neg.; nam in hoc ordine, ut dictum est, incipit Deus ab illa titulo liberalitatis, unde non est volita, vel intenta respectu sui ex meritis, vel propter merita, sed tantum relativè ad merentem, in ordine executivo, in quo non vult eam consequi sine motivo meritorum. Ad prob., quæ potest esse replica, dist. ma. eo modo ex parte motivi intentionis, neg. ex parte rei intentæ, ut explicatum est, conc. Nam certum est nihil esse exequendum in re, nisi eo modo, quo vult Deus ejus executionem, et non sub eodem motivo, sub quo intendit, cum executio fiat ordine inverso, unde media, quæ sunt causa finis, ut dicebamus, in ordine executivo, sunt effectus in priori intentivo, & ita Deus ordinatissimè procedens in intendendo finem respicit merita ut effectum efficacis intentionis istius, licet executivè præcedant, ut motivum, vel causa illius. Unde ex gratia intendit dare gloriam propter merita, quod est motivum intentionis esse gratuitam: sed onerosam, sive propter merita, & ita impletur hoc prout vult. §. Et per hæc etiam patet ad confirmat., resp. enim pro nunc (nam de illa infra;) dist. similiter ma. Deus intendit illam, ut coronem, ex parte motivi intentionis, neg., ex parte rei intentæ, ut explicatum est, vel explicabitur §. seq., conc., & deinde etiam concessa mi., dist. consequens ut supra, propter merita, ut motivum intentionis, neg., ut terminum, vel effectum, conc.

§. VI.

Solvuntur Argumenta ex inconvenientibus.

QUintò arg. ex pluribus absurdis, quæ videntur sequi ex nostra sententia; nam primò videtur opponi divinæ bonitati, & æquitati, cum bonitas non sit, neque æquitas velle aliquos eligere ad gloriam nulla habita ratione usus liberi arbitrii, nec ullo præviso ejus consensu, vel merito. 2. Ejus sinceritati, cum omnes præcipuè fideles hortantur ad bona opera, & ex alia parte aliquos tantum velit ad (s. 3. Quia tollit studium virtutum. 4. Quia sequitur ex illa non dari voluntatem antecedentem; cum videatur huic apertè repugnare, cum eadem amplissimè velit omnes salvos fieri, & deinde tam paucos eligat. 5. Quia pariter sequitur reprobationem fieri ante prævisa demerita, nam cum ex vi electionis maneat determinatus numerus salvandorum, jam erunt reliqui saltem virtualiter exclusi sine alio respectu ad demerita. 6. Quia tollit libertatem, cum antecedat liberam nostram voluntatem, & fatalem necessitatem inducere, ac proinde censeri hanc sententiam valdè rudem, & asperam, & plures ad desperationem impellere.

Ad hæc, quæ sunt magis terriculamenta respectu rudium, quàm argumenta ad concutiendam nostram conclusionem, dico in primis videri mirum, quòd hæc nobis objiciant, cum sæpè olim objectæ fuerint D. Aug. à Semipelagianis, ab eodemque soluta, ut etiam referunt graves ex Societate Scriptores Pererius in cap. 9. Epist. ad Rom. 8. nu. 78., & Claudius Typhanius, lib. de priori, & posteriori cap. 53. apud nostrum Gonet hic disp. 2. de causis Prædestinat. §. 4., & M. Piccinardum tom. 3. de approb. lib. 6. q. 2. ar. 3. quod quidem dixerim, non ut oppositum opinantibus invidiam aliquam procreare velim, (qui acutè satis, suam tuentur sententiam, sed ut objectionum solutio sincerior, vel saltem probabilior simul, & authentica magis pateat.

Ad

Ad primum ergo, qnod objicitur contra Dei bonitatem egregiè solvit D. Th., & retorquet, cum potiùs ex eadem tanquam ex radice sublime hoc myste-
,, rium derivetur, sic anim inquit hic ar. 5. ad 3. Di-
,, cendum quòd ex ipsa bonitate divina ratio sumi
,, potest prædestinationis aliquornm, & reprobatio-
,, nis aliorum. Sic enim Deus dicitur omnia pro-
,, pter suam bonitatem, ut in rebus divina bonitas
,, repræsantetur. Necesse est autam quòd divina bo-
,, nitas (quæ in se est una, & simplex,) multi for-
,, miter repræsentetur in rebus propter hoc, quòd
,, res craatæ ad simplicitatem divinam attingere
,, non possunt. Et inde est, quòd ad completionem
,, universi requiruntur diversi gradus rerum, qua-
,, rum quædam altum, & quædam infimum locum
,, teneant in universo. Et ut multiformitas gra-
,, duum conservetur in rebus, Deus permittit aliqua
,, mala fieri, ne multa bona impediantur, ut supra-
,, dictum est (q. 22. ar. 2.) Sic igitur consideremus
,, totum genus humanum, sicut totam rerum uni-
,, versitatem. Voluit igitur in hominibus quantum
,, ad aliquos, quos prædastinat suam repræsentare
,, bonitatem per modum misericordiæ parcendo, &
,, quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum
,, justitiæ puniendo. Et hæc est ratio, quarè quos-
,, dam eligit, & quosdam reprobat. En quomodo id totum reducatur ad divinam bonitatem, ut ad primariam radicem. Et sicut ex illa etiam oritur omnis ratio debiti, & justitiæ ad retribuendum, & non ex nobis, in quibus, sive in natura nullę sunt vires ad præmium illud excedens, ita & omnis bonus usus, & consensus ab illa primordialiter incipit, ut etiam supra ostensum est! In quo & divina gratia, & liberalitas commendatur, & maxima præbetur occasio humilitatis, ut cum timore, & tremore divinorum judiciorum altitudinem venerantes, Deo serviamus, & salutem nostram operemur. Et hinc quidem de nostris meritis non præsumamus, sed simul etiam in divina bonitate, ac misericordia sperantes, non in nobis, sed in Domino totius nostræ salutis Autore.

,, Ad id quod subditur de æquitate respond. ex eo-
,, dem ibidem versus finem solutionis, ubi ait. *Hoc*
,, *esset contra justitiæ rationem, si prædestinationis*
,, *effectus ex debito redderetur, & non daretur ex*
,, *gratia. In his enim, quæ ex gratia dantur potest*
,, *aliquis pro libito suo dare cui vult, plus, vel mi-*
,, *nùs, (dummodo nulli subtrahat debitum) absque*
,, *præjudicio justitiæ. Et hoc est, quod dicit Pater*
,, *familias Matt. 20. Tolle quod tuum est, & vadè:*
,, *an non licet mihi, quod volo facere?* Unde Aug. In psal. 48. *Quid ergo* (inquit) *non audes reprehendere in officina figulum*, (qui nempè ex eadem massa vas aliud facit in honorem, & aliud in contumeliam,) *& audes reprehendere in Mundo Deum?* Ac proinde super Jo. tract. 26. tom. 9. non longè à princ. graviter monens imperscrutabilium horum judiciorum speculatores subdit. *Quarè hunc trahat, & illum non trahat noli velle dijudicare, si non vis errare.* Ex defectu ergo præfati debiti ait ibi D. Th., nulla est iniquitas apud Deum si inæqualia non inæqualibus præparat, ut manifestè etiam patet in pueris, quorum alios ducit ad baptismum, & alios relinquit sine Baptismo decedentes, ut in superioribus explicatum est, & impugnata solutio recurrens ad prævisa eorum merita, vel demerita futura, si supervixissent; cum magis conficta sint, quàm futura, quæ nullo modo extitura sunt.

Ad 2. dicimus primò esse etiam solvendum à contrariis, nam in eorum doctrina Deus uni dat in hac occasione, in qua scit convertendum, & alteri solum in ea, in qua scit non esse illa utendum, quomodo ergo salvant illius sinceritatem, ponendo hunc in tali occasione, in qua scit lapsurum? §. Resp. ergo, quòd cum ad extra relucere debeant effectus divinæ voluntatis non solum consequentis, sed etiam antecedantis, quæ respicit naturam secundum se, ut capacem salutis, & gloriæ, & ex qua oriuntur, ut vidimus, auxilia sufficientia, quibus habetur posse, candidè, & sincerè procedit in actionibus externis, dum omnes hortatur ad opera bona, & omnibus proponit præcepta salutis; sufficit enim ad esse in nobis posse, ut nobis imputetur non agere, ad quod reverà possumus; cum aliis non teneatur Deus ad tribuendum hoc agere, ad quod nos tenemur, eò quòd jam verè possumus, & præcipuè quia auxilio efficaci, per quod agimus, ponimus obicem ut in superioribus explicatum ev juxta illud Job. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.*

In eo ergo quòd omnibus proponit viam salutis dando posse ad eam exequendam, manifestè ostendit suam bonitatem. Quod verò aliquos velit ad se, cum nulli sit debitor, injuriam cœteris non facit, nec illis insidiatur cum dat posse, & ipsi pro sua libertate renuunt venire, dum vocat. *Quamvis interdum ex abundantia bonitatis sua*, (inquit D. Th. 3. cont. Gen., c. 161.) *etiam eos, qui impedimentum gratię præstant auxilio suo prævenit, avertens eos à malo, & convertens ad bonum.* Et deinde ad rem nostram subdit. *Et sicut non omnes cæcos illuminat, nec omnes languidos sanat, ut in illis, quos curat, opus virtutis ejus appareat, & in aliis ordo naturæ servetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt auxilio suo prævenit, ut avertantur à malo, & convertantur ad bonum, sed aliquos, in quibus vult suam misericordiam apparere, ita quòd in aliis justitiæ ordo manifestetur*; Quod confirmat ex illo ad Rom. 9. relato. *Volens Deus ostendere iram &c.* Et clariùs hoc totum repetit, & explicat 22. qu. 165. ar. 1. ad 2. dicens, *Quòd sicut Deus sciebat, quod homo per tentationem in peccatum esset dejiciendus, ita etiam sciebat. quòd per liberum arbitrium resistere poterat tentatori*, scil. adjutum auxilio divinæ gratiæ, & deinde præoccupans replicam, & satisfaciens huic secundo inconvenienti, prosequitur. *Hoc autem requirebat conditio naturæ ipsius, ut propriæ voluntati relinqueretur secundum illud Eccl. 15. Deus reliquit hominem in manu consilii sui. Unde Aug. dicit 11. super Genesim ad litteram* (cap. 8. in med. tom. 3.) *non mihi videtur magnæ laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene vivere, quia nemo malè vivere suaderet, cum & in natura posse, & in potestate haberet velle non consentire suadenti.* En iterum quam longè absit Deus ab implantando nos, vel insidiando, cum potiùs, ut præmittit in corp., juxta infinitam suam sapientiam, qua disponit omnia suaviter, nemini desit sua providentia, quatenus singulis attribuit, quæ eis competunt secundum suam naturam, & det omnibus posse ut dictum est; nec tamen deserat, cum non det agere, sive auxilium, per quod agant, tum quia nec tenetur, tum quia se impediunt; tum quia magis consulit eorum naturæ, cujus conditio est, ut relinquantur propriæ voluntati, & divinæ providentiæ sit naturam non corrumpere, sed salvare, ut ait in eodem corp. ex D. Dionys. 4. cap. de divinis Nominib. inter med., & fin.

Ad 3. patet ex dictis, nam coincidit cum primo illo argumento ad improbandam existentiam prædestinationis. Et retorquet illud D. August. in præscientia, quæ infallibilis est, nec falli potest; unde sive quis sit de numero electorom ex prævisione, sive ex prædestinatione semper debet esse sollicitus de bonis operibus, & salute, sicut enim prævidit Deus, hunc esse salvandum mediis istis, vel nullum sine illis in re exhibitis, ita nec aliter prædestinavit, ut ostensum est, & ut egregiè explicat D. Thom. hìc art.8. *Unde prædestinatis*, concludit, *conandum est ad bene operandum, & orandum, quia per hujusmodi prædestinationis effectus certitudinaliter impletur.* *Propter quòd dicitur.* 2. Pet.1. *Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Et consonat cum illo Aug. ad idem respondentis lib. de pecccatorum meritis c.35., & in fragmento 1. post sermones de diversis in tom.2. *Quidquid nobis jubetur orandum est, ut impleatur. Sed non sic, ut dimittamus nos, quamodo ægri jaceamus supini, & dicamus pluat Deus escas super facies nostras, ut prorsus nos nihil agere velimus, & cum esca compluta fuerit super os nostrum, dicamus, etiam Deus glutiat de nobis.*

Ex his etiam patet ad id, quod opponunt de zelo, sicut enim non tollitur solicitudo, ita nec zelus: unde idem S.Pater de Corrept., & Gratia c.15. tom.7. referens quorundam garrientium verba qui dicebant. *Pereat infirmus, quid ad nos?* Firmum fundamentum Dei stat, & nemo perit nisi *Filius perditionis* statim acriter eos redarguit. *Absit ut ista garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim, quia nemo perit nisi Filius perditionis: sed ait per Ezechielem Prophetam. Ille quidem in peccato suo morietur; Sanguinem verò ejus de manu speculatoris requiram.* Additque ibidem. *Nescientes, quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu* (qui non est alius nisi animarum zelus) *ut omnes velimus salvos fieri*: ex qua etiam autoritate D.Tho.22. q.83. ar. 7. ad 2. infert quòd *sicut nulli quamdiù vivit hic subtrahendum est correctionis beneficium, quia prædestinatos non possumus distinguere à reprobatis, ita etiam nulli est denegandum orationis suffragium unde pro peccatoribus*, (ut præmittit in princ. solor. *orandum est, ut convertantur, & pro justis, ut perseverent, & proficiant.* Per quod etiam evadimus Dei adjutores, ut dicitur 1. ad Corint.3. *Dei adjutores sumus.* Non quidem propter defectum virtutis ejus, ut explicat D.Th. at. proximè relato ad 2., sed in quantum exequimur suam ordinationem. Et propterea idem Apost. ad Rom.15. aliorum orationibus se commendabat. *Adjuvetis me in orationibus vestris*, Quas Ambros. ibidem circa finem commantarii, adeo magni faciebat, ut subdat. *Multi minimi dum congregantur unanimes fiunt magni, & multorum preces impossibile est, quòd non impetrent illud, scil., quod est impetrabile.*

Ad 4. pariter constat ex superioribus, unde neg. sequelam. Ad prob. neg. suppositum illius, quòd voluntas antecedens respiciat homines adjunctis circumstantiis vitiorum, & virtutum, vel pulchritudinis universi, & manifestationis divinorum attributorum, ut facit volontas consequens, unde quidquid sit, quòd paucos, vel plures eligat, (quorum numerus soli Deo est notus;) id tamen nullatenus opponitur præfatæ voluntati, nec existentiæ decreti reprobativi, de quo infra.

Ad quintũ etiam constabit infrà. Sed quidquid iterum sit, an reprobatio sumpta negativè pro voluntate non admittendi aliquos ad gloriam, sive pro exclusione à regno tanquam à beneficio indebitò fiat ante prævisionem demeritorum, sumpta tamen positivè pro voluntate infligendi pœnam, sive puniendi, & damnandi sine illis non statuitur, ut explicabitur ibidem.

Ad Sextũ quoad primum de libertate latè etiam dictum est in superioribus, nam cum divina voluntas sit infinitæ efficaciæ. & Deus magis habeat in potestate sua voluntates hominum, quàm ipsi suas, ut vidimus ex D. Aug., unum quodque determinat, & movet secundum quòd congruit ejus conditioni, & naturæ, imò magis liberè movet voluntatem nostram, quàm nos ipsi moveamus illam, aliàs non magis eam haberet in potestate sua, quod non solum est contrà eundem S. Patrem, sed videtur manifestè repugnans, cum totum quod habemus ab ipso derivetur, & in ipso contineatur ut fonte in infinitum excedente omnem perfectionem in nobis derivatam, seù à nobis deficienter, & imperfectè participatam, Undè hanc objectionem solvens D.Aug. de Corrept., & gratia c.8. inquit. *Hæc voluntas libera tantò erit liberior, quantò sanior, tantò autem sanior, quantò Divinæ misericordiæ subjectior.* Et iterum epist.89. ad Hilarium. *Neque enim liberum arbitrium tollitur, quia juvatur, sed ideò non tollitur, quia juvatur.* §. Ad aliud de fatali necessitate inducente ad desperationem respondet idem S. Doctor lib. de præd. SS. ex professò negando sequelam, quia inquit. *Tutiores vivimus si spem in Domino reponimus*, & plura similia ibidem consuli possunt; & lib. de dono perseverantiæ c.17., & cap.22. Adde quòd hac etiam ratione generaliter omnibus sive electis, sive non electis fiunt à Deo promissiones de gloria danda tantum conditionatè non absolutè, si nempè rectè vixerint, ne aliquis sumeret occasionem desperandi, & peccandi, ut contingeret, si electis gloria promitteretur absolutè, & non electis tantum sub conditione. Ex quo etiam motivo asserit D. Tho.3.p. qu.81. art. 2. in corp. communiter omnibus discipulis etiam Judæ dedisse corpus suum, & sanguinem, ne scil. exasperatus inde sumeret occasionem peccandi.

Hinc tamen iterum non inferas non subsistere hac in re sinceritatem Dei, sed magis fallaces videri ejus promissiones, si semel æternum ejus propositum fuit de danda gloria absolutè, utpotè ante merita, & promissiones illius sunt de danda illa sub conditione, scil. si benè operemur, & in gratia decebamus; in quo non videntur conformari cum divina mente, & eodẽ æterno proposito. §. Resp. enim ex superioribus quòd prædictæ promissiones conditionatæ, si referantur ad reprobos cõformantur volũtati antecedenti, qua velt Deus omnes homines salvos fieri, scil. quantum est ex se, ut sæpè in similibus explicantur plures autoritates Sac. Scripturæ sine ulla fallacia ex parte Dei, qua ratione fallax non fuit Christum dum Matt.27. dixit omnibus discipulis quòd erat iterum cum illis bibiturus in regno Patris sui de illo geminime etiam comprehenso Juda, ut explicat D. Thom. proximè relatus ad 1., quia inquit *Christus quantum est in se, etiam cum Juda vinum in regno Dei bibit, sed hoc convivium ipse Judas repudiavit. Nam lii quantum est in se*, vel ex parte sui, aut similes dictiones,

que

quæ verificant scripturas illas, non possunt esse falsificari ex Dei, sed ex parte defectu istorum unde y mali eventus proveniunt, ut subdit ibidem M. Porrecta. Tū quia verè, & sincerè ordinantur in finem vitæ æternæ, & in alia conducentia ad illum, ut vidimus supra ex eodem D. Tho. illa dist. 46. quæst. 1. art. 1. illis verbis. *Hujus enim voluntatis effectus est ordo in finem salutis, & promoventia in finem omnibus communiter proposita tam naturalia, quàm gratuita; scil. potentiæ naturales, & præcepta legis, & hujusmodi.* En candor, & sinceritas quantum est ex parte Dei. Si verò referantur ad prædestinatos, à fortiori constat esse conformes tum eidem voluntati, tum insuper voluntati efficaci intentivæ, & executivæ ipsius gloriæ, nam licet istæ sint absolutæ, quia tamen infallibiliter, vel efficaciter inferunt conditionem perseverantiæ finalis, & ipsam etiam gloriam, dicuntur, & sunt virtualiter conditionatæ, ac proinde illis etiam sunt conformes.

§. VII.

Statuitur secunda, & tertia Conclusio.

Secunda. Intentio efficax Dei, qua vult dare hominibus gloriam, est ad determinatum gradum illius. Sumitur ex D. Aug. tract. 68. in Io. ad illud 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* (quibus verbis, ut explicat ibi D. Thom. diversi gradus gloriæ, seù diversæ ejus participationes intelliguntur) sic ait. *Facit ergo ea prædestinando facturus est operando.* Ubi ad prædestinationem reducit diversitatem mansionum. Et quòd nomine prædestinationis intelligat electionem æternam, seù ante mundi constitutionem, patet ex contextu; nam statim prosequitur cum Apostolo. *Eligit prædestinando ante mundi constitutionem, eligit vocando ante mundi consummationem. Sic mansiones præparavit, & præparat, nec alias, sed quas præparavit, præparat. Quas præparavit prædestinando, præparat operando. Jam ergo sunt in præparatione.* Ità D. Aug., ubi manifestè docet primam Dei intentionem salvandi homines versari circa determinatos gradus gloriæ. §. Idem insinuat D. Bernard. serm. 23. in cant. dicens. *Non omnibus frui datur grata, & secreta sponsi præsentia, sed ut cuique præparatum est à Patre.* Ubi non tantum indicatur præparatio, sed gradus etiam præparationis, prout nempè, cuique præparatur diversa mensio, seù secretæ præsentia à Patre in Domo sue. Et quod ipse etiam nomine præparationis intelliget prædictam electionem, constat ex eo, quod addit. *Non enim nos ipsum eligimus, sed ipse eligit nos.* Ratione prob. ut supra. Si non esset intentio efficax ad determinatum gradum, gloriæ quoad hanc gradualem perfectionem esset præter intentionem Dei, ac proinde executæ per accidens quoad illā, seù à casu, cum esset executa prout sic, non priùs intenta, aut præter intentionem Dei, quod summopere derogat perfectissimo agenti intellectuali, seu supremo provisori, ut dictum est, ergo sicut hac ratione tenemur asserere de gloria secundum substantiam, quòd fuerit intenta efficaciter à Deo prædestinante, pariter tenemur affirmare de graduali ejus perfectione.

Urg. hoc. Nam à Deo est efficaciter intenta perfectio gradualis mediorum efficacium conducentiū ad gloriam, ergo à fortiori erit efficaciter intenta gradualis gloriæ consf. tenet., quia aliàs esset magis intenta prior, quàm hæc posterior, quod videtur alienum, ut vidimus, cum sit intenta propter finem ent. etiam constat. Quia esset iterum præter intentionem Dei, & executa à casu seù non priùs intente, aut præter intentionem.

Urg. ulterius totum hoc. Intentio efficax terminatur ex parte objecti ad omnes modos, quibus gloria confertur in tempore, aliàs executio, vel collatio quoad istos esset pariter à casu, vel præter intentionem Dei, ergo terminatur ad gradum determinatum illius. §. Deinde, quia ut jam innuavimos, gloria in gradu determinata est finis meritorum, ergo debet esse priùs efficaciter intenta, & motivè præcedere istorum prævisionem. §. Contrà hanc conclus. duo objiciuntur inconvenientia. Primum est, posse aliquem pervenire ad determinatum gradum gratiæ, ultra quem crescere non posset, cum gratia utpotè medium ad gloriam crescere non posit ultrà mensuram illius, nisi velimus similiter posse medium quoad aliquid esse efficaciter intentum, non intento fine prout sic illi correspondente, quod non est minus alienum. §. Secundum est non posse sic crescere in gratia per Deum stare, seù ex parte ejus provenire, nempè ex decreto sui efficaci de determinato gradu, quem gratia, supposito eodem decreto, superare non potest. Tum quia si posset crescere in gratie, posset etiam crescere in merito gloriæ, quod est ab informatione gratiæ, ergo si ob idem decretum de determinato gradu gloriæ, debet hoc meritum sistere in determinato gradu non excedente gradum gloriæ; hoc ipsum, quod est gratiam non posse ultrà crescere per Deū stare, sive ex parte ejus proveniret. Ex quo infertur, quòd prædicta intentio ad determinatum gradum gloriæ, potiùs videretur in præjudicium electorum in vie non potentium ultrà crescere in gratia, & merito apud Deum, ac proindè nec ulteriùs proficere in via Dei, quod videtur à bone Theologia mystice alienum.

Ad hoc primò dicimus esse etiam à contrariis solvendum in electione ad determinatos gradus gratiæ, nam si priùs Deus efficaciter eliget ad illos, similiter sequitur non posse hominem crescere in gratia contra efficaciam Decreti, & consequenter etiam per ipsum stare, quòd non possit amplius in illa crescere. §. Pro omnibus ergo resp. quòd cum rectè inferri nequeat negatio possibilitatis augmenti gratiæ, quamdiù homo retinet indifferentiam judicii ad operandum, & hanc non tollat decretum Dei, dum homo adhuc manet in vie, ut patet ex superioribus, perperàm colligitur ex præfato decreto, quòd amplius crescere non possit, quamdiù vivit. Unde solū posset inferri ex hoc, quòd negaret illi vel auferret posse ad augmentum, quod tamen non tollit relicta, ut reloquitur hic in via, præfate indifferentiæ. Quidquid sit, quòd non cōcedat posse ad quemcumq; gradum gratiæ consequendum. §. Ex quibus in forma neg. æqualem utriusque inconvenientis, nec probationes in contrarium aliquid convincunt, cum id totum supponant oriri ex efficacie decreti, sive ex eo quòd non possint eidē resistere, vel dissentire, aut cōtra illud agere, quod negamus, ut explicatum est.

Ad id verò, quod infertur sequi in præjudicium electorum modo in vie, nego suppositum, quòd tollatur posse in illis modo in vie ad augmentum, ex vi, vel suppositione ejusdem decreti, quidquid iterum sit, quòd pro suo beneplacito Deus, cum nulli de sit, ut dictum est, & sapientissimè omnia disponens lar-

largiatur de donis suis, quantum, & prout voluerit vel ad conservandam humilitatem electi, vel ad alium justissimum finem sine ulla, vel minima illius injuria, ut patet ex superiori illa parabola Matt. 20. qua omnem quarimoniam redarguens concludit, *Tolle quod tuum est, & vade, an non mihi licet, quod volo facere &c.* Et poterat hoc ipsum, & superior doctrina explicari in Christo, cujus animę etiam præfixa, & determinata est visio juxta D. Tho. 3. p. qu. 10. art. 4. ad 3., & consequenter etiam gratiæ, (cum quantitas visionis commensuretur quantitati intensivæ gratiæ, & luminis gloriæ), non quidem per exclusionem utriusque in summo de lege ordinaria, sed absolutè loquendo, vel de potentia absoluta, quia nempè possibilis est altior, & sublimior gradus visionis, ac proindè etiam altior, & sublimior gradus gratiæ, quàm sit ille gratiæ Christi, nam explicans ibi se ipsum in eo, quod priùs docuerat, scil. quæst. 7. præcedenti, & in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 4. ad 3., scil. gratiam Christi non potuisse augeri, asserit id esse intelligendum, secundum dignitatem moralem, secundum comparationem ad unionem hypostaticam, unde ait *Dicendum, quòd sicut supra dictum est*, (qu. 7. ar. 12.) *de gratia quòd non potest esse major, quàm gratia Christi per respectum ad unionem Verbi, idem etiam dicendum est, de perfectione divina visionis, licet absolutè considerando, possit esse aliquis gradus sublimior secundum infinitatem divina potentia.* §. Quibus constat quo modo stent prædicta duo superiora, nempè quòd ex decreto ad determinatam mensuram visionis, adhuc subsistat posse ad ulterius augmentum gratiæ in via, & consequenter quòd ex vi illius non rectè inferetur negatio possibilitatis ejus, si vel in ipso Christo, (cui aliàs erat debita omnis possibilis ratione unionis, licet quia infinita produci non poterat, nec conveniens erat ut anima ejus, utpotè jam simul beata esset in perpetuo motu ad majorem, & majoram gratiam tandem, data ei fuerit in mensura determinata, quam pro suo beneplacito definivit Deus) nihilominùs absolutè loquendo crescere potaret, cum ut ait D. Tho. possibilis esset altior, & sublimior gradus gratiæ, quàm sit gratia illius, & meritò quia in hoc dicitur differra ab aliis formis naturalibus, quòd licet istæ etiam sint participationes Dei, qui est perfectionis infinitæ, dicuntur tamen ejus participationes ordinis finiti, & ideo ex sua natura habere terminum, ultra quam non possint augeri. Gratiam verò esse participationem totius naturę divinę, & supernaturalis ordinis infiniti, & ideò licet ex quo creatura est, modo unito cathegorematicè participet illam, posse tamen eam sine termino participare. Ex quibus etiam constat, alterum scil. quòd sine injuria à fortiori possit aliis pro suo beneplacito Deus non concedere posse ad majus augmentum assequendum, sed dafinire illis determinatam mensuram gratiæ. Hęc tamen obiter dicta sint explicationis gratia, & ad ampliorem solutionem prædictorum inconvenientium, quę non levem videntur ingerere difficultatem.

Tertia Conclusio. Electio ad gloriam in adultis, sive in illis, qui per merita ad eam perveniunt, est ad illam ut coronam. Sumitur ex dictis, & ex ratione sapiùs adducta. Nam ità est, quòd illis, ut fatemur omnes, confertur in re ut corone, ergo intentivè, & electivè est efficaciter volita, ut corona. cons patet ex dictis, quia aliàs esset executa, non prius intenta, vel pręter intentionem eligentis, quod dici de Deo alienum est.

Sed prætereà prob. etiam ex superioribus, & urg. præcedens ratio. Intentio finis secundum dignitatem illius physicam præcedit electionem mediorum causentium finem, & infert illam, ut constat ex dictis, & patet inductivè in quolibet intendante prudentar, & non quasi à casu talem finem, ergo pariter intentio finis secundum dignitatem illius moralem præcedit electionem mediorum illam inferentium; conseq. tenet à paritate, & fundatur simul cum antecedenti in ragula illa dialectica, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita secundum quid ad secundum quid, quæ ab omnibus admittitur, si fiat comparatio inter eadem extrema, & juxta idem genus causæ, ut reverà fit in proposito; ergo sicut intentio finis secundum dignitatem physicam præcedit intentionem mediorum causentium illam, ita intentio illius secundum dignitatem moralem præcedet electionem mediorum inferentium illam. Tunc sic. Sed dignitas coronę in gloria est dignitas quędã moralis maximè æstimabilis, ergo intentio illius prout sic præcedit electionẽ mediorum illam inferẽtium: mi. subsumpta constat ex dictis, tum ex communi conceptione, & meritò quidem, nam circumstantia coronæ est titulus valdè honorificus, siquidam indicat adeptionem illius post partam victoriam in tot prælijs hujus vitæ difficillimis, ac proindè est adeptio titulo justitiæ juxtà illud Apost. Cursum consumavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiæ: unde ad hoc etiam insignimur in Baptismo, & confirmatione, caractere Christi tanquam milites ejus, ut post tot superatos agones, *remaneant post hanc vitam in bonis ad eorum gloriam, & ex opposito in malis ad eorum ignominiam*, ut ait D. Thom. 3. p. quæst. 63. art. 5. ad 3. *Sicut etiam militaris caracter remanet in militibus, inquit, post adeptam victoriam, & in his, qui vicerunt, ad gloriam, & in his, qui sunt victi, ad pœnam.* Idque etiam patet in Christo Supremo Duce totius nostræ militiæ, in quo fuit eximia dignitas post superatam acerbissimam passionem, habere gloriam sui Corporis, & consequenter exaltationis sui Nominis, ut coronam, seù ex propriis meritis.

Dices, quòd cum denominatio gloriæ, ut corona sit valuti denominatio extrinseca à meritis desumpta, videtur repognare ejus intentionem præcedare electionem meritorum. §. Sed contra hoc est: Nam sicut gloria ut corona denominativè sumitur à meritis, ita eadem secundum substantiam dicitur physicè radicari in gratia, & ab illa habere esse, sed nihilominùs intentio gloriæ absolutè præcedit electionem ad gratiam, ut patet ex dictis, ergo pariter intentio ejus ut coronæ præcedet electionem ad merita: & licet physicè dicatur denominatio extrinseca, moraliter tamen est dignitas intrinseca. Undè sicut gratis, ut dicebamus, licet executivè præcedat gloriam, intentivè tamen est effectus intentionis illius, ita pariter merita in hoc ordina sunt effectus ejusdem, licet executivè præcedant gloriam, ut coronam.

Hinc etiam sumitur discrimen inter sanitatem intentivè volitam à medico ut firmam, & stabilem, & gloriam intentam à Deo, ut coronam, quòd in sanitate sic firmiter consecuta non est dignitas, quod his, vel illis mediis obtineatur, & ideò in intentione medici solum per se reperiri dicitur pro termino sanitas firma, & stabilis, quòd hæc nempè oriatur ex medicina, & veluti per accidens se habere, quòd his, vel illis

lis

lis mediis quis eam consequatur, costarum in gloria dignitas corona, ut dictum ast, magnam arguit æstimatione, ac proinde Deus eligit ad illam, non ut cunque, sive quasi indifferantar ot obtinendam ex quocunque medio, sed per media honorifica, sive meritoria illius,

§. VIII.

Solvuntur Argumenta contrà præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. argomento proximè, & superiùs insinuato. Gloria ut corona connotat merita, ut causam sui, ergo debent hæc illam præcedere, consetet, quia debet causa præcedare suom affectum: ant. verò prob. nam corona, ut coruna connotat marita, sed ratiu meriti intelligi naquit sine formalitate causæ respecto illius, cujus dicitur maritum, & præcipuè in caso, cum supponatur esse maritum de condigno faciens sibi debiram gloriam ax justitia; argo glotia ut corona conuutat merita, ut causam sui. §. Dices ot supra, aliter gloriam coonotare marita in ordine inteutivo, aliter in axecutivo, val in genere caosæ materialis, nam licet in isto præcedant illam, ut causa, in illo taman subsequontur, vel inferuntur ot effectus ax vi efficacis intentionis ejusdem gloriæ, ut probatum est.

Sed contra hoc ast primò. Nam vel merita considarantur ut possibilia, vel ut futura, sed priori modo eorum prioritas non facit ad eam, vel non conducit ad præsens intantum, & posteriori modo accepta, si semel subsequuntur, nullo modo præcedere possunt eam intentam ut coronam, argo in utroque præcedunt, & nun tantum in axecutivu, ut causa illius, ut coronæ. Mi. quoad primam partem patet, quia ut possibilia nequaunt adhuc exarcera aliquod ganus causæ, ut patat ex superioribus, ac proindè nec accipi ut causa materialis, & in urdina axecutivu: quoad secundam varò prob. Quia ut futura debent præintelligi ut terminantia aliquam actum alectiunis, vel imperii, qui terminantur, ut vidimus, ad merita, sed prout sic præcedere non possunt ullo modo gloriam intentam, ut coronam, ergu non præcedunt illam prout sic tanquam dispositio in genera causæ materialis. Prob. mi. actus alactionis, & imperii simpliciter sequuntur, ut dictum ast, intentionam, argo objecta terminantia hus actus, simpliciter sequuntua objecta intentionis, ac proindá nequeunt ollo modo præcedera gloriam intentam, ut cosunam.

Secundò. Quia merita utpotè de condigno considerantur ut causa efficiens, ergo non rectè dicitur concurrera, val præcadere in genara causæ materialis dispositivæ, cum istud sit genus distinctom, nec facit prioritatem in genere afficientis, ut patat ax superioribus, aliàs dispositiones ad justificationam, sive ad gratiam dicerentur præcedere in genere efficientis, quod ut explicatum ast, non admittitur. §. Tartiò. Quia id videtur sufficare oppositæ sententiæ, scil. quòd præcadaot aliqua rationa intentionem gloriæ ut coronæ. §. Quartò. Quia corona ut curuna etiam intentantivè accepta. concipitur secundum suam essantiam, sed corona sacundom suam essentiam connotat merita ut causam sui, ergo intentivè atiam præcedunt ut causa. Prob. mi. quia pariter merita secundom suam assentiam intelligi oequeunt sina causilitate respectu præmii, vel coronæ, ergo si hæc secundum suam essentiam connotat merita, & in genare intentivu retinat illam, ut tanetur connotara, cum in nullo ordine possit res spoliari sua essentia, perpetuò connotabit illa ut causam.

Pro solutiune hujus argumanti, cui satis confidunt Contrarii, adverto ax dictis, quòd terminus Intentionis afficacis alicujus finis non ait finis ut cunque, sed ut axaquandus, ac proindè cum omnibus circumstantiis, quæ concurrunt ad ejus executionem, siva ut absolutè ponitur io re; nam in hoc differt intẽtio afficax ab inefficaci, quòd efficax respicit finem, ut practicè, vel absolutè ut ponendum iu re, non verò inafficax; raspectu autem termini executiunis omnia madia comparantur ut causa, & ideò tenantur tali modo raspici ab intentiona efficaci, scil. ut causa finis, nam tenentur respici, prout ad illum concurrunt, onda ut dicebamus, quia finis in genera intentivo ast primum, quud respicit agans intellectuala ordinatè procedens, media in illo comparantur, ut effectus illius, quia verò in axecutivo juxta meritum istius urdinis ast ultimum ax communi axiomata, qood est primum in intentiona, est ultimum iu axecutiona, madia in isto præcedunt in rationa causæ.

Hoc prænotato ad arg. raspond. benè ibi dictum esse. Ad primam replicam dicimus marita accipi ne existentia, & ut terminantia actum posteriurem electionis, & imperii, unde negu mi., ad prub. dist. ant. sequuntur intantiunam ax parte motivi, cunc., nam sicut intentio, ita & motivum ejus, quod ast libesalitas, antacedit, & infert omnia, quæ cuncurrunt axecutivà ad finem prædestinatiuois, ut dictum ast. Sequuntur ax parta termini adæquatè intanti, nego, quia ut præmisimus, tarminus intentionis est finis ut exequandos, siva axecutivè sumptus, & non præcisè intentivè, aliàs intentiu efficax non asset, marita autem in hoc ordine intelligi debent præcedara tanquam causa.

Ad 2. atiam patat ex dictis, quòd meritum, sau causa meritoria da condigno ut in casu, dicitur dispositiva subjecti ad gluriam, & simul causa efficiens moralis, quia inducit debitum justitiæ, in quo ut insinuavimus, distinguitur à puro merito de congruo, quòd illud cum nullum inducat justitię debitum, non est causa afficiens moralis, cujus dicitur meritum, sed tantum dispositio quędam ad illud, qua rationa, ut dictum est, causari potest ab eo, ad quod disponit, ut patet in dispositiuna simultanea ad formam, quę procedit ab ipsa forma, & in contritiona disponante ad gratiam, quę juxta probabilam modum dicendi, causatur ab aadam gratia, & dicitur etiam habere rationem mariti de congruo, ut præcisè dicit dispositiunem, ut insinuat D. Tho. ubi supra in 2. ad Annibal dist. 27. q. unica ar. 4.

Ad 3. dist. id vidatur sufficere oppositæ sententiæ, quòd nempè præcedant ut motivum intentionis, conc., quia ipsi contendunt, ut vidimus, intentionem esse motivè ex prævisis meritis. Quòd præcedant solum ax parta termini, seu finis intenti in axecutione nago, non enim sunt contenti hac paritate, quem nos etiam concedimus, sed prætendunt etiam prioram, siva iu ordina intentivo, quam negamus.

Ad 4. similiter dist. mi. connotat marita ut causam sui considerata axecutivà., siva in ratione affectus, conc., purè intentivè, sive in ratione finis, & causæ nego, ad prob. dist. mi. nequeunt intelligi sine causalitate, quæ sit motivum intentionis, nego res-

pectu

pectu termini executivè intenti, sive respectu termini intentionis, ut dictum est, conc., & nego cons. Sed ut hæc pleniùs intelligantur, & præcipuè causalitas prædicta dispositiva meritorum.

Secundò arg. Quibusdam authoritatibus eam impugnantibus. Prima sumitur ex D.Thom. hic ar.5., ubi docet, quòd respectu totius collectionis effectuum prædestinationis nequit dari præcedentia causalitatis, licet facta comparatione unius affectus ad alterum, possit unus præcedere, & subsequi, ergo respectu intentionis gloriæ nequit juxta D. Thom. admitti præcedantia in meritis in genere causæ dispositivæ. Idem etiam docet ad Ephes.1. §. causa autem prædestinationis.

Secunda sumitur ex illo ad Rom.9. *Cum nondum aliquid boni egissent, vel mali, (ut secundum electionem propositum Dei maneret,) non ex operibus, sed ex vocante dictum est &c. Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. Sed si merita præcedunt gloriam intentam in prædicto genere causæ, jam ex operibus in hoc genere. & non ex vocante solum, ut ait Apostolus; prædestinatorum electio est ad gloriam, ergo admittenda non est hæc eorum præcedentia ad gloriam intentam.

Tertia desumitur ex D.August. de prædest. Sanctorum cap.15., & 16. dicente, quòd sicut nulla opera Christi antecesserunt, ut homo fieret Deus, sic nulla opera nostra præcesserunt nostram prædestinationem. Ille enim prædestinatus est, ut sit caput omnium prædestinatorum sine operibus ipsius prævisis, & sic nos prædestinamur, ut simus ejus membra in gloria per æternitatem sine meritis nostris præsuppositis. Sed sic est, quòd opera Christi Domini ad ejus prædestinationem in nullo genere causæ antecesserunt, vel prævisa sunt, ergo nec opera nostra, vel merita antecesserunt prædestinationem nostram in nullo genere causæ.

Ad hoc, quod prosequutus est doctus Recentior, (nam ratio ejus in priori argumento soluta est.) Resp. ad primam ex D.Tho. solum velle, quòd non detur aliquod motivum intentionis ad gloriam, in qua radicatur totus ordo prædestinativus, sed istud esse Divinam bonitatem, ut satis explicat utroque loco relato, sed non negare, quòd ex parte termini, seu finis in executione, qua ratione ultimò terminat efficacem intentionem, non detur causa meritoria, & dispositiva in prædicto genere, ut explicatum est.

Ad 2. Similiter respond. Apost. non negare opera nostra esse aliquomodo motivum, & habere prædictam præcedentiam ad gloriam in executione, cum prout sic ut vidimus, eam sibi spondebat obtinendam titulo justitiæ, sed solum esse motivum Divini propositi electivi, ad illam.

Ad 3. Dicimus D. Aug. in exemplo adducto assignasse paritatem ex parte motivi ejusdem intentionis intra priorem ordinem intentivum, quatenus neutra prædestinatio habuit pro motivo illius ut sic opera nostra ut prævisa, sed non negare esse discrimen inter utramque executivè intentam, vel acceptam, nam ad illam Christi non præcesserunt opera illam promerentia saltem de condigno, & de facto, ut communiter docent Theologi, quidquid sit de congruo, & de potentia absoluta, si nempè humanitas ejus conservari potuisset sine subsistentia, ut non impossibile existimat Cajet. 3. p. qu.4. ar.2. §. *ad* 4., & innuit etiam M. Vincentius de gratia Christi q.7. ibid. dub. de existentia humanitatis concl.3., ubi docet existentiam posse humanitati immediatè communicari, nam hoc supposito posset sine dubio merari de congruo unionem. Et ita supponit Cajet. qu.2. ibidem ad ar.11. *ad hoc dub*. Cæterum ad executionem prædestinationis nostræ, seu collationem exercitam gloriæ respectu aliorum, præcedunt eorum merita, licet sit hæc efficaciter præintenta sine motivo eorundem, ut probatum est.

Tertiò arg. argumento iterum insinuato, & potest esse replica. Si intentio Dei esset ad gloriam, ut coronam prædicta voluntas non esset gratuita, ergo non datur talis intentio. Prob. antec. Intentio dandi gloriam ut coronam, est intentio exercendi actum justitiæ, sed hæc intentio procedit ex justitia, ergo non est gratuita. Prob. mi. Quia actus interior justitiæ non aliter explicatur, quàm per intentionem exercendi justitiam, ergo prædicta intentio procedit ex justitia.

Dices optimè hæc duo componi, nempe quòd intentio exercendi justitiam sit liberalis, & quòd executio deindè sit actus justitiæ, sicut dum quis liberaliter movetur ad vendendum alteri librum, cujus tamen venditio est onerosa, sive actus justitiæ, unde rectè potarit intentio Dei ad conferendam gloriam, ut coronam propter merita esse gratuita, & collatio exercita ejus esse actus justitiæ.

Sed contra hoc est. Quia non est assignabilis virtus, à qua prædicta intentio exercendi actum justitiæ, sive conferendi gloriam ut coronam propter merita procedat præter ipsam virtutem justitiæ, ergo nequit salvari talis intentio cum titulo gratuito. Respond. benè ibi dictum esse. Ad replicam dicimus esse virtutem liberalitatis imperantem actum justitiæ, ut contingit in exemplo adducto, dum quis liberaliter se aplicat ad exercendum actum justitiæ, scil. contractû venditionis, cum circumstantiis justitiæ commotativè, & quantum adhoc proportionabiliter militat idem, immò à fortiori de intentione Dei liberali ad conferendam gloriam propter merita, quòd nempè sit magis gratuita, & liberalis, seu potiori jure, quia non solum movetur ex se, vel ex sua bonitate ad imperandum actum justitiæ, sed etiam confert pretium, seu merita, quibus comparandum est premium gloriæ, sicut liberalior esset intentio vendendi librum alteri, si non solum liberaliter vellet illum vendere propter pretium conferendum ab emente, ex bonis propriis, sed etiam vellet dare pretium ad illius emptionem, & hac ratione etiam dicimus, quòd Deus in præmiando, sive in exequendo prædictam sui intentionem coronat dona sua, nam radix totius debiti, & justitiæ est divina bonitas, qua non solum liberaliter eligit, sed etiam confert gratiam, quæ est radix proxima, seu principium omnium nostrorum meritorum, & ideò idem titulus, seu motivum ejusdem intentionis, licet sit formaliter titulus liberalitatis dicitur tamen titulus justitiæ. Sed de his q.seq., & ad solutionem pro nunc sufficienter dicta sint.

Quartò arg., & potest esse iterum replica. Ex eo merita nequeunt motivè præcedere gloriam, ut coronam, quia sunt effectus illius ut finis, sed hoc non obstat, ergo. Prob. mi., quia etiam respectu illius possunt habere rationem finis, ergo possunt præintendi ad illam. Probat. antec. Tum quia dicuntur causa efficaciter principalis illius, sed causa efficiens principalis est finis respectu effectus, ergo possunt merita habere rationem finis respectu gloriæ. Tum quia gratia in sententia valdè probabili est principalior,

lios, & perfectior visione beata ergo potest produci, ut finis illius, & præcipuè si præintelligatur, ut adjunctæ meritis.

Ad hoc nego mi. ad prob. dist., & explico antec. possunt habere rationem finis respectu gloriæ, seu visionis beatæ, si hæc consideretur, quasi solitariè, vel nudè sumpta, & merita gratiæ, ut ob eadem informata, transeat antec., si consideretur etiam visio conjuncta gratiæ tanquam illam consumetivè perficiens, & merita iterum ut conjuncta gratiæ nego, sic enim perfectior est gloria cum eadem gratia, quàm merita cum eadem gratia, nam gloria prout sic secum affert charitatem, & aliæ dona supernaturalia consumativè perfecta, utpotè in summo, sive in termino ultimo, & tanquam præmium omnium meritorum præcedentium viæ etiam cum gratia conjunctorum, sed nondum consumetivè perfecta. Unde sive fiat comparatio actus ad actum, scilic. viæ, & patriæ, quasi seorsum inter se, sive unius ad alium adjunctis gratia, semper perfectior est actus patriæ, sive visio beata actu viæ, cum se habeat iste, ut via ad terminum, & ut medium ad finem. Et quidem argumentum æque probat de gloria per modum hæreditatis, atque de illa per modum coronæ, cum satis probabilis sit prædicta sententia assensens gratiam nudè sumptam esse perfectiorem visione beata, utpotè primam radicem illius, qua ratione dicitur natura, perfectior suis proprietatibus, & quibuscunque operationibus illam consequentibus, quia nempè est radix illarum.

Quòd si huic opponas commune axioma sumptum ex philos. 4. Metaph. in fine, & 2. de Cœlo t. 17. quòd unumquodque, sive esse illius est propter suam operationem, ac proindè, quòd hæc sit quid perfectius, vel perfectissimum omnium præcedentium se ipsam.

Respond. primò cum Cajet. sensum illius esse, non quasi propter operationem nudè, aut veluti abstractivè, seu præcisivè sumptam ab agente, sed concretivè, scilic. propter operationem, idest propter se ipsum, ut conjunctum propriæ operationi, nudè quando quia intendit finem, sive eandem operationem, in qua consistit ratio finis, non intendit eam nudè sumptam, sed se ipsum conjungendum eidem, seu fini, tanquam consumationi, & complemento omnis suæ perfectionis.

Aliam explicationem, (quàm supra etiam insinuavimus) tradit Mag. Catalam 3. par. quæst. 4. ad ar. 1. in sol. ad 1. secundæ opinionis, & aliquomodo videtur coincidere cum priori, nempè, quòd dum dicitur, esse uniuscujusque est propter suam operationem, intelligendum est de essentiali esse naturæ, vel formæ, ut sensus sit, unaquæque natura, & forma existens est nata operari operationes sibi proportionata, & ratio est, quia operatio non sequitur existentiam, vel subsistentiam, nisi mediante natura, vel forma, licet existentia, & subsistentia requirantur ex natura rei, ut natura operetur. Insinuat hanc explicationem D. Tho. 1. 2. q. 94. ar. 3. in corp., ubi ait. *Inclinatur autem unumquodque naturaliter ad operationem sibi convenientem secundum suam formam, sicut ignis ad calefaciendum.* Videtur etiam circa idem axioma ibidem q. 3. ar. 2. in corp., ubi insinuet priorem explicationem Cajet. & solutionem pariter traditam ad argumentum.

Ultimò arg. argumento etiam intinuato ex paritate pœnæ. Nam quia pœna, ut pœna est effectus demeritorum implicet in probabili sententia intendi à Deo absque prævisis demeritis, ergo quia pariter corona ut corona est effectus meritorum non poterit à Deo intendi absque prævisis meritis, ut motivis; conseq. tenet à paritate rationis.

Ad hoc, (de quo infra ex professò agitur de reprobatione) respond. ex superioribus, admissa etiam sententia, quòd nempè pœna non priùs intendatur, quàm prævideantur de merita, quamvis ita sit, quòd ratio pœnæ formaliter non sit, qua dicatur à Deo intendi, sed manifestatio justitiæ vindicativæ in punitione peccatorum, nego causalem ant., sed quia pœna est bonum occasionatum ex malo, ut in simili dicebamus supra de permissione peccati, ideo non est de primaria intentione Dei, nisi supposito malo, quod est illius occasio, at verò corona non est bonum occasionatum, sed per se, & ratione sui amabile, ut patet ex dictis, non enim requisitur suppositio alicujus peccati, aut mali non causabilis à Deo, ut gloria in ratione coronæ ponatur in re, ut constat in consequente esse sine culpa præcedente. Neque obstat, quòd prædicta intentio gloriæ, ut dictum est, originet merita illam in executione causantia. Hoc enim, ut vidimus, contingit in quacunque intentione finis per se amabilis. Et gloria etiam per modum hæreditatis primò intenta originat gratiam, quæ eandem in executione radicat. Neque enim est idem, quòd gloria, vel finis in executione causetur à mediis, & in intentione ista connotetur; atque esse bonum occasionatum, aliàs omnis finis creatus esset tale, sed requiritur ad id, quòd per se malum supponat, quod tamen non reperitur in gloria, ut corona.

§. ULTIMUS.

Resolvitur quæsitum circa necessitatem prævisionis conditionatæ meritorum.

Inquires an ad intentionem gloriæ, ut coronæ, vel etiam gloriæ secundum se, quæ præcedit, quæ antecedit prævisionem meritorum absolutam, præcedat eorum conditionatam. Plura supra q. 14. expedita sunt circa hanc prævisionem, vel scientiam mediam, unde breviter addimus, quæ ad hanc materiam prædestinationis desiderari poterant. Nam licet plures ex Societate consentiant nobiscum in eo, quòd prima voluntas dandi gloriam efficaciter præveniat eorum prævisionem absolutam, negant tamen de conditionata, ut Suarez, & alii. Dicunt enim, quòd primò Deus per hanc scientiam prævidet, qui benè usuri sunt gratia, si in tali, vel tali occasione auxilia, quibus benè operari possunt, illis dentur, & hac scientia media supposita, ex illis, quos prævidit benè usuros usque ad pœnitentiam, vel perseverantiam finalem auxiliis gratiæ, in statu absoluto vult absolutè hos præ aliis salvare, & deindè vult illis dare gratiam, & auxilia, quibus per eandem scientiam prævisi sunt benè operaturi usque ad mortem, unde affirment priùs Deum prævidere homines in statu conditionato sub his vel illis conditionibus, supposita etiam sufficientia auxiliorum consentientas, & perseverantes in bono usque ad finem vitæ, & sine hac supposita prævisione perseverantiæ, nullo modo posse Deum homines ad gloriam efficaciter eligere. Ad quod moventur ex duobus. Tum quia si ita eligeret, cæco modo procederet. Tum quia offi-

 ceret

ceret libertati creatæ discernaodo illios consensum ante prævisionem ad minùs conditionatam consensus futuri, & posset contingere, quòd eligeret ad gloriam homioes, qoos selvare non posset in hac rerum providentia, supposite verò hac conditionata prævisione consensus, tonc afferunt posse Deum in hoc negotio prædestinationis sumere initium ab electione efficaci ad glotiam, & inde descendere ad electionem mediorom, & ad illorum præparationem per prædestinationem, quibus homines de facto electi merentur, & vitem æternam consequuntur.

Nihilominus conformiter ad superiora,& ad communoem doctrinam Thomistarum respondetur qoæsitó negativè, & dicimus, quòd supposita sola scientia simplicis intelligentiæ in Deo, (ut sopra explicatom est,) comprehensiva ejus essentiæ, que cognoscit se habera in sua potestate media sufficientia, & efficacia ad hominum conversionem, elegisse efficaciter ad gloriam, quos voluit, ad manifestationem suæ bonitatis, & per specialam ostensionem suæ misericordiæ, & alios reliquisse, & deputasse ad pœnam, ad ostensionem suæ vistitiæ vindicativæ, ut egregiè explicat, ut vidimus D.Thom. hic art.5., & oppositum hujus videtur præjudicare omnipotentissimæ voluntati Dei ad salvandos homioes, quando, ubi, & quomodo vult &c, contra D. August. sopra relatum, & expressa scripturæ testimonia. Nam juxta oppositos Autores expectat Deus has occasiones præ aliis, ut eligat ad gloriam, nec potuit joxta eorum sententiam in hac rerum providentia sub his circunllantiis aliud facere, quàm quòd operatus est, cum infallibilis sit hæc prævsio, vel scientia; nec oppositum salva ejus immutabilitate contingere potest saltem secundum præseotem providentiam; quod reputatur magnum incooveniens.

Expl., & urg. hoc: nam si ita est, quòd tenetur priùs explorare, & expectare consensum futorum hominis eligendi sub his vel illis circunstantiis, itaot non possit aliter eligi absolutè, & efficaciter à Deo, potest dari quòd aliquis sit prævisus nullo modo sit consensorus, ergo non poterit iste absolutè efficaciter eligi, nec à Deo converti; quod est, ut vidimus contra D.Aug. de Correp., & Gratia c.14., ubi statuit in eo omnipotentissimam illam potestatem homanorom cordium, & magis in eadem sui potestate esse voluntates hominum, quàm in potestate ipsorum. Prob. ant. quia non repugoat esse aliquem hominem tam obstinatæ voluntatis, ut io aliquo tempore, vel occasione, contra omnes modos moralis vocationis obdurescat, ergo si sine præfata prævisione non potest absolutè efficaciter eligi, nec converti, non poterit Deus sic eum eligere, & coovertere. Ant. admittit Aug. lib.1, ad Simplicianom qu.2., & prob. quia et contrarii fatentur, quòd homo sit consensurus in tali, vel tali occasione, ex hypothesi moralis vocationis &c, est futorum contingens, pendens à libera voluntate, qood absolute potuit non esse etiam in sensu composito, ergo potoit Deus hac scientia præscire de aliquo homine, nulli vocationi morali esse consensurom saltem pro aliquo tempore, vel occasione.

Dices ex Soarez alibi de auxiliis c.14. nu. 16., verum hoc esse de auxiliis ordinariis gratiæ, tamen quia præter hæc potest Deus infinitis aliis modis moralibus hominem vocare, ideo simpliciter esse impossibile, quòd non præscierit Deus alicoi vocationi consensurum. Quod (inquit) patet à fortiori, quia si Deus permittat hominem teotari à Dæmone omnibus modis, quibus ille novit, impossibile est, ut sola libertate homo resistat, sed in aliquo modo, tentationis cadat.

Sed contra hoc est. Nam ideò potoit præsciri hominem non consensurum alicui vocationi morali ordinariæ, quia nulla de se est efficax antecedeoter ad præscientiam futuri consensus, sed cum qualibet in sensu composito stare potuit, quòd homo pro innata libertate esset dissensurus, sed hoc militat etiam de quacunque extraordinaria, cum nulla moralis quamtumvis extraordinaria ex se efficax sit antecedenter ad eandem præscientiam futuri conseosus, sed cum qualibet stare potuit disseosus in sensu composito, (hoc enim necessarium existimant ad salvandam libertatem,) ergo etiam ex hypothesi vocationis cujuslibet extra ordinariæ potuit scientia media præsciri à Deo hominem non consensorum.

Nec est eadem ratio, (ut rectè ibidem ait dub.10. concl.1. M.Catalam) de tentationibus Dæmonis, quia quòd homo sibi derelictus sine auxilio gratiæ, non possit vincere omnes tentationes Dæmonis, etiam de ordinariis verificatur, nam propter infirmitatem naturæ, & defectum virium indiget auxilio gratiæ ut omnes vincat: ut autem homo obdurescat contra omnes vocationes morales non indiget viribus, aut auxilio alterius, sed pravitate, & malitia, & inclinatione ad malum, quam homo ex se habet, & ideo si sibi relinquatur, nec vocatione ex se efficaci retrahatur à malo potest contra omnes vocationes morales obdurescere. §. Præterea impugnatur solutio. Nam licet moraliter esset impossibile prævideri hominem omni auxilio, vel vocationi morali dissensurum, id tamen possibile est saltem ex natura rei. De quo videri etiam potest Aug. proximè relatus, ergo saltem ex natura rei non repugnaret esse aliquem hominem, quem Deus convertere non posset, nec absolutè efficaciter eligere, quod est alienum.

Dices cum eodem admittendo id totum, sed nullum hinc sequi inconveniens contra divinam omnipotentiam, quia solum sequitur non posse talem voluntatem liberè convertere, posse tamen eam convertere, quò vellet impedieodo libertatis usum, & in hoc satis Divinam omnipoteotiam ostendi.

Sed hæc solutio id admittit, quod D. Aug. vehementer exagerat non posse id affirmari sine detrimeoto pietatis. Deinde expressè loquitur de conversione, qua homo recedit à peccato, & in Deum coovertitur, fitque ex peccatore justus. Hæc autem procuidubio libera est: & statutissimum est apud Theologos conversionis nomine in Scriptura, Conciliis, & Patribus dum de peccatore fit sermo, intelligendum esse motum liberi arbitrii in Deum.

Præterea non salvet solutio Deum habere omnipotentissimam potestatem inclinandi liberè corda humana quò sibi placuerit, quod ut dictum est, expressè est contra S, D. cap. illo 14., nam probat ibi ex professò hanc potestatem esse ad inclinandum liberè voluntates hominum. §. Denique impugnatur. Quia ille homo, qui omni vocationi morali præscitor dissensurus, posset liberè dissentire, & se convertere, ergo & posset Deus illum liberè convertere. Ant. est certum, quia aliàs dissensus non esset liber, nec peccaret: cons. verò prob. quia ut dictum est, eodem cap. asserit Deum magis habere voluntates hominum in sua potestate, ad inclinandas liberé, quàm

ipsi

ipsi suas: & D.Tho. q.22. de Veritate ar.8. ait, quòd sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita & multò ampliùs Deus; & probat ut vidimus, quia est Authos voluntatis, & ideò habet plenissimum dominium illius. Ex quo ut dicebamus, efficax ratio sumitur contra Suarez. Nam Deus non est minus Auctos, & Dominus voluntatis, ut libera est, quàm ut est natura, sed quia est Auctor, & Dominus illius, ut est natura, repugnat ex natura rei, quòd non possit inclinare eam, quò sibi placuerit eam necessitando, ut Suarez admittit, ergo quia est Auctor, & Dominus illius, ut libera est, repugnabit etiam ex natura rei, quòd non possit eam inclinare liberè, quò sibi placuerit. Sed non vacat ulteriùs hac in re amplius immorari, nam in superioribus, & obiter etiam in presenti dicta sunt ad examinandam prævisienis præfatæ necessitatem.

Sed quòd attinet ad utrumque eorum fundamentum proximè insinuatum, neç vidantur contrarii evadere inconvenientia, quæ vitare intendunt, nempè quòd sine eadem præscientia Deus cœco modo procederet, nec salvaretur libertas creata. Nam cum assignant, vel admittunt decretum efficax, & absolutum antecadens consensum absolutum voluntatis creatæ jam ex hoc ipso juxta eorum opinionem præjudicatur eidem libertati, quia voluntas creata in statu absoluto impotens est ad operandum oppositum, quod supponitur, Deum efficaciter decrevisse, sed hoc ipso in sententia Societatis perit libertas, ergo juxta eorum opinionem non salvatur libertas. Prob. mi. quia non alia ratione in opposita Thomistarum afferunt perire admissa prædeterminatione, & decreto absoluto, & efficaci, nisi quia idem præcedit consensum, & voluntas illius oppositum nequit eligere, ne reddatur inefficax, sed etiam in hac sententia, si voluntas operaretur oppositum, quod prædefinitum est à Deo, ejus pariter decretum antecedans prædictum consensum frustraretur, ergo etiam per hujus decreti positionem tollitur libertas.

Hinc etiam infertur non evitari aliud inconveniens de cœco modo producendi. Nam licet Deus præviderit, quid sit operatura voluntas in statu conditionato, adhuc tamen in statu absoluto potest oppositum operari, ut fatetur opposita sententia, ergo per directionem status conditionati non evitatur inconveniens, quòd Deus cœco modo operetur in statu absoluto, non prævisa voluntate, quid sit operatura in isto, sive non supposita prævisione meritorum absoluta. Itaque meliùs, ac faciliùs evadimus ab hujusmodi inconvenientibus, si cum D.Aug., & D.Th., & aliis SS.PP. recurramus ad omnipotentiam Dei, quæ ut supra, & expressiùs in philosophicis explicatum est, tangit non solum substantiam operationis, sed etiam modum libertatis sine ulla vel minima illius offensione ob infinitam Divinæ voluntatis, vel ejus decreti efficaciam, ex qua ut vidimus, sequitur quòd non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed etiam, quòd eo modo, quo fieri vult. Hoc enim posito liberè Deus, ac pleuè dominativè, & ordinatissimè, uti decet supremum provisorem, ac Dominum, initium suæ providentiæ sumit ab electione efficaci ad gloriam, ex qua procedit ad electionem mediorum ad illius exercitam consecutionem. Videatur Mag. Farre hic §. 9. ubi latè arguit ex eorum principiis contra prædictam prævisionem per scientiam mediam.

Ex dictis colligimus electionem ad gloriam ut considerationem esse quidem perse ad determinatum gradum specificè, non tamen individualiter: & ratio est, quia intentio agentis per se est ad speciem, & ad perfectionem speciei, non ad individuationem, quæ non est de intentione naturæ, nisi ob speciei conservationem. De hoc etiam videri potest Illustriss. Godoy hic §. ultimo disp.65. corol.3.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum præter decretum intentivum gloriæ ante merita admittendum sit executivum post eadem prævisa.

Aliquid jam tetigimus supra hac de re, in qua variè etiam sentiunt nostri Thomistæ, licet frequentiùs affirment apud præfatum Illustriss. selecta disp.65. §.4. contra Nazarium, Alvarez, Salmatic., & Mag. Herrera in manuscriptis ad istum art.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

Salva probabilitate oppositæ sententiæ affirmativam, etiam ut valdè probabilem sustinemus. Quamvis in superioribus aliquid in favorem negativæ dixerimus, placet tamen hanc prosequi, quia videtur aliquomodo conformior communi Doctrinæ Thomist. in hac & aliis materiis, cui etiam satis favet D.Aug. Etenim apud ipsum, ut constat ex dictis, duæ inveniuntur voluntates, altera liberalis, & gratuita, altera remunerativa, & ex justitia; nam tria hæc docet, ut vidimus, quòd electio justificationem non præcedit, sed magis è contra; deinde quòd nemo eligitur, nisi jam dictaas, vel discretus ab eo, qui rejicitur; & deniquè quòd illud Apost. *elegit nos in ipso* intelligi nequit nisi præscientia, quæ omnia cum interpretari non possint de voluntate intentiva, ut patet, referenda sunt ad executivam.

Deinde ex opposito Epist. 105. ad Sixtum ait. *Datur in Deo electio, qua eligendos facit: non invenit*: & sequenti 106. ad Paulinum ideo sit, scil. Apost. *non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, intelligitur, ut secundum propositum Dei maneret, non meritum hominis anteiret*. Et lib.5. contra Jul. cap.3. inquit, *nullum elegit dignum, sed eligendo facit dignum*, quæ si velimus cohærere cum prioribus dictis, nec sibi contradicere, intelligenda sunt de voluntate intentiva, non executiva, ergo juxta Augustinum non videtur posse negari has duas voluntates in præsenti materia prædestinationis. Quod etiam repetit tom.10. serm.7. de Verbis Domini cap.2. dicens. *In hoc capitulo hoc* dicimus, *quoniam quos voluit Dominus, hos elegit. Elegit autem sicut dicit Apostolus*, (Rom.11.) *& secundum suam gratiam*. (En voluntas gratuita) *& secundum illorum justitiam*, en executiva merita prævisa supponens.

Dices ex Thomistis oppositum sentientibus, solum colligi ex hujusmodi dictis Aug., quòd licet Deus ab æterno gratis nos eligat ad gloriam ex justitia obtinendam, in tempore tamen priùs dat merita, & deinde gloriam propter illa. §. Sed hæc solutio videtur excludi postrema præcedenti Autoritate, in qua

non sit præcisé mantin de exeqnutione, seu de collatione gratiæ, & meritorum, quæ est in tempore sed de duplici electione, quæ sunt ab æterno, ergo cum altera ut ait, sit secundum gratiam, & altera secundum justitiam, videtur expresse assignara distinctam voluntatem, vel decretum execntivum ab intentivo. §. Deinde dum ait, illud Apost. ad Ephes. 1. *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*; non posse intelligi, nisi præscientia, manifestè insinuat actum aliquem æternum supponentem merita prævisa, at iste neqnit esse decretum intentivum, ut communiter fatentur Thomistæ, cum istud, ut vidimus, non sit ex eorum prævisione, ergo erit executivum, distinctum ab executione, cons. tenet, quia executio non est ante mundi constitutionem, vel ætarna, sed temporalis. §. Urg. totum hoc. Nam D. Aug. loquitur, ut patet, de voluntate Divina, qua Deus ex præscientia meritorum movetur ad exequendam gloriam, sed Divina voluntas non incipit determinari, vel moveri in tempore à meritis prævisis, ergo loquitur de voluntata, qua Deus ab æterno statuit ex præscientia meritorum exequi in tempore gloriam ex justitia.

Ex his prob. primò concl. ratione, & simul iterum impugnatur præcedens solutio. Nam Deus in tempore exequitur gloriam motivè ex meritis, sive ex justitia, ut fatemur omnes ex Apostolo ubi supra relato, ergo ab æterno habuit actum, seù decretum executivum de sic dando illam in tempore motivè ex illis; Prob. conseq. ex dictis, quia Deus non concipit velle in tempore, nec decretum motivè ex meritis est intentivum, ut iterum fatemur omnes iu Schola D. Thom., sed purè liberale, & gratuitum, licet inferat illa, ut dictum est; ergo erit executivum, & distinctum ab intentivo.

Dices in favorem Thomistarum, (contra quos specialiter militat hæc ratio; sufficere ad executionem ex justitia decretum intentivum, & liberale, nam dabilis est, ut vidimus, intentio exercendi justitiam, & quòd talis voluntas liberalis sit, ut patet in exemplo adducto de eo, qui gratis movetur ad vendendum librum alteri cum omnibus circumstantiis justitiæ commutativæ, venditio enim est actus ejusdem justitiæ, cum tamen voluntas vendendi illum sit liberalis; unde non est necessarium recurrere in casu ad aliud decretum executivum, quo velit Deus motivè dare, aut exequi propter merita, eò vel maximè, quòd ut insinuavimus, licet intentio efficax dandi gloriam sit formaliter liberalis, est tamen virtualiter onerosa, vel ex justitia, quod satis est ad executionem remunerativam, sive motivè ex meritis.

Fateor hanc solutionem, quam suprà probabiliter adhibuimus ad intentum oppositæ sententiæ reddere illam satis etiam probabilem, nihilominùs sustinendo hanc aliam cum eodem Illustriss. ibidem, M. Ferre hic §. 10., Gonet. §. 9. Corol. 4., & aliis, contra illam instatur sic. Nam licet diceremus voluntatem intentivam sufficere ad executionem gloriæ motivè ex meritis ex parte objecti, non tamen ex parte actus, vel motivi ejus. sed in Deo est etiam necessaria hæc posterior voluntas, scil. dandi illam ex meritis ex parte actus, vel motivi, ergo præter intentivam gratuitam, tenemur assignare executivam remunerativam, sive ex justitia, qua scil. velit dare illam motivè propter merita. Prob. ant. Tum quia ut dicebamus, esset aliquid executum in tempore, non priùs ab æterno volitum, eo modo, quo in tempore exequitur, aliàs esset executum tali modo à casu, vel præpter ejus intentionem, sed gloria in tempore exequitur secundum formam justitiæ, ergo ab æterno est volita ex amore justitiæ, ac proindè motivè ex meritis.

Explic. hoc. Nam Deus ab æterno vult gloriam ex omni eo motivo, ex quo sibi offertur amanda, si ex omni tali motivo velit eam exequi, vel ponere in re, cum non incipiat velle in tempore, & consequenter nec aliquid exequi, non priùs volitum ab æterno secundum omne motivum, quo exequitur, aliàs iterum esset executum à casu, vel præter intentionem, aut voluntatem prout sic, sed in tempore eam ponit in re ex motivo justitiæ; & post electionem ad gloriam, & ad merita, illi offertur amanda ex hoc motivo justitiæ, cum jam prævideat merita, nec respectu illius sit aliquid executum, non sibi propositum ut amandum eo modo, vel motivo, quo in tempore exequitur, ergo præter gratuitam voluntatem intentivam admittenda est in illo voluntas executiva remunerativa, vel ex justitia.

Nec refert, quod subditur de priori voluntate intentiva, quòd licet sit gratuita, vel formaliter, esse tamen virtualiter præmiativam, sive ex justitia: nam ut statim dicemus, actui exteriori, vel executioni secundum justitiam debet correspondere proximè formaliter actus interior secundum honestatem ejusdem virtutis, & non secundum solam radicalem, vel eminentialem, aut virtualem alterius virtutis, ergo licet Divina bonitas liberaliter primò intentivè volita, sit radix totius debiti, & justitiæ, adhuc tamen erit necessaria altera voluntas conveniens Deo ab æterno, qua secundum honestatem justitiæ, sive ex præscientia, & motivo meritorum vult exequi in tempore collationem gloriæ.

2. Prob. concl., & urgentur præcedentes replicæ. Executio gloriæ in tempore est secundum formam justitiæ, ergo ab æterno debet admitti in Deo voluntas sic illam exequendi, sive ex eodem motivo, vel honestate ejusdem virtutis. Prob. conseq., quia actus exterior gaudens speciali motivo, vel honestate alicujus virtutis petit interiorem sibi correspondentem secundum idem motivum, vel honestatem, ergo si temporalis executio gloriæ propter merita gaudet honestate virtutis justitiæ, petit æternam Dei voluntatem sibi correspondentem intra hanc lineam. Prob. ant. Tum quia libertas, & honestas formalis actus exterioris derivatur ab interiori, unde ejus bonitas, vel malitia talis censetur, qualis reperitur in interiori, ut infrà explicatur 1. 2., & inductivè id constat in nostris actibus, in quibus non datur actus exterior alicujus virtutis, quin illi correspondeat interior ejusdem virtutis. Tum quia iste speciam capere dicitur ab exteriori, ergo non stat hunc pertinere ad unam virtutem, & interiorem ad aliam.

Quòd si iterum dicas salvari hoc ipsum per hoc quòd electio intentiva sit actus interior justitiæ quatenus habet pro objecto gloriam, ut dandam ex justitia, sive ut coronam, vel ex meritis; & sic præter illum actum non requiri aliam voluntatem, quæ sit actus justitiæ. §. Sed hæc solutio jam præoccupata est in superioribus: Nam hoc quòd interior actus sivè efficax intentio gloriæ præcisè respiciat eam ut coronam ex parte termini, vel objecti, & non motivi, non extrahitur à linea liberalitatis, ut ostensum est, & fateri tenemur nos omnes Thomistæ, cum certum sit ut explicatum est, ob sui efficaciam

se extendere ad omnie lineæ executivæ, tanquam ad terminum edæquatum salva sui liberalitate ergo id non sufficit ut sit actus justitiæ. §. Explic. hoc. Nam ut actus aliquis participet honestatam justitiæ non satis est, quòd per illum quis velit justitiam facere, sed ulteriùs requiritur, quòd ad illum eliciendum moveatur ex honestete, vel motivo justitiæ, sed prior voluntas intentiva gloriæ ut coronæ, vel propter merita non est ex motivo justitiæ, sed purè gratuito, licet velit executivè actum justitiæ ex parte termini ergo non est actus justitiæ decretum ejus intentivum: Et potest exemplificari in eo, qui debet alteri decem aureos, nam licet velit totidem dare creditori indigenti, si tamen moveetur ad dandum ex motivo misericordiæ ob ejus miseriam sublevandam, & non titulo restitotionis, vel justitiæ, actus ejus non est justitiæ, sed misericordiæ, unde dicunt casuistæ, quòd adhuc perseverat ejus debitum, & teeetur adhuc illi restituere alios decem, ut alibi etiam 3. p. explicatum est: Ubi similiter de Christo dicitur, quòd si actum eliceret æqualis valoris cum gravitate offensæ mortali, vel totius generis humani ex mera sua gratia, & non ex motivo debiti extinguedi, seu satisfaciendi, sive ex obligatione, quã contraxerat, ut fidei jussor pro eodem genere redimendo, actus ille non esset rigorosæ justitiæ ob defectũ motivi de hac linea.

Denique urgentur hæc omnie, & simul iterum impugnatur præcedens solutio, quòd sit actus virtualiter justitiæ, itaut optimè possit eadem intentio efficax sine alio superaddito decreto executivo imperare totum id, quod spectat ad lineam justitiæ in posteriori ordine executivo. Nam virtualis illa ratio justitiæ reperta in intentione efficaci gloriæ, ut coronæ, vel propter merita, solum se tenet ex parte rationis *qua*, ut dictum est, aliàs non esset intentio gratuita, si motivè, vel ex parte rationis sub qua respiceret merita, ergo non sufficit ad excludendum aliud decretum executivum. Prob. conseq. quia ut actus aliquis vel virtus pertineat verè, & propriè ad lineam, vel honestatem alterius, itaut non sit necessarium distinctum principium, vel virtus ab illa, à qua elicitor actus, vel ad quam specificativè pertinet, non sufficit, quòd ob sui efficaciam, vel excellentiam, eut eminentiam respiciat actum illius ex parte rationis *qua*, imperando, vel dirigendo illum, sed requiritur, quòd motivè respiciat illum, seu quòd pro motivo respiciat proprium talis virtutis objectum, ut patet inductivè, eliàs charitas, (& sic de eliis;) imperans actus aliarum virtutum sufficeret ad omnes illos, induens honestatem eatum, nec essent illæ necessariæ ad elicientiam suorum actuum, ergo licet dicamus voluntatem, vel decretum intentivum gloriæ, ut coronæ, vel propter merita, sive virtutem liberalitatis, ad quam specificativè pertinet idem decretum, imperere executionem remunerativam, sive ex justitia, vel respicere illam ex parte tantum rationis *qua*, & non *sub qua*, vel ex parte motivi, non tamen erit actus justitiæ, vel sufficienter induens honestatem hujus virtutis, ut non sit necessarium decretum executivum distinctum ab illo. §. Et ratio omnium est, quia actus proprius justitiæ debet pro motivo hebere jus alterius sive in meritis, sive in pretio, sive in aliis titulis justitiæ fundatum, & consequenter à persona obligate sive ex motivo obligationis elici, qua ratione Theologi, qui tenent Deum esse incapacem debiti rigorosi ex justitia, removent consequenter ab illo virtutem justitiæ in rigore accep.æ, ergo si se mel liberaliter eligit homines ad gloriam, licet ob decreti efficeciam eliget ad illam ut coronem, vel propter merita, non temen erit electio pertinens ad lineam justitiæ, perseverante motivo ejus gratuito, vel liberali, & solum respiciat illam prout sic ex parte retionis *qua*, vel materiæ, unde sic ut, ut suprà dicebamus, distincti sunt actus voluntetis in nobis intentio, & usus quorum prior electionem mediorum præcedit, posterior verò ad eam subsequitur, & circa executionem eorum, & finis versatur, ità proportionabiliter tenemur nostro modo intelligendi distinguere in Deo præter electionem mediorum ad ordinem intentivum spectantem, decretum executivum de eisdem mediis, quo nempè vult Deus efficaciter suam potentiam executivam aplicare, ad hoc ut electi suo tempore gloriam consequantur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò Arg. Posita voluntete efficaciter intentiva gloriæ propter merita, licet non mota ab illis, vel ex motivo eorum, exclusa omni alia, dabitur infallibiliter gloria dependenter ab illis, ergo non est necessaria alia executiva. Prob. ant. quia sola intentiva ob sui efficaciam infert omnia exequenda in tempore, sed gloria in tempore est exequenda dependenter à meritis, seu per viam justitiæ, ut dictum est, ergo sola illa posita dabitur infallibiliter gloria ex motivo eorum.

Explic., & urg. hoc. Nam decretum semel efficax de dando gloriam electis infert ob sui efficaciam, infallibilem executionem illius, ergo altero semel admisso superfluit alterum. Ant. est certum, & præcipuè cum sit efficacie infinita, sive agentis infiniti à nullo impedibilis. §. Urg. 2. Quia non videntur posse hęc duo decreta componi ob eorum repugnantiam inter se ergo. Prob. ant. nam altera voluntas est de daodo gloriam gratis, scil. intentiva, & altera, sive executive de dando illam ex justitia, sive ex motivo meritorum, sed velle dare gratis, & velle dare ex meritis pugnant inter se, ut patet, cũ alter sit titulus justitiæ, alter liberalitatis, qua ratione, ut supra insinuavimus, debitor dans creditori ex motivo misericordiæ, & non justitiæ, non satisfacit proprio debito, quia sunt tituli saltem disparati, & ideò incomponibilis est prior cum posteriori justitiæ, ergo à fortiori erit incomponibilis titulus liberalitatis, vel gratuitus, cum altero justitiæ, cum quo repugnanter se habet, & non solum disparatè.

Tertiò Urg. Nam motivum justitiæ, quod assignatur respectu decreti executivi, vel est præintentum, vel non. Hoc posterius dici non potest, quia ut sæpè dictum est, esset aliquid executum à Deo non præintentum, quod est operari à casu, vel præter intentionem, & ideò alienum à Deo, & ab omni egente intellectuali. Si verò primum, ergo sufficit ad illius executionem decretum intentivum, aliàs non erit infinitæ efficaciæ. §. Ad hoc nego ant. Ad prob. dist. ant. ex dictis, infert omnia, ex parte objecti, vel rationis *qua* conc. quia severa ut explicatum est, se extendit intentivè ad omnia illa, ex parte motivi, vel executivè nego, nam licet efficax intentio nihil omittet, ut dictum est, de his, quæ spectent ad ordinem executivum, itaut complectatur etiam mo-

ti-

tivum justitiæ pertinens ad eundem ordinem, non tamen quasi activè ex parte objecti, unde totum est objectivè intentum, sed non motivè respectu illius, nam motivum ejus est gratuitum, vel liberalitatis, ut probatum est.

Sed instas ex dictis supra, & latè 3. par. quæst. 1. ad ar.3. Nam idem debet esse motivum quantum ad intentionem, & quantum ad executionem, ergo vel utrumque est gratuitum, vel utrumque ex justitia. Prob. ant. Nam hac ratione arguebamus ibidem, contra P. Suarez explicantem Patres solum voluisse remedium peccati esse motivum incarnationis prout in executione est facta, de motivo verò intentionis non curasse, quia hoc investigare difficilius est, & parum utile. Nam commune est, ut dicebamus, omni agenti intellectuali operari propter finem intentum, ac proindè quòd idem habeat motivum quantum ad executionem, & quantum ad intentionem, aliàs operaretur à casu, ergo non stabit aliud esse motivum, in casu respectu intentionis, vel voluntatis intentivæ, & aliud respectu executivæ.

Resp. dist., & explic. ant. ex solutione data. Idem debet esse motivum, adhuc sensum, quòd non sit aliquod assignabile in executione, quod non præcedat, in intentione conc., nam hoc sufficit, ut non operetur à casu, si semel est intentum: Quòd eodem modo se habeat in utroque ordine, nego, imò ordine inverso tenetur se habere, ut dictum est. Rectè ergo diximus ibidem non stare, quòd remedium peccati veniat in executione respectu incarnationis, & non priùs in intentione, ob rationem datam de sequela operationis à casu, sed aliud est, quòd veniat eodem modo, itaut teneatur venire motivè in utroque ordine, quod negamus in præsenti.

Ex his ad primam confirmat. dist. ant. infert efficacia intentiva, vel executiva juxta meritum sui ordinis, conc. utraque efficacia, neg. nam intetivum sola intentiva, & executivum executiva, unde posito uno non superfluit alterum decretum, nam executivum supponit objectum sui intentum, nisi iterum velimus Deum exequi à casu, vel præter intentionem; intentivum etiam expectat executivum, quia cum incipiat à fine juxtà meritum ordinis intentivi, & consequenter præcedat merita, non potest Deus per illud velle dare gloriã motivè ex meritis, sed tantum liberaliter ex parte motivi, ut dictũ est.

Ad secundam nego ant. Ad prob. dist. mi. Velle dare gratis, velle dare ex justitiæ &c. pugnant intrà eundem ordinem, conc. intrà diversum nego, imò est necessarium, ut vidimus, cum procedant ordine inverso, in quorum altero præcedunt merita, ut causa finis, in altero subsequuntur ut effectus illius, ut dictum est; & ideò in isto, sive in intentivo est titulus liberalis, in altero autem, vel executivo, est titulus justitiæ. Ex quo etiam patet ad id, quod subditur de debitore, nam paritas est intrà eundem ordinem executivum, & ideò dicuntur non posse componi respectu ejusdem speciei, vel finis, itaut pecunia oblata ex motivo misericordiæ deservire nequeat ad extinguendum debitum justitiæ.

Ad tertiã resp., quòd est præintentum, ex quo tamen nonsequitur, quòd sufficiat sola intentio excluso decreto executivo, nam licet sit infinitæ efficaciæ, est tamen efficacia, ut dictum est, de sola linea intentiva, undè solum ex eadem se extendit objectivè ad ea, quæ sunt ordinis executivi, scil. tanquam ad objectum intentum non motivè tanquam à quibus moveatur ut explicatum est.

Secundò arg. Non dantur in Deo duæ voluntates, respectu mediorum, scil. gratiæ, & meritorum, quarum altera sit intentiva, & altera executiva eorum ergo nec debent dari respectu finis, scil. gloriæ, ut coronæ: cons. tenet, nam sicut activa collatio gloriæ est actus Divinæ voluntatis, ità pariter collatio gratiæ, & meritorum, ergo si voluntas intentiva istorum est activa executio utriusque, pariter intentiva gloriæ, ut coronæ erit executio ejus. Ant. verò prob. nam si respectu primæ gratiæ daretur duplex voluntas, altera intentiva, & altera executiva, sequeretur, quòd si quis etiam promereretur primam gratiam, non promereretur totam prædestinationem; consequens est contra doctrinam PP., ergo non sunt admittendæ duæ voluntates respectu primæ gratiæ: mi. constat, quia apud D.Aug., & alios PP. benè valet, promeretur quis primam gratiam, ergo promeretur prædestinationem, & æternam electionem ad gloriam. Sequela verò prob: quia posset quis promereri primam gratiam ut executam, & non promereri illam ut intentam, ergo admissa utraque voluntate intentiva, & executiva circa illam, posset quis promereri primam gratiam non promerendo totam prædestinationem: cons. iterum tenet, quia non promereretur voluntatem intentivam dandi primam gratiam, ergo promerendo primam gratiam non promereretur totam prædestinationem. Antec. etiam constat; nam per nos stat, quod promerendo gloriam ut executam non mereatur illam, ut intentam, ergo similiter stabit, quòd promerendo gratiam ut executam, non promereatur, ut intentam; si semel utrobique admittitur distincta voluntas, intentiva, & executiva.

Ad hoc nego ant. Ad prob. dist. ma. Ad hunc sensum, quòd ex merito primæ gratiæ non inferatur per consequentiam formalem, vel à priori, meritum totius prædestinationis conc. quòd inferri non possit saltem per viam paritatis, nego, & dist. mi., est contra doctrinam PP., in priori sensu, nego, in posteriori, conc. mi., & nego conseq., nam PP. id non inferunt à priori, aut per consequentiam formalem, sed magis à paritate rationis, quasi sic arguendo; si prima gratia non obstante, quòd sit principium intrinsecum meriti, potest semel cadere sub merito, poterit sub illo cadere, aut comprehendi decretum intentivum illius, etiamsi sit principium extrinsecum meriti, ac proindè si daretur, quòd quis promereretur primã gratiam, posset etiam promereri totam prædestinationem, seu meritum illius, & comprehendere etiam primam electionem ad gloriam, seu intentionem dandi illam, si semel ratio principii meriti, seu esse principium intrinsecum illius non obstat in gratia, quin cadat sub illo, quæ est consequentia per viam paritatis à ratione principii intrinseci ad extrinsecum, & veluti fundata in hypothesi impossibili, stante lege ordinaria, ut insinuavimus supra, quòd scil. gratia, quæ est principium intrinsecum meriti cadere possit sub illo. Cæterũ longè diversa est ratio in casu, nã licet ex gloriæ intentione ut conferendæ in re inferatur meritũ decreti executivi et iã per consequentiam formalem, non tamen inferri potest etiam per materialem, meritum decreti intentivi illius, quia gloria, ut confertur in re non est principium meriti, sed terminus, at verò decretum intentivum gloriæ est principium, & prima radix, ut vidimus, meritorum, sicut gratia est proximum illorum, unde nullo

nullo modo potest cadere sub merito, etiamsi gloria ut in re conferenda cadat sub illo.

Tertiò arg., (& est replica contra superiora) argumento jam insinuato. Ut prima electio ad gloriam, sive efficax intentio illius sit sufficiens ad ejus executionem ut coronæ sine alia voluntate executiva illius prout sic, satis est, quòd per illam Deus velit dare gloriam ex meritis, estò motivè non procedat ex illis, vel ex eorum prævisione, ergo non est necessaria distincta executiva. Prob. antec. Tum in actu, quo quis vult efficaciter jus suum unicuique tribuere absque prævisione debiti. Tum in alio, quo quis gratis vult rem suam vendere uni prælio offerentibus pretium illius, nam uterque sufficit ad executionem justitiæ intentæ sine alio actu executivo illius, ac proinde uterque est sufficienter actus justitiæ sine alio superaddito, ergo pariter in casu erit sufficiens, & sufficienter actus justitiæ prime electio ad gloriam dandam propter merita etiamsi non fit ex prævisione eorum.

Ad hoc nego ant., ad prob. nego conseq., & disparitas est inter utrumque illum actum, & primam electionem in casu, nam hæc, ut vidimus ex nullo motivo justitiæ movetur respectu gloriæ conferendæ electis, etiam per modum coronæ, unde gaudere nequit honestate hujus virtutis sine alio actu, vel decreto, scil. executivo ad hanc lineam pertinente, sed uterque ille actus habet motivum debiti, & non purè gratuitum, primus quidem, quia licet non moveatur ex prævisione juris in particulari movetur ex prævisione illius in communi, otiosè enim, vel nugatoriè videretur aliquis movari ad volendum dare unicuique jus suum, non prævisò saltem in communi, aliquos habere jus, ut sibi restituantur debita, esset namque de subjecto non supponente talis actus, nullo sic concepto jure alieno. Cujus etiam rationem subdit M. Ferre hic ad 5. Quia prædictus actus tantùm est efficax circa redditionem juris non ad positionem debiti, unde est necessarium, quòd supponat debita, si valimus esse efficacem circa redditionem juris, cum nequeat hæc exequi, nisi respectu illorum, quibus debetur. Cæterum prima voluntas electiva ad gloriam propter merita non solum est efficax respectu gloriæ, sed etiam respectu meritorum, ut dictum est, unde non tenetur hæc supponere, ut sit efficax respectu ejusdem gloriæ, sed magis totum infert, ut vidimus, quod ad illam conducit, mota ex motivo suæ bonitatis manifestandæ per modum misericordiæ, & ideò omninò gratuita, & liberalis est ex parte motivi, & non actus justitiæ, ac proindè necessaria est voluntas executiva intra hanc lineam.

In quo similiter se habet, sicut actio creativa, quæ quia effectiva est totius entis, non tenetur, nec potest aliquod subjectum supponere, sicut actio generativa, vel eductiva, sive omnis alia actio determinata in creatoris, quæ quia ex opposito nequit esse effectiva entis in quantum ens, (ad quod requiritur virtus infinita, ut alibi ostensum est.) tenetur omninò supponere subjectum, ut sit productiva alicujus effectus.

Ex his patet ad posteriorem instantiam de actu venditoris uni præ alio offerentibus æquala pretium, nam hic etiam non movetur præcisè ex gratia, sed ex pretio oblato, licèt alterum præferat ex sua gratia, unde in illo actu, & est bonitas gratitudinis, correspondens affectui volentis emere ab ipso, & simul est honestas justitiæ correspondens oblationi pretii, itaut licet illum præferat, non præfert tamen nisi intra lineam venditionis, sive justitiæ, & ex prævisò pretio, quod non militat in casu, ut dictum est, quia Deus alterum eligens, altero derelicto non movetur nisi ex sua bonitate, ut egregiè explicat D. Tho. hic ad 3., ad dandam gloriam propter merita, non quòd prævideantur in re posita, vel ponenda independenter à sui gratuita electione, sed quæ ponentur in re, ut sit efficax, inferenda scil. per illam, ut explicatum est.

Quòd si dicas, hinc inferri, quòd si semel Deus prævisis meritis in Petro, & in Paulo, vellet dare gloriam uni, & non alteri propter merita, hunc actum simul gaudere honestate justitiæ, & liberalitatis, sicut videtur gaudere præcedens actus venditoris præferentis unum alteri, prævisò utriusque oblato pretio. Quod tamen videtur esse contra superiora, dum in prima electione discretiva Dei alterum eligentis, altero relicto, solam agnoscimus honestatem liberalitatis.

Respondet huic instantiæ M. Ferre eodem modo se habere hunc actum, sicut se habet præcedens venditoris, nempè quòd simul esset actus gratiæ largè sumendo gratiam prout explicat libertatem dantia magis uni, quàm alteri, supposita tamen utrobique prævisione meriti, & pretii esset actus strictæ justitiæ, & non gratiæ simpliciter, vel strictè sumptæ, quia hæc excludit simpliciter motivum justitiæ.

Cæterum hæc solutio nisi aliquid addatur non videtur undequaque subsistens, nam est magna disparitas inter pretium, & meritum prævisum, nam quia istud pendet totum liberaliter à Deo, nullum potest prævideri in creatura ab illo liberaliter non collatum, cum in natura non sint vires ad promerendam gloriam, et verò pretium oblatum est de bonis propriis ementis, & non à venditore liberaliter acceptis, ac proindè non videtur esse eadem gratia in utroque actu, nec eadem justitia, sicut in alio exemplo superiùs allato de venditore, qui non solum gratia moveretur ad vendendum librum, sed etiam daret pretium ad emptionem illius, major enim videretur gratia in actu istius, & minor justitia, quàm in actu alterius venditoris gratis tantum moti ad vendendum illum, ex pretio tamen de bonis propriis emptoris, nam in isto ex parte pretii nulla relucet ratio doni, sicut in illo, sed totum est onerosum. Qua ratione diximus longè liberaliorem, seu potiori jure gratuitam, & liberalem voluntatem intentivam Dei, quàm illam hujus posterioris venditoris, quia Deus gratis etiam confert pretium, ac merita, quibus comparandum est præmium gloriæ.

Nihilominùs sustinendo solutionem datam sine præjudicio ejusdem disparitatis, quam suppono à nemine negari nec posse. Resp. per possibile, vel impossibile moveri Deum ad dandam gloriam non solum propter merita, scil. objectivè, ut contingit in præsenti, sed etiam motivè ex illis prævisis, tunc proximè esset actus formaliter, & propriè justitiæ, & solùm præsuppositivè liberalitatis, vel gratiæ eo modo, vel sicut proportionabiliter diximus de actu venditoris præferentis unum alteri prævisò pretio oblato, à quo tamen distingueretur, ut supra, quia si esset istud de propriis bonis emptoris, tam formaliter idem actus, quàm radicaliter, vel præsuppositivè sola gauderet honestate justitiæ ex parte ejusdem pretii, unde verificaretur de illo, sicut diximus verificari de Deo, quòd tradendo rem venditam

ditam coronaret aliquod donum sui. Et ita etiam intelligenda sunt superiora.

Ultimò arg. argumento etiam in superioribus insinuato. Si daretur voluntas executiva motivè ex meritis prævisis deberet sequi ad actum voluntatis, qui dicitur usus, sed post usum non admittitur à Theologis alius actus voluntatis, ergo nec est admittenda talis voluntas executiva. Prob. major quia hæc voluntas supponit merita in executione posita, sed ista ponuntur per usum, ergo deberet sequi ad usum.

Ad hoc dist. ma. deberet sequi ad usum, ut præcisè iste importat voluntatem executivam mediorum, conc., ut importat utramque executionem, scilic. eorundem mediorum, & finis, nego, & dist. mi., non admittitur alius actus voluntatis, qui sit distinctus ab usu, conc., qui sit etiam usus ipsius, nego, nam post usum, qui est aplicatio potentiæ executivæ, ut in re ponat media, datur alter usus, prout est aplicatio eiusdem potentiæ, ut in re ponat finem, licet ergo post usum non detur alius actus voluntatis posterior, qui adæquatè distinguatur ab illo, idem tamen partitur, vel in duos usus, vel in duo munera illius, juxta diversitatem modi, quo alter sit executio mediorum, alter verò sit executio finis, nam quando media moraliter tantum causant finem, est necessaria una voluntas, qua aplicetur potentia executiva ad ponendum in re media, & altera, qua aplicetur ad ponendum finem, & ideò post unam voluntatem executivam, vel usum, ast altera assignabilis, vel usus, licet post usum à toto genere usus non sit alius assignabilis actus voluntatis distinctus, vel posterior illo prout sic adæquatè sumpto.

Sed instas; sequi ex hac solutione, quòd exhibitio gloriæ non sit gratuita, sed ex justitia, consequ. videtur contra Scripturam, & PP. ergo: mi. constat, tum ex illo *gratia Dei vita æterna*: tum ex illo alio; *Reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt*, quod explicans D. Aug. ait, *non posse verificari, si prædictam electionem merita ulla præcedant*. Sequela verò prob., quia exhibitio externa gloriæ tantum est effectus voluntatis Divinæ executivæ, ergo si hæc motivè est ex meritis prævisis non potest esse gratuita, sed solum ex justitia. §. Quamvis hujusmodi voluntas executiva efficaciter inferatur tanquam veluti effectus ab intentiva, & gratuita, hanc tamen non exequitur nisi intra lineam justitiæ, sive nisi ut contractam intra ordinem executivum ad motivum justitiæ, aliàs eadem executiva non procederet motivè ex meritis prævisis, ergo exhibitio externa nequit esse gratuita, sed tantum ex justitia.

Poterat hoc ipsum explicari in simili actuum supernaturalium, ut fidei &c. Nam licet in illis prædicatum vitalitatis secundum se, vel præcisè secundum proprium vitalitatis conceptum non importet naturalitatem, vel supernaturalitatem, sed abstrahat, & solum dicat esse à principio intrinseco per modum ultimæ actualitatis, per quam vivens actu se movet, ut tamen contracta in illis ad supernaturalitatem est adæquatè, vel purè supernaturalis, ergo pariter licet prior voluntas intentiva secundum se, vel in suo ordine non sit de linea justitiæ, prout tamen executa per posteriorem intra ordinem executivum, sive ut contracta ad motivum istius ordinis, scil. justitiæ, adæquatè prout sic spectabit ad hanc lineam, ac proinde exhibitio gloriæ, quæ pariter ad hanc lineam spectat, nullo modo erit gratia, sed pura justitia.

Huic instantiæ patet ex dictis; unde dist. ma. non esse gratuitam, in se, conc., in sui radice, neg. quia ut dicebamus; licet Deus gratis velit dare gloriam, non tamen vult dare illam gratis; ly *gratis* appellante supra gloriam dandam, prout tamen appellat supra sui radicem, vel beneplacitum Dei intendentis illam, est purè gratuita, ut ostensum est, ed vel maximè, quòd ex eadem radice, quæ pura gratia est, totum originatur, quod meritoriè deinde influit, vel ex justitia ad illius consecutionem; nam etiam gratis, ut vidimus, confert radicem proximam totius meriti, scil. gratiam, quod est etiam dare pretium ad illam veluti emendam, in quo relucet summa liberalitas Dei ad verificandum superius illud dictum Augustini, quod coronat dona sua. §. Ex his etiam neg. mi., & ad illins probat. ex Scriptura, & eodem S.P., similiter dicimus vitam æternam, & electionem ad illam, vocari, vel esse gratiam, quia totum in radice tam remota, quàm proxima est gratia: imo summa gratia, & bonitas illius est, quòd id, quod est suum, ita conferat nobis, ut etiam deserviat in pretium, ut verè etiam dicamus, quod de manu tue accepimus, reddimus tibi. §. Per quod etiam patet ad confirmat: nam licet voluntas executiva gloriæ non ponat in re motivum voluntatis intentivæ, nec hanc exequatur ut liberalis est, eam tamen supponit, ejusque motivum gratuitum, imò ab illa originatur, & infertur, ut dictum est, unde semper in radice externa gloriæ exhibitio est gratia, licet formaliter sit justitia. Ad simile verò, quod additur de vitalitate, dicimus esse quid disparatum, nec militare in casu, cum non sit talis ordo, vel connexio aut comparatio inter hujusmodi prædicata vitalitatis ad invicem unum ex alio, sicut est inter utramque voluntatem, & utriusque motivum, hæc enim comparantur per modum radicis, & radicati, unde quod spectat ad ordinem executivum, licet sit formaliter de linea justitiæ, radicaliter tamen, ut vidimus, totum est gratuitum, at verò vitalitas semel contracta ad supernaturalitatem, tam formaliter, quàm radicaliter, sive adæquatè supernaturalis est, nec potest supponere aliquam sui radicem in natura, (sicut voluntas executiva supponit in linea intentiva, vel liberali;) sed solam connotationem essentialem, vel habitudinem potentiæ ad actum tanquam ad aliquid contentum intra sui spheram specificativam, vel saltem extensivam ut in superioribus explicatum est.

Ex his patet, quod supra etiam insinuatum est; scil. hoc esse discrimen inter utramque prædictam voluntatem, quòd si prior, vel intentiva supponeretur esse motivè ex prævisis meritis non supposita al e priori voluntate gratuita, tunc prime electio efficax ad gloriam diceretur, sicut & salus nostra, pura justitia, & nullo modo gratia, quia non supponeretur in hac hypothesi, aliqua radix gratuita, et verò voluntas executiva modo supponit gratiam, tanquam radicem sui, ut dictum est, & ideo exhibitio gloriæ illi correspondens non est pura justitia, sed gratia radicaliter.



§. Ul.

§. ULTIMUS.

Corolarium ex dictis.

INferimus ex superioribus voluntatem intentivam gloriæ, esse vitualiter distinctam ab electiva mediorum, itant gloria, & merita non sint à Deo efficaciter volita eodem actu, sed distincto virtualiter, nam sicut intentio respiciens finem in recto, & media in obliquo distinguitur realiter ab electiona respiciente ex opposico medie in recto, & finem in obliquo, non ex præcisa limitatione subjecti, sed ex sui ratione formali, ita in Deo distingui debent virtualiter: quia actus, qui in nobis distinguuntur realiter, & præcipuè ex suis rationibus formelibus, & non ob solam limitationem subjecti, si formeliter reperiantur in Deo, gaudent distinctione virtuali, ut petet inductivè in pluribus attributis divinis virtualiter distinctis, ut latè in priori tomo ostensum est.

Tum quia ex eo in uobis distinguuntur realiter, quia ex inteutione fiuis realiter movemur ad electionem mediorum, sed etiem Deus movetur virtualiter ex illa ad istam ergo virtueliter distinguentur in illo. Unde hac etiam retione distinguitur virtualiter in eodem actus, qui versatur circe principia ab actu versante circa conclusionem, quia nempè ex una cognitione movetur ad aliam.

Quòd si dicas esse discrimen inter Divinam voluntatem, & nostram, quòd nostra ex ipso fine movetur ad eligendum media, unde est necessè in nobis distinguere duos actus, ut virtute primi moveamur ad electionem mediorum; at verò Deus non movetur nec formaliter, nec virtueliter eb ipsa gloria, sed ex sua infiuita bonitate: hæc enim solum potest esse motivum suæ voluntatis, & ideò in illo non tenemur similiter distinguere duos actus virtualiter electionis, & intentiouis, vi cujus moveatur ad aligendum, sed motus à sue bonitate eodem indivisibili actu vult dare gloriam, ut coronam meritorum, & vult dare merita, ut eam consequamur.

Sed contra hoc est. Nam licet ita sit, quòd ad utrumque moveatur Deus ex sua infinita bonitate, non temen æquè immediatè, sed ex gloria priùs volite movetur ad dande merita, ergo licet primarium, & formale motivum amoris Divini sit bonites Divine, non per hoc tollitur esse distinguendos virtualiter in illo prædictos duos actus; conseq. tenet, nem in tantum juxta solutionem non sunt distinguendi, quia motue ex solo motivo suæ bonitatis æquè immedietè descendit intentivè, & electivè ad amorem utriusque, ergo si priùs versatur ex eodem amore suæ bonitatis circa gloriam, & ex gloria volita eligit media, distinguenda erit intentio illius ab electione mediorum. Ant. autem prob. ex dictis, quia Deus non vult ue cunque, vel absolutè date merita, sed ad finem consequendi gloriam intentam, ut enim dicebamus, licet gratis velit dare illam, non tamen vult dare illem gratis, sed ad consequendam per viam justitiæ, ergo si velimus ordinatè procedere, non æquè immediatè movetur ex amore suæ bonitetis ad utrumque, sed priùs vult gloriam tali modo, & inde movetur ad volenda merita; nam si tali modo non vellet illam, sed gratuitam in re, vel per viam hæreditatis non esset necessarium moveri ad merita, cum tendant ad eem ut coronam, & prœmium, ac proinde ex intentione gloriæ sic volitæ, & consequenter priùs volitæ movetur ad electionem meritorum. Unde negari non potest hic ordo in Deo ordinatissimè procedente, itaut ex amore suæ bonitatis velit gloriam tali modo conferendam, & ex amore istius velit merita ad illius assecutionem: non quasi ut supre dicebamus, inter hujusmodi actus sit aliqua prioritas realis, vel ex nature rei, sicut nec est talis distinctio inter illos, sed quia licet eodem simplicissimo actu ad plura inter se realiter distincta se extendat, eminenter tamen virtualiter, aut fundamentaliter est multiplex, & prout sic etiam priùs intelligitur terminari ad unum, quàm ad aliud.

,, Hanc autem prioritatem, & posterioritetem ,, assignat D. Thom. hìc art. 5., ubi ait. *Dicendum* ,, *est ergo*, quòd effectum prædestinetionis conside- ,, rare possumus dupliciter: uno modo in paricula- ,, ri. Et sic nihil prohibet aliquem effectum præde- ,, stinationis esse rationem alterius, posterioram ,, quidem prioris secundum rationem causæ finalis, ,, priorem verò posterioris secundum rationem cau- ,, sæ meritoriæ, quæ reducitur ad dispositionem ma- ,, teriæ. Sicut si dicamus, quòd Deus præordinavit ,, se daturum alicui gloriam ex meritis, & quòd præ- ,, ordinavit se daturum alicui gratiam, *ut merere-* ,, *tur gloriam*. En doctrina expressa præcedentis ,, replicæ.

Contra hoc tamen corolerium videtur primò militare idem D. Thom. 1. 2. quæst. 8. art. 3., ubi docet voluntetem eodem actu tendere in media, & in finem, prout est ratio volendi media. Verba illius sunt in medio corp. *Manifestum est ergo, quòd unus, & idem motus voluntatis est, quo fertur in finem, secundum quòd est ratio volendi ea, quæ sunt ad fi-* ,, *nem, & in ipsa, quæ sunt ad finem*. Idque repetit ,, ibidem quæst. 12. seq. art. 4. iterum in corp, *Di-* ,, *cendum* inquit) quòd motus voluntatis in finem, ,, potest considerari dupliciter. Uno modo, secun- ,, dum quòd voluntas in utrumque fertur abso- ,, lutè, & secundum se, & sic sunt simpliciter duo ,, motus voluntatis. Alio modo potest considerari, ,, secundum quòd voluntas fertur in id, quod est ad ,, finem propter finem, & sic unus, & idem subjecto ,, motus voluntatis est tendens ad finem, & in id, ,, *quod est ad finem*. Ubi epertè docet eundem actum realiter esse in nobis intentionem, & electionem, secundum quòd per intentionem voluntas tendit in finem, prout est ratio volendi media, & per electionem tendit in ista, ut stent sub fine, vel propter istum sunt volita, ergo à fortiori erit idem virtualiter actus in Deo sic tendens ad gloriam, & ed merita.

Secundò retorquendo superius exemplum de intellectu. Nem etiam noster intellectus eodem realiter actu attingit principia, & conclusiones, prout sunt objecta inter se ordinata, nempè prout principia sunt formalis ratio attingendi conclusionem; nam licet intellectus nequeat uno actu attingere plura ut plura, scil. sine ordine, secus tamen quando sunt ordinata juxtà traditam doctrinam D. Thom:, quia tunc se habent per modum unius, ergo à fortiori Deus uno simplicissimo actu etiam virtualiter poterit utrumq; in casu attingere, cum etiam per nos gloria, & merita vult cum eodem ordine. Unde superior replica recurrens ad hujusmodi ordinem videtur destruere se ipsam. §. Urg. totum hoc, Nem ex eo D. Thom. asserit voluntatem, (& idem proportionabiliter de intellectu) posse quandaque eodem actu attingere finem, & id, quod est ad finem,

quia potest velle utrumq; ut ob'ecta inter se ordinata, & non absolutè, ut explicat ibidem, ergo si Deus pariter attingit gloriam, & merita non absolutè, sed cum eodem ordine tenemur magis hinc inferre identitatem virtualem inter electionem, & intentionem, quàm distinctionem.

Tertiò, & simul neg. solutio data ad rationem addoctam pro Corolario. Nam ut frequenter docent Thomistæ, nullus actus Divinæ voluntatis potest immediatè terminari *ut quod*, ad objectum, vel bonum creatum, sed tantum ad increatum, ergo gratia, & gloria non sunt objectum immediatum Divini amoris, sed sola bonitas Divinæ essentiæ: sed hæc bonitas est una, & indivisibilis etiam virtualiter non partibilis in plura attributa, ergo actus, quo Deus elegit homines ad gloriam, & quo elegit ad gratiam, erit unus virtualiter juxta meritum, seu indivisibilitatem ob'ecti primarii, vel immediati, & non multiplex juxtà multiplicitatem secundarii, seu tantum mediati.

Ad primum ex D.Tho. variè occurrunt eius discipuli in explicando ejus doctrinam ibidem: sed placet cū Illustris. Godoy hîc §. uit. explicare eā sic, nempè quid dum D. Th. vult eodem realiter actu voluntatem tendere ad finē, & ad id, quod est ad finē, quando ordinatè se habent modo ab eodē exposito, intelligendus est, quando terminatur ad utrumq; non æqualiter, sive eodem modo, scil. in recto, & *ut quod*, sed ad unum in recto, & *ut quod*, ad aliud verò *ut quo*, & in obliquo, nam priori modo non potest unu realiter actu tendere ad utrumque, sed tantum posteriori, quia prout sic non ponunt veluti in numerum in ratione objecti, ob quod juxta D. Tho. possunt terminare eundem realiter actum voluntatis, quod non contingit, quando utrumque se habet in recto, & *ut quod*; sed tunc potiùs multiplicant, & ideò petunt actus realiter distinctos. §. In forma ergo admissa utraque auctoritate juxta explicationem datam nego conseq., vel suppositum eius, quòd intentio, & electio sint unus motus, quando ad utrumque tendunt, vel terminantur in recto, & *ut quod*, sed solum quando intentio fertur, ut est ratio volendi, media terminatione ad finem, *ut quod*, & in recto, ad media autem in obliquo, & electio ad media, ut stant sub fine, terminatione ad media. *ut quod*, & in recto, ad finem *ut quo*, & in obliquo.

Sed instas primò, Nam ex his magis videtur destrui idem Corolarium, quàm sustineri ad mentem D. Thom.; quia intentio efficax gloriæ, & electio mediorum hoc posteriori modo terminantur ad gloriam, & merita, illa scil. ad gloriam in recto, & ad merita in obliquo, hæc verò ad gratiam, & merita in recto, & ad gloriam in obliquo, ergo si tunc in nobis sunt unus realiter actus, vel motus, erunt unus virtualiter in Deo.

Secundò. Quia quando actus terminatur ad media, ratione finis, non solū *ut* quo, & in obliquo respicit finē, sed etiam *ut quod*, & in recto, ergo realiter, & formaliter est intentio, & electio in nobis est idem realiter motus, & in Deo virtualiter, Prob. ant. Nam quia lux est ratio videndi colores, non solum *ut quo*, sed etiam *ut quod*, videtur eodem actu, quo videtur color, at finis ratio est diligendi media, ergo actus, quo amatur medium, terminatur ad finem, non solum *ut quo*, sed etiam *ut quod*, & in recto.

Ad primam dist., & expl. ant. ex dictis, primò. Intentio efficax terminatur ad finem in recto, & ad merita in obliquo, ad hunc sensum, ut terminetur ad illum, ut rationem formalem meritorum, nego, ut connexum cum illis, vel connotantem illa, conc., tunc enim dicitur potentia tendere eodem actu ad unum ratione alterius, quando tendit ad unum, ut rationem formalem alterius, quia prout sic non ponunt in numerum in ratione objecti, sed magis se habent per modum unius, unde tunc verificatur, quòd potentia eodem actu tendit ad objectum, & ad rationem formalem illius, non tamen si præcisè tendat ad unum ut connexum, vel connotans aliud, nam prout sic utrumque terminat secundum proprium veluti rationem formalem objectivam, & ideò exigunt distinctos actus, in nobis quidem realiter, & in Deo virtualiter, & hoc modo dicuntur intentio, & electio, seu voluntas intentiva, & electiva in Deo terminare ad finem, & media, seu ad gloriam, & merita, quod statim magis constabit in exemplo lucis.

Ad secundam nego ant. Ad prob. vel nego causalem ut adæquatam, vel dist. Quia est ratio formalis, & terminat visionem ut ratio formalis videndi colores, conc., quia præcisè est ratio formalis, nego. Nam ex eo potentia visiva eodem actu attingit colorem, & lucem, quia attingit istam, ut rationem formalem videndi illos, nam si moveretur ad videndum illos media visione lucis, non posset hæc, & color eadem visione, *ut quod* attingi ab eadem potentia: voluntas autem à fine, *ut quod* volito, media intentione movetur realiter in nobis, & virtualiter in Deo ad volenda media, & ideò non potest idem actus realiter in nobis, & virtualiter in Deo, *ut quod* terminari ad finem prout sic, & ad media, nam ubi est motio, & causalitas unius actus in alium debet esse distinctio juxta meritum motionis, vel causalitatis, scil. realis, vel virtualis, si nempè motio, vel causalitas, realis, vel virtualis sit.

Ex his ad secundam principalem instantiam, vel ob'ectionem dist. similiter, & explico ant. Intellectus eodem realiter actu attingit principia, & conclusiones; si attingat illa, (ut supponit probatio annexa) ut formalem rationem attingendi illas, conc., (sic enim contingit, ut dictum est de visione lucis, & coloris:) si utrumque attingat causaliter veluti effectivè, itaut medio actu attingente principia moveatur discursivè ad attingendas conclusiones, nego, tunc enim dicuntur multiplicari actus, in nobis quidem realiter, in Deo autem virtualiter, nam licet inter principia, & conclusiones sit ordo in ratione objecti, quia tamen est prædicta motio, vel causalitas ex parte potentiæ unius ad aliud, multiplicatur actus illius, scil. realiter, vel virtualiter juxta conditionem motionis, vel causalitatis, ut dictum est, unde erit unus tantum actus in Deo unitate simplicitatis opposita pluralitati, non verò distinctioni. Sed de his latè in superioribus de Scientia Dei: Et nunc obiter dicta, & explicata sint ad solutionem instantiæ juxta viam, vel modum satis probabilem dicendi.

Ad tertiam. Similiter resp. quòd licet nullus actus divini intellectus, vel voluntatis possit primariò, vel immediatè terminare ad verum, vel bonum creatum, ut ibidem ostensum est, sed ad solum increatum, nisi velimus posse speciem capere à creaturis, quod est alienum, & contra meritum divinæ essentiæ, quasi in ratione veri non contineret omne verum, & in ratione boni, omne bonum;) nihilominùs admittuntur in Deo virtutes electivæ distinctæ,

ſtę, ut ſupra etiam inſinuavimus v. g. miſericordiæ, juſtitiæ &c. per hoc quòd hæc dicitur ſpecificari à Dei bonitete, ut eſt ratio objectiva puniendi, & ille ab eadem, ut eſt ratio objectiva ſoblevandi miſeriam alienam, inter quas rationes, & ſi in ratione eotis non admittatur diſtinctio virtualis, admittitur tamen in ratione objecti: Ita etiam dicitur da divine bonitate prout virtualiter continet gloriam, ut finem meritorum, quòd virtoaliter in ratione objecti diſtinguetur à ſe ipſa, prout continet merita, & gratiam, quæ ſunt madia ad gloriem, & ex illa ſub his diverſis rationibus ſumi diſtinctionē virtualem inter electionem ad gratiam, & electionem ad gloriam. Alia ſolutio vidari poteſt apud Cajat. in comentarioſ. dem ar. 3. quæſt. 8. §. Ad horum, ubi ſubtiliter pro, ut de more explicat mentem D. Thom., & videtur aliquo modo coincidere cum priori.

DISPUTATIO SEXTA.

De Cauſa meritoria, & diſpoſitiva primi effectus Prædeſtinationis.

DUo inquirimus. Primum eſt an reſpectu primi effectus, ſeu primæ gratiæ auxiliantis detur, vel dari poſſit caoſe meritoria, ſive de congruo, ſive de condigno ex parte noſtre. Secundum eſt de cauſe diſpoſitiva. Ex quibus inferri poterit recta intelligentia illius dicti; facienti quod in ſe eſt Deus non deneget gratiam.

QUÆSTIO PRIMA.

An bona opera naturalia moralia mereantur de congruo, vel de condigno primam gratiam auxiliantem.

DIfficultas eſt non ſolum inter Catholicos, ſed præcipoè contra hæreticos, nam ut in ſuperioribus inſinuavimus, Pelagius exiſtimens liberum arbitrium ſufficere ad benè operandum, & per gratiam ſolum adjuvari, ut faciliùs poſſit, conſequenter aſſeruit gratiam, alioſque effectus ſupernaturales ad prædeſtinationem pertinentes dari nobis intuitu alicujus boni operis prævenientis gratiam, vel facti ſine illa tanquam propter meritum non ſolum de congroo, ſed etiam de condigno.

Huic errori ex parte conſeoſerunt, ut vidimus, Semipelagiani, ſeo Maſſilienſes, qoi volentes aliqoaliter illum temperare, dicebant quidem non poſſe nos ſine gratia, bone aliqoa facere, ſed debere ab eadem præveniri, ut inchoentur, vel conſumentur, ſed temen ante ipſem gratiam contendebant aliquid præcedere ex parte noſtre, ſcil. initia quædam fidei, & bonæ voluntatis, quorum intuitu movebatur Deus ad dandam primam gratiam aoxiliantem, ut poſſet deindè voldntas inchoare, vel proſequi, aut conſūmare opera bona. Hujus erroris, (ut refert hìc Illuſtriſs; Godoy diſp. 66. tract. 8. §. 1. & Gonet diſp. 2. de caoſis prædeſtinat. art. 3.) meminere Hilerius, & Proſper in Epiſtolis ad D. Aug., eumque latè proſecutos eſſe Caſſianum Præsbyterum Maſſilienſem lib. 12. de inſtitutis Cœnobiorum cap. 11., & ſeqq., & collat. 13. per totam; & Fauſtum Regienſem Epiſcopom in doobus libris de gretia, & libero arbitrio.

Inter Catholicos verò ab hujoſmodi erroribus recedantes adhuc eſt controverſia, nam aliqui videntur admittere influxum aliquem diſpoſitivum, licet non meritoriom ex viribus naturæ reſpectu primi auxilii ſupernaturalis. Pro quo referuntur Scotus, Durandus, Gabriel, Riccardus, & alii. Alii varo licet id non coocedant eiſdem operibus bonis ordinis naturę veluti ab intrinſeco, aut ratione ſui, itaut nequeant pront ſic quaſi ex propriis habere rationem diſpoſitionis phyſicæ, vel moralis ad primam gratiam auxiliantem, id aſſerunt tamen habere ab extrinſeco, ſcil. ex lege Dei, & pacto inito cum Chriſto de non negenda gratia facienti quod in ſe eſt, & ex vi hojus habere infallibilem connexionem cum illa. Ità Molina in concordia diſp. 10., & plures ex recentioribus.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Concluſio.

OPera bona moralia ex viribus naturæ elicita nec de condigno, nec de cong uo merari poſſunt primam gratiam auxiliantem. Prima pars eſt certa de fide, & definita io pluribus Conciliis, Miletivano, Paleſtino, & Arauſiceno 2. can. 2. 6. 7., & 25., & à Trident. ſeſſ. 6. cap. 16., & ſeſſ. 14. cap. 8. A Cœleſtino Papa epiſt. ad Epiſcopos Galliæ cap. 12., & à S. Pio V., & Gregor. XIII. in Bulla contra Michaelem Bajum edita propoſit. 4. 7., & 24. & omiſſis PP., & Scripturæ teſtimoniis, quæ perpetuò clamant contra oppoſitam intolerabilem præſumptionem, & videri poſſunt apud Recentiores noſtros hìc, & alibi de gratia, & Suarez Prologomeno 6. de gratia c. 6.

Ratione prob. ex exceſſu unius ordinis ſupra alium viribus naturæ inſuperabili. Nam meritum de condigno debet eſſe æquale cum premio non phyſicè, ſed moraliter, ſive in æſtimatione moreli, ut oſtenditur infra quæſt. 14. ar. 1. & patet, quia condignitas æqualem dignitatem importat, niſi velimus abuti vocabulis; ſed repugnat hujuſmodi æqualitas inter opera naturæ, & præmium ſupernaturale, ut per ſe patet, aliàs ſupernaturale non eſſet, onda impoſſibile eſt in morali æſtimatione poſſe æquari ab operibus natoræ, niſi judicio corruptiſſimo, ergo impoſſibile eſt tale meritum de condigno reſpectu illius in eiſdem operibus.

Dices primò ad ma. fatis esse ad meritum de condigno æqualitatem proportionis, quam supremum opus naturæ obtinere potest respectu infimi superioris ordinis, vel supernaturalis, ut est prima gratia auxilians, juxta illud Dionys. quo sæpè utitur Div. Thom. supremum infimi attingit infimum supremi. Et videtur id etiam insinuari verbis illis Apostoli: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam &c.* Quibus Apost. negat strictam æqualitatem, vel aritmeticam operibus justorum, & tamen communiter fatentur Theologi esse de condigno meritoria illius, ac proindè non esse necessariam hanc æqualitatem ad meritum de condigno, sed sufficere illam proportionis.

Sed contra hoc est; & in primis solutio ast de subjecto non supponente, quòd inter opera puræ naturæ, & præmium ordinis gratiæ sit, aut esse possit æqualitas proportionis, cum ordo iste superet vires omnes, & omnem exigentiam naturæ, ut patet ex dictis supra in proœmialibus circa objectum Theologiæ. §. Deinde. Nam etsi admitteretur aliqua æqualitas proportionis non tamen esset sufficiens ad constituendum opus meritorium de condigno, ergo nullum opus puræ naturæ potest habere hanc rationem meriti. Prob. ant. quia meritum de condigno, ut insinuavimus, inducit justitiæ debitum, sed æqualitas justitiæ non est per simplicem proportionem, nam ex eo dicitur æqualitas proportionis, quia importat defectum æqualitatis justitiæ, sive rationem minùs habentis, aliàs non esset æqualitas solius proportionis, sed stricta vel aritmetica, ut exigitur ad justitiam verè, & propriè talem ergo adhuc eadem admissa non sufficeret ad salvandam condignitatem meriti respectu præmii supernaturalis.

Secundò, & urgi præcedens. Nam si sufficeret hujusmodi æqualitas ad meritum de condigno respectu præmii, vel doni supernaturalis, in opere supernaturali hominis justi posset admitti hoc meritū respectu Incarnationis Verbi, cum pariter in isto sit hæc aliquomodo æqualitas proportionis, utpotè jam existente intrà ordinem gratiæ, ad quem etiam spectat Incarnatio, licèt in supremo gradu illius. Consequens autem est alienum à communi consensu Theologorum, ut ostenditur 3. par. quæst. 2. ad ar. 11., unde licet aliqui, ut innuimus, videantur docere, promissione, & pacto Dei interveniente potuisse hominem justum aliquo modo de condigno mereri illam, fatentur tamen tale meritum etiam posita promissione futurum omninò inæquale eidem præmio. §. Quamvis deindè ità sit, neq; etiam id sufficere ad constituendū tale opus condignū præmii, quia nequit ex sola extrinseca promissione, aut pacto Dei constitui condignum illius. Si enim æquale præmium alicujus libri sit v. g. triginta aurei, nulla promissione fiet, ut decem aurei sint pretium æquale illius: & quamvis ex fidelitate teneretur promitteus dare librum pro decem aureis, tamen pro inæquali pretio proculdubio illum traderet: Sic etiam supposito pacto teneretur Deus ex fidelitate retribuere, nunquam tamen esset condignitas inter ejus meritum, & idem præmium, nisi, ut dictum est, ab utamur terminis. Quod verò dicitur ex promissione, tanquam ex circumstantia operis augeri meritum, alienum est à communi consensu omnium Philosophorum, & Theologorum, cum nullus hactenus numeraverit promissionem inter circumstantias bonæ, vel malæ operationis moralis, ut videre est apud Arist. 3. Æthic. cap. 1., & apud D. Thom. 1. 2. q. 7. ar. 3. Sed hæc obiter dicta sint ad pleniorem notitiam meriti de condigno contra præfatum errorem.

Ad illud verò dictum Dionys. constat ex superioribus de visione esse intelligendum intra idem genus, vel ordinem, non extra, unde ex eodem probavimus ibidem, quòd quia habitus supernaturales tenent supremum locum intra speciem habitus, licet non habeant rationem potentiæ, induunt tamen perfectionem illius, & secundum quod potentiæ sunt virtualiter, munere illius fungentes quantum ad aliquid, & quò perfectior fuerit habitus supernaturalis, eò in pluribus potentiæ munus exercet; unde sicut potentia cognoscitiva non solum est necessaria ad judicandum de proprio objecto, sed etiam ad simplicem ejus apprehensionem, ita lumen gloriæ v. g. non solum requiritur ad visionem, ut est judicium de Deo, ut in se est, sed etiam ut habet rationem simplicis apprehensionis, & sicut potentia est receptiva ut subjectum *quo* speciei intelligibilis, & intellectionis, ita lumen gloriæ, visionis &c. Cœterum intra diversum, & præcipuè à toto genere entis naturalis ad supernaturale nonquam dabitur posse naturam ad istud pervenire per vires proprias, ut probatum est: Unde sicut potentiæ corporeæ, & si in infinitum perfectiores, & perfectiores multiplicentur, nunquam perfectissima omnium æquaret perfectionem intellectus, nec posset connaturaliter attingere spiritum; vel sicut perfectissimus omnium intellectus naturalis nonquam æquare posset perfectionem supernaturalis luminis, nec sibi relictus supernaturaliter operari, ita nec nos eisdem viribus puræ naturæ pervenire ad condignitatem, vel æqualitatem meriti respectu præmii supernaturalis per opus quantumvis excellentissimum, seu supremum ejusdem naturæ, quia nempè unum individuum, vel opus superioris ordinis excedit infinita ordinis inferioris.

Ad aliud autem, quod subditur ex Apost., patet non solum probari posse ex eodem, quod opera justorum carere deberen. æqualitate, sed etiam condignitate, cum utram que neget, & tamen hanc illis hoc non obstante communiter Theologi concedunt: Dicimus ergo esse intelligendum de illorum passionibus secundum habitudinem præcisivam, quam dicunt ad liberum arbitrium, (ex quo, ut dictum est, neutram habere possunt respectu beatitudinis,) non secundum quòd est elevatum, & operatur per vires gratiæ, nam prout sic expressè fatetur, ut vidimus esse illis repositam coronam justitiæ, quam reddet Dominus justos Judex, ac proindè agnoscit de condigno meritorias illius.

Dices secundò, rationi factæ, & simul his omnibus negando iterum ma., quòd sicut æs, vel argentum quamvis sint naturæ inferioris respectu auri, possunt nihilominùs æquare istud in valore, si multiplicentur, ut patet, similiter poterunt opera naturalia, licet ordinis inferioris, æquare in valore, & condignitate unum tantum auxilium supernaturale, si in suo ordine multiplicentur.

Sed contra hoc est, & in primis eadem instantia, vel exemplo probare possent, quòd non solum opera naturæ pervenire possint ad condignitatem, vel æqualitatem valoris respectu doni supernaturalis, vel gratiæ, sed etiam superse, sicut æs, vel argentum non solum æquare potest, sed etiam superare valorem auri, quod est alienum, & dare excessum naturæ super gratiam in ratione merendi, quod est blasphemum.

mum. §. Deinde impugnetur solutio retorquendo iterum idem exemplum. Nam vel sermo est de valore intrinseco æris, vel argenti conveniente illis secundum se, sive secundum suam entitatem, & perfectionem; vel de extrinseco conveniente illis ad usum humanum, & finem extrinsecum; si de hoc posteriori, non est ad rem, si de priori potiùs confirmat rationem factam, ergo nulla est præfata instantia, vel exemplum. Prob. mi., & quoad 2. p. patet, quia nullus est assignabilis, vel explicabilis usus extrinsecus, ad quem sit æqualis, vel majoris valoris, aut condignitatis opus naturale morale, quàm donum supernaturale, vel ordinis gratiæ, cum hujusmodi dona non deserviant præcisè ad usus humanos, sicut argentum, & aurum, sed ad bona supernaturalia consequenda: quoad primam verò prob. Nam valor intrinsecus; ut insinuatur in eadem mi. consistit in ipsa perfectione, & entitate speciei, & naturæ, sed entitas, & perfectio speciei, & naturæ inferioris, quantumcunque augeatur intra propriam speciem, semper est imperfectior, & inæqualis in valore intrinseco respectu valoris naturæ, & speciei perfectioris, sicut perpetuò est inæqualis, & imperfectior in sua entitate specifica, ut per se patet, & inductivè in quolibet rerum genere, nullus enim potest unquam rectè judicare, quòd argentum quantumcunque crescat intra propriam speciem, vel naturam argenti, perveniat ad perfectionē naturę auri, ergo quantumcunque multiplicetur, nunquam poterit illud ęquare in valore intrinseco desumpto ex natura rei; quidquid sit in extrinseco, sive in ordine ad humanos usus, & contractus ex humana æstimatione pendentes; nam prout sic, ut dictum est, potest etiam superare illud, quod ferro etiam, & lapidibus convenire potest. §. Præterquamquòd argentum, & aurum non comparantur ut res ordinis inferioris, & superioris ferè in infinitum superantis inferiorem, sicut comparantur natura, & gratia, quæ superat, ut dictum est, omnem vim, & exigentiam naturæ, sed sunt intra idem genus, vel spheram metalli, unde etiam admisso, quòd metallum inferius posset multiplicatum æquare in utroque valore superius, non tamen id legitimè inferri posset de opere naturæ quantumvis multiplicato respectu doni gratiæ.

Secunda pars concl. de merito de congruo prob. primò ex Apost. ad Rom. 9. *Non est volentis* inquit, *neque currentis, sed miserentis Dei*. At si in natura esset ex solis suis viribus meritum de congruo respectu primi auxilii, opus nostræ salutis non esset integrè solius Dei miserentis, cum jam natura inciperet illud. Id strictiùs repetit 2. ad Corint. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Si namque nec ipsum cogitare habemus ex nobis juxta Apost., quomodo poterit natura incipere per viam meriti, (quodcunque illud sit; cum sancta cogitatio sit primum, à quo incipit, vel supponit omne opus bonum, at hæc non naturæ, sed gratiæ tribuitur ab Apostolo? Unde ad confundendam nostram præsumptionem, & superbiam 1. ibidem cap. 4., inquit. *Quis te discernit? Quid habes, quod non accepisti? Quid gloriaris, quasi non acceperis?* Patet autem, quòd posset aliquomodo se discernere, & gloriari operans meritoriè de congruo per vires naturæ comparativè ad non sic operantem.

„ Audiatur D. August. ad hanc rem in suis medit.
„ Ego igitur confiteor tibi Domine Deus meus pau-
„ pertatem meam, & sit tibi tua gloria tota, quo-
„ niam tuum est omne bonum gestum per me. Con-
„ fiteor tibi, sicut docuisti me: nihil aliud sum,
„ quàm universa vanitas, umbra mortis, & abys-
„ sus quædam tenebrosa, & terra inanis, & vacua,
„ quæ sine tua benedictione nihil germinat, nisi con-
„ fusionem, peccatum, & mortem. Si quid boni nu-
„ quam habui, à te habeo: si quando steti, per te ste-
„ ti: sed quando cecidi, per me cecidi: & semper in
„ luto jacuissem, nisi tu me erexisses. Postquam me
„ autem erexisti, semper cecidissem, nisi tu me su-
„ stinuisses. Sic semper Domine gratia tua, & mise-
„ ricordia tua prævenit me liberans ab omnibus
„ malis, præcidens etiam ante me laque◌s peccato-
„ rum, tollens occasiones, & causas. Quia nisi tu
„ hoc mihi fecisses, omnia peccata mundi fecissem.

Hactenùs S. Pater: quibus non solum humilimè fatetur, quàm alienum sit, nos merito nostro prævenire auxilium, & gratiam Dei, sed nisi hæc præveniret nos, faciè ex nobis in omne malum esse lapsuros.

Hanc secundam partem tradit etiam D. Thom. ad Ephes. 1. lect. 1. §. *Causa autem prædestinationis Divina* versus finem, ubi ait, *sed gratia, quæ est primus effectus, non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis, quæ sit ratio prædestinationis*. Hic etiam art. 5. reprobans Pelagianorum errorem, quòd initium benefaciendi sit ex nobis, consumatio autem à Deo, ex quo deinde oriatur, quòd uni detur prædestinationis effectus, & non alteri, quia nempè unus initium dedit se præparando, & non alius, subdit ibidem in corp. circa medium. *Sed contrà hoc est*, quòd Apost. 2. Corint. 3. dicit, *quòd non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: Nullum autem anterius principium inveniri potest, quàm cogitatio*. Quod est argumentum supra etiam insinuatum; scil. quòd si cogitatio sancta, quæ est primum ad omne opus bonum conducens ad vitam æternam, non est ex nobis sive ex naturæ viribus, sed à Deo, sive ex viribus gratiæ juxta Apost., jam nullum opus poterit esse meritorium etiam de congruo, ut dictum est, primi effectus gratiæ, sive primi auxilii. Quo argumento utitur etiam, & plenius explicat. Quod lib. 1. art. 7. in corp. Et D. Aug. de prædest. SS. cap. 2.

Ratione prob. eadem pars iterum ex excessu gratiæ supra naturam, qui etiā extendendus est contra meritum de congruo. Nam de conceptu gratiæ est, quòd sit omninò in debita naturæ, ergo de conceptu illius est, quòd excludat omne meritum naturæ etiam de congruo; ant. patet ex dictis, & præcipuè supra in proœmialibus explicando conceptum supernaturalitatis circa objectum Theologiæ; nam ex eo dicitur, quia est supra omnem connexionem, & exigentiam, & consequenter supra omne debitum naturæ; conseq. verò prob. nam in merito etiam de congruo reperitur aliqua ratio exigentiæ, vel debiti respectu illius, cujus est meritum, ergo si de conceptu gratiæ est exclusio totius debiti respectu naturę, erit etiam exclusio totius meriti adhuc de congruo respectu illius.

Expl. hoc iterum ex proximè dictis, (& ne fiat etiam ęquivocatio circa rationem meriti de congruo, quę videtur aliqualiter intercedere inter Autores in probando hanc 2. part. Nam licet ita sit, (ut pariter advertit M. Catalem 3. p. qu. 2. relata ad ar. 11. dub. 4.) in hoc distingui meritum de condigno à merito de congruo, quòd illud sit propriè, & simplici-

pliciter tale, istud verò secundum quid, & largè, in quantum omnis preparatio ad eliquid habendum dicitur meritum, ut vidimus ex D.Tho. in 3. dist. 4. q. 3. ar. 1. in corp., & in 2. ad Annibal. dist. 27. qu. unice art. 4. Ex quo etiam ut dictum est colligitur primò, meritu de congruo non debari ex justitia, ut premium id, cujus dicitur meritum, edhuc justitia imperfecta, sed tantum ex amicitię lege, quæ exigit, ut amico petenti justa donentur, ut docet idem Angelicus 1. 2. q. 114. ar. 6. in corp., & ad 2. Ex quo etiam secundò colligitur cum merito de congruo Incarnationis stare, quòd ipsa sit donum omninò gratuitum, quia solum debitum ex justitia perfecta, vel imperfecta dicitur tollere rationem gratuitę donationis:) nihilominùs adhuc nequit omninò admitti meritum de congruo in pura natura respectu primę gratię, vel auxilii primi supernaturalis salvo conceptu gratię, vel supernaturalitatis illius, ergo omninò excludendum est eb omni opere purę naturę. Prob. ant. Quia licet non esset in tali merito debitum ex justitia, esset tamen saltem per modum gratitudinis, vel connexionis, aut alium hujusmodi, (si velimus rationem meriti distinguere à pura capacitate, vel non repugnantia ad habendum, & non abuti terminis,) sed de conceptu gratię, & supernaturalitatis, ut dictum est, est omnimodè exludere debitum totius naturę, ergo salvo eodem conceptu nequit admitti hoc meritum in pura natura.

Dices optimè stare, quòd in opere bono naturali sit congruitas ad primam gratiam, vel auxilium, sine eò quòd sit exigentia ex parte illius; vel ratio debiti ex parte istius, nam congruitas ad aliquam formam non dicit determinatè exigentiam, vel debitum, sed ab utroque præscindit, & solum importat vel decentiam, vel excludit indecentiam, nam inquiritur 3. par. q. 4. an sit irrationalis natura congruè assumptibilis à Verbo, de qua tamen communiter supponitur, non esse ibi nec posse esse exigentiam ex parte naturæ assumptibilis, nec rationem debiti ex parte assumentis.

Quòd si dicas ita esse de congruentia ex terminis, non tamen ut contracta ad rationem meriti, sicut in simili dictum est, de aliis hujusmodi prædicatis, ut vitalitatis, &c. quæ licet ut sic non importent determinatè hanc, vel illam rationem in particulari, important tamen illam ut contractam ad determinatum inferius; ut substantia spiritualitatem in Angelo, & vitalitas supernaturalitatem in visione, & sic de aliis. §. In contra est superior instantia in mysterio Incarnationis, nam respectu illius admittitur meritum de congruo in SS.PP., & tamen non fuit ibi exigentia, vel debitum, sed tantum congruitas, ut dictum est, & supponitur ex his, quæ traduntur ibidem q. 2. relata, ergo etiam ut contracta ad rationem meriti præscindere potest à ratione debiti, vel exigentiæ. §. Urg. hoc. Nam etiam admisso, quòd meritum de congruo importet aliquam exigentiam præmii, non tamen determinatè physicam, sed tantum moralem, sed licet gratiæ, ex quo supernaturalis est, repugnet exigentia physica naturæ, non tamen physica moralis, (cum probabile sit, & insinuat, ut vidimus, D.Tho. ubi supra ad Annibald.,) dispositionem ultimam ad gratiam esse meritoriam de congruo illius, ergo etiam si admittatur congruitatem contractam ad rationem meriti importare aliquam exigentiam præmii non propterea neganda est operi meritorio naturali.

Quòd si iterum dicas esse discrimen, quòd in primo auxilio, cum non supponatur ad illud alia prior gratia, vel donum supernaturale, duo sunt, & quòd supernaturale est, ac proinde supra vires naturæ, & quòd pure gratia sit, sive donum purè gratuitum, & hoc posterius fundatur in primo, unde non tantum debet excludere à natura omnem naturalem, & physicam sui exigentiam, ex qua parte supernaturale est, sed etiam omnem moralem, ex qua pure gratia est, quòd non contingit in exemplis, vel instantiis eddu̇ctis; cum SS.PP. supponantur jam in gratia, & dispositio ultima non habeatur sine gratia per modum auxiliantis, vel sine alio auxilio actuali juxta diversum modum explicandi ut dictum est.

In contra edhuc militat præcipuè instantia ejusdem mysterii: quia ut insinuavimus, meritum de congruo non tollit rationem omninò gratuitæ donationis, quia nempè non importat debitum ex justitia nec perfecta, nec imperfecta, ex qua solum impeditur ratio doni omninò gratuiti, aliàs eadem Incarnatio non esset omninò gratuita donatio, ergo salve puritate gratiæ admitti poterit in opere naturali meritum de congruo saltem imperfectum, quod non fundatur in lege amicitiæ.

Sed contra hanc, & superiores solutiones insto; (per quod etiam fit satis instantiis adductis;) nam quidquid sit an meritum de congruo importet aliquod debitum justitiæ, & hoc solum in rigore opponatur donationi gratuitæ; certum tamen est quòd de ratione gratiæ, & consequenter primi auxilii supernaturalis est esse, ut dictum est, supra omnes vires naturæ, ergo impossibile est, quòd salve non solum sui puritate, sed neque etiam supernaturalitate possit admittere meritum quodcunque in natura respectu sui, imò nec ullum concursum, aut connexionem, cons. tenet, tum quia aliàs esset, & non esset quid supernaturale, tum quia puritas ejus fundatur in excessu adæquato ejusdem supernaturalitatis, ut dictum est, supra omnem vim, & exigentiam naturæ.

Ex quo etiam patet latum discrimen jam insinuatum inter meritum de congruo SS., & se disponentium ad gratiam, & illud puræ naturæ si detetur, quòd istud distet distantia ordinis ab ordine, inter quos nec est ulla connexio, sed tantum capacitas, vel non repugnantia, ac proinde nec ullum omninò debitum nec exigentia, illud verò jam utrumque est in ordine supernaturali, & sola est distantia penes gradum, vel perfectionem, & ideò possunt habere aliquam proportionem in ratione meriti, & præmii, quidquid sit de distantia entitativè inter puram gratiam, & gratiam unionis, vel hypostaticam, quòd dicatur major utpotè inter extrema, finitum, & infinitum; sed hæc non impedit eandem proportionem: sicut licet plùs distet Deus ab intellectu perfuso lumine glorię, quàm substantia spiritualis ab oculo corporeo, (cum Deus infinitè distet ab omni creatura,) nihilominùs potest esse proportio inter utrumque in ratione visibilis, sive in ratione potentiæ, & objecti, non tamen inter eandem substantiam, & oculum, quia nempè prior distantia major est solum entitativa, & materialis, (quæ non impedit proportionem intentionalem, vel objectivam,) non in ratione habitudinis, & termini.

Adde, quòd inter prædictam unionem, & gratiam est aliqua etiam habitudo per modum radicis, & proprietatis, non quasi hæc naturaliter consequatur ad illam ut proprietes, aut emanet ab illa, sed quia

quia ratione unionis debebatur Christo, sicut motus circularis dicitur naturalis Cœlo, non quasi sit passio consequens ejus naturam (nam causatur ab Angelo;) & ideò licet in eadem unione non ad sit exigentia physica illius, ad est tamen moralis, seu proportio cum gratia moraliter exacta; cœterum in opera purè naturali, neutra esse potest, nec positiva proportio cum gratia, cum nihil sit, in quo fundari possit, sicut est in Christo esse naturale Filii ad fundandam moralem in unione respectu gratiæ.

§. II.

Adversus Hæreticos probatur eadem secunda pars.

Ultimò tandem prob. concl. quoad eandem 2. p. evertendo duo præcipua Hæreticorum fundamenta, quorum primum est, quia aliàs Deus videretur acceptor personarum, & iniquus distributor, dans uni, & non alteri nulla habita ratione ad eorum præcedens meritum: alterum verò quia derogat hominum libertati, sive quòd non duceretur liberum arbitrium quò vellet, sed quò vellet Deus ducere illud, si ante omnem sui motum, vel meritum primi incipit Deus movere illud. Contra ergo primum prob. sic ex D. Tho. lect. 2. ad Rom. 2. §. deinde cum dicit: *Non enim est acceptio &c.* & 2. 2. q. 63. ar. 1., & hic ar. 5. ad 3. in fine. Nulla est injustitia in his, quæ non dantur ex debito, sed gratis, & attenditur ad causam, & non ad personam, sed ita contingit respectu Dei conferentis suam gratiam. & distribuentis sua dona, aut etiam præmiantis ergo non est acceptor personarum, nec iniquus distributor; cons. tenet: quia nequit esse iniqua acceptio, & distributio, nisi ubi ast oppositio ad justitiam, ergo cum nulla sit, ubi attenditur ad veram causam, & nulla habetur ratio debiti, nulla erit iniqua acceptio, & distributio: ma. est certa, quia distributio constituitur iniqua, quando violatur debitum, & similiter acceptio, quando omissa vera causa respicitur ad personam, ergo in his, quæ non conferuntur ex debito, sed gratis. & ubi attenditur vera causa, nulla est injusticia: mi. verò prob. Tum quia ut ait Gloss. ad illud Eph. 6. *Personarum acceptio non est apud Deum &c. Deus justus Judex causas discernit non personas.* Tum quia gratia non esset, si daretur ex debito, unde inquit hic D. Th. ad 3. *Hoc enim esset contra justitiæ rationem, si prædestinationis effectus ex debita redderetur. In his enim, qua ex gratia dontur potest aliquis pro libito suo dare, cui vult plus vel minus (dum modo nulli subtrahat debitum) absque præjudicio justitiæ. Et hoc est, quod dicit Pater familias Matt. 20. cap. Tolle quod tuum est, & vade, an non mihi licet, quod volo facere?* Ergo ex nullo capite potest esse injustitia in Deo, sive conferante primam gratiam, sive retribuente, aut distribuente bona.

Urg. hoc pluribus axemplis, & primò ad hominem contra Semipelagianos. Nam de facto Deus nullam dicitur incurrere notam acceptionis personę, aut iniquæ distributionis ex eo, quòd suum auxilium, vel concursum generalem dat homini facienti opus bonum, quo sibi meretur primam gratiam auxiliantem, & non præstet alteri non facienti illud, ut suppono apud omnes, aliàs esset perpetuus personarum acceptor, ergo nec ullam incurret dando uni primam gratiam, & non alteri.

Secundò, Nullam pariter incurrit dando uni gratiā creationis, & non alteri ex possibilibus, sive hunc, vel illum, aut plures ex illis creando aliis relictis.

Tertiò. Quia nullo pariter præcedente merito in humanitate, eam sibi Verbum in persona univit sine omni hujusmodi iniquitate, ergo pariter sine omni poterit pro libito conferre uni, & non alteri gratiam primam auxiliantem. Et ratio omnium est, ut supra, quia ubi nullum est debitum nulla potest esse injustitia, nam tunc solum hęc incurritur, quando id, quod pluribus debetur, uni confertur aliis relictis, cum justitiæ munus, vel officium sit unicuique tribuere, quod suum est, non potest autem jure esse suum, nullo supposito debito ex parte dantis, sicut est Deus respectu primæ gratiæ, juxta illud *quis prior dedit ei, & retribuetur?* Ergo.

Contra secundum verò prob. sic. Nullum sequitur inconveniens ex eo, quòd Deus conferat suam gratiam non expectato consensu voluntatis nostræ, ut opponunt prædicti Semipelagiani, ergo non tenemur admittere opus prævium naturale moraliter bonum tanquam meritorium illius de congruo. Probat. antec. Quia adhuc homo non duceretur in incertum à voluntate Divina, sed rectè adhuc doceret se ipsum, etsi præventus ab illa, ergo prefatum eorum inconveniens non subsistit. Prob. antec. ad hominem ex his, quæ docet Cassianus eorum præcipuus, ut refertur, propugnator collat. 17., ubi ait. *Quod etiam Evangelicarum vacationum exemplis possumus approbare. Andream namquè, ac Petrum, cæterasque Apostolos nihil de salutis suæ remedio cogitantes spontanea gratiæ suæ dignatione prælegit.* Et post pauca subdit. *Invitum, ac repugnantem attrabit Paulum. Alium, ita præcepit sibi inseparabiliter inhærere, ut ei postulanti pro sepultura Patris brevissimas non concedat inducias.* Ex quibus prob. mi. Apostoli sic prævenanti à Deo non fuerunt ab illo ducti in incertum, sed adhuc rectissimè duxerunt se ipsos, ergo ex eo, quòd Deus sic gratiam suam conferat non infert homini aliquid præjudicium in proprio sui ducatu. Et ratio est, quia quod prędedit ut causa alicujus effectus non impedit, sed magis juvat, & conservat illum, ut per se patet, alias esset simul ædificans, & destruens, sed Deus sic conferens gratiam præcedit ut causa consensus nostri, ergo non præjudicat nobis ut ipsi contendunt.

§. III.

Solvuntur Argumenta Hæreticorum.

Primò arg. ex Sacra Scriptura, & primò ex illa David. *Mane oratio mea præveniet te. Et iterum præveneruut oculi mei ad te diluculo.* Et alibi. *Præveni in maturitate, & clamavi.* Secundò ex illo Matth. 25. *Uni dedit quinque talenta; alii verò duo, alii verò unum, unicuique secundum propriam virtutem.* Tertiò ex illo Apost. ad Rom. 7. *Velle adjacet mihi, perficere autem non invenio.* In quibus habetur, quòd mox pes liberum arbitrium homo prævenit Dei gratiam suis bonis operibus, & consequenter in istis habet aliquod meritum de congruo ad illam: mox quòd eam Deus retribuit eisdam secundum propriam virtutem elicitis. Et tandem, quòd bona voluntas, qua incipimus salutis negotium adsit in nobis secundum virtutem naturalem, licet prosequutio, vel profectus, aut consumatio sit per gratiam.

Ad

Ad hoc dico in primis, quod teneutur etiam ipsi explicare præcipuè tria priora, cum sæpè etiam in Scripturis habaatur, quòd Deus præveniat nos juxta illud *inventus sum à non quærentibus me*. Et aliud psalm. *misericordia ejus præveniet me*, & alibi &c. quæ ut patet ex dictis uequeunt omnino componi cum eorum fundamentis.

Respond. ergo iterum ex dictis, quòd aliud est loqui da posterioribus donis gratiæ supponeutibus primum, & aliud de isto primo, uam respectu illorum, cum sit homo per aliud autecedens jam præventus, & poteus supernaturaliter operari, non est necessarium, quòd iterum Deus præveniat, sed respectu primi, cum superet, ut dictum est, omnem vim, & exigentiam naturæ, impossibile est, quòd possit homo prævenire, unde eadem tria peiora loca de illis explicanda, & intelligenda sunt; non de primo, nisi velimus in aliis relatis Sacram Scripturam sibi ipsi contradicere. §. Ad 4. ex Matth. pariter dicimus, quòd nisi limiliter velimus eandem contradictionem in Scripturis teucmur explicare cum D. Tho. 2.2. q.24. ar.3. ad 1., non de dono primi auxilii, sed gratiæ habitualis, ad quam secundum cursum ordinarium supponitur dispositio in nobis, vel media eadam gratia per modum auxilii, ut dictum est, vel medio alio auxilio fluido supernaturali. Verba D. Thom. sunt. *Dicendum*. ,, Quod illa virtus, secundum ,, quam sua dona Deus dat unicuiqua, est dispositio, ,, vel præparatio præcedens, sive cunatus gratiam ,, accipientis. Sed hanc etiam dispositionem, vel ,, conatum prævenit Spiritus Sanctus movens mentem hominis, vel plùs, vel minùs, secundum ,, suam volnntatem. Unde & Apostolus dicit ad ,, Colos. 1. Qui dignos nos fecit in partem sortis ,, Sanctorum.

Ad ultimum similiter dicimus, quòd nisi adhuc in ipso velimus præfatam contradictionem tenemur omnes sanè illum intelligere, cum expresè fateatur, ut vidimus, 2. Corinth. 3., quòd nec sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit. Et clariùs ad rem.

Quòd *Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bena voluntate sua*. Philipp. 2. Dicimus ergo ex D. Tho. ibidem, (qui consultò monet ne ex illis verbis declinemus ad errorem Pelagianorum) quòd est intelligendus de velle non per puras, aut soliùs naturę vires habito, sed per vires gratię, & est sensus, quòd licet homo præventus gratia non solum velit bonum, sed etiam aliquid boni faciat, quia nempè repugnat concupiscentiæ, & contra eam agat ductus Spiritu Sancto, tamen adhuc prout sic non invenit, (inquit S. Thom.) in sua potestate, quomodo istud bonum perficiat, ut scil. totaliter concupiscentiam excludat. Unde vult Apost. ibi insinuara pugnam hominis etiam præventi gratia, nam licet in illa habeat per gratiam velle, sed non adhuc parficere, nisi perseveret, vel augeatur Divinæ gratiæ adjutorium ad perficiendum de facto.

,, Quod iterum explicans D.Thom. ad illud Phi- ,, lipp. 2. lect. 3. subdit: Tertiam, (scil. existimatio- ,, nem falsam Pelagianotum dicentium electionea ,, esse in nobis, sed prosecutiones esse à Deo) ex- ,, cludit dicens, *& velle, & perficere*, Rom. 9. *Non* ,, *est volentis*, (scil. velle) sine auxilio Dei. *Neque* ,, *currentis*, (scil. currere, *sed miserentis est Dei*.,, Idque ulteriùs urget dum ex eodem Apost. seqq. verbis, *scil. pro bona voluntate*, rejicit quartam existimationem falsam dicentium Deum facere quidem omne bonum in nobis, sed hoc per merita nostra. ,, At hoc, ait, excludit Apostolus cum dicit, *pro bo-* ,, *na voluntate*, (scil. sua) non pro nostris meritis. ,, Quia ante gratiam Dai nihil boni meriti est in ,, nobis Psalm. 50. *Benignè fac Domine in bona vo-* ,, *luntate tua*. ,,

Secundò arg. (& potest esse replica contra solutionem ad 4. testimonium ex Matth.) Deus in conferenda quantitate graduali gratiæ attendit ad naturæ capacitatem, sive quantitatem, & persectionem illius, ergo pariter in collationa illius secundum substantiam attendenda est natura secundum substantiam, & consequentar poterit hæc suis operibus se disponera, vel præparare ad illam. Utraque conseq. tenet, prior quidem, nam in eo, in quo aliqua proportionantur secundum gradualem perfectionem debent etiam proportionari secundum substantiam. Posterior verò à fortiori, nam si natura secundum se attenditur ad gratiæ infusionem, quantò magis attandenda ast conjuncta operibus, quæ ipsam perficiunt. Ant. verò prob. in prima creations Angelorum, nam in illa Deus contulit Angelis gratiam secundum specificam perfectionem illorum, (*idest perfectiori Angelo secundum speciem*,) majorem gratiæ intensionem contulit, ut docet D.Thom. infra q.62. ar.6., & 22., ubi supra ad 3. Nam priori loco in fine corp. inquit. ,, Et ideò rationabile est, quòd Angeli, ,, qui meliorem naturam habuarunt etiam fortiùs, ,, & afficaciùs ad Deum sint conversi. Hoc autem ,, atiam contingit in hominibus. Quia secundum ,, intensionem conversionis in Deum datur major ,, gratia, & gloria, unde videtur quòd Angeli, qui ,, habuerunt meliora naturalia habuerunt plùs de ,, gratia, & gloria, ergo.

Ad hoc respond. ex eodem D.Thom. ibidem ad 1. dicens. *Quòd sicut gratia est ex mera Dei voluntate, ita & natura Angeli. Et sicut naturam, Dei voluntas ordinavit ad gratiam, ita & gradus naturæ ad gradus gratiæ*. Ex quo patet prædictam proportionem non ortam foisse ex meritis, vel exigentia naturæ, sed ex mera Dei voluntate, qui sicut voluit pro sui beneplacito conferre illis majorem, & minorem perfectionem naturæ, ita voluit pro endem adaptars, seu conferre gradualem perfectionem gratiæ, unde conversio eorum ad Deum, & ajus intentio non est intelligenda de naturali, sed supernaturali, de qua dixerat art. 2. *Angeli indiguerunt gratia ad hoc, quòd converterentur in Deum prout est objectum beatitudinis*.

Hanc solutionam, ut veram, & lagitimam primò approbat Gorneyo hìc dub. 4. eamque adhibet ad satisfaciendum argumento. Nihilominùs posteà dubitat de illa, nec sibi videri certam doctrinam Div. Thom. Unde ait. Quis scit, an propter rationes nobis occultas osdinaverit Deus aliquos ex Angelis inferiorihus ad majoram gratiam, & gloriam, quàm Angelos superiores, sicut vidamus de facto alevasse naturam in Christo, & B. Virgine ad altiorem gradum gratiæ, & gloriæ, quàm naturam Angalicam in omnibus Angelis. Et Apostolos etiam alevavit ad majorem, quàm habent plures Angeli, & taman natura humana est inferior angelica.

Sed hæc ejus suspicio de eadem doctrina S. Doctoris non est admittenda. Nam in primis eam tradidit Magister sent., & ex SS. PP. D. Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. dicens. *Per Verbum igitur Dei*

crea-

creati sunt Angeli, & per sanctificationem Spiritus Sancti perfecti pro sua dignitatis, & ordinis ratione, illuminationem, & gratiam participantes. Et Div. Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 18. de Angelis loquens ait. *Juxta portionem, qua se invicem superant à Spiritu Sancto habent sanctificationis mensuram*. Quamvis enim ex Dei beneplecito, & gratuita ejus voluntate id pendeat, rationabile tamen esse, ut ita fieret, ex duobus efficaciter ostendit D. Thom., quæ apud omnes manifesta sunt, & nostra non indigent expositione.

Deindè impugnari potest ex eodem hæc ejus suspicio. Nam licet hic Author dubitanter affirmet de aliquibus inferioribus fuisse elevatos ad altiorem gratiam, quàm superiores, de reliquis tamen non neget habuisse gratiam juxta quantitatem, & perfectionem naturalium, ergo recedens à solutione Div. Thom., non videtur solvere argumentum factum, sed magis relinquere illud in suo robore. Prob. cons. Nam supposita in reliquis collatione gratiæ juxta quantitatem, & perfectionem naturalium, restat solvendum, cur hæc naturalis perfectio licet non sit dispositio efficax, saltem tamen non sit sufficiens ad gratiæ infusionem, cujus tamen oppositum cum cœteris communiter Catholicis tenet hic Author.

3. Quia licet non doctrinæ D. Tho. omnimodam certitudinem, eidem tamen non negat probabilitatem, ergo tenetur juxta illam solvere argumentum. Prob. conseq., quia modo est lis cum hæreticis, ergo in solvendo eorum argumento tenentur magis sustinere, & adhibere doctrinam, & præcipuè traditam à SS. PP., quàm dubiam privati Authoris.

Quartò ut ipse ait, si fortè id fecerit Deus, scil. Angelos inferiores fuisse elevatos ad altiorem gratiam, factum fuisse ab illo ob rationes nobis occultas, ergo attenta rerum natura, qua Deus operatur secundum suavem sui providentiam, quod est illi magis consentaneum, sustinenda est doctrina D. Tho., quòd juxta quantitatem, vel perfectionem naturalium illis contulerit gratiam. §. Denique in his, quæ dependent à libera Dei voluntate, sine revelatione nobis innotescere non possunt, ergo affirmare, ita factum fuisse sine aliquo testimonio scripturæ, vel Petrum, & solum per rationes nobis occultas magis est divinare, quam resolvere. Et per hoc etiam solvuntur ejus instantiæ, nam de illis scimus ex scripturis, ita contigisse.

Meliùs ergo juxtà solutionem D. Thom. dicimus, quòd licet Deus ità Angelis contulerit gratiam, juxta suorum quãtitatem naturalium, & perfectionem specificam, hoc tamen non derogat conceptui, vel excessui gratiæ supra totam vim naturæ, quia id non oritur, ut dictum est, ob exigentiam, vel debitum ex parte naturæ, sed ex mera Dei voluntate, qua sicut specificè distinxit, & perficit in ordine naturæ, ità videbatur decere eos elevare in ordine gratiæ. Unde in forma nego ant. ad prob. dist. ant. contulit majorem, ob aliquam exigentiam, vel debitum ex parte naturæ, nego, pro sui beneplacito, conc. §. Sed instas ex eodem D. Thom. ibidem. Nam licet primam rationem assignet ex parte Dei reducendo hanc sui providentiam ad ordinem suæ Sapientiæ, quòd sicut natura angelica facta est ad gratiam, & gloriam consequendam, ità decere videbatur, quòd gradus ejusdem naturæ ad diversos gradus gratiæ, & gloriæ ordinarentur, sicut dum ædificator lapides polit ad domum construendam, ex hoc ipso, quòd aliquos pulchriùs, & decentiùs aptat, videtur eos ad honoratiorem partem domus ordinare. Nihilominùs secundam assignet, ut vidimus ex parte Angeli, sive dignitatis naturæ ejus, quia nampè non est compositus ex diversis naturis, ut inclinatio unius naturæ impetum alterius impediat, sed est una natura simplex, unde operatur secundum totem suam virtutem, utpotè nullum ad id habens impedimentum. Ex quo infert rationabile fuisse, quòd unaquæq; natura angelica perficeretur per gratiam, & consumationem ejus, sive gloriam secundùm quantitatem suæ perfectionis naturalis. In quo videtur agnoscere aliquam dignitatem, vel congruitatem in eadem natura respectu gratiæ, & consequenter gradualis perfectio naturalis in Angelis juxtà D. Tho. fuit motivum gradualis perfectionis in gratia illis collata.

„ Urg. hoc ex eodem ar. illo 3. relato ex 22. ad 3.
„ ubi repetens hanc rationem videtur expressius
„ admittere prædictam dignitatem, imò etiam vim
„ in eadem natura. Unde ait. *Dicendum*, quòd
„ Angelus est intellectualis naturæ, seu simplicis;
„ & secundum suam conditionem competit ei, ut
„ totaliter feratur in omne id, quod fertur: & ideò
„ in superioribus Angelis fuit major conatus, & ad
„ bonum in perseverantibus, & ad malum in ca-
„ dentibus. Et ideo superiorum Angelorum persi-
„ stentes facti sunt meliores, & cadentes facti sunt
„ pejores aliis. Et deindè subdens per id discrimen
„ ab hominibus, quòd nempè homo, quia est natu-
„ ræ rationalis, sive compositæ, cui competit quan-
„ doque esse in potentia, & quandoque in actu,
„ ideò non oportet, quòd feratur totaliter in id,
„ quod fertur; sic de isto concludit. *Sed ejus, qui habet meliora naturalia, potest esse minor conatus, & è converso*. In quibus cum loquatur de utrisque in ordine ad charitatem, & alia dona gratuita, de quibus procedit argumentum, videtur satis indicare, quòd in natura sit aliqua dignitas, aut etiam vis in ordine ad gratiam, & præcipuè in Angelis, si illi ex vi suæ conditionis habent majorem conatum, & homines etiam per suæ naturalia possunt sic diversimodè se habere ad illam.

Huic instantiæ resp. D. Thom. in secunda sui ratione non reccurrere ad conditionem naturæ angelicæ, quasi velit designare exigentiam, vel debitum ex parte illius ad gradualem perfectionem gratię; (hoc enim tam alienum est à mente tanti Doctoris, quàm è regione distet ab illa prædictum dogma Pelagianum, ut patet ex locis relatis &c. Sed tantum denotare capacitatem ad tantum gradum gratiæ, ne scil. otiosa, seu vacua maneret talis capacitas naturæ ad se exercendum in ordine supernaturali, sicut se exercet in ordine naturali, si Deus non conferret illi talem gradum gratiæ: In quo nulla exprimitur exigentia respectu gratiæ, aut ejus gradus; sicut dicimus in simili de anima rationali, quòd si Deus non perficeret illam dono gratiæ, cujus est capax, hæc ejus capacitas ad gratiam maneret vacua, vel otiosa: ex quo tamen non licet inferre, quòd propter talem capacitatem exigat illã; quam exigentiam, ut vidimus in physic's & alibi, addit supra simplicem capacitatem rationem debiti, quod omninò repugnat naturæ respectu gratiæ, seu cujusque doni superneturalis, ut dictum est.

Ex his etiam patet ad confirmat. Nam licet ex modo eorum operandi, quo totaliter feruntur, in quod feruntur, rectè inferat D. Thom. majorem conatum in superioribus, non tamen sine auxilio gra-

 tiæ,

tiæ, sine quo nec Angelus, nec homo, potest aliquem motum habere ad supernaturalia. Ex quo etiam recte infert discrimen inter utrumque, nam cum homo non habeat gratiam, aut gradualem ejus quantitatem juxtà quantitatem, aut perfectionem naturalium, sicut Angelus, potest habens meliora naturalia minùs conari, si contingat habere minorem gratiam, vel auxilium.

Sed instas primò contra priorem solutionem ad instantiam. Capacitas, quam habet natura Angeli superioris ad talem gradum gratiæ non est sola, aut pura capacitas obedientialis, ergo est cum exigentia, aut debito aliquo respectu illius. Prob. ant. capacitas obedientialis ad quemcunque gradum gratiæ determinatum est in quolibet Angelo etiam ultimo, sed capacitas conveniens naturæ Angeli superioris ad perfectiorem gradum gratiæ non convenit naturæ Angeli inferioris, alias discursus D. Thom. non subsisteret, ut patet consideranti vim illius, ergo non est pura capacitas obedientialis, sed cum aliqua exigentia, vel debito respectu talis gradus.

Secundò instas contrà posterioré ad confirmationé. Quia, ut dictú est, conatus non tribuitur habentibus, aut qualitatibus superadditis potentiis, sed ipsis potentiis, & ratione suæ facultatis naturalis convenit conari, non ratione habitus, aut superadditæ qualitatis, ergo si juxtà D. Thom. perfectior Angelus magis conatur hoc ei conveniet juxtà perfectionem majorem suæ naturæ, & non præcisè ratione gratiæ, vel auxilii. Prob. ant. quia habitus tam naturales, quàm supernaturales subjiciuntur potentiis quantum ad usum, ita ut potentiæ possint indifferenter uti illis, & non uti ad operandum, & ad operandum magis, vel minùs intensè, & hujus subjectionis nequit alia esse ratio, nisi quòd habitus quantum ad usum dependeat ex aplicatione, & usu potentiæ ergo.

Ad primam respond., quòd cum ens supernaturale quodcunque sit, superet omnem vim, & debitum, vel ordinem naturæ, ut dictum est, nunquam concedenda est in aliquo Angelo inferiori, vel superiori capacitas aliqua cum exigentia, vel debito supra obedientialem, unde nihil aliud est hæc in unaquaque creatura, quàm ipsa entitas supernaturalis cum non repugnantia, ut in ipsa, & per ipsam faciat Deus quidquid est possibile, qua ratione, ut vidimus in superioribus, repugnat ut naturalis entitas rei sit potentia formaliter, & propriè activa, ac proindè etiam, quòd detur potentia obediantialis propriè, & formaliter activa, nec proximè, nec remotè, ut vult Suarez, licet non repugnet, quòd in naturali entitate, fiat à Deo aliquid supernaturale, ad quod satis est eadem potentia obedientialis passiva, sive naturalis entitas cum prædicta non repugnãtia. Dicimus ergo quòd licet utraque capacitas sit pura obedientialis, intra limites tamen obedientialis juxtà superiorem doctrinam D. Tho. admittit aliquam latitudinem secundum magis, & minùs, sicut de eisdem Angelis dicebamus in superioribus, quòd licet sit idem in omnibus immaterialitatis gradus, scil. per recessum à materia, & ab ordine ad illam, est tamen latitudo quædam in modo participandi illum penes majorem, vel minorem accessum ad Deum, unde sicut hac ratione dicimus unũ esse immaterialiorem alio, ità pariter unum in sua natura, scil. superiorem esse perfectiorem inferiori, & quia ut probat Div. Tho. rationabile est dicere Deum contulisse illis gratiam, & gradum ejus juxtà quantitatem suæ perfectionis, & naturalis modi operandi ne otiosa, aut vacua maneret capacitas naturæ ejus, sic decenter voluit se habere Deus pro sui beneplacito erga illos, & juxtà sui sapientiam, ac suavem providentiam, quia ut dictum est, unum quodquè operatur, quod est magis consentaneum naturis rerum, & non quia capacitas superioris id exigeret, aut natura ejus fundaret aliquod debitum respectu gratiæ, aut gradus ejus. Unde solum dici potest juxtà præfatã doctrinam, quòd cum natura angelica secundum perfectionem suæ virtutis exerceat suam operationem naturalem, potentia obedientialis, proximior est ad gratiam perfectiorem in Angelo habente perfectiorem virtutem naturalem, quàm in habente minùs perfectam. Gratia enim non destruit naturam, sed perficit illam secundum modum, *quo* operator in suo ordine; undè sic est inflexibilis in ordine gratiæ, sicut est in ordine naturæ.

Secundò etiam responderi poterat cum docto recentiori ex nostris, quòd licet natura angelica non exigat gratiam, potest tamen exigere, aut esse hoc ei debitum, quòd ex suppositione, quòd perficiatur per illam, actuetur cum majori, quæ fuerit perfectior in ordine naturali, ut declarari potest in primo instanti creationis eorum, in quorum nulla illis inferretur violenta, si gratia in illo non infunderetur; sed tamen supposita illius infusione, & instante obligatione diligendi Deum authorem supernaturalem, debetur illis pro eodem instanti auxilium supernaturale efficax ad observantiam illius præcepti, quod tamen eadem non supposita non debebatur: & hujus ratio debiti fundatur in integritate naturali Angeli, cui debitum est, quòd prima operatio sit bona, quia nempè debet exercere illam juxtà inclinationem inditam ab Autore naturæ: ex quo sequitur, quòd si illa natura perficiatur ad operandum in ordine supernaturali, illi etiam debeatur auxilium supernaturale efficax ad operationem bonam in tali ordine, maximè in primo instanti, in quo non potest esse mala, ut probatur infra. Sic proportionabiliter dicimus in casu, quòd licet non debeatur naturæ angelicæ absolutè gratia, nec gradualis ejus perfectio, ex suppositione tamen, quòd perficiatur per illam petit, aut est aliquomodo ei debitum, præcipuè attenta eadem suavi Dei Providentia, quòd actuetur secundum gradum perfectionis virtutis naturalis; quia naturaliter operatur secundum totum conatum naturæ, in quo fundatur, ut dictum est, posterior ratio D. Thom. ex parte Angeli: & juxtà hanc doctrinam poterat distingui ant: non est purè obedientialis, facta suppositione, ut explicatum est, transeat; non facta, nego.

Ad secundam patet etiam ex superioribus, quòd cum non sit conatus aliquid antecedens actum, sed actus ipse ut egrediens à principio, eo modo, quo dependet actus ab habitu, vel qualitate superaddita, pendet etiam conatus, unde si nequit actus elici sine ista, vel sine auxilio gratiæ, nec potest sine eodem haberi conatus. Iterum ergo dicimus ad solutionem hujus, & aliarum similium difficultatum, quòd sicut habitus naturales non dant potentiis simpliciter posse operari, sed posse faciliùs, & cum delectatione, ità nec dant eis simpliciter posse conari, sed posse faciliùs, & cum delectatione. Supernaturales autem, (& idem proportionabiliter est de qualitatibus fluidis supernaturalibus,) tribuunt potentiis simplici-

ter posse operari, (quia sunt illis, ut vidimus, integra ratio agendi supernaturaliter,) & ita tribuunt ais simpliciter posse conari. Unde in forma nego antec., ad prob. constat pariter ex dictis ibidem, quòd si modo in via habitibus supernaturalibus uti possumus ad magis, & minùs operandum inter se intrà latitudinem suę perfectionis, id non provenit, quasi ex parte naturalis facultatis potentiæ habeatur major, ant minor conatus conducens ad supernaturalem actum, sed qoia tam potentia, quàm habitus subdnntur nostrę libertati quoad usum; & liberum arbitrinm non semper excitatur auxilio æquali habitui ad aplicandam potentiam ad operandum, nec semper auxilio efficaci, & ideò interdnm non aplicat potentiam ad actum, intardum aplicat ad remissiorem: Et quamvis non aplicatio tribuatur voluntati nostræ, aplicatio tamen non ex naturali ejus perfectiona, sed ex auxilio gratiæ provenit.

Quòd si adhuc instes posse potentiam cum æquali habitu supernaturali magis conari, ut cum perfectior intellectus cum æquali habitu fidei perfectiùs panetrat mysteria fidei, & producit perfectiorem actum, ergo non est major conatus reducandus pręcisè ad auxilium gratiæ, sed magis ad naturalem facultatem perfectiorem potentiæ. §. Resp. nego ant., & ad probat. annexam nego suppositum loquendo de proprio actu fidei, qui est supernaturalis assensus: duo enim, ut vidimus, considerari possunt in cognitione mysteriorum fidei; & placet repetere, quia facilis est hallucinatio hac in re, & similibus;) alterum est quasi materiale, & concomitans actum fidei, nempè aprehensio, & explicatio rerum fidei, quæ cum fiat per species acquisitas, & naturales discursus, à perfectiori intellectu perfectiùs procedit; qua ratione sapiens Philosophus, vel Theologus perfectiùs aprehendit, & explicat mysteria fidei, quàm rusticus, vel fidelis ignorans. Alterum est assensus propositioni fidei, qui à solo lumine fidei provenit, & hic naqnit perfectior esse ex majori perfectione intellectus, sed solum ex majori perfectiona habitus fidei, vel auxilii actualis excitantis, & adjuvantis, ut dictum est. Intardum anim prorumpit intellectus in actum perfectiorem habitu præexistente ex majori auxilio, & interdum in actum remissiorem illo, quia excitans ad actum remissius est, & ideò non operatur secundum totam afficacitatem, & intensionam habitus: Et hinc est, quòd aliquando etiam prorumpant in assensus fidei inæquales, qui habent æqualem habitum fidei, vel alium supernaturalem modo in via. Nam in patria, vel in beatis semper Deus adjuvat æquali auxilio actuali habentes æquale lumen, vel charitatem, unde non stat ibi visiones, aut actus amoris esse inæquales stante æquali lumine, vel charitate. Hæc obiter dicta sint, tum ad ampliorem impugnationem eorundam Pelagianorum, cum ad alias difficultates planiùs resolvendas inter Catholicos.

Tertiò arg.(& potest assa replica etiam contra eandem prioram solutionam ad instantiam, & ejus replicam. Nam quocunque modo fiat præfata collatio gratiæ, certum ast in conferenda Angelis graduali ejus perfectiona attendisse Deum ad perfectionem majoram aorum, & minorem specificam, ergo neque ast etiam inconveniens, quòd attendat ad bona opera naturalia reperta in hominibus, & quòd juxtà illorum perfectionam, & intensionam det operari sic conantibus operationes etiam supernaturales proportionatas aisdem operationibus naturalibus. Prob. conf. Quia major est congruentia in hoc, quòd Deus attendat, ut insinuavimus, ad opera bona naturalia adjuncta naturæ bonæ in ordine naturali, quàm ad solam naturam non conjunctam cum operibus, ergo si est congruantia in hoc secundo, erit à fortiori in primo, itaut si juxta D. Tom. lex veluti infallibilis statuta ast, & præcipuè attenta suavi Dei providantia, quòd Angelis in natura perfectioribus conferat Deus dona supernaturalia perfectiora, pariter sit similis lex in rarum natura fundata, ut elicientes perfectioras operationes naturales elevet Deus, & disponat ad perfectiora dona supernaturalia.

Ad hoc concesso ant. juxta superiorem explicationem, vel distinctionem, nego conf., & disparitas est ex aodem D.Th.q. infrà relata ar.6. ad 2. quia, inquit, *Actus rationales creaturæ sunt ab ipsa, sed natura est immediatè à Deo. Unde magis videtur, quòd gratia detur secundum gradum naturæ, quàm ex operibus.* Nam si fieret infusio gratiæ ad intuitum istorum possent faciliùs etiam suspicari Pelagiani, vel alii post illos de merito prædictarum operationum naturalium, cum istæ sint à natura immediatè, quod non contingit respectu naturæ, quæ est immediatè à Deo. Ad prob. dist., & explico ant. Ma. est congruentia, si præcisè attendatur ad naturam, & ad operationem vel supponatur in illis aliqua exigentia, transeat, vel conc., si excludatur ab illis omnia exigentia, & aliunde id proveniat, ut dictum est, ex ejus infinita sapiantia, & providentia, nago, nam cum Deus manifestara valit, quòd dona supernaturalia dantur supra omna debitum, magis convenit ad hoc manifestandum, quòd sine præcedenti aliquo opere immadiatè producto conferat gratiam, quàm aisdem præcedentibus, juxta quorum quantitatem præfata dona conferret, quia nempè ut ait D. Thom. cum actus sint immediatè à natura, & solum mediatè à Deo, natura autem immediatè à Deo, minùs gratiosa videretur eorum infusio juxta quantitatem operum, quàm juxta perfectionem naturæ, in qua nullum supponitur opus. Omitto aliud argumentum ex paritate meriti de congruo SS. PP. respectu unionis hypostaticæ, sufficienter anim propositum, & solutum ast §. 1.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum opera bona moralia ordinis naturæ sint dispositiones ad primam vocationem supernaturalem, vel gratiam.

QUamvis jam communiter fateantur Theologi opera bona naturalis ordinis non essa dispositiones physicas, aut morales rationa sui ad primam gratiam auxiliantem, existimant tamen aliqui recentiores, quòd ex lege divina, & pacto inito cum Christo da non denegan da gratia facienti, quod est in sa habere connexionam cum illa, ac proinda prout sic ad illam disponare. Referunt plurea ex antiquis, Albertum, Altisiodorensem & alios, ne unicum faciant hujus sententiæ Assertorem Molinam; qui exprefsè illam tenat in Concordia disp. 10. Cœterum cum allegati Auctores, inquit Illustris. Godoy hìc §. 1. non asserant expresè prædictum axioma intelligendum essa do

 facien,

faciente, quod in se est ex viribus naturæ, non est, cum huic sententiæ adjungantur, nisi velint omnes Theologos illi inhærere, qui illud verificari in aliquo sensu, (ut constabit infrà, fatentur omnes, & negant jam communiter aliquod ex prædictis operibus esse dispositionem, sive proximè, sive remotè ad primam gratiam supernaturalem. Unde totis viribus impugnat Suarez sententiam Molinæ, licet in explicando idem axioma in æqualia videatur incidere inconvenientia, Sed de his infra.

§. PRIMUS.

Statuitur prima Conclusio ex auctoritatibus.

Opus bonum ordinis naturæ nequit esse dispositio propriè talis, nec conditio sine qua non ad primum effectũ prædestinationis elicitũ, vel ad primam gratiam auxiliantem. Præscindimus modo à præfata lege Dei extrinseca, sive pacto illius inito cum Christo, & solum loquimur de illis ex natura sua; unde videntur his temporibus in hac conclusione convenire omnes Doctores Catholici, neque etiam ex antiquis videtur aliquis dissentire, quidquid sit, ut insinuavimus, an ex eorum sententia possit oppositum deduci, nam omnes securrunt ad extrinsecam Dei benevolentiam, hoc vel illo modo acceptam, ut bono operi naturali tribuant rationem dispositionis. §. Similiter etiam loquimur specialiter de dispositione positiva, vel positivè influente, & non de negativa, hoc est impediante peccatum, nam de hac consentiunt aliqui, & præcipuè laudatos Illustris. hic §. 4. ex eo quòd cum peccatum impediri possit per actus bonos acquisitæ virtutis, & istos, inquit, sine speciali gratia elici posse, sit frequens Theologorum sententia 1. 2. quæst. 109. ar. 2., consequens sit posse hominem absque speciali gratia se negativè ad primam gratiam recipiendam disponere, non quidem vitando omnia peccata collectivè, (hoc enim speciale gratiæ auxilium requirit,) sed aliquod vagè vitando. Cœterum an id sufficiat ad rationem dispositionis in proprietate loquendo, secundum quam subjectum dicitur aptari ad recipiendam formam, (quod videtur proprium munus dispositionis ut sic) non ita facilè admittent alii, ut magis etiam recedant ab errore Pelagianorum; quidquid sit, quòd prout sic dicatur magis capax, quod tamen stando intra puros limites capacitatis, non est sufficiens ad rationem dispositionis, ut explicatum est, & constabit §. seq. Tum quia etiam natura humana est magis capax, ut assumatur à Verbo, quàm Angelica, quia est capax resurgendi à peccato, cum sit naturæ flexibilis, & ideò etiam est congruentia redemptionis fiendæ media unione hypostatica supposito Dei decreto de assumptione naturæ creatæ ad redimendam naturam humanam, & tamen nullus facilè ex hoc dicet, quòd possit homo per opus bonum ordinis naturæ se aliquomodo disponere propriè loquendo ad eandem unionem. Quòd si aliter explicetur, vel aliud non intendant; videbitur lis de nomine; Et adhuc de his statim constabit.

„ His præmissis, & sic explicata conclusio sumitur „ ex D. Thom. Quod lib. 1. art. 7. ubi ait, Unde ad „ Pelagianum errorem pertinet dicere, quòd homo „ possit se ad gratiam præparare absque auxilio Di„ vinæ gratiæ, & est contra Apostolum, qui dicit ad „ Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum, ipse „ perficiet. §. Idque priùs docuerat D. Aug. lib. 2., „ ut insinuavimus, contra duas epistolas Pelagia„ norum cap. 8. sic dicens. *Quod scriptum est, homi*„ nis est præparare cor, non benè intelligendo fal„ luntur, ut existiment cor præparare, hoc est bo„ num inchoare sine adjutorio gratiæ Dei ad homi„ nem pertinere. Absit, ut sic intelligant, nisi su„ perbi sui arbitrii defensores, & Catholicæ fidei de„ sertores; ideò quippè scriptum est, hominis est præ„ parare cor, quia homo præparat, non tamen sine „ adjutorio Dei, qui tangit cor. Ita August. Quamvis etiam ad posse præparare cor, adjutorium gratiæ sufficientis sit satis, tamen ex mente D. August. Nullus de facto præparat cor sine adjutorio efficaci, & majori. §. Hinc Concil. Arausic. 2. con. 5. sic definit. *Si quis initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui justificat impium, non per gratiæ donum, sed naturaliter inesse dicit, Apostolicis traditionibus contradicit.* Ex quibus sic argumentum: Initium fidei, ipseque pius credulitatis affectus sunt prima dispositio ad gratiam, sed asserere utrumque non esse gratiæ donum, sed haberi ex natura contradicit juxta Concilium Apostolicis traditionibus, ergo nullum opus bonum ordinis naturæ sine eadem contradictione ad Apostolicas traditiones censeri potest dispositio ad primam gratiam.

Idem etiam statuit Concil. Trident. Sess. 6. Can. 3. illis verbis. *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio posse hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere, sicut oportet, ut ei gratia justificationis conferatur, Anathema sit.* Cap. etiam 5. antecedenti ejusdem Sess., inquit. *Ipsius justificationis exordium in adultis à Deo per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse.* Et cap. 8. seq. explicans Apostolum, cum dicit. Justificari hominem per fidem, & gratis; subdit. *Ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ sensus tenuit, & expressit; ut scil. per fidem ideò justificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix nostræ justificationis.* Ex quibus omnibus, & iterum ex priori Arausicano erg. primò sic. Omnis dispositio etiam remota ad gratiam justificationis juxta utrumque Concilium debet esse ex adjutorio Divinæ gratiæ, & inspiratione Spiritus Sancti, nam prædicti actus in eisdem expressi non sunt dispositiones proximæ, sed remotæ ad illam; at hoc esset falsum, si aliquod opus ordinis naturæ, sive ob ea sola procedens disponeret ad primum auxilium gratiæ recipiendum, nam tunc etiam remotà concurreret ad justificationis gratiam, ut per se patet, ergo nullum ex his potest esse dispositio ad gratiam salva catholica veritate Conciliorum. §. Secundò. Quia juxta declarationem Trid. in utroque relato cap. Gratia Dei per Jesum Christum præveniens, & fides sunt exordium, & initium nostræ salutis, vel justificationis, et hoc iterum est falsum, si aliquod opus ex nudo libero arbitrio proveniens disponeret ad primam gratiam auxiliantem, ut patet, nam magis istud deberet dici initium, cum esset primum disponens intra ordinem salutarem, si semel antecedit ut dispositio ad primum auxilium; primum enim initium formę introducandæ in aliquo ordine est id, quod primò in eodem ad illam dispositivè concurrit: ergo nullo modo etiam remotè opera puræ naturæ ad primam gratiam auxiliantem disponunt.

§. II.

§. II.

Ratione probatur Conclusio.

PRob. 1. ratione jam insinnata. Dispositio secundum proprium, & formalem sui conceptum se habet ut via ad formam, ad quam disponit, ut etiam patet ex terminis, aliàs nihil operatur in ordine ad illam; & idem proportionabiliter est de conditione intrinseca, seu quæ ex natura rei conducit ad illam, ut patet in cognitione respectu objecti voluntatis, quod est bonum, nam ratio cogniti in illo conducit ad hoc, ut appetatur, cum voluntas non feratur in bonum non cognitum, unde similiter se habet conditio intrinseca, vel ex natura rei ad receptionem, nam si nullo modo conduceret, nec nomen mereretur dispositionis, aut requisiti intrinseci ad ejus introductionem:) sed nullum opus ordinis naturæ potest obtinere rationem viæ ducentis ad gratiam, aut ad formam aliquam supernaturalem, ergo nullum ex illis potest esse dispositio, aut conditio intrinseca, vel ex natura rei conducens ad primam gratiam salutarem: cons. tenet: quia hæc est etiam supernaturalis: ma. est certa si velimus formalitatem dispositionis, ut insinuavimus, aliquid superaddere, ut tenetur, ad simplicem capacitatem subjecti, sive ad rationem illius, ut purè recipientis aliquam formam sine ulla illius exigentia passiva, hoc enim salvatur in natura cum sola potentia obedientiali; unde ut in superioribus dicebamus, posset Deus sine aliqua prævia dispositione infundere gratiam, & alios habitus supernaturales, licet cuncta suaviter disponens si subjectum per propriam dispositionem natum sit moveri, & præparari ad illos recipiendos sine prævia dispositione eos non infundat, ut patet in adultis, nec oppositum de potentia ordinaria fieri possit. Quòd si parvolis sine eadem infundat illos, id contingit, quia subjectum non est aptum moveri, aut præparari ad illos per dispositionem propriam, ex quo manifestè patet, dispositionem aliquid addere supra simplicem capacitatem: mi. verò prob. primò. Via ad aliquam formam est ejusdem ordinis cum forma, sed nullum opus puræ naturæ est ejusdem ordinis cum gratia, ergo nullum est via ad illam: mi. est certa, & ma. prob. in naturalibus, nam motus in illis est ejusdem ordinis cum termino, ergo pariter erit ejusdem in supernaturalibus; & ratio utriusque est, quia motus specificatur à suo termino, sed nullus inferioris ordinis potest prout sic non supposita aliqua elevatione, positivè tendere ad terminum ordinis superioris ut ad sui specificativum, aliàs non esset talis excessus ut patet ergo. Tum quia via ad aliquem terminum est quasi fieri, vel proximum, vel remotum illius, sed nihil ordinis inferioris potest sic comparari ad terminum ordinis superioris, saltem connaturaliter, sive ex natura rei, quidquid sit an obedientialiter possit illum efficere, aut activè se ad eundem habere, de quo supra, ergo nullum ex prædictis operibus potest se habere ut via ad gratiam.

Secundò prob. eadem principalis mi. Nam via ad aliquem terminum ab initio usque ad finem semper est ejusdem ordinis respectivè ad illum, ut patet in fide, quæ quia ut dictum est, est initium, & via ad gratiam ex natura rei, semper est ejusdem ordinis ab initio usque ad finem respectivè ad illam, nam si via non semper esset ejusdem ordinis, magis deviaret, aut non rectè duceret, nec posset ducere ad suum terminum ex natura rei, quia id contingeret ex defectu ex parte sui, & ex excessu ex parte termini, quem non posset superare, ergo nullum opus ordinis naturæ potest esse via, seu ascensus ad terminum ordinis supernaturalis, ut patet vel ex ipsis terminis.

Ex quibus etiam potest formari alia principalis ratio pro conclusione, quam etiam insinuat D.Tho., ut vidimus, supra q. 12. ar. 5. Ut subjectum recipiat formam sublimioris ordinis, quæ est supra ejus naturam, debet per id, per quod disponitur, elevari, & fieri susceptivum illius, sed per nullum opus puræ naturæ potest homo elevari, & fieri suscept ivus formæ supernaturalis, ergo per nullum ex illis potest disponi ad illius receptionem: ma. patet aliàs non intelligeretur disponi per illud; id enim fieri nequit, ut dictum est, nisi per hoc, quòd subjectum aptetur, & proportionetur ad illius introductionem, aliàs videremur aouti terminis, constat autem, quòd si forma est ordinis superioris non potest subjectum aptari, & proportionari, nisi elevetur ad illam percipiendam; sicut qui est in loco inferiori nequit constitui habilis, siva potens ad attingendum, vel percipiendum aliquid in superiori longè excedenti existens, nisi erigatur in proportionata propinquitate ad illius attingentiam. Mi. etiam patet iterum ex terminis, quia repugnat id, quod est ordinis inferioris, seu purè naturalis, habere vim elevandi ad id, quod est ordinis superioris, vel supernaturalis, (aliàs esset, & non esset puri ordinis naturæ,) non minùs, quàm idem existens in loco inferiori penes excessivam distantiam ad attingendum, quod est in sublimiori ergo.

Tertiò prob. alia ratione proximè, & supra etiam insinnata, & sumitur iterum ex D.Tho. 1. 2. q. 109. art. 6., & fundatur in proportione principii, & finis. Nullum agens creatum potest intra aliquem ordinem positivè concurrere ad consecutionem alicujus finis, Deo non movente, intra eundem, aut non concurrente ad illud consequendum, sed Deus ut Author naturæ nequit movere, aut concurrere ad consecutionem finis supernaturalis, ergo nullum agens creatum intra purum ordinem naturæ operans potest positivè concurrere ad consecutionem finis supernaturalis, sive primi auxilii, aut primæ gratiæ auxiliantis: ma. est certa, cum nullum agens secundum possit agere independenter omninò à primo, in quocunque ordine operetur, quidquid sit de qualitate dependentiæ ex parte creaturæ operantis; & concursus ex parte Dei moventis, vel concurrentis, nisi velimus creaturam in aliquo ordine esse omninò independentem à Deo, quod est alienum: mi. prob. 1. Quia Deus ut Author naturæ, sive ut Agens naturale non egreditur limites naturæ, nam hac ratione dicitur tale; sicut enim dicitur Author supernaturalis; quia producit effectus supernaturales, ita pariter dicitur agens naturale, quia est Author effectuum naturalium; nam cum in se ipso totus sit supernaturalis, distinguitur sub utroque munere secundum habitudinem ad effectus utriusque ordinis. Tum quia nequit Deus movere, aut concurrere intra aliquem ordinem cum creatura ad assequutionem alicujus finis, ad quem ut Author illius ordinis perducere non potest, sed ut Author naturæ perducere non potest ad finem supernaturalem ergo nequit ad illum prout sic movere, aut concurrere cum creatura: prob. min.

min. nequit Deus ut Author naturæ perducere ad finem, qui sub intentione ejus, ut Authoris naturæ non cadit, sed finis supernaturalis, sive gratia cadere nequit sub intentione Dei, ut Authoris naturæ, ergo ad illum prout sic perducere non potest: ma. constat, quia aliàs perduceret ad finem non intentum, & consequenter à casu perduceret ad illum: mi. etiam, quia aliàs iterum supernaturalis non esset, sive excedens ordinem naturæ si sub ejus intentione caderet, ut solum respicit hunc ordinem, ergo.

Dices ex Durando in 2. dist. 29. q. 1., quòd licet soli Deo, ut supremo agenti, & Authori gratiæ conveniat perducere hominem ad finem supernaturalem, vel ultimum, potest nihilominùs agenti etiam inferiori convenire hoc, quòd est disponere ad finem illum, sicut videmus in generatione hominis, in qua licet solus Deus introducat, vel efficiat formam excedentem vires naturæ, sive ultimam, nempè animam rationalem, natura tamen ex propria virtute disponit materiam ad illam, sive ad illius introductionem. Similiter licet ad consecutionem gratiæ requiratur specialis motio Dei Authoris supernaturalis gratiam infundentis, cum tamen gratia sit habituale donum, ad eam potest homo se disponere per liberum arbitrium sine speciali Dei motione. Unde videtur hìc Author admittere, quòd ex pura natura oriri possit aliqua dispositio ad gratiam habitualem sine speciali Dei motione, ut innuit ibidem n. 7. ubi ut mentem suam declaret, advertit, quòd speciale adjutorium, quo homo ad gratiam se disponit, potest vocari, vel immediata motio voluntatis à Deo; & sine hac ait, benè potest homo se ad gratiam habitualem præparare. Vel vocatur specialis providentia, quam Deus habet de his, qui hæreditatem capiunt salutis; & sic prædestinantur, ut quandoque à gratia cadant, & sine hac speciali providentia nequaunt à culpa resurgere. Sed tamen hæc specialis providentia comprehendit quidquid hominem conducit ad salutem, ut exterior admonitio, ægritudo corporalis &c. Et sic hæc providentia appellatur gratia, & sine illa non potest homo se ad gratiam præparare.

Huic solutioni, & menti Durandi videtur consentire Vasquez, qui pluribus in locis, sed præcipuè 1. 2. q. 109. disp. 190. existimat hominem quocunque opere bono ordinis naturæ se ad gratiam præparare, ad quod tamen supponit, quòd omne opus morale bonum alicujus ordinis, sive etiam naturæ, fit ex speciali Dei gratia, unde licet tale opus naturale ad gratiam disponat, nòn tamen sequitur, quòd homo ex viribus naturæ se disponat ad illam. Huic etiam solutioni videntur favere Scotus in 4. dist. 14. q. 2. Adrianus, & ferè omnes nominales apud Sotum lib. 2 de natura, & gratia cap. 4., qui aliqualiter videtur etiam adhærere, nam cap. 3. distinguit duplicem dispositionem ad gratiam justificantem, aliam scil. impropriam, & remotissimam, neque sufficientem, neque omninò necessariam, scil. quodcunque moraliter bonum, quod fit ex puris naturalibus cum auxilio generali propter honestum finem, ut propter humanas necessitates, vel rationes aliquas, quæ bonæ sunt, quæ tamen officia, quatenus opera sunt alicujus virtutis, non possunt non aliquomodo de se viam sternere ad charitatem. Hic tamen sapientiss. Magister facilè explicari potest, ut non recedat in ra à communi sententia Thomistarum, (quæ est nostra conclusio,) nempè, quòd homo prout sic dicatur viam sternere non per positivum influxum dispositivum etiam remotè, (nam hìc ut constat ex dictis, & ampliùs ex dicendis debet esse ejusdem ordinis cum forma, ad quam disponit, ac proindè haberi nequit sine viribus gratiæ, si forma, ut in casu supernaturalis est,) sed quia concipitur ut magis capax, ut explicatum est, nam statim prosequitur.

Alia est dispositio propria, & ad justificationem necessaria, quam affirmat ex viribus propriis non posse ab homine fieri, sed ex auxilio speciali gratiæ. de quo etiam videri potest noster Pisanus in suo gladio ad propositionem 57. damnatam ab Innocent. XI. ubi longè removet eundem Mag., & Mag. Cano ab eadem sententia illis imposita, quæ nempè asserebat sufficere attritionem naturalem modo honestam ad Sacramentum pœnitentiæ.

Sed contra prædictam solutionem, ut longiùs recedamus ab hac damnata, & à superiori errore Pelagianorum instatur primò, quia adhuc non solvitur ratio facta. Nam nullum agens disponere potest ad finem, quem in sua intentione non habet, sed agens ordinis naturalis, ut probatum est, non habet in intentione sua reduplicato hoc ordine, finem ordinis supernaturalis, aliàs non esset hic finis, ut dictum est, ordinis excedentis, ergo nequit ad illum disponere.

Secundò. Si opus puræ naturæ à solo libero arbitrio elicitum posset esse dispositio ad finem supernaturalem, sive ad formæ supernaturalis, scil. gratiæ habitualis introductionem, quò major esset talis dispositio, eò proximior esset ad introductionem illius, ergo crescente ad summum esset dispositio ultima in ordine ad illam, ergo dispositio ultima ad gratiam sanctificantem poterit esse de ordine naturæ, quod sanæ doctrinæ non congruit. Ant. constat, quia cum dispositio, ut dictum est, sit per modum viæ, sive accessus ad introductionem formæ, quò major est, vel magis crescit, tantò sit proximior, vel accedit ad illam: Utraque etiam conseq. tenet, posterior quidem, cum opus disponens sit de ordine naturæ; prima verò, quia non est assignabilis ratio, cur opus ordinis naturæ, si semel est sufficiens ad disponendum, non detur dispositio intra eundem ordinem crescens, crescente perfectione operis, ergo si crescat usque ad summum erit dispositio ultima.

Urg. hoc retorquendo paritatem. Nam quia natura intra proprios limites potest disponere aliquomodo ad formam ultimam, scil. ad introductionem animæ rationalis, potest etiam intra eosdem sui limites ultimò disponere ad illam, ergo si etiam intra lineam naturæ datur semel dispositio ad formam supernaturalem, vel ad introductionem gratiæ sanctificantis, poterit intra eandem dari dispositio ultima ad illam. Ex quo etiam infertur, quòd si intra illam dari potest ultima dispositio, jam fides, spes, & alia dona, & supernaturales actus ex natura rei non disponant ad gratiam, sed magis concomitanter se habeant, cum intra ordinem naturæ supponant possibilem ultimam dispositionem ad illam.

Ex his, & superioribus facilis est etiam disparitas ad eandem instantiam de dispositione ad animæ rationalis introductionem; nam licet hæc à solo Deo sit producibilis, utpotè forma substantialis simul, & spiritualis, ac proindè per se subsistens, & excedens vires effectivas agentis creati, non tamen est de ordine superiori, nec egreditur limites agentis naturalis, & inferioris, & ideo potest natura saltem disponere ad introductionem, sive ad unionem illius

cum

cum materia, & producere ex eadem compositum, ut explicatum est in primo physic., quod non contingit in casu agentis naturalis comparativè ad gratiam, utpotè excedentem totum ordinē naturæ, tam quoad vires effectivas, quàm quoad intensionem, ut probatum est, ac proindè etiam quoad vim dispositivam,

Ex quo ulterius retorqueri poterat hujusmodi instantia. Nam si aliquid concludere posset ad rem, concluderet etiam, quòd sicut natura potest unire formam rationalem materiæ, eique attribui vera productio compositi, quod est homo, posset similiter pertingere adhoc, quod est unire gratiam, quam Deus animæ rationali infundit,) huic uniri, & ex eadem verè constituere subjectum rationale, objectum congruum Divinæ dilectionis, seu gratum per gratiam habitualem, quod est alieuum.

Quartò prob. conclusio, sive sub aliis terminis proponitur præcedens ratio ex D.Tho. ibidem. Principium, & finis alicujus effectus, sive intra lineam effectivam debent proportionari, itaut ubi est excessus ex parte finis, nequeat esse defectus ex parte principii, adeò ut ubi est etiam impossibilis referibilitas effectus ad aliquem finem, idest ubi effectus aliquis nequit referri ad talem finem, neque est vis productiva illius ex parte principii, qua ratione dicimus non posse aliquid produci a Deo, vel ab ejus Omnipotentia, quod ad se ipsum ut finem ordinare non potest, ut est deformitas peccati, sive entitas reduplicativè, ut connexa cum deformitate; sed finis totius dispositionis ad gratiam, sive proximæ, sive remotæ ast Deus ut Author gratiæ non naturæ, ergo nullum opus procedens à principio purè naturali potest esse dispositio, sive proxima, sive remota ad gratiam, vel ad fiuam, aut formam supernaturalem: ma. ut dictum est, manifestè constat: mi. verò prob. nam omnis effectus, cujus finis proximus est supernaturalis, respicit pro fina ultimo Deum, non ut Authorem naturæ, sed supernaturalem; sed omnis dispositio sive proxima, sive remota ad gratiam supernaturalem habet pro fine proximo aliquid supernaturale, scil. gratiam ipsam, quæ est supernaturalis, aliàs ad ipsam non disponeret, ergo habet pro fine ultimo Deum Authorem supernaturalem: ma. constat, nam finis proximus ex natura rei ordinatur ad ultimum intra suam lineam, ergo affectus, cujus finis proximus ast supernaturalis haber pro fine ultimo aliquud supernaturala, ad quod ex natura rei ordinatur proximus. Qua ratione, ut alibi dictum est, actus respiciens finem proximum honestum, à quocunqua eliciatur, siva à fideli, sive ab infideli, sive à justo, siva à peccatore, ut actus v.g. eleæmosinæ, etiam si ab isto non ordinetur per actum distinctum ad finem ultimum, sive Deum, semper est bonus moraliter, dummodo non vitietur aliqua prava circunstantia, ut inanis gloriæ &c. quia finis proximus illius, scil. sublevatio pauperis à miseria ex natura rei, utpotè finis secundus, ordinatur ad finem primum, sive ultimum.

Ex his urg. tantum hoc, (& est alia ratio pro conclusione,) nam omnis dispositio ad aliquam formam per se ordinatur, & consequenter etiam positivè connectitur cum tali forma, ejusque saltem possibilitatem exigit, at nullum opus puræ naturæ, sive præcisè ordinis naturalis, potest sic per se ordinari, & positivè connecti cum forma, val ente supernaturali, aut possibilitatem illius exigere, ergo nec disponere ad illud; mi. latè constat ex dictis, nisi velimus destruere conceptum entis supernaturalis, aut ejus excessum supra totū ordinem naturæ, tam quoad vires, quàm quoad exigentiam: ma. autam prob. quia omnis dispositio respicit formam, ad quam disponit tanquam finem, ergo per se ordinatur, & positivè connectitur cum illa, ejusque petit saltem possibilitatem; conseq. tenet, quia omnis effectus petit positivè suarum omnium possibilitatem causarum, & cum illa connectitur. Tum quia si dispositio non exigeret, aut exigitivè non supponeret saltem possibilitatem formæ, ad quam executivè influit, ejus influxus esset de subjecto non supponente, aut veluti à casu, tenderet enim ad formam, quàm per se non respicit, sed veluti à casu, si semel per se ad illam non ordinatur, nac positivè conectitur, neque ejus saltem possibilitatem axigit.

Explic. hoc, & iterum prob. eadem principalis ma. præcedentis confirmationis ex discrimine in modo causandi inter causam purè materialem, & causam dispositivam, sive inter subjectum receptivum formæ, & dispositiones ad illius introductionem, præcipuè loquendo, ut in casu, de forma supernaturali. Nam dispositio ad hanc formam contrapositivè ad subjectum, vel ad causam purè materialem non causat per viam simplicis capacitatis, aut non repugnantiæ, sive per modum puræ potentiæ obedientialis ad illam non repugnanter racipiendam, sed inclinando, & aptando, seu approximando subjectum ad ejus receptionem, ut vel ipsa vox dispositionis exprimit. Tum quia post illam non esset magis aptum, quàm anteà, sed remaneret ita indispositum sicut priùs, sed positivè inclinare, aptare, & approximare salvari nequit sine positivo ordine; & axigentia illius, ut patet ex terminis, ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem, per se ordinatur, & positivè connectitur cum illa, ejusque saltem possibilitatem exigit.

Ex his fit primò satis ad instantiam de anima rationali, quòd nec etiam posset concurrere ad gratiam in genere causæ materialis, (quod tamen est falsum, cum gratia educatur de potentia illius, ut explicatur 1, 2. q. 112.) jam enim dictum est causam purè materialem, non concurrere aliquo positivo influxu sicut dispositio per modum inclinantis, & aptantis, vel approximantis ad formam, sed tantum per modum non rapugnantis, vel per modum potentiæ obedientialis, loquendo iterum de forma supernaturali, unde nec tenetur ejus concursus finalizari ab illa, sicut concursus dispositionis, & consequenter nec egredi limites puræ naturæ, sicut dispositio. Secundò etiam manat impugnata iterum præcedens solutio Durandi ad mentem supra expressam P. Vasquez, qui ut vidimus, constituit rationem dispositionis ramotæ in actibus moraliter bonis ordinis naturæ, non quasi nudè sumptis, aut virtute acquisita præcisè à se ipsa elicitis, sed medio auxilio entitativè quidam naturali, sed concesso tamen per Christum: nam licet istud auxilium, ax quo ast specialiter concessum dicatur gratia specialis, & superet prout sic exigentiam hujus, vel alteriùs naturæ in particulari, non tamen egreditur per axcessum limites totius naturæ, ergo nequit adhuc prout sic constituere illum in ratione dispositionis etiam remotæ ad formam supernaturalem. Conseq. tenet ex dictis, quia dispositio ad hanc formam, sive proxima, sive remota debet superare, ut probatum est, exigentiam totius naturæ, ac proindè debet utraque esse supernaturalis, sicut in simili

dici-

dicimus in materia è regione opposita, scil. venerea, vel libidinosa, quòd quilibet actus intra limites illius, seu ad illam semel spectans, sive proximè, sive remotè disponat ad copulam, mortalis est, ut docet D.Thom. 2.2.q.154. a.4., quia similiter per se ordinatur ad illam, & ab illa finaliatur, de quo Cajet. ibidem, & M.Ferre tom.2.in 1.2.q.12.§.12.,ubi hoc ipsum ex opposito ostandit præsenti doctrina, & paritate dispositionis ad gratiam; & etiam manifestat in brutis, quæ sunt specula naturæ, in quibus videmus, quòd quando volunt habere congressum, se lusibus, tactibus, & osculis præparant, & excitant ad illam.

Sed de his ibidem ne egrediamur terminos nostræ disputationis. Et videri potest ibi D.Thom. at.2., ubi ex eisdem speculis naturæ egregiè, ac eroditè demonstrat fornicationem esse peccatum mortale, & contra naturam, quia nempè videmus in omnibus animalibus in quibus ad edocationem prolis requiritur cura maris, & fœminæ, (ut per se requiri ad illam hominia manifestè ibidem ostendit,) quòd in eis non est vagus concubitus, sed magis ad certam fœminam &c. Sed hæc obiter ad declarandam prædictam supernaturalitatem in utraque dispositione ad formam, vel gratiam.

Ultimò tandem prob. conclusio, cum laudato Recentiori ab inconvenienti. Quia si pura natura esset sufficiens ad disponendum respectu formæ supernaturalis, vel gratiæ, sequitur hominem, si crearetur in natura integra, & purè intra ordinē naturę, in illo statu posse se sufficienter disponere, aut disponeret, ad ordinem supernaturalem gratiæ, consequens est falsum, ergo & antecedens: mi. constat, quia supponimus Deum in illo ordine, vel statu non elevasse hominem ad gradum, vel ordinem supernaturalem, sed sine hac elevatione nequit esse sufficiens dispositio ad gratiam ordinis supernaturalis, ut iterum supponimus ex 1.2. q.109., & 114., ergo; ma., vel sequela prob., quia ille homo in illo statu esset sufficiens ad observandum omnia præcepta ordinis naturæ, cum non excedant vires, vel totum ordinem illius status, ac proindè non exigant vires superioris ordinis, ergo posset se sufficienter disponere, aut disponeret ad ordinem supernaturalem gratiæ habitualis. Prob. conseq. si opus ordinis naturæ semel disponit ad opus supernaturale, hoc ità fiet, quòd quale est illud, ejusdem rationis, sit istud, ad quòd disponit in ordine supernaturali, v.g. si opus naturale est temperantiæ, disponat pariter ad opus supernaturalis temperantiæ & sic de aliis, ergo si opus naturale est dilectio Dei Authoris naturæ perfecta, qualis admittenda est in tali statu, ut dictum est) erit connaturalis dispositio ad dilectionem Dei Authoris supernaturalis, sed hæc (ut modo etiam supponimus ex 1. 2. ubi supra, & 3.p. de pœnitentia,) est dispositio connaturalis ad gratiam habitualem, & justificantem, ergo de primo ad ultimum si homo crearetur in statu illo naturæ integræ sine elevatione ad finem supernaturalem, sufficienter posset se disponere, aut disponeret ad gratiam habitualem.

Ex quo ulteriùs sequitur Deum violentiam illaturum naturis rerum, si fuissent creatæ in statu illo sine elevatione ad finem supernaturalem, quia tunc non conferret illi gratiam, ad quam tamen sufficienter se disponeret. Imò etiam inferri potest, quòd si etiam crearetur homo in puris naturalibus sine eadem integritate naturæ; aut si etiam ob casum à justitia originali relinqueretur destitutus, aut desertus, vel privatus ex actione ad finem supernaturalem, inferretur pariter illi violentia, quia in his statibus posset similiter elicere, vel eliceret opera bona ordinis naturæ, quæ ad similia opera in ordine supernaturali sufficienter disponerent, & tamen Deus ad hæc non adjuvaret, nec concurreret, ut supponitur, reduplicatis, vel perseverantibus eisdem statibus; ergo tunc inferretur violentia, quod non est admittendum, ut alibi constat ex dictis in Physic.

§. III.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem ex Authoritate.

Contra hanc primam conlusionem militare possunt aliquæ Authoritates ex Sacra Scriptura præter superiores adductas q.ant. Prima est ex c.16. Proverb. ubi dicitur. *Hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ.* 2. Ex cap.1. Zachariæ, *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos;* Sed præparare cor, & converti ad Deum, est inchoare bonum actum ad salutem, vel gratiam ergo. Tertia ex illo Apoc c.3. *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* Ex quo loco D.Amb. serm.19. in psal.118. in illa verba, *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo,* probat Deum expectare, ut præveniatur, scil. per liberam dispositionem, antequam ingrediatur ad habitandum per gratiam.

Ad hoc patet ex dictis; & quidem ad tria loca Scripturæ respond. primò solum inferri ex his, quòd Deus vocans, & excitans per suam gratiam exigit à nobis nostrū liberū consensum juxta illud, *vir sanus fieri;* non tamen qui fit in nobis quasi ex nobis, sed qui sit etiam donū Dei, ut dicebamus ex illo 1.Paral.29. *Quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.* §. Sed deinde resp. ad singula; & ad primum jam dictum est ex D.Aug. lib.2. contra duas Epistolas Pelagianorum hominis esse præparare cor, sed non ex puris viribus naturæ, sed auxilio gratiæ, quo Deus tangit, & movet cor. §. Ad 2. similiter dicimus, quod nos convertimus nos ad Deum non tamen sine auxilio ejus convertentis nos ad se, juxta illud aliud Thren.5. *Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Ex quo etiam patet, quòd licet nos inchoemus bonum actum cooperando gratiæ Dei moventis nos, non tamen primò, sed secundariò supposita ejus motione.

Ad D.Ambros. resp. in duplici sensu posse intelligi, quòd gratia excitante pulsans, ut in animam ingrediatur per infusionem gratiæ habitualis justificantis expectet præveniri à nobis per liberam dispositionem. Primus est, quòd expectat, ut nos auxilio efficaci gratię cooperando liberè eliciamus actum, qui sit dispositio præveniens infusionem ejusdem gratiæ habitualis: Ethic est sensus S. D., & verissimus. Secundus est, quòd expectet Deus, ut præveniatur à nobis in elicienda dispositione ad gratiam, quasi liberum arbitrium priùs, quàm Deus incipiat, habeat producere actum, quo se disponit ad gratiam, & hic est falsus, ut probatum est, ac proinde alienus à mente D.Ambrosii.

Ad 3. Scripturæ resp. Deum non frustra pulsare, quia omnes, quorum pulsat cor habent sufficiens auxilium

xilium ad posse in actu primo operari, & ideo non frustra Deus pulsat: tum quia operari possunt; tum quia pulsare cor ejus, qui non convertitur, non est aliud, quàm conferre auxilium sufficiens ad conversionem; non tamen omnes habent auxilium efficax, quo fit ut infallibiliter aperiant, alioqni omnes aperirent; unde meritò dicitur, si quis aperuerit &c. Tum etiam ad significandum, quòd etiam illi, qui non aperiunt, habent auxilium sufficiens ad aperiendum. Tum etiam qui licet ad Deum spectet sua efficaci gratia aperire cor, non tamen sine nobis, ut dictum est, liberè nidem consentientibus.

Quòd si dicas: in casu, quo quis intra domum existens non posset aperire ostium, nisi foris pulsans illud impelleret, non rectè hic diceret illi, si aperueris intrabo; quia meritò eidem responderet, impelle tu priùs, & tunc aperiam, quia sine tuo impulsu aperire non possum. §. Resp. quòd si is, qui foris est, non posset aperire ostium suo impulsu sine libero assensu, & cooperatione existentis intus, aut quamvis posset vim inferendo, nollat tamen sine illo consentiente, evidens est, quòd meritò ut aperiret, hortaretur, & pulsaret: meritò etiam existens intus si solus aperire non posset, impulsum peteret existentis foris: ita etiam in casu, quia Deus non justificat hominem inferendo vim voluntati, sed suaviter eam movendo, ut libero assensu justificari velit, ut iterum patet ex superiori illo, *Vis sanus fieri*: ideo meritò sæpè pulsat cogitatione sancta exhortando, & excitando voluntatem, quia sine tali cogitatione ad liberum assensum trahi non potest. Meritò etiam Deum rogamus, ut aperiat, quia præter cognitionem excitantem, requiritur ut ipse suo influxu efficaci aperiat cor, quod apertè ut vidimus, colligitur ex act. Apost. cap. 16., ubi dicitur, quòd prædicante Paulo solum credidit mulier quædam nomine lydia purpuraria, cujus Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo: non tantum illius mulieris, sed etiam aliorum corda, qui simul Paulum audiebant per sufficiétia auxilia pulsasse, ut crederent, cum verò illius tantum mulieris dicatur aperuisse cor, non id præstitit per solam sufficientem gratiam excitantem, quam omnibus contulit, sed per ulteriorem efficacem influxum. Ex quo à fortiori colligimus contra adversarios, tantum ab esse, quòd possit homo incipere, aut se primò disponere per vires naturæ ad primam gratiam, vel ad actus salutares, quòd nisi Deus ulteriùs efficaciter moveat, nunquam actu ad istos perveniet, vel eliciet.

Secundò arg. ex quibusdam autoritatibus D. Tho., quarum aliquę licet jam supra insinuatæ fuerint, placet eas prosequi, (utpotè satis difficiles,) ad planiùs sanam illius mentem explicandam. Prima sumitur ex 1. sent. dist. 41. q. 1. ar. 3. in corp., & clariùs ad 2., ubi post quàm præmittit, quòd respectu ultimi effectus prædestinationis, scil. gloriæ prout in executione confertur ex justitia distributiva dicens. *Quòd prædestinatio respectu hujus effectus habet rationem justitiæ distributivæ, scil. respectu gloriæ; & ideo possumus dicere, quòd Deus, dat isti gloriam, & non illi, quia iste meretur, & non ille; & similiter vult, quòd iste habeat, & non ille quia iste dignus est, & non ille.* Deinde subdit. *Sed respectu primi effectus, scil. gratiæ habet rationem magis liberalitatis, quàm justitiæ, quia gratia datur gratis, & non redditur ex meritis, unde ex parte recipientis non est assignare causam, quare dignus sit gratia, sed solum dispositionem quandam.* Quibus ultima verba videtur manifestè sentire, quòd aliqua dispositio præcedit in natura ex viribus ejus, quia loquitur de primo effectu, qui est primum auxilium, & ante illud præcedere nequit, nisi operatio puræ naturæ, ut patet; nam gratia habitualis, ad quam præcedit alia nostra operatio tanquam dispositio, non est primus effectus, sed supponit aliud auxilium antecedens, ut explicatum est, unde non potest de hac explicari D. Thom. Tum quia, ut supra vidimus ex eodem, supernaturalis dispositio antecedens ad illam, probabiliter habet rationem meriti de congruo imperfecti, quam tamen excludit hìc D. Th. respectu effectus primi, dum de isto ait, magis, scil. adversativè ad meritum habere rationem liberalitatis, quàm justitiæ, ergo loquitur de dispositione contrapositivè ad omnem rationem meriti.

Secunda sumitur ex 2. dist. 5. q. 1. ar. 1. in corp., ubi inquirens *Utrum Angeli indiguerint gratia ad hoc, quòd converterentur in Deum*: nam postquam iterum præmittit duplicem opinionem, alteram asserentium duplicem exigi gratiam ad conversionem meritoriam, unam gratum facientem, quæ informat conversionis actum, & meritorium reddit; aliam gratis datam, à qua elicitur substantia actus, & quæ liberum arbitrium inclinat ad volendum inquit. *Sed istam gratiā ponere non videtur necessarium, u. si ipsa libertas arbitrii, gratia dicatur, quæ proculdubio à Deo est, vel aliqua occasiones . . . sine quibus tamen possibile est gratiam consequi*, Quod probat ex eo, quia si hæc esset necessaria ad substantiam actus, *non esset* (ait *in homine*, scilicet in ejus potestate) *ut faciat illud: illud enim in nobis esse dicitur, cujus nos Domini sumus: unde positio ista implicat contradictionem, dum posuit, quòd ad faciendum illud, quod in nobis est, liberum arbitrium non sufficit.*
„ Quibus præmissis sic resolvit dicens. *Et ideo aliter*
„ est dicendum, quòd ad eliciendum actum conver-
„ sionis sufficit liberum arbitrium, quod se ad ha-
„ bendam gratiam per hunc actum præparat, &
„ disponit: sed efficacia conversionis ad meritum
„ non potest esse nisi per gratiam; unde unus, &
„ idem motus est conversionis liberi arbitrii, in
„ quo gratia infunditur, qui est dispositio ad gra-
„ tiam, secundum quòd exit à libero arbitrio, &
„ meritorius, secundum quòd *gratia informatur*.
In quibus iterum manifestè videtur sentire, quòd actus à solis arbitrii viribus procedentes sunt sufficientes dispositiones ad primum auxilium gratiæ.

Tertia, & urgentior, quam supra specialiter insinuavimus, est ex eodem 2. dist. 28. q. 1. a. 4. in corp. paulò ante medium, ubi ad præsens quæsitum
„ ait. *Quidam enim* dicunt, quòd nullus homo po-
„ test se ad gratiam gratum facientem præparare
„ nisi per aliquod lumen menti infusum, quod est
„ donum gratiæ gratis datæ. Istud autem non vi-
„ detur conveniens, quia præparatio, quæ est ad
„ gratiam non est per actus, qui sunt ipsi gratiæ
„ æquandi æqualitate proportionis, sicut meritum
„ æquatur præmio: & ideò non oportet, ut actus,
„ quibus homo se ad gratiam habendam præparat
„ sint naturam humanam excedentes: sicut enim
„ natura humana se habet in potentia materiali ad
„ gratiam; ita actus virtutum naturalium se habent
„ ut dispositiones materiales ad ipsam: unde non
„ exigitur ad hoc, ut homo ad gratiam se præparet
„ aliquod aliud lumen gratiæ præcedens. Et præ-

 terea

„ terea secundum hoc esset abire in infinitum: quia „ etiam illud lumen gratiæ gratis datæ non datur „ alicui, nisi quia ad illud recipiendum sa præpa- „ ravit, aliàs omnibus daretur .... Et ideò „ aliis consentiendo dicimus, quòd ad gratiam „ gratum facientem habendam ex solo libero arbi- „ trio se homo potest præparare. Faciendo enim „ quod in se est, gratiam à Deo consequitur. Hoc „ autem solum in nobis est, quod in potestate li- „ beri arbitrii *constitutum est*. Ita D. Thom. In quibus satis apertè actibus purè naturalibus, & solo arbitrio procedentibus videtur concedere rationem dispositionis ad gratiam: nec ullam in hoc haberi repugnantiam, quia ut ait, non oportet, quòd actus, quibus homo ad gratiam se præparat sint excedentes naturam humanam: tum quia, (ut prosequitur,) procederemus in infinitum, nam ad illud lumen gratiæ, à quo procederat, deberet alia dispositio præcedere, unde nisi sistamus in actu naturali antevertendo omne auxilium supernaturale teneremur assignare aliam, & aliam dispositionem antecadentem in infinitum. Tum quia manifestè in terminis tandem concludit, quòd homo ex solo arbitrio potest se ad illam præparare.

Ad hoc resp. primò, nullo modo nisi impiè posse dubitari de catholica mente D. Thom. acerrimi fidei defensoris toties Pelagianam hæresim, ut vidimus, impugnantis; & præcipuè. Quod lib. relato art. 7., & 1. 2. qu. 109. art. 9., & qu. 112. art. 2., & 3., & ad Rom. 10. lect. 3., & alibi sæpè, ut constat ex superioribus. Fateor nihilominus adeò aliquibus ex nostris adeò visas fuisse difficiles, ut cum Cajet. eodem ar. 3. existimarint non posse aliter solvi, nisi quòd in summa aliter senserit, vel retractaverit, quod ibi docuerat. §. Cæterum hæc solutio videtur dupliciter iniuria eidam S. Doctori. Primò, (*quia* ut supra advertimus ex Mag. Po. recta 2a. q. 1. ar. 2. §. Ex isto primò nisi ipse moneat, aliquomodo offenditur ejus fœlicissima memoria, cujus testis gravissimus, (inquit idem Mag. Scriptorum D. Tho. peritissimus, ut ex ejus operibus apparet,) est catena aurea, ubi infinita ferè Sanctorum dicta ordinatim ad verbum è memoria promit; unde dicera solet. Hoc etiam mihi aliquando visum est, sed diligenter considerans apparet hoc non esse verum, quia &c. Hic est mos ipsius S. Doct. humilimè retractandi se, quem à se verbatim observatum invenies in 3. par. q. 9. ar. 4., & q. 12. ar. 2., & q. 79. ar. 4, &c. ac propterea retractationes, aut rarissimas, aut nullas, quod melius puto inquit laudatus Mag.) sibi unquam ad scribendas fore, nisi de hujusmodi ille ipse mentionem expressam fecerit, sed quòd profundiùs, clariùs, breviùs, & melius loquatur, & ex contextu, vel aliunde in sua doctrina legitimus ejus sensus investigandus, & sine ulla sui retractatione, vel contradictione explicandus est; ut statim dicemus contingere in casu, Quia ut cautè etiam advertit Illustris. Godoy §. 5. tempore D. Tho. jam erant damnatæ hujusmodi hæreses, unde nolle prædicta testimonia per legitimam interpretationem reducere ad sanum, & catholicum sensum, est veluti tacitè innuere, quòd videantur sapere doctrinam damnatam, & à se cognitam, ut damnatam, quod nephas esset de illo vel minimùm suspicari.

Juxtà ergo monitum, quod alibi tradunt idem Illustris. & sæpè laudatus Mag. Catalam, nempè quòd SS. DD., cum jam simus certi de sana eorum mente, sunt piè interpretandi; Resp. ergo ad 1. quod admisso etiam, quòd loquatur ibi de dispositionibus ad primam gratiam auxiliantem non esse istas merè naturales, sed supernaturales ab eadem gratia procedentes, nam licet illam præcedant in genere causæ materialis, subsequuntur tamen in genere efficientis, & finalis, unde possunt ab eadem effici, vel causari, illasque præcedere in hoc genere. Sumitur hæc loquendi ex eodem S. Doctor 3. par. q. 85. ar. 6. ad 2. ubi „ inquit. *Quòd in motibus successivis* recedere à „ termino est priùs tempore, quàm pervenire ad „ terminum, & prius natura, quantum est ex par- „ te subjecti, sive secundum ordinem causæ mate- „ rialis; sed secundum ordinem causæ agentis, & „ finalis, priùs est pervenire ad terminum. Hoc „ enim est, quod primò agens intendit. Et hic ordo „ præcipuè attenditur in actibus animæ, *ut dicitur* „ *in 2. Physic.* En quomodo datur hæc mutua causalitas in diverso genere causæ scil. materialis, & efficientis; ac proindè ex eo quòd actus nostri præcedant primum auxilium, non sequitur, quòd præcedant illud, ut merè naturales, & non causati ab illo, aut ut eliciti ex solis viribus naturæ, vel liberi arbitrii, sed solum quòd præcedant in genere causæ materialis: *qua* ratione, ut innuimus supra, dicuntur hujusmodi auxilia esse in nostra potestate; quia licet in genere causæ efficientis prior sit infusio auxilii operatione supernaturali voluntatis, in genere tamen causæ materialis dispositivæ est prior operatio voluntatis.

Secundò resp. D. Tho. loqui ibi de gratia habituali, ad quam certum est disponere actus non merè naturales, sed supernaturales, & elicitos medio auxilio, vel principio supernaturali, ut ex textu ipso colligi potest; nam præcipuum ejus intentum est salvare, quòd collatio ejus, vel infusio magis habeat rationem liberalitatis, quàm justitiæ, ut patet ex terminis illius; hoc autem optimè subsistit, esto præcedat dispositio supernaturalis ad illam, quia hæc non est causa meritoria, quam intendit excludere tanquam oppositam rationi doni gratuiti. Et licet probabiliter dicatur habere rationem meriti de congruo, istud tamen non inducit debitum ex justitia, ut explicatum est; & præcipuè cum sit meritum de congruo imperfectum, & antevertens statum amicitiæ, unde non egreditur in rigore limites dispositionis. Nec refert, quòd loquatur de dispositione respectu primi effectus, qui est prima vocatio, vel auxilium primum; nam licet istud sit primò primus, seu simpliciter primus in hoc ordine, non tamen à toto genere affectuum in illo, nam inter principales, primus est gratia habitualis, cum sit proxima radix totius meriti, sive à qua cœteri in hoc ordine dependent. §. Quod si instes ideò D. Tho. assignare causam dispositivam ex parte primi effectus ut hinc salvaret, rationalem esse prædestinationem, ut patet ex ultimis verbis, quibus concludit corp. ar. unde patet, inquit, *quòd prædestinatio causam non habet, rationem ex parte effectus, secundum quam rationalis, & justa dicitur*: Sed est justa, & rationalis respectu etiam primi effectus simpliciter, & non solum principalium, ut sunt gratia, & gloria, ergo etiam respectu primi simpliciter tenemur assignare dispositionem, ergo cum non sit alia assignabilis respectu illius, nisi actus naturalis, cum solus iste præcedere possit ante primum effectum simpliciter, actus naturalis erit dispositio ad primum auxilium,

Resp.

Resp. ex eodem D. Thom. ad Ephes. c., quòd respectu primi effectus simpliciter dicitur rationalis, desumpta causa ex parte voluntatis Divinæ, non ex parte nostra, vel effectus, nam lect. 4. explicans illud Apost., scil. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, inquit, *non dicit secundum voluntatem* (ne credas, quod sit irrationabilis), *Sed secundum consilium voluntatis suæ, idest secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione*. Et sermo est ibi de hoc mysterio. Quod clariùs exponens lect. 1. §. *Causa autem prædestinationis*. Inquit. *Cum veniatur ad primum effectum* (scil. prædestinationis) *non potest ultrà assignari aliqua ratio illius effectus, nisi voluntas divina. Puta Deus vult hominem habere manum, ut serviat rationi, & hominem habere rationem, quia voluit eum esse hominem; & hominem esse voluit propter perfectionem universi: Et quia hic est primus effectus in creatura, non potest assignari aliqua ratio ejus ex parte creaturæ, sed ex parte creatoris, quæ est divina voluntas: ergo secundum hunc modum nec prædestinationis potest ex parte creaturæ ratio aliqua assignari, sed solam ex parte Dei*. Cum verò Divina voluntas semper operetur secundum infinitam Dei sapientiam non indiget aliquo exteriori superaddito, ut prout sic sit rationabilis, sed ipsa est indefectibile consilium sibi.

Ad 2., & 3. testimonium, si rectè considerentur, & adinvicem conferantur, ut revera conferenda sunt (cum eadem sit opinio, quam utroque loco refert, & impugnat, respond. non posse inferri ex illis quòd velit D. Thom. excludere necessitatem totius gratiæ ad eliciendum actum, qui sit dispositio ad primum effectum simpliciter prædestinationis, ità ut per actus purè naturales possit se disponere ad illum, sed tantum necessitatem gratiæ habitualis, nam de hac erat difficultas apud Authores, quos impugnat; an esset necessaria, ut homo se præpararet ad gratiam recipiendam. Et hoc negat D. Thom., & rationem adducit, nempe quia aliàs procederetur in infinitum: Patet autem ex doctrina ejusdem S. Doctoris 1. 2. q. 109. ar. 3. hanc rationem non militare de gratia gratis data, sumpta pro dono, aut qualitate fluida, sive auxilio transeunte; sed pro habituali, nam prior gratia non indiget alia dispositione, sed tantum posterior. Sicut enim in naturalibus formæ, quæ sunt via, & dispositiones ad aliam formam, ut in superioribus dicebamus; primò, & immediatè insunt subjecto sine præviis aliis dispositionibus, ità in supernaturalibus accidentia, quæ ut dispositiones ordinantur ad aliam formam supernaturalem, non exigunt prævium aliquã dispositionem in subjecto, sed immediatè in potentia ejus obedientiali recipiuntur. §. Hujus etiam assignat rationem D. Th. ibidem ar. 6. ad 3. quia scil. forma, quæ est dispositio, & elevatio tenet se ex parte agentis ut id, quo mediante movet, & elevat subjectum ad formam, quam ut terminum ultimum intendit introducere, ad motionem autem, qua agens movet passum non prærequiritur alia motio, & ideò debitus rerum ordo postulat, ut detur aliqua prima dispositio, quæ non supponat aliam, sicut in mediis ordinatis ad finem debet supponi aliquod primum non supponens „ aliud. Verba D. Thom. sunt. *Ad 3. dicendum*, „ quòd illa objectio procedit de gratia *habituali*) „ (scil. quòd procederetur in infinitum, si homo in„ digeret gratia ad hoc quòd se præpararet ad gra„ tiam) *ad quam requiritur* aliqua præparatio; „ quia omnis forma requirit susceptibile dispos„ tum, Sed hoc quòd homo moveatur à Deo, non „ præexigit aliquam aliam motionem, cum Deus „ sit primum movens: Unde non opportet ab ire *in infinitum*, Eo quomodo ex ratione illa de processu in infinitum, quam adducit in secundo relato, manifestè constet non loqui in illis locis de gratia, vel auxilio fluido, quando ait non esse necessariam, sed de habituali, de qua tantum militat eadem ratio, ut dicit in proxima solutione ad 3.

Sed instas. Quia D. Thom. ad probandum, quòd homo ut se præparet ad gratiam, non indigeat gratia gratis data non solum recurrit ad hoc, quòd aliàs procederetur in infinitum, sed priùs, & præcipuè, aut veluti à priori, quòd dispositio non non sit adæquanda formæ, non est necessarium, quòd actus disponentes ad gratiam sint excedentes naturam, ut patet ex litera tertii testimonii, sed hæc ratio apertè militat de utraque, cum ad actus non excedentes facultatem naturæ neutra gratia sit necessaria, ut suppono apud omnes, ergo in sufficiens est prædicta solutio ad mentem D. Thom.

Secundò. Quia expressè etiam docet, quòd sicut natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam, ità actus virtutum acquisitarum se habent ut dispositiones ad ipsam, sed natura humana, ut se habeat in potentia materiali ad gratiam, neutro dono gratiæ indiget, ergo ut actus virtutum acquisitarum se habeant ut dispositiones ad illam neutro indigebunt.

Tertiò. Quia ut iterum probat in 2. testimonio: ex eo non requiritur gratia, quia aliàs non esset in potestate arbitrii facere, ut patet ex verbis adductis, sed hæc etiam ratio militat contra necessitatem utriusque, cum ad neutrum valeat liberum arbitriũ per se, ergo utramque excludit.

Quartò Denique quia expressè concludit in tertio testimonio ex omnibus præcedentibus in corp., quòd homo ex solo libero arbitrio potest se ad gratiam præparare, & rationem subdit, quia faciendo, quod in se est, à Deo gratiam consequetur, ergo videtur admittere in eisdẽ actibus purè naturalibus, seu virtutũ acquisitarum rationem dispositionis ad gratiam.

Ad primam, quæ ad sonum literæ videtur difficilior resp., quòd dum ait, actus, qui sunt dispositiones ad gratiam non oportere, quòd excedant naturam humanam, ex eo quòd non sunt æquandi ipsi gratiæ æqualitate proportionis, non est intelligendus per exclusionem cujuscunque æqualitatis, itaut nec proportionari debeant per æqualitatẽ in ordinis, nam cum sermo sit de dispositione ad gratiam gratum facientem, sive ad donum gratiæ habitualis tanquam terminum ultimum justificationis, non nisi impiè posset de illo suspicari, quòd velit per actus purè naturales, vel in nullo excedentes etiam quoad ordinẽ, naturam humanam, posse hominem se ad illam præparare, vel disponere, nisi iterum velimus docuisse manifestum hæresim post cognitionem damnationis ejus, eò vel maximè, quòd tanquam supponare de tanto Viro, illa adhuc ætate valdè docto non ignorasse tritum illud, ac fundatissimum principium, vel à se ipso assumptum, (ut vidimus, supra qu. 12. art. 5., & alibi in 4. dist 49. art. 6., & de veritate quæst. 8. art. 4., & 3. Cont. Gent. cap. 53. Nempe quòd ut recipiat formam sublimioris ordinis, quæ est supra ejus naturam, debet per aliquam dispositionem elevari, & fieri susceptivum illius; quod quidem loquendo, (ut ibidem explicatum est;) de receptione

Dddd 2   for-

formæ in subjecto, modo sibi connaturali juxta suavem providentiam, qua operatur id, quod est magis congruum naturis rarum, & de forma, quæ est supra naturam subjecti tanquam terminus ultimus in suo genere, ut contingit in casu, certissimum est, ut vidimus ibidem. §. Sanè argo, & ex eodem ibi interpretandus est de æqualitate proportionis in genere meriti, ut patet ex verbis illis immediatè sequentibus, *sicut meritum æquatur præmio*. Quod verissimum est, nam licet dispositiones illæ sint actus supernaturales, quia tamen sunt eliciti vel per auxilium fluidum, ut dictum est, vel media eadem gratia habituali sub munere tantum auxiliantis, non formæ perfectæ, seù dantis statum amicitiæ, adhuc nequeunt prout sic æquare aandem gratiam tanquam præmium in ratione meriti, estò illis concedatur aliqua ratio meriti da congruo imperfecti, ut dictum est, cum ipsa sit summæ dignitatis, utpotè radix totius meriti, & formalis participatio naturæ Divinæ sub munere naturæ, val gradus ejus excellentissimi, ut proximè insinuavimus.

Ex his etiam colligitur legitimus sensus illorum verborum. *Et ideò non oportet, quòd actus, quibus homo se præparat ad gratiam habendam sint naturam humanam excedentes*; non enim explicari potest, quasi non debeant excedere ordinem, & consequenter vires illins, ut ostensum est, sed cum gratia habitualis in ordine supernaturali se habeat per modum naturæ, ante illam nondum intelligitur natura aliqua constituta in eodem ordine supra naturam humanam, & ideò illi actus ut antevertunt gratiam habitualem, estò supernaturales sint, non intelliguntur pertinere ad naturam superiorem humana, unde idem est ac dicere, quòd non excedunt illam excessu naturæ, quia adhuc non sunt in natura aliqua superiori, sed magis prout sic dici aliquomodo pertinere ad naturam humanam, alevatam tamen per auxilium superiùs; excedunt autem excessu ordinis: unde consultò, ac profundè ait prout de more, quòd non sint excedentes naturam, non verò quòd non sint excedentes vires, aut facultates ejus, nam ut dicsutur excedere istas, satis est, quòd pertineant ad ordinem supernaturalem, ut latè, & ex eodem ostensum est; ut autem dicerentur prout sic, sive in prioritate ad gratiam habitualem excedere excessu naturæ, ulteriùs requirebatur, quòd essent pertinentes ad naturam aliquam superiorem, quæ tamen in eadam prioritate dicitur esse de subjecto non supponante, nam per donum gratiæ habitualis fit homo consors, & particeps naturæ superioris, scil. Divinæ.

Ad secundam, quæ sumitur ex verbis sequentibus, & potest esse replica, nempè quò *sicut natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam, ita actus virtutum naturalium se habent ut dispositiones ad illam*. Resp. paritatem non posse tenere quoad omnia etiam de mente illius juxta superius relatum principium, quo sæpè ut dictum ast, ipse utitur, & ab eodem tunc etiam cognitum, quòd ad formam nempè sublimioris ordinis, de lege saltem ordinaria, & juxta suavem Dei providentiam requiritur dispositio alevans, ac proindè ejusdam ordinis cum illa. Tum quia ut etiam dicebamus, longè distat influxus causæ purè materialis, vel per modum subjecti purè receptivi ab influxu dispositivo, unde explicari nequit, quòd velit utrumque confundere, & ab utroque excludere utramque gratiam, quod ut dictum ast, sine gravissima ejus injuria dici nequit. Paritas ergo ad ejus præcipuum intentum, quod est excludere necessitatem gratiæ habitualis, ut vidimus; ad hoc tendit, quòd sicut natura humana est in potentia materiali, sive exercat suam causalitatem in hoc genere, scil. causæ materialis sina aliquo dono habituali gratiæ, ita prædicti actus virtutum naturalium possunt exercere suam dispositivam sine eodem dono, ut contendebant Authores, quos ibi impugnat, non tamen quòd sicut natura prout sic, neutro dono indiget, ita pariter actus ut sint dispositiones ad aandem gratiam neutro indigeant etiam fluido, & elavante; (nam præterquamquòd videretur canere extra chorum, seù divertere quæstionem, quæ sola erat da dono habituali) patet enim ex dictis esse latum discrimen inter utrumque influxum. §. Sumitur solutio ex verbis, quæ immediatè subdit per modum conclusionis, nempè. *Unde non exigitur ad hoc, ut homo ad gratiam habendam se præparet, aliquod aliud lumen gratiæ præcedens*. En quomodo eisdem actibus negat solam necessitatem luminis præcedentis, scil. habitualis; nam de hoc tantum erat quæstio: & patet ex causali, quam immediatè subdit ex inconveniente, scil. sequelæ in infinitum, quod de sola habituali militat, ut ostensum ast.

Secundò huic instantiæ resp. etiam potarat cum Illustriss Godoy, paritatem tenere quoad hoc, quòd salva conditione utriusque, sicut natura humana est in potentia receptiva ad gratiam, ita actus virtutum naturalium, seù acquisitarum sunt in potentia dispositiva, remota tamen, non quasi hæc sit reducibilis ad actum sina aliquo supernaturali auxilio elevante ad illos, sicut natura actu recipit sina illo, (nam quoad hoc est discrimen, ut dictum est,) sad quia possunt imperari per gratiam, & recipiendo perfectionem induere rationem dispositionis remotæ ad gratiam habitualem. Quamvis autem in ratione dispositionis contrapositivè ad causam purè materialam indigeant elevari per formam supernaturalem, non indigent tamen ista, ut constituantur in ratione causæ receptivæ sui, (hæc enim ut dictum est, supponitur jam constituta sive in natora, sive in actibus, aliàs procederetur in infinitum,) sed quia ad influendum positivè, sive proximè, sive remotè per modum dispositionis ad gratiam est necessaria alevatio per aliquid ejusdem ordinis, ut probatum est: unde vis paritatis consistit in hoc, quod conveniunt in ratione causæ receptivæ, quia nempè prout sic ita sunt in potentia materiali tam natura, quàm actus, ut non indigeant aliquo supernaturali alevante, scil. ad recipiendum; sad quia deindè natura in ratione subjecti sistit in hoc, quod est recipere, ad quod non requiritur elevatio; actus verò in ratione dispositionis tendunt ulteriùs ad agendum, vel activè influendum modo explicato, ad quod est necessaria eadem elevatio, ut ostensum est, ideò sub munere dispositionis concurrere nequeunt sina supernaturali auxilio, liaet dicatur istud causari tam à natura, quàm ab actibus in genera causæ purè materialis.

Ad tertiam pariter ex his resp., quòd respiciendo ad idem præcipuum intentum D. Thom., quod est rejicere necessitatam gratiæ habitualis ad se præparandum ad gratiam; non verò quodcunqua aliud auxilium supernaturale, non loquitur ibi de libero arbitrio nudè sumpto, sed ut elevato, vel constituto in ordine supernaturali per auxilium istius ordinis, & licet non habeat vires ad istud, habet tamen per istud, ut valeat actum supernaturalem elicere; si vero

rò esset necessaria gratia gratis datæ habitualis, ut volebant contrarii, tunc carens illa non haberet in sue potestate actum, cum in se talem habitualem gratiam causare non possit, & ideò rectè dicit D. Tho., quòd tunc non esset in ejus potestate facere.

Ad quartam præter superiora; eodem modo dicimus non loqui de solo arbitrio per exclusionem cujuscunque doni supernaturalis, sed tantum habitualis; quod etiam patet ex ratione, ex qua immediatè deducit eandem consequentiam, scil. ex præfato inconveniente de processu in infinitum, quod ut sæpè dictum est, solum militet de gratia habituali.

Quòd si hinc inferas sequi ex his, hominem dum peccat, vel transgreditur præceptum, necessariò peccare, vel transgredi illud, quia nempè sicut non habet potestatem in se causare gratiam habitualem, ita nec habet in se causare fluidam, nec aliud quodcunque donum supernaturale auxilians, vel fluidum, ergo si quia non habet primum, juxta solutionem non est in eius potestata facere, nec erit istud in ejus potestate non habito secundo, quod est necessariò peccare, vel transgredi, oblato scil. posse, quod tamen est alienum, vel hæreticum. §. Ad hoc nego in primis sequelam ex dictis, quia licet neutra gratia sit in ejus potestate tanquam in causa productiva, cum etiam gratia auxilians prioritate naturæ antecedat operationem liberi arbitrii, & efficienter concurrat ad illam simul cum ipso, unde prior sit in hoc genere, scil. causæ efficientis, ut vidimus, collatio auxilii operatione supernaturali voluntatis, utpotè efficienter procedente ab illo, nihilominùs adhuc maritò dicitur illi imputari ad culpam, peccare, vel non observare præceptum, quia ut vidimus, & docet D. Thom. 3. Cont. Gent. cap. 159., quamvis homo per actum liberi arbitrii nec possit auxilium promereri, nec acquirere, potest tamen se ipsum impedire, ne illud recipiat, quod probat, ut dictum est, ex illo Job 21. *Recede à nobis &c.* & cap. 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini*, & ideò cum hoc sit in potestate liberi arbitrii, scil. impedire Divinæ gratiæ receptionem, meritò illi imputatur ad culpam talis transgressio; sicut ex opposito ad laudem ejus tribuitur, quòd habito eodem cooperetur illi, etiamsi nec promereatur, nec efficiat illud, ut vidimus ex eodem. Nec propterea necessariò peccat, quia sine illo non habet posse ad observantiam præceptorum supernaturalium, nam ut sæpè dictum est, imminente obligatione illorum, Deus confert sufficiens, quo habetur posse, & liberum arbitrium habet ex se posse ad respuendum efficax, & sæpè liberè respuit illud se impediendo à receptione illius, & consequenter ab impletione illorum. Cœterum ad rem nostram iterum dicimus, quòd si ad se disponendum esset necessaria gratia habitualis, itaut non sufficiat auxilians, jam ante illam, non intelligeretur in liberi arbitrii potestate esse actus dispositivus ad illam, sicut intelligitur esse in opposita opinione, quam amplectitur ibi D. Thom., quia elevatur ante illam per aliud donum fluidum, vel per gratias auxiliantes intrinsecè receptas, ratione quarum dicitur habere posse ad eandem actum.

§. IV.

Solvuntur Argumenta.

Tertiò arg. argumento jam insinuato. Prima gratia auxilians indiget ad sui receptionem aliqua dispositione, et non supernaturali, ergo sola naturalis sufficit ad illam, ac proindè actus naturalis dispositivè concurrit ad primum effectum prædestinationis: utraque conf. tenet, mi. etiam constat, quia ante primam gratiam non est alia assignabilis, nisi procedens ex viribus naturæ: Tum quia si esset necessaria alia supernaturalis antecedens, deberet ante illam assignari alia, & sic in infinitum; si verò consequens, cum hæc efficienter esset à prima gratia, tenetur supponere illam jam existentem juxta meritum, vel exigentiam causæ efficientis. Ma. verò prob. Tum ex relato principio, & sæpè assumpto, ubi supra à D. Th. quòd omne quod elevatur ad aliquid excedens, oportet, quòd præparatur aliqua dispositione; sed prima gratia auxilians excedit naturam subjecti, cum sit ordinis supernaturalis, ergo indiget aliqua dispositione. Tum quia ex eo indiget gratia habitualis, quia est forma supernaturalis, ergo eadem ratione indigebit gratia auxilians.

Urg. hoc. Quia magis indiget dispositione ex parte subjecti forma supernaturalis realiter informans illud, eique inhærens, quàm forma supernaturalis non inhærens illi, nec realiter informans, sed tantum unitur ut objectivè determinans, ut constat ex terminis, sed hæc posterior petit dispositionem ex parte illius, nam eodem principio probat ibi D.Th. esse necessarium lumen gloriæ per modum dispositionis ex parte intellectus ad unionem Divinæ essentiæ cum illo, quia ait forma sublimioris ordinis, quàm tamen certum est non uniri illi per informationem, vel inhærentiam, ergo à fortiori petit, vel indiget dispositione prima gratia auxilians; conf. tenet, quia hæc realiter informat subjectum, vel inhæret illi.

Ad hoc ex dictis nego ma. Ad primam probat. ex D. Thom., dicimus primò non concludi ex illa dispositionem naturalem, sed supernaturalem, quia nempè per illam debet aptari, vel proportionari subjectum, si semel forma, ad quam requiritur dispositio, est sublimioris, vel supernaturalis ordinis, unde optimè probat D. Thom. ibidem, ut vidimus, formam supernaturalem, quæ est species intelligibilis, repugnare ut talem recipi, vel uniri intellectui, nisi aliqua supernaturali elevatione fiat potens intelligere cum tali specie: neque hinc sequitur processus in infinitum, quia illa dispositio, aut elevatio subjecti, vel potentiæ non prærequirit aliam elevationem, aut dispositionem, quia sicut actionis non est actio, ita neque dispositionis est dispositio, neque elevationis elevatio. §. Sed deindè resp. principium illud, seu propositionem D. Thom. esse universaliter veram, si ut ibidem, & proximè dictum est, intelligatur cum hac duplici conditione, nempè de receptione formæ modo sibi connaturali juxta suavam Dei providentiam operantia id, quod magis congruit naturis rerum, ut revera eam intelligit D. Thom.; nam intendit probare ibi lumen gloriæ, quod est habitus, esse necessariũ ad videndum Deum, hoc autem lumen habituale, seu per modum habitus, esse necessarium ad visionem illius de potentia absolutà incertum est, & ut ibidem ostendimus cum M. Gatalam,

Jam, oppositum est probabilius, scil. sufficere lumen per modum auxilii, aut qualitatis fluidæ, ergo Div. Thom. loquitur tantum de potantia ordinaria juxta suavem providentiam, nam absolutè, ut dictum est, posset etiam gratiam, & alias supernaturales infundere sine aliqua prævia dispositione.

Secunda conditio est, quòd intelligatur de forma, quæ est suprà naturam subjecti tanquam terminus ultimus in suo genere, non autem de ea, quæ non advenit illi ut terminus ultimus saltem aliquo modo, sed ut via ad aliam ut ad terminum, aut ut dispositio ad aliam formam, ut rectè advertunt Cajet. supra q. 12. relata ad eundem ar. 5. §. ad primum horum: & Ferrara 3. Cont. Gent. cap. 5. §. circa assumptum: & sumitur, ut vidimus ax eodem D.Th. 1. 2. q. 109. ar. 6. ad 3. Ex quo cessat inconveniens prædictum de processu in infinitum loquendo, ut in casu, de prima auxiliante, quæ se habet ut via contrapositivè ad habitualem, quæ est terminus ultimus, ob rationem datam §. ant. Et per hæc patet, ad 2. probat: nego enim causalem, quòd præcisè gratia habitualis indigeat, quia est forma supernaturalis, sed quia est terminus ultimus.

Dixi, (ut ibidem etiam ostendimus,) quòd sit aliquo modo, seù in aliquo genere terminus ultimus, quia ut forma prærequirat dispositionem, non est necessarium, quòd sit terminus ultimus simpliciter, nam eadem forma supernaturalis v. g. habitus gratiæ, & virtutum infusarum, quæ eam comitantur, ut proprietates, in genere formarum, quæ pertinent ad constitutionem quasi ejusdem naturę in ordine supernaturali, habent rationem ultimi termini: & in hoc etiam genere operationes supernaturales, licet non sint terminus ultimus, scil. simpliciter, sed potiùs in adultis præcedant ut dispositiones ad infusionem gratiæ, & virtutum, temen in genere actus secundi habent rationem ultimi termini, & ideò præexigunt in potentiis aliquam supernaturalem formam, qua eleventur ad eas producendas.

Ex his etiam patet ad confirm. Unde dist. ma., magis indiget, si sit forma per modum termini ultimi, & recipiatur in subjecto modo connaturali, & juxta suavem Dei providentiam transeat, vel conc., si non sit ullo modo terminus ultimus, sed tantum sit via ad aliam formam, ut est primum auxilium, vel prima gratia auxilians, nego; Divina verò essentia sic unita intellectui est terminus ultimus, & ut prærequiratur lumen ad ejus unionem cum illo, estò illum realiter non informet, satis est quòd constituat aptum ad hoc ut possit eadem in rationa speciei intelligibilis ei uniri, & quòd comparetur ad intellectum, ut actuatum lumine, tanquam formale, & determinans ad materiale, & determinatum, ut diximus ibidem, quia sine illo non esset subjectum proportionatum respectu formæ, quæ est terminus ultimus, respectu cujus, ut dictum est, requiritur dispositio antecedens ex parte subjecti saltem de lege ordinaria. Hæc autem ratio militat de utraque forma, sive realiter informante, sive non, dummodò aliàs uniatur ut forma, sive in esse rei, sive in esse intelligibili in ordine ad aliquam operationem eliciendam, ut contingit in eadem divina, & non præcisè ut terminus, vel complementum substantiale naturæ in ordine ad esse, ut unitur subsistentia Divini Verbi humanitati ejus, & ideò non indiget prævia dispositione ad sui unionem cum illa, estò sit superioris ordinis respectu illius, de quo Cajet. ibi q. 2. ar. 10. Cabrera disp. 2. solut. ad 1. Et sumitur ex eodem D. Tho. supra ar. 5. relato, ubi non ex hoc solum, quòd essentia Divina sit sublimioris ordinis infert esse necessariam dispositionem præviam ad illius unionem cum intellectu, sed ex hoc, quòd cum sit sublimioris ordinis unitur ei ut forma in esse intelligibili ad producendam cum illo supernaturalem operationem.

Quartò arg. In natura est potentia activa remota respectu actuum supernaturalium, ergo erit etiam potentia remota dispositiva respectu formæ, vel effectus supernaturalis, ac proindè saltem remotè disponet ad primum auxilium, vel effectum supernaturalem prædestinationis. Hæc posterior cons. tenet ex priori, nam ut remotè disponat satis est vis dispositiva remota, sicut ad disponendum proximè vis dispositiva proxima, ergo sicut proximè disponeret, si haberet proximam, poterit disponere remotè, si habet remotam. Prima etiam constat. Quia si semel repugnaret supernaturalitati entis vis dispositiva remota, pariter repugnaret vis activa prædictorum actuum, cum hæc pariter sit de linea naturæ, ergo si semel hæc admittitur in natura respectu illorum, poterit etiam admitti vis dispositiva remota respectu alicujus effectus supernaturalis. Ant. autem constat ex dictis suprà de visione, nam aliàs intellectus non esset elevabilis ad illam, nec ad alios actus supernaturales, si non haberet potentiam remotam activam, seu vim radicalem ad illos tanquam ad aliquid intrà suam lineam contentum, sed essent adæquatè extrà illam, sic enim magis se haberet ut subjectum sustentans lumen respectu visionis, quàm potentia elicitiva illius, (& idem est de aliis supernaturalibus actibus,) sicut se haber aqua respectu calefactionis, respectu cujus magis est subjectum sustentans calorem, quàm productiva illius, ergo est in natura potentia activa remota respectu illorum actuum.

Urg. hoc. Nam de facto anima nostra activè remotè, sine aliquo superaddito ex parte sui concurrit ad actus supernaturales informes fidei, & spei, ut patet in fideli peccatore carente gratia, quæ sola immediatè recipitur in essentia animæ, unde nullum est, aliud assignabile principium supernaturale ex parte illius, per quod radicaliter, vel remotè concurrat ad eosdem actus in absentia gratiæ, ergo est necessariò admittenda in natura vis activa remota ad actus supernaturales.

Urg. secundò in eodem fideli, sive peccatore, sive non, nam species quibus utitur ad assentiendum revelatis per fidem non sunt infusę, vel supernaturales, sed naturales, & tamen concurrunt ut dispositiones ad illam, seu ad illius assensum, ergo vis naturalis potest concurrere tanquam dispositio ad aliquod supernaturale: mi. constat, quia meliùs est homo dispositus habens species credendorum, quàm non habens. Ex quo etiam constat de ma. quia unus eas acquirit, & non alter, ac proindè ille habet, & non iste.

Ex his etiam fit argumentum contra præcipuum fundamentum conclusionis, seu discrimen assignatum inter causam purè materialem, seu per modum subjecti, & causam dispositivam, ex quo deducitur idem fundamentum ortum ex excessu supernaturalitatis primi effectus prædestinationis, seu primę gratiæ auxiliantis superantis omnem vim, vel exigentiam naturæ. Nam non est necessarium, quòd dispositio ad aliquam formam excedentem exigat illam, & consequenter sit ejusdem ordinis cum illa, ergo potest admitti in natura respectu illius, conseq.

tenet

tenet, quia hac ratione negatur, quia deberet exigere, & esse ejusdem ordinis. Antac, verò constat in eadem specie naturali defectiente fidei, tanquam conditione ad illius assensum.

Ad hoc patet ex dictis ibidem argumentum æquivocare inter potentiam remotam dispositivam, & dispositionem remotam, nam primum non importat aliquid excedens naturam, sicut posterius, sed tantum dicit elevabilitatem illius ad aliquid, ad quod non repugnat, immò in hac rarum providentia, secundum quam creatura intellectualis ordinata est ad finem supernaturalem vitæ æternæ, nata est elevari per vires gratiæ prout infra explicatur in materia de gratia, unde sicut datur in natura potentia activa remota ad actus supernaturales, ità etiam datur potentia dispositiva remota ad dispositionem ad formam supernaturalem, cœterum sicut prior potentia non est ad hoc, ut eadem creatura per sua naturalia eliciat illos actus ob adæquatum excessum supra puras vires naturæ, ita nec dari potest posterior, ut per eadem sui naturalia disponat ad illam ob adæquatum pariter excessum formæ suprà viras illius, ut probatum est. Unde poterat argumentum retorqueri. Sed videantur, quæ ibi dicta sunt de potentia illa remota, seu vi radicali intellectus, quæ nihil aliud est, ut vidimus, quàm coaptatio quædam essentialis per modum habitudinis potentiæ ad suum objectum, vel ad omne id, quod continetur intra illud, quod si est proportionatum, per vires proprias elicit intellectionem illius; si verò improportionatum, quia nempè intra lineam objectivam, vel specificativam potest contineri aliquid excedans; tunc indiget elevari per vires superiores ad illud percipiendum, unde iterum retorquendum est, cum omnis dispositio, sive proxima, sive remota respectu formæ suparnaturalis sit perpetuò excedans vires naturę, juxta meritum formæ, cujus est dispositio, ut ostensum est, & ideò nunquam possit natura sine elevatione disponere, sive proximè, sive remotè ad aliquid supernaturale, sicut nequa intellectus sine illa objectum supernaturale, ut supernaturale est, intelligere, quidquid sit prout confunditur à communi rationa entis, ut ibidem explicatum est.

Ex quibus in forma nego posteriorem conseq. Ad ejus prob. patet ex proximè dictis, nam potentia activa remota non influit ratione sui, sed media elevatione per vires superiores, dispositio autem remota per vires sui exercet causalitatem in formam, & ideò est impossibilis in pura natura, nisi elevetur per proximas dispositiones ad illam exercendam, unde istæ non requiruntur ad elevandas dispositiones remotas in natura, (nam sunt in illa de subjecto non supponente,) sed potentiam remotam illius, sive ut forma supernaturalis causetur, & educatur ex potentia subjecti.

Ad primam confirm. fateor difficile esse, ut ibidem de visione dictum est, assignare respectu prædictorum actuum supernaturalium imperfectorum aliquid supernaturale ex parte animæ, seu principii radicalis, nam quod aliqui dicunt derivari aliquid reale per quandam diffusionem ab habitu fidei, & spei immediatè in illa receptum, quod eam constituat radicale illorum principium, videtur omninò à ratione alienum, quia contra rationem radicalis principii operationis vitalis est, quòd oriatur à proximo. Prætarquàmquòd si à fide derivaretur, esset eadem imperfectius, unde minùs posset esse radicale principium vitalis operationis, quàm fides. Constituere autem in peccatore novam aliam qualitatem perfectiorem fide, & spe immediatè inhærentem animæ, novum est, ut vidimus, & contra communem consensum Theologorum, nec explicari potest, quæ esset ejus essentialis ratio, qua à gratia distingueretur. Deberet enim esse participatio supernaturalis Divinæ naturæ per modum naturæ, alioquin non tribueret vitam supernaturalem radicaliter per modum naturę, quam oporteret tribuere, ut esset radicale principium supernaturalis vitæ.

Aliter ergo cum sæpè laudato M. Catalam itarum dicimus pro eisdem actibus informibus nullum esse constituendum supernaturale principium prætar illud, quod recipitur in potentiis, ut virtus, & ratio agendi, quia hoc sufficit, ut supernaturales sint, cum procedant à principio supernaturali, sive à potentiis supernaturalisatis. Tum quia substantia animæ, ut vidimus, nullum alium influxum habet in actus vitales præter eum, quem præstat mediis potentiis, cum nulla substantia creata sit immediatè activa, vel operativa, sed tantū mediis qualitatibus agat, ut alibi ostensum est. Et ideò sicut influxus procedens ab anima, media potentia, & virtute naturali, naturalis est, ità pro adens media potentia, ut elevata per supernaturalem virtutem, vel rationem agendi supernaturalis erit; immò repugnat, quòd supernaturalis non sit, quia ut dictum est supra, est indivisibilis influxus amanans à potentia, ut elevata.

Tum etiam quia licet habitus supernaturalis, ut subjecto *qua* inhæreat immediatè potentiis, tamen ut subjecto *quod* inhæret animæ, & eam verè, & realiter informat elevans ad ordinem supernaturalem. Ut ergo substantia animæ verè sit principium radicale supernaturalis operationis, satis est, quòd sit radicale principium potentiæ, quæ elevatur ad eam producendam, & quòd talis potentia, ut à subjecto *quod*, & principio radicali pendeat essentialiter in agendo ab anima. Adde quòd si operatio vitalis supernaturalis postularet ex natura rei principium radicale vitæ supernaturale non exigeret accidens, sed substantiam supernaturalem.

Ad secundam patet etiam ex dictis proximè, & ibidem de visione. Unde dicimus primò, quòd species non concurrunt ad assensum formalem fidei, ut naturales, sed ut elevatæ, immò neque ut conditiones præcisè, sed magis ut comprincipia ad causandum simul cum intellectu eundem assensum, vel actum supernaturalem.

Sed deindè etiam respond. distinguenda esse duo, ut vidimus, in cognitione mysteriorum fidei, alterum scil. materiale, & concomitans actum fidei, nempè aprehensionem, & explicationem rerum fidei; alterum, formale, nempè assensum propositionis fidei, quamvis autem primum fiat per species, & naturales discursus, & ideò etiam à perfectiori intellectu perfectiùs fiat, itaut sapiens Phylosophus, ut dictū est, perfectiùs aprehendat, & explicet mysteria fidei; assensus verò ejusdem propositionis fidei, qui à solo lumine fidei provenit, nequit esse per species purè naturales, sed vel ut supra, elevatas, aut per supernaturales, & infusas, cum sit actus adæquatè supernaturalis, ut ostensum est, & ideò nullum ejus principium, vel comprincipium potest ad illum concurrere, sive elicitivè, sive dispositivè per vires de pura linea naturæ. Ex quo etiam contingere potest, ut alibi explicatur, quòd idem rusticus ferventiorem eli-

eliciat actum fidei pro formali, quàm insignis Theologus prout intensiori lumine, vel auxilio supernaturali majori excitatur, & adjuvatur. Unda in forma nego mi. loquendo de assensu pro formali. §. Ex his etiam parat ad argumentum factum, nego enim ant., & ad illius prob. nego suppositum, quòd species naturalis, ut talis concurrat ad assensum fidei pro formali, sive ut comprincipium, sive ut conditio.

Ultimò tandem arg. sumpto fundamanto ex paritate Impetrationis. Nam in operibus naturæ admittitur vis impetrativa donorum supernaturalium, ergo potest etiam admitti in illis vis dispositiva respectu illorum; cons. vidatur tenera nam ideò negatur ratio dispositionis in illis, quia dispositio ad primam gratiam conducit ad vitam æternam, & sic dispositivè operantem discernit à non operante in ordine ad illam, sed hoc ipsum etiam præstat impetratio donorum supernaturaliumintra suam lineam, non enim minùs intra illam conducunt, & discernunt dona supernaturalia in ordine ad gloriam, quã intrà lineam dispositivam, ergo si semel admittitur in operibus imperratio raspectu illorum erit etiam admittenda dispositio: Ant. autem prob. 1. ex ,, D. Thom. 22. q. 83, ar. 16. ad finem corp. ubi ait. ,, *orationem* verò peccatoris ax bono naturæ desi- ,, derio procedentem Deus exaudit non quasi ex ju- ,, stitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pu- ,, ra *misericordia*. Et ibidem in solutione ad 2. sub- ,, dit. *Et quamvis* ejus oratio non sit meritoria, po- ,, test tamen esse impetrativa, quia meritum inni- ,, titur iustitiæ, sed impetratio innititur *gratiæ*. 2. Prob. ratione. Quia quod datur intuitu impetrationis omninò liberaliter datur, sine ulla ratione debiti, ut patet ex verbis adductis D. Tho., & etiam in divite liberaliter elargiente elemosynam pauperi, estò precibus illius se habentibus per modum impetrationis moveatur; dispotitio ergo sina ulla contradictione ad dignitatẽ gratię potest admitti in operibus naturę: cons. iterũ tenet, quia in tantum illis repugnaret ratio impetrationis, in quantũ importaret aliquam rationem dabiti oppositam rei impetratæ, scil. gratię, sive liberalitati ejus, ergo si non tollit ab illa rationem doni omninò gratuiti, seu liberaliter collati non est illis deneganda vis impetrativa donorum supernaturalium.

Ad hoc Mag. Soto lib. 2. de natura, & gratia cap. 3. admittit antec. ob rationes probativas illius, quia scil. impetratio nullum inducit debitum, sed tota ejus efficacia oritur ex liberalitata dantis, siva in casu, ax liberalitate divina. Sola autem conditio dabiti derogat gratiæ, vel dignitati ejus. Ità similiter sentit Raphael noster de la Torre 22. q. 83. ar. 16. assert. 1. supposito, quòd detur oratio merè naturalis unde quaque honesta.

Displicet tamen hæc solutio Illustriss. Godoy hìc ad ult. Tum quia opus impetrans primam grariam salutara ast, idest conducens ad salutam, & discernens producentem illud à non producenta; at omne hujusmodi opus salutare ast per auxilium divinæ gratiæ juxtà scripturam, Concilia, & PP., ut constat ex dictis, sicut, & omnis discretio in ordina ad salutem aliàs posset unus gloriari super aliũ contra Apost. *Quis te discernit*, ergo sine gratia non est impetratio doni supernaturalis. §. Tum quia si esset in natura vis imperatoria illius, sive primæ gratiæ, saltem daretur in illa, causa, & occasio, vel ansula, aut aliquale initium salutis, quod & non aliud docuere plures ex Semipelagianis, qui nihilominùs damnantur à Conciliis. §. Tum quia videtur obstara ,, D. Th. ibid. ar. 15. ad 1. illis verbis. *Et tamen* oratio, ,, quæ impetrat gratiam gratum facientem proce- ,, dit ex aliqua *gratia*, & deindè ad 3. inquit. *Di-* ,, *cendum* quòd oratio innititur principaliter fidei ,, non quantum ad efficaciam merendi, sed quan- ,, tum ad efficaciam *impetrandi*. Ergo non videtur D. Thom. admittera, imò positivè excludera vim impetratoriam supernaturalium donorum sina auxilio gratiæ, & non præsupponantam fidem.

Nihilominus tradita solutio videtur adhuc possa probabiliter sustineri sine ulla contradictione ad sanam doctrinam, sive ad relatas authoritates loquendo da vi purè impetrativa, quæ unicè innititur divinæ misaricordię, nec conjuncta est cum dispositiva, aut meritoria, sive marito de congruo perfecto, ut in justis habentibus statum amicitiæ, cum Deo, ut insinuavimus supra de SS. PP. respectu Incarnationis, (& idam est de aliis justis respectu aliorum donorũ supernaturalium) sive da congruo imperfecto, ut probabiliter admittitur in se disponantibus ad gratiam habitualem, vel sanctificantem per auxilia supernaturalia, de qua videntur loqui prædictæ authoritates, non de nudè sumpta, ut loquitur Mag. Soto: Nam hęc cum nullum influxum habeat ex propriis ad ea, quę sunt ordinis supernaturalis, vel gratię, nullum inducit debitum contrà conceptum, vel dignitatem gratię: unde res impetrata per illam adęquatè sine ulla exigentia tribuitur divinę liberalitati, & misaricordię, à qua ortum habet ejus impetratio, & à qua solum movetur Deus ad concedendum peccatori oranti, & ideò ejus oratio non se habet ullo modo, ut motivum, vel occasio, aut ansula, sive ut aliquale initium salutis, ut intendebant prędicti Semipelagiani, sed tantum, ut supra dicebamus, per modum majoris capacitatis, vel minoris repugnãtię ad accipiendum misaricorditer, quod potest naturę convenire, ut explicatum est. Ex quo fit, quòd tantum ab est posse sic impetrantam à Deo (se discernare, aut gloriari supra alium, quin potiùs magis humiliari, quòd dignetur Deus, (præcipuè si impetrans, peccator sit,) ad præces indigni ex sola sui misericordia respicere, & ex sola liberalitare concedere. Sed hæc disputationĩs gratia dicta sint, & in obsequium tanti Magistri. De quo adhuc infra magis.

Aliter etiam placet respondere cum eodem Illustriss., & Mag. Ferre hic ad 3., ut magis recedamus ab eisdem Semipelagianis; neg. ant. Ad 1. prob., vel authoritatem ex D. Thom. resp. loqui ibi de desiderio naturæ non nudè sumptæ, vel solis ejus viribus procedente, sed adjutæ, & elevatæ aliqua supernaturali gratia, & in fide fundato, sive innixæ fidei supernaturali, ut colligi potest ex aliis locis proximè relatis, unde tale desiderium non est naturale, sed supernaturale, duo importans ex parte impetrationis, nempè quòd oratio impetrativa ex aliqua gratia procedat, & quòd fidei supernaturali innitatur, ut in eisdem posterioribus locis innuit D. Tho:

Ad 2. dicimus primò, quòd magis videtur favere, dum dicit quòd *impetratio innititur gratia*, per quòd videtur excludere à natura non solum rationem meriti, qood inducit rationem debiti ex justitia, (præcipuè si sit de condigno,) sed etiam rationem impetrationis, si hæc atiam indiget grstia, vel eidem inniti. Sed poterat etiam explicari, quòd

at-

attinet ad ejus mentem, & intentum argumenti, quòd impetratio innititur gratiæ largitoris quoad efficaciam, & infallibilitatem consecutionis doni postulati, non præcisè quoad sufficientiam, quasi ex parte impetrationis non requiratur aliqua proportio cum re postulata, & consequenter admitti possit in natura respectu supernaturalium. Nam licet inter illam, & rem impetratam non sit necessaria tanta proportio, quanta inter meritum congruum, & præmium, (præcipuè loquendo, ut supra de merito de congruo perfecto) adhuc enim requiritur inter opus impetrans, & donum impetratum. Unde ut inquit D. Thom. relata solut. ad 3. *meritum quoad efficaciam merendi innititur charitati principaliter, impetratio autem fidei*. Cum verò inter opus puræ naturæ, & donum supernaturale, quodcunque sit, nulla adsit proportio ob adæquatum excessum ordinis supernaturalis supra naturalem, nulla erit in opere naturæ via impetratoria doni supernaturalis.

Ad 2. prob. ex ratione dist., & explico antec. Quod datur intuitu impetrationis, ut rigorosè impetratio est, nego, ut præcisè manifestativa propriæ miseriæ transeat, vel conc., nam preces, quibus aliquid impetratur, dupliciter considerari possunt, vel præcisè, ut manifestant indigentiam, vel miseriam postulantis, vel impetrantis, vel prout reduplicativè impetratoriæ sunt, sive prout motivè concurrere possunt ad rem impetrandam; hoc posteriori modo denegatur operibus puræ naturæ vis impetratoria donorum supernaturalium, quia nequeunt motivè concurrere ad aliquid supernaturale, ut probatum est, ratione propriæ honestatis, quidquid sit per modum simplicis manifestationis indigentiæ, vel inopiæ supplicantis; undè quod datur priori modo intuitu impetrationis non datur omninò liberaliter, si semel impetratio affert motivum honestum ad consequendam rem postulatam, & consequenter aliquomodo exigens illam. Per quod patet ad exemplum de paupere (nam præterquamquòd res postulata non excedit, ut in casu, vim suarum precum si illi largiatur à divite,) intuitu petitionis illius, ut motivi, tunc non datur illi omninò liberaliter, secus verò si petitionem respiciat, ut præcisè manifestantem inopiam petentis. Quare autem impetratio reduplicativè, ut talis importet aliquam rationem debiti, vel exigentiæ respectu rei impetrandæ, ac proindè nequeat convenire operibus naturæ respectu supernaturalium donorum, jam insinuatum est, quia nempè prout sic petit intra lineam assecutionis habere aliquam proportionem cum re impetranda, quæ repugnat naturæ in ordine ad supernaturalia, quod videtur etiam experimento comprobari, non enim petimus aliquid ab alio per viam impetrationis, & præcipuè rem excellentem, nisi supposita aliqua proportione cum illa, nam nulla supposita videramur impertinenter velle impetrare, quidquid sit ad purè misericorditer, vel liberaliter habendum per viam simplicis manifestationis, vel expositionis propriæ indigentiæ.

§. V.

Statuitur secunda Conclusio Authoritate Sac. Scripturæ, & Conciliorum.

Nulla est assignabilis lex, vel pactum ex parte Dei initum cum Christo, ratione cujus infallibiliter conferatur gratia, vel auxilium libero arbitrio secundum solam virtutem considerato. Est expressè contrà Molinã, & sumitur ex authoritatibus supra jam relatis, & aliis referendis; nam unicè ad Deum refundunt omne in nobis initium dispositivum, vel præparativum ad gratiam nullo inter posito pacto, vel promissione, vi cujus infallibiliter conferenda sit operanti secundum vires naturæ. §. Patet id primò ex illo 2. ad Corint. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis*. Sed ut vidimus, omnis pia dispositio voluntatis à cogitatione necessariò incipit; ergo omnis dispositio ad gratiam à Deo Authore supernaturali incipere debet, & non ex solo libero arbitrio, & consequenter nulla est lex, vel pactum, ut ab illo solo incipere possit, nisi velimus scripturam sibi manifestè contradicere. §. 2. De hac præparatione ad gratiam specialiter fit sermo proverb. 9., ubi expresisè dicitur. *Præparatur voluntas à Domino*. Cui consonat illud August. *Deus est, qui voluntatem nostram præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam*, ergo iterum ad liberum arbitrium reducenda non est hujusmodi præparatio, nec ad pactum extrinsecum, sed ad Deum dantem vires naturæ in sufficienti ad illam.

„ Tertiò ex illo ad Ephes. 2. *Creati* in Christo Je-
„ su in operibus bonis, quæ præparavit Deus, psal.
„ 50. *Cor mundum crea in me Deus*. Ubi D. Thom.
„ subdit *Ad rationem gratiæ* pertinet ut non sit ex
„ operibus præcedentibus, & hoc exprimitur, dum
„ subditur, *Creati*. Est enim creatio aliquid ex
„ nihilo *facere*, ergo ut dicatur quis creatus ex ope-
„ ribus bonis oportet, quòd nullum opus natura-
„ rale præcedat tanquam dispositio etiam ex lege
„ divina. §. Sed urgentiora sunt verba ibi præce-
„ dentia. scil. *Gratia* enim estis salvati per fidem,
„ & hoc non ex nobis; Dei donum est non ex operi-
„ bus *nequis glorietur*. Ubi iterum D. Thom. ait.
„ *Subdit* autem (scil. Apost.) rationem, quare
„ Deus salvat homines per fidem absque meritis
„ præcedentibus: Ut nequis glorietur in se ipso,
„ sed tota gloria in Deum referatur. Psalm. *Non*
„ *nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da glo-*
„ *riam*, & 1. Corint. 1. *Ut non glorietur omnis ca-*
„ *ro in conspectu ejus*. At si aliqua opera naturalia præcederent, quibus ex lege, vel pacto deberetur gratia jam posset quis gloriari de illis dispositionibus ad gratiam, verè enim aliquid de suo, vel ex propriis conferret, ergo non est talis lex in Scriptura.

Dices hujusmodi testimonia esse intelliganda per exclusionem dispositionis debitæ operibus prout ex nobis, sive debito quasi orto ab intrinseco, sive ex natura operum. Sic enim posset quis gloriari in se ipso, quod præcipuè scripturæ intendunt excludere ad dejiciendam superbiam hominum, non tamen debito orto ab extrinseco, sive ex lege, & pacto inito cum Christo, sic enim totum referendum est ad gloriam Dei, & Christi, & non nostram, eò quod est gratia per Christum, quòd illis tale munus, vel officium dispositionis conveniat.

Sed

Sed contra hoc ast. Tum quia ut immediatè dicebamus; lex, vel pactum, aut promissio, non tollit, quòd aliquid non conferatur de nostro, si semel opus est ex puris viribus naturæ, ergo non tollit, quin possit homo adhuc gloriari in se ipso, sicut potest gloriari ille, cui sub conditione operis onerosi, adhuc valdè inferioris de consecutione præmii illa impleta.

Secundò quia ut supra etiam dictum est, sicut pactum Dei de dando præmium, non reddit opus condignum illius, si ex sua natura coodignum non sit, nec pactum illius de dando gratiam, vel supernaturale auxilium se disponenti per opera nateralia, reddet ista, dispositiva ad illam, si ex natura sua dispositiones non sint; sicut enim, ut dictum est, si æquala pretium libri sint triginta aurei, nulla promissione, aut pacto fiet, ut decem aurei sint pretium æquale illius, ita si ex natura rei, vel præscindendo ab omni pacto, dispositio ad formam supernaturalem, debet esse supernaturalis, ut fatemur omnes contra Hæreticos, & supra ostensum est, nullo pacto, vel promissione fiet, ut opus purè naturale sit dispositio ad illam; unda licet dicaremus teneri tunc Deum ex fidelitate dare illam sic naturaliter operanti, non tamen tanquam se disponenti, sive pro illius operibus, tanquam dispositionibus; sicut in priori casu licet similitar ex fidelitate teneretur promittens dare librum pro decem aureis, non tamen pro pretio æquali. Et ratio utriusque est, quia ut etiam insinuavimus; cum pactum, vel promissio non variet intrinsecè naturam rei, sive pretii, vel operis; si semel pretium, vel opus est inæquale, vel insufficiens ad disponendum, nequit ex promissione, vel pacto constitui æquala, vel condignom ad præmium, vel mercem excedentem, aut dispositio ad formam sublimioris ordinis. Unde alienum quoquè est, ut vidimus, à communi consensu Philosophorum, & Theologorum ex promissiona, vel pacto tanquam ex circumstantia augeri maritum operis; nec ullus hactenus eam numeravit intar circumstantias bonæ, vel malæ operationis moralis.

Tertiò: nam Apost. in 1. testimonio de sufficientia ad cognitionem dum dixit non esse ex nobis, subjungit omnem esse ex Deo, sed juxta oppositam sententiam talis sufficientia est ex meritis Christi propter pactum initum cum illo, argo solutio juxta illam non est ad mentem Apostoli. §. Quartò quamvis omnibus inspectis dispositio ad gratiam non sit ex libero arbitrio, solo illo concurrente secundom vires sibi proprias, vel naturalas, tamen in suppositiona pacti, (ut deberet, vel quod deberet Scriptura supponere) de facto opus naturale disponit, ut est ex solo libero arbitrio; nam si superaddantur illi vires intrinsecæ, vel superiores cessat quæstio, nec oportet ut recurrant ad pactum, ergo quando Scriptura id negat operibus ex solo libero arbitrio procedentibus, signum ast quòd talia opera de facto ad gratiam non disponant.

Deniquè rejicitur solutio. Nam prædictis verbis ad hoc potissimum tendit Apostolus, ut ostendat noluisse Deum alligare gratiam operibus naturalibus, nequis glorietur, sed juxta oppositam sententiam de facto alligatur illis, ergo non consonat menti Apostoli; ma. patet ex littera; mi. etiam, aliàs superflueret pactum, nec opporteret ad illud recurrera, si non exigerentur talia opera ut dispositio, ex vi illius.

Quòd si dicas Apostolum voluisse solum, quòd noluerit Deus alligare gratiam operibus naturalibus, quasi ab intrinseco, vel quasi ex propriis eam exigerent, aut esset prout sic debita illis, sed solum ab extrinseco, sive ex pacto, vel ex lege, in quo nullum apparet inconvenians, nec occasio data hominibus gloriandi in se ipso. §. Sed contra hoc est, & in primis posse adhuc hominem gloriari prout sic in se ipso constat ex superiori replica. Deinde nec esse ad intentum Apostoli ostenditur sic. Nam verba ejus, ut patet, designant actum liberum Divinæ voluntatis nolentis alligare gratiam operibus; sed nolle alligare gratiam operibus naturalibus, quasi ab intrinseco, vel ex propriis illis debitam non est actus liber in Deo, cum impossibile sit posse eam sic illis à Deo alligari, aliàs ordo gratiæ excederet, & non excederet ordinem naturæ, quod implicat; ergo. Prob. ma. Quia adducit pro causalitate nolitionis, ut nequis glorietur; sed causa hæc manifestè indicat actum liberum voluntatis Divinæ ergo. §. Deniquè impugnatur utraque solutio. Nam si Deus posuisset tale pactum, vel promissionem, ut his positis, posset homo suis operibus naturalibus consequi gratiam, reliquisset illum in tali statu, ut posita tali lega, & promissione esset minùs dependens à se ipso, cum eadem posita per sui propria, sive per vires proprias ad eam perveniret, sine indigentia superioris auxilii intrinseci, ergo posset gloriari de operibus gratiæ deinde ab ipso elicitis cum minori dependentia à Deo, quod videtur apertè damnari ab Apostolo.

„ Secundò prob. autoritate Conciliorum. Pri-
„ ma sumitur ex relato Arausicano 2. can. 3. ibi.
„ *Si quis* ad invocationem humanam, gratiam Dei
„ dicit conferri, non autem gratiam ipsam facere,
„ ut invocetur à nobis, contradicit Isa. Prophete
„ dicenti inventus sum à non *quærentibus me.* Ergo prima invocatio juxta Concilium, gratia Dei est, & ex non ex operibus naturalibus ac expressis per invocationem humanam; consequenter nulla est talis lex de illorum influxu dispositivo ad primam
„ gratiam, vel auxilium. §. Ad id faciunt verba
„ etiam. *Salubriter profitemur*, quòd in omni
„ opere nostro, nos non incipimus, & postea per
„ gratiam *Dei adjuvamur.* §. Can. verò 6. sic defi-
„ nit. *Si quis dixerit* sine gratia Dei credentibus,
„ volentibus, desiderantibus, conantibus, laboren-
„ tibus, vigilantibus, studentibus, petentibus,
„ quærentibus nobis misericordiam Dei conferri,
„ non autem divinitùs, ut credamus, velimus, vel
„ hæc omnia, ut oportet, agere valeamus, per in-
„ fusionem Spiritus Sancti in nobis confitetur *resi-*
„ *stit Apostolo &c.* Quibus verbis Concilium apertè negat sine infusione Spiritus Sancti fieri posse aliquod opus salutara, sive ut ad salutem conducit; at si esset prædicta lex de dando auxilio gratiæ operanti ex viribus naturæ, sine tali infusione cooperaretur homo per vires naturæ prout oportet ad salutem, ergo sine contradictione ad Concilium admitti non potest talis lex. Prob. min. Nam sine tali infusione illud opus esset conducens ad salutem ergo; prob. ant. Illud opus est conducens, quod est connexum cum operibus, sed opus illud sine tali infusione, juxta prædictam legem connectitur cum operibus supernaturalibus per infusionem Spiritus Sancti elicitis. & consequenter ad salutem conducentibus, cum juxta eandem legem dispositivè influat ad primum auxilium, à quo dependent posteriora supernaturalia conducentia, ergo ad salutem conduceret.

Dices juxtà superiorem solutionem, Concilium

esse

esse intelligendum de connexione operum naturalium cum supernaturalibus ex propriis eorum, vel ab intrinseco ex sua natura, & hanc solum voluisse negare, non ab extrinseco, vel attenta lege, & pacto inito cum Christo. §. Sed contra hoc est; & in primis solutio excluditur superioribus replicis. Nam pactum, vel promissio, sicut non dat valorem, sed supponit, ita nec dat connexionem operibus incapacibus illius, sed supponit, cum non variet naturam rei, sed tantum inducit debitum morale, seu fidelitatis ad implendum, ut explicatum est, ergo non solum negat connexionem ab intrinseco, sed omnimodam, cum sit connexio ab extrinseco de subjecto non supponente, etiam si admitteretur tale pactum, vel promissio. §. Ex quo etiam impugnatur secundò. Nam connexio hujusmodi ab extrinseco etiam admissa eadem lege, vel pacto non est secundum prelentem, & suavem Dei providentiam, qua Deus, ut dicebamus, operetur id, quod est magis consentaneum naturis rerum, sed non est consentaneum naturæ operum naturalium, imò contra eorum naturam, ut connectantur cum operibus supernaturalibus, & conducentibus ad salutem, ut communiter fatemur contra Hæreticos, ergo est insubsistens recursus ad legem, vel pactum pro sustinenda eadem connexione, vel influxu dispositivo ad mentem Concilii in hac rerum providentia.

Tertiò. Quia Concilium absolutè damnet asserentes invocationem humanam præcedere gratiam Dei, cum ejus exigentia, & similiter affirmantes dispositionem, vel operationem quamcunque naturalem præcedentem Sancti Spiritus infusionem esse influxivam, ut oportet ad salutem nulla mentione facta de lege, aut pacto, ratione cujus præcedere posset, ergo signum manifestum est non agnoscere illud, ac proindè non adstrui ad mentem illius. Prob. utraque conseq. Quia aliàs diminutè procedere videretur, vel insufficienter, dum ex professo rem agens, vel definiens contra hæreticos, id omittit, per quod poterat evitari error ab eodem damnatus, unde non essent fideles sufficienter instructi in re tam magni momenti.

Quartò, & urg. præcedens replica. Quia juxta hanc expositionem, (ne similiter videretur insufficienter instruere;) potuisset, imò debuisset absolutè affirmare, quòd stante pacto, si quis desideraverit bus &c. sine infusione Spiritus Sancti; sive hac etiam non supposita, non dixerit Spiritum Sanctum non conferri anathema sit, sed nemo id audebit pro ferre, ut suppono, ergo. Prob. ma. Quia juxta oppositam sententiam ita est, quòd absolutè in hoc rerum statu, sic confertur gratia Spiritus Sancti. Tum quia etiam posset sic explicari, scil. juxta promissionem, & pactum initum cum Christo. §. Ultimò tandem, & iterum urg. superior replica; quia ob idem motivum, ne censeretur de in sufficientia, debuisset supposita tali lege, assignare duplex genus dispositionum, alterum ex gratia procedentium, alterum ex lege, & pacto Dei: aliud naturalium, aliud supernaturalium, quod tamen nullum hactenus Concilium id præstitit, ergo signum iterum manifestum est, nec ab eodem, nec ab ullo alio fuisse agnitum tale pactum, vel legem; nisi rursus velimus in re tam momentosa, & necessariæ ad salutem in tanto silentio se continere, aut continuisse, dum illam ex professo examinabat, & definiebat, quod videtur satis alienum, & nihil certum statuere etiam in rebus fidei, quod nullus dicet.

§. VI.

Ratione probatur Conclusio.

PRimò. Nam talis lex, vel pactum ad hoc est, ut cuilibet elicienti quodcunque opus bonum naturale Deus conferat gratiam, & remissionem peccatorum; vel ad hoc, quòd cuilibet operi bono ordinis naturæ debeatur elicientia similis operis boni supernaturalis; sed neutrum dici potest, ergo non datur: me. supponitur, nam ad hoc adstruitur hæc lex, vel pactum, ut suppleatur insufficientia naturæ ad consecutionem gratiæ, vel salutis: mi. verò prob. r. quoad 1. part. quia alias ferè omnes homines essent justificati, cum nullus ferè sit, qui aliquod opus bonum ordinis naturæ non efficiet, ut facili experimento inductivè constare potest; scil. vel pietatis in Parentes, vel eleemosinæ in pauperes, & similia &c. sed hoc dato facilè eliciet etiam alia naturalia bona quibus deberetur gratia, & conservatio in ille, si semel ex vi pacti deberetur gratia primo, vel primis, nisi simul velimus statuere, & destruere, vel coarctare tale pactum pro libito ad illa non ad ista, non obstente identitate rationis, quòd operi bono danda sit gratia ob idem pactum initum cum Christo, quòd etiam sine injuria meritorum ejus, semel suppositum non videtur posse coarctari.

Secundò prob. quoad 2. par. Quia sequeretur aliud gravius inconveniens, nempè quòd semel eliciens actum bonum fidei naturalis semper perseveraret in fide, & similiter eliciens actum dilectionis efficacis Dei Authoris naturæ nunquam posset damnari, sed utrumque est alienum à sana doctrina, ergo. Mi. est certa, & ma. prob. nam si semel operi naturalis fidei debetur opus supernaturale fidei, huic etiam, (& quidem à fortiori) debebitur aliud, (& sic de aliis) cum sit magis connexum cum illo, utpotè ejusdem ordinis, ergo nunquam deficeret à fide, semel eliciens actum fidei naturalis; similiter si priori dilectioni debetur alia dilectio, huic etiam debebitur alia, & huic alia &c. ergo semel eliciens talem actum, dilectionis Dei semper perseverabit in dilectione illius, itaut non possit ab illa cadere, supposito eodem pacto de infallibiliter danda alia supernaturali dilectione, quod est non posse damnari.

Urg. totum hoc. Quia etiam sequitur ex hac lege posse aliquando esse debitam remissionem peccatorum alicui operi naturali, quod non concedet, nec concedere potest Molina; cum remissio peccatorum, ut dictum est, saltem de lege ordinaria non fiat sine gratiæ habitualis, vel justificantis infusione, & hactenus aud.tum non sit, quòd hæc sit debita ex pacto operi naturali ergo nulla est talis lex. Prob. sequela. Tum quia ex eadem lege si quis conaretur ad dilectionem Dei Authoris naturæ esset huic debita dilectio supernaturalis illius, sive Authoris gratiæ, sed huic dilectioni est debita connaturaliter gratia remissiva peccatorum ergo. Tum quia si quis eliceret actu v.g. temperantiæ acquisitæ, sive ex habitu acquisito hujus virtutis, ex vi ejusdem legis sequitur actus temperantiæ infusæ, sive ex habitu infuso temperantiæ supernaturalis, sed hic habitus solum reperitur in habentibus gratiam, ergo admissa hac lege, danda est infallibiliter gratia, & consequenter remissio peccatorum pro opere virtutis acquisitæ, sive naturali,

qoæ sunt omnia, absurda nullo modo admittenda.

Secundò prob. ex aliiis ioconvenientibus. Primum est sequi ex tali lege, quòd prima gratia aliquomodo detur ex justitia, consequens est alienum, & repugnans in terminis, jam enim non esset gratia, argo. Prob. ma. ex soperioribus, quia quod confertur ex pacto, vel promissione onerosa, non confertur purè gratuitò, sed aliquomodo ex justitia, & quidem si onus, vel opus exhibendum sit condignom, vel ad æqualitatem, est stricta jostitia, vel rigorosa, ut dictum est, de satisfactione Christi, nam licet, ut dicebamus, ex simplici promissiooa oriatur obligatio fidelitatis, tamen ex promissiooa facta sub conditiona operis onerosi, obligatio oritur justitiæ reddendi promissum, quia non gratis uffartur, sed tanquam merces aliqnomodo debita, argo si semel facta est promissio, vel initum pactum cum Christo de danda gratia, vel primum auxilium ponenti opus virtutis etiam acquisitæ, tale auxilium, vel gratia non erit purè gratis collata, sed aliquomodo ex justitia, quidquid sit, quòd nulla hinc oriatur imperfectio in Deo, ex eo quòd non proveniat talis obligatio ab extrinseco, sed ex ipsa rectitudina Divinæ voluntatis, ut explicatum est in eadem satisfactione Christi, quæ pariter pendabat ex promissione facta illi de hoc, quod est vidara semen longævum, si posuisset animam suam pro peccato, Isai. 53., qua adimpleto redditum est illi præmium ex justitia sine ulla imperfectione ex parte Dei.

Explic., & urg. hoc magis ad rem nostram à simili Regis statuentis hanc legem, vel promissionem da dando civitatem obsessam militi primò illam ingredienti, nam licet collatio civitatis pendaat ex promissione Regis nata ex se tantum inducere dabitum fidalitatis, quia taman hæc non est simplax promissio, sad onarosa, non est purè gratoita, sed ex justitia, quamvis idem ingressus non habeat sufficientem valorem ad tantum præmium, ut modo suppono, ergo pariter licet opari naturali non debeatur ex justitia præmium, vel auxilium supernaturale, supposito tamen pacto, vel promissiona de dando illud operanti benè, vel opus bonum ex viribus naturæ, aliquomodo ex justitia confertur illi à Deo exhibenti hoc opus.

Adde, quod ut dicitur in 2. 2. de translatione dominii q.66. ad ar. 2, promissio de conferendo alicui aliquod bonum supposita acceptatione alterius infert debitum ex justitia ex parta promittentis: (Imò nec desunt, qui velint per solum actum merè internum, ut innuit M. Soto lib. 4. da justitia quæst. 5. ar. 1. ad 3., dicens: *Etenim si ego firmato consensu mente do, aut polliceor rem aliquam, postquam illa est vera assertio, videtur hominem ligare.* Et sequuntur hanc sententiam alii recentiores, quamvis opposita videatur probabilior, loquendo de promissione facta homini, non Deo, eamque insinuat D. Thom. ibidem q.88. ar. 1. in corp. paulò post initium dicens: *Sed promissio, qua ab homine fit homini non potest fieri, nisi per verba, vel quæcunq; exteriora signa*, & tenent alii jam communiter Theologi apud M. Serram relata q.66. dub.5. concl.4., (Probabilem etiam reputat idem Soto lib.8. q.2. ar.1.,) ergo à fortiori oritur tale debitum ex promissiona imponenta opus onerosum, quodcunque sit, itaut collatio rei promissæ sit aliquomodo exercitium justitiæ, etiam in Deo, quidquid iterum sit, quòd non iosaratur in illo obligatio orta ab extrinseco, cum ab alio extra se dicatur Deus non posse obligari, sed tantum sit obligatio orta ex propria promissione tanquam ex rationa formali, sive ex ipsa ractitudine ejus volnntatis, ut dictum est.

Urg. ulteriùs totum hoc ex D.Thom. eadem 2. 2. q.80. ar. unico in corp. §. *à ratione justitiæ &c.* ubi inquit. *Debitum quidem legale est, ad quòd reddendum aliquis lege adstringitur.* Ex quo sic arg. Juxta oppositam sententiam Deus adstrinxit se lege sua, & pacto ad conferendum supernaturale auxilium, ponenti opus bonum naturale, sive virtutis acquisitæ, argo collatio illius exhibito opare non est purà gratuita, sed debita saltem debito legali, vel etiam ex justitia imperfecta, ut docet ibidem, idest ex veritate, quæ est pars potentialis justitiæ, ex qua tenetur servare quicunque veritatem in promissis, sive ad implere, quod promisit, argo data prædicta lege, non erit omninò liberale auxilium supernaturale benè operanti ex viribus naturæ, sive operi naturali, sed debitum aliquomodo ex justitia saltem imperfecta. Ex quo etiam sequitur, quòd si Christus meruisset gratiam conferri propter opus naturale, gratiam ejus non fuisse gratiam, quòd est inconveniens, & contra tenorem verborum Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & PP.

Alterum inconveniens est, quòd stantè eadem lege, si dentur duo homines, altero rectas, honestasque operationes naturales, & plures eliciente, alio verò non sic operante, Deus infallibiliter conversurus est primum, non secundum, vel non conversurus hunc, relicto primo, sed hoc reprobat Aug. lib. 1. qq. ad Simplicianum tom.4. edit. antiq. q. 2. circa finem præcipuè illis verbis. *Item non videmus quosdam homines utriusque sexus in castitate conjugali viventes sine querela, & tamen, vel hæreticos, vel paganos, vel etiam in vera Fide, & vera Ecclesia sic tepidos, ut eos miremur meretricum, & hystrionum subitò conversorum, non solum patientia, & temperantia, sed etiam Fide, Spe, & Charitate superari?* Cujus etiam rationem paulò antea assignat ex illo Apost. 1. ad Corinth. 1. *Infirma mundi elegit, ut confundat fortia, & stulta mundi, ut confundat sapientes*, ergo non est admittenda talis lex respectu salutis, vel conversionis hominum.

Tertium inconveniens est. Quòd hinc etiam sequeretur posse parvulos salvari sine baptismo adhibita omni diligentia à parentibus ad eos baptizandum, consequens non admittitur, & est iterum expressè contra D. Aug., ergo non datur talis lex: mi. constat, quia sine baptismo in re, vel in voto, (quod non est in parvulis,) non est salus, quòd verò sit contra D. Aug. patet ex eodem Epist. 107. ad Vitalem paulò post med. tom. 2. ejusdem edit. antiq., ubi ait contingere, quòd *plerique moriantur, qui non habent propriam voluntatem, & aliquando cupientibus, festinantibusque parentibus, ministris quoque volentibus, ac paratis, Deo nolente non detur*, (scil. baptismus, ac proindè nec gratia,) *cum repentè antequam detur expirat, pro quo, ut acciperet currebatur*, Ma. verò prob. Quia si semal datur talis lex admittenda est non solum pro adultis, sed etiam pro parvulis, at admissa pro istis sequitur posse sine baptismo salvari, ergo. Ma. constat, quia Deus, non tantum vult salvari adultos, sed etiam parvulos, nec solum pro adultis sit mortuus Christus, sed etiam pro parvulis, ergo semal admissa, pro utrisque proportionabiliter admittenda est. Mi. verò prob. quia

pro parvulis nequit esse, ut ipsi propria voluntate se disponant ad gratiam baptismalem recipiendam, sed tantum circa parentes, vel circa illos, quibus incumbit pueri custodia, ergo iis facientibus, quantum in se est, ut puer baptizetur, ex vi talis legis conferenda erit gratia baptismalis, & consequenter salvabitur adhuc baptismo non obtento.

Quartò denique est. Quia pariter sequitur posse reddi rationem, cur hic homo à Deo convertatur, aut quare detur huic gratia, consequens est inconveniens, & iterum contra D. Aug. ergo ma. patet, quia posset dari ratio conversionis ex operibus virtute naturali elicitis ab hoc homine præ alio: mi. etiam traditur ab eodem S. D. tract. 26. in Jo. c. 6. tom. 9. ejusdem edit. paulò post initium, ad illa verba. *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum. Magna*, inquit, *gratia commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat, & quem non trahat; quare illum trahat; & illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare.* Ergo nullo modo videtur admittenda præfata lex contra gravia hujusmodi inconvenientia.

Ultimò prob. conclusio, evertendo præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ. Ex eo statui debet hæc lex, vel pactum, quia Jo. 1. expressè habetur, quòd Deus dedit potestatem hominibus filios Dei fieri, sed ex hac Authoritate nequit inferri talis lex, ergo non datur. Ma. est præcipua vis ejusdem sententiæ. Mi. verò prob., nam hæc potestas juxta mentem Evangelistæ nequit intelligi de potestate respectivè ad pura naturalia, ergo nec potest inferri eadem lex respectu istorum operum. Prob. ant. Quia statim post illa verba subdit, His qui credunt in nomine ejus, ergo non loquitur de potestate naturaliter operantium, sed credentium. Tum quia ante illa præmisit hæc alia. *Quotquot autem receperunt eum*, & deindè subdit, *dedit eis potestatem &c.* ergo si velimus hæc omnia cohærere, sicut in posterioribus expressè loquitur de credentibus, pariter in prioribus loquatur de recipientibus illum per fidem, ac proindè nequit omninò intelligi de potestate operantium ex puris naturæ viribus. Quod est idem, ac dicere, quòd quicunque receperunt Christum per fidem, acceperunt talem potestatem, ut etiam explicat ibi D. Thom. lect. 6. subdens, *ostendit*, (scil. per hæc verba) *quibus datur, quia his, qui credunt.* Videatur ibidem, ubi egregiè explicat totam hanc rem ad nostrum intentum.

Adde, quòd cum certum sit non omnibus fide informi credentibus dari gratiam, qua fiant filii Dei, manifestè sequitur, stando in rigore literæ, quòd non solum non loquatur de potestate naturæ, sed nec etiam de quacunque fide formata, & à dilectione Dei imperata, quæ est dispositio immediata ad gratiam. Tantum ab est posse ex hac authoritate colligi quòd operibus naturalibus adjuncta sit lex, ratione cujus debeatur auxilium gratiæ.

Præterquàm quòd præfatum fundamentum inniixum eidem authoritati non favet oppositæ sententiæ ad intentum sui Authoris, quia non intendit Molina, quòd ex vi talis legis detur infallibiliter, aut conjungatur operi naturali gratia faciens filios adoptivos, sed tantum gratia, vel auxilium, quo fiant similia opera supernaturalia ab operante ex viribus naturæ, ut explicatum est, unde ex eadem authoritate nequit ullatenus inferri lex ab eodem intenta, sed solum instruimur, ut explicat ibi D. Thom. initio §. *Sequitur*, de fructu adventus Christi, nempè illos omnes, qui Christum susceperunt accepisse potestatem, ut fierent filii Dei.

Tum deindè, quia juxta Molinam prædicta potestas data est omnibus etiam illis, qui Christum non receperunt, per hoc quòd opera naturalia alicui erunt, sed juxta Evangelistam est tantum data illis, qui eum receperunt, & non aliis, ergo non potest nullo modo eadem authoritas favere sententiæ ejus ad proprium intentum.

§. VII.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò argui poterat relata authoritate D. Tho., sed jam sufficienter soluta est, immò multiplicitar ex proximè dictis retorquenda. Deindè arg. ex illis verbis ibidem. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Cui consonat illud Apost. 1. ad Thimot. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire.* Sed non videntur hæc testimonia subsistere Deo non parato illuminare, ex dare auxilia benè operantibus ex potestate sui liberi arbitrii, ergo non deneganda est hæc lex.

Resp. negan mi. ex dictis. Nam cum ex voluntate illa generali, qua vult omnes homines salvos fieri, & illuminare, ut ad cognitionem veritatis veniant, oriantur auxilia sufficientia, quæ dant posse ad notitiam mysteriorum fidei, sive ad accessum ad illam vel ad observantiam præceptorum, ut nullum quantumvis supernaturale dici possit impossibile, ut explicatum est, non est inferenda lex aliqua de dando infallibiliter gratiam, vel supernaturale auxilium benè operanti ex viribus naturæ, vel propter bonum naturale, ut ostensum est, sed quod det omnibus prædicta auxilia sine aliqua suppositione operis boni naturalis, sicut dedit primo parenti gratiam, vel Angelis sine eo, quòd naturalis aliqua operatio ad eam disponeret, quod specialiter etiam militat in statu præsenti, in quo imponuntur aliqua præcepta supernaturalia, ad quæ sunt necessaria sufficientia, ne dicatur Deus impossibilia præcipere.

Secundò arg. ex illo supra etiam relato proverb. 16. *Hominis est præparare cor.* Sed hujusmodi præparatio nequit esse ex rei natura, vel ab intrinseco ex propriis viribus illius, ut ostensum est, ergo erit ex lege statuta à Deo. §. Dices præter superiora, quòd et explicat D. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 6. ad 2. *Hominis est* „ præparare animum, quia hoc facit per liberum arbitrium, sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei „ moventis, & ad se *attrahentis*.

Sed instas primò, ergo dispositio ad gratiam juxta D. Tho. solum indiget ex parte Dei, motione illius, seu auxilio ut moventis, ergo non est necessarium auxilium aliquod supernaturale dans posse ad se præparandum. Prob. hæc consequ. nam auxilium illud primum movens, seu non supponens auxilium supernaturale in subjecto dans posse est tantum ordinis naturalis, & ad actum naturalem ordinatum, ergo si juxta D. Tho. quando homo præparat animum ad gratiam, solum indiget auxilio Dei, ut moventis, non erit necessarium aliquod supernaturale dans posse ad talem præparationem, sed sufficient vires naturæ sola adjuncta lege, vel pacto extrinseco. Prob. ant.

ant. Nam auxilium Dei, ut moventis tantum est juxta naturam, & proportionem ad rem motam, sive ad potentiam, quæ movetur, sed si est prima motio, seu non supponens auxilium supernaturale dans posse, solum potentia naturalis movetur, ergo tale auxilium movens erit ordinis naturalis.

Deindè loco relato, non dicitur solum, quòd hominis est præparare cor, sed insuper, quòd Dei est gubernare lingoam, sed hanc gubernare non solum est Dei, sed etiam hominis, ergo dum dicitur, quòd hominis est præparare cor, intelligendum est ex viribus naturæ: prob. conseq. quia aliàs utrumque esset Dei, & non tantum posterius, sive gubernare linguam, quod videtur contra Scripturam.

Ad hoc resp. benè ibi juxtà D. Tho. Ad primam replicam præter superiora, quibus latè expendimus eandem authoritatem, & diversos modos eam explicandi breviter dicimus D. Tho. nomine auxilii Dei moventis accepisse qualitatem fluidam, seu auxilium transiens, sive istud deindè efficax sit, & aplicans ad opus, sive sufficiens, & dans posse ad illud, & non præcisè pro aliquo tantum extrinseco, vel etiam intrinseco efficaci, adquòd supponatur posse per vires naturæ reducendas ad actum, sola posita lege, vel pacto extrinseco; hoc enim est impossibile, ut sæpè dictum est, obexcessum ordinis supernaturalis ad totum ordinem naturæ, & vires ejus, cum pactum, vel lex non det vires, ut vidimus, sed supponat.

In forma ergo dist. 1. consequens, indiget solum auxilio Dei, ut moventis, sumpto hoc auxilio pro eo præcisè, quod aplicat ad opus nego, pro eo etiam, quòd dat posse transeunter, conc., & nego deindè 2. conseq. Ad illius prob. nego antec., quia auxilium Dei, ut moventis non est præcisè efficax, vel aplicans ad actũ, sed quod etiam transeunter dat posse, & istud est etiam supernaturale. Per quòd patet ad ejus probat. nam supposito hoc auxilio sufficienti ordinis supernaturalis, licet transeunte, jam actus disponens ex illo supernaturalis erit, unde potentia mota per illud non concurrit dispositivè ex propriis, seu per vires sui ordinis ad gratiam, vel ad aliquid ordinis supernaturalis, sed per vires superiores, & ideo non debet talis motio Dei esse de suo ordine, sed supernaturalis.

Sed instas. Nam D. Tho. q. 110. seq. ar. 2. in corp. paulò post initium expresè asserit auxilium, quo primò Deus movet nos ad aliquid cognoscendum, vel volendum, aut agendum non esse qualitatem, sed motionem, ergo non est aliquod intrinsecum inhærens supernaturale dans posse, sed magis extrinsecum ordinis naturalis proportionatum naturæ, vel gratiæ, vel potentiæ naturaliter operanti.

Resp. ut supra, & ut alibi explicatum; est D. Th. nomine qualitatis eam intelligere, quæ habitualiter, vel permanenter informat; nomine verò motionis, qualitatem, quæ tantum habet per modum motionis, vel impressionis transeuntis. Et ratio est, quia qualitates, quæ sic habent esse, non appellantur à Phylosopho qualitates, sed motiones, vel passiones, quia nempè non habent modum qualitatis, nec denominant subjectum simpliciter, & absolutè quale. Unde 1. Ethic. c. 2. dixit actus virtutum non esse qualitates, sed motiones. Et in prædicamentis cap. de qualitate, pallorem consurgentem ex metu, & ruborem ex verecundia, similiter dixit non esse qualitates, sed passiones, vel motus, quia licet essentialiter qualitates sint, non tamen habent modum essendi qualitatum, sed motionis, vel passionis transeuntis, nec denominant subjectum simpliciter quale. Eodem ergo sensu dicit ibi D. Th. prædictum actuale auxilium dans posse ad actum supernaturalem non esse qualitatem, sed motionem.

Ad 2. superiorem replicam potest primò dici, quòd Sapiens ibi specialiter Deo attribuit gubernare linguam, non quia præparare animam sit solius liberi arbitrii, & non etiam Dei moventis illud, ut dictum est, sed ob ingentem difficultatem, quam patitur homo in custodia illius juxta illud Jacobi, qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir, & ideò indiget speciali existentia Dei, vel fortioribus auxiliis moralibus ad illam custodiendam, ut alicubi insinuat Ludovicus noster Gravatensis. §. 2. Resp. quòd gubernare linguam iterum Deo specialiter attribuitur, non quia præparare animam ab ejus etiam supernaturali auxilio non pendeat, sed quia hoc posterius non pertinet ad providentiam extraordinariam ordinis supernaturalis, sicut gubernare linguam hominis sic præparati, quamvis adhoc etiam ingrediatur liberum arbitrium, ut colligitur ex illo Matt. 10., & Luc. 12. *Nolite cogitare* quomodò, aut quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur *in vobis*. Ubi sermo est de Apostolis, & Martyribus ad pugnam, sive ut assisterent coram tyrannis. Dixi ad hoc etiam concurrere liberum arbitrium, quia ut advertit D. Thom. ad idem cap. 10. Matt. Dupliciter homo potest moveri à Spiritu ad loquendum, vel perturbando ejus rationem, vel confortando illam. Priori modo moventur arreptitii à diabolo, qui non moventur secundum rationem, posteriori verò moventur aliquando justi à Spiritu Sancto. Unde de his, sive de Apostolis inquit D. Thom. *Licet* autem à Spiritu Sancto loquerentur, tamen remanebat in eis ratio, & ideò etiam à se loquebantur, *non sicut arreptitii*: Ut etiam innuit Apost. 2. Corint. 13. *An* experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur *Christus*. Noverat enim se loqui ut motum à Christo, & ideò secundum rationem, & consequenter à se etiam loquebatur, non sicut arreptitius: Ubi iterum D. Thom. lect. 1. ad verbum illud. *An experimentum &c. Quasi dicat*. Non est dubitandum de potestate mea, quia quidquid ego loquor (vel proferendo sententias, vel remittendo, vel prædicando) loquor à *Christo*: Exod. 4. *Perge* ergo, ego ero in ore tuo: Lucæ 21. Ego dabo vobis os, & sapientiam. §. Tertia expositio sumitur ex D. Aug. lib. 2. contra 2. Epistolas Pelagianorum cap. 9. sic legente: *Hominis* est præparare animam, seù cor, & à Domino est *responsio linguæ*. *Ideo quippe* (inquit S. P.) *Scriptum est*, hominis est præparare cor, & à Domino est responsio linguæ, quia homo præparat cor, non tamen sine adjutorio Dei, qui tangit cor; in responsione autem linguæ, idest in eo, quod cordi præparato lingua divina respondit, nihil operis habet homo, sed totum, *est à Domino Deo*. Ex qua doctrina facilè iterum respond., vel explicatur prædicta autoritas, quod ideò posterior pars, sive gubernium linguæ, vel responsio ejus, specialiter, vel soli Deo tribuitur, quia se solo respondit lingua sua divina ipsam gratiam, ad quam homo se cum Dei adjutorio disponit, juxtà illud psalm. 80. Aperi, seu dilata os tuum, & implebo illud. Quamvis

enim

enim nos sine Deo vocante, & adjuvante non possimus os aperire, idest disponi ad gratiam, illius tamen ope speciali illud aperimus, seù disponimur, ipse tamen sine opere nostro implet illud, sive infundit gratiam, ad quam per illius auxilium liberum arbitrium se præparat. Sicut similiter diximus de infusione animæ nostræ, quòd licet homo disponat ad illam, solus tamen Deus eam infundit. Quid, quid sit, quòd dicatur gratia educi, anima vero nostra creari, educitur enim de potentia obedientiali ejusdem animæ, quatenus (utpotè forma accidentalis) dependet in esse, fieri, & conservari à subjecto, quod non impedit, ut solus Deus eam producat, vel infundat, ut probat infra D. Thom. 1. 2. qu. 112. ar. 1., quia cum sit participatio Divinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam naturam, sicut impossibile est, quid aliquid igniat, nisi solus ignis, ità impossibile est, quòd causet gratiam, nisi solus Deus; sive quod idem est, quòd aliquis deificet, sive communicet consortium Divinæ naturæ per quandam similitudinis participationem, nisi Deus solus, idest nisi habens naturaliter naturam divinam. Imò neque etiam, ut supra explicatum est, potest quis quantumvis justus influxu morali, sive sui merito alteri eam mereri, nisi solus Christus, sive homo Deus, in quo solo est, tanquam in suo subjecto connaturali.

3. Arg. Deus in primo auxilio, vel gratia conferenda ordinis supernaturalis non solum misericordiam, sed etiam exercuit justitiam, sed hæc exerceri non potuit, sive non est modus eam exercendi, nisi supponatur aliqua dispositio ordinis naturalis, ergo ex virtute naturali potest quis efficere dispositionem, seu se disponere ad 1. gratiam: ma. ut vidimus, est D. Thom. supra qu. 21. ar. 4., ubi asserit, quòd in omnibus operibus Dei mirificé resplendet misericordia, & justitia ejus: mi. verò prob., quia justitia nequit aliter exerceri, nisi supposito debito ex parte alterius, respectu cujus exercetur, sed nequit prima gratia esse debita, nisi respectu alicujus dispositionis naturalis, cum ante illam nil præcedat nisi opus, vel actus de ordine naturæ, ergo, ad eam præcedit dispositio naturalis.

Resp. 1. nego ma. ut attinet ad præsens. Ad prob. ex eodem D. Tho. ad 4. ibid., scil. quòd justitia Dei secundum quòd dicitur relucere in omni opere illius, sumitur pro eo, quod congruit Divinæ Sapientiæ, & bonitati, non strictè prout importat, vel dicitur correlativè ad debitum; unde ait. *Dicendum*, quòd
„ licet creationi non præsupponatur aliquid in re-
„ rum natura, præsupponitur tamen aliquid in Dei
„ cognitione, & secundum hoc etiam salvatur ibi
„ ratio justitiæ, in quantum res in esse producitur,
„ secundum quòd convenit Divinæ Sapientiæ, &
„ bonitati. Et salvatur quodamodò ratio misericor-
„ diæ, in quantum res de non esse *mutatur*. Ex quibus constat rationem justitiæ, quæ sic universaliter reperitur in operibus Dei, consistere juxta D. Thom. in eo, quod est convenire seù adæquari cum Divina Sapientia, ac bonitate: Hæc enim adæquatio appellatur justitia, quam dicitur Deus exercere etiam in prima rerum productione, vel creatione, secundum quòd terminatur ad esse illarum prout conveniens divinæ bonitati, & sapientiæ, quamvis nullam præsupponat dispositionem, imò nec subjectum: Similiter ergo dicimus posse exercere in casu suam justitiam respectu primæ gratiæ auxiliantis sine ulla præcedente dispositione ad illam.

Et quidem hoc arg. patet esse ab omnibus solvendum, nam probaret nullum omninò donum Dei sive naturale, sive supernaturale posse esse purè gratuitū, quod constat esse falsissimum. De naturali quidem, ut patet in eodem dono creationis, ubi nulla planè in nobis supponi potest dispositio antequam essemus; de supernaturali verò in gratia collata pueris in baptismo, ad quam etiam certum est nullam præcessisse dispositionem in illis. §. Secundò respondesi poterat ex doctrina iterum D. Thom. ad 2. ibidem, ubi ait quòd in conversione judæorum apparet aliqua ratio justitiæ, quæ non apparat in conversione gentium; sic similiter, & etiam à fortiori dicere possumus, quòd in collatione primæ gratiæ auxiliantis, & in quolibet alio dono supernaturali exercet rationem justitiæ, quatenus eam confert propter merita Christi, comparativè tamen ad nos habet rationem gratiæ, cum nihil ex parte nostri ante illam supponi possit, per quod sit debita; sicut eadem ratione conversio judæorum gratuita fuit ex parte ipsorum. §. 4. Arg. ex communi illo axiomatè, scil. Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, sed non videtur esse aliter esse intelligendum, nisi de faciente quod in se est ex viribus naturæ; hoc enim videtur sonare, quod in se est secundum communem conceptionem, nam Deus deindè supplet, quod ex nobis non possumus, ut patet Io. 6. ubi voluit Christus sibi offerri paucos illos panes, & pisces, quamvis ejusdem suæ virtutis esset, & illis panibus, & sine illis satiare tantam multitudinem, ut daretur intelligi à nobis esse Deo exhibendum quod nostrum est, illo deindè virtute, ac benedictione sua supplante, ac multiplicante, quod nobis deest, ut contingit in ampla illa, & superabundāte refectione tantæ multitudinis; ut pulchré, ac piè notavit laudatus Granatensis conciona 1. ad 4. Domin.
„ Quadrages. §. 4. dicens: *Quamvis* ingressus, &
„ progressus ad vitam singulare Dei munus sit, ta-
„ men aliquid à nobis exigit: Nec præstare ipse vult,
„ quod & suum, & summum est, nisi nos illud etiam
„ offeramus, quod nostrum est, quamlibet illud
„ exiguum sit. Occasione hujus argumenti placet expendere idem axioma ad rectam illius intelligentiam, & solutionem difficultatis ex eodem desumptæ.

§. VIII.

Exponitur juxtà D. Thom. commune axioma facienti quod in se est, & fit satis objectionibus.

Divus Thoma infra qu. 112. ar. 3. explicat id esse intelligendum de faciente, vel de præparante se ex viribus gratiæ non ex viribus naturæ, unde de opere præparativo, seu de præparatione ad illam
„ ait posse *dupliciter considerari*, uno modo secun-
„ dum quòd est à libero arbitrio, & secundum hoc
„ nullam necessitatem habet ad gratiam, quia do-
„ num gratiæ excedit omnem præparationem vir-
„ tutis humanæ: Alio modo secundum quòd est à
„ Deo movante, & tunc habet necessitatem ad id,
„ ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis,
„ sed infallibilitatis, quia intentio. *Dei deficere non*
„ *potest*. Distinguit ergo D. Thom. duplex opus, de quibus dubitari poterat, an haberent rationem

præ-

præparationis ad gratiam; aliud nempè, quod ex libero arbitrio, & huic negat omnem rationem dispositionis ad illam, aliud verò, quod originatur à Deo movente, scil. supra proportionem naturæ, & virtutis humanæ: Sic enim unum alteri contraponitur. Hoc verò posterius, quandoquè habet prædictam necessitatem ad gratiam, quandoque non, secundum quòd Deus movens intendit eam habere, vel non „ habere, unde ait D. Thom. *si ex intentione* Dei „ moventis est, quòd homo, cujus cor movet, gra- „ tiam consequatur, infallibiliter ipsam consequi- „ tur secundum illud Io. 6. omnis, qui audit à Pa- „ tre, & didicit, *venit ad me*. Unde D.Aug. lib.de „ prædestinat SS. cap.8. tom.7. ad hæc verba, & ad „ intentum D.Tho. subdit, hunc esse sensum illo- „ rum verborum: *nullus est*, qui audiat, & discat à „ Patre, & non veniat ad me, si enim omnis, qui „ audit à Patre, & didicit, venit, profectò omnis, „ qui non venit, non audit à Patre, *nec didicit*, „ nam si audisset,& didicisset *veniret*.2. Asserit,audire, & discere à Patre, ut veniat ad Christum, nil aliud esse, quam accipere donum à Patre, quo credar in Christum. 3. Asserit hanc gratiam, quæ occulta humanis cordibus divina largitate tribuitur, à nullo duro corde respui, quia ideò tribuitur, ut cordis duritia penitùs auferatur. En quomodo cor motum, & præparatum à Deo consequitur infallibiliter gratiam, secundum quòd per donum ejus sic movetur, & præparatur ad eam infallibiliter consequendam, & non ex viribus naturæ.

Sed contra hanc explicationem D.Th.instas ex eodem pluribus in locis. Nam q.14. de veritate ar.11. ad 1. expressè de pueronutrito in sylvis, vel inter „ bruta animalia ait, *quod si ductum* naturalis ratio- „ nis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali cer- „ tissimè est tenendum, quòd ei Deus, vel per in- „ ternam inspirationem revelaret ea, quæ sunt ad „ credendum *necessaria*, vel aliquem fidei prædi- „ catorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad „ *Cornelium act.* 10. Quod deinde magis exponens „ ad 2. subdit. *Dicendum*, quòd quamvis non sit in „ potestate nostra cognoscere ea, quæ sunt fidei ex „ nobis ipsis: si tamen nos fecerimus, quod in no- „ bis est, ut scil. ductum rationis naturalis sequa- „ mur, Deus non deficiet nobis ab eo, quod est no- „ bis *necessarium*. In quibus videtur manifestè docere, quòd nobis facientibus, seu operantibus secundum dictamen luminis, vel rationis naturalis, & consequenter quantum in nobis est, ex viribus naturæ, certissimè, sive infallibiliter conferet lumen, sive auxilium supernaturale.

Et q.24. de Veritate ar.2. ad 2. ait, quòd quamvis homo non possit opera meritoria ex libero arbitrio acquirere, potest tamen se ad gratiam habendam „ præparare. Verba D.Tho. sunt circa medium so- „ lutionis. *Gratiam* autem, quæ opera meritoria „ facit, quamvis homo non possit ex libero arbitrio „ acquirere, potest tamen se ad gratiam habendam „ præparare, quæ ei à Deo non denegabitur, si fe- „ cerit, *quod in se est*. Quibus non solum confirmat præcedentem sui doctrinam, sed præoccupare etiam videtur solutionem, nam contrapositivè loquens de acquisitione meriti, sive operis meritorii, & de præparatione ad gratiam, primum negat libero arbitrio, & concedit secundum; at si utrumque esset per auxilium supernaturale, neutrum esset denegandum, cum per istud etiam possit acquirere, vel pervenire ad opera meritoria, ergo signum, est quòd loquatur de libero arbitrio nudè sumpto, & consequenter quòd licet per istud prout sic non possit homo pervenire ad primum, bene tamen ad 2., itaut facienti quod in se est ex propriis viribus ejusdem arbitrii, Deus illi conferet infallibiliter gratiam, ut per, veniat, vel acquirat opus meritorium.

Urg. hoc ex doctrina, quam tradit 1.2. quæst.89. ar.6., ubi docet, quòd si homo cum primum incceperit usum rationis habere, se ipsum ordinaverit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati: ex quo sic argumentũ. Si homo, vel puer primò perveniens ad usum rationis se convertat ad Deum per dilectionem illius ut Authoris naturæ, consequitur gratiam, per quam ei remittitur peccatum originale, ergo operi naturali ex lege Dei, adjuncta est gratia supernaturalis, cons. tenet, quia si juxta D. Thom. per gratiam consequitur sic se convertens remissionem peccati originalis; & per nos, & secundum omnes catholicos non debetur eadem operi purè naturali, vel ex propriis viribus illius, erit illi collata ex vi legis superadditæ: ant. etiam constat; quia tunc non dum habet notitiam Dei Authoris supernaturalis, nisi velimus recurrere ad revelationes, quod videtur voluntarium, unde dicunt etiam Thomistæ, quòd ad implendum præceptum conversionis in Deum tunc obligans juxta illos, satis est ut se convertat ad bonum in communi, in quo vanit implicitè Deus, saltem ut Author naturæ, & videtur id insinuare D.Tho., dum ait præcisè, si se ordinaverit ad debitũ finem, qui est etiam Deus ut Author naturæ, non autẽ dicit, vel obligat ad finem excedentem, ergo per solam dilectionem naturalem, vel Dei Authoris naturæ consequitur prout sic faciens per illam, quod in se est, gratiam remissivam originalis.

Dices prædicta testimonia conformiter ad primam explicationem illius ex 1.2. intelligenda esse de operibus liberi arbitrii non nudè sumpti, vel factis ex solis illius viribus, sed ex viribus gratiæ per auxilia Dei supernaturalia, unde non operi naturali, sed gratiæ, sive operi facto per auxilium gratiæ est veluti conjuncta lex de conferendo gratiam. §. Sed imprimis hæc solutio est jam præoccupata, superiori replica ex relata solutione, seu doctrina ejus de veritate. Deinde impugnatur sic. Quia sequitur ex hac solutione, quòd saltem possit admitti lex sine omni inconvenienti de dando auxilium supernaturale ad opera supernaturalia, quando aliàs supponuntur opera similia naturæ, vel ordinis illius, facta tamen ex auxiliis gratiæ per Christum; consequens non admittitur à nobis, ut vidimus supra contra Vasquez ergo. Prob. sequella, quia juxta solutionem datam conceditur, quòd operibus bonis naturæ, vel ordinis ejus, & præcipuè dilectioni efficaci Dei Authoris naturæ conjuncta est gratia remissiva peccati originalis juxta superiorem Doctrinam D.Tho., quia nempè eadem opera ex auxilio supernaturali procedunt, ergo id poterit concedi de quocunque simili opere bono naturæ, si per auxilia supernaturalia eliciatur.

Ad hoc respond. juxta solutionem datam conformitat tamen ad priorẽ doctrinam D.Th. nẽpè de operibus naturæ, vel liberi arbitrii, scil. ab eodem elicitis medio supernaturali auxilio, sive dependenter à Deo supernaturaliter movente, unde infallibilitas gratiæ conferendæ, si eam velimus appellare legem) non sequitur ad quamcunq; Dei motionem, sed secundum quam

quam vult infallibiliter eam sequi, scil. ad motionem efficacem, qua ita movet cor hominis, ut illam consequatur, quia intentio Dei efficax frustrari non potest, & propterea illud Jo. relatum à D. Thom., nempè *omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit*, intelligendu n est juxta Aug., ut vidimus, de motione, vel auxilio efficaci, nam si tantum esset sufficiens, plures de facto non venirent, vel non crederent, cum plures non credentes recipient illud; & ab aliquo etiam duro corde respueretur, si tantum sufficienter inclinaret ad veniendum, vel credendum, quod tamen negat Aug. Sic ergo intellecta solutione ad mentem D.Tho.

Ad 1. replicam ex doctrina ejus de veritate, respond. quòd quando ibi ait, liberum arbitrium acquirere, seu pervenire ad meritum, sive ad opera meritoria per gratiam; ad præparationem verò secundum se, sive nobis facientibus quantum in nobis est, non esse intelligendum in hac posteriori parte, quasi contra positivè à toto genere gratiæ, itaut illud nudè sumptum, vel destitutum omni supernaturali auxilio possit se præparare, vel disponere ad illam; hoc enim est falsissimum, nec solum est contra D.Tho., sed contra omnes Catholicos, nam ad gratiam, scil. habitualem, vel justificantem, sive ad illam contra positivè ad alia antecedentia dona, vel auxilia supernaturalia, non pervenimus, nisi istis dispositi, ut fatemur omnes, vel media eadem gratia, ut dictum est, per modum auxiliantis, & non per vires naturæ, unde sensus est, quòd meritum solum acquirimus per gratiam, scil. habitualem, quæ est principium totius meriti, præparationem verò acquirere possumus per auxilium actuale, itaut non sit necessaria gratia habitualis, ut supra ex eodem explicatum est, impugnanto, ut vidimus, oppositam sententiam: per quæ etiam facilè explicantur aliæ authoritates adductæ in argumento.

Ad secundum, quæ præcipuè fundatur in posteriori ex 1. 2. circa primum ingressum hominis ad usum rationis, patet primò ex proximè tradita doctrina, quòd loquendo de gratia justificante, vel per quam remittitur peccatum, eam non infundi sine dispositionibus præviis supernaturalibus saltem de lege ordinaria, vel secundum præsentem, aut suavem Dei providentiam. Tum quia accessus per voluntatem ad aliquod objectum debet esse ad illud, ut cognitum, cum voluntas non prosequatur objectum non cognitum, ergo si in illo primo ingressu accedit homo per sui conversionem ad Deum ut justificantem, sive infundentem gratiam remissivam peccati originalis, debet hic accessus esse ad illum cognitum, ut talem, scil. ut Authorem supernaturalem, vel gratiæ, ac proinde carere nequit prout sic omni notitia supernaturali illius.

Pro hujus ergo, & cæterarum authoritatum solutione, ac rectè earum intelligentia adverto ex eodem ibidem q.109. ar.3., quòd ut homo eliciat præfatum actum dilectionis Dei Authoris naturæ requiritur, quòd supponatur sanatus per gratiam, & idem affirmet de observantia omnium præceptorum naturalium per multum tempus, ut egregiè explicat exponens discrimen inter statum naturæ integræ, & naturæ corruptæ, quòd in priori statu, *homo* (inquit) *dilectionem* sui ipsius referebat ad amorem Dei, sicut ad finem, & similiter dilectionem omnium aliarum rerum, & ideò Deum diligebat plusquam se ipsum, & super omnia, sed in statu naturæ corruptæ homo ab hoc deficit secundum appetitum voluntatis rationalis, quæ propter corruptionem naturæ sequitur bonum privatum, nisi sanetur per gratiam Dei, & ideò dicendum est, quòd homo in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis ad diligendum naturaliter Deum super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum moventis, sed in statu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc auxilio gratiæ naturam sanantis. Ita D.Tho.

Ex his resp., quòd si semel supponitur gratia, debet etiam supponi aliqua fides supernaturalis, & consequenter notitia saltem confusa mysteriorum ejusdem ordinis, cum sine fide impossibile sit placere Deo. Quo supposito iterum ad omnes, & ad 1. ex q.14. de fide dicimus, quòd si homo per nullum tempus sequitur ductum rationis in prosequutione boni, & fuga mali Deus specialiter illuminabit illum circa mysteria fidei, quia nempè in illo jam supponitur gratia, qua justificatus est, & fides implicita eorumdem mysteriorum, unde mirum non est, quòd Deus illuminet, ut ait D.Th., sicut illuminavit Cornelium, mittendo Petrum ad illum, ut instrueretur in fide, & expressè assentiretur supernaturalibus illius mysteriis. Cornelius namque jam justificatus erat, & proinde jam habebat fidem implicitam mysteriorum ejus: unde D.Th. 22. q.10. ar.3. inquit. *De Cornelio* tamen sciendum est, quòd infidelis non erat, alioquin ejus operatio accepta non fuisset Deo, cui sine fide nullus potest placere. Habebat autem fidem implicitam, nondum manifestata Evangelii veritate, unde ut eum in fide pleniùs instrueret, mittitur *ad eum Petrus*. Et hoc modo etiam explicanda est secunda authoritas ex solutione ibi ad secundum.

Ad 3. ex alio loco de veritate jam dictum est, quòd homo per liberum arbitrium adhuc motum à Deo non potest prout sic præcisè elicere opera meritoria, præcipuè loquendo de merito de condigno; vel etiam de congruo perfecto, nam ad utrumque, ut in superioribus explicatum est, supponitur in subjecto gratia, & status amicitiæ, unde præcisè per motionem intrinsecam, vel auxilium supernaturale solum potest se disponere, & præparare ad illam, nunquam tamen per idem arbitrium nudè sumptum, nec oppositum docet, ibi, neque alibi D.Th. sine aperta contradictione ad se ipsum, ut patet ex aliis locis relatis. Per quod iterum patet ad ponderationem, vel rationem subjectam.

Ex his etiam rursus dicimus ad præfatam instantiam, & authoritatem circa puerum primò pervenientem ad usum rationis, quòd homo primò perveniens ad illum dicitur quidem habere potentiam antecedentem ad diligendum efficaciter Deum, ut Authorem naturæ, sed tamen quia hæc dilectio est incompatibilis ex natura rei cum aversione ab illo, quæ reperitur in homine infecto peccato originali, cum prout sic pariter sit aversio ab eodem, ut Authore supernaturali, & aliàs se sola nequeat hanc destruere, ideò nunquam Deus confert auxilium efficax ad prædictam conversionem, nisi priùs adjuvet auxiliis supernaturalibus in ordine ad credendum illum, ut Authorem supernaturalem non solum sufficientibus, sed etiam efficacibus, quibus connexa est gratia remissiva peccati originalis: & propterea rectè ait D.Th. quòd si se convertat ad debitum finem, scil. per hujusmodi auxilia supernaturalia, consequitur gratiam,

tiam, per quam remittitur ai peccatum originale. Certum est enim hanc immediatè non sequi ad opus purè naturale, ut dictum est, quidquid sit de primo auxilio, vel fluido supernaturali, quamvis nec etiam istud ob excessum supernaturalitatis ut vidimus, consequi possit ex quacumque lege, ut debitum, vel exigitum ad illud;

Ad id verò, quod subditur docere plures ex Thomistis satis esse, quòd se convertat ad bonum in communi, & consequenter non esse necessariam conversionem ad Deum Authorem supernaturalem, ac proinde nec cognitionem prout sic, unde si aliàs juxta D.Th. se convertit ad debitum finem, (qualis est etiam illud bonum) tenemur asserere juxta illum, quòd debeatur gratia ex vi legis, vel pacti operi naturali, sive ex viribus naturæ elicito, aut saltem per speciale auxilium ejusdem ordinis habitum per Christum, sive ex meritis ejus, ut volunt contrarii Authores Catholici.

Ad hoc patet ex hac dictis, & quidquid deinde sit, quòd teneatur talis ad observantiam præcepti tunc obligantis, (ut dicunt Thomistæ) ad conversionem ad Deum, non tamen id satis est, ut ad illam sequatur immediatè collatio gratiæ remissivę peccati originalis, ut semel, atque iterum ostensum est, sistendo in pura conversione naturali, sive ad bonum in communi purè naturaliter cognitum; unde sustinendo aliàs doctrinam ibi D.Th., quòd se convertenti ad debitum finem conferat Deus talem, gratiam, omninò intelligendus est de conversione ad illum ut finem supernaturalem cognitum, ut talem, ob rationem datam, nisi velimus contradictoria asserere ad se ipsum, ut dictum est; & ideò tunc illuminabitur à Deo lumine aliquo, aut illustratione supernaturali, qua possit habere accessum ad Deum remittentem prædictum peccatum. Imò ut in superioribus insinuavimus, non desunt qui asserant consequenter ad hanc doctrinam D.Tho., non dari infidelem purè negativum, ad hunc sensum, quòd nullam unquam habuerit illustrationem de mysteriis fidei, quidquid sit quòd in tali eorum oblivione postea remaneat, ac si nunquam eam habuisset, & hac ratione pluras dici negativè tales. §.Gravissima hic duplex asser alia difficultas resolvenda, an Deus supposita præfata potentia antecedenti de facto non tribuat auxilium efficax ad dilectionem in tot millibus hominum gentilium, licet ex hoc sequatur, quòd tribuat auxilia ordinis supernaturalis; & an auxilia sufficientia dantur omnibus hominibus: sed ne eadem repetantur opportuniùs resolvi poterunt infra de reprobatione, ubi hac de re agitur ex professo. Pro nunc verò dicimus solum primum oriri in pœnam saltem ejusdem originalis, & ob idem affirmant aliqui de posteriori, sum. pro *dare*, prout habet correlativum, *recipere*, nam si sumatur pro offerre, tunc dicunt omnibus dari, scil. auxilium sufficiens; sed tamen quid sentiendum sit poterit constare ibidem.

Sed contra solutionem, & doctrinam traditam ad instantiam de conversione pueri in ingressu ad usum rationis instatur. Nam juxta illã sequitur, quòd dilectio efficax naturalis ex natura rei trahat secum dilectionem supernaturalem Dei, & gratiam, ergo idem poterit dici de quocunque alio opere naturali bono, respectu similis operis de ordine supernaturali, cum sit eadem ratio, si semel prior supernaturalitas intra lineam dilectionis non obstat. Sequela verò prob., quia juxta illam talis dilectio nequit esse destructiva aversionis repertæ in originali, & aliàs ex natura rei est incompatibilis cum illo, ergo ex natura rei trahit secum dispositivas, & formam destructivam originalis, quæ sunt fides, dilectio supernaturalis, & gratia.

Resp. nego ant. Ad prob. nego conseq., immò suppositum, quòd idem sit, vel ex natura rei connectantur, & immediatè in eadem dilectione talis incompossibilitas cum originali, & insufficientia destruendi ejus aversionem illatione, vel sequela prædictorum donorum supernaturalium, quasi ex eo, quòd sit insufficiens ad tollendam aversionem originalis, & aliàs sit incompossibilis, legitimè inferatur esse illi debita ex natura rei talia dona, aut ex propriis exigat, vel trahat illa, hoc enim ut sæpè dictum est, est perpetuò impossibile attenta conditione utriusque ordinis, vel excessu unius supra alium, & supra omne id, quod pertinet ad inferiorem, vel naturalem, sed solum dicuntur inferri, vel trahi quasi ab extrinseco, seu dependenter à suppositione existentiæ ejusdem originalis, quia nampè cum in illo conjungantur utraque aversio, scil. à Deo Authore naturali, & supernaturali, nequit una removeri, altera non ablata, quod fieri nequit sine prædictis supernaturalibus donis. Quod etiam patet in dilectione efficaci naturali Dei, si daretur in natura integra, sine elevatione ad finem supernaturalem, tunc enim non traheret secum dilectionem supernaturalem, nec à fortiori gratiam.

Secundò principaliter instas contra eandem explicationem D. Tho. ex alia ejus authoritate supra relata ex 3. cont. Gent. cap.105., ubi inquit. „ *Et* „ *cum hoc sit* in potestate liberi arbitrii impedire „ Divinæ gratiæ receptionem, vel non impedire, in „ culpam imputatur ei, qui impedimentum præ„ stat gratiæ receptioni, Deus enim quantum in se „ est, paratus est omnibus gratiam dare, sed illi so„ li gratia privantur, qui in se ipsis gratiæ impedi„ mentum præstant, sicut sole mundum illuminan„ te in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si „ ex hoc aliquod malum sequatur, licet videre non „ possit, nisi lumine *solis præveniatur*. Ita D. Th. Ex quibus fit argumentum in favorem Molinæ, qui satis etiam videtur consdere huic authoritati. Illi soli juxta D. Tho, Divina gratia privantur, qui impedimentum præstant ejus receptioni, sed qui facit quantum in se est, vel quantum potest per vires naturæ impedimentum non præstat Divinæ gratię, cum sic faciens vitet peccatum, ne potè faciens opus bonum, ergo illi dabitur infallibiliter gratia.

Huic instantiæ patet primò ex ultimis verbis longè esse alienam à mente D. Thom. hanc illationem ad intentum ejusdem Authoris. Nam si ità est, ut ait D.Tho., quòd licet possit quis ex se præstare impedimentum illuminationi solis, non tamen videre, nisi solis lumine præveniantur, nec poterit quis supernaturaliter videre, nisi pariter lumine gratiæ, vel doni supernaturalis præveniatur, licet possit huic lumini impedimentum præstare. Quidquid deindè sit, quòd quia illuminatio solis est de puro ordine naturæ, faciens quòd in se est ex viribus ejusdem ordinis, infallibiliter eam recipiet, non tamen infallibiliter recipiet illuminationem gratiæ ob ejus excessum supra omnes vires naturæ, & ordinis illius, ut toties dictum est, nec sit talis lex, ut vidimus, ut illi infallibiliter detur.

Sed deindè longè iterum ab est idem Author à recta intel-

intelligentiæ mentis D. Tho:, nam non solum 1.2., ubi supra q.109. ar.3., sed ibidem etiam cap. seq. assignat expressè discrimen inter hominem in statu naturæ integræ, & in statu corruptæ, quòd licet in utroque dicatur in potestate esse ejus impedimentum præstare, non tamen impedimentum non ponere, sive se ipsum non impedire vitando omne peccatum, ut promiscuè supponit, vel accipit præfatam disjunctivam D. Tho., sed solum in statu naturæ, ut egregiè explicat se ipsum, & hanc rem totam eo„ dem cap.160. statim ab initio dicens. *Quod* autem „ dictum est in potestate liberi arbitrii esse, ne im„ pedimentum gratiæ præstet, competit his, in qui„ bus naturalis potentia integra fuerit, si autem per „ in ordinationem præcedentem declinaverit ad „ malum, non erit omninò in potestate ejus nullum „ impedimentum gratiæ præstare. Et si enim ad „ aliquod momentum ab aliquo peccati actu parti„ cular i possit abstinere propriè potestate, si tamen „ diù sibi relinquitur, in peccatum cadet, per quod „ gratiæ impedimentum præstatur, cum enim mens „ hominis à statu rectitudinis declinaverit, manife„ stum est, quòd recessit ab ordine debiti finis. Il„ lud igitur quod deberet esse in affectu præcipuum „ tanquam ultimus finis, efficitur minus dilectum „ illo, ad quod mens inordinatè conversa est, sicut „ in ultimum finem. Quandocunque igitur occurre„ rit aliquod conveniens inordinato fini, repugnans „ fini debito, eligetur, nisi reducatur ad debitum „ ordinem, ut finem debitum omnibus præferat, „ quod est gratiæ effectus: unde manifestum est „ (concludit) quòd post peccatum non potest homo „ abstinere ab omni peccato antequam per gratiam „ ad debitum *ordinem reducatur*, sive per illam sa„ netur, ut loquitur t. 2.

Ex his manifestè patet, quàm aliena sit mens D. Thom. ab interpretatione prædicti Authoris, nam in eo consistit, quòd Deus omnibus gratiam offerat, (per quod etiam salvatur, aut verificatur, quòd vult omnes fieri,) & illi soli non recipiant, qui culpæ impedimentum præstant; quia tamen hoc impedimentum non præstare, modo in hoc præcipuè statu, non est in potestate hominis, sit ut solum per gratiam possit homo lapsus gratiæ impedimentum non ponere vitando omne peccatum, quia nempè ut subtiliter discurrit, ex peccato mortali relinquitur in anima, quædam habitualis adhæsio ad in ordinatum, vel indebitum finem, ratione cujus, si proponatur bonum commutabile conveniens, & conforme fini electo, facilè illud amplectitur, idest sine multa, vel cum non magna deliberatione. Ubi adverte, ideò non posse hominem lapsum vitare omnia peccatum, sive omnia mortalia collectivè per observantiam omnium præceptorum naturalium, quia aliquod ex his occurrens amplectitur sine magna, vel cum non magna deliberatione, licet dicatur posse omnia divisivè observare, quia ad singula potest se habere cum magna advertentia.

Sed instas, quia ex superiori doctrina D.Tho. saltem sequitur, quòd in prædicto statu naturæ integræ, facienti quòd in se est ex viribus naturæ daretur infallibiliter gratia, sive adesset assistantia ejus, ergo adhuc subsistit intentum ejusdem Authoris ad mentem S. Doct. Prob. sequela, quia homo in statu illo contrapositivè ad hominem lapsum non haberet tale impedimentum peccati, sed in potestate ejus constitutum esset non peccare, & consequenter gratiæ impedimentum non ponere, ergo si faceret totum, quod in se est ex facultate liberi arbitrii daretur ei infallibiliter gratia, vel assistentia ejus.

Resp. nego suppositum ant., quòd loquatur de homine integro integritate puræ naturæ, cum de facto in illo conditus non sit, nec si in illa conderetur, esset ei oblata gratia aliqua supernaturalis, cum supponat hæc elevationem ad finem supernaturalem, sed loquitur de homine integro integritate justitiæ originalis, ut clarè patet, tum ex discursu cap.159. ant., tum ex alio ex relato ex 1.2., ubi expressè loquitur de corruptione naturæ oppositæ integritati ejusdem justitiæ, & consequenter de homine, vel libero ejus arbitrio non nudè sumpto, sed jam elevato, & adjuto per gratiam, unde nunquam verificatur juxta mentem D.Thom. prædictum axioma de faciente, quod in se est ex solis viribus naturæ, sed adjutis ex superioribus gratiæ. Per quod patet ad ejus probat. Ad quam vel iterum nego suppositum ant., vel dist., in potestate ejus, scil. naturali, nudè sumpte, nego, adjuta viribus gratiæ, conc., & nego, vel dist. consequens eodem modo. Unde solum per vires superioris ordinis posset elicere, vel eliceret actum adimpletivum præceptorum supernaturalium, & esset expeditus ad observantiam omnium naturalium. Aliæ objectiones solvi possunt ex superioribus, & adhuc ex dicendis.

§. IX.

Impugnantur ex dictis alii modi explicandi præcedens axioma.

Alter modus, ut jam insinuavimus, qui rejiciens præcedentem Molinæ recurrentis ad legem, & pactum expositum, & impugnatum, asserit esse intelligendum de illo, qui non elicit actum aliquem peccaminosum, sive non operatur peccatum, quod possit esse obex Divinæ illuminationi, unde de pueo perveniente ad usum rationis, inquit, quando accedit ad illud indans, non ponit obicem, & adhuc aliquid boni prout potest, operatur, Deus illuminabis illum conferendo primum auxilium supernaturale, non quidem ex debito, sed ex mera misericordia, & gratia. Tunc verò facienti, quod in se est per supernaturale auxilium Deus conferet gratiam justificantem.

Sed hic modus videtur difficilior, & insufficienter præcedenti. Tum quia minùs aliquid ponit ad obtinendum primum auxilium, quàm præcedens, qui non solum ponit opus bonum naturale, ac proindè prout sic non ponit obicem, vel obstaculum alicujus mali operis, sed ulteriùs superaddit legem, vel pactum, ut dictum est. §. Tum quia non ponere, vel non se impedire loquendo de homine lapso, ut efficaciter probat. D. Thom. haberi nequit ex solis viribus naturæ.

Tum quia, (& urg. hoc ipsum,) non ponere sic obicem est aliquomodo accedere per positionem boni illius operis ad primum donum supernaturale, aliàs frustra requiritur ad illud ex parte facientis, nam si nullo modo influit, perindè est, ac non si poneret, nec faceret tale opus, ac proindè nihil conferret ad collationem talis doni, sed esset assignare aliquid de subjecto non supponente respectu illius, ergo si semel faciens, quod in se est ex viribus naturæ non ponendo

obicem, & operando aliquod opus bonum confert aliquid, tenetur asserere, quòd ex parte nostra datur aliquis influxus, vel causa primi effectus prædestinationis, & consequenter quoad omnes effectus illius ex parte prædestinati, quia revera datur causa ejusdem boni operis, quo posito non ponitur obex, & isto non posito Deus confert primum auxilium supernaturale.

Dices ex eodem negando hanc sequelam, quia licet Deus conferat illud non posito obice, & posito bono opere naturali, non tamen confert ex debito, sed ex mera misericordia, & liberalitate, & ideo homo per tale opus non est causa illius gratiæ auxiliantis. Et ideò etiam exponit illud axioma de faciente, quod in se est viribus quidem naturæ respectu ejusdem primæ gratiæ; sed tamen intelligendum esse de faciente quod in se est ex viribus gratiæ, si terminus consecutus per operationem sit gratia justificans.

Sed hæc solutio præter antecedentem replicam, (qua præoccupatur,) ulteriùs rejicitur, quia saltem sequitur dari causam per accidens primi effectus eliciti nostræ prædestinationis, sed hoc non admittitur, ergo. Prob. sequela. Quia faciens prout sic, quod in se est ponendo opus bonum removet impedimentum, si semel ponendo illud, non ponit obicem, immò confert aliquod positivum contrarium obici, quod est peccatum, ergo si illo posito, & obice remoto datur primum supernaturale auxilium, sive primus prædestinationis effectus, jam datur causa saltem per accidens illius, quod tamen est contra Concilia, & PP., ut patet ex dictis.

Dices ex eodem primò, quòd tale opus bonum naturale non est ratio, quare datur illud primum auxilium, vel prima illuminatio, quæ est effectus prædestinationis, etiam per modum removentis prohibens, quia hæc gratia, est efficax, & congrua vocatio, ad quam opus naturale nullo modo disponit, sed Deus per suam liberalitatem, illam largitur. §. Secundò. Quòd licet homo per tale opus aliquomodo præveniat, tamen hoc ipsum, quod est non ponere impedimentum motioni oritur ex prædestinatione Divina, & ideò non sequitur, quòd ex viribus naturæ sit causa etiam per accidens primæ gratiæ auxiliantis, quæ est primus effectus prædestinationis.

Sed contra primam solutionem facit, quòd non videtur solvere argumentum factum, nec salvare communem doctrinam contra Semipelagianos, quòd in natura nudè sumpta non sit aliquis positivus influxus, vel dispositio ad dona supernaturalia, quæcunque sint, Nam juxta illam solum sequitur, quòd non sit talis influxus, vel dispositio respectu auxilii efficacis, quale vult esse illud primum collatum sic facienti, quod in se est, ergo saltem ex viribus naturæ poterit habere talem influxum respectu auxilii sufficientis, immò videtur hoc supponere, dum recurrit ad efficax, ut illum excludat à ratione causæ per accidens, quia nempè ad istud non potest habere eundem influxum, ergo tenetur supponere, quòd habeat ad sufficiens, aliàs non esset necessarium recurrere ad aliud efficax, ut per se patet, si neque haberet ad sufficiens.

Secundò, & urg. hoc. Nam loquendo de eodem auxilio efficaci, sicut & de gratia sanctificante, vel justificante fatetur prædictum axioma non esse intelligendum de faciente, quod in se est ex viribus naturæ, sed gratiæ, ergo tenetur id etiam fateri loquendo de dono, vel auxilio supernaturali quodcunque sit, vel negare de omnibus. Prob. cons. quia quodcunque semel pertinens ad ordinem supernaturalem excedit omnes vires, & exigentiam naturæ, licet dicatur unum perfectius alio intra eundem ordinem, quod non præjudicat, nec diminuit eundem excessum, ergo si semel ex viribus naturæ nudè sumptæ nequit habere talem influxum respectu unius, nec poterit habere respectu cujoscunque.

Tertiò. Quia videtur alienum asserere primum effectum prædestinationis esse auxilium efficax, ergo insubsistens est solutio. Prob. ant. Nam primus effectus prædestinationis est primum auxilium supernaturale, sive primum auxilium in eodem ordine, sed istud non est efficax, sed prima gratia sufficiens ad illuminationem supernaturalem, ergo primus effectus illius non est auxilium efficax. Prob. ma., quia primus illius effectus, (& sermo est de elicito,) est primum supernaturale conducens ad justificationem juxta illud, quos prædestinavit *hos*, & vocavit, quos verò vocavit, hos & justificavit, ergo primus effectus est primum auxilium supernaturale.

Secundò ex his prob. idem ant. Nam primus effectus prædestinationis est quædam prima vocatio ad finem illius, sed non omnis saltem prima hujusmodi vocatio est auxilium efficax, ergo non omnis saltem primus illius effectus est auxilium efficax: ma. constat ex eodem dicto Apost. mi. verò prob. quia aliàs quilibet semel primo vocatus responderet, vel veniret ad Christum, sed non omnes primò vocati respondent, sive veniunt ergo: ma. constat ex merito auxilii efficacis, (in quocunque ejus efficacia consistat, ut fatemur omnes,) quòd non stat esse efficax, & non poni effectum: mi. verò etiam constare potest, tum ex innumeris experimentis, nam aliqui respondent, & veniunt solum post adultam ætatem, alii media, alii extrema. Tum quia non omnes simul audiunt, & discunt juxta illud, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti, sed si solum qui audiunt, & discunt, veniunt, ut vidimus ex D. Aug., ergo non omnes semel primò vocati respondent, & veniunt.

Urg. totum hoc. Primus effectus prædestinationis, ut proximè probatum est, est primum auxilium supernaturale conducens ad finem illius, (loquendo iterum de effectu elicito,) sed hujusmodi auxilium, ex quo præcisè conducit, aut primò conducat ad illum, sive ad vitam æternam, non habet esse efficax, ergo primus effectus non est auxilium efficax. Prob. mi. ex doctrina D. Aug. lib. 1. ubi supra contr. duas epistol. Pelagianorum cap. 19. in fine, ubi ad illud iterum Jo. cap. eodem 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum?* Subdit. *Non enim dicit, duxerit*, (sed traxerit,) *ut volentes ex nolentibus fiant*, Ex quo prob. sic. Auxilium efficax juxta D. Aug. non exprimitur præcisè per hoc, quod est duci, sed trahi, itaut ex nolentibus fiant volentes, quia nempè, ut ait ibidem, *nemo venit nisi velit*. Ergo auxilium ex præcisa ratione ducentis, vel conducentis non est censendum efficax, nisi etiam trahat. Quis verò dicat, quòd quis statim, ac primò vocatur, trahatur? Quot enim sunt, ut vidimus, qui primò vocantur per auxilium sufficiens, à quo certum est non trahi, nec habere, quòd veniant, sed tantum posse venire.

Tum quia tenemur, quò magis possumus, elongari ab errore nuperrimè damnato, non

admir-

admittente nisi auxilium efficax, si intra hanc linaam statim, ac primò vocamur, & ducimur, per auxilium tantum efficax ducamur, & vocemur.

Secunda solutio videtur primò incidere in fantantiam, quam reiicit. Nam juxta illam sequitur, quòd Deus sua prædestinatione ordinaverit sa daturum gratiam benè operanti ex viribus naturæ, & consequenter ex lege, ut asserit præcedens opinio, jam sufficienter impugnata, ergo. Prob. ant. Nam juxta illam Deus infallibiliter confart gratiam sic operanti ex viribus naturæ, licet id ex sua prædestinatione proveniat, sed hoc nequit aliter fieri nisi ratione lagis à Deo statutæ, nisi id velimus tribuere eisdem viribus naturalibus, quod est alienum, ergo salva sui solutione tenetur recurrere ad hanc legem, cujus tamen oppositum expresse sentit idem Author.

Secundò, quia Deus, ut vidimus, secundum præsentem, & suavem sui providentiam non confert gratiam sine prævijs dispositionibus, nec auxilium disponens sine elevatione subjecti ad ordinem supernaturalem ejusdem auxilii, medio eodem auxilio recepto immediatè in suos potantia obedientiali, sed ex hoc, quòd opus naturale sit ex prædestinatione Divina non habet aliquid in se, quod non habeat illa seclusa, itaut intrinsecè invariatum non remaneat sicut priùs, sine ulla proportione intrinsecè superaddita, argo sicut illa seclusa non daretur ei gratia, vel supernaturale auxilium, nec dabitur eadem superaddita, sicut ipse contendit contra legem, ad quam recurrit Molina, unde quod militat contra illam pariter militat contra extrinsecam providentiam, siva prædestinationem, ad quam juxta banc solutionem ipsa recurrit.

Tertiò denique, quia Massilienses, sive Semipelagiani non negabant opera bona naturalia esse ex meritis Christi, & nihilominùs ex eo, quòd illis prout sic adjungebant gratiam, vel donum supernaturale damnantur à Conciliis, ergo si velimus ab illis recedere, ut suppono velle recedere omnes, tenemur asserere operibus naturalibus bonis etiamsi ex Divina providentia fiunt, non posse illis adjungi gratiam, etiam auxiliantem, ut asserit secunda solutio, nt distinguitur à prima tanquam illis aliquomodo debitam.

Ex his etiam reiicitur aliorum placitum, scilic. quòd non solum gratia supernaturalis non sit debita infallibiliter ex lege operantibus banè ex solo libero arbitrio, sed neque esse necessarium opus naturale bonum, ut Deus gratiam conferat, ut dicunt alii, nam saltem prout sic Deus expectaret bonam operationem naturalem tanquam ansulam, vel occasionem, quod solum docuerunt plures ex Semipelagianis, damnati nihilominùs à Conciliis, & Patribus.

Dices Concilia, & PP. non damnare eos, qui præcisè adjungunt gratiam facienti totum, quod in se est ex viribus naturæ, sed qui asserunt adjungi, quia hoc totum facit, quasi conferatur ex vi alicujus causalitatis moralis meritoriæ, vel dispositivæ, quia intendunt excludere omnem hujusmodi influxum ab operibus bonis naturalibus, siva à solo arbitrio per vires naturæ procedentibus, sic enim verificaretur Deum expectare operationem nostram bonam naturalem, quod intendunt damnare PP., & Concilia.

Sed contra hoc est, & in primis ut patet ex verbis Conciliis Arausicani 2. relatis, ad cuius tenorem loquuntur cœtera Concil., & PP., absolutè damnantur, qui asserunt Deum expectara illam nulla mentione facta de causalitate. §. Secundò quia ut proximè dicebamus, plures ex illis solum asserebant eam præcedere per modum ansulæ, vel occasionis sine ulla causalitate meritoria, vel dispositiva, qui tamen damnantur ibidem, ergo signum est, quòd omninò intendunt eam non requiri, ut Deus gratiam conferat, §. Tertiò. Quia eorum error potissimùm ad hoc erat, ut gratiæ necessitatem, sive insufionem Spiritus Sancti excluderent tanquam necessariam ad credere, valle &c. prout oportet, quasi ad hoc satis esset præcedere tantum operationem naturalem, quia nempè facienti quod in se est, seu quantum potest ex solo arbitrio Deus infallibiliter gratiam confert, & hoc solum expectare, ut illam conferat, ut manifestè patet ex eisdem verbis Concilii, ergo non videtur salvari intentum illius contra eundem errorem, si dicatur gratiam conferri solo posito opere naturali bono, sive concurrat per viam causalitatis, sive par viam supppsitionis necessariæ ad illius collationem. §. 4: *quia* ex eo Concilia, & PP. sic statuunt ad mentem Apostoli, (ut exprimitur ibidem, & movetur D.Tho. ubi supra ad sui explicationem promovendam,) quia donum quodcunque supernaturale, ex eo quod excedit adæquatè, sive totum ordinem naturæ nullam omninò connexionem habet, vel habere potest cum operibus ejus, siva ex solis viribus, illius elicitis, sed hic excessus, & nullius connexionis militat respectu cujuscunque ex illis, sive hoc, sive illo modo concurrat, aut præcedat, vel ponatur concurrare, aut præcadere, adjuncto etiam quocunque extrinseco juxta diversitatem modi dicendi contrariorum, ergo salva doctrina Concil., & PP. non videtur alia explicatio admittenda ab illa D.Thom., aliena.

Ex his infertur non posse bonum opus naturale esse dispositionem sufficientem, ut Deus conferat gratiam ex eo, (ut aliqui dicunt,) quia aliàs sequeretur causam primam prædestinationis esse nostrum liberum arbitrium, & primam reprobationis esse Deum, si nempè daretur, quòd ex duobus benè operantibus ex viribus naturæ operationem unius acceptaret, & non alterius; nam idem argumentum fieri posset de duobus se etiam disponentibus par fidem supernaturalem, sive per illam elicientibus operationem supernaturalem, Deo unum justificante, & non alium; utrumque enim pro suo beneplacito, & voluntate facit, li et aliqua exigentia supponatur in tali opere supernaturali fidei: Sed quia ob eundem gratiæ excessum nulla supponi potest exigentia ex natura rei in opere naturali, ut infallibiliter conferatur; aliàs nec etiam locum haberet fides supernaturalis, sive non esset necessaria respectu illius, & eodem excessu etiam supposito non potest juxta præsentem, vel suavem Dei providentiam fieri recursus ad legem, vel ad aliud extrinsecum, ut ostensum est, cum neque etiam colligi possit talis lex de infallibiliter collationis ejus ex Scripturis, ut vidimus; & si esset aliqua autoritas non tam militaret de bene supernaturaliter operantibus, quàm ex libero arbitrio, unde nullo modo admittenda est lex aliqua, vel pactum, sive aliud extrinsecum ad inferendam hanc infallibilem collationem.

Ex dictis pariter reijcitur aliter modus, quem insinuavimus ex P. Vasquez existimantis opus quodlibet naturale bonum, esse primum effectum elicitum prædestinationis, quia scil. fit ex gratia habita per Chri-

stum

ſtum. §. Sed hìc modusprætor ſuperiora, quæ contra illum militant videtur in primis incidere in præcedentam Molinæ; nam gratia hæc ut ex aodem ſupponimua, cum ſir ſolum particularis, nec excedens totum ordinem naturæ, ſad unam, vel alteram particnlerem, debet eſſe naturalis ordinis, ſed dicere, quod ſecienti qnod in ſe eſt par opns elicitum ex hac gratia, aſt idem, qnod eſſerit Molioe, uem hìc etiam aſſerit ex meritis Chriſti factã eſſe connexionẽ operis boni naturalis cum ſupernaturali; ſciebet anim heuc non poſſa exigi à quolibet bono opera naturali tanquem principium illius, ergo incidit in opinionem Molinæ ſimiliter recurrentis ad meritum Chriſti.

Deindè quia iterum ſuppono ax jam communi ſententia Theologornm, & præcipuè poſt decretum Alexandr. VIII. contra 31. propoſitiones. Homo ex viribus liberi arbitrii ſine tali ſpecieli gratia habita per Chriſtũ elicare potaſt aliquod bonum ordinis naturæ ergo nequit tale opus eſſe primus effectus prædeſtinationis. §. Præterea idem opus admiſſo etiam qnod fiat ex ſpeciali gratia per Chriſtum eſt tamen intrinſecè, ut dictum eſt, ordinis naturalis, argo nequit aſſe effectus elicitns prædeſtinationis; prob. conſ. quie, ut etiam dictum eſt, eſſectus hujuſmodi eliciti coordinantur ax natura ſua, val connectuntur inter ſa, ſiva unus cum cœtaris elicitis, ſed opus ordinis naturalis, quamvis fiet ex gratia per Chriſtum non ſic coordinatur, aut connectitur cum aliis ſupernaturalibus, qui ſunt effactus illius eliciti, aliàs ordinis naturalis non eſſet, ergo non eſt effectus ajus elicitus.

Denique quia opus ordinis naturæ, ſi in ſtatu puræ naturæ eliceretur, non haberet aliquam exigentiam reſpectu gretiæ, quocunque eſſet, ſive perfectiſſimum in illo, ſed hoc quòd fiat etiam in hoc ſtatu naturæ corruptæ, & ex gratia Chriſti ſpeciali, ordinis tamen naturalis, non accreſit illi elique dignitas, val valor intrinſecue ſupra hunc ordinem, ratione cnius exigere poſſit donum ſupernaturale, cum retione hujus gratiæ, utpotè de eodem ordine, non extrahatur eb illo, nec conſtituatur in ordina ſupernaturali, ut modo ſupponimus, eliàs etiem ceſſaret quæſtio, cujus tote difficultas in hoc meximè ſiſtit, quomodo ſcil. opua neturale, ſive inferioris ordinis, poſſit ad hoc pervenira, quamdiù perſeverat in illo, ut ei infallibilitar conferatur gratia, ſive donum ordinis ſupernaturalis adæquatè excedentis totum ordinem neturæ, ergo impoſſibile eſt, quòd prout ſic poſſit aliquomodo exigere gratiam, aut ai infallibiliter conjungi.

Sed inſtas. Nem in noſtre ſantentia omnia bona neturelia in prædeſtinato ſunt effectus prædeſtinationis, ergo ex divina prędeſtinatione connectuntur cum cœteris effectibus alicitis illius, etiam ſupernaturalibus. Prob. conſ. quie quodcunque bonum naturele, ſi ſemel eſt effectus illius conducit ad ſelutem prędeſtinati, ſed non aliter poteſt conducere, niſi conjungetur, & coordinetur cum eliis ejus affectibus uſque ad finelem perſeverantiam, argo ſi ſemal eſt effectus, conjungitur cum cœteris etiem ſupernaturalibus. §. Huic inſtentię patet ex ſuperioribus; unde nego conſ. Ad prob. diſt. ma., conducit, conducentia poſitiva nego, negativa, qnetenus reddit naturem minùs indiſpoſitam, vel quaſi magis capecem, ut ſupra explicatum eſt, tranſeat, vel conc., & ſimiliter diſt. mi., niſi conjungatur per exigentiam aliorum effectuum, ſive ex natura rei, ſive ex lege, nego, per modum removentis prohibens veluti negativè, in quantũ obſervando prout ſic aliquod pręceptum naturale ſaltem quoad ſubſtantiem non ponit obicem peccati, ſive impedimantum ſalutis, per quod aliàs demneretur, tranſeat, mi., & nego conſ., nam hoc eſt tentum conducera negativè, vel cooperari, ſicut proportionabilitar cooperantur cœtere in bonum electorum, ut dictum eſt, non eutem conducere poſitivè, ſicut conducunt ad illam elii effectus ſupernaturales, unde exigare nequit cum illis conjungi, aliàs ſimiliter peccatum axigeret conjungi cum illis, cum illud atiam ut vidimus, ad ſorum bonnm cooperetur: negetur ergo telis conjunctio, quòd poſſit ex opere bono naturali ſequi ex natnre, vel ex lage aliquod auxilium, vel opus ſupernaturala, ſicut oppoſite ſententia edmitrit, & dicimus ſæpè etiem contigiſſe dari opera bona neturalia in prædeſtinato, quibus adimpleat aliqua præcepta ajuſdam ordinis, nec temen ſequi, aut immediatè, aut per multum tempus in illo diſpoſitiones ſupernaturales ad gratiam, ſed plura magis adhuc poſſet committere peccete, ob quę illum condemnare deberet potiùs, inſtas quàm juſtificare.

Sed inſtas adhuc; nam ponens obicẽ gratiæ incurrit debitum carendi illa, ergo removens impedimentum ad illam, aliquomodo ad eam ſe diſponit. Prob. conſ., quia quando affirmatio eſt cauſa affirmationis, etiam negetio eſt cauſa negetionis, ergo ſicut ponere obicem gretiæ eſt cauſa incurrendi debitum carendi illa, tollare, erit ponere diſpoſitionem, vel dabitum illius. §. Reſp. diſt. conſeq. eodem modo, tollere obicem, poſitivè, ſive per opus proportionetum ex natura rei ad deſtructionem illius, aut per formem deſtructivam conc., negetivè modo explicato, nego; nam ad removendum poſitivè requiritur gratia, vel contritio, cui eadem eſt connexe (aliter enim non eufertur peccetũ, quod opponitur gretiæ) & non ſufficit, quòd negativè tantũ dicatur removere illud, quatenus eliciendo aliquod bonum naturale non ponit obicem. Ad prob. diſt. ant., quando effirmatio, & negetio eodem modo ſe habent, vel reſpectu ejuſdem, conc., diverſo, & reſpectu diverſorum, nego. Illud enim axioma tenet, quendo utreq; eodem modo ſa habet, & varſatur circa idem, non autem ſi affirmatio ſit reſpectu unius, & negatio reſpectu alterius, nt in ceſu. Unde diſt. conſequens, tollera obicem gratiæ aſt ponere aliquam diſpoſitionem, val debitnm reſpectu illius; tollere poſitivè, & ſit impedimentum poſitivè impediens, conc., tollare negativè, & ſit impedimentum non impediens poſitivè, nego. Per vires autam natnræ, ut dictnm eſt, ſolum removetnr impedimantum negativè, ideſt non epponitur impedimentum, non temen removetur impedimentum poſitivè impedians, hoc anim à ſola gratia conſertur, vel diſpoſitivè à contritione.

Alter modus, quem jam inſinuevimus, tribuitur Scoto; nempè, quòd in attritione natureli ſit aliqua ratio meriti de congruo reſpectu juſtificationis ſi ſit perfectè cirumſtantiata, & tunc etiem aſſa diſpoſitionem ſufficientem ad gratiam in termino illius ad quirendem, ſed quia hanc retionem diſpoſitionis non admittit in illa ex natura rei, vidatur non poſſe negare, quòd ſeltem habeat ex laga ſtetuta à Deo, quod ſufficientar jam impugnetum aſt. Cœterum ex fundamento, quod edducit, videtur aliquomodo admittere prædictam diſpoſitionem ex natnra rei; nam procedit ex eo, quòd ſi naturalibus operibus

non

non adjungetur ista dispositio de congruo non posset salvari apud Deum non esse acceptionem personarum in salvatione hominum, quod tamen supre etiam ex D.Thom. plenè solutum est,& summoperè displicet Mag. Soto, & meritò, quia D. August., & cœteri illius temporis eam reducunt ad solam voluntatem Dei non supponentem aliquod debitum ex parte hominis. Videatur idem Mag. lib. 2. relato de natura, & gratia cap.4.

Sed difficultas est circa alterum hujus sapientiss. Mag.supra pariter insinuatum,& placet hic in gratiã tanti viri explicare, ut magis immunis appareat hac in re ab omninævo, & præcipuè quia non desunt, ut vidimus, qui existimarint, aliquo modo favere propositioni damnatæ ab Innocentio XI. circa attritionem naturalem, quasi ipse, & precedens modus concesserint dari primum justitiæ initium ex nobis, & quod labori, & obedientiæ humanæ subjungatur justitia, quod alias damnatur à Concil. Arausicano, cui, ut suppono, neutrum Autorem voluisse aliquid contrarium docere.

Quod tamen attinet ad nostrum Soto, quando ait dari dispositionem remotam, aliquo modo viam sternentem ad gratiam, præsertim si opera naturalia fient ex intentione flectandi Deum, ut amolliat cor ejus ad pœnitentiam, existimo nullo modo recedere à communi sententia aliorum Thomistarum, ut aliqualiter jam ostendimus, nec quidquam docere faveus prædictæ propositioni, quasi attritioni naturali velit dare aliquem influxum dispositivum ad Sacramentum, vel ad gratiam isto medienta, nam in cap. relato expresè affirmat nunquam ex operibus naturę originari aliquam rationem debiti respectu gratiæ, sed si dispositio aliqua, (quæ esset initium justificationis quamvis remotum) concederetur in naturali opere non posset non affirmari in illo esse aliquam rationem debiti, quæ non est locutio absoluta, sed affirtiva absolutè, sed conditionata, sive ex conditione, vel hypotesi, aut suppositione, impossibili. Sicut in simili D. Aug. epist. 106., & 105. ed Sixtum secunda, concedit hoc ipsum, aut videtur in eodem sensu concedere fidei naturali respectu gratię, non obstante quòd dicat fidem esse primum justificationis initium secundum quod importat quamcunque illustrationem supernaturalem intellectus, quæ proximè ad fidem ordinatur. Unde solum in modo loquendi posset aliquid eidem opponi, dum admittit opus naturale esse dispositionem remotam licet impropriam respectu gratiæ.

Nihilominus ex dictis ad sensum rectum videntur etiam hæc verba reduci posse:atenim negati non potest, ut vidimus, quòd qui bona naturalia elicit, quibus adimplet prout sic præcepta quædam ejusdem ordinis, non ponit tunc obicem gratiæ ad eam recipiendam, quod est negativè removere impedimentum positivè impedians sive peccatum, ut dictum est: Hoc verò appellari viam, vel dispositionem, impropriè taman ad charitatem non videtur inconveniens, cum ferè idem sit, quod constitui subjectum positis illis operibus minùs indispositum, vel congruenter aliquo modo magis capax charitatis comparativè ad peccantem, vel ponentem obicem per transgressionem eorumdem præceptorum, sicut dicebamus de natura humana congruenter magis aliquomodo capaci assumptibilitatis à Verbo comparativè ad angelicam, cum sit naturæ flexibilis capax resurgendi à peccato. §.Quod cõfirmari potest ex communi modo loquendi, quo ut supra, admittentes opera ordinis naturalis esse effectus prędestinationis, ut bonum ingenium, bonam indolè &c, dicunt suo modo conducere, & cooperari ad salutem prædestinati, ut explicatum est, ergo nec videtur inconveniens, quòd aliquæ bona ejusdem ordinis appellentur dispositiones remotæ, & impropriè ad gratiam.

Poterat etiam opus naturale appellari aliquomodo via, attenta in hoc Divinæ Misericordiæ,quòd si peccatores adhuc actu peccantes aliquomodo convertit, quanto magis benè operantes naturaliter:unde dicitur via impropriè eadem Dei attenta misericordia multoties respectu sic operantis,non tamen in hoc est lex aliqua, sed pro suo beneplacito aliquos benè operantes convertit, & alios relinquit. Unde sicut congruit eius bonitati, quòd naturam, quam primò, vel ab initio creat, gratia exornet, ità decet etiam bonitati illius, quod benè operantes naturaliter aliquando convertat, prout sibi placet, licet dicatur ibi adhuc respectu Dei esse maiorem congruentiam, quàm hic. Ità etiam explicat laudatus supra recentior mentem ajusdem Mag.

§. ULTIMUS.

Resolvitur quæsitum de meritis Christi an fuerint causa meritoria nostræ prædestinationis duplici Conclusione.

HActenus vidimus de causa morali, vel meritoria, & dispositiva ex parte nostri; Difficultas modo est de meritis Christi, & primò quidem indeterminatè, aut vagè respectu aliquorum, secundò determinatè respectu istorum præ aliis. §. Supponimus verò cum D. Thom. hic art. 5.,& cum aliis communiter, nempè non fuisse causam moralem nostræ prædestinationis ex parte Divinæ voluntatis, prout hæc importat actum liberum Dei, quia ut inquit D.Thom. *Nullus fuit ita sana mentis, qui diceret merita esse causam prædestinationis ex parte prædestinantis*. Et art. 9. subdit: *Prædestinationem non juvari precibus Sanctorum, quantum ad actum præordinationis*. Quibus denotat ad illam prout sic non posse ullo modo influere ut causam, aliquod creatum, sive meritum, cujuscunque sit, & meritò quia actus ille etiam ut liber, est aliquid increatum, ergo est omninò independens à quocumque extrinseco ut causa sui, & consequenter ab omni merito etiam Christi, unde difficultas est de Divina electione terminativè, sive in ordine ad nos, vel ad objecta creata.

Prima affirmative, nempè Christi merita fuisse causam moralem electorum ad gloriam, sive electionis eorum. Ita jam communiter Theologi,& sæpè id afferunt Sac.Scripturæ ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*. Et præmittitur: *Qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo Jesu*.Unde subdit D.Tho. *Dicit ergo*. Ita benedicet nos non nostris meritis,sed ex

,, ex gratia Christi, sicut elegit nos, & gratie à massa
,, perditionis separando, præordinavit nos in ipso,
,, idest per *Christum*. Quod etiam repetit lect. 4. ad
,, illud, quod prosequitur Apost. scil. *In quo etiam*
,, *nos sorte vocati sumus prædestinati secundum*
,, *propositum ejus*. Ubi iterum D. Thom. *Dicit er-*
,, *go*; Dixi, quòd hujusmodi gratia superabundavit
,, in nobis, & quòd in Christo omnia restaurata sunt:
,, in quo etiam (idest per quem Christum) nos for-
,, te sumus vocati, idest non nostris meritis, sed *Di-*
,, *vina electione*.

,, Idem habetur Jo. 15. *Sine me nihil potestis fa-*
,, *cere: sicut palmes non potest ferre fructum à se-*
,, *metipso, nisi manserit in vite, ita & vos nisi in*
,, *me manseritis*. Ex quibus Concil. Trident. sess. 6.
,, cap. 16. non longè à principio, inquit. *Ipse Christus*
,, *Jesus tanquam caput in membra, & tanquam vi-*
,, *tis in palmites, in ipsos justificatos, jugiter vir-*
,, *tutem influit, quæ virtus bona eorum opera sem-*
,, *per antecedit, & comitatur, & subsequitur, &*
,, *sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse*
,, *possent*. Ex quibus fit argumentum. Omnis effectus prædestinationis est Deo gratus, sed prout talis juxta Concil.: est ex meritis Christi, ergo omnis est effectus meritorum ejus, & consequenter hæc sunt causa totius nostræ prædestinationis.

Ratione prob. Omnis nostra prædestinatio (de qua modo loquimur, non de illa Angelorum, nam de hac 3. part. quæst. 8. ad art. 4.) pertinet ad lineam redemptivam, Christi etiam prædestinatione excepta ergo pendet ex meritis Redemptoris ut eorum effectus. Conseq. tenet, quia intra hanc lineam ipse est caput, à quo pendet omnis nostra prædestinatio, ut statim constabit. Tum quia omnis effectus prædestinationis subordinatur eidem ut causæ, ergo si omnis est redemptiva, omnis est ex meritis Christi Redemptoris ut causa illius. Antec. verò prob. Quia nullus salvus fit, qui per ipsum ut Redemptorem salvus non fiat; unde ut supra etiam vidimus, licet dicamus non fuisse datam gratiam status innocentiæ, præcisè ut ad illum statum pertinebat primis parentibus ex meritis Christi, adhuc tamen ex meritis ejus consecuti sunt jus ad illam, quia ut dicebamus, priorem gratiam per peccatum amiserant, & ideò etiam jus ad gloriam, fuit verò ex meritis Christi eis restituta, & consequenter ex eis habuerunt consumationem gloriæ, non consequandam sine illis etiam quoad gradum correspondentam priori gratiæ, ergo omnis est redemptiva, & pendens ex meritis Christi. Deinde etiam sapè traditur hoc ipsum in Scripturis; Act. 4. *Non est aliud nomen datum sub cælo, in quo oporteat*
,, *nos salvos fieri*. Et ad Rom. 5. *Sicut per unius* de-
,, lictum in omnes homines in condemnationem,
,, ita & per unius justitiam in omnes homines in ju-
,, stificationem *vitæ*. Et 1. ad Corint. 15. *Sicut* in
,, Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes
,, *vivificabuntur*: Et ad Hebr. 2. *Decebat eum* pro-
,, pter quem omnia, & per quem omnia, qui multos
,, filios in gloriam adduxerat Authorem salutis eo-
,, rum, per *mortem consumare*. Hinc Apocal. 5. unanimiter clamant electi. Redemisti nos Deo in Sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, ergo ex Sanguine, seu Passione Christi, vel ex ejus meritis pendet omnis nostra prædestinatio, sive salus.

Explic., & urg. totum hoc. Nam sive teneamus ex vi decreti Incarnationis Christum fuisse intentum motivè ut Redemptorem ab originali, sive tantum connexivè, sic quòd non fuerit intentus nisi ut Redemptor ab illo, non ut præviso, sed connexo cum tali decreto, ita ut illo non existente non venisset juxta diversitatem modi dicendi, ut vidimus 3. p. q. 1. ad art. 4., perpetuò tamen verificatur prædestinationem nostram esse posteriorem prædestinatione, & meritis ejus, ita ut ex istorum prævisione fuerint homines prædestinati, ergo ab illo ut Authore, & ex ejus meritis pendet saltem vagè prædestinatio, & salus hominum, ita ut nullus hanc consequatur, nisi dependenter ex illis, ac proinde tenemur fateri, quòd promeruerit nostram prædestinationem, & salutem prout sic. §. Tum quia ut dicebamus, in quocumque modo dicendi, semper verificatur, ut etiam expressè ait Apost. proximè relatus ad Hebr. Omnis nostra salus tandem consumetur ex meritis ejus, ergo non est assignabilis aliquis electus, qui independenter ab illis eam consequatur.

Secunda conclusio. Determinata etiam electio, seu istorum præ aliis fuit etiam ex meritis Christi. Difficultas istius conclusionis magis pendet ex illius explicatione, quàm probatione, nam veritas ejus facilè colligi potest ex præcedenti. Et quidem reducitur ad hoc, quomodo nempè salvetur primam voluntatē salvandi homines, & consequenter eligendi pro suo beneplacito, vel liberaliter hos præ illis fuisse à Deo, & non potiùs à Christo, si sen el ipse de condigno promeruerit hanc discretivā electionem unius præ alio. Siquidem tunc verificatur Deum noluisse salvare alios, nisi pro quibus prævidit Christum applicasse propria merita. Quod tamen non militat, si ponatur Christum voluisse solum aliquos salvare non descendendo ad istos, vel illos in particulari; tunc enim facilè intelligitur voluntatem salvandi aliquos primam originem habuisse in meritis Christi, non verò voluntatem salvandi istos in particulari, quia hoc meræ Dei voluntati ponetur relictum. Unde M. Ferre hìc quæst. 7. §. 2. post relatos varios modos dicendi, & simul examinatos, vel impugnatos, adeò arduam judicavit ejus solutionem, ut num. 1021. marg. asserat hac in re velle potiùs addiscere, quàm docere.

Nihilominùs juxta ordinem priùs expositum videntur hæc omnia sine ullo discrimine posse componi, nempè salvando Christum adæquatè meruisse his etiam præ aliis integram prædestinationem nostram, & hanc insuper non reduci in voluntatem Christi tanquam in primam, sed in voluntatem Dei tanquam causam ad hæc omnia gratuitò, & liberaliter se extendentem, & consequenter habuisse pro objecto prædestinationem nostram, & discretionem pariter unius ab alio dependenter ex meritis Christi, nō quasi eadem fuerit ex his meritis, (aliàs non fuisset omninò gratuita, & liberalis,) sed quatenùs præparavit illa, ut hi præ aliis salutem consequerentur, determinando scil. voluntatem Christi tam intentivè, quàm executivè ut applicaret propria merita efficaciter ad salutem pro illis, & non pro illis, juxta
,, illud superius Ad Ephes. 1. *In quo* (scil. Christo)
,, vocati sumus, & prædestinati secundum proposi-
,, tum ejus, qui operatur omnia secundum consi-
,, lium *voluntatis suæ*.

Dicimus ergo juxta præfatum ordinem, quòd in primo signo ex parte objecti prioritate causæ finalis, & meritoriæ fuit volitus, & prævisus Christus ut Redemptor. In secundo prædestinati (pro quibus & in communi, & ut discretus præparavit in priori me-

rita

rita Christi, ut eodem scil. applicante illa salutem æternam consequerantur; & totus ordo habendæ, & restituendæ, & tandem consumandæ per illum complerator, ut dictum est.

Hunc etiam ordinem, (quem ut vidimus, prosequuntur graves Thomistæ cum Cajet. ibidem 3. p.) videtur ad litteram amplecti laudatus M. Ferre hic dicens. Talis argo fuit ordo. Primò voluit Deus Christum cum gloria Redemptoris, & præordinavit de maritis ejus; & deindè voluit eligere ad gloriam dilectos præ non dilectis ex meritis Christi, & applicavit voluntatem ejus ad marendum his præ aliis totam seriem prædestinationis, incipiendo à voluntate intentiva. Deinde ex meritis Christi prævisis ut applicatis his præ aliis, intendit gloriam his præ aliis; deinde voluit exequi omnes effectus prædestinationis in tempore usque ad gloriam inclusivè. §. Ex quibus formari potest ratio pro conclusione. Nam salus electorum non solum pendet ex maritis Christi in communi, vel vagè, sed etiam in particulari, & discretivè aliquorum præ aliis, argo non solum funt causa moralis, quòd aliqui vagè somp i salventur, sed etiam datarminatè, quòd isti præ aliis: Ant. patet ex ordine expolito.

„ Hinc cum eodem intelligere possumus illud „ Jo. 17. v. 9. *Ego pro eis* rogo: non pro mundo ro- „ go, sed pro his, quos dedisti mihi, *quia tui sunt*, ut detur intelligi in Deo esse voluntatem affiacem circa salutem prædestinatorum omninò gratuitam, & liberalam, quæ nempè non fuit ex meritis Christi, sed qua voluit eos prædestinare ex maritis ajus: unde quia hæc voluntas applicavit illam Christi ad meraodum prædestinationem his præ aliis, dicitur dedisse Christo prædestinatos, ut ex meritis ajus eos prædestinaret: & propterea subditur. Quia tui sunt, non enim potest aliquid dari, quod dantis non sit; sed ideò datur, ut alterius etiam sit, unde sicut jam erant sub Divina voluntate gratuita, & liberali, ut dictum est, fierent etiam Christi, seu voluntatis ajus per applicationem suorum meritorum ad illos juxta præordinationem, & præparationem prioris voluntatis Divinæ ad illam Christi.

DISPUTATIO SEPTIMA.

De certitudine prædestinationis.

Unum principaliter inquirimus, unde scil. sumatur certitudo causalitatis ejus, dicturi deinde de certitudine, & numero electorum, atque aliquid etiam de signis illius.

QUÆSTIO PRIMA.

A quo sumenda sit certitudo causalitatis in prædestinatione.



Upponimus primò prædestinationem esse certam certitudine non solum præscientiæ, sed etiam causalitatis. Nam ut eam definit, vel describit D. August. lib. de bono persever. cap. 14. Est præparatio, & præscientia beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur; Et probat D. Thom. hic art. 6. Quia prædestinatio est pars providentiæ, sed Dei providentia certissimè, & infallibiliter consequitur suum affectum, ut constat ex dictis, argo. Unde quæst. 6. de veritate art. 3., oppositum docet esse contra dicta SS. Et deinde etiam constare potest ex his, quæ latè supra examinavimus; quia prædestinatio essentialiter supponit electionem efficacem prædestinatorum ad gloriam, cum sit via efficax ordinativa mediorum efficaciter conducentium ad illam, præscindendo à qu. illa, scil. an prævisionem maritorum antecedat, vel non, in quo supponuo iterum omnes Theologos convenire. Claudit hinc etiam essentialiter electionem efficacem ad gratiam, & merita, sed voluntas efficax Dei infallibiliter infert, & causat etiam suum objectum, ut dictum est, argo prædestinatio includens prædictam voluntatem est causa infallibilis maritorum, & gloriæ, & consequanter est certa non solum certitudine scientiæ, „ sed etiam ordinis, & causalitatis. Unde Jo. 6. inquit „ Salvator: *omne*, quod dedit mihi Pater, non *perdam* „ *ex eo*, Et cap. 10. *Nemo rapiet eos de manu mea*, „ scil prædestinatos.

Ex quibus duo inferuntur, ut rectè etiam advertit M. Ferre, nempè quòd Deus infallibiliter cognoscat in sua efficaci ordinatione, (quæ dicitur decretum efficax) prædestinatum infallibiliter salvandum; & insuper quòd per illam infallibiliter causet in tempore effectus, quos ab æterno in tempore fieri præordinavit. Per primum habetur certitudo præscientiæ; per secundum certitudo causalitatis, ac proinde utraque infallibiliter gaudet certitudine prædestinatio. §. Hoc etiam n(subdit, & patet ex dictis, tenentur fatari PP. societatis, qui negantes nostrum imperium dicunt illam consistere in judicio per alectionem approbato. Siquidem tale judicium, & præsupponit propositum efficax salvandi, & deinde firmatur per electionem efficacem mediorum in ordine ad salutem. Electio autem efficax Divina frustrari non potest, unde infert infallibiliter suum objectum, & infallibiliter causat illud, non enim potest ad causalitatem Divinam, vel in hac linea aliquid supponi, aliàs non esset prima: & ideò prædestinatio, ut ipsi etiam dicunt, evadit certa utraque certitudine, ac proinde in utraque sententia debet id ut certum supponi. Quidquid sit de modo salvandi hanc certitudinem, in quo est præcipua difficultas examinanda.

Secundò etiam supponimus, in utraque etiam, & in omnium sententia hanc infallibilem certitudinem prædestinationis nostram non tollere, nec lædere libertatem, (quidquid iterum sit de modo componendi

di illam cum eadem libertate, de quo infra, & latè jam in superioribus dictum est.) In quo priùs errarunt Pelagiani, qui ut refert D. Aug. lib. 2. contra duas Epist. Pelagianorum, hac ratione negabant efficaciam gratiæ, & prædestinationis, quia putarunt, cum illa non componi nostram libertatem; & deinde etiam errarunt Lutherus, & Calvinus, qui eam utrique concedentes, ex ea tamen inferebant arbitrii libertatem penitùs everti. Quos omnes damnarunt Concilia superiùs relata; & novissimè etiam Innoc. X. hæreticam declaravit tertiam ex quinque Jansenii ab eodem damnatis, quæ asserebat ad merendum in statu naturæ lapsæ non requiri libertatem à necessitate, sed sufficere libertatem à coactione, quia nemrè supponandum de fide est prædestinatos suis bonis operibus gloriam promereri, ad quod omninò requiritur utraque libertas, ut probatur 1. 2. q. 114. Unde longè antea etiam D. Tho. q. 6. & unica de malo, seu de electione humana, aut libero arbitrio art. unico in corp. eandem propositionem, statim in principio damnaverat pariter ut hæreticam
„ dicens: *Hac autem opinio* (scil. eorum, qui po-
„ nebant voluntatem hominis ex necessitate move-
„ ri ad aliquid eligandum, nec tamen ponebant,
„ quòd voluntas cogaretur:) *est hæretica*, tollit
„ enim rationem meriti, & demeriti in *humanis*
„ *actibus . . . . est etiam* annumeranda inter extra-
„ neas philosophiæ opiniones, quia non solum con-
„ trariatur fidei: sed subvertit omnia principia phi-
„ losophiæ moralis. Si enim non sit liberum aliquid
„ in nobis, sed ex necessitate movamur ad volen-
„ dum, tollitur deliberatio, exhortatio, præce-
„ ptum, & punitio, & laus, & vituperium, circa
„ quę moralis *Philosophia consistit: hujusmodi autem*
„ *opiniones* (id obiter ex eodem referre prosequor
„ ad radicitùs detegendos præfatos errores;) quæ
„ destruunt principia alicujus partis Philosophiæ,
„ dicuntur propositiones extraneæ, sicut nihil mo-
„ veri, quod destruit principia scientiæ naturalis,
„ Ad hujusmodi autem positiones ponendas inducti
„ sunt aliqui homines partim quidem propter pro-
„ tervism, partim propter aliquas rationes sophi-
„ sticas, quas solvere non potuerunt, *ut dicitur*
„ *in 4. Metaphys.* Ita D. Tho.

Difficultas ergo est ex quibus principiis salvari debeat hæc infallibilis certitudo causalitatis, nè dicatur tolli, vel lædi libertas creata; nam prædicti PP. societatis recurrunt ad scientiam mediam, per quam nempè Deus prævidet consensum nostrum ponendum, vel non ponendum sub conditione si vocetur, itaut non possit Deus actum istum liberum, seù consensum prædiffinire, & de illo disponere, quin priùs exploret, quid voluntas creata, si vocetur, & Divina gratia tangatur, sit operatura. Ex quo oriri videtur primò, voluntatem nostram posse impedire prædeffinitiones Divinas, cum potuerit sub conditione vocationis non consentiendo impedire scientiam affirmantem consensum, scil. ne affirmet illum sub eadem conditione, si nempè prævideat sub ista illam non consensuram: hac verò scientia sic impedita ad affirmandum consensum, manet pariter impedita prædiffinitio consensus, cum non possit hæc poni nisi sub prævisione illius, vel nisi necessariò illum supponat sub tali conditione prævisum per eandem scientiam,

Sequitur secundò necessitatem ex prædestinatione, aut prædiffinitione Divina non esse antecedentem, sed consequentem nostras liberas operationes, & hac ratione existimant subsistere infallibilem certitudinem sine læsione nostræ libertatis, quia nempè sola necessitas antecedens eidem opponitur. Ita omnes defensores ejusdem scientiæ cum Molina hic q. 23. ar. 4., & 5. disp. 1. ferè per totam, & præcipuè membro 6., 9., & ultimo.

Subdit verò Illustriss. Godoy, quòd licet in dependentia prædestinationis, & prædeffinitionis Divinæ à scientia media omnes illius professores conveniant; quidam tamen illorum, (ut proximè etiam insinuavimus:) hac scientia præsupposita admittunt decreta ab intrinseco efficacia prædeffinitiva nostrorum actuum sine læsione ejusdem libertatis, relati ab eodem disput. antec. 65., qui nempè admittunt electionem efficacem ad gloriam, ut coronam antecedere merita, ut in statu absoluto prævisa. Alii verò hujusmodi decreta rejiciunt etiam supposita eadem scientia, quia putant non posse admitti salva libertate creaturæ, ut Vasquez, & alii.

Thomistæ autem, ut latè supra expendimus, ad efficaciam decreti prædestinationis recurrunt, ut sine omni læsione ejusdem libertatis salvent certitudinem, & infallibilitatem prædestinationis, quia nempe est summæ, vel infinitæ efficaciæ, & ex qua, ut vidimus, rectissimè infert D. Tho. quòd non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed etiam quòd fiant eo modo, quo fieri vult, scilicet liberè, aut contingenter vel necessario.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio ex D. Augustino.

Certitudo, & infallibilitas prędestinationis optimà salvatur sine ulla repugnantia ad libertatem ex vi summæ, & infinitæ ejus efficaciæ, & non per scientiam mediam. Sumitur primò ex D. Aug.; nam hic S. P. nullam præscientiam agnovit in Deo, quæ prædestinativa non sit: quod prob. ex eisdem locis, in quibus contrarii potissimum fundat suam sententiam ex eodem S. Doct. Primus est in Epist. 49.
„ q. 2. non longè à fine ubi ait; *Tunc voluisse* homi-
„ nibus apparere Christum, & apud eos prædicari
„ doctrinam suam, quando sciebat esse, qui in eum
„ fuerant *credituri*. Alter est in lib. de prædest. SS.
„ ubi iterum inquit. *Nihil esse* verius, quàm præ-
„ scivisse Christum, qui, & quando, c. 9. & quibus
„ locis fuerant in eum *credituri*. Sed ex his locis, aut similibus non licet inferre de mente D. Aug. aliquam scientiam, aut præscientiam condicionatam ante liberum Dei decretum, & consequenter ante prędestinativum, ergo nulla est admittenda apud eundem cōditionata, non prędestinativa, per quam salvari debeat certitudo prędestinationis sine lęsione libertatis. Prob. mi. quia eodem cap. 9. explicans relata verba expresse docet præscientiam talium futurorum (ut supra etiam insinuavimus,) supponere prædestinationem, vel electionem Dei, ergo. Prob. mi. Quia
„ sic explicans ait, *Sed utrum* tantummodo eos
„ præscierit, an etiam prædestinaverit Deus, diffe-
„ rere tunc necessarium non putavi: proinde quod
„ dixi tunc voluisse hominibus apparere Christum,
„ & apud eos prædicari doctrinam suam, quando
„ sciebat, & ubi sciebat, qui fuerant in eum credi-
„ turi possit sic dici: tunc voluisse hominibus appa-
„ rere Christum, & apud eos prædicari doctrinam
„ suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui ele-

,, cti fuerant ab ipso ante mundi *constitutionem* ergo non solum eisdem locis, vel aliis hujusmodi non admittit talem præscientiam, ante prædestinationem, vel electionem, sed manifestè eam rejicit.

Urg. hoc ex eodem de dono perfever. c. 17. ubi sic ,, habet: *sed hi, qui* solum fidei initium, & perseverantiam usquè in finem sic in nostra potestate ,, constituunt, ut dona Dei esse non putant, neque ,, ad hæc habenda Deum operari nostras cogitationes, & voluntates; cætera verò ipsum dare concedunt, cum ab illo impetratur credentis fide. ,, Cur ad ipsa cætera exhortationem eorum, cæterorumque prædicationem definitione prædicationis non metuunt impediri? An fortè nec ipsa ,, dicunt prædestinata? Ergo nec dantur à Deo, aut ,, se daturum esse nescivit? Quod si ab eo dantur, ,, & ea se daturum esse præscivit, profectò *prædestinavit*. Ita D. Aug. In quibos iterum manifestè docet nihil à Deo dari, aut sciri, quod ab ipso prædestinatum non sit: unde juxta præcedentem ejus redargutionem contra sui adversarios: hæ sunt legitimæ consequantiæ: opera virtutum non sunt à Deo prædestinata, ergo ab illo non dantur, nec sciuntur. Vel ex opposito; dantur ab illo, & sciuntur, ergo ab illo prædestinantur: ergo juxta S.P. non datur scientia, aut præscientia in Deo futurorum, quæ prædestinativa non sit, vel quæ antecedat ejus electionam, & non magis præsupponat.

Urg. 2. ex eodem clariùs hoc ipsum exprimente ,, ibidem c. 18. in princ., ubi subdit. *Hæc inquam* ,, *Dei* dona, si nulla est prædestinatio, quam defendimus, non præsciuntur à Deo: præsciuntor autem: hæc est prædestinatio, quam defendimus: ,, unde aliquando eadem prædestinatio significatur ,, nomine præscientiæ, sicut ait Apost. Non repulit ,, Deus plebem, quam præscivit: hoc quod ait, præscivit, non rectè intelligitur, *nisi prædestinavit*.

,, Tertiò nec minùs expressè prosequitur initio ,, c. seq. 19. dicens. *Voluit* intelligi plebem, quam ,, propterea Deus non repulit, quia præscivit: hæc ,, est illa electio, qua eos, quos voluit, elegit in ,, Christo ante mundi constitutionem, Nullus igitur, qui hæc intellexit, negare, vel dubitare permittitur, ubi ait Apost. non repulit Deus plebem ,, suam, quam præscivit, prædestinationem significare voluisse: præscivit enim reliquias, quas secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturos: ,, hoc est ergo prædestinavit; sine dubio enim præscivit, si prædestinasse est hoc præscijsse, quod *erat* ,, *ipse facturus*. §. Denique sic concludit. *Quid ergo* nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus præscientiam, (& agitur de vocatione electorum,) eandem prædestinationem intelligere? Magis autem fortassè voluerunt hoc verbo io ea re uti, quod & faciliùs intelligitur, & non repugnat, imò, & congruit veritati, quæ de prædestinatione *gratiæ prædicatur*. Quod probat Authoritate SS. Cypriani, Ambrosii, & Nazianzeni. Ex quibus omnibus apertè constat non aliam agnoscere præscientiam in Deo alicujus futuri independentar à decreto, vel eodem non præhabito, quo voluerit Deus dare, ubi, & quando dona sua.

Quòd si dicas p imò nec ab eodem, nec ab aliis SS. PP. negari posse, Deum peccata futura præscire, quæ tamen ab ipso non prædestinantur; imò sæpissimè, ut respondeant Ethnicis, & Hæreticis quærentibus, cur Deus creavit Dæmonas, quos præscivit futuros: cur Deus homini in Paradiso dedit mandatum, quod sciebat transgressurum, & similia. Respondent semper præsupponendo Deum antequam decerneret eos creare præscivisse futoros malos, si crearentur.

Ad hoc quantum, attinet ad D. Aug. patet primò ex verbis illis, & agitur de vocatione *electorum*; velle specialiter de re, de qua agebatur, scil. respectu boni operis futuri non dari præscientiam sine decreto prædestinativo, vel determinativo futuritionis illios, ut latè constat ex superioribus. Quidquid sit de præscientia malorum, quæ nec etiam datur sine permissivo, ut etiam patet ex dictis, & statim iterum dicemus. §. Ad id verò, quod additur ex PP. supra etiam dictum est, & rursus omninò negamus, ut solvant præfatas quæstiones supponere semper Deum antequàm decerneret creare homines, præscivisse futuros malos: nam ut plurimùm ut dictum est, solum loquuntur de præscientis absoluta, qua ab æterno, supposito decreto creandi præscivit futuros malos an, tequam actu crearentur: quòd si aliquis eorum de præscientia antecedente decretum absolutum loquatur, nullus tamen asserit eam præscientiam futuri peccati non præsupponere in Deo de retum conditionatum de permittendo peccato, & causando illud quoad materiale ex hypothesi, quòd crearentur illi homines, quos dicitur præscire malos.

Quòd si secundò dicas in prædictis locis D. Aug. non loqui de præscientia conditionata, sed de absoluta futurorum, de qua etiam contrarii fatentur non dari in Deo ante decretum de futuritione eorum, cæterum conditionatam non est necessarium supponere illud, cum hæc non affirmet futuritionem eorum, nisi sub conditione, scil. si vocaretur & c. unde cum nihil ponat in re sub hoc statu conditionato, poterit sub isto præcedere omnem Dei determinationem; imò hoc videtur necessarium, ut salvetur certitudo ex parte Dei sine læsione libertatis creatæ.

Sed hæc solutio jam præoccupata est, nam in priori loco, quem ab initio retulimus, manifestè loquitur de conditionata. Deinde eadem ratio, quam in posterioribus exagerat, proportionabiliter, ut latè etiam in superioribus expendimus, æquè militat de utroque statu; non enim Deus est minus causa prima, vel primum agens in uno statu, quàm in alio, ergo si quia est primum in absoluto, nequit aliquid certò præsciri non priùs prædestinatum, vel decretum ab illo, nec poterit certò præsciri in conditionato, non priùs decretum, vel prædestinatum conditionatè, nisi velimus aliquid præcedere in linea essendi antequam Deus velit illud, sic enim causa creata in aliquo statu, vel modo essendi præcederet Deum, quod repugnat in terminis, aliàs creata, vel dependens prout sic non esset à Deo, si semel prout sic præcedit illum.

Præterea videretur S. P. valdè diminutè procedere, dum ex professò agitans rem tanti momenti, eam resolvit cum sola præscientia prædestinativa, nulla mentione facta de alia media, si hanc admitteret, & cognosceret esse necessariam, ut dicunt contrarii ad salvandam prædestinationis certitudinem, sine præjudicio libertatis ergo si ad hanc posteriorem non recurrit, imò nec meminit in tot locis adductis, signum manifestum est eam omninò non admittere.

Ex his in favorem conclusionis fit efficax argumentum ad mentem S. Doct. Nam D. Aug. ex professò agens hac de re, scil. de infallibili certitudine prædestinationis, immuni manente libertate crea-

te, eam sustinet, nunquam recurrens ad hanc scientiam mediam, ergo non est hęc necessaria ad idem intentum: conf. tenet, quia aliàs ut dictum est, valdè diminutè, aut deficienter procederet, omisso medio tam necessario ad rem adeò arduam explanandam: ant. etiam constat ex omnibus locis adductis.

Urg. 1. Quia non solum D. Aug. mentionem non facit de eadem scientia ad id salvandum, sed expresse recurrit ad medium divinæ efficaciæ, eidem oppositum, quo etiam utitur S. Tho., ergo aliena est à mente illius; prob. ant. ex eodem lib. de Correp., ,, & Gratia c. 14. ubi ait. *Volenti* (scil. Deo) salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium, ,, sic enim velle, & nolle in volentis, & nolentis, ,, est potestate, ut Divinam voluntatem non impediet, nec *superet potestatem*. Idque sepè alibi docet locis supra relatis ergo. §. Secundò specialiter urg. ex his, quæ tradit libro illo de dono Perseverantiæ c. 14., ubi ad hanc rem iterum in principio proponens objectionem contrariorum, quasi intrinseca efficacia, vel certitudo prædestinationis salvari non ,, possit sine præfata scientia inquit. *Sed ajunt* prædestinationis definitionem utilitati prædicationis ,, adversam. Quasi verò adversata sit Apostolo prædicanti. Non nè ille Doctor gentium in fide, & ,, veritate prædestinationem toties commendavit, ,, verbum Dei prædicare non destitit? Nunquid, ,, quia dixit; Deus est, qui operatur in nobis, & ,, velle, & operari pro bona voluntate sua, ideò ,, non ipse, & ut velimus, quæ Deo placeant, & ut ,, operemur, hortatus est? Aut quia dixit, qui in ,, vobis bonum opus cœpit, perficiet in diem Christi Jesu, ideò ut inciperent homines, & perseverarent usque in finem, *ipse non suasit*?

Ex quibus fit argumentum. S. Aug. si semel agnovisset, aut posuisset prædestinationem, vel ejus efficaciam, aut infallibilem certitudinem salvandam fore pront ionixam præscientię de bono usu liberi arbitrii, statim cessasset objectio illa Hęreticorum de inutilitate prędicationis, otiosè enim tunc illam sibi objecissent, cum Deus tunc prędestinaret non id, quod vellet ipse absolutè fieri, sed quod jam pręvidisset liberum arbitrium pro sua libertate esse operaturum, ergo non est de mente ejus talis scientia ad salvandam prędictam certitudinem sine detrimento libertatis.

Explic., & urgetur totum hoc ex eodem, qui tantum ab est, quòd ad hanc præscientiam recurrat, ut salvet hoc ipsum, quin potiùs eam impugnat ex professò lib. illo de prædestinat. SS., quem scripsit contra errores Massimiliensium, & eodem lib. de corrept., & gratia c. 12., ubi prædestinationem Dei, & promissionem efficacem de fide, & conversione gentiũ factam Abrahæ genes. 10. non præsupponere scientiam futuræ fidei, & conversionis gentium probat ex eo, quia Apostolus ad Rom. 4. de hac promissione loquens sic ait. ,, *Abraham non est infirmatus in fide* ,, *dans gloriam credens*. Quia quæ promisit Deus ,, potens *est facere*. In quibus subdit hoc posteriori ,, loco post medium. *Non ait*, quæ præscivit, potens ,, est promittere, aut quæ prædixit potens est ostendere, aut quæ promisit potens est præscire, sed quæ ,, promisit *potens est*, *&* *facere*. Ita verò dixisse, ,, *Quoniam illa*, (ut paulò ante inquit.) *Quæ bis* ,, *promisit*, *etiam futura jam fecit*. Et quoniam secundum gratiam firma sit promissio, ut Apostolus ibidem ait, non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit: promisit enim, quod ipse facturus erat, non quod homines, quia & si faciunt homines bona, quę pertinent ad colendum Deum, ipse facit, ut ille faciant, quæ præcepit, non illi faciunt, ut ipse faciat, quæ promisit; alioquin ut Deus promissa compleret, non in Dei, sed in hominum esset potestate, & quod à Domino promissum est, à gentibus redderetur Abrahæ. Ita D. Aug. eisdem locis, quo nil videtur clariùs ad illius mentem contra eandem præscientiam antevertentem decretum, nam si prędestinaret Deus, aut traheret gentes ad fidem non ex sui efficacia, immuni manente omni libertate creaturæ, sed ex præscientia futuri consensus ex innata libertate, planè veriùs diceretur potens est promittere, quę pręscivit, quàm quę promisit, potens est facere; nec secundum gratiam firma esset promissio, sed secundum libertatem. Et de potestate nostrę voluntatis non minùs, quàm de sua prędestinatione promisisset, si prędestinatio efficaciam, & certitudinem habet ex pręscientia ejusdem consensus, hęc fecisset Deus, ut futura essent, quę promisit Deus, nec faceret nos facere. Nam si prędestinatio non est efficax, vel certe, nisi ex pręscientia futurę fidei Gentium, reverà si Deus non pręscivisset eam futuram, promittere non potuisset Abrahę, quia tunc nullum supererat illi medium efficax, quo traheret Gentes ad fidem. Quæ tamen sunt contradictoriè opposita doctrinę ejus.

§. II.

Probatur Conclusio ex Divo Thoma, & ratione ex eodem.

Quamvis ex superioribus satis constare etiam possit de mente D. Tho., quia tamen Contrarii conantur adhuc trahere in sui favorem, placet clarissimam ejus mentem ulteriùs exponere. Primò quidem super cap. 11. Matth. ad illa verba. ,, *Quia si* in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes ,, quę factę sunt in vobis olim in cilicio, & cinere ,, *pœnitentiam egissent*, expresse omne opus bonum, vel meritum ad Divinam ordinationem reducit tanquam effectum illius, & nullatenus ad pręcisam pręvisionem futuritionis eorum. Unde ait. *Alia* est ,, expositio Augustini, quia prędestinatio est prę- ,, scientia beneficiorum Dei. Unde quęcunque pertinent ad salutem sunt effectus prędestinationis in ,, prędestinatis. Unde diversimodè distribuit Dominus dona sua, quia quibusdam dat cor docile, & ,, pronitatem ad benè agendum. Sed hoc non sufficit, nisi sit instructor. Item aliquando est instructor, sed cor est durũ, & sicut illis non sufficit facilites ad credendum, sic nec istis nocet cor durum. ,, Unde quęrere, quare istum elegit non illum fatuum ,, est quęrere. Unde ait D. Aug. quarè trahat hunc ,, & non illum noli judicare, si non vis errare. Unde ,, melius est, ut totum torqueatur ad ordinationem ,, Dei, quàm ad humana *merita*. Quibus verbis omnia intra lineam prędestinationis eidem tribuit, ut illius effectum, & consequenter ipsum Deo vocanti liberè consentire, quod non componitur, ut patet, cum scientia media, qua ut dicunt Contrarii, tenetur priùs explorare, an voluntas in tali circunstantia, vel sub tali conditione sit pro sua libertate consensura, ut certò deindè determinet, vel absolutè decer-

decernat de vocati salut. Unde apud ipsos,(& expressè affirmat Suarez cum Molina,& aliis, Petrus ex hypothesi,quòd tali tempore vocetur,non ideò esse voliturum, quia Deus decreverit, vel præsciverit illum esse voliturum, sed potiùs ideò præsciri à Deo voliturum, quia ipse pro supra libertate est volitur us; etsi voliturus non esset, ut poterat, stante eadem vocatione, & tempore, Deus non præsciret volituram, sed noliturum, quod tamen contradictoriè pugnat cum relatis verbis D. Tho. totum referentis ad Dei ordinationem.

Quibus addo in confirmationem doctrinæ eius, sive ad pleniorem necessitatem sic omnia referendi ad divinam ordinationem. Nam vel prædicta vocatio Petri (ex cujus hypothesi præscivit Deus ab æterno futuram infallibiliter conversionem ejus, & ex vi deinde hujus præscientiæ, certa redditur prædestinatio, seù salvatur infallibilis ejus certitudo.) Vel ut erat principium antecedens futuritionem conversionis Petri intelligebatur jam habere specialem vim convertendi Petrum infallibiliter,quam non haberet vocatio Judæ,vel non. Si dicatur primû,ergo vocatio Petri secundum se erat future antecedenter ad præscientiam futuræ conversionis illius. Si secundum, ergo conversio Petri præscitur infallibiliter futura ex hypothesi vocationis inefficacis. Nam vocatio efficax habet specialem vim trahendi infallibiliter voluntatem ad consensum, ut Suarez nobiscum supponit ut certum ex doctrina D. Aug.

Ulteriùs infero, ergo in re ex tali vocatione Petri, nulla prorsus addita illi vi morali, nec physica subsecuta fuit in tempore conversio Petri, quia data in re, vocatione illa, ex cujus hypothesi præscivit in æternitate Deus futuram conversionem, infallibiliter erit Petri conversio, omni alia majori vi morali, & physica seclusa, alioquin Divinæ scientiæ posset sub esse falsum. Idem argumentum fit de quacunque alia vocatione. Ex quo etiam videtur reipsa Suarez cum Molina contra se, & contra D. Aug. tenere eandem vocationem non habere specialem vim trahendi infallibiliter voluntatem, sed solum dici efficacem accidentaliter ab effectu ex libera ejus cooperatione, ac proindè originaliter ab hujusmodi extrinseco proveniat efficacia illius, ut ait Molina.

Secunda authoritas D.Th.sumitur ex q.6.de veritate ar.3., ubi ex professò agens hac de re, in terminis rejicit oppositam sententiam, nam in corp. post medium, ut supra etiam retulimus, sic ait. „ *Non* „ *enim* potest dici, quòd prædestinatio supra certitu- „ dinem providentiæ nihil aliud eddit, nisi certitu- „ dinem præscientiæ, ut si dicatur, quòd Deus ordi- „ nat prædestinatum ad salutem, sicut & quemlibet „ alium.Sed cum hoc de prædestinato scit,quòd non de- „ ficiet à salute,sic enim dicendo non diceretur præ- „ destinatus differre à non prædestinato ex parte „ ordinis, sed tantum ex parte præscientiæ eventus „ & sic præscientia esset causa prædestinationis. „ Nec prædestinatio esset per electionem prædesti- „ nantis,quod est contra authoritatem Scripturæ, & „ dicta Sanctorum PP. Unde præter certitudinem „ præscientiæ, ipse ordo prædestinationis habet cer- „ titudinem infallibilem,nec tamen causa proxima „ salutis ordinatur ad eam necessariò,sed contingen- „ ter, *scil. per liberum arbitrium.* „ En quomodo utramque infallibilitatem, & certitudinem prædestinationis statuat,nempè præscientiæ,& ordinis,& causalitatis, nec tamen recurrit ad provisionem per scientiam mediam,ut eam salvet sine læsione libertatis, sed ad Divinam ordinationem, ut sequentibus explicat usque ad finem corp.

Hanc authoritatem Molina adeò sibi contrariam censuit, ut si ejus verba reddant sensum,(ut reverà reddunt, vel leviter consideranti textum,) quem nos intendimus, scil. quod intendat Div. Thom. docere prædestinationem habere certitudinem ex absoluta Dei electione, & Divinæ voluntatis efficacie, & non ex præscientia sola, asserat quoad hoc ejus sententiæ non adhærere. Quamvis etiam conetur explicare primò, quòd solum D.Tho. intendat constituere differentiam inter providentiam communem, & præstinativam, quòd illa sit indifferens, ut finis sequatur, vel non. Hæc verò infallibiliter ad illum perducat prædestinatum, sed tamen illius infallibilitas, vel certitudo ex præscientia arbitrii non defecturi, cum posset deficere, proveniat. §. Secundò dicit quòd D. Tho. non constituit certitudinem in singulis effectibus prædestinationis per comparationem ad voluntatem Dei absolutam, sed in toto, vel integro ejus effectu in ordine ad consecutionem finis.

Sed utraque hæc solutio videtur manifestè repugnare textui; prior quidem, cum D. Tho. expressis verbis præter infallibilitatem præscientiæ, concludat alteram ordinis, & causalitatis, & præmittat etiam urgentissimam rationem,quia nempè aliàs prædestinatio, non esset per electionem, quod reputat contrariam Scripturæ, & dictis PP.

Secunda etiam manet ex hoc ipso impugnata,nam idem inconveniens, quòd non esset per electionem, non solum militat respectu totius electionis effectuum, sed etiam respectu cujuscunque, cum prædestinatio sit perfectissima providentia, unde esset magnum inconveniens dari aliquem effectum intra suam lineam, qui sub ejus ordinatione non caderet saltem imperativè,ac proindè si quilibet ab illa procedit, sive elicitivè, sive imperativè, præter certitudinem præscientiæ debet alteram habere ordinis, & causalitatis respectu effectus, quem intendit.

Tum quia expressè ibidem D. Thom. paulò post verba relata hanc de singulis ordinationem subdit dicens. „ *In eo, quem Deus* prædestinat tot alia ad- „ minicula præparat, quòd vel non cadat, vel si „ cadat, quòd resurgat: sicut exhortationes, & suf- „ fragia orationum, donum gratiæ, & alia hujus- „ modi, quibus Deus adminiculatur *homini ad sa-* „ *lutem.* Quod etiam præmittit verbis illis antece- „ dentibus: *Unamquamque* causam Deus ordinat „ ad consecutionem effectus loco ejus, quæ deficit, „ vel ne *altera deficiat.* En quomodo perspectissimè juxta D.Th.ad singula respicit,ne vel in epice ordo ejus, vel causalitas deficiat.

Deindè ibidem proponit erg.3. ad probandum, quòd prædestinatio non sit certa sic. „ *Si aliqua* „ causa habet certitudinem ad suum effectum, effe- „ ctus ille ex necessitate proveniet, nisi aliquid possit „ resistere virtuti agentis, sed prædestinationi Di- „ vinæ nihil potest resistere. Voluntati enim ejus, „ quis resistet? ut dicitur ad Rom.9. Si ergo habet „ certum ordinem ad effectum suum, effectus ejus „ *necessariò producetur.*

Huic argumento immediatè ibi adhibet solutionem, ad quam recurrunt PP. Societatis secundum propria principia his verbis.*Sed dicebatur quòd prædestinationis certitudo ad effectum est cum præsuppositione causæ secundæ.* Sed hanc solutionem statim

impu-

impugnat dicens., *Sed contra. Omnis* certitudo, quæ „ est cum suppositione alicujus non est certitudo ab„ soluta, sed conditionalis, sicut non est certum ab„ solutè si sol causat fructum in planta, nisi cum hac „ conditione, si virtus generativa in planta fuerit „ benè disposita, propter hoc, quòd dispositio so„ lis ad effectum prædictum præsupponit virtutem „ plantæ, quasi causam secundam. Si igitur certi„ tudo prædestinationis sit cum præsuppositione se„ cundæ causæ, non est certitudo absoluta, sed con„ ditionalis tantum, sicut in me est certitudo, quòd „ socrates movetur si currit, & quòd iste salvabitur „ si præparabit se, & ita non est in Divina prædesti„ natione, alia certitudo de salvandis, quàm in me, „ *quod est absurdum*. En doctrina impugnata eorumdem P. à D.Thom., nempè quòd prædestinationis certitudo ad effectum est cum præsuppositione causæ secundæ, hoc est supponit consensum liberum nostrum, sed causat illum, ac proindè sit sola certitudo præscientiæ sine omni læsione libertatis, quia licet certissima sit, præsupponit tamen liberum consensum voluntatis creatæ sub conditione futurum, & prævisum, & voluntatem prędestinandi esse consequentem consensum, non antecedentem. Quod tamen rejicit D.Thom. tanquam inconveniens, quòd scil. non esset alia certitudo in Divina prædestinatione, quàm sit in me, sive quòd non sit prædestinatio certa certitudine absoluta, sed tantum conditionali, ut ipsi dicunt, dum nolunt Deum habere voluntatem absolutam de bona conversione Petri, sed tantum conditionatam, & dependentam, vel expectantem liberum nostrum consensum; idest non velle absolutè, quòd Petrus benè operetur, sed tantum velle concurrere ad illius conversionem, si ipse voluerit benè operari. Unde & dicunt non concurrere Deum ad bonum consensum liberum concursu determinato, sed tantum indifferenti, & determinabili ex libertate arbitrii.

Sed audiamus deindè D. Thom., qui post præcedentem impugnationem soluit argumentum ex propria sententia sic. „ Ad 3. dicendum, quòd corpus „ cœleste agit in hæc inferiora necessariò, quasi ne„ cessitatem inducens quantum est de se, & ideò ef„ fectus ejus necessariò evenit, nisi sit aliquid resi„ steos; sed Deus in voluntate agit non per modum „ necessitatis, quia voluntatem non cogit, sed mo„ vet eam non auferendo ei modum suum, qui „ in libertate ad utrumlibet consistit, & ideo „ quamvis Divinæ voluntati nihil resistat, tamen „ voluntas, & quælibet alia res exequitur Divinam „ voluntatem secundum modum suum, quia & „ ipsum modum Divina voluntas rebus dedit, ut sic „ ejus voluntas impleretur, & ideò quidam explent „ Divinam voluntatem necessariò, quidam contin„ genter, quamvis illud, quod Deus vult semper „ fiat.

Quibus verbis manifestè tradit modum communem Thomistarum salvandi certitudinem infallibilem prædestinationis sine omni prejudicio libertatis creatę, quia nampè Deus ex vi suæ infinitę efficaciæ, utrumque vult, & rem fieri, & eo modo, quo vult fieri, scil. necessariò, vel liberè, aut contingenter. Unde ex eo, quòd nihil voluntati ejus resistat, potiùs erat inferendum oppositum, quòd nempè liberè fiat, quæ per illam vult fieri liberè, ut latè in superioribus expendimus, aliàs eidem aliquid resisteret, si volente liberè fieri liberè non fieret. Ut enim, ex eodem dicebamus; Deus non minùs est Author voluntatis, ut libera est, quàm ut natura est, sed quia est Author illius, ut natura est, potest illam movere, aut determinare, ut necessariò operetur, ergo poterit movere, aut determinare illam, ut operetur liberè. Nam Deus prout supremus Author in causis secundis, & consequenter, ut absolutè prædestinans non tantum causat efficaciter substantiam actus, sed etiam modum libertatis, vel contingentiæ, non minùs, quàm necessitatis, ergo optimè poterit utrumque velle, sive movere, aut determinare illas, secundum quòd congruit earum conditioni. Immò hac ratione, quia voluit effectus utriusque generis, præparavit causas eisdem proportionatas, scil. liberas, vel necessarias.

Cæterum, quia causa secunda libera, seu voluntas nostra pro priori ad sui determinationem præsupponi debet ex eadem sui conditione per modum actus primi indifferens, ne videatur hęc præsuppositio obstare absolutę certitudini prędestinationis, seu causalitati ejus, sicut præjudicat causalitati absolutę solis præsuppositio virtutis plantę, ut ait in impugnatione contra prædictam solutionem; statim occurrit huic instantię ibidem ad 4., ubi ait. *Dicendum*, quòd causa secunda, quam oportet supponere ad inducendum prędestinationis effectum, etiam ordini prędestinationis subjacet, non autem est ita in virtutibus inferioribus respectu alicujus superioris virtutis agentis. Et ideò ordo divinę prędestinationis, quamvis sit cum suppositione voluntatis humanę, nihilominus tamen absolutam habet certitudinem, etsi in exemplo inducto *contrarium appareat*.

Quorum verborum clarus sensus est, quòd quia omnia voluntatis humanæ plenissimè subjacent voluntati Divinæ, licet ad inferendum effectum prædestinationis, scil. quem per se intendit prædestinatio, (hoc est bonum consensum Petri, qui est etiam effectus voluntatis ejus,) præsupponatur voluntas humana secundum se, non tamen præsupponenda est ut benè disposita, & præparata ad inferendum talem effectum, quia, ut vidimus ex D. August., & latè ostensum est, præparatur voluntas à Domino, & non nisi hominis divino auxilio adjuti est præparare cor, ideò certitudo prædestinationis, quæ utrumque efficit, est certitudo absoluta, & non conditionalis, quia non habet præcisè pro effectu consensum bonum, sed etiam omnem bonam dispositionem ad illum inferendum. In quo deficit eadem similitudo solis respectu plantæ; nam respectu illius licet habeat pro effecto flores, frondes, & fructus, non tamen bonam dispositionem ad illos producendos, sed illam supponit ab aliis causis, quæ non fuut in potestate ejus, & ideò certitudo causalitatis ejus non est absoluta, sed conditionalis. Prædestinatio verò in voluntate, quam præsupponit, omnia causat, & consensum liberum, & omnem dispositionem, ac præparationem ad illum, cum qua infallibiliter connectitur, unde præcisa suppositio voluntatis non tollit ejus certitudinem absolutam. Ex quibus plenè rejicitur eorum scientia media, & ejus fundamentum, siquidem fundantur in eo, quòd ad prædestinationem non tantum supponenda est voluntas nostra secundum se, sed etiam dispositio, vel determinatio ejus ad sui consensum, itaut eadem non determinetur primò à Deo per suum decretum, sed se ipsam primò determinet, & Deus decreto suo concurrat ad illum actum, ad quem prævidetur voluntas se determinare.

Ter-

Tertia enthorites iterum destruens hoc eorum fundamentum sumitur ex t. ed Annibal. dist. 47. er.4., ubi hanc rem totam clarissimà exponit dicene: *Dicendum*, quòd voluntate Dei non solum res in esse producuntur, sed etiam rebus producendis modum, quo producantur, prædeterminavit. Unde cum voluntas Dei efficaciter impletur, oportet, quòd res fiant, & eodem modo, sicut voluntas Divina disposuit. Disposuit autem Deus ad completionem Universi, ut quædam fierent necessariò, & his præparavit causas necessarias etiem secundae: quædam verò ut fierent contingenter, & his præparavit causas secundas contingentes. Et ideò Divina voluntas rebus necessitatem *non imponit*.

Et ad t.eit, *Posita causa* necesse est effectum poni secundum illum modum, quo causa ad effectum ordinatur: Et ideò illo modo res fiunt, quo voluntas Divina disposuit, quædam contiogenter, quædam *necessariò*. §. Er ed 2. prosequitur. Quòd quamvis contrarium ejus, quod est volitum à Deo, non possit stare cum voluntate Divine, possibilitas temen ad cootrarium potest stare cum ea propter contingentiem causę medię. Et hoc sufficit ed hoc, quòd effectus *sit contingens, & non necessarius*. §. Et ad 3. docet, quòd ex hoc antecedente Deus vult aliquid, sequitur non solùm illud esse, sed esse eo modo, quo vult, & ideò contiogenter quandoque, quandoque necessariò.

Quibus clarè constat, quàm legitimè ejus Discipuli ad mentem illius recurrant ad efficaciam Divinæ voluotatis, non ad prævisionem, vel præscientiem, ut salvent prædastinationis certitudioem, & infallibilitetam sine omni læsinoe atbitrii, quia nempè ex vi illius infallibiliter fit, quod vult fieri, & quòd fiat eo modo, quo vult fieri, cum ed hoc, ut dictum est, præparet causas proportioneles, nec solum moveet, & determinet illas ad effectum producendum quoad substantiem, sed etiam quoed modum, scil. contingentiæ, vel oecessitetis. Qui planè est modus producendi à regione distans ab illo contrariorum per viam scientiæ mediæ, juxta quam dicunt, ut vidimus, quòd Deus ab æterno non habet voluntatem absolutem de eo, quòd hoc, vel illud contingens fiat, sed tantum conditionatem, idest, vult, ut fiat, si tamen ad illud voluntas humana se determinaverit.

Quòd si dicas videri hinc magis oppositum esse inferendum: nam si ita est, ut ait D. Thom., quòd ed effectus oecessarios aptevit causas necessarias, & ed contiogentes, causas contingentes, jam non determinet liberum arbitrium, ut res fiat liberè; pugnant enim hęc duo, quòd pręparet principium indifferens, & quòd simul determinoet, nam cooceptus indifferentis excludit determinationem, sicut determinatio rationem indifferentię, ut patet ex terminis, unde si velimus effectum contingentem, vel liberum, tenemor excludere absolutam determinationem volnotatis Divinę, & potiùs totum hoc dirigere per scientiam mediam, qua exploretur voluntas, an sit se determinatura, vel non, ut certò deindé, & infallibiliter concurrat Deus ad illius consensum.

Sed hanc solutionem, (in qua consistit pręcipuum pondus oppositę sententię, quòd si nempè Deus sine hac scientia, vel pręscieotia aliter procedit, scil. voluntate absoluta, & efficaci prędefiniendo nostros consensus, subsistere non poterit ejus contingentia, cùm posita tali prædefinitione non stet non poni effectum prędefinitum) præoccupat D. Thom., dum ad 1. eit, *quòd posita causa* necessè est effectum poni secundum illum modum, quo causa ad effectum ordinatur; & ideò illo modo res fiunt, quo Divina voluntas disposuit, quędam necessariò, quędam *contingenter, & liberè*. Ex quibus fit argumentum. Quamvis Deus ed effectus contingentes pręparet causas contingentes, ita tamen pręparat, & disponit de illis, ut moveat, & determinet ed producendum effectum, prout vult, sed vult contingentes producere effectum contiogentem, sicut necessarias necessarium, scil. juxtà earum conditionem, ergo sic pręparando, & determinando non impedit, imò infert illius contingentiam. Unde ut etiam dicebamus in physicis, licet ratio indifferentis excludat determinationem convenientem rei ex terminis suæ specificationis, sive importantem necessitatem, non tamen excludit determinationem convenientem illi ex subordinatione ad causam primam, sive importantem solam infallibilitatem, imò hac indispensabiliter indiget quodlibet agens secundum, utpotè essentialiter subordinetum primo, non solum in linee essendi, sed etiam operandi, unde non pręcisè agit, sed etiam quia primum agens agit, & ideò ut ibidem ostensum est, non solum indiget aplicatione agentis ed passum, sed etiam superioris ad inferius, ut verificetur illud agere ex subordinatione ad illud, sive ad egens primum.

Ex quibus etiam infertur ad tollendam æquivocationem, aliud esse, quòd effectus in se sit necessarius, aliud verò quòd necesse sit illud poni; nam cum hoc secundo optimè stat, quòd sit in se contingens, & liber: unde hæc consequeotia oulla est: Id quod Divina voluntss efficax, & prædefiniens vult fieri, necessè est fieri, ergo necessariò fit, & non contingeoter; est enim arguere, ut in superioribus dicebamus, veluti à superiori ed inferius affirmativè contra regulam dialecticam, sed solum disjunctivè, nempè, ergo contingeoter, vel necessariò fit; sicut in simili oon valet: Est ens, ergo est substantia, sed solum, ergo est substantie, vel accidens; nam sicut ens ob sui transcendentiam non coarctatur ad elterum extremum, ita nec efficecia Divinæ voluntatis ad alterum determinatum ordinem operandi, scil. necessitatis, vel contingentiæ, sed transcendit utrumque, si velimus esse infinitam. Et ideò ait necessitatem quidem, quòd fiat id, quod vult fieri, at oon infallibilitatem præcisè, ut fiat, sed quòd fiat eo modo, quo vult fieri, scil. liberè, vel necessariò juxta conditionem causæ, quam determinat, sicut descendit ens ad sua inferiora, non determinatè, ut sit ens per se, sed juxtà conditionem inferioris, scil. ut ens per se ed substantiam, & ut ens in alio ad accidens.

Secundò inferimus, quàm alienum sit à meote D. Thom. aliud eorum dictum, nempè, quòd stante prædicta voluntete, vel efficaci, & absoluta prædefinitione Dei, non ampliùs possit subsistere in nostra voluntate, posse ad oppositum: nam hanc etiam sequelam pręoccupans solutione ed [illegible] dum inquit. *Quòd quamvis contrarium ejus*, quod est volitum à Deo, non possit stare cum voluntate Divine, possibilitas tamen ad contrarium stare potest cum ea propter contingentiam causæ mediæ, & hoc sufficit ad hoc, quòd effectus sit contingens, & *non necessarius*. En doctrina evidens D. Thom., qua utuntur discipuli ejus ad solvendum hoc eorum præcipuum

puum fundamentom, & maritò tum quia, ut dictum eit, oon effet Divina voluntas infinitæ efficaciæ, fi id non poffet; tum quia, ut in fuperioribus etiam dicebamus; effet caofa fimul ftatuans, & daftrueos, quod iterum derogat eidam afficaciæ.

Deinda ut præcludatur omnis via ad interpratandam mentam D. Thom., & ad aam ftabiliendam in favorem noftri modi dicendi, arguitur fic. Juxta D. Thom., ut patet ex litera, contrarium ejus, quod eft volitum à Deo, oon poteft ftara cum voluntata Divina, fed hoc verificari taotom poteft juxta ooftrum modum, & evertitur juxta alieoum, five contrariorum, ergo ooftar tantum eft conformis meoti ejus: prob. mi., nam juxta noftrum abfolutè, & efficaciter concurrit, juxta alienom indifferentar, fed efficax Dei voluntas fruftrari non poteft, indifferens verò permittit oppofitum pro libertate arbitrii, ergo folum juxta ooftrum fubfiftit prędicta propofitio D. Thom.

Dices iterum primò ut fupra, ita effe, quòd ax abfoluta, & efficaci Dei voluntate ftabiliatur coofenfus, ut oppofitum, fiva diffenfus conjungi, vel ftara non poffit cum illa, & per hoc verificetur prima pars, vel propofitio D. Thom., fed hinc evertitur fecunda, fcil. quòd tunc cum eadem ftara poffit poffibilitas ad cootrarium, cum omninò impoffibile fit contrarium ejus, quod eft à Deo volitum, fieri poffe, ut habetur in priori.

Dices fecundò, quòd licat voluntas, vel decretum, aut concurfus Dei juxta oppofitam fententiam fit ex terminis indifferens, ex præfcientia tamen, vel fcientia media fit determinatus, & hac fuppofita nunquã oppofitum conjungi poteft cum Divina voluotate, ut intendit D.Thom., quia cum per illam exploret quid voluntas noftra cum tali concurfu fic indifferenti determinatè pro fua libertate operatura fit, non poteft amplius Deus contra certitudinam, vel iofallibilitatem fuæ præfcientiæ mediæ oppofitum permittere, unde juxta hanc viam, & modum faciliùs fuftinetur utraque propofitio illius, & quòd oppofitum conjungi non poffit cum Divioa voluntate, & quòd in noftra adhuc maneat poffibilitas ad contrarium.

Sed prior folutio jam fufficienter impugnata aft, fed quia eft radix hac io re totius diffidii placet ad ulteriùs manifaftandam eandem fuaviffimam Divinę voluntatis efficaciam, qua cuncta Deus fortiter, & fuaviter difponit, impugnare illam iterum ex fuperioribus, & proximè etiam infinuatis: Unde arguitur fic, & fimul prob. principaliter conclufio. Nam taotum abeft, quòd abfoluta, & afficax Dei voluntas noceat, aut præjudicet prædictæ poffibilitati ad contrarium, ut potiùs eam fummopera foveat, ac ftabillat argo ruit potiffimum hoc fuodamantum, & modus contrariorum. Prob. ant. Quia ut fupra arguebamus, & juvat hìc repetere, val profequi, (cum fit præcipuum robur noftræ fententiæ.) Ad afficaciam infioitam Divinæ voluntatis pertinet, ut non folum fiat id, quod vult fiari per caufam, quàm movet, aut determinat, fed etiam ot fiat eo modo, quo vult fiari, & congruit eifdem caufis fecundis, argo taotom abeft, quòd eadem voluntas Divina præjudicet prædictæ poffibilitati, aut libertati, quio potiùs illam foveat, ac confervet, ac proindè noo aft ob hoc motivum recedendum à noftro modo, & recorrendum ad illum focietatis, ut falvemus certitudinem infallibilam prædeftinationis. Utraqua coof. teoet; & ant. præter proximè dicta, conftat primò ex D. Anfalmo fuperiùs relato lib. de concordia præfcientiæ, & prædeftinatiooïs cap.1. poft princ., ubi fic ait. Quoniam quod Deus vult non poteft noo effe, com vult hominis voluntatem nulla cogi, val prohiberi neceffitate ad voleodum, val ad oon volendum, & vult effectum fequi voluntatam, tuoc neceffa eft voluntatem effa liberam, & effe, quod vult. Ita D. Anfelm.

Docet etiam illud D. Thom. noo folum locis proximè relatis, fed etiam q.23.ar.5. in corp., & 1. Cont. Geot. cap. 85. ratione 1. & fuprà qu.19. ar.8. in corp., & ad 2., & iofra q.83. ar.1. ad 3. qu.105. ar.4. ad 2. & 3., & 1. 2. q.10. ar.4. ad 1. Quibus in locis, ut falvet infallibilitatem decreti fine præjudicio contingentiæ, & libertatis effectuum, val utramqua componat, nuoquam recurrit ad præfcientiam futuritionis eorum ex hypothefi, fed perpetuò ad efficaciam Divinæ voluotatis, afferans ex hoc, quòd divina voluotas efficaciffima, & fortiffima fit io agendo, fic ut ei refifti oon poffit, non inferri, quòd rebus volitis imponat oeceffitatem, quin potiùs, ut proximè etiam dictum eft, ex hoc potiffimum infertur, quòd liberè, vel neceffariò fiant, prout Deus vult fieri: & rationem fubdit, quia quando caufa, efficax eft ad agendum, effectus fequitur caufam, non tantum fecundum id, qood fit, (idest fecundum fubftantiam effectus,) fad etiam fecundum modum fiendi, vel effendi.

Quòd fi rurfus dicas, pertinere quidem ad efficaciam Divinę voluntatis ooo folum ut fiant, fed etiam ut liberè fiant, quæ Deus vult fieri. Cœterom non poffe Deum abfoluta, & efficaci voluntate vella, quòd aliquid liberè fiat à volontate creata, nifi priùs prævidarit hanc illud idem pro fua libertata volituram. §. Sed hæc folutio in primis repugnat meoti D. Anfelm., & D. Thom., & rationi ejus, ut patet coofidaranti, quia ex efficacia Divinæ voluntatis, & non ex præfcientia infert, & probat Deum non imponere neceffitatem rebus volitis. Daindè, quia ut dicebamus ibidem, repugnat ferè in terminis, quòd ex efficacia Divinæ voluntatis in ageodo proveniat affectum liberè fieri, & quòd propter eandem efficaciam noo ftet com decreto abfoluto Dei antecedente præfcientiam, quòd liberè fiant; aliàs ut fæpè dictum eft, idam effet caufa ftatuens, & deftruens libertatem. Tum quia D. Thom. locis relatis præcipuè fupra q.19. exprefsè affetit neceffitatem provenieotem ex afficacia Divinæ voluotatis effe neceffitatam ex priori, & antecedente, ergo non fupponit volontas efficax Dei præfcientiam futuri confenfus.

Secuoda verò folutio ad eandem fuperioram raplicam tum ex his, tum ax fuperioribus facilè atiam impugnatur: nam in primis aota decretum determinaos voluntatam, & pofito folo concurfu iodifferenti nequit certò, & infallibilitar præfciri io figno illo totius indiffarentiæ, fiva ante omnam determinationam voluotatis, quid fit hæc daterminatè operatura, ot latè oftenfom eft, cum prout fic fit plenè indifferens ad utrumqoa axtremum. §. Deindè licet pofita tali fcieotia certò fciat hoc ipfum Deus, ut ipfi dicunt, fcil. quid fit operatora voluntas noftra per talam concurfum indifferentam, adhuc taman pro aodem priori ad decretum abfolutum, voluntas dandi illum, non eft abfoluta, vel determinatà da eo, quòd fiat hic actus præ alio, ergo non falvatur prout fic propofitio D. Thom., quòd contrarium illius, quod eft fic volitum indifferenter à Deo ftare noa poffit

possit cum Divina voluntate, ac proindè ut vera sit erit necessarium, quòd absoluta, & efficaci voluntate præveniat creatam determinando ad unam partem præ alia, quod pugnat cum scientia media.

§. III.

Aliis rationibus prob. Conclusio.

SEcundò prob. prosequendo, & urgendo superiorem. Ut voluntas creata actu operetur, vel consentiat, requiritur indispensabiliter voluntas Divina immediatè, & formaliter inferens infallibiliter illius consensum, ergo independenter à scientia media, & sine omni discrimine libertatis salvari potest certitodo prædestinationis. Conf. tenet, quia hac ferè unica ratione, ut vidimus, negant hanc proximam, & distinctam voluntatem infallibiliter inferentem illum, à voluntate, qua Deus præcisé aplicat Omnipotentiam suam voluntati creatæ, eamque constituit in actu primo operantem: ant. autem prob. consensus liber voluntatis creatæ immediatè, & formaliter cadit sub dominio Dei tanquam effectus illius, ergo ut infallibiliter ponendus in re debet immediatè, & formaliter pendere à voluntate Divina infallibiliter inferente illum, conf. tenet, quia cum dominium sit facultas libera utendi re sua prout Dominus vult sine injuria alterius, eo modo ponitur effectus per voluntatem illius, quo cadit sub ejus dominio: ant. prob. quia Deus est plenissimè Dominus, sive supremus voluntatis creatæ, & consensus liberi ejus, ergo immediatè, & formaliter cadit sub dominio illius: ant. est certissimum; & conf. prob. quia si non sic caderet, non esset plenè Dominus, vel supremus.

Urg. hoc 1. ex D. Aug. Epist. 107. ad Vitalem, ubi docet nostris orationibus, quibus rogamus Deum, ut nos convertat, contradicere, qui dicunt vocationi Dei consentire, sic nostrum esse, ut si velimus fiat; si autem nolimus, nihil in nobis operationem Dei valere, ut faciamus; & lib. 1. qq. ad simplicianum, q. 2. art. Ideò rectè dici non esse volentis, neque currentis hominis, sed miserentis Dei, & non è contrà, quoniam effectus misericordiæ Dei non sic est in hominis potestate, ut frustra Deus misereatur, si homo nolit, quia si miseretur, infallibiliter vult; ergo proximè, & formaliter infertur infallibiliter consensus liber nostræ voluntatis à divina tanquam effectus ejus cadens formaliter, & immediatè sub potestate, vel dominio Dei. §. Secundò si non esset formaliter, & immediatè sub illius dominio, solum esset sub illo virtualiter, & mediatè, sed hoc non sufficit ad salvandum idem supremum, & plenum illius dominium, ergo est sub illo formaliter, & immediatè. Prob. mi. ex his, quæ supra, & in physicis dicta sunt contra Durandum. Ad salvandum rationẽ causæ primæ, vel supremæ in Deo respectu secundæ non sufficit sola depẽdentia istius mediata, & virtualis ab illa, qua ratione diximus cum communi consensu non satis esse quòd dederit illi virtutẽ ad agendum, & eam conservet, sed ulterius requiri, quòd proximè, & formaliter cum illa concurrat, unde etiam contrarii adhoc salvandum assignant proximum, & actualem concursum illius saltem simultaneum ergo etiam ad salvandam rationem supremi Domini non sufficiet sola virtualis, vel mediata subjectio, sed erit necessaria formalis, & immediata. §. Dices esse discrimen inter utramque rationem, scil. primæ, & supremæ causæ, & primi, & supremi Domini, vel dominii, quòd formalis, & immediata dependentia omnis effectus à causa prima ex nullo capite implicat, neq; enim est assignabilis repugnantia ex parte alicujus extremi, bene verò formalis, & immediata subjectio consensus liberi voluntatis creatæ: repugnat namque libertati, & dominio divino, quia tollitur ejus libertas, & ideò salvatur in Deo ratio supremi dominii sine hac formali subjectione, & immediata per solam virtualem, & mediatam.

Sed contra hanc solutionem poterat primò instari simili forma, qua supra contra scientiam mediam, vel radicem ejus: Si esset assignabilis aliqua subsistens repugnantia intrà lineam dominii, non militans intra illam efficientiæ, Deus ut suprema causa, sive ut primum efficiens excederet se ipsum ut supremum Dominum, sed hoc videtur inconveniens, & inauditum ergo: mi. constat, quia nullus hactenus, ut suppono, ausus est dicere esse talem inæqualitatem, vel excessum in Deo ut suprema causa respectu sui ipsius ut supremi Domini: ma. autem prob. quia ut suprema causa se extenderet ad aliquod creatum per formalem, & immediatam dependentiam illius à se ipso intra lineam efficientiæ, ad quod non se extenderet per formalem, & immediatam subjectionem illius intra lineam dominii, ergo ut suprema causa excederet se ipsum, ut supremum Dominũ, sicut arguebamus ibidem contra immediatam penetrationem objecti extra se ipsum per scientiam mediam non priùs repræsentari per essentiam Divinam, ut speciem intelligibilem, quòd similiter Deus, ut intellectivus excederet se ipsum ut intelligibilem, quorum utrumque videtur omninò repugnans, ac proindè nulla subsistere potest repugnantia ex parte supremi dominii inducens præfatum discrimen, ut jam etiam impugnata est; cum potiùs repugnet, ut probavimus, non salvari libertatem supposita efficacia infinita Divinæ voluntatis, ad quam pertinet, ut dictum est, non solum ut fiant, quæ Deus vult fieri, sed etiam ut fiant eo modo, quo fieri vult, & congruit causis secundis, scil. liberè, vel necessariò juxtà earum conditionem.

Secundò. Nam Theologi omnes, & Philosophi, ut pariter constat ex dictis, ex eo à priori reiiciunt præfatam sententiam Durandi negantis formalem, vel actualem, aut immediatum influxum Dei in effectus causarum secundarum, quia est de ratione primæ causæ sic influere, & non quia nulla sit repugnantia ad sic influendum, hoc enim solum esset arguere a posteriori, & nullam assignare rationem à priori, ut tenemur in rebus tanti momenti; sicut iterum in simili dicebamus in superioribus contra adversarios, dum recurrunt ad eventum, ut salvent determinatam futuritionem, ut certò cognoscibilem, vel penetrabilem per scientiam mediam independenter à decreto ut medio manifestante illam; hoc enim est tantum dare rationem à posteriori, non à priori, de qua est difficultas, & quam tenemur assignare. Non enim eventus præcedit futuritionem, sed magis è contra, ergo pariter recurrerre ad repugnantiam in casu, non attenta ratione primi, & supremi dominii, magis esset recurrere ad rationem à posteriori, nulla assignata à priori, quam aliàs teneremur assignare imminente præjudicio ejusdem dominii, sicut assignamus in casu contra Durandum.

Tertiò. Quia de fide est Deum esse supremum Dominum omnium effectuum creatorum, sed hoc non videtur salvari negata formali, & immediata subjectione consensus nostri liberi ab illo ergo, Prob. mi. Hac negata solum videtur salvari esse supremum Dominum respectu aliorum effectuum, non tamen respectu istius, ergo. Prob. mi. negata immediata, & formali dependentia alicujus effectus, (si daretur sic independens) à causa prima, non salvaretur hæc ratio respectu istius, licet salvaretur respectu aliorũ, ergo pariter negata formali, & immediata subjectione à suprema Dño, non videretur posse hanc rationã in Deo salvari respectu istius, sed solũ respectu aliorũ.

Quartò. Et urg. superioras replicæ præcipuè prima: Quia ex tradita solutione sequitur Deum non esse ità perfectè Dominũ hujus effectus, sicut aliorum, sed hoc est alienum ergo hæc immediata subjectio consensus nostri liberi non solũ non repugnat respectu libertatis Divinę, sed est omninò admittenda. Prob. ma., quia perfectius est formaliter, & immediatè dominari, quàm solum mediatè, & virtualiter, ut patet ex terminis; nam quantò rem quis sibi magis subjicit, tantò perfectiùs eidem dominatur, dominari enim est rem sibi subjicere; unde sicut subjectio ex terminis dicit imperfectionem, & major subjectio majorem imperfectionem, seu defectum ità dominium importat perfectionem, & majus dominium perfectionem majorem. Unde Innocent. XI. 23. Novemb. 1679. damnavit hanc: *Deus subjicit nobis omnipotentiam suam*, & meritò quia aliàs dominium liberi arbitrii videretur majus dominio Dei præcipuè in materia libera, (in qua potissimùm prolata erat;) cum enim dominium Dei fundetur super ejus Omnipotentia, & in uno quoque Domino juxtà quantitatẽ potentiæ habeatur quantitas proprii dominii, si semel dominium liberi arbitrii tam magnũ esset, quòd sibi subjiceret Omnipotentiam Dei, & hæc non haberet sibi subjicere in hac linea liberum arbitrii nostrũ, jam istud superaret in eadẽ dominiũ Dei.

Tertiò ex his prob. conclus., & iterum urgentur hæc omnia. Si Deus non posset absolutè prædestinare, aut velle independenter à scientia media, sive à voluntate nostra prævisa, ut volitura nostrum consensum liberum, majus esset dominium voluntatis creatæ super istum, quàm illud Dei, conseq. non est admittendum, ergo potest prędefinire, & prędestinare sine hac dependentia, ac proindè certitudo prędestinationis ad efficaciã divinæ voluntatis magis reducenda est, quàm ad præscientiam, vel scientiam mediam, Prob. ma. Dominium absolutum est majus dependenti, & conditionato, sed Deus si non posset sic absolutè prędestinare, sed solum dependenter, vel conditionatè, nempè si voluntas absolutè velit, dominium ejus, ut patet, non esset absolutum, sed tantum conditionatum super eundem actum, illud verò voluntatis independens, sive absolutum, ergo esset majus, vel superaret dominium Dei.

Explic. hoc. Nam liberum arbitrium creatum potest absolutè velle suum actum, vel conversionem suam, Deus autem non potest sic absolutè velle, vel prædefinire, aut imperare illam independenter à voluntate eandem absolutè determinante, sed tantum conditionatè, expectando hanç ejus absolutam determinationem ob repugnantiam libertatis, ergo super actus nostros liberos majus est dominium libertatis creatæ, quàm Divinæ.

Dices hinc solum inferri aliqualem excessum, vel secundum quid non simpliciter, & absolutè, quia dominium Dei ultrà materiam liberam se extendit ad alia innumera, & ad universum aliud ens: Tum quia neque etiam materia hæc est omninò independens à dominio Dei, nam saltem in actu primo, vel remotè subjicitur illi, licet non possit exerceri supposita ejus absoluta voluntate, non quidam ex defectu ex parte illius, sed quia obstat conceptus libertatis, quamvis etiam quoad exercitium dependeat à concursu ejus simultaneo.

Sed hæc solutio quoad hanc posteriorem partem, (cui summoperè nititur opposita sententia) præter superiora statim iterum impugnabitur. Contra ergo priorem instatur sic. Si semel daretur aliquis excessus, sive in materia libera, non videretur dominium Dei esset ampliùs supremum, & simpliciter infinitum, consequens est alienum, ergo. Prob. ma. dominium Dei, sicut, & ipse Deus, ut in superioribus dicebamus, est quo majus intra suã lineam excogitari non possit, sed esset excogitabile majus juxtà solutionem, sive admisso semel excessu in materia libera, ergo non videretur esse ampliùs proprium dominium Dei, sive supremum, & simpliciter infinitum. Prob. mi. quia dominium se extendens ad omnem materiam nulla excepta est majus, ut patet, ergo esset ex cogitabile majus.

Urg. hoc. Si efficientia, vel potentia Dei non se extenderet ad omnem materiam tam necessariam, quàm liberam, non esset suprema, & propria Dei, ergo neque erit supremum, & proprium dominium Dei non se extendens pariter ad omnem tam liberam, quàm necessariam. §. Dices iterum specialiter repugnare hanc extensionem in linea dominii, non tamen in linea efficientiæ, quia hęc potest salvari sine prę;judicio libertatis, cum sola concomitantia, vel simultate concursus, non tamen dominium, nam cum istud indispensabiliter importet subjectionem, si semel est cum voluntate absoluta, & prædefiniante, statim succumbit libertas, vel conceptus ejus consistens in pleno jure ad utrumque extremum, quod nequit ampliùs subsistere sub voluntate, cui non potest resisti, si hęc absolutè, & efficaciter antecedat.

Sed hęc solutio, quæ est posterior pars pręcedentis perpetuò à priori manet impugnata primò ex superiori illa doctrina D. Thom., ex qua potiùs oppositum inferendum est de voluntate Divina: Nam si ità est, quòd ei non possit resisti ob ejus infinitam efficaciam, planè id infallibiliter erit, & eo modo, quo eadem vult esse, nam ad infinitam efficaciam causæ in agendo utrumque pertinet, ut dictum est, ergo tantum abest, quòd ex eadem impediatur libertas, quin potiùs firmissimè statuitur, ut dictum est, ac proindè quantò efficaciùs prædefinierit Deus consensum liberum, tantò certiùs liberè exequetur, & consequenter sine alio recursu ad scientiam mediam plenissimè subsistet prædestinationis certitudo ex eadem infinita efficacia.

Secundò impugnatur hoc præcipuum, & ferè unicum eorum præsidium. Non pugnant inter se hæc duo in voluntate creata, nempè quòd liberè operetur, & quòd operetur ex præfata prædefinitione, vel determinatione Dei, ergo est insubsistens hoc fundamentum. Prob. ant. tum à priori, ut dictum est, quia prædefinitio, vel præcedens determinatio, aut decretum Dei est infinitæ efficaciæ. Tum deindè paritate, qua valdè urgentur contrarii. Non repugnant hæc duo ex parte Dei, quòd liberè ad extrà operetur

per

per concursum ex parte illius indifferentē, & prout à libero arbitrio determinatū, ergo non opponuntur inter se liberè operari, & operari ex determinatione alterius, sive voluntatis Divinæ. Et planè non videtur perceptibile, quòd in libero nostro arbitrio sit tanta vis, ut determinare possit concursum Dei indifferentem salva immunitate totius libertatis Divinæ: & in illo Dei non sit tanta ut possit prædefinire, aut determinare illum creaturæ salva ejus libertate, vel sine præjudicio totius libertatis creatæ. §. Hac paritate satis pressi, ne recedant ab arduo sui principio assumpto, dicunt concursum illum indifferentem Dei, ut determinatum per concursum liberi arbitrii, esse quidem remotè, & in causa non tamen in se, & formaliter liberum, & ità paritatem non solum eis non nocere, sed magis iuvare.

Sed in primis valdè mirum est, quòd sibi magis cordi videatur libertas creata, quàm Divina, dum potiùs hanc negant, ubi illam offendi posse suspicantur. Deindè in gravius adhuc inconveniens incidere videntur, quòd Deus nampè ad extra non sit formaliter liber, quod videtur satis alienum à plenissimo illo fonte totius libertatis, quæ aliàs in suo conceptu formali, ut vidimus supra, nullam importat imperfectionem, sive loquendo de libertate ut sic, vel abstrahente à creata, & increata, sed tantum dicit excessum, seu prædominium super utrumque extremum, unde non videtur posse ei denegari talem libertatem formalem, & solam admittere in illo virtualem, vel remotam.

Præterea si magnum est inconveniens, quòd Deus prædefiniat, aut determinat voluntatem tollendo ab illa libertatem formalem, quantum majus erit, quòd voluntas creata determinet Divinam, vel ejus concursum ad extra tollendo formalem libertatem ab illo, nisi velimus magis in pretio esse habendam creatam, quàm Divinam, §. Tertiò. Quia Deus etiam ad extra debet habere perfectissimum modum operandi, sed liberè operari est modus perfectior, quàm operari necessariò, vel ad modum naturæ, nam hac ratione summoperè pugnant hac in re, ne deficiat hic modus operandi, scil. liberè, in voluntate creata, ergo à fortiori non est denegandus Deo. §. Quartò. Quia videtur intelligibile asserere, quòd æternus Dei concursus identificetur cum ipso actu voluntatis creatæ ut dicunt, & quòd hic actus, ut pendet à libero nostro arbitrio sit in se formaliter liber, & quòd prout pendet à Deo careat libertate, sic enim perfectior erit prout est à creatura, quàm prout est à Deo, & eò vel maximè, quòd prout sic tali libertate careat, quia humanum arbitrium noluit eum habere illam, quatenus determinavit illum ad operandum hoc præ alio. Quæ tamen non solum videntur aliena ut vidimus, à SS. PP., & præcipuè à D. Aug., sed etiam à Sacra Scriptura, in qua inter alia ad hanc rem satis urgentia expressè habetur, quòd Deus quæcunque voluit fecit. Tunc autem videretur potiùs dicendum, quòd quæcunque voluit humanum arbitrium, ut faceret, fecit. Si ita est, quòd concursus ejus ad extra solum facit, quòd humanum arbitrium determinat facere, maximè in materia libera; quæ cum plano ejus dominio, & liberrima ejus, & infinità efficaci voluntate nequeunt omninò cohærere.

§. IV.

Alia ratione probatur Conclusio.

Ultimò prob. ex superioribus iterum ab inconvenienti. Quia juxta modum oppositum nolentem recurrere ad efficacem, & ad absolutam Dei voluntatem, sed ad scientiam mediam, nec salvatur certitudo causalitatis in prædestinatione Divina, nec etiam præscientię, & hac etiam data juxta eundem modum, inferri videtur magnum inconveniens impotentiæ, scil. Dei ad convertendum aliquem hominem pro hoc statu viæ, ergo potiùs ad absolutam, & efficacem Dei voluntatem recurrendū est ad salvandam prædestinationis certitudinem. Conseq. tenet, quia duplex tantum hic modus assignatur. Ant. verò prob. quoad singulas partes, quoad 1. quidem de certitudine causalitatis, quam licet aliqui detrectent, ut dictum est, est tamen jam communis consensus Theologorum debere illam hac certitudine gaudere; & constat primò ex D. Thom. q. 6. relata de veritate ar. 3. Ubi ex eo, quòd si diceretur Deum ordinare ad salutem prædestinatum, sicut & quamlibet alium, sed cum hoc, quòd de prædestinato scit, quòd non deficiet à salute, infert tunc prædestinatum non differre a non prædestinato ex parte ordinis, vel causalitatis, sed tantum ex parte præscientiæ eventus, quod tamen reputat, ut dictum est, contra Sacram Scripturam, & SS. PP. Deindè prob. quia juxta eundē modum Deus vult tantum dare media indifferentia ad salutem cum certitudine scientię mediæ, quòd homo illis præventus non deficiet ab illa, ergo juxta illum prædestinatio non est certa certitudine suæ causalitatis, sive causando ex se illam infallibiliter, sed tantum præscientiæ, quia prædestinans scit, quòd illis positis prædestinatus pro sua libertate benè illis utetur, & benè operabitur ad consecutionem.

Explic. hoc. Quia ut constat ex dictis, consensus liber, ut ipsi dicunt, ut ex nobis est, non est effectus prædestinationis, & quòd Deus sua prædestinatione solum confert auxilia, quibus homo potest liberè consistere, illorum autem efficacia pendet ab extrinseco, scil. à libero arbitrio pro sua libertate præviso ut consensuro, vel benè illis usuro, itaut quòd de facto homo cum illis consentiat, pendet ab eodem, ut sic præviso consensuro, ergo certitudo, & infallibilitas causalitatis non habetur præcisè in prædestinatione ex vi influxus Divini, sed tantum ex præscientia, conseq. tenet, quia quòd homo sic de facto consentiat, non fundatur in natura prædictorum auxiliorum, cum sint de se indifferentia, ergo solum fundantur in certitudine scientiæ mediæ, quæ falsificari nequit, ac proindè prædestinatio, quæ est voluntas talium auxiliorum collativa, tantum gaudet certitudine præscientiæ.

Dices primò liberum arbitrium, vel consensum ejus reddere efficacia prædicta auxilia, non quia vim aliquam ipsis tribuant, sed quia conditionem adhibent, sine qua non haberent rationem efficacis auxilii, sed sufficientis tantum, unde eorum efficacia non pendet à libero arbitrio, vel consensu libero voluntatis tanquam à causa, à qua proveniat, sed tanquam à conditione sine qua non, ac proindè non tollitur hinc certitudo causalitatis in prædestinatione.

Sed contra hoc est, nam licet dicatur efficaciam auxiliorum pendere sic tantum ab extrinseco tanquam à conditione, sine hac tamen liberè ponenda à voluntate creata independenter à Deo absolutè, & efficaciter volente non sortiuntur suum effectum, ergo adhuc certitudo prædestinationis non habetur ex vi causalitatis ejus, sed tantum ex præscientia. Prob. simul, & explicatur à simili in igne. Nam quia ejus calefactio, vel combustio haberi nequit independenter ab approximatione, tanquam à conditione liberè ponenda ab agente extrinseco, certitudo ejus haberi nequit ex vi influxus ignis, sed tantum superaddita conditione approximationis, itaut hac tantum posita, vel certò prævisa affirmari potest ignem combusturum, hoc v.g. lignum, ergo licet similiter dicatur efficaciam solum pendere à libero arbitrio, sive à libero ejus consensu, vel cooperatione tanquam à conditione sine qua non, adhuc tamen certitudo prædestinationis, à qua oriuntur, præcisè ex vi sui influxus haberi nequit, sed potius, vel prævisio eodem consensu, quia non posita prævisione ejus nunquam est certa de certitudine infallibili juxta eorum principia de eventu.

Dices secundò rationi factæ, (& militare potest etiam contra hanc replicam,) quòd licet eadem auxilia non sint ex se, aut veluti ex sua natura collativa consensus, vel infallibiliter illum inferentia, ac proindè non gaudeant ex se infallibilitate causalitatis, vel antecedenter, gaudent tamen infallibilitate consequenti, quia conjunguntur de facto cum actu consensus, quod satis est, ut voluntas collativa illorum sit certa utraque certitudine.

Sed hæc solutio in primis iterum excluditur à D. Thom. expresse asserente id non sufficere, scil. infallibilitatem hanc consequentem ad certitudinem prædestinationis ex parte causalitatis. §. Deindè impug. sic. Nam tota hæc certitudo causalitatis consequentis non habetur ex auxiliis ut causantibus salutem, sive ut sunt causæ illius, (aliàs deberet juxtà meritum causæ antecedere, non consequi,) sed tantum prævisis, ut certò conjungendis cum ora destinationis effectu, ergo non est certitudo causalitatis, qua gaudeat prædestinatio ex vi influxus, vel collationis eorum, sed tantum præscientiæ, nam si non prævideretur hæc eorum conjunctio, prædestinatio non esset infallibiliter certa intra lineam causalitatis. Siquidem infallibilitas illius, ut distincta à certitudine præscientiæ, (nisi velimus ferè abuti terminis) debet esse ex vi influxus causativi infallibiliter inferentis effectum, & non ex sola prævisione conjunctionis mediorum cum illo, qua ablata, incerta remaneat conjunctio, ut per se patet.

Dices tertiò eidem rationi, & his omnibus, solum militare contra illos, qui adhuc præsupposita eadem scientia solum ponunt voluntatem absolutam purificandi conditionem, non tamen voluntatem absolutam salvandi, per illa tamen media, quibus prævisus est prædestinatus illam consecuturus pro sua libertate, nam posita hac voluntate media tunc media ad salutem non solum habent certitudinem ex præscientia, sed etiam eadem voluntate efficaci infallibiliter inferente suos effectus, ac proindè sunt certa utraque certitudine, quia tunc non solum scit Deus, quòd Petrus illis auxiliis salvabitur, sed etiam efficaciter vult, quòd cum illis salvetur.

Sed hæc solutio dum ex una parte intendit salvare certitudinem causalitatis destruit ex altera existentiā scientiæ mediæ, quod prob. sic. Nam prædicta voluntas, seu decretum absolutum efficax præsupponens scientiam mediam, si semel necessaria est ad salvandam hanc certitudinem debet poni ut causa consensus, aliàs est de subjecto non supponante, quòd nempè certificet intra lineam causalitatis, sed tunc destruitur objectum scientiæ mediæ, ergo pariter destruitur hæc scientia. Prob. mi. Quia tunc ut prævideatur consensus futurus sub conditione debet eadem voluntas, vel decretum includi in ipsa conditione, sed hoc posito cessat objectum scientiæ mediæ, ergo: ma. constat, quia versatur circa illam, & circa consensum sub illa, ergo debet in illa includi, vel comprehendi: mi. verò prob. nam tunc conditionatum debet exponi sic. Si vocavero Petrum, & voluero cum illo determinatè concurrere, consentiet, sed prout sic nequit esse objectum scientiæ mediæ, ergo. Prob. mi. Quia objectum istius est futurum conditionatum contingens, ut patet ex superioribus, sed prout sic expositum non est contingens, sed necessarium, cum talis propositio sit necessaria.

Explic. hoc. Nam futurum conditionatum, ut etiam constat ex dictis, pro sui futuritione pendet ex eisdem causis, ex quibus absolutum, ergo si futurus consensus in statu absoluto petit pro causa suæ futuritionis prædictam voluntatem, vel decretum absolutum, pariter & conditionatus ad sui futuritionem requirit hypothesim includentem tale decretum, quod est destruere objectum ejusdem scientiæ, ac per consequens, & ipsam scientiam, nam prout sic constituitur in ratione objecti necessarii, & proindè cognoscibilis per scientiam necessariam, non mediam.

Secundò impugnatur solutio, & urg. præcedens replica. Nam semel admissa eadem voluntate, vel decreto absoluto efficaci non videtur ampliùs necessaria scientia media ad salvandam infallibilitatem prædestinationis sine omni læsione libertatis creatæ, ergo eodem supposito inutilis erit recursus ad hanc scientiam. Prob. ant. Salvatur cum hoc decreto præsupponente talem scientiam, ergo etiam salvari poterit cum efficaci absoluto non supponente illam. Prob. conseq. quia sicut admisso absoluto non supponente hanc scientiam voluntas non se determinat ad eam partem, ad quam ipsa præcisè volt, sed tantum ad quam priùs vult Deus, quò se determinet, ita pariter admisso non supponente illam, non se determinat nisi priùs determinata per illud, ergo si cum isto salvatur eadem infallibilitas sine tali læsione, poterit salvari similiter cum decreto non supponente talem scientiam. Prob. ant. nam decretum supponens illam, licet supponat consensum voluntatis creatæ in statu conditionato, præcedit tamen absolutum, ut supponitur, aliàs ut dictum est, non esset causa inferens infallibiliter illum.

Expl., & urg. totum hoc, Nam contrarii ad fundandam scientiam mediam, & ad excludendum decretum absolutum efficax non supponens illam, ex eò potissimùm moventur, quia aliàs voluntas creata non se determinans, nisi priùs determinata per illud, non maneret libera, sed hoc videtur manifestè instari posita hac alia voluntate, vel decreto absoluto efficaci supponente illam, ergo vel per neutrum conciliatur talis infallibilitas, nec salvatur utraque certitudo sine læsione, vel si conciliatur, & salvatur per istud, poterit conciliari, & salvari per illud: ant. constat ex proximè dictis, Nam decretum sup-

ponens

ponens illam, non præsupponit, ut dictum est, quid absolutè faciet voluntas, sed tantum quid faceret in statu conditionato, ergo prima determinatio ad consensum absolutum erit à Deo per tale decretũ, itaut illũ prout sic non præsupponat, sed determinet priùs voluntatem ad illum, & consequenter liberum creatum se determinabit ad consentiendum absolutè jam absolutè determinatum à Deo: unde videntur ex una parte destruere, quod aliàs intendunt ædificare: nam si ita est, ut dicunt Authores hujus solutionis, quòd ut voluntas nostra absolutè consentiat, requiritur, quòd Deus primò absolutè velit id, quod illa operatura est, planè ante hujusmodi decretum de consensu absoluto nequit prævidere, quid voluntas sit operatura. Ad quid ergo opus est tali scientia media?

Dicas adhuc esse necessariam scientiam mediam non obstante voluntate absoluta præsupponente illam, tum quia hæc voluntas non est exequenda per media ex sua natura determinata, sicut esset exequenda volvntas non præsupponens illam, sed tantum per media, vel auxilia indifferentia, ob motivum libertatis, unde est necessarium, quòd prævideatur, quibus auxiliis de facto voluntas nostra sit usura, & operatura. Tum quia eadem voluntas consequenter loquendo, non determinet voluntatem, quòd absolutè velit, vel consentiet, ut faceret altera voluntas non supponens illam, sed tantum quòd consentiat cum auxilio indifferente, quo per scientiam mediam prævisa est consensura, undè Deus volens prout sic illam operari non determinat illam ad alteram partem contradictionis.

Sed hæc solutio non videtur adhuc salvare eorum intentum de necessitate scientiæ mediæ, imò repugnantia efferere. Primum ostenditur sic: quia non stat semel necessitas ejusdem voluntatis quomodolibet concurrentis cum necessitate hujus scientiæ ergo est nulla quoad hanc partem. prob. ant. Nam ita ait, ut dicunt contrarii, quòd liberum arbitrium sine hac voluntate cum illis auxiliis indifferentibus in statu absoluto non operabitur, & quòd in statu conditionato ex parte hypothesis auxiliorum indifferentium, non ingreditur eadem voluntas efficax Dei, qua absolutè velit idem arbitrium cum illis auxiliis operari, ergo in hoc statu non poterit adhuc prævidere, quid sit operaturum, ergo vel cessat necessitas ejusdem scientiæ supposita necessitate prædictæ voluntatis; vel cessat necessitas istius supposita necessitate scientiæ. §. Quòd si dicat ingredi talem hypothesim tunc redit argumentum factum, quòd amplius non subsistit objectum hujus scientiæ, ac proindè nec scientia, quia tunc, ut dictum est, idem conditionatum transit in necessarium; nam reddit præfatum sensum, vel propositionem conditionatam sic, nempè si vocavero Petrum hac, vel illa vocatione, & voluero simul absolutè, quòd cum tali vocatione consentiat, Petrus consentiat; quod est propositionem, vel objectum esse necessarium, vel infallibile non contingens, quale est objectum scientiæ mediæ.

Nec juvat quòd secundò additur in solutione ad salvandam utramque necessitatem, & utramque conciliandum in prædestinatione, scil. prædictam voluntatem, vel decretum supponens scientiam non est ad hoc, quòd Deus per illud velit nostram voluntatem absolutè velle, aut consentire, sed tantum quòd consentiat per auxilia indifferentia, quæ adhuc dant locum libertati ejus. §. Non inquam juvat, quod prob. sic, & simul ostenditur posterior pars replicæ, quòd nempè id sit repugnantia asserere: nam repugnat Deum absolutè, & efficaciter aliquid velle, & velle illud per media inefficacia, vel indifferentia ergo. Prob. ant. Repugnat Deum in efficaciter, vel indifferenter aliquid velle, & velle illud per media efficacia, vel ex sua natura determinata, ergo ex opposito repugnat &c. & ratio utriusque est, quia cum media eligantur in ordine ad finem debent esse proportionata voluntati intendentis illum, at media indeterminata, vel indifferentia non sunt proportionata, ut patet, voluntati efficaciter, & absolutè intendentis finem, nec efficacia, & ex se determinata tantum inefficaciter, vel indifferenter intendentis illum, ergo.

Urg. hoc. Nam Deus voluntate, vel decreto illo absoluto hæc duo juxta solutionem vult, nempè & quòd liberum arbitrium absolutè consentiat, & non præcisè si voluerit illis auxiliis consentire, aliàs non esset absolutum, & efficax; & deindè quòd cum talibus auxiliis ex se indifferentibus consentiat, ne lædatur ejus libertas, sed hæc sunt repugnantia, ergo. Prob. mi. nam ex qua parte efficaciter vult, quod absolutè consentiat, non potest juxta illorum principia tali decreto in sensu composito dissentire, ex qua verò parte vult, quòd consentiat mediis auxiliis ex se indifferentibus, potest in eodem sensu dissentire, cum pro sua libertate utatur illis, vel determinet illa ad consensum, ergo velle quòd sic consentiat potens, & non potens in sensu composito dissentire eidem, est repugnantia asserere.

Secundò impug. solutio, & ulteriùs urg. totum hoc. Quia vel destruit se ipsam, vel tenetur admittere, quòd ex omni latere impugnare tentant contra Thomistas, ergo est perpetuò repugnans. Prob. ant. Quia hoc asserit solutio, scil. quod istud decretum supponens scientiam mediam facit voluntatem creatam absolutè consentire mediis auxiliis indifferentibus, ergo decretum efficax, & absolutum Dei potest utrumque præstare, nempè quòd voluntas nostra absolutè, & liberè consentiat, ut dicunt Thomistæ. Prob. cons. Quia efficaciter velle, quòd voluntas nostra absolutè velit, & quòd velit mediis auxiliis indifferentibus, est idem quòd efficaciter velle, eandem velle absolutè, & liberè velle, ergo si semel hæc duo non repugnant in eorum decreto efficaci, & absoluto supponente talem scientiam, nec repugnabunt in Thomistico non supponente illam; vel si repugnent in isto, ut contendunt, pariter repugnabunt in illo.

Expl. hoc. Nam sicut ipsi dicunt, quòd decreto absoluto, & efficaci per talem scientiam potest Deus utrumque velle, ita hoc ipsum dicunt Thomistæ de suo efficaci, & absoluto illam antecedente, non enim dicunt, quòd isto absolutè velit voluntatem nostram quomodocunque consentire, sed quòd consentiat, & liberè consentiat, ergo si hoc ipsum judicant omninò repugnare in nostro, tenentur etiam hanc repugnantiam fateri de proprio, cum utrumque est efficax, & absolutum, & utrumque prout sic in statu absoluto antecedit consensum, & infallibiliter infert illum, quidquid sit, quòd alterum in statu conditionato supponat illum, ut dictum est.

Dices quòd eo ipso, quòd in hoc statu supponet illum, & solum exequatur per media indifferentia relinquitur libertas voluntati nostræ, ut se liberè determinet, quod non contingeret, si antecederet talem scien-

scientiam, & exequeretur per media determinata, & non indifferentia. §. Sed hæc solutio, præterquamquòd videtur petere principium, jam præoccupata est. Primum quidem, quia hoc est, quod inquirimus, quomodo ratio absoluti, & efficacis in decreto Divino possit relinquere voluntati creatæ hoc, quod est se liberè determinare: quòd verò antecedat, vel non antecedat, non per id tollitur ejus efficacia, & prioritas ad consensum in statu absoluto; & minùs tollitur per indifferentiam auxiliorum, neque etiam per scientiam, quam supponit, ergo dicere, quòd si supponat, & media sint indifferentia, tunc relinquitur libertas non obstante ratione absoluti, & efficacis in illo, est respondere per id, quod est radix totius difficultatis. §. Ex quibus etiam facilè impugnatur. Nam quamvis supponat scientiam illam, & consensum in statu conditionatu, & media sint indifferentia, adhuc tamen est efficax, & absolutum, & antecedens consensum in statu absoluto inferendo illum infallibiliter, ergo si ex hoc potissimè moventur ad rejiciendum Thomist cum judicantes non posse in illo prædicta duo componi, tenentur pariter idem judicare de proprio, vel affirmare eorum compossibilitatem de utroquè.

Ultimò tandem impugnatur, & simul iterum ex his urgentur hæc omnia. Præfatum decretum supponens illam scientiam est efficax, absolutum, & antecedens consensum nostrum, nec est in potestate liberi arbitrii ponere illud, vel positum removere, ergo vel nec istud juxta eorum principia admitti potest sine læsione libertatis, vel etiam sine ista admitti poterit Thomisticum: ant. supponitur ex solutione, & ex Authoribus illius, dum illud superaddunt ad salvandam certitudinem causalitatis, ergo debet habere prædicta omnia prædicata, aliàs non erit infallibilis certitudo in linea causalitatis conveniens prædestinationi: hæc enim est ita efficax ordinatio electorum, seu præparatio beneficiorum Dei, ut his certissimè liberentur, quicunque liberantur, ut vidimus ex D.Aug., ergo debet ita esse efficax tale decretum, ut sit inimpedibile. Cons. verò prob. nam hac ratione negant posse admitti Thumisticum sine eadem læsione, quia nempè est efficax, absolutum, & antecedens, ac proindè non est in nostra potestate ponere illud, vel positum removere, ergo si hæc omnia habet alterum supponens scientiam, jam nec istud admitti poterit sine tali læsiona, vel erit admittendum utrumque.

Dices esse discrimen inter utrumque, quòd Thomisticum non solum non est in nostra potestate ponere, vel removere, sed ita est efficax, & antecedens, quòd intrinsecè determinet voluntatem nostram ad unam partem, antequam illa se determinet, & consequenter non relinquit potentiam ad oppositam; alterum supponens scientiam, (qua prævidetur volũtas se prius determinatura,) quod non ita antecedit, ut determinet intrinsecè, sed relinquit illam à se ipsa intrinsecè determinandam, ac proinde licet efficax, & absolutum sit, non tamen opponitur libertati. Principium ergo, quod assumitur à contrariis ad impugnandum Thomisticum, ita intelligendũ est, nempè quòd omne id, quod non est in nostra potestate, & antecedit consensum voluntatis admitti nequit salva ejus libertate, si intrinsecè eam determinet ad alteram partem, ut est idem decretum, vel Thomistica prædefinitio, non tamen si eam non sic determinet, estò illius actum antevertat, & cum illo determinatè connectatur;

Sed hanc solutionem patet primò ex superioribus esse de subjecto non supponente, & ferè ludere verbis, aut petere principium, dum dicitur voluntatem se intrinsece determinare ad consensum, cum non aliter se determinet juxta illas per illum nisi, ex inconcusso apud eosdem principio, quòd omnis determinatio antecedens consensum destruit libertatem, unde ut dicebamus, idem est asserere voluntatem jure libertatis se esse determinaturam, ac jurè illius esse consensuram, ac proinde inquirentibus Thomistis, unde habeat in signo totius indifferentiæ, sive antevertente omnem determinationem, quòd sit magis consensura, quàm dissensura, respondere quòd eodem jure se est determinatura, est magis ludere verbis, & petere principium, cum idem sit ex eodem principio, quòd esse consensuram. §. Deinde etiam ut vidimus, intrinseca illa determinatio voluntatis, cum sit aliqua perfectio intra lineam creaturæ, impossibile est, quòd non supponat intra hanc lineam, perfectionem Divinam, cujus sit participatio, & à qua dependeat, nisi velimus dari aliquod creatum præcipuè intra lineam entis, & perfectionis imparticipatum à Deo, quod est alienum. Quòd si dicatur supponere decretum subsequens ad eandem scientiam, sive illius determinationem.

Contra hoc ipsum, & contra simul solutionem datam insto sic ex eadem præcedenti replica. Ex eo contrarii Thomisticum decretum contendunt non posse subsistere sine libertatis læsione, quia posita ejus intrinseca determinatione antevertente actum voluntatis, necessarium est ponere illum, nec est in potestate nostra, ut proximè dictum est, eam ponere, vel positam auferre, & consequenter non manere ampliùs sic intrinsecè determinatam cum potentia ad actum oppositum, sed hoc ipsum, si semel militat contra nostrum, militat etiam contra eorum decretum extrinsecè tantum determinans independenter ab illa factum, ergo vel immeritò impugnant nostrum, vel tenentur utrumque admittere: prob. mi. quia etiam extrinsecè tantum determinata per eorum decretum nequit frustare illud, aliàs efficax, & absolutum non esset, ergo si hac ratione nequit subsistere nostrum salva libertate creata, nec poterit salva eadem subsistere alienum.

Urg: hoc. Nam si semel istud est etiam efficax, & absolutum, non magis voluntas intrinsecè determinata per nostrum censenda est impedita per intrinsecam determinationem nostri, ut conjungatur cum dissensu, quàm per extrinsecam alieni, ergo si quia non est in potestate ejus tollere, vel auferre intrinsecam nostri nequit istud subsistere salva ejusdem libertate, nec subsistet alienum salva eadem, cum nequá sit in potestate ejus ponere, vel auferre extrinsecam alieni, si semel efficax, & absolutum est.

In secunda, & tertia parte primi enthimematis rationis adductæ non immoramur, nam supponimus latè in superioribus fuisse examinatas, & probatas: secundam quidem, quia ante omnem determinationem sive Divinam, sive humanam, vel creatam, neutra pars determinatè apparere potest, scil. quòd sit determinatè magis consensura, quàm dissensura, ut efficaciter ostensum est, ne eadem repetamus.

Tertia etiam satis constat ex eo, quòd ut vidimus, si semel iterum omnia media, vel auxilia sunt indifferentia aut moralia, vel moraliter tantum alicientia, non repugnat esse aliquem hominem tam obstinatæ voluntatis, ut in aliquo tempore, vel occa-

sione

sione contra omnes modos moralis vocationis obdurescet, ergo si non potest Deus efficaci suo decreto facere, ut liberè velit, sed solum mediis indifferentibus, vel moralibus excitando, & eliciendo, non poterit talem hominem convertere; ant. admittit D.Aug. lib.1. ad Simplicianum qu.2., & constat ex dictis, quia ut fatentur contrarii, quòd homo sit consensurus ex hypothesi moralis vocationis, vel medii indifferentis est futurum contingens, pendens ex libera voluntate ejus, quod absolutè potuit non esse etiam in sensu composito, ergo potuit Deus scientia media præscire de aliquo homine nulli vocationi morali, aut sub hypothesi medii solum indifferentis esse consensurum saltem pro ali-uo tempore, vel occasione, & consequenter erit debilis aliquis inconvertibilis à Deo.

Expl.,& urg.hoc.Nam potest contingere juxta modum oppositum conciliandi certitudinem prædefinitionis per eandem scientiam, quòd per illam videat aliquem hominem pro sua libertate nolentem unquam converti, aut saltem pro tali tempore, vel occasione, ergo vel semper, vel pro tunc non poterit à Deo converti :conseq. tenet, quia si Deus efficaci suo decreto antevertente talem scientiam non potest efficaciter velle, aut facere, quòd voluntas nostra liberè velit, aut consentiat, talis homo sic prævisus vel perpetuò, vel pro tunc nolens nun poterit à Deo converti: ant. verò etiam constat, quia ut dictum est, vocatio vel medium, aut gratia, quæ prævidetur posse consentire si semel est indifferens, ut ipsi dicunt, est talis naturæ, quòd liberè cum ille potuit etiam in sensu composito dissentire, ergo potest prævideri, quòd nolit ulli earum pro sua libertate consentire, ergo cum omne aliud medium, quo potest Deus illum liberè convertere, sit ejusdem naturæ cum quolibet præviso, jam per nullum aliud poterit illum convertere, vel prævideri per eandem scientiam convertibilis.

Quòd si dices ut supra, ita esse de auxiliis, vel mediis ordinariis gratiæ, quia tamen præter hæc potest Deus infinitis aliis modis moralibus vocare illum, impossibile est simpliciter, quòd non præscietit Deus alicui vocationi consensurum, sicut impossibile est (inquiunt à simili, & à fortiori) permittente Deo hominem tentari à Dæmone omnibus modis, quibus novit, ut sola libertate ei resistat, & quòd in aliquo modo tentationis non succumbat, vel infallibiliter non cedet. §. Vel quòd iterum ita sit(& ferè in idem coincidit) loquendo de singulis vocationibus, vel mediis divisivè sumptis; non tamen collectivè, unde licet cum tali, vel tali gratia (& sic de aliis) prævideri possit non consensurus, non tamen credendum est, quòd toti cumulo illarum dissentiet, quia tunc superadderetur ex parte hypothesis alia, & alia, quousque prævideatur consensurus, ac proinde impossibile est, quòd prævideatur sub omni hypothesi gratiæ non consentire.

Sed neutra solutio, (ut vidimus,) subsistere potest invariatis eorum principiis, scil. quòd nullum decretum, vel medium possit esse efficax ante eandem scientiam ut dictum est; unde idem argumentum militet juxta eorum doctrinam tam de ordinariis, quàm de extraordinariis; & tam de illis divisivè, quàm collectivè acceptis; quia nulla utrobique superadditur efficacia, cui pro sua libertate dissentire non possit etiam in sensu composito. Contra primam ergo sic iterum insto. Ex eo potuit præsciri à Deo dissensurus loquendo de ordinariis, quia nullum ex se est efficax antecedenter ad præscientiam futuri consensus, sed cum quolibet pro innata libertate stare potuit, quòd esset dissensurus etiam in sensu composito, sed nulla etiam vocatio, aut medium extraordinarium ex se est efficax ante illam, sed cum quolibet stare potuit dissensus in eodem sensu, (hoc enim judicant necessarium ad immunitatem libertatis,) ergo nequè ex hypothesi extraordinarii præsciri potuit scientia media consensurus: & idem argumentum fit contra secundam, cum pariter in tota collectione non sit efficacia ex se ante illam.

Ad simile verò, quo putant instare à fortiori, patet ex dictis esse latum discrimen, imò posse retorqueri; nam quòd homo sibi relictus non possit sine auxilio gratiæ vincere omnes tentationes Dæmonis, de ordinariis etiam verificatur, quia ob infirmitatem naturæ, & defectum virium indiget auxilio ejus, ut vincat omnes; ut verò obdurescat contra omnes hujusmodi vocationes morales, vel media indifferentia, non indiget viribus, vel auxilio alterius, sed pravitate sua, vel malitia, aut inclinatione ad malum, quam habet homo ex se, & ideò si sibi relinquatur, nec efficaciter à Deo retrahatur à malo potest sic obdurescere, §. Præterquamquòd, ut dictum est, licet id esset moraliter impossibile, sic prævideri hominem omni auxilio morali, vel medio indifferenti dissensurum, possibile est tamen ex natura rei ergo natura rei non repugnaret esse aliquem hominem, quem Deus non posset convertere, aut prævidere per illam scientiam conversurum.

Quòd si recurres ad irregularitatem casus, scil. esse irregularem, quia cum voluntas pro innata libertate possit consentire, & non consentire, regulariter non contingere; quòd omnibus dissentiat, sed quòd cum isto, aut cum illo, vel in hac occasione, aut in illa, non consentiat; in alia verò consentiat. Vel illo etiam, & superioribus replicis admissis nullum inde sequi inconveniens, (ut supra ex eisdem dicebamus) contra Divinam omnipotentiam, quia non sequitur, Deum non posse adhuc convertere illum, sed solum quòd non possit liberè, posset tamè convertere illum, quo vellet, impediendo usum libertatis, quod satis est ad illam salvandam.

Hanc solutionem, ut constat ex dictis, non solum rejicit D. Aug., sed acerrimè improperat in Enchirid. ad Laurentium cap.97., ubi expressè loquitur de conversione libera, quæ nempè recedit à peccato,& ad Deum convertitur, fitque ex peccatore justus. Hæc autem procul dubio libera est. Et ut etiam dictum est, apud Theologos statutissimum est, conversionis nomine in Scripturis, Conciliis, & PP., dum de peccatore fit sermo, intelligendum esse motum liberi arbitrii in Deum.

Præterea nec salvat potestatem illam omnipotentissimam, quam diximus ex professò probare eandem SS. PP. lib. de corrept., & gratia cap.14. esse in Deo ad inclinandum liberè voluntates hominum. Et ratio est efficacissima ex eodem ibidem asserente Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum ad inclinandas liberè, quàm ipsi suas, sed certum est, quòd ille homo omni vocationi morali posset liberè consentire, & se convertere, aliàs dissensus non esset liber, nec peccaret, ergo & posset Deus liberè illum convertere. Unde etiam D.Thom. q.illa 22. de veritate ar.8. ad mentem illius ait, quòd sicut voluntas nostra potest immutare actum suum

in

in aliud, ita & ampliùs Deus, quia nempè est Author voluntatis, & ideo habet plenissimum dominium illius.

Ex quo ut dicebamus, sumitur efficax ratio contra solutionem, quatenus asserit tunc posse solum convertere illum necessariò, non liberè: quia Deus non est minùs Author, & Dominus voluntatis, ut liberè est, quàm ut natura est, sed quia est Author, & Dominus priori modo potest convertere illum necessariò, itaut repugnet ex natura rei, quòd non possit inclinare eam, quò sibi placuerit eam necessitando, ut dicit solutio, & patet, aliàs adæquatè deficeret omnipotentia respectu conversionis illius, ergo quia est Author, & Dominus posteriori modo poterit liberè illum convertere, itaut repugnet ex natura rei, quòd non possit eam liberè inclinare, quò sibi placuerit.

Ex his etiam impugnatur, quod asserit de irregularitate casus. Nam quidquid sit esse irregularem, tamen juxta modum oppositum, ut probatum est, non repugnat ex natura rei, quod tamen juxta Scripturam, & PP., & præcipuè D. Aug. reputandum est magnum inconveniens.

Secundò non solum juxta eorum doctrinam, non videtur irregularis, sed necessarius, nam juxta illam liberum arbitrium potest toti collectioni resistere, vel dissentire etiam in sensu composito, & non tantum in diviso, ergo in tota illa serie combinationum de facto debet prævidere Deus aliquem dissentientem, sive ex sua malitia, sive ad experimentum suæ libertatis, toti collectioni. Ant. constat ex dictis, quia nec in singulis, nec in tota collectione est ex se efficacia ad determinandum ad unam partem determinatè, salva libertate eius, ut ipsi contendunt. Conseq. verò prob., quia si nullum prævideat de facto dissentientem, non poterit certò cognoscere, quòd in tota illa collectione ab intrinsecu non sit efficacia ad inferendum consensum, cum ad eventum recurrant, ut vidimus, ad explorandam determinationem voluntatis, ergo debet prævidere cum ea aliquem consentire, & aliquem non consentire, ut certò id sciat, ac proindè casus non erit irregularis, ut putat solutio.

Aliter ergo respondent alii, casum non solum esse irregularem, sed etiam metaphysicè impossibilem, quia licet hæc, vel illa vocatio non inferat infallibiliter effectum, tota tamen earum collectio, ita ab intrinsecu connectitur cum illo, sive consensu, ut illi nequeat homo resistere. Nec propterea tenentur recedere à scientia media, quia hic modus convertendi hominem per collationem totius cumuli auxiliorum moralium non est in usu, eo quòd illi nequit homo pro sua libertate resistere.

Sed hæc solutio jam sufficienter præoccupata est. Nam tota hæc collectio vocationum, sive ordinariæ sint, sive extraordinariæ solum constet ex mediis moraliter tantum moventibus voluntatem, ergo nequit ab intrinseco habere efficaciam, vel connexionem infallibilem infallibilitate metaphysica ad inferendum consensum, ut non possit ei homo resistere, vel dissentire. Ant. patet ex dictis, & ex eorum doctrina. Conseq. verò prob. Auxilia, vel media tantum moralia, quantumcunque multiplicentur, non sunt simpliciter, & totaliter efficacia, sed tantum secundum quid, & in suo genere, ergo nunquam possunt metaphysicè irresistibiliter inferre executionem consensus voluntatis, ac proindè metaphysicum posse, quod habet homo ad dissensum, nequit superari à tota collectione moraliter tantum influente, & determinante illum, nam quidquid sit, quòd vehementiùs excitent, alliciant, & persuadeant, nunquam tamen habere possunt efficaciam infallibilitate metaphysica secum afferentem infallibiliter consensum voluntatis, aliàs non sistunt in propriis principiis contra Thomistas, si semel influxui morali, quicunque sit, dant semel hanc infallibilitatem metaphysicam trahendi, vel inferendi illum irresistibiliter, ut patet ex superioribus.

Urg. hoc iterum ex dictis. Nam tota eadem collectio vocationum, vel auxiliorum, si purè moralia sunt, (ut ex eisdem supponimus,) solum movet voluntatem ex parte objecti illuminando intellectum, & excitando voluntatem, quod est tantum movere moraliter, ergo non movet efficaciter omninò infallibiliter, vel irresistibiliter ad exercitium actus. Prob. conseq. quia ut dicebamus, & Contrarii admittunt, cum D. Tho. infra q. 105. ar. 4., & qu. 106. ar. 2., & qu. 111. ar. 2. nullum objectum quemcunvis congruè propositum potest efficaciter infallibiliter movere ad exercitium actus voluntatem præter Deum clarè visum, ergo non stat eandem sistere intra lineam moralem, & metaphysicè irresistibiliter trahere secum consensum voluntatis, itaut idem posse hominis metaphysicum ad oppositum superetur ab illa.

§. V.

Solvuntur Argumenta.

Contra nostram Conclusionem militant argumenta superiùs adducta contra decreta antecedentia, absoluta, & ab intrinseco efficacia, quæ eandem ingerunt difficultatem cum præsenti ad conciliandem infallibilem certitudinem prædestinationis cum immunitate libertatis creatæ, placet nihilominùs ad ampliorem nostræ sententiæ utrobique firmitatem, & lucem, aliqua superaddere, vel eorum sub aliis terminis, vel aliorum, quæ objiciunt, vel objicere possunt solutionem. Unde arg. 1. præcipuo eorum fundamento desumpto ex Trident. sess. 6. de iustific. can. 4., ubi sic definitur. *Si quis dixerit liberum arbitrium motum à Deo, & excitatum nihil cooperari assentiendo, nec posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omninò agere, merique passivè se habere anathema sit.* Ex quibus arguunt sic. Juxta Concil. liberum arbitrium motum, & excitatum à Deo dissentire potest Deo sic moventi, & excitanti, at nequit dissentire efficaci illius decreto à scientia media independenti, sive à prævisione consensus per illam in statu conditionato, ergo decretum ab intrinseco efficax, & ab illa independens non est necessarium ad salvandam prædictam certitudinem. Cons. tenet, & ma. est doctrina Concil. mi. verò prob. quia dissentire, si propriè accipiatur, ut debet, denotat sensum compositum resistentiæ cum decreto, sed liberum arbitrium non potest componere hanc resistentiam cum illo, aliàs posset frustrare illud, quod implicat, ut patet ex superioribus, ergo non potest ei dissentire.

Huic argumento patet primò ex dictis non solum hac authoritate non offendi nostram sententiam, sed magis stabiliri, vel definiri, ut latè ostensum est. Deindè variis solutionibus omissis ad arg. factum respond. nego mi. Ad illius prob. dato transeat ad

ma.

ma., nego suppositum mi., quòd loquatur Concil. in sensu composito, ut contendunt adversarii, sed tantum in diviso, ut communiter discipuli D. Thom., & patet, tum ex forma propositionis ejus, quæ ut alibi etiam vidimus, non est formæ modalis compositæ, sed divisæ, quia modalis composita ex communi consensu dialecticorum est, quando subjicitur dictum, & modus prædicatur, quod non contingit in propositione Concilii, nam modus in illa interponitur inter partes dicti, siquidem altera pars dicti est, hominem motum, & excitatum; altera verò dissentire. ;Tum quia intentio Concilii, ut ibidem ponderavimus cum sæpè laudato hac in re M. Cetelem, est damnare hæresim Lutheri, & Calvini asserentium per efficacem Dei motionem destrui libertatem, sed ad hanc hæresim damnandam satis est definire cum motione Dei efficaci stare in voluntate liberam potentiam dissentiendi, & esse possibilem dissensum, quamvis sit incompossibilis cum illa, quia hoc sufficit ad perfectam libertatem, & utrumque toties docet, & declarat D.Thom. optimè posse simul subsistere q.23. de veritate ar.5. ad 3. dicens. *Non esse effectus, quem vult esse Divina voluntas, non posse simul stare cum Divina voluntate, tamen potentiam deficiendi effectum simul stare cum Divina voluntate: non enim sunt incompossibilia, Deus vult istum salvari, & iste potest damnari, sed ista sunt incompossibilia, Deus vult istum salvari, & iste damnatur*. Ita D. Tho. ut conciliet libertatem cum Divina voluntate efficaci.

Hoc ipsum præmiserat qu.6. ibidem ar.3. ad 7., ubi ait. *Cum dicitur prædestinatus potest in peccato mori, si consideretur potentia ipsius verum est, si autem loquamur de prædestinato secundum ordinem quem habet ad Deum prædestinantem, sic ordo ille non compatitur secum istum eventum, quamvis compatiatur secum istam potentiam*. Et ar.4. ad 4. *sicut hic*, inquit, *quod est non esse habiturum finalem gratiam est incompossibile ei, quòd est esse prædestinatum, quamvis in se sit possibile, ita esse habiturum finalem gratiam est incompossibile ei, quòd est esse præscitum, quamvis in se sit possibile*. Et ad 8. ait. *Communiter verè dici, quòd Deus potest prædestinatum non prædestinare, vel non prædestinatum prædestinare, in sensu composito est falsa in diviso est vera, & omnes locutiones illas, quæ sensum compositum indicant esse falsas simpliciter*. Idem docet hic ar.6. ad 3., & 1. cont. Gent. cap.67. in fine, dicens. *In omnibus, quæ argumentantur impugnantes scientiam Dei circa contingentia, secundum compositionem, & divisionem falluntur*. Et 22. q.24. art.11. inquit. *Impossibile esse hæc duo esse simul vera, quòd Spiritus Sancti velit aliquem movere ad actum charitatis, & quòd ipse charitatem amittat peccando*. Quod etiam tradit 1. 2. qu.112. ar.3. Quibus verbis expressè docet non posse simul poni cum ipsa motione Divina efficaci ad actum charitatis, quòd homo actum non eliciat, aut peccet, & tamen fide est certum liberè elicere actum, & posse non elicere.

Hinc ut ibidem inferimus, quòd dum à nostris Thomistis dicitur hominem efficaciter à Deo motum posse dissentire in sensu diviso, & non posse in composito, non esse sensum, quod stante motione, vel decreto ex se efficaci non ponat, vel non habeat facultatem dissentiendi, & illa remota possit, vel habeat eandem, sed quod possit simul cum illa, vel habeat facultatem ponendi dissensum, sed non habet facultatem componendi dissensum, cum eadem motione, vel decreto. Et ideò (phrasi utar D. Thom.) Dissensus est absolutè possibilis stante decreto, licet sit cum illo incompossibilis, quia illud compatitur secum liberam facultatem dissentiendi, sed non compatitur secum dissensum, quia cum sit veluti initium consensus ex natura sei opponitur dissensui.

Hæc Thomistarum, & D. Thom. doctrina, quam placuit repetere ad prædictam certitudinem prædestinationis juxta nostrum modum salvandam, quia est veluti petra offensionis inter utrumque Scholam, sed ni fallor, (ut ibidem etiam monuimus) tenentur ipsi pariter illam admittere. Nam docent, quòd posita in homine vocatione congrua efficaci procedente à voluntate absolute Dei convertendi hominem hic, & nunc absolutè posse dissentire, sed non posse simul ponere dissensum hic, & nunc cum tali vocatione congrua, (sed hoc idem est, (ut patet,) ac si diceretur posse in sensu diviso, & non posse in sensu composito, vel stante vocatione congrua efficaci esse possibilem dissensum, esse tamen cum illa incompossibilem, quia vocatio congrua efficax compatitur secum potentiam liberam dissentiendi, sed non dissensum, ergo hæc duo optimè cohærent, nempè quòd posita motione, vel decreto Dei ex se efficaci, sit possibilis absolutè dissensus, & quòd sit cum illo incompossibilis, & quòd eadem Divina motio, seu determinatio, vel decretū ex se efficax compatiatur secum liberam facultatem dissentiendi, sed non dissensum.

Tertiò etiam constare potest Concilium ità loqui ex eo, quòd ut adversarii supponunt, & probat Suarez lib.3. de auxiliis cap.9. sermo ibi est de motione efficaci, cumque homo convertitur, & diffinit, quòd pro eodem in instanti, in quo in executione, illa ponitur, possit liberum arbitrium dissentire, constat autem non posse id verificari in sensu composito, cum motio efficax Dei (ut dicebamus, unde quaque efficaciam habeat, dum in executione ponitur in homine, procedat ex voluntate Dei efficaci convertendi hominem, ut medium, quo Deus voluntatem, & intentionem suam efficacem exequitur, ac proindè nunquam stare possit, quòd homo sic moveatur à Deo, & dissentiat, quia aliàs voluntas Dei efficax frustraretur, & consequenter posse dissentire liberum arbitrium pro instanti, in quo in executione movetur efficaciter à Deo, verificari nequit in sensu composito. §. Sed contra hanc doctrinam, & principalem solutionem instas. Nam hæretica Calvini propositio est hæc negative: voluntas mota à Deo efficaciter, non potest dissentire, quem ut damnat Concilium profert affirmativam contradictoriè oppositam, sed Calvinus tantum negavit voluntatem motam à Deo efficaciter posse dissentire in sensu composito, ergo in hoc sensu affirmat Concilium. Prob. mi. quia Calvinus nec somniavit per gratiam efficacem tolli entitatem, aut essentiam voluntatis, ergo sensit simul cum illa manere potentiam ad actum oppositum in sensu diviso. Prob. cons. quia Calvinus fatebatur voluntatem secundum suam entitatem posse habere actum malum, ergo non negat dum est sub gratia, vel motione efficaci, posse illum habere in sensu diviso, si non asserit gratiam tollere entitatem voluntatis.

Urg. hoc. Posse dissentire motioni efficaci est posse cum illa componere actualem dissensum, seu posse cū eadē habere illū, ergo cum diffiniat Concilium posse illi dissentire, diffinit posse cum illa cōponere actua-

 lem

lem dissensum. Prob. ant. quia actualiter dissentire motioni efficaci est simul cum illa ponere dissensum, ergo posse dissentire est posse simul cum illa ponere, vel componere dissensum. Prob. cons. quia dissensus propriè loquendo includit in sua ratione formali simultaneam existantiam vocationis, aut motionis, cuius est dissensus, ergo sicut nunquamdatur in re actualis dissensus existens, quin actualiter componatur cum existentia vocationis, aut motionis, ita nec erit possibilis, quin sit verè, & realiter compossibilis cum eadem vocatione, & motione.

Ad hæc instantiam, (quam placuit simul cum principali argumento iterum tangere, quia perpetuò hujusmodi objectiones inculcant.) Respond. ut supra, nego mi. Ad prob. dist. consequens sensit simul cum gratia manere potentiam ad actum oppositum, liberam, nego, non liberam, sed determinatam ad unum operandum necessariò ad modum causæ naturalis, conc. Ad illius prob. iterum dicimus Calvinum expressè negasse liberum arbitrium, quia (ut vidimus ex Ruardo Taper ar. contra eûdem,) docuit voluntatem, dum gratia movetur non liberè, sed necessariò bene operari, & ideò neque in sensu diviso posse bene non operari. Dum verò tali gratia non movetur, asseruit nullo modo posse benè agere, & ideò non liberè, sed necessariò ad malum moveri ex pravitate naturę. Contra ergo primam partem hujus erroris definit Concil. can. illo 4. liberum arbitrium dum movetur efficaciter à Deo, sic suaviter moveri, ut liberam facultatem habeat agendi, & non agendi in sensu diviso: contra deinde secundam definit can. 6. esse in libera potestate hominis, vias suas malas facere.

Ad confirm. iterum ex dictis dist. ant., posse dissentire motioni efficaci est posse componere &c. si dissentire sumatur verè contrariè pro resistere, ut importat quadam renitentiam cum eadem motione, vel gratia efficaci, transeat, si sumatur pro eodem, quòd posse elicere actum contrarium ei, ad quod inclinat motio, vel auxilium; seu pro eodem, quòd posse non elicere illum, ad quem inclinat, nego, & ideò etiam nego conseq., quia non intendit Concilium diffinire posse liberum arbitrium dissentire positivè contrariè cum renitentia resistendo motioni efficaci; nam loquendo de vera resistentia, nec voluntati efficaci Dei, nec auxilio, ut est instrumentum voluntatis efficacis potest humana voluntas resistere, ut alibi probat Alvarez ex auxiliis disp. 92., & 93. Solum ergo intendit diffinire hominem in eo instanti, in quo movetur efficaciter habere liberam facultatem non eliciendi actum, ad quem movetur, aut eliciendi actum, qui si poneretur cum tali motione esset dissensus. Probationes autem procedunt de dissensu, ut dicit resistentiam cum renitentia. In hoc verò sensu nec adversarii admittere possunt pro eo instanti, in quo movetur voluntas motione, vel gratia efficaci possibilem esse dissensum in sensu composito, ut proximè ostensum est. Non enim potest cum decreto prædestinativo efficaci adhuc scientiam mediam supponente, & per consequens, neque cum motione ejus conjungere consensum, aut negationem ejus, ac proindè nec resistere illi vera resistentia propriè accepta, prout importat hanc conjunctionem, aut renitentiam.

Nec vincitur, (ut dicebamus) difficultas recurrendo ad scientiam mediam per hoc quòd voluntas humana in statu conditionato poterat vitare decretum dissentiendo vocationi, quatenus eo ipso, quòd in hoc statu prævideretur à Deo suę vocationi dissentiens non posset Deus suam vocationem, aut consensum efficaciter decernere. Non inquam vincitur, nam præter id, quod jam repositum est; admissa adhuc tota hac doctrina, inferri nequit, quòd voluntas nostra possit decreto illius efficaci resistere vera, aut propria resistentia. Quia ex eo, quòd potuerit impedire existentiam decreti efficacis non sequitur, quòd deindè possit cum illo conjungere consensum, aut negationem ejus, ut ostensum est, aliàs efficax, & absolutum non esset ad illum infallibiliter inferendum, vel causandum.

Secundò etiã principaliter arg. argumento supra etiam sub aliis terminis producto. De ratione agentis liberi est potentia ad se determinandum, sed supposito decreto efficaci prædestinativo, non manet hæc potentia in voluntate nostra, ergo certitudo illius non rectè salvatur per ejus efficaciam. Prob. mi. Quod non potest causare formam prædefinientem, aut prædeterminantem, nec causare potest determinationem, sed eo ipso quòd decretum efficax est forma prædefiniens, aut prædeterminans, voluntas nostra causare non potest prædictam formam, cum nequeat causare decretum efficax Dei, ergo hoc supposito non manet in illa, potentia ad se determinandum, sive ad determinationem sui.

Urg., & explic. hoc. Nam de ratione liberæ facultatis est, quòd positis omnibus requisitis ad agendum possit agere, & non agere, sed posito tali decreto voluntas non potest non agere in sensu composito, ergo non manet libera. Prob. ma. quia positis omnibus requisitis ad agendum, posse non agere tantum in sensu diviso convenit etiam causis non liberis, ut patet in igne, qui licet non possit non agere in sensu composito, si adsint omnia requisita, potest non agere in diviso, si aliquod desit, ut approximatio ad combustibile, ergo posse tantum non agere in hoc sensu non sufficit ad libertatem. §. Urg. ulteriùs totum hoc. Si decretum efficax Dei de movenda voluntate ad actum dilectionis v.g. non supponit scientiam futuri consensus, sive scientiam mediam antecedit, non est in ejus potestate ponere, vel auferre tale decretũ, ergo nec est in ejus potestate dissentire, vel non ponere talem actum. Prob. cons. quia dissentire essentialiter dependet à carentia decreti absoluti de consensu, quę non est in potestate voluntatis humanæ.

Ad hoc ex dictis neg. mi., ad ejus prob. neg. ma. quia decretum prædefiniens, aut prædeterminans non est, ut dicebamus, de movenda voluntate ut cunque, sed de movenda suaviter ad diligendum liberè modo sibi connaturali, & consequenter licet dicatur non esse in ejus potestate, ponere, vel auferre decretum, non tamen hinc infertur non remanere in illa potentiam ad se determinandum, & liberè eliciendum talem actum, imò totum oppositum inferendum est, ut vidimus ex D. Tho. Prætarquam quòd forma determinans non est solum decretum, sed etiam actus, quem potest voluntas elicere, unde quamvis non possit hæc omnem formam determinantem ponere, vel auferre, aut causare, potest tamen aliquam, quod sufficit ad rationem libertatis creatæ, quia per priorem formam determinantem non impeditur potentia ad se determinandum per posteriorem, imò magis conservatur, ut dictum est, quia non determinatur per priorem, nisi juxta modum

dum sibi connaturalem. Quòd verò requiratur hæc duplex determinatio, vel forma determinans, altera ex parte Dei, nempè decretum, & altera ex parte voluntatis, scil. actus, petet etiam ex dictis, quia voluntas nostra non est primum movens, vel primum egens, sed secundum, ac proinde essentialiter subordinata agenti primo, unde agere nequit, ut dicebamus, nisi quia primum agens agit, eam movendo, & determinando ut agat, quod est omninò in supplebile salva ejus subordinatione intra hanc lineam operativam à Deo, ut latè etiam in physicis ostensum est.

Ad primam confirmat. dist. ut supra claritatis gratia ma.; positis omnibus requisitis ex parte actus primi ut tribuantibus posse operari, qualia sunt auxilia sufficientia conc., ex parte actus secundi, vel operationis, ut moventibus, & aplicantibus ad illam, ut sunt motio, vel auxilium efficax, ut efficax, subdisting., possit agere, & non egere, in sensu composito, neg., in diviso, conc., & hoc etiam tenantur asserere contrarii, ut dictum est, & conllat in auxilio, quod ipsi vocant per modum concursus, & in vocatione congrua: nam his etiam positis, ut requisitis ad agendum, licet possit non agere in sensu diviso, non tamen in composito, nisi velint etiam proot sic conjungere dissensum cum assensu, quod est implicatorium. Ad probat. neg. ant. Nam causæ non liberæ ut vidimus, cum omnibus simul requisitis non habent potentiam ad suspendendum actum, nec ullum posse ad oppositum, sed omninò necessariò operantur sine ulla indifferentia privativa, vel objectiva, aut activa, at vero voluntas cum decreto efficaci, & positis requisitis ad agendum, simul habet indifferentiam objectivam, & facultatem proximè expeditam suspendendi actum, si valit, quia id non impeditur per decretum, ut toties dictum, & probatum est ex D.Tho. Ad prob. verò annexam ex paritate ignis patet ex dictis, nam procedere ex æquivocatione, vel sinistra intelligentia utriusque sensus, ut supra expositum est. §. Deinde quòd ignis non calefaciat, deficiente approximatione ad calefaciendum, non provenit, ut dictum est, à principio intrinseco activo, le determinando ad calefaciendum, sed omninò ab extrinseco ex remotione calefactibilis; voluntas verò, & si desit ei auxilium, vel motio efficax ad benè agendum à principio intrinseco activo se determinat ad non agendum.

Ad secundam jam dictum est, antecedens in primis esse de subjecto non supponente, quòd decretum moveat utcunque, sed tantum esse ad movendum suaviter juxta conditionem, & modum connaturalem causæ creatæ, unde non est necessarium ad hoc, ut hæc liberè se determinet ad agendum, aut retineat potentiam ad dissentiendum, quòd habeat in sua potestate decretum Dei ad ponendum illud, vel ausferendum, aut quòd idem supponat scientiam mediam ad explorandam voluntatem in statu conditionato, quid sit factura, an scil. sit impeditura, vel non impeditura illud, ut deindè Deus absolutè decernat ad producendum consensum; nam id habet Divina voluntas, ut toties vidimus, ex sui efficacia, quòd nempè sic suaviter determinet illam sine læsione libertatis. §. Sed deindè neg. conf., ad prob. dist. ant. dissentire, actuale, vel intelligibiliter ut futurum dependet essentialiter à carentia decreti absoluti de consenso, transeat, val conc., ut tantum possibile, nego; imò decretum ob eandem sui infinitam efficaciam conservat posse ad illud. Itaque dissentire ut tantum possibile, cum non dicat ordinem positivum, vel infallibilem determinationem ad existentiam, non exigit decretum absolutum de consensu, nec dependet ab illis requisitis, quæ desiderantur ut actu ponatur determinetè in re, quorum alterum esset carentia oppositi decreti de consensu, sed tantum dependet à voluntate retinente potentiam, seu posse ad illud ut possibile; hæc autem manet, ut dictum est, etiam in presentia decreti, & ideò adhuc non posita hujus carentia manet in potestate voluntatis dissentire, ut possibile, licet non sub ratione infallibiliter futuri, quod satis est ad rationem libertatis, ut patet in prædicto eorum auxilio per modum concursus, & in vocatione congrua.

Secundò poterat cum M. Ferre, & ex proximè dictis aliter dist. idem ant. Dissentire dependet essentialiter à carentia decreti, prout explicat dependentiam tam à causa prima, quàm à secunda, conc., præcisè à secunda, nego, sicut enim ad consensũ duo requiruntur, unum prout dependet à causa prima, ad quam spectat primò determinare, & causare omnem effectum causæ secundæ, alterum verò prout dependet à secunda habente virtutem, & potentiam determinabilem à prima; & sicut secundum priorem habitudinem habet dependentiam à Deo, medio decreto absoluto, secundum verò posteriorem habet illam à virtute causæ secundæ, ita proportionabiliter dissensus utramque dicit habitudinem, & dependentiam ad primam, & ad causam secundam; ad illam quidem in quantum non decernit consensum, sed permittit dissensum, vel decernit istius materiale, ad secundam verò in quantum se primò determinat ad dissensum, vel ad actum malum, quod primò spectat ut vidimus, ad determinans liberum deficiens, & aplicans se ad malum per virtutem, qua per modum actus primi potest consentire, vel dissentire; nam Deus, ut in superioribus dicebamus, movet, & determinat voluntatem ad omnem, actum secundum substantiam, & entitatem positivam, & secundum ordinem, quem dicit ad bonum in communi: præter hoc autem, quod est commune omni activi, si actus sit bonus, Deus movet etiam primariò ad rationem particularem boni, quam habet, licet homo secundariò se determinet ad illam; si verò sit malus, Deus ad illum determinat quantum ad entitatem, & ut respicit rationem boni in communi, sed non determinet ad rationem particularem objecti, ex qua habet malitiam ut sic, sed homo se primò determinat, quia se ad illam determinare est esse determinans liberum deficiens aplicans se ad malum: ex quibus inferimus, quòd licet ex absentia decreti de consensu possit voluntas dissentire, secundùm posse causæ secundæ, non tamen in omni ordine, vel secundum omnem habitudinem, & dependentiam, quam dissensus explicat, sed tantum secundum illam, quam explicat respectu causæ secundæ, ac proinde non tenetur habere in sua potestate illius carentiam, ut dicatur posse dissentire.

Et quidem ut dictum est, tenentur perpetuò hujusmodi argumenta solvere contrarii; nam etiam dependet essentialiter consensus in eorum sententia à decreto purificante conditionem de gratia congrua, cum qua prævidetur voluntas consentire: & pariter dissensus absolutus essentialiter dependet à carentia decreti de conferendo eadem gratia, cum qua sic prævisa est in tali occasione consentire; sive quæ da-

retur, si prævisa esset consentire eum illa, & tamen tale decretum, & ejus carentia in potestate voluntatis nullo modo posita sunt; non est ergo necessarium, ut dictum est, quòd ut dicatur voluntas posse consentire, vel dissentire, ut habeat omnia requisita, à quibus consensus, vel dissensus dependet, & præcipuè tam ex parte actus primi, quam secundi, ut explicatum est.

Sed contra hujusmodi solutiones instas, & primò contra id, quod dicebamus de duplici forma determinante. Quia hæc solutio, vel doctrina videtur petitio principii; nam id est, quod inquirimus; quomodo componi possint prædictæ duæ formæ, aut earum determinationes, si semel voluntas creata non est causativa utriusque, aut in sua potestate non habet utramque, unde instetur sic. Supposito decreto prædeterminante illam, non manet ampliùs determinabilis per proprium actum; ergo illud erit unicum determinans illum, ac proinde si non habet idem in sua potestate nequit ampliùs voluntas se ipsam determinare. Prob. ant. Nam principium determinabile debet supponi indifferens ad formam determinantem, ut patet ex terminis, ergo supposito decreto efficaci prædeterminante, aut determinante ad actum, non remanet determinabilitas in voluntate respectu istius, sed tollitur ejus indifferentia.

Secundò contra idem. Non stat potestas in voluntate respectu propriæ determinationis sine potestate respectu determinationis Divinæ, ergo si hanc non habet, nec habet priorem. Prob. ant. quia non minùs implicat determinatio creaturæ sine determinatione Dei, quàm hæc posterior, sine illa creaturæ, sed non potest Deus ponere suam non ponendo nostram, ergo nec nos possumus hanc ponere non ponendo illam Dei.

Tertiò specialiter contra distinctionem illam de dissensu ut possibili, & ut futuro infallibiliter, vel actuali. Nam posito iterum nostro decreto non manet ampliùs in voluntate potestas ad illum etiam ut possibilem ergo. Prob. ant. Dissensus non est possibilis, nisi respectu illius potentiæ, vel virtutis, quæ potest dare illi futuritionem, sed posito tali decreto de consensu nequit voluntas creata dare futuritionem dissensui, ergo non est ampliùs ei possibilis. Prob. mi. Voluntas sic determinata per tale decretum nequit à se auferre, quòd sit absolutè determinata ad consensum, ergo non habet in se carentiam talis determinationis, ergo nec potest dare futuritionem dissensui: patet hæc ultima conseq.; nam sicut ad hoc, ut consensus sit futurus, requiritur carentia consensus, ita ad hoc, ut possit esse futurus, requiritur in voluntate posse carere decreto de consensu, ergo si in sui potestate non habet carere determinatione decreti, nec habebit dare futuritionem dissensui, ac proinde nec poterit in dissensum, ut infallibiliter futurum, nec ut impossibilem habere futuritionem.

Ad hujusmodi instantias patet primò procedere ex falso illo supposito, quòd decretũ Dei sit de movenda, aut prædeterminanda, vel determinanda utcunque voluntate creata, & non potiùs liberè modo sibi connaturali, ut probatum est, & ideò sinistrè inferunt tot consequentias contra illud, & contra nostram sententiam recurrentem ad efficaciam illius, ut salvet præsentem certitudinem prædestinationis sine periculo libertatis.

Ad primam ergo nego quòd sit petitio principii; jam enim sufficientissimè ostensa est non solum utriusque determinationis compossibilitas, sed etiam necessitas, cum illa Dei, utpotè à fonte totius efficaciæ, & libertatis non solum inferat posteriorem creaturæ juxta modum illi connaturalem, sed hæc etiam essentialiter supponat, & subordinetur illi, sicut agens, à quo est supponit essentialiter, & subordinatur primo, si velimus essentialiter esse secundum, nec possit consequenter operari, nisi ut secundum. Ad ejus probat: nego ant., & suppositum illius, quòd decretum Dei, ut dictum est, sit ad quomodolibet determinandum, & consequenter aliquid detrahat de eodem modo connaturali operandi nostræ voluntatis, quia perpetuò est ad illam determinandam juxta modum sibi proprium. Ad illius prob. dist. ant., debet supponi indifferens, comparativè ad formam, à qua non dum est determinatum, conc., comparativè ad omnem, vel à qua indiget indispensabiliter priùs determinari, nego. Hæc verò, quæ est per decretum non impedit determinabilitatem per proprium actum, sed potiùs infert infallibiliter posteriorem determinationem per illum.

Vel iterum, ex his dist. ant, debet supponi indifferens, indifferentia suspensionis, nego. (Hanc removet decretum, vel determinatio ejus) indifferentia libertatis, conc.; hanc autem non tollit, sed potiùs iterum infert, & conservat, quatenus inchoativè illam exercet aplicans voluntatem ad actum, per quem exercetur formaliter: quia cum decretum ob sui efficaciam, ità illam moveat, & determinet, ut sit causa ejusdem actus non solùm quoad substantiam, sed etiam quoad modum libertatis ejus, licet sic determinando tollat suspensionem, non tamen tollit potentiam antecedentem ad oppositum, vel ad negationem actus, & consequenter nec tollit indifferentiam libertatis, nec opponitur illi, sed magis infert illam. §. Quòd verò sine priori indifferentia possit hanc posteriorem habere, patet in eadem voluntate, dum actu vult, planè tunc indifferens non est indifferentia suspensionis, est tamen indifferens indifferentia libertatis, quia taliter determinata est ad volendum, quòd retinet potentiam antecedentem ad non velle.

Ad 2. nego ant., & iterum suppositum illius, quòd determinatio divina aliter determinet, quàm juxtà modum connaturalem, & consequenter quòd nequeat habere in potestate propriam, nisi pariter, habeat divinam. Ad prob. claritatis gratia dist., non minùs, & eodem modo, nego, diverso, conc.; & dist. mi., non ponendo nostram ob aliquam dependentiam, quam habeat ab illa, nego, ob meritum primæ causæ, conc., nam quòd Deus non possit ponere suam, sine illa creaturæ, dum vult hanc concurrere ad aliquem effectum, non est ob dependentiam, quam habeat à causa secunda, vel determinatione ejus, sed quia ut prima causa tenetur omnem illius effectum sibi subordinare, & causare; at verò quòd creatura non possit habere propriam sine illa Dei, ob oppositam rationem contingit, quia nampè essentialiter subordinatur, & dependet in se determinando, & operando à Deo, ut causa prima, unde tantum abest, quòd debeat habere in sua potestate illam Dei, ut habeat propriam, quin potiùs tenetur eam excludere à sui potestate, & causalitate, aliàs esset causa prima, & independens à Deo.

Ad tertiam nego ant. Ad prob. vel nego mi., vel dist. illam, ut suprà. Posito decreto non potest dare futu-

futuritionem, in sensu composito, conc. ; in diviso, vel ex terminis, nego, nam cum decretum nihil detrahat de potestate voluntatis, ut dictum est, sicut sub illo retinet posse ad dissensum, ità pariter retinet posse ad futuritionem ejus, prout possibiliter dependet, vel continetur intrà limites causæ secundæ, quamvis hæc sub eodem nec unquam dissentiet, nec unquam debit futuritionem. Quod tenentur, & ipsi asserere respectu prædicti eorum concursus, & gratiæ congruæ, ut dictum est. Ad prob. nego iterum, & semper illius suppositum, quòd aliter determinetur, quàm juxtà modum sibi proprium, undè intactum relinquitur in illa omne ejus jus, & posse ad oppositum, sola ablata indifferentiæ suspensionis, ut dicti est: Undè parum refert, quòd non possit à se removere tale decretum, quia istud in nullo sui prædicato eam præjudicet, sed magis juvat, & conservat. Per quod patet ad id, quod subditur de carentia decreti de consensu, quia licet hæc requiratur ad existentiam dissensus, vel positionem ejus, aut etiam ad actualem futuritionem illius, non tamen ad posse ad utramque exterminis ob eandem rationem plenè indemnitatis, quæ non solum componitur, sed infertur infallibiliter ex vi decreti, ut dictum est.

§. VI.

Solvuntur alia argumenta.

Tertiò arg., & est replica. Non stat in voluntate potestas ad dissensum sine potestate impeditiva, vel destructive præmotionis, aut prædeterminationis, vel determinationis, aut motionis divinæ, ergo si hanc non habet, nec habebit priorem, Cons. tenet, & ant. prob. dissensus est essentialiter destructio motionis efficacis Dei infallibiliter determinantis ad consensum, ergo non stat potestas ad dissensum sine potestate impeditiva, vel destructiva Divinæ motionis efficacis. Conf. iterum tenet, quia potentia licet sit antecedens non potest præscindere ab his, quæ conveniunt termino talis potentiæ, ergo si dissensui, qui est terminus potentiæ ad illum cōvenit essentialiter esse destructionem talis motionis, non poterit ad hoc prædicato potentia ad illum præscindere. Ant. verò prob. Tum quia dissensus nec de potentia Dei absoluta potest simul esse cum eadem motione, aliàs posset simul esse cum consensu, qui infallibiliter infertur ex illa. Tum quia dissensus pendet essentialiter à motione opposita motioni efficaci ad consensum, aliàs non esset dependens essentialiter à Deo, ut movente; quod enim non dependet à Deo ut motore nec dependet à motione ejus, ut patet; & è converso, quod sic dependet ab illo, pariter dependet ab illius motione, ergo sicut hac ratione consensus dependet essentialiter à motione Dei ad se ipsum, dissensus pendere debet essentialiter à motione opposita.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego iterum ant. Nam potest Deus, ut dictum est, habere decretum permissivum dissensus, sive extremi mali cū solo positivo respectu materialis, vel entitatis illius sine ullo prævio de consensu, vel extremi boni, & consequenter solam motionem ad idem materiale dissensus sine ulla ad consensum; ex quo manifestè infertur non solum unam non esse essentialiter destructivam alterius, sed neque teneri ad præsupponendam illam, sed totum pendere ex beneplacito Dei secundum Consilium voluntatis suæ sic volentis concurrere ad assensum, vel dissensum sine ullo, vel minimo præjudicio libertatis, vel potentiæ creatæ ad oppositum, si ad illum efficaciter moveat, vel determinet, ut dictū est. Ad 1. probat. nego suppositum, quòd prædictæ incompossibilitas oriatur ex intrinseca vi destructive, quæ conveniet essentialiter dissensui respectu motionis ad consensum, sed magis ab extrinseco ex parte Dei, quia nequit Deus simul movere voluntatem ad consensum, & dissensum, aliàs simul consentiret, & dissentiret, quod implicat.

Ad 2. conc. antec. modo explicato, & nego cons. quia dependentia sui à motione opposita non dat illi, nec virtutem præcontentivam, vel acquisitivam alterius motionis ad consensum, nec ullam superioritatem, vel dominium respectu illius, nec ullam omninò exigentiam præsuppositionis, cum possit sine illa esse, ut dictum est, pro Dei beneplacito: Unde licet diceretur essentiale esse motioni efficaci ad dissensum destruere oppositam ad consensum, non tamen legitimè hinc infertur, quòd dissensus sit essentialis destructio motionis oppositæ, sed solum sicut ut existat, requiritur positio motionis ad se ipsum non quidem à se, sed à Deo proveniens, ità pariter esset necessaria remotio motionis oppositæ ad consensum, non à se, sed à Deo removendæ, si supponeretur adesse.

Sed instas. Quia videtur ex his saltem inferri, quòd sit essentiale dissensui supponere destructam motionem oppositam, aut esse destructivum illius, si supponatur in voluntate præexistens, sed voluntas creata est impotens ad destructionem motioni præexistentis in potentia antecedenti, ergo est impotens ad positionem dissensus, supposita tali motione, vel decreto efficaci opposito.

Respond. nego conseq., & iterum dicimus, quòd licet ex sui incompossibilitate cum assensu, vel cum motione efficaci ad illum inferatur teneri omninò supponere removendam esse eandem motionem oppositam si præexistat, non tamen à se, sed à Deo, unde ex eo, quòd voluntas dicatur habere posse ad dissensum nequit inferri, quòd debeat habere posse ad destructionem oppositæ motionis. Et ratio est, ut supra, quia potestas ejus non est potestas primi, sed secundi agentis, de cujus conceptu non est, quòd contineat, & causet omnia requisita ad effectum, sed potiùs oppositum, nisi velimus egredi proprios limites, & ingredi alienos causæ primæ. Sicut ergo hac ratione, ut vidimus, est potens ad actum dependentem essentialiter à motione, vel decreto efficaci causativo illius sine potestate, vel potentia præcontentive, vel causativa ejusdem motionis, vel decreti, ita etiam est potens ad dissensum supponentem omninò motionem remotam de consensu sine potentia, aut vi destructive ejus.

Quartò arguunt. Coexistentia consensus cum decreto efficaci non est libera voluntati creatæ, ergo nec existentia illius eodem supposito. Cons. tenet, quia hæc existentia, supposito quòd ad illam sit necessarium decretum efficax, stare nequit sine eadem coexistentia, ut nos dicimus, ergo cui libera non est coexistentia, nec erit libera existentia. Ant. autem prob. Carentia coexistentiæ consensus cum eodem decreto est necessaria voluntati simpliciter, sive utraque necessitate tam consequentiæ, quam consequenti, quæ est necessitas simpliciter opposite liber-

tati

tati in communi sententia Theologorum, sed extremum oppositum carentiæ sui simpliciter necessariæ non potest esse liberum, argo coexistantia consensus cum decreto nequit esse libera voluntati. Mi. constat, quia libertas ad extremum positivum petit potentiam in actu primo expeditam ad non esse, aut carentiam illius, ut patet in libertate ad amorem, quæ subsistare nequit sine eadem potentia in actu primo expedita ad non esse amoris, aut ejus carantiam. Ma. verò prob. cui est necessaria necessitate consequentis carentia existentiæ unius partis alicujus totius, vel alicujus complexi, est etiam necessaria eadem necessitate carentia existentiæ ejusdem totius, vel complexi, sed carentia decreti efficacis, (quod est una ex partibus, ex quibus constat coexistentia consensus cum se ipso, sive complexum ex utroque, est necessaria voluntati creatæ necessitate consequentis, seu necessitate simpliciter opposita libertati, ergo pariter carentia coexistentiæ utriusque erit illi eodem modo necessaria. Mi. constat, quia decretum non est liberum homini, cum ab illo non sit, sed à Deo pro sui beneplacito, ergo nec illius carentia erit libera illi, sed necessaria necessitate opposita libertati ejusdem carentiæ. Ma. verò prob. Tum quia non esse partis est formaliter non esse totius. Tum quia esse totius essentialiter dependet à partibus, itaut qualibet deficiente deficit totum, ergo cui est necessaria carentia existentiæ partis est eadem necessaria carentia existentiæ totius.

Tertiò. Nam quia homo essentialiter dependet ab unione utriusque partis, cui esset necessaria non existentia unionis pariter eadem necessitate esset necessaria non existentia hominis, ergo.

Quartò. Denique nam necessitas absoluta carentiæ existentiæ partis est necessitas absoluta carentiæ existentiæ totius. Repugnante enim absolutè existentia materiæ, vel formæ, ex quibus componitur homo, absolutè repugnaret homo, ergo necessitas respectiva carentiæ existentiæ partis, est necessitas respectiva carentiæ existentiæ totius, ac proindè si necessaria est voluntati creatæ carentia existentiæ decreti efficacis, pariter erit illi necessaria eadem necessitate carentia coexistentiæ illius cum consensu, unde non poterit hæc illi libera.

Ad hoc, quòd sub aliis terminis proximè, & in superioribus jam insinuatum est, & solutum, dicimus iterum, & perpetuò, quòd cum decretum efficax, non sit ad movendam voluntatem, utcunque, sed juxta modum sibi connaturalem, estò liberum illi non sit, nec coexistentia ejus cum consensu, scil. ex parte sui, nullo modo præjudicare potest libertati consensus, vel coexistentiæ sui cum illo ex parte ejusdem consensus. Et idem similiter dicendum est de carentia illius.

In forma ergo nego ant. Nam cum decretum sic suaviter moveat, vel determinet, necessitas existentiæ consensus, & coexistentiæ ejus cum decreto, nequit esse necessitas absoluta, nec consequentis, quæ non stat cum libertate, sed est tantum necessitas ex suppositione, & consequentiæ, quæ non opponitur libertati simpliciter, quia nempè ut dictum est, idem decretum ob sui infinitam efficaciam non tantum concurrit ad substantiam actus, sed etiam ad modum illius, unde necessitas, quæ ex illo oritur est sola necessitas secundum quid, vel infallibilitatis, qua ratione etiam dicitur liberum nobis, ot quo, quia magis causat libertatem actus, quàm lædat illam, licet non dicatur liberum nobis, ut quod, cum libera ejus positio non dependeat ab agente creato, nec ab ejus libertate, sed magis totum, quod est ex parte creaturæ, est effectus ejus, si velimus Deum esse causam vel agens primum, & creaturam secundum.

Ad prob., vel nego ma., cum decreti conjunctio cum consensu, ex quibus resultat complexum, adhoc potissimùm sit, ut inferat, & conservet libertatem voluntatis, & consensus ejus. Unde nec carentia coexistentiæ utriusque potest eidem nocere. Vel dist. claritatis gratia. Carentia coexistentiæ consensus cum decreto est nobis necessaria sumptæ adæquatè tam ex parte recti, quod est decretum, quàm ex parte obliqui, quòd est consensus, nego, inadæquatè, vel ex parte obliqui, conc., nam licet decretum liberum non sit, quia nempè est id, quo voluntas creata subordinatur Deo, quod nequit esse in ejus potestate, consensus tamen, cum quo infallibiliter connectitur decretum, est nobis liber, & consequentes etiam carentia ejus, nam tota hæc libertas insurtur ex eodem decreto, ut dictum est. Sicut ergo carentia prædictæ coexistentiæ, ut provenire potest ex carentia decreti, libera nobis non est, benè tamen ut provenire potest ex carentia consensus, ita coexistentia consensus cum decreto, pro ea parte, qua importat decretum, libera nobis non dicitur, benè tamen pro alia, qua importat existentiam consensus.

Ad prob. ejusdem ma. dist. eodem modo ma. cui est necessaria carentia partis, est necessaria carentia totius, vel complexi, si sumatur istud adæquatè, nego, si partialiter, & inadæquatè transeat, vel conc., & deindè concessa min. modo explicato dist. consequens. Est necessaria carentia coexistentiæ sumpta adæquatè, nego inadæquatè transeat, vel conc. Nam cum hæc coexistentia constet ex decreto nobis non libero, & consensu nobis libero, solum arguere potest necessitatem carentiæ illius partialiter, non totaliter.

Ad alias probationes ma., quæ aliud convincere nequeunt. Ad primam nego ant., quia non constat ex dictis 1. physic. sicut esse partis prout talis, non est formaliter esse totius, sed tantum causaliter, ita nec non esse illius, est formaliter non esse totius, sed tantum causaliter. §. Ad 2. dist. consequens, ut supra, est necessaria carentia existentiæ totius adæquatè sumpti, nego inadæquatè, conc.

Ad 3. dist. ant., quia essentialiter dependet, sinè ulla connotatione libertatis in partibus, sive intra lineam puræ naturæ, conc., cum aliqua connotatione libertatis in illis, ut contingit in casu, nego, unde est valdè dispar ratio inter illam dependentiam, quæ exercetur intra lineam puræ naturæ sine ulla libertate in partibus, & præsentem unionem extremorum, quæ fit cum connotatione libertatis in altero extremo infallibiliter illatæ ab alio, sive à decreto Divino, ut dictum est. Unde est paritas de subjecto non supponente, sive de linea totius necessitatis.

Ad ultimam nego cons. ob eandam disparitatem, quia in repugnantia essentiali, & absoluta unius partis, non potest esse connotatio libertatis in carentia alterius, ut per se patet, cum sit pariter de subjecto non supponente, quòd pars omninò, sive essentialiter, & absolutè repugnans posset quidquid aliud, vel libertatem connotare, & ideò eadem sic repugnante non potest in toto aliqua libertas reperiri. Cæterum necessitas respectiva carentiæ decreti connotat, ut vi-

vidimus; libertatem in carentia consensus, & ideò licet talis carentia non sit libera voluntati creatæ, non infert necessitatem simpliciter carentiæ totius coexistentiæ sumptæ adæquatè, sed tantum inadæquatè, vel partialiter.

Sed instas, Nam sicut carentia partis infert carentiam totius prout istud distinguitur à suis partibus, ita necessariè carentia partis inferre debet necessariam carentiam totius, ut distinguitur ab illis, ergo si semel carentia decreti est necessaria, & non libera voluntati creatæ, inferre debet necessariam carentiam coexistentiæ cum illo, ut totum, vel complexum est, à partibus condistinctum, ac proinde etiam coexistentia consensus cum decreto sumpta per modum totius prout à partibus distincti, non poterit esse libera, quia ut dictum est, cui carentia est necessaria non potest esse liberum extremum carentiæ oppositum.

Respond. eodem modo, quòd carentia coexistentiç, ut totum distinguitur à partibus, est necessaria inadæquatè sumpta, prout dependet ab una, non ab utraque, vel adæquatè, & sic erit necessaria, & non libera prædicta coexistentiæ carentia, ut dependet à decreto efficaci, nam prout sic, ut dictum est, nequit à nostra voluntate causari; adæquatè tamen sumpta libera est, cum libere sit carentia consensus, ex qua, carentia coexistentiæ coalescit. Ex quo solum inferri potest, non esse in nostra potestate totam coexistentiam, & totaliter, sive ex omni parte, non autem, quòd non sit tota licet non totaliter, nam adhoc satis est, quòd una ex partibus sit in potestate nostra, & quòd altera ab illa non dependens, vel sibi non libera, juvet, & inferat, & foveat ejus libertatem. In forma ergo distincto antecedenti juxta præfatam distinctionem, nego conseq., vel distinguo similiter consequens, & juxta alterum membrum, sive adæquatè loquendo de illa nego, inadæquatè conc.

Et quidem præcedens paritas de necessitate absoluta ad respectivam, ut benè reponit Illustriss. Godoy, manifestè instatur in alia posteriori de homine. Nam absoluta impossibilitas existentiæ materiæ infert absolutam impossibilitatem existentiæ hominis, & tamen respectiva illius non infert respectivam istius; nam homini est impossibilis materia prima, cum non possit illam efficere, utpotè primum subjectum prout alibi ostensum est, & tamen uni homini non est impossibilis alter homo, cum possit unus alterum generare, ergo pariter licet dicamus absolutam necessitatem carentiç partis, sive (quod idem est) absolutam impossibilitatem illius inferre absolutam totius, non tamen respectiva illius tenetur inferre respectivam istius, & consequenter ex eo, quòd carentia existentiæ decreti dicatur voluntati nostræ necessaria absolutè, & simpliciter, non rectè infertur eadem necessitate esse illi necessariam carentiam coexistentiæ consensus cum decreto efficaci ex utroque compositæ.

§. VII.

Solvuntur alia duo Argumenta.

Quintò arg., & est replica contra præcedentem doctrinam. Si supposito decreto efficaci adhuc libera esset nostræ voluntati coexistentia consensus cum illo, posset eadem hanc coexistentiam destruere; consequens est falsum, ergo illo supposito non manet ampliùs libertas ad consensũ, vel ad coexistentiam cum decreto. Mi. constat, quia aliàs posset destruere decretum, vel frustrare illud, quod est impossibile, ut dictum est. Ma. verò, vel sequela prob. Nam destruens, vel potens destruere partem alicujus totius, vel complexi potest etiam destruere totum, vel complexum, sed voluntas nostra etiam supposito decreto efficaci, ut nos dicimus, adhuc libera est ad consensum, sive potens ad causandum non esse illius, ergo etiam libera erit, seu potens ad destruendam coexistentiam consensus cum decreto. Conseq. tenet, quia hæc coexistentia coalescit ex consensu, & decreto, ergo si est potens destruere consensum, vel causare non esse illius, erit etiam potens destruere coexistentiam, si semel destruens partem, potest destruere totum, vel complexum ex partibus.

Ad hoc patet ex dictis, unde data, vel concessa ma. nego mi., ad prob. annexam, nego illam, quia ut posset destruere decretum, vel frustrare illud, non satis est, quòd possit utcunque destruere coexistentiam, seu complexum ex consensu, & decreto, componendo præcisè carentiam, seu non existentiam consensus cum non esse decreti, (in quo dicitur consistere libertas ejus.) sed erat necessarium posse illam destruere, sive complexum, componendo eandem carentiam, vel non existentiam consensus cum existentia decreti, quod tamen non conceditur voluntati. Et patet hoc ipsum in Deo, qui nec suum decretum efficax frustrare potest, & tamen suspendendo decretum conjungit non esse consensus cum non esse decreti. Ex eo ergo quòd voluntas creata possit conjungere possit non esse unius cum non esse alterius non rectè infertur, quòd possit destruere decretum efficax, vel frustrare illud, aut impedire ejus efficaciam. Huic etiam argumento poterit statim alia via fieri satis;

Contra tamen solutionem instant sic. Si voluntas creata posset componere non esse consensus cum non esse decreti, (& consequenter hoc modo destruere coexistentiam unius cum alio,) posset ponere utrumque non esse, sed nequit alterum ponere, scil. non esse decreti, ergo nec destruere tali modo coexistentiam. Prob. ma. quia nequit utrumque componi, utroque non posito, ergo si posset utrumque componere, posset etiam ponere utrumque.

Resp. nego ma. Ad prob. conc. ant., nego conseq. quia aliud est, quod non possit unum poni sine alio, aliud verò, quòd debeat utrumque poni ab eadem causa: & manifestè insto, (aliis innumeris omissis) in communi totum doctrina, ut supra, circa actus supernaturales, in quibus non potest poni vitalitas non posita supernaturalitate, & tamẽ ipsi dicunt non posse vitalitatem poni ab altero principio supernaturali, v. g. à lumine gloriæ in visione beata, adeò ut moveantur hinc ad asserendum, ut vidimus, debere naturam, sive intellectum partialiter concurrere ad, illam per vires proprias sub ratione vitalis. Sicut ergo ut dicatur intellectum concurrere ad totam visionem, satis est concurrere ad illam sub altera tantum ratione, ita satis erit ad verificandum voluntatem creatam concurrere ad coexistentiam, vel complexum utrinsque, quòd concurrat ad illud sub altero tantum, extremo, scil. consensus: quamvis aliàs sit lata disparitas, ut in superioribus explicatum est, quia utraque ratio in visione cadere potest sub causalitate utriusque principii, non tamen non esse decreti, & quod-

cun-

cunque aliud prædicatum Divinum, ut tale, sive positivum, sive negativum cadere potest sub causalitate creaturæ, nisi velimus hanc prout sic, ut dictum est, ingredi limites causæ primæ.

Ex quibus rectè inferimus, quòd sicut potest voluntas nostra causare consensum, & illum cum decreto componere non causando illud, sed supponendo existens à Deo, ita potest causare non esse consensus, sive non existentiam illius, & illam componere cum non existentia decreti non ponendo illam, sed magis supponendo causetam, vel positam à Deo. Hinc ulteriùs etiam patet, quòd dicebamus, non esse necessarium, immò repugnare, quòd voluntas creata activè contineat, aut producere possit omnia, quæ desiderentur ad existentiam effectus, sed ea solum, quæ conveniunt, aut convenire possunt agenti secundo essentialiter subordinato agenti primo.

Sed adhuc instaot. Quia non staot hæc duo, quòd voluntas creata supponat non esse, vel carentiam existentiæ decreti, & non supponat destructam coexistentiam coosensus cum decreto, ergo nec stat, quòd supponat prædictam carentiam, & quòd causare possit coexistentiam utriusque, vel componere non esse coosensus cum non esse decreti, ac proindè nec poterit causare complexum ex utroque. Conf. tenet, quia repugnat, quòd componere possit, vel causare, quod jam supponit destructum. Ant. etiam constat, quia deficiente aliqua parte compositi, vel totius deficit totum, ut patet in quolibet composito, ergo si voluntas supponit defectum existentiæ decreti debet etiam supponere defectum coexistentiæ consensus cum illo, sive complexi ex utroque, & consequenter licet possit consensum destruere, & illius non existentiam causare, non tamen causare poterit carentiam coexistentiæ consensus cum eodem decreto, nec destruere complexum resultans ex utroque.

Resp. dist. ut supra antec., & non supponat destructam coexistentiam adæquatè sumptam pro utraque parte, nego, pro altera taotum, vel inadæquatè conc., nam Deus suspendeos decretum, sive causans non esse illius, non destruit adæquatè complexum, sed tantum inadæquatè, unde quamvis voluntas creata, ut destruat oon esse consensus, supponat necessariò non esse decreti ob sui essentialem subordinationem ad primum agens, potest nihilominùs complexum destruere destruendo aliam partem à se dependentem. Ad prob. verò, quæ potest esse replica, nego suppositum, quòd complexum ex utroque non esse resultans, importet quasi essentiam indivisibilem totalem, & distinctam ab essentia partium, ut contingit in essentia hominis respectu essentiæ partium, sed dicit aggregatum ex utroque, & sub uno distinguitur à se ipso per aliud, & consequenter uno tantum destructo, non censetur adæquatè destructum, sed tantum inadæquatè, unde et eo quòd voluntas nostra supponat non esse decreti, non tenetur supponere adæquatè destructam coexistentiam utriusque, vel complexum ex illis, sed tantum inadæquatè, ac proinde verificari non potest, quòd destruat adhuc illud inadæquatè per destructionem extremi à se ipso dependentis.

Secundò ad arg. principale poterat negari ma. sive sequela illius, nempè quòd si adhuc libera esset voluntati nostræ coexistentia consensus cum decreto efficaci præsupposito, posset eadem destruere talem coexistentiam. Ad prob. dist. ma. destruens partem alicujus totius, vel complexi destruit totum complexum, quando non supponit partem à se ipsa independentem, destructam, transeat, vel conc., quando supponit illam jam destructam, nego, & distincta eodem modo mi. nego conseq., quia licet decretum efficax, utpotè fovens, & causans libertatem nostram, ut dictum est, liberam relinquat voluntati nostræ coexistentiam, vel conjunctionem illius consensus cum se ipso, dum eam determinat ad illum, non tamen facit eidem subjectam talem coexistentiam pro altera parte extremi Divini, nisi iterum velimus, quòd eam extrahat à linea agentis secũdi, unde ut dicamus posse destruere consensũ, vel destruere eandẽ coexistentiam, vel complexum ex consensu, & decreto, tenetur omninò supponere non esse decreti, ac proindè ex eo quòd possit consensum destruere, non sequitur, quòd possit destruere totum complexum; nam supposita altera parte jam destructa pariter supponitur destructum complexum, & quod jam destructum est, iterum destrui non potest.

Quòd si iterum instes non stare esse liberam voluntati coexistentiam, vel conjunctionem consensus cum decreto, nisi etiam sit illi libera carentia coexistentiæ, cum nequeat extremum positivum esse liberum, nisi pariter sit libera carentia opposita, ergo si carentia coexistentiæ non est libera voluntati, nec poterit esse libera coexisteotia, vel conjunctio consensus cum decreto. §. Resp. dist. ut suprà, nisi sit libere coexistentiæ carentia sumptę adęquatè pro utraque parte, nego, inadæquatè pro altera tantum, conc., & hoc satis est, ut sit illi libera talis coexistentia. Tum quia nequit gaudere alia libertate respectu illius, quàm per modum agentis secundi, & consequenter pro altera tantum parte sibi subordinata. Tum quia cum quodvis complexum exigat omnia, ex quibus constat ad sui existentiam, carentia cujuslibet partis componentis illud opponitur ejus existentiæ, & consequenter ut dicatur alicui liberum, prout ex partibus resultat, sufficit, quòd eidem libera sit carentia cujusvis partis ejus. Cum ergo nostræ voluntati libera sit carentiæ existentię consensus componentia coexistentiam, rectè potest hęc ei esse libera, prout ex decreto, & consensu resultat: ex quo tamen, ut dictum est, non infertur posse destruere illam, quia necessariò supponit non esse, vel carentiam decreti, & consequenter destructum complexum ex utroque.

Ultimò tandem arg. Non salvatur hominem liberè se convertere pręsupposito decreto efficaci ad omnem illius determinationem per scientiam mediam non pręvisam, ergo non potest sic antecedenter determinari salva libertate ejusdem conversionis. Prob. antec. Ut homo dicatur liberè se convertere, debet sibi esse liberum promoveri, vel pędeterminari à Deo, & habere potestatem acquirendi existentiam decreti illum prędeterminantis, sed pręsupposito eodem decreto sic antecedenter prędeterminante, neutrum est sibi liberum, ergo nec erit sibi liberum convertere: mi. supponitur à nobis, & constat ex dictis: ma. verò prob. Si liberum non esset Deo posse nostram voluntatem determinare ad illius conversionem, nec esset ei liberum determinare ad illam, ergo si etiam voluntati liberum non est posse prędeterminari à Deo ad eandem, nec esset ei liberum se determinare ad illam.

Explic., & arg. hoc, & simul prob. hęc posterior conseq. Sicut ex parte hominis, ut se convertat, pręrequiritur illum prędeterminari à Deo, ut nos dicimus,

mus, ita ex parte Dei, nt illum convertet, pręrequiritur eundem pędeterminere ad sui conversionem: & sicut pariter dicimus hanc determinetionem, vel efficacem motionem non requiri, ut possit homo se convertera, sed solùm ut actu se convertat, ita nec requiri, ut possit Deus convertere hominem, sed ut actu illum covertat, At si Deus non solum non prędeterminaret hominem ed illius conversionem, sed nec posset pro sui libero arbitrio illum prędeterminare, non haberet liberem facultatem ad illum convertendum, ergo si pariter homo non solum non sit predeterminatus ad illam, sed neque liberam habeet faculteтem, ut possit prędeterminari, sive in sua potestate habeat existentiam decreti, non erit sibi liberum se convertere ergo.

Urg. ulteriùs, Volnntss non movet se liberé sd conversionem, nisi mota à Deo, ergo si in pótestate ejus non est, ut à Deo moveatur, in potestate ejus non erit, se ad illam liberè movere. Petet hęc conseq., quia sicot Deus, ut voluntetem activè convertat, debet illam activá pręmovera, ita pariter ut voluntas se convertat, debet pręmoveri à Deo, ut oos contendimus, ergo sicuti si in Dei potestate non esset activè eam pręmovere, in ejus potestate non esset, liberè eam convertare, nec erit in potestate volunteris se liberè cunvertere, si in ejus potestate non sit præmoveri à Deo ad sui conversionem.

Denique explicatur ampliùs, & urg. totum hoc. Sicut ex parte voluntatis creatæ ad sui conversionem requiruntur duo, scil. apliceri, vel præmoveri ad illam à Deo, & vis causativa illius per virtutem sibi collatam ab illo, ita duo pariter requiruntur ex parte Dei, nempè activa præmotio vel aplicatio, & via causativa eiusdem actus conversioois, cum ntrumque illi conveniet ex eo, quòd est primum agens, vel prima causa totius effectus io creaturis, vel causis secundis; at si Deus in sui potestate non haberet vim activà pręmotivam, vel aplicativam voluntatis ad illius conversionem, nec etiam haberet vim causativam actus conversionis, & consequenter liberè non converteret, vel oon posset liberè hominem convertere, ergo nec habaret homo vim causativam liberam illius, vel non posset liberè se convertere, si in ejus potestate non esset præmoveri, vel aplicari à Deo ad illem. Conseq. videtur tenere, quia non videtur major ratio, quòd ex parte Dei oon sit libera posterior retio, non supposita libertate prioris, & quòd sit, vel possit esse in creatora.

Ad hoc, quod M. Ferre indicat valdè difficile,) patet ex dictis procedere ex duplici illo fallo supposito, quòd efficax Dei decretum sit ad movendum utcunqoe voluntatem nostram, & non magis suaviter juxta modum sibi connaturalem, ut toties dictum est. Et quòd hæc aliter posset opareri, vel se determinere, quàm per modum liberi secundi, de cujus essentiali conceptu est subordineri primo etiam io hoee liberi, & per conseqoens indispensabiliter supponere determinationem primi in aadem linea; quia verò hujus determioatio, vel decretum determinans, ut vidimus, est id, quo voluntas creata subordinatur illi, & ast plená præcontentivum, & causativum totius libertatis io nobis, sicut & cujusvis effectus creati, tantum abest, quòd debeat asse in potestate nostra, quin potiùe si per impossibile ita esset in illa, destrueretur ratio ageotie secundi, nec solus Deus esset agens primum, ut ostensum est.

In forma ergo nego antec. Ad prob. nego ma. Ad illius prob. nego conseq., & disparitas constat ex dictis, quia voluntas utpotè liberum, & agens secundum, non tenetur habere, ut dictum est, in sua potestate omnia, quæ requiruntur ad operandum, sicut egens, vel liberum primum, ad quod in universum referri debent omnia in quecunque linea de foro entis, & perfectionis tanquàm effectus ed sui causam; & propter ejus infinitam efficaciam, & ob supramum sui dominium in sibi subordinando, & causando universum ens creatum, undè si poneretur non posse Deum prędeterminare hominem ad illius conversionem, redderetur hæc impossibilis, prout explicat dependentiam à causa prima, nam tunc homo à nullo, nec à se ipso posset determinari, & moveri, cũ agens secundum sine habitudine mobilis, aut prædeterminabilis à primo, nequeat habere posteriorem habitudinem se moventis, ut probatum est, & debet esse certũ, aliàs egens secundũ non esset, nec prout sic subordinatum primo, cum ad id non sufficiat, ut fatemur omnes, solã accepisse virtutem ab initio, & eam conservari, hoc enim convenit, ut dicebamus, cuilibet causæ secundæ, sive operanti, sive non. Ex quo manifestè infertur, ut proximè dictum est, tantum abesse, quòd debeat id esse in sua potestate, & libertate, quin potiùs hanc necessitatem omninò contrahat, ex quo agens secundum est, sive quòd eadem necessitate, qua est tale, sit prædeterminabile, & prędeterminetur sine ullo periculo libertatis, ut ostensũ est.

Ex his patet ad confirmationes. Ad primam quidem concessis præmissis, nego conseq. ob discrimen assignatum; vel claritatis gratie dist. ma., ita, & eodem modo, vel pari subordinatione, nego, subordinatione activa ex parte Dei, & passiva essentialiter nobis convenienta, conc. §. Ad 2. nego conseq. Ad illius prob. nego iterum conseq. ob idem discrimen. §. Ad 3., quæ epparenter videtur urgeotior, similiter dist. ma. Ita, & cum eadem potestate ad utrumque, nego, cum plena ex parte Dei, & ad alterum tantum ex parte voluntatis, conc., quia ex parte Dei utpotè primæ causæ, actus conversionis non solum per se dependet ut causatus vel productus, sed etiam ut prædeterminatus; sed secundum hanc habitudinem nequit sic referri ad voluntatem, sed ad solum Deum, undè licet volnntas non se moveat, aut non causet actum conversionis, nisi ut mota à Deo, non tamen tenetur, imò nec potest utrumque habere in sui potestate, sicut Deus, scil. prædeterminari, vel præmoveri, & causare talem actum. Itaque prædicta duo debent quidem esse in volnntate, sicut in Deo, itaut utrumque habeat in se, sicut in se habet utrumque Deus; at non eodem modo, nam Deus utpotè primum causans non solum habet in se, sed etiam à se, volnntas autem licet hebeat in se, non tamen à se, sed alterum, scil. liberam elicientiam actus per virtutem sibi à Deo colletam, præmoveri autem, aut prædeterminari à solo Deo habet, quod non impedit, imò ut toties dictum est, infert talem elicientiam liberam: undé si velimus Deum concurrere ed illius conversionem juxta modum sibi proprium, sive primæ causæ, tenemur asserere, quòd ad illum spectet non solum convertere per modum causantis, sed etiam primò aplicantis ad conversionem; ad voluntatem verò se tantum activè moventis, non se primò aplicantis; aliàs non salvantur jura causę primæ, & secundæ.

QUÆSTIO SECUNDA.

De numero electorum.

§. PRIMUS.

Quibusdam præmissis referuntur sententiæ.

DE numero omnium prædestinatorum ut ait D. Thom. hic art. 7. in fine corp., dicunt quidam, quòd tot ex hominibus salvabuntur, quot Angeli ceciderunt. Quidem verò, quòd tot salvabuntur, quot Angeli remanserunt. Quidam verò, quòd tot ex hominibus salvabuntur, quot Angeli ceciderunt, & insuper tot, quot fuerunt Angeli creati. Sed meliùs dicitur (concludit) quòd soli Deo cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Nihilominùs, ut in superioribus insinuavimus, D. August. in Enchirid. cap. 29. verisimile existimat plures esse salvandos homines, quàm sint Dæmones, & D. Ansel. in Elucidario affirmat tot futuros homines beatos, quot fuot Angeli beati, quos certum est, esse multò pluras, quàm Dæmones, ut etiam innuit D. Tho. infrà q. 63. art. 9., ubi in argum. sed contra, probat plures esse Angelos bonos, qui nobis auxiliantur, quàm malos, qui nobis adversantur ex illo 4. Reg. 6. *Plures nobiscum sunt, quàm cum illis.* Quod exponitur (inquit) de Angelis bonis, qui nobiscum sunt in auxilium, & de malis, qui nobis adversantur. Quod etiam probat in corp. Quia peccatum est contra naturalem inclinationem, sed ea, quæ contra naturam fiunt, accidunt ut in paucioribus, quia natura consequitur suum effectum, vel semper, vel ut plurimùm, ergo plures Angeli permanserunt in bono, quàm peccaverunt, & consequenter plures fuerunt prædestinati, quàm reprobi.

Sed dices primò hanc rationem D. Thom. habere manifestam instantiam in nobis, quam sibi etiam opponit S. Doct. ibidem arg. 1., & 1. 2. qu. 71. art. 2. arg. 3. Nam etiam vitium est contra naturam rationalem, ut probat ibidem, & tamen invenitur in hominibus ut in pluribus, ut patet ex illo Matt. 7. *Lata est via, quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam*, & ex illo Eccl. 1. stultorum infinitus est numerus. §. Deinde videtur idem principium deficere in eo, quòd duplex peccatum distinguendum est, aliud contra inclinationem naturalem, quod videtur esse contra præcepta naturalia, sive contra Deum Authorem naturæ; aliud verò contra præcepta supernaturalia, sive contra Deum Authorem gratiæ, vel supernaturalem: Angeli verò non ceciderunt, quia operati sint contra inclinationem naturæ, vel præcepta naturalia, imò eorum peccatum accidit ex eo, quòd nimis adhæserunt pulchritudini, aut perfectioni propriæ naturæ, & noluerunt aliam perfectionem superiorem habere ex subordinatione ad finem supernaturalem, ergo non videtur rectè procedere D. Th. ad concludendum excessum in Angelis prædestinatorum supra reprobos ex eo, quòd peccatum sit contra inclinationem naturæ, videtur enim de subjecto non supponente, quòd illorum peccatum sit contra hanc inclinationem.

Ad 1. respond. ex eodem ibidem, quòd principium, vel medium assumptum specialiter militet in subjecta materia de Angelis, in quibus non est nisi natura intellectualis, nam quòd in nobis oppositum contingat, provenit ex eo, quòd in homine sit duplex natura, scil. rationalis, & sensitiva, & malum in eo contingit ex hoc, quòd sequitur bona sensibilia, quæ sunt pluribus nota, deserto bono rationis, quod est paucioribus notum: nam cum per operationem sensus homo perveniat ad actus rationis, ideò pluras sequuntur inclinationes naturæ sensitivæ, quàm ordinem rationis. Plures enim sunt, qui assequuntur principium rei, quàm qui ad consummationem perveniunt. Ex hoc autem concludit posteriori loco, vitia, & peccata in hominibus proveniunt, quòd sequuntur inclinationem naturæ sensitivæ contra ordinem rationis. Vid. ibidem Cajet., ubi hoc inter utramque naturam discrimen, lacrymis magis quàm verbis exagerare, ac deplorare videtur ex parte hominis.

Ad 2. resp. Quòd nimia illa adhæsio respectu propriæ pulchritudinis, vel perfectionis naturalis in Angelis lapsis fuit etiam contra inclinationem naturæ, nam supposita fide in illis de Deo Authore supernaturali ratio naturalis dictabat esse illi obediendum, lumine enim naturali notum est esse superiori debitam obedientiam, unde non tantum peccarunt contra Deum Authorem supernaturalem, sed etiam, ut Authorem naturæ, qui etiam offenditur, prout sic, quando voluntas creata nimis adhæret bonitati naturali, ita ut contemnat subordinationem ad finem supernaturalem: nam si bona naturalia non contrariantur bonis supernaturalibus, neque effectus circa illa debent contrariari affectui circa ista. Unde licet peccatum Angelorum directè fuerit contra præcepta supernaturalia, fuit etiam contra naturæ inclinationem, quia directè peccando contra finem supernaturalem contradicit prædicto præcepto de obediendo superiori, quod dictat ratio naturalis.

Sed adhuc instas contra idem principium, vel rationem D. Tho. invertendo illam. Nam licet ità sit, quòd natura in his, quæ sunt juxta illius inclinationem, vel semper, vel ut in pluribus consequatur effectum, secus tamen in his, quæ sunt supra illam; sed Angeli ad salutem consequendam operati fuot, vel tenebantur operari supra inclinationem naturæ observando præcepta supernaturalia Fidei, Spei, & Charitatis, ergo ex prædicto principio, vel ratione, nullo modo concluditur prætatus excessus prædestinatorum in illis supra reprobos: mi. est certa, & ma. prob. quia in his, vel contra ea, quæ sunt supra naturam non habetur inclinatio in natura, sed sola non repugnantia, vel potentia obedientialis, ut patet ex dictis, unde non est in illa aliquid positivè conducens ad operationes illius ordinis, sed merè negativè se habet, vel non repugnanter; sed ea, quæ solum non repugnant, non contingunt in pluribus, sed magis ut in paucioribus, ergo ex eodem principio, vel ratione deduci nequit, quòd in ordine ad supernaturalia plures Angeli operati sunt bonum, quàm malum, imò oppositum.

Urg. hoc. Nam eo ipso quòd ad effectionem gloriæ oportet elicere operationes supernaturales, oportet etiam, quòd Deus ad illam infundat speciale auxilia tanquam effectus providentiæ ejus specialis, sed effectus hujus providentiæ, ut in paucioribus aveniunt, & ideò inter homines non tot salvari dicuntur, quot damnari, ergo idem erit dicendum de Angelis.

Et urg. hoc in operationibus convenientibus naturis ad unum determinatis, ex eadem proportionabili-

biliter potentia obedientiali, ut quòd greve ascendat sursum ob repletionem vacui; & leve descendat ob eundem finem; hujusmodi enim operationes, vel motus, ut in paucioribus contingunt, ergo cum pariter operationes supernaturales pro. adeunt ex principiis obedientialiter convenientibus naturæ rationali, ut in paucioribus contingere debent. Quibus addi potest, quòd hujusmodi operationes, quæ ad beatitudinem perducunt, & conjunguntur cum finali perseverentia sunt affectus non solum providentiæ specialis, sed specialissimæ Dei: hæc autem non reperitur nt in pluribus, ut constat ex scriptu- ris 120.

Huic Instantiæ, quæ videtur appareotar urgera, patet ex proximè dictis, quòd cum in peccato Angeli inveniatur inordinatio non solum contra præcepte supernaturalia, sed etiam contra naturalia, et proindecontra inclinationem naturæ, ut explicatum est; hinc oritur, quòd in observantia præcepti supernaturalis Deus præstet auxilium ne Angelus operatur etiam contra hanc inclinationem, unde licet aliàs hujusmodi auxilia dicantur absolutè specialia, ex suppositione tamen, quòd sint elevati ad operandum supernaturaliter, non dicuntur amplius spectare ad providantiam extraordinariam, sed magis ad suavem ejusdem ordinis, secundum quam operetur id, quod est magis consenteneum naturæ eorum sic elevatæ, quæ cum purè spiritualis sit, ut in paucioribus operetur id, quod est contra sui inclinationem, ut docet D.Tho. ubi supra, contrapositivè ad hominem, unde illis sic elevatis dicuntur debita talia auxilia ex vi providentiæ ordinariæ illius ordinis, & ideò plures operati sunt bonum, quàm malum, Deo illis communiter, vel ut in pluribus conferente auxilia efficacia ad benè supernaturaliter operandum: sicut quia in primo eorum instanti, determinata est in illis operatio naturalis ad bonum, Deus illos elevans ad operandum supernaturaliter, confert auxilium tanquam eisdem debitum, ut determinatè benè supernaturaliter operentur. §. In forme ergo dist. ma. supposita eorum elevatione ad supernaturaliter operandum, nego, absolutè, conc., & dist. mi. supposita eadem elevatione, conc., non supposita, nego. Per quod patet ad prob. ma., solum, enim convincunt, loquendo absolutè, non facta aliqua suppositione, ut contingit in casu.

Ad confirmat. resp. eodam modo, quòd ex suppositione elevationis veluti connaturaliter operatur in illo ordine, sive elicit operationes illius, & ut in pluribus, sive plures eliciunt bones, ut efficaciter concludit ratio D.Tho., & solutio ejus ad 1., unde licet dicatur specialis providentia talis elevatio, non tamen eadem supposita, benè supernaturaliter operari. Ex quo etiam patet ad id, quod dicitur de naturis determinatis ad unum, nam si etiam in illis supponeretur similis elevatio ad prædictos motus, non solum ut in pluribus, sed semper diceretur illis convenire talis modus operandi: in Angelis autem supponimus hanc elevationem. Per quod etiam patet ad ultimum, quod additur de finali perseverentia; dicimus quidem esse in Angelis electis donum speciale, quatenus cum omnes fuerint æqualis conditionis, & naturæ, & omnes juxte gradum suæ naturæ donis supernaturalibus prædiri, nihilominus Deus hos individualiter præ aliis eligere voluit: in hoc enim specialitas magna in illis circa ho. donum resplenduit, non in eo præcisè, quod plures vagè electi fuerint, quàm reprobi supposita elevatione per gratiam omnibus communi: in hoc enim, ut patet ex dictis, non consistit specielitas maxima Divinæ providentiæ respectu illorum.

Ex his etiam infertur 1., quòd si Adam non peccasset, sed fuisset conservatus in justitia originali, itaut posteri nascerentur in illa, tunc etiam dicerentur plures ex hominibus salvari, quàm damnari, quia tunc pars inferior, sive appetitus sensitivus cum esset subordinatus rationi, esset una tantum in illis inclinatio ad bonum, ac proinde peccatum diceretur in eisdem esse contra naturam absolutè, sicut in Angelis, ergo sicut hac ratione juxte doctrinam D. Tho. major pars Angelorum dicitur perseverasse in bono, ita similiter diceretur de hominibus, perseverante in illis eadem justitia. §. Nihilominus adhuc his perseverantibus in illo statu non esset attenta rerum natura, inter illos, & Angelos servanda in omnibus proportio, nam cum longè brevior sit via Angelorum, utpotè duplici instanti comprehensa, ut explicatur infra; via verò hominum diuturna, vel per multum tempus conservetur, plures consequenter offerrantur hominibus externæ occasiones peccandi, quàm Angelis, unde non tot de illis dicerentur conservari in gratia, sicut de Angelis, & difficilis etiam diceretur eorum ressurectio à statu peccati, si semel caderent, sicut difficilis proportionabiliter dicitur modo etiam in hoc statu aliquorum ressurectio ab eodem statu, qui postquàm ad sublimem perfectionem parvenerunt, infeliciter cadunt; similes avibus semper in altum per aere volitantibus, quæ si semel ad terram cadunt, difficulter ab illa se eripere possunt, & volatum reassumere. Id tamen non obstat rationi, vel doctrinæ D.Tho., quæ semper urgebat pro illo statu, in quo ut dictum est, peccatum esset contra inclinationem naturæ absolutè.

Infertur 2. ex dictis, (& est certum de Fide contra modernos Hæreticos) neminem sine revelatione posse in hac vita certò scire se esse de numero prædestinatorum: quod etiam definitur in Trident. sess.6. cap.12. illis verbis. *Nemo quamdiu in hac mortalitate vivitur de Arcano Divinæ prædestinationis Mysterio usque adeò præsumere debet, ut certò statuat se omninò esse in numero prædestinatorum.* Et expressè colligitur ex Scriptura, & PP., ut videre est apud Gonet hic disp.4. ar.2. Imò D. Tho. q.10. de mente ar. 10. ad 7. de his inquit; *magis expedit nescire communiter, quia per hoc magis solicitudo, & habitualitas conservatur.* Quod etiam præmiserat q.6. ibidem art.5. in fine corp. ubi ait. *Si autem certi essent de sua prædestinatione, securi essent de sua salute, & ideò non tantam solicitudinem ponerent ad vitanda peccata, & propter hoc à Divina previdentia salubriter est ordinatum, ut homines suam prædestinationem, vel reprobationem ignorent.* Et ratio generalis de his Arcanis est, quia cum dependeent à libere Dei voluntate, impossibile est sine ejus revelatione posse ea à nobis certò penetrari.

Supponimus nihilominus ex D.Thom. hic primò esse certum numerum prædestinatorum non solum formaliter, sed etiam materialiter, quatenus non solum est certum tot esse salvandos, sed etiam qui in particulari salvandi sunt, quidquid incontrarium sentiant aliqui recentiores; quia aliàs prædestinatio non esset certa, cujus oppositum ostensum est, & adhuc poterit constare infrà. Quod prob. sic. Nam

si non esset certus etiam materialiter talis numerus, stare posset Petrum v. g. esse prædestinatum, & non salvari; consequens est alienum, ergo. Prob. sequela, licet Petrus prædestinatus non salvaretur, posset Paulus salvari pro illo; nullum enim ex hac parte sequeretur inconveniens, nam adhuc perseveraret certus formaliter numerus eorum, uno pro alio, substituto, ergo. §. Immò etiam ut certum supponimus non prius Deum decrevisse numerum prædestinatorum tam formalem, quàm materialé, sed simul utrumque, quia per scientiam simplicis intelligentiæ, ut in superioribus insinuavimus, propositus fuit ordo Universi, sicut modo est cum numero prædestinatorum nedum formali, sed etiam materiali, ergo simul utrumque elegit, & determinavit non solum formaliter, sed etiam materialiter. Nam licet respectivè ad intellectum sit quid prius numerus eorum formalis, non tamen ad determinationem decreti. §. Hic verò numerus (subdit D. Thom.) est Deo certus non solum ratione cognitionis, quia scil. scit, quot sunt salvandi (sic enim Deo certus est etiam numerus guttarum pluviæ, & arenæ maris,) sed ratione electionis, & definitionis cujusdam, ut etiam patet ex dictis. §. Sed ad eorum, & sequentium ampliorem intelligentiam adverto dupliciter dici posse aliquid, certum; uno modo certitudine præscientiæ, & prædefinitionis generalis, qua ratione dicitur Deus scire certò numerum partium minùs principalem universi, quæ nempè propter alias requiruntur; alio modo dicitur certum certitudine prædefinitionis, & certitudinis specialis, vel principalis. §. Hinc ex eodem suadetur ejus dictum. Nam Deus præordinavit specialiter, sive principaliter se facere universum secundum aliquam determinatam mensuram, & præordinavit etiam quisnam esset numerus partium essentialium illius, sed creaturæ rationales inter cæteras ad bonum universi ordinatę, & præcipuè, quæ beatitudinem consequuntur, sunt partes principales, ergo certus est numerus prædestinatorum, qui ad illam efficaciter ordinantur, non solum certitudine præscientiæ, & prædefinitionis generalis, sed etiam specialis, vel principalis. Cons. tenet, & mi. etiam constat, quia creaturæ rationales quatenus tales, vel intellectuales sunt incorruptibiles, & maximè, quæ beatitudinem consequuntur, utpotè attingentes immediatè ultimum finem, sed ad bonum universi creaturæ hic conditionibus præditæ potissimùm ordinantur, cùm maxima creaturæ perfectio est conjungi cum sui primo principio, & ultimo fine, ergo sunt partes principales universi. Ma. verò quoad 1. par. prob. ex dictis alibi in physicis, & tangit hìc D. Thom., & supra ex professo quæst. 7. ad improbandam producibilitatem infiniti cathegorematici, quia nempè omne, quod producitur, per se debet cadere sub determinata intentione producentis, quia productio terminatur ad res in propria duratione, & secundum proprias entitates diversum esse unicuique tribuens, & ideò quasi numerat, & veluti mensurat, & partitur res unamquamque in proprio ordine constituens, ac proindè debet omninò esse quid finitum, nam infinitum, cum intrinsecè confusionem, & illimitationem includat, non potest sub determinata intentione cadere; nec productione, quæ est quasi quædem numeratio, & mensuratio pertransiri, & mensurari, quia quod pertransitur, & mensuratur, finitum est, ergo Deus præordinavit se facturum universum secundum aliquam determinatam mensuram: De quo etiam videri potest infrà quæst. 47. art. 3. ad 2.

Deindè prob. quoad 2. quia ut ait hic D.Thom., quicunque intendit aliquam determinatam mensuram in aliquo effectu, excogitet aliquem numerum determinatum in partibus ejus essentialibus, quæ per se requiruntur ad perfectionem totius, sive effectus intenti, ergo si Deus intendit facere universum secundum determinatam mensuram, intendit etiam numerum partium essentialium, quæ per se requiruntur ad bonum illius. Ant. probat. D.Thom. exemplo ædificatoris; nam intendens construere Domum prius excogitat partes principales, quæ per se requiruntur ad illam, scil. determinatum numerum mansionum, determinatam mensuram domus, & parietum, & tecti, ergo. §. Idq; etiam constat in ordine naturali; nam in ejus constitutione priùs statuit determinatum numerum cœlorum, stellarum, & demum omnium specierum, quæ per se sunt perpetuæ. Sed quisnam sit numerus individuorum corruptibiliū, ut ille boum, & similium per se non ordinetur ad bonum universi, sed ratione speciei; unde de his tot producuntur, quot sunt necessaria ad conservationem speciei.

Hinc de numero reproborum concludit non esse sic certum, scil. ratione sui, sed ratione electorum, quia reprobi, inquit, videntur esse præordinati à Deo in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum, ergo non est sic certus numerus, sicut ille prædestinatorum: ut etiam patet in utroque simili de constitutione domus, & ordinis naturalis universi, nam quia in hoc ordine individua corruptibilia producuntur ob conservationem specierum, & similiter in constructione domus, quia lapides sunt propter partes principales, non est sic certus numerus individuorum, & lapidum, sicut numerus specierum, & partium principalium domus, scil. ratione sui, ergo idem similiter dicendum est de numero reproborum comparativè ad illum electorum in hoc ordine supernaturali.

His positis difficultas potest esse de numero prędestinatorum comprehendendo Angelos, & homines, & deindè de his, vel à toto genere humano; vel solum inter Christianos, & fideles: si universaliter loquamur de hominibus, supponendum etiam est, ut jam insinuavimus, plures esse reprobos, quàm prędestinatos, ut sæpè innuitur in scripturis; *Nolite timere pusyllus grex &c. Multi sunt vocati, pauci verò electi &c. Arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui ingrediuntur per eam.* Et denique quia infideles, & hæretici incomparabiliter excedunt fideles, vel Catholicos: Certum est autem, quod extrà Ecclesiam Catholicam Romanam non est salus. Unde de his est dubium, an plures sint, qui salventur. Nonnulli id negant Cajet. super cap. 25. Matth.; Alvarez de auxiliis disp. 43., Philippus à SS. Trinitate hìc disp. 17. dub. 4., Vasquez, & Molina hic super ar. 7. Et ex Scripturæ interpretibus Nicol. de Lyra, & Maldon. apud Vasquez, & Cornelius lapide in cap. 24., quos sequitur Gonet. hic digressione 2.

Alii tamen affirmant Sylvest. in Rosa aurea tract. 2. Domin. Septuag. Ubi ait. *Deo soli esse notam hujus quæstionis veritatem. Probabiliter tamen dici potest, quòd major pars Christianorum habentium fidem rectam, & viventium in obedientia Romana*

Ec-

Ecclesia salvantur: Hanc sententiam sequuntur Suarez de Prædest. lib. 6., cap. 3., (licet opposi tam n. 5. fateatur esse communiorem inter Theologos;) Ruitz disp. 54., Granadus tract. 12. disp. 4. apud eundem Gonet:) Francisc. à Christo in 1. dist. 41, qu. 2. concl. 3., Mag. Serra hic in explicatione ar. 7., & novissimè Ildephonsus Miq. hic super ar. 3. dub. 3., & laudatus etiam recentior ex nostris hic concl. 3., loquendo de fidelibus in statu evangelico, nam de illis legis veteris existimet cum Mag. Albelda plures esse reprobos.

§. II.

Statuitur prima Conclusio.

PRimo. Loquendo de prædestinatis extensivè etiam ad Angelos, major est eorum numerus, quàm reproborum. Ad rectè fundandam hanc conclus. suppono ex D. Tho. infrà qu. 50. ar. 3., numerum Angelorum quasi incomparabiliter excedere numerum substantiarum materialium: quod in fine corp. probat ex eo, quòd sicut in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, ità in rebus incorporeis secundum multitudinem, sed corpora incorruptibilia, quò sunt perfectiora excedunt secundum magnitudinem, quasi incomparabiliter corpora corruptibilia, ergo substantiæ immateriales, (quales sunt Angeli,) quasi incomparabiliter excedunt secundum numerum substantias materiales.

Hoc supposito prob. Angeli juxtà superiorem doctrinam D. Thom., (quòd natura ut in pluribus consequitur suum effectum,) multò plures perseverarunt in gratia usque ad obtentam beatitudinem, quàm ceciderint, sed juxtà suppositionem præcedentem ex eodem; numerus perseverantium quasi incomparabiliter excedit numerum hominum, ergo cum plurimi ex his salventur juxtà illud Apocal. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemò poterat, numerus prædestinatorum à tota eorum collectione, tam hominum, quàm Angelorum excedit numerum reproborum.

Explic., & urg. hoc. Juxtà suppositionem factam numerus Angelorum quasi incomparabiliter excedit numerum substantiarum materialium, ergo longè majori excessu excedet numerū hominum, cum inter substantias materiales, longè pariter plures sint aliæ, quàm hominum, ergo cum numerus cadentium in illis minimus sit comparativè ad alios Angelos perseverantes, juxtà illud tertia pars stellarum cecidit; manifestè sequitur, quòd si Angeli soli prædestinati, numero homines excedunt, & etiam Angelos cadentes, pluses sint prædestinati, quàm reprobi à toto genere prædestinatorum tam hominum, quàm Angelorum.

Urg. ulteriùs ex doctrina, seu ratione, qua probat D. Thom. præfatam suppositionem, quia, inquit, *Cum perfectio universi sit illud, quod præcipuè Deus intendit in creatione rerum, quantò aliqua sunt magis perfecta, tantò in majori excessu sunt creata à Deo*. Ex quo sic arg. In ordine naturali, quò res sunt in perfectiori gradu, si corporeæ sunt, excedunt in magnitudine quasi incomparabiliter res materiales inferiores; si verò incorporeæ, in multitudine, vel in numero res materiales ordinis inferioris, ergo id proportionabiliter verificabitur in ordine supernaturali, itaut ordo supernaturalis perfectionis per gratiam, cum perfectior omni gradu naturali sit creatus à Deo, quasi incomparabiliter excedens in numero ordinem purè naturalem intellectualem gratia non præditum, consequenter excessus prædestinatorum spectans adhuc superiorem ordinem gratiæ, erit valuti incomparabilis in ordine ad reprobos, sive quasi incomparabiliter major numero illorum. §. Contra hanc rationem, & ejus fundamentum de prædicto excessu incomparabili, orto ex eorum perfectione militant argumenta, quæ producit D. Th. illo ar. 3. quæst. 50., unde videri possunt ibidem. Aliter argo ex alia ejus superiori doctrina hic argui potest. Conveniens fuit, ut inter homines numerus reproborum excederet numerum prædestinatorum, ergo est universaliter conveniens, ut excedat illum; Prob. conf. simul cum antec., quia ut suprà dicebamus cum D. Tho., reprobi sunt in utilitatem prædestinatorum ut servi, aut veluti famuli illis deservientes tanquam Principibus, & Regibus, sed hi minùs multiplicantur, quàm illi, ergo si semel cōveniens est minùs multiplicari prædestinatos inter homines, conveniens erit minùs universaliter multiplicari.

Urg. hoc invertendo rationem factam. Nam ordo supernaturalis in tres veluti gradus partitur, scil. in hypostaticum, illum gratiæ puri viatoris in via, & consumatæ in patria, sed quia hypostaticus perfectior est, solus Christus reperitur in illo, ergo quia ille gloriæ, seu gratiæ consumatæ, perfectior est altero viæ, minùs erit multiplicatus à toto genere justorum, & non solum inter homines.

Ad hoc nego conseq. Ad prob. nego suppositum ma., quòd hac ratione numerus reproborum excedat inter homines, ut jam insinuavimus, & manifestè constat in Angelis, nam licet ibi etiam sint pariter in utilitatem electorum, non tamen excedunt, imò longè pauciores sunt, ut dictum est. Et patet etiam in eisdem hominibus, si perseverasse homo in justitia originali, ubi pariter, ut vidimus, pauciores essent, quàm prædestinati non obstante eodem ordine illorum in utilitatem istorum; §. Imò ex eadem ratione potiùs est inferendum oppositum, nam licèt absolutè prædestinati sint Reges, & Principes, quia verè regnabunt in æternum, modo tamen in statu viæ ad imitationem Capitis sui, scil. Christi, sunt magis ad hoc, ut ministrent, quàm ut ministrentur, reprobis in illos dominantibus ad plenum exercitium humilitatis, cœterarumquè virtutum. Undè poterat ex utroque capite retorqueri.

Ad confir. dist. mi. claritatis gratia. Quia perfectior ex eo præcisè, nego: & quia Incarnatio Verbi de facto ad hoc maximè fuit, ut repararetur genus humanum per viam justitiæ, sive ut exhiberetur Deo satisfactio æqualis, sive de rigore justitiæ, quam sola aliqua Trinitatis Persona exhibere poterat, & sola subsistentia Divina, vel infinita constituere poterat subsistentem naturam creatam, ut ibidem explicatum est, conc., & nego conf., quæ iterum infatur utroque superiori exemplo Angelorum, & hominum in priori illo statu justitiæ originalis.

Quòd si inquiras; qua ratione specialiter de hominibus inferri possit pluras damnari, quàm salvos fieri. §. Resp. sumi primò ex D. Tho. utroque loco releto, scil. q. 63. infràar. 9. ad 1., & 1. 2. quæst. 71. ar. 2. ad 3. ubi inquit. *Quòd in homine est duplex natura, scil. rationalis, & sensitiva. Et quia per operationem sensus homo pervenit ad actus rationis,* idei

ideò plures sequuntur inclinationes naturæ sensitivæ, quàm ordinem rationis. Plures enim sunt, qui assequuntur principium rei, quàm qui ad consummationem perveniunt. Ex hoc autem justitia, & peccata in hominibus proveniunt, quòd sequuntur inclinationem naturæ contrà ordinem rationis.

Ex quibus sic formatur prima ratio. Inter homines plures sunt, qui sequuntur inclinationem naturæ sensitivæ contra ordinem rationis, sed ex hoc ipso damnantur, ergo plures sunt reprobi, vel qui damnantur. Prob. ma. quia plures sunt, qui assequuntur principia rei, quàm qui perveniunt ad consummationem, ut constat infelici, ac perpetuo experimento, sed inclinatio naturæ sensitivæ se habet ut principium, & ordo rationis, ut finis, & consummatio, ergo plures sunt, qui sequuntur inclinationem naturæ sensitivæ deserto ordine rationis. Conf. tenet, quia adhærens bonis sensitivis, sistendo in illis, & non ascendens ad ordinem rationis, deserit illum, vel contra eundem operatur, nam juxtà conditionem, vel dignitatem hominis tenetur ad illum ascendere, & secundum illum operari, aliàs neglecto sui honore statim comparatur jumentis insipientibus, & fit similis illis. Undè meritò damnata fuit ab Innoc. XI. utraque illa propositio 1. nom. 8. *Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui*, 2. num. 10. *Opus conjungii ob solam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.*

Secunda etiam sumitur ex D.Thom., sive ex ejus doctrina in 3. dist.3. quæst.1. ar.2. quæstiunc.1. ad 4., ubi ex eo probat sanctificatos in utero, nunquam moraliter peccasse, ut dicitur de Jerem., & Joann. Baptista, quia fuit ligatus fomes secundum quòd inclinat ad mortale, licet non secundum quòd inclinat ad veniale, ut scil. finis correspondeat principio: Ex quo sit argumentum. Conveniens est ut sanctificati in utero ità firmentur in justitia per ligamen fomitis, ut nunquam postea peccent mortaliter ob correspondentiam finis cum principio, ergo ex opposito conveniens est, ut concepti in peccato mortali, & nati filii iræ derelinquantur, ut in pluribus à Deo, & in mortali decidant, & consequenter damnentur: undè radix hujus excessus ex parte hominum videtur reducenda ad corruptionem naturæ humanæ per peccatum originale, secundum quam nascuntur eodem infecti, cum verò peccatum ex se ad perditionem tendat, conveniens fuit plures fore reprobos, quàm prædestinatos.

§. III.

Statuitur secunda, & tertia Conclusio.

Secunda Concl. loquendo de fidelibus legis veteris, sive tempore illius viventibus, videtur plures fuisse reprobos, quàm prædestinatos. Colligitur 1. ex illo ad Rom.9. vers.27. *Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris reliquiæ salvæ fient*. Ubi D. Thom. lect.5. primò explicans vocem illam *tanquam arenam maris*: subdit (*idest innumerabiles præ multitudine Gentium*: Genes. 22. *Multiplicabo semen tuum velut arenam maris*: & 3. Reg. 4. *Juda, & Israel innumerabiles*, quasi arena maris:) *Deinde sequentem*; Reliquiæ salvæ fient; *sic explicat*, idest non omnes, *nec major pars, sed aliqui pauci, qui relinquentur* ex excidio aliorum, *& probat ex simili*, Mich.7. *Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos* vindemiæ: *juxtà quod docet esse intelligenda verba ejusdem* Apost. cap. 11. seq. Reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. §. Secundò. Ex illo 1. corint. 10. vers. 1.2. &c. Nolò vos ignorare *Fratres, quoniam Patres nostri, omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, &c.* sed non *in pluribus eorum* beneplacitum est Deo. *Ubi iterum* D. Thom. lect. 1. In illis (*scil. qui Deum offenderunt, sed tantum in duobus, scil. Caleb., & Josue, quibus solis concessum est terram* promissionis obtinere: num. 14. *quod confirmat ex illis* Malac. 1. Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus. Ergo tempore legis veteris juxta S.Script. & D. Thom. affirmari potest excessus reproborum respectu electorũ. §. Tertia concl. Valde probabile, & misericordiæ Divinæ satis conforme videtur plures ex fidelibus pro presenti statu evangelico salvari, quàm damnari. Sumitur primò ex illo Matth.22. vers. 11. *Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*, Nam inter multos invitatos ad nuptias, & in eis discumbentes per quos significantur fideles, & verè Catholici, unus solum inventus est non vestitus veste nuptiali, quæ finalem charitatem, & gratiam significat, idemque solus ligatis manibus, & pedibus missus est in tenebras exteriores.

Secundò probari potest à posteriori, sive ab effectu, vel signo in fine vitæ, nam ut pluribus saltem experimur, quòd verè fideles in obedientia Ecclesiæ Catholicæ Romanæ susceptis Sacramentis longè plures decedunt ex hac vita, præcedentibus, & comitantibus in hora mortis Confessorum consiliis, & aliorum precibus, quæ potissimè conferunt ad petendam, & impetrandam à Deo peccatorum veniam. Et præcipuè, quia Sacramenta sunt remedia efficacissima ad gratiam consequendam. Unde licet fideles sæpè cadant mortaliter peccando, illis tamen mediis sæpè resurgunt, & pauci sunt, qui saltem extreme illa hora de peccatis non doleant, & susceptis Sacramentis non jostificentur, & in gratia pro tam brevi mora non perseverent, cujus etiam Divinæ misericordiæ signa communiter exhibent moribundi, ergo ex his pauci sunt, qui non salventur, seu finalis perseverantiæ gratiam non assequantur.

Urg. hoc ex Divina promissione in Oratione Dominica nobis exhibita remissionis peccatorum, si aliis offensas remiserimus ut præcipuè declaratur Matth.6. vers.14. Ubi post illam subditur. *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra*. Ubi iterum D. Thom. subdit. *Datur securitas impetrandi si tales fuerimus, quòd dimittamus*. Constat autem vix inveniri inter Catholicos, qui in mortis articulo, & præcipuè cognito periculo damnationis æternæ, nolit offensas dimittere, ergo satis piè, ac probabiliter asserere possumus paucos esse, qui cum prædictis conditionibus veniam à Deo non impetrant. Hinc quidam, ut legitur in vitis Patrum, audito illo Isaiæ, *Lavamini, mundi estote, auferte malum de animabus vestris coram oculis meis, discite benefacere, & si fuerint peccata tanquam fœnicium, velut nix dealbabuntur, & si volueritis, & audieritis me, bona terræ manducabitis*, talem spem veniæ post diuturnum lapsum concepit, ut ad illam dandam his vocibus

bus promissionem suam exageraret, veluti Deum compelleret, Tu Deus qui venisti in mundum peccatores salvos facere, & qui hæc, quæ modo lecta sunt per Prophetam promisisti, comple effectu, & opera etiam in me indigno peccatore. Quod cum audissent omnes post eandem à Deo misericorditer impetratam clamaverunt una voce ad Dominum dicentes. *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti*.

Ex his etiam inferri potest, quòd perseverantes in devotione SS. Rosarii, in qua adest præfata Christi promissio de remissione peccatorum dimittentibus injurias, & intercessio B. Virginis, si præcipuè cum debita attentione recitetur suæ æternæ salutis fiduciam, & probabilitatem maximam habere possunt Quod si eidem jungatur misericordia in pauperes, (cui vel potum aquæ frigidæ exhibenti facta est promissio mercedis,) multum fidere possunt eam axecentes, ut graviſſimè monet D. Ambr. super illud 1. ad Timoth. 4. *Pietas ad omnia valet*. Ubi ait, quòd in illa omnis summa Disciplinæ Christianæ reperitur, quem aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit. Ex quibus valdè probabiliter concludi potest, quòd cum inter Catholicos pauci sint, qui sine uno, vel altero ex præfatis præsidiis, & simul cum susceptione Sacramentorum non decedat, licet sæpè in decursu vitæ cadant, major pars inter illos tandem finalem veniam assequatur.

§. IV.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. ex quibusdam testimoniis Sacræ Scripturæ. Nam Matth. 20. v. 16. expressè habetur. *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Quod exponens D. Greg. homil. 19. in Evang. inquit. *Ad fidem multi veniunt, sed ad cælestia regna pauci perducuntur*. Idem insinuat Div. Thom. ad eadem verba dicens. *Quia qui fide credunt omnes vocati sunt, sed illi electi, qui bona opera faciunt, & isti sunt pauci*.

Deindè Matth. 25. designatur decem Virginum numerus inter Christianos specialiter Deo per continentiam consecratus, & tamen ex illis quinque dicuntur exclusæ à regno, & quinque prædestinatæ, ergo saltem major pars affirmari de numero istarum. Immò etiam videtur inferri, quòd inter fideles sine speciali consecratione viventes sint plures reprobi, quàm prædestinati, si semel inter prædestinatos numerus istorum non excedit. Alias Authoritates tum Scripturæ, tum SS. Patrum addocit Gonet, quibus tamen eadem ferè solutione poterit fieri satis.

Respond. ergo ad 1. admissa præfata explicatione, quòd solum militat de hominibus à toto eorum genere, vel collectione, de qua verificari potest, quòd omnes fuerint vocati ad Fidem juxta illud: *In omnem terram exivit sonus eorum*: unde sub eadem voce comprehenduntur omnes, sive electi, sive non electi, quiprocul dubio, ut dictum est, plures sunt comparativè ad electos. Et adhuc etiam facta comparatione inter solos baptizatos, qui specialiori etiam titulo dicuntur vocati, utpotè ingressi in Ecclesiam per baptismum, nam ut etiam constat ex dictis, cum istorum collectio comprehendat Hæreticos, Schismaticos, & malè viventes Catholicos, numerus prædestinatorum comparativè ad hos omnes dici potest exiguus, & grex pusillus. Et in hoc sensu intelligendus est D. Greg., sicut & D. Thom., & alii SS. PP. De quibus iterum statim dicemus.

Ad 2. de 10. Virginibus similiter resp. ibi sermonem esse de universa Ecclesia, ut etiam insinuat ibi D. Tho. inquirens. *Sed quare decem?* Cui quæsito respondet. *Triplex ratio est*. Una quidem, quia decem est numerus universitatis; *nam in numerando procedimus usque ad decem, post incipimus ab uno, unde per decem, per unum, & per centum universitas significatur*. §. Hinc etiam nomine Virginitatis juxta eundem intelligitur fides, nam post varias interpretationes, subdit. *Secundum Hieron., & Origen. Virgines dicuntur fideles*. Et deindè exponens aliam vocem lampadum, inquit. *Secundum Hilarium possumus intelligere animas illuminatas lumine fidei, quod in baptismo receperunt*. En quomodo extendit hanc parabolam ad omnes baptizatos, quod confirmat ex illo Isaiæ, *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum*. Et hoc existimo probabilius, quidquid sit de probabilitate alterius interpretationis.

Secundò ad SS. PP., qui videntur satis coarctare numerum electorum, explicari possunt de electis, de quibus sunt quædam specialia signa eorum prædestinationis, ut sæpè contingit inter viros specialis notæ sanctitatis, aliis omissis de quibus non habentur talia signa, licet aliàs rectè vivant, & de quibus probabiliter sperare possumus, vel affirmare fore salvandos, cum ambulent per vias rectas juxta illud. *Justum deduxit Dominus per vias rectas*.

Hinc etiam explicantur aliquæ eorum dicta, quæ in contrarium urgere videntur, & primò illud Chrysost. homilia 40. ad populum. *Quot esse putatis in Civitate nostra, qui salvi fiant? Incertum quidem est, quod dicturus sum, dicam tamen non possunt in tot millibus centum inveniri &c.* Intelligendus est enim de viris specialissimæ virtutis, quorum scil. sint prædicta signa veluti manifesta prædestinationis, non tamen per exclusionem aliorum, in quibus solum reperiuntur signa illius per aliqua bona opera. Eodem modo explicandus est B. Nilus Abbas, dum ait apud Baron. tom. 10. ad ann. Christi 976. num. 3. *Quod ex decem millibus vix reperitur una anima his temporibus, qua ad manum Sanctorum Angelorum perveniat*. Vel quòd iterum loquatur de specialissima sanctitate florentibus, vel quòd hujusmodi PP. aliquando loquantur per exagerationem modo magis concionatorio, quàm rigidè per assertionem, ut alicubi similem propositionem D. Hieron. explicat noster Granatensis, quamvis etiam innuit esse incertam, an sit ejusdem S. Patris.

Secundò arg. ex eodem Gonet, & adhuc urgentiùs ut putat, admisso casu, quem refert ex Cornelio à lapide ubi supra, nempè quòd eadem hora decesserint 30. millia hominum, & soli quatuor salvati sint, scil. D. Bernardus, Eremita quidam, immediatè ad cœlum migrantes, & alii duo ad purgatorium missi. Ergo proportione servata tenemur magis asserere, quòd in minima parte, & non tantum minor Christianorum salvetur.

Respond. admissa adhuc privata eadem revelatione facta ab eodem Eremita Episcopo Lingonensi, nego conseq. nam etiam tempore Apostolorum plura millia convertebantur sanctitate, vel gloria statim obtenta, ut habetur ex actibus Apostolicis, & iterum ex Martyrologio Romano eadem die, quòd innume-

ra-

rebile. Martyres migrarunt ad cœlum, & tamen non licet ex his inferre, quòd servata similiter proportione ferè omnes Christiani salvantur, sed tantum quòd casus ille sit extraordinarius, & consequenter insufficiens ad inferendum universaliter excessum reproborum respectu electorum.

Tartiò arg. ax praxi frequentiori. Nam tempore belli, (quod frequentissimum est, & à tre decim annis servet per totam Europam) famis, & pestis plurimi, ut constat experimento, dacednnt sine Sacramentis, & præcipuè illo belli ferè omnes sine dispositione, innumeris præcedentibus peccatis; sad hoc rationa piè, ec probabilitar dicimus nos plures salvari, quia eisdem susceptis, & prævia dispositione debita supponimos morituros, ergo potiùs oppositum ex hoc capite videtur inferendum.

Raspond. in primis, quòd pestis, & fames non ita frequenter Deo miserente accidunt, quamvis verò bellum frequentiùs excitetur, si loquamur de regionibus extra Europam, (& idem proportionabiliter de peste, & fame,) maior pars saltem regionom conjunctarum est infidelium ut constat, si verò atiam de illis intra, adhuc innumeri sunt Hæretici, & Schismatici, & Turcæ, & à toto genere istorum comprehensis etiam Catholicis, fatemur, ut dictum est, plures damnari. At verò radacto numero ad solos istos, facilè constabit plures per universam Rempublicam Christianam racté dispositos, & efficacibus Ecclesiæ præsidiis, sive Sacramentis munitos decedere, ac proinde cum fundamento probabiliter affirmari, quòd veniam consequantur, & sulutem.

Deiodè resp. quòd tempore belli si sit istud contra infideles, Deus fortiter assistit, & arma fidelium protegit, ut multiplici experimento his etiam diebus compertum est. Duces etiam eorum de receptione Sacramentorum invigilant, nam per hoc etiam satis coufidunt de obtinenda victoria. Unde plurimi tunc salvantur, ut piè credeudum ast. Si verò bellum sit pro defensione Patriæ; multos proportionabiliter dicimus ob similem, justissimamque caosam salvari, licet non æqué, ac contra infideles. Si autem bellum esset aperté injustum, (quod rarò supponendum est, aut nunquem contingere,) tunc transeat, quòd plurimi damnentur, sed tameu adhuc magna pars fortè est infidelium, saltem hæreticorum, quibus abuudaut hę nostræ regiones: & quamvis etiā inter milites axcederet numerus Catholicorum, vel ferè omnes essent Catholici, qoid indè comparativè ad totum orbem, vel ad universam Ecclesiam Catholicam? planè arit minima multitudo camparativè ed illam, unde inferri nequit ex perditorum militum numero universalis conseqoentia de excassu reproborum inter Catholicos. Tempore verò pestis, vel famis, qua homines premuntur, & adigontur ad mortem, constat homines eadem immineute, & inter cadavera varsantes sollicitè ad illam sa disponere & magis precibos veniam petere à Deo Patre totius misericordię, à quo potissimùm sperant se illam consecuturos, unda plurimi pariter salvantur, licet aliqui sine Sacramantis ob inopiam ministrornm decedant, nam dum hæc prestò haberi non possunt, boni, ac varè Catholici urgentissimis actibus contritionis se axercent ad illam impetrandam. Scimus autem ex bone Theologia, ot in superioribus atiā insiuuavimus ex D.Th., quòd Divina providentia certissimè unicuique assistit in eo statu, in quo reperitur, dommodò non ponat obicem. Unde omnibus pensatis secundum præsatam distributionem quocunqne tempora, sive belli, sive pestis, vel samis rationabiliter asserare possumus plures ex Catholicis salvos fieri, quam damnari.

§. ULTIMUS.

De signis prædestinationis.

OMnia ferè hujusmodi signa, quæ à SS. PP. referuntnr partim ex Jo. VIII., & partim ex 10. colliguntur, ut advertit laudatus Granata Concioue 3. ferię 4. post Dom. in passiona §.2. Primum est piè, & utiliter audire verbnm Dei juxta illud, *oves meæ vocem meam audiunt*, nem reprobi, ut idem sariò monat, & discurrit adaò cœlestis doctrinæ fastidio laborant, nt frequenter ua aure quidam corporis audire illa diguentur. Quòd si aliquando eudiant, non ad hoc, ut maliores avadant, sequè doctrioæ præceptis formendo præbeant, sed in alios usus, qui nihil ad hoc conducunt.

De hoc siguo ad eadem verbe Chrysologus sermone 173. inqnit. *Oves bonæ Pastoris sui attentis auribus audiunt vocem; Pastoris sui semper sequuntur arbitrium; Pastoris sui totam faciunt voluntatem. Unde etiam Beru. serm. 1. in Septuag. succinit. Magna mihi consolatio est fratres mei in verbo ello Domini; qui ex Deo est verba Dei audit. Propterea vos libenter auditis, quia ex Deo estis.* Certitudinem utique non habemus, an de numero simus electorū, sed spei fiducia consolatur nos, ac na dubitationis hujus anxietate penitùs cruciemur. Propter hoc data sūt signa quędā, & indicia satis manifesta salutis, ut ferè indubitale sit eum de numero esse electorum; in quo ea signa permansarint. Porrò inter ea, quæ fiduciam præstant, & materiam spei, unum illud maximum ast, de quo nunc cœpimus loqui, qui ax Deo est, *verba Dei audit*, ea scil. mente, nt non tentum discant, sed ut id, quod audiunt, exequantur: Hoc namque modo audiunt, quicunque ad æteruam salutam coaptati sunt. Sic Paulo (in actibus Apost. 13.) prędicante, cum multi ejos concionem audivissent, illos tamen credidissa Lucas ait, qui eraut præordinati ad vitam æternam; qui enim eos ad hanc fœlicitatem elegerat, utiliter illos verbum suum audire fecit. De aliis varò, sive Pharisæis, qui se sceleribus suis æteroę mortis reos fecerant, dicit Jo. cap. 10. *Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis.*

Secundum huic finitimum est, diù à læthalibus criminibus abstinoisse, à venialibus quippè nemo nostrum in hec vita immnnis esse potest. Quo signo salutem suam Regius Propheta colligebat, cum dicerer psalm. 40. *In hoc coguovi, quoniam voluisti me. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* Gaudet autem hostis noster super nos, cum in aliquod hujusmodi peccatum impulit, quo à Dei complexn, & obsequio evulsos in suæ transfert impietatis, & pœnæ consortium. Hoc etiam signo Jo. in sua 1. cap. 5. Discernit Dei filios à filiis perditionis dicens. *Qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conservat illum.* Hoc est Divini Spiritus participatio (cujus communione hæc divina coguatio continetur) conservat illum; quia in eadam Epist. ait. Major est, qui in nobis est, quàm qni in mundo, cujus princeps diabolus est. Quo taman longè superior, & potentior est, qui in electis habitat Deus: undè ad priora verba subdit: *Et malignus non tanget eum: idest diabolus malo igne incendens*; ut subdit D. Th.

quia

quia ut ibidem præmittit explicans præcedentia verbe. *Generatio Dei, idest gratia regenerans, conservat eum à peccato ad mortem: & non solum dicit servat, sed conservat, quia non solum servatur à gratia, sed etiam à libero arbitrio cooperante.*

Quòd si objicias aliquos etiam ex istis peccato ad mortem cadere, ut aliis omissis, constat de David, & de Petro. Resp. ità esse: nam utriusque & electis, & reprobis peccatum commune est, sed longè tamen aliter utrique delinquunt: Hi enim perindè ac qui artē aliquā profitentur, qui ferè semper in peccatorū officina versantur, utpotè qui non dormiunt, nisi cum malefecerint, qui bibunt aquam quasi iniquitatem, qui sine ullo doloris sensu peccant. Imò verò lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. At verò electi Divino illos spiritu custodiente, aut omninò in hujusmodi flagitia non labuntur, (quod multis Sanctorum in hac vita contigit,) aut certè labuntur rarissimè; aut non solum rarissimè peccant, sed etiam non diù permanent in peccato, sed citò, & velociter ab eo consurgunt, utpotè qui amicitiæ divinæ opes, atque dulcedinem experti, ad eum statum protinùs aspirant, à quo peccantes ceciderunt. Unde de Petro negente Christum ajebat Bernardus lib. de dignit. divin. amoris cap. 6. circa med., quòd quando illum negavit, charitas in illo non fuit extincta, sed sopita, quia nempè, ut explicat D.Thom. qu. 5. de charitate ar. 6. ad 2. Citò resurrexit; qua ratione dicitur sopita, non extincta, ea enim quæ parum distant, quasi nihil distare videntur, ut dicitur in 2. Phys. Unde etiam David licet semel, aut iterum lapsus sit; quia tamen reliquum ætatis innocenter egit, quasi non peccaverit, se inter innocentes multis in locis numerat; ut cum ait, *Quia custodivi vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo &c. Et ero immaculatus cum eo.* Psalm. 17.

Prædictum discrimen in modo peccandi inter reprobos, & electos, insinuat etiam D. Thom. ibidem ar. 13. ad 2., ubi ulteriùs explicans eandem auctoritatem Bernard. inquit. *Dicendum, quòd charitas amittitur dupliciter. Uno modo directè. Alio modo indirectè. Directè quidem per actualem Dei contemptum, sicut accidit in illis, qui dicunt Deo, recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus, sicut dicitur Job. 22. (En modus reproborum:) Alio modo indirectè sicut non cogitans de Deo propter aliquam passionem timoris, vel concupiscentiæ consentit in aliquid, quod est contra Dei præceptum, & sic per consequens charitatem amittit.* Intendit ergo Bernardus dicere, *quòd charitas non fuit extincta in Petro per modum primum, sed amisit eam per modum secundum.* En modus electorum. Quem etiam exprimit ibidem explicans aliam similem auctoritatem S.Leonis Papæ serm. 9. de passione Domini circa finem sic Petrum alloquentis. *Vidit in te Dominus non fidem victam, non dilectionem aversam; sed constantiam fuisse turbatam. Abundavit fletus, ubi non defecit affectus, & fons charitatis lavit verba fortitudinis. Similiter enim* (subdit D. Thom.) *intelligenda sunt verba Leonis Papæ* (scil. de peccato per modum secundum) *quod patet ex hoc, quod subjungit. Non tardatum est remedium ablutionis, ubi non fuit judicium voluntatis; magis tamen negatio Petri fuit extorta ex terrore, quàm ipse negaverit ex judicio deliberatæ voluntatis.*

Sed rogabis fortè, quis electos sic peccantes stimulus urget, cum jam Divinam gratiam, & cœlestes habitus, (fide semper, & spe informi exceptis) per læthale peccatum amiserint? §. Ad hoc resp. cum eodē Granata; quòd quamvis isti cœlestes, & supernaturales habitus amiserint, illi tamen, qui longo virtutis usu acquisiti fuerunt adhuc manent, qui propensione sua ad solita virtutum officia mentem incitant, & à peccatis, quibus illi habitus adversentur, suo modo avocant. Manet præterea recens adhuc memoria illius internæ pacis, & placidissimæ quietis, & suavissimæ dulcedinis, qua in Deo fruebantur, in quorum locum mæror, timor, & horror, & conscientiæ aculeus, & cupiditate inquieta, & turbulenti ejus motus, & curę, ac solicitudines variç successerūt, quæ multis modis mentem ità lacerant, & pungunt, ut facilè homo malis suis eruditus intelligat verum esse, quòd per Hieremiam peccatrici animæ Dominus dicit cap. 2. *Scito, & vide, quia malum, & amarum est, te dereliquisse Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te.*

Hoc autem satis apertè intelligebat David Rex, postquam Deum peccando amisit. Sic enim ad Dominum clamabat Psal. 50. *Redde mihi lætitiam salutaris tui. Incerta, & occulta Sapientiæ tuæ manifestati mihi*; an non felicissimi illius status recordabatur, quo illius mentem Dominus miris Spiritus Sancti consolationibus lætificabat, & lucis suæ splendore Arcana illi Sapientiæ suæ patefaciebat. Harum ergo rerum memoria compunctus, ad priorem illum statum redire cupiens orabat. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Cui consonant verba illa Job. 29. *Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos, secundum dies, in quibus me custodiebat Deus, quando lucebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen ejus in tenebris ambulabam &c. quando secretè Deus erat in Tabernaculo meo &c. Idest,* (ut subdit ibi D.Tho.) *Dei præsentiam sentiebam, dum secretò in Tabernaculo meo orabam, & meditabar.*

His ergo de causis meritò Filii Dei non peccare dicuntur, quod frequenter evenire solet, ut vel rarò delinquant, vel certè à delictis surgere festinant. Hæc igitur secunda salutis æternæ conjectura, & quidem gravissima est. Deus enim non amat, & deserit: idedque rarissimè videmus homines virtutibus diù effœtos ad pravorum hominum vitam degenerare. Nemo autem prudens ad ea, quæ occultis de causis aliquando accidunt, sed quæ ferè semper velut ex lege, & præscriptione contingunt, attendere debet, quamvis ita sit, ut monet Apost. 1. Corint. 10. Quòd qui se existimat stare, videat ne cadac, idedque cum timore atque tremore salutem suam operatur.

Tertium signum est, tribulationum, atque laborum humilis perpessio. Verissimè enim ab Apost. dictum est Rom. 8., & 2. Corint. 1. *Si compatimur, & conregnabimus; & si socii fuerimus tribulationum, erimus & consolationis.* Qua ratione ad Rom. 7. idem gloriatur in illis, quòd spem firmissimam salutis præberent. Hoc autem maximum ejusdem signum declarat Dominus Ezechiel. 9. Qui cum Angelos gladiis accinctos ad trangressoris Populi vastationem mitteret, Scriptorem quoque lineis vestibus indutum, atramentario à zona pendente, cum illis destinavit, qui mærentes, & lugentes improborū scelera, impressi in fronte signo à cœteris discerneret, ne in illos cædentium Angelorum gladii sævirēt. Hinc eliā salutis, & damnationis causam Sanctus Patriarche Abraham diviti Epuloni designavit, cum ait,

ait. Luc.16. v.25. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris?* Quam quidem sententiam verba illa Salvatoris confirmant. Cum hinc ait. Luc.6. versic.20. *Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei.* Et v.21. *Beati qui nunc fletis quia ridebitis.* Inde verò inquit. Ver.24. *Verumtamen va vobis divitibus, quia habetis hic consolationem vestram.* Et ver.25. Væ vobis, qui ridetis nunc, *quia lugebitis, & flebitis.*

His mirificè consonent, quæ habet D. Aug. in medita: ubi cum Deo loquens inquit. *Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationem hujus Mundi pro tua perpetua consolatione, contemnunt. Nam hi, qui hic consolantur, indigni tua consolatione habentur. Sed qui hic cruciantur, à te consolantur, & qui participant passionibus, participant, & consolationibus. Nemo enim potest in utroque seculo consolari, nec potest quis hic, & in futuro gaudere, sed unum necesse est, ut perdat, qui alterum voluerit possidere.* Hactenus ille. Ad quod ut verus seculi, & deliciarum ejus contemptor invitabat D. Hieron. in Ep. quadam ad Haliodorum amicum his verbis. *Quid agis frater in seculo, qui major es Mundo? Quamdiu te tectorum umbra premunt? Quamdiù fumosarum urbium Carcer includit? Crede mihi nescio quòd plus lucis aspicio. Liber sarcina corporis abjecta ad purum atheris evolare fulgorem.* Et denique subdit. *Viderint, quid alii sentiant:* unusquisque enim suo sensu ducitur. *Mihi oppidum Carcer, solitudo Paradisus est.*

Quartum signum est mansuetudo, quod præclarè pro more describit, & probat idem Author: prædestinatos namque ovis nomine appellat Christus: *Oves mea vocem meam audiunt.* Hæ autem typum gerunt mansuetudinis: unde etiam in extremo judicio, ut dicitur Matt. 25. eodem nomine illos discernet à reprobis, dum oves, ait, à dexteris, scil. electos; hædos verò, sive taprobos à sinistris se locaturum. Nunquam autem eos hoc nomine nuncupasset, nisi mansuetudo, (quæ huic animali tribuitur) electorum propria esset. Imò & ipsamet, (qui primogenitus mortuorum, & Caput prædestinatorum est) in Scripturis Sanctis ovis, & agni nomine appellatur.

Unde etiam duo illi fratres, (quorum alter reproborum, scil. Esau, alter electorum, scil. Jacob typum gerunt, ut innuitur Malachiæ 1.,) in hoc dispares erant, quòd Esau, homo pilosus, & horridus, Jacob verò lenis esset: Gen.27. Quod quidem discrimen, reproborum asperitatem, electorum verò lenitatem, & mansuetudinam adumbrat. Quid, quòd mites, beatos Dominus appellat, quòd ipsi possessuri sint terram, terram inquam non morientium, sed viventium, de que regius quoque Vates Ps.36. ait. *Mansueti hareditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Horum enim singularem curam, & providentiam gerit ille, cui semper humilium, & mansuetorum placuit deprecatio. Qua de re idem S. Vates ait. *Diriget mansuetos in judicio, docebit mites vias suas:* Psal.24. Quò ergo tali duce, atque Doctore, nisi per viam salutis ad portum pacis, & quietis pervenient?

Quòd si inquirescur tantum ad æternam salutem hæc virtus conducat. §. Resp. cum eodem eam vel præcipuam causam videri, quòd cum vitæ Christianæ summa in Charitate posita sit (juxta illud, qui diligit, legem implevit,) mansuetudinis placabilitas ad hujus virtutis custodiam, maximè conducit. Hoc enim natura providit, ut quæ essent in humano præcipua, & propter teneritudinem suam injuriæ magis obnoxia, pluribus integumentis vallaverit, quibus extrinsecùs illatas injurias propulsare facilè possent. Quibus enim, ut ita dicam,) vallis teneram cerebri massam munivit? Primum eam tegit, carnosa cutis, capitis cæsarie vestita, Deinde cranium ex osse, ac demque durissima materia constans: tum deinde tunicæ duæ consequuntur, quarum altera paulò rigidior, quæ cranio hæret., altera mollior, quæ ipsum cerebri massam mollissimo complexu ambit, & fovet, cujus rei gratia congruis nominibus, altera, dura mater, altera pia mater appellantur. Jam verò (prosequitur idem) de oculorum septis quid referam? Sunt enim primum palpebræ, quæ pro voto nostro & aperiri, & claudi ad nutum possunt. Sunt item cilia, atque supercilia, quæ suo quæquè modo ad oculorum custodiam deserviunt: ipsi verò oculi velut in specubus inclusi, fornicibus superna impendentibus muniuntur. Quam ergo rerum providentiam Dominus in operibus naturæ gerit, eandem in gratiæ operibus conservat; ut videlicet quæ præstantissima ed spiritualem vitam sunt, ea munimentis fortioribus tueatur. Charitati ergo, quæ inter virtutes omnes principem locum obtinet præter aliarum virtutum munimenta, quæ ut ab illa profluunt, ita illi famulantur, duas potissimum virtutes gratiæ Author ad ejus custodiam destinavit, videlicet mansuetudinam, & pacem. De pace quidem Apost. ad Ephes.4. ait. *Soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Hoc enim veluti nudo quodam charitatis unio retinetur, dum pacificus homo omues litium, contentionum, iratum, & rixarum scissuras pacis virtute excludit, quam omnibus inimicorum telis velut impenetrabile scutum objicit. Simili etiam modo mansuetudinis virtus charitati famulatur, quæ omnes hominum injuries, contumelias, offensiones leniter tolerat, atque ita charitatem integram, & illæsam conservat. Quò enim aliò omnes hominum injuriæ, & contumeliæ, nisi ad evertendam charitatem diriguntur.

Signa autem non argumenta certa prædestinationis hæc sunt. Vidimus namque his virtutibus, ac multis quoque aliis ornatum fuisse Salomonem, qui tamen post præclarissima initia, miserabilis, ac prorsus stupendo lapsu corruit. Et de se Ipso Apost. postquam vas electionis, & Doctor gentium effectus fuerat: posteaque Cœli palatia collustraverat, ubi inter illas Cœlestas Hierarchias commoratus fuerat, nihilominus ajebat 1.Corint.8. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar.* Unde meritò ad Rom.11. præmittit. *Tu quidem fide stas. Noli altum sapere, sed time.* Quamobrem nemo securiùs in hac vita degit, quàm qui in maximo timore vitam agit. Hac namque in re Philosophorum dogma deficere videtur, qui ex similibus similia generari ajunt, quia nempè non securitas securitatem, sed timor securitatem parit, si quæ tamen securitas in hoc turbido pelago navigantibus contingere potest: unde potissimùm inter cœtera signum erit cum timore, & tremore, (ut ait idem Apost.,) salutem operari,

Præstanctissimum quoque inter alia à SS.PP. enumerata, devotio est singularis erga Sanctissimam Virginem. Hæc (namque ajebat Berner.) peccatorum schala; *Hac mea maxima fiducia, hac tota ra-*

tis

tio spei meæ: Sicut ergo impossibile est (addit Anselmus) *ut illi, à quibus oculos sua misericordia avertit salventur, ita necessarium est, ut hi, ad quos convertit oculos suos pro eis advocans, iustificentur, & glorificentur*; unde meritò ei aplicat Ecclesia illud Ecclesiastici 24. *In electis meis mitte radices*; Et illud Prov. 8. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.*

Egregiè succinit D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 7., & q. 103. ar. 3. ad 4., ubi obvias enumerans, sive succedentes solemnitates novi testamenti antiquis, sive testamenti veteris inquit. Q[u]od *festo Neomeniæ* (quod scil. celebrabatur in novitate Lunæ ad commemorandum opus Divinæ gubernationis) *succedit festum B. Virginis, in qua primò apparuit illuminatio Solis, idest Christi per copiam gratiæ*. Quasi per ipsam deferantur ad nos omnia dona gratiæ à Christo descendentia pro salute consequenda, sicut influxus superiorum Planetarum deferuntur ad nos veluti per influxum Lunæ; unde iterum Bernardus ait. *Sic est voluntas Dei, qui totum nos habere voluit per Mariam, quæ totius plenitudinem boni posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare. Quia* (inquit Hieronymus) *cæteris per partes præstatur gratia. Mariæ verò se totum infudit gratiæ plenitudo. In Christo fuit plenitudo gratiæ, sicut in Capite influente, in Maria verò sicut in collo transfundente.*

Alia ejusdem prædestinationis, & salutis signa refert idem Melli fluus. Serm. 1., & 2. in octava Paschæ, ubi expendens hæc verba 1. Jo. 5. *Tria sunt, quæ testimonium dant in terra Spiritus, Aqua, & Sanguis*: exponit de eisdem signis, ita ut per Spiritum intelligat exercitium operum spiritualium, per Aquam, Fontem lacrymarum ad abluenda peccata, & per sanguinem, sanguinolentum pœnitentiæ martyrium ad pravas affectiones perimendas.

DISPUTATIO ULTIMA.

De Reprobatione.



Quatuor occurrunt examinanda in hac disputat. Primum est de existentia, & quiditate reprobationis. Secundum de motivo illius secundum se sumptæ, sive ut dicit efficacem exclusionem à gloria, & non solum à gratia, præscindendo à statu nostro supponente peccatum originale. Tertium an saltem ut de facto in hominibus contingit supponat demeritum, sive idem originale, sive remissum, sive non. Quartum denique de effectibus.

QUÆSTIO PRIMA.

De existentia, & quiditate prædestinationis.



Priorem partem de existentia specialiter proponimus ob rationem D. Thom., quæ videtur pati plures difficultates infra resolvendas, nam illam de facto dari supponimus ut certum de fide, quòd nempe detur dispositio Divina, seu providentia circa eos, qui in perpetuum sunt excludendi à regno, ut sæpissimè traditur in Scripturis, 1. ad Corinth. 9., & 2. ibidem 13. Ad Rom. 9., & 2. ad Timot. 2. Matth. 7. & alibi. Et patet expressè ex utroque illo Apost. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*. Et iterum: *Esau autem odio habui*. Per quod designatur reprobatio. Nam duo prædicti germani, ut vidimus, fuerunt alter, scilic. Jacob, typus prædestinatorum. Esau verò reproborum. Unde D. Tho. ibidem, scil. ad Rom. 9. lect. 2. in fine, inquit. *Sicut autem dilectio, de qua hic loquitur pertinet ad æternam Dei prædestinationem, ita etiam odium, de quo hic loquitur pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores. Nec est dicendum, quòd ista reprobatio sit temporalis*. Per quod excluditur responsio quorundam Recentiorum, qui putant hæc verba Prophetæ. *Jacob dilexi, Esau autem hodio habui*; non intelligi de dilectione pertinente ad æternam prædestinationem, nec de odio spectante ad æternam reprobationem, existimantes ut probabilissimum non fuisse Esau exclusum, aut reprobatum à Regno Cœlorum, sed solum à temporali hæreditate juxta illud Malach. 1. *Posui montes ejus in solitudinem, & hæreditatem ejus in Dracones deserti.*

Sed videntur hi Authores satis deficere, & solum attendere ad sonum, vel corticem literæ non ad sensum, ad quem mysticè elevat Apost. prædicta verba Prophetæ. Ut nempè probet Deum pro sui beneplacito, & absque illius injuria, aliquos elegisse ad gloriam, & ab aliis tantum beneficium sub trahere voluisse ante eorum prævisa merita, vel demerita. Quem etiam sensum fusè prosequitur D. Aug. Ep. 105., & q. 2. ad Simplicianum, & alibi sæpè. Constat autem adhoc intentum, parum, vel nihil referre an Esau fuerit reprobatus à temporali solum, sed etiam ab æterna hæreditate, cum in hoc consistat vis discursus apostolici, sed ut dictum est, Jacob. & Esau in typum, & figuram electorum, & reproborum assumat.

Tum quia cum bona temporalia quasi nihil sint in comparatione æternorum, & ad hæc potissimùm ordinentur specialis dilectio, & odium Dei, de quibus fit ibi tam celebris mentio, sistere nequeunt præcisè in illis, sed respicere, vel tendere ad æterna, sicut in simili dicimus, de sanitate à Christo collata infirmis, quòd non sistebat in præcisa corporali, sed ad illam animæ tendebat, eam illi conferendo, ad quam erat ordinata; Unde sicut peccatores venerat salvos facere, non præcisè quantùm ad corpus, sed potissimùm quantum ad animam, ad quam corpus ordinatur, ita

Jacob elegit, & Esau odio habuit, non præcisè quantum ad hæreditatem temporalem, sed potissimùm quantum ad æternam, ad quam ordinatur temporalis, nam ut ubique perfecta sunt opera Dei, quæ non sic essent, si in mediis, vel in minimis bonis sisterent, & non in potioribus, ad quę illa ordinantur.

Urgeri potest hoc ipsum ex eodem Apost. ad Hebræos 12., ubi Esau inter peccatores, & impœnitentes numerat dicens. *Ne quis fornicator, aut prophanus, ut Esau, qui propter unā escam vendidit primogenita sua. Scitote enim, quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.* Quòd licet aliqui cum Theophilacto, & Cajetano interpretentur de pœnitencia apud Isaac patrem suum, & de reprobatione ab ejus benedictione. Nihilominùs D. Chrysost. homil. 31. ad Hebr., & Div. Thom. ibi lect. 3., aliique SS. PP. communiter, Esau non veram pœnitentiam apud Deum habuisse existiment. Unde D. Thom. ibidem §. *Sequitur* postquam sibi objicit illud Ezech. 18. *Quacunque hora ingemuerit peccator &c.*, inquit. *Dicendum est, quòd quamdiù præsens vita agitur, potest agi vera pœnitentia. Interdum tamen aliquis pœnitet non propter amorem justitiæ, sed propter timorem pœnæ, vel damni temporalis. Et sic pœnituit Esau, non quia vendiderat primogenita, sed quia perdiderat, unde non dolebat de peccato venditionis, sed de damno perditionis: Et ideò pœnitentia ejus non fuit accepta, quia non erat vera. Sic enim pœnitent damnati in Inferno, ut dicitur Sap. 5. Pœnitentiam agentes, non quia peccaverunt, sed quia exclusi sunt.*
Idque expressiùs repetit 3. p. q. 86. ar. 1. ad 1. quod procedebat utroque exemplo Esau ibidem ad Hebr., & Antiochi 2. Machab. 9. ad probandum, quòd per pœnitentiam non removeantur omnia peccata, cum de isto etiā dicatur, *quòd orabat scelestus Deum, à quo non erat misericordiam consecuturus.* Cui respond. *Dicendum, quòd Esau non verè pœnituit, quòd patet ex hoc, quòd dixit. Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Similiter etiam nec Antiochus verè pœnituit. Dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.*

§. PRIMUS.

Expeditur prior difficultas de efficacia rationis Div. Thomæ respectu existentiæ reprobationis.

PRima Conclusio. Efficax est ratio D. Tho. ad probandam existentiam reprobationis. In ar. 3. hìc, ubi inquirit utrum Deus aliquem reprobat, sic procedit ad id probandum in corp. *Prædestinatio est pars providentiæ. Ad providentiam autem pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ providentiæ subduntur. Unde cum per divinam providentiam homines in vitam æternam ordinentur, pertinet etiam ad Divinam providentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere, & hoc dicitur reprobare.* Quæ ratio potest ad hanc formam reduci. Ad Divinam providentiam pertinet in rebus sibi subjectis aliquem defectum permittere; ergo ad eandem pertinet aliquos permittere à vita æterna deficere, ergo & ad illam pertinet aliquos reprobare. Antec. jam probavit q. ant. Primam conseq. probat, quia ad eam pertinet homines in vitam æternam ordinare. Secundam verò probat., quia permittere aliquos ab ista deficere est illos reprobare. Hæc ratio videtur præcipuè fundari in alia ejus doctrina superiùs adducta ex 2. 2. qu. 165. ar. 1., ubi loquit. *Quòd Divina sapientia disponit omnia suaviter, ut dicitur Sap. 8., in quantum scil. sua providentia singulis attribuit, quæ eis competunt secundum suam naturam, quia ut dicit Dionys. 4. cap. de Divinis nominibus, providentiæ non est naturam corrumpere, sed salvare.* Sicut ergo in ordine naturali ad Divinam providentiam pertinet permittere aliquos defectus respectu rerum corruptibilium, & ob bonum universi, ita ad eandem pertinet in supernaturali permittere aliquos defectibiliter juxta sui naturam, vel conditionem operantes deficere à vita æterna, ad quam sunt ordinati, ut statim ulteriùs explicabitur:

Contra hanc tamen rationem instabis. Nam ex hoc principio, quòd de ratione provisoris universalissimi sit permittere aliquos defectus in rebus sibi subjectis, non rectè videtur inferri, quòd de ratione provisoris circa hunc finem particularem vitæ æternæ sit permittere aliquos ab illa deficere, ergo videtur insubsistans ratio Div. Thom. Prob. antec. Licet hęc permissio pertineat ad generalem providentiam, vel universi, nec repugnet providentiæ in communi, non tamen exigitivè pertinet ad illam ex terminis, ut patet in providentia circa res necessarias, vel indefectibiles, ut sunt Angeli, & animæ nostræ, aliàs aliqui, vel aliquæ earum permitterentur deficere, ergo.

Respond. juxta traditam doctrinam D. Tho., quòd cum ad providentiam pertineat creaturam sibi subjectam conservare non destruere, unamquamque respicit juxta sui naturam: scil. necessariam, vel indefectibilem indefectibiliter ex parte earum, ita ut illis provideat salva illarum indefectibilitate, defectibilem verò, & contingentem defectibiliter, & contingenter, eisdem scilicet providendo salva earum defectibilitate, & contingentia, qua contingenter, & defectibiliter tendunt ad finem, ad quem sunt ordinatæ. Nam hac ratione ait D. Tho. 2. 2., ubi supra ad 2., quòd licet Deus sciret hominem per tentationem in peccatum esse dejiciendum, permisit nihilominùs à Diabolo tentari, quia hoc requirebat conditio naturæ ipsius, ut propriæ voluntati relinqueretur secundum illud Eccles. 15. Deus reliquit hominem in manu consilii sui, cum ergo providentia creaturarum circa vitam æternam sit circa defectibilia, sive circa creaturas rationales, sive Angelos, sive homines defectibiliter ad illam tendentes, ad illam pertinet aliquos, sive de illis, sive de istis, permittere ab eadem vita deficere, licet plures ex his ob rationem adductam salventur.

Unde poterat instantia retorqueri. Nam sicut, quia in ordine essendi providentia circa Angelos, & animas nostras est circa indefectibilia, omnes hujusmodi juxta eorum, vel earum naturam respicit indefectibiliter, ita quia in ordine operandi ad vitam æternam est circa defectibilia respicit pariter juxta utriusque naturam defectibiliter. Et utriusque ratio est, quia ut dicebamus, Divina providentia in rebus sibi subjectis, utpotè suavis, & non destruens, operatur id, quod est magis consentaneum naturis rerum. Ex quibus in forma nego ant. Ad prob nego iterum ant.

ant. loquendo de eadem suavi Dei providentia, & ad prob: annexam de Angelis, & animabus patet esse retorquendam.

Sed contra hanc solutionem instas. Quia neque est universaliter verum, quòd ad providentiam versantem circa res, seu creaturas defectibiles pertineat sic permittere lapsum earum à fine, ad quem sunt ordinatæ, ergo adhuc non videtur juxta illam subsistere principium assumptum à D. Thom. Prob. antec. Ideo in ordine naturali ad providentiam circa corruptibilia pertinet hujusmodi defectus permittere, quia sunt talia, sive corruptibilia ex natura rei, & quia corruptio unius est generatio alterius, sed id non convenit creaturis rationalibus circa vitam æternam ergo. Prob. mi. Quia non sunt naturaliter defectibiles circa illam, seu merè negative se habent ad illam cum sola non repugnantia, vel elevabilitate ad eam consequendam, nec inclinentur naturaliter adhuc defectum, unde solum dicuntur defectibiles respectu illius, quia sibi ipsis relictæ ad illam, utpote finem excedentem pervenire non possunt, vel quia eis non repugnat flecti ad malum. Et denique casus unius ab eodem fine non est perductio alterius ad illum, ergo id non militat de creaturis rationalibus in hoc ordine, quòd in corruptibilibus in ordine naturali.

Sed hæc omnia præoccupata sunt superiori solutione ex doctrina D. Thom., dum ait quòd hoc requirebat conditio naturæ hominis, ut suæ voluntati relinqueretur, sive in manu consilii sui, quod plenè est fallibile, seu defectibile, ex quo manifestè infertur, quòd ad suavē Dei providentiam pertineat permittere casum aliquorum ab eodem fine. §. In forma, ergo nego ant. Ad prob. dist. mi. Id non convenit creaturis rationalibus, ut præcise ordinentur ad vitam æternam, transeat, vel conc., ut suaviter ordinantur ad illam, nego, unde licet dicamus principium illud, quod militat de providentia naturali circa res naturaliter corruptibiles, non æquè militare de providentia supernaturali, qua creaturæ rationales ordinantur ad vitam æternam, cum non sint æquè defectibiles in hoc ordine, sicut corruptibilia in ordine naturali, scil. per modum naturæ, sed cum libera tendentia ad defectum, ut in superioribus explicatū est (quod solum convincunt probationes illius;) militat tamen universale hoc principium, quòd Deus secundum suam providantiam disponit omnia suaviter, ac proindè permittit in rebus defectibilibus, ut aliquæ earum secundum modum propriæ defectibilitatis deficiant à fine, ad quem sunt ordinatæ. Unde suavis dispositio, quæ est de conceptu providentiæ ut sic, prout versatur circa res defectibiles exigit, quòd aliquæ permittantur à fine vitæ æternæ deficere, ad quem juxtà propriæ naturæ conditionem, (cui relinquuntur) defectibiliter tendunt. §. Sed adhuc instas. Nam licet ità sit, quòd suavis Dei providentiæ, vel ejus suavis dispositio circa res defectibiles sic permissivè se habeat; decretum tamen de hac permissione liberè convenit illi, & non necessariò, ergo adhuc non videtur ex eodem principio efficaciter probari existentia reprobationis, sive quòd de facto aliqui sint reprobati. Prob. cons. à simili in mysterio Incarnationis. Sicut de ratione Divinæ providentiæ circa creaturas rationales, seu defectibiles respectu vitæ æternæ, est permittere, ut aliquæ ab illa deficiant, ità est de ratione summi boni se ad extrà summo modo communicare, scil. per unionem hypostaticam, sed quia sic se communicare ad extrà non convenit illi necessariò, sed liberè, sive medio decreto libero, non licet hinc inferre actualem existentiam talis communicationis ad extrà, ergo nec licet similiter inferre actualem existentiam reprobationis.

Urg. hoc ex doctrina, quæ traditur ibidem 3. p. circa idem mysterium. Nam licet ex eodem principio ibi efficaciter probetur non repugnantia Incarnationis, sive ejusdem hypostaticæ unionis, non tamen actualis ejus existentia, sed solum ex revelatione Divina, sed non alia ratione nisi quia certitudo illius est de numero eorum, quæ liberè à Deo dependent, ac proindè cognoscibilium tantum per revelationem, ergo pariter licet ex prædicto principio in casu probetur efficaciter non repugnantia reprobationis, non tamen actualis existentia illius independenter à Divina revelatione, cui tamen non innititur ratio D. Thom.

Resp. ad instantiam, quòd sicut in præfato mysterio, ratio illa desumpta ex conceptu summi boni licet sic præcisivè, vel nudè sumpta probet tantum non repugnantiam, vel convenientiam, non existentiam illius, supposita tamen fide, & decreto Incarnationis, efficax est ad probandam eandem existentiam; ità licet præsens ratio sumpta ex conceptu suavis Dei providentiæ dicatur inferre tantum convenientiam reprobationis, non actualem ejus existentiam, supposita tamen fide, quòd in ordine ad vitā æternam detur de facto providentia, qua creaturæ rationales ordinentur ad consecutionem illius, optimè infert, sive efficaciter actualem reprobationem. Tum quia sic exigit, ut ostensum est, suavis Dei providentia. Tum quia (& ad idem redit) cum permissio defectus creaturarum defectibilium à fine proviso sit pars talis providentiæ, ut salvetur dari illam in Deo perfectè, & completè rectè ex eodem principio infert D. Thom. dari actu in illo reprobationem, quia nempè de ratione providentiæ in ordine ad vitam æternam creaturarum ex se defectibilium ab illa, est pertinere, quòd aliqui ad illam non perveniant. §. Unde poterat iterum formari ratio D. Th. sic. Datur de facto providentia circa creaturas rationales defectibiles de fine vitæ æternæ, sed ut sit perfecta circa hunc finem requiritur, ut aliquos ad illum conducat, alios verò permittat ab illo deficere, ergo sicut aliquos de facto prædestinat, aliquos de facto reprobat. Quo simili discursu probat infrà quæst. 50. existentiam Angelorum. Quia nempè supposita fide de productione universi, debet hæc poni in Deo perfectè, & completè, ac proindè terminare ad universum perfectè, & completè constitutum, sed ad hoc requiritur essentialiter constare ex creaturis completè spiritualibus, seu intellectualibus, ergo actu dantur Angeli.

In forma, ergo dist. consequens: non probetur ex eodem principio dari de facto reprobationem, præscindendo à fide de providentia vitæ æternæ respectu creaturæ rationalis defectibilis ab illa, transeat, vel conc., supposita hac fide nego. Ad prob. similiter distinguendum est, imò & retorquenda paritas, ut patet ex proximè dictis. Et per hæc etiam patet ad confir. Nam ratio D. Th. hìc non præscindit à revelatione, sed magis eam supponit, quia eadem supposita tunc efficaciter infert intentum actualis reprobationis, ut dictum est. Et patet in eodem simili de actuali existentia Angelorum supposita fide

de

de existentia universi, vel productionis ejus.

§. II.

Solvuntur alia argumenta contra existentiam reprobationis.

PRimò erg. Ex illo Sap. 11. vers. 25. *Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti*. Sed reprobatio, ut vidimus, intelligitur nomine odii, ergo non datur: Tum quia nullum reprobat Deus, quam diligit, ergo si omnia diligit, quæ sunt, nullum reprobat. §. Tum quia ut expressè habetur Osea 13. ex parte Dei solum provenit auxilium, & tota perditio est ex parte nostra. *Perditio tua Israel ex te est, tantummodo ex me auxilium tuum*, ergo nulla est reprobatio ex parte Dei.

Urg. totum hoc. Quia durum, & asperum videtur, quòd Deus homines, & Angelos creaverit ordinando eos ad vitam æternam, & quòd deindè decreverit eos excludere ab illa, cum potiùs teneamur sentire de Domino in bonitate, ut dicitur ibidem Sep. 1., secundum quam communicat nobis done, vel bonitatem, unde rectè ajebat Tertull. lib. de pœnit. cap. 8. *Tam Pater nemo, tam pius nemo*, ergo non videtur illi congruere hujusmodi decretum reprobationis.

Resp. ad priorem authoritatem Sap., quòd Deus diligit omnia, & nihil odit, juxtà tamen suavem sui providentiam, qua omnia disponit, ut dictum est, secundum quòd est magis consentaneum cujuslibet naturæ, vel conditioni, cui non obstat, imò confert, ut vidimus, quòd permittat aliquas cadere, vel deficere. §. Vel dicatur omnia diligere, & non odire quatenus unicuique rei confert aliquod bonum, non quod juxtà eandem providentiam conferat omne bonum, imò nec expedit, ut dictum est, conferre illud, sed magis juxtà illam non conferre. Tunc verò sicut in ordine ad bonum, quòd confert, verificatur, quòd non reprobet, ita ex opposito in ordine ad illud, quod aliquibus non confert, verificetur, quòd reprobet. Per quod etiam componuntur Scripturæ, quæ videntur repugnantes, dum mox affirmetur tale odium ab illis, ut patet de Esau ubi supra. Mox verò negetur, ut in præsenti, scil. in ordine ad diversum bonum, quod communicet, vel ab illo excludit, aut permittit deficere, ut frequenter sunt bone gratiæ, & præcipuè vitæ æternæ. Deus enim diligit nos, vel in ordine ad bonū naturæ, scil. creationis, conservationis &c. vel in ordine ad bonum gratiæ, in aliquibus, scil. electis, consumendæ per gloriam, in aliis verò hîc finaliter interrumpendæ ex eorum malitia per peccatum, & hos dicitur reprobare, unde de omnibus aliquomodo verificatur, quòd diligat, quamvis universaliter omnibus non conferat omne bonum, sed aliquos permittat ab illo gloriæ deficere, quod est reprobare.

Ex his etiam patet ad cœtera, quæ subduntur in argumento. Ad primum quidem ità esse, quòd non reprobet in ordine ad bonum, ad quod diligit, potest tamen reprobare in ordine ad aliud, ad quod non diligit, ut dictum est. §. Ad 2. ex Osæa dicimus ità pariter esse, quòd quantum est ex se, (ut patet ex superioribus, & ulteriùs constabit,) vult omnibus illud bonum, à quo plures deficiunt, sed quia juxtà præfatam sui providentiam illos relinquit in manu consilii sui, ex ipsis deindè est eorum perditio, & ex se ipso tantum auxilium, quo possunt acquirere, & nulli negat, sed præsto est dare, ut dicetur infrà. Undè homo est prima causa culpæ, & per consequens suæ perditionis, ut gehennæ, & propter hoc dicitur perditio tua ex te, quia licet vocet us, sed sibi relictus est prima causa culpæ, & seipsum perdit juxtà illud; *Quoties volui congregare &c. Et noluisti*.

Ad confirm. quæ (ut refert hic noster Gonet.) fuit olim inter objectiones Gallorum proposita Div. Prospero, resp. ex eodem, nullam esse culpam Creatoris, quòd aliqui creentur, qui æternæ vitæ participes non fiant, cum Deus sit Author naturæ, non vitii, quod natura contraxit, & per quod ab illa excluduntur. Adhuc tamen in ornatum, & varietatem hujus universi, nec non & utilitatem creari possunt, quia etiam studiis, & operibus quorundam impiorum tot commoda vitæ præsentis proveniunt, in intentione artium, in constructione u.bium, in institutione legum, & confederatione populorum, ut inquit idem S. Doctor.

Sed contra hæc omnia instes. Quia ut semel, & iterum dicimus in datis solutionibus, Deus non reprobet in ordine ad bonum, quod vult omnibus, sed omnibus vult veraciter vitam æternam, ut patet ex illo Pauli. *Qui vult omnes salvos fieri*, ergo neminem reprobet in ordine ad illam. §. Ad hoc patet ex eo, quod proximè insinuavimus, & latè ex superioribus; quod vult illam omnibus, quantum est ex se, sive voluntate antecedenti, & inefficaci, non consequenti, & efficaci, quia id non permittit suavis ejus providentia, ut dictum est. Unde in forma dist. maj. quod vult efficaciter, conc., inefficaciter, nego, & dist. mi. vult omnibus vitam æternam, efficaciter, sive voluntate consequenti, nego; antec., vel inefficaci conc. Et de hac intelligendus est Apost. Vel si etiam de efficaci juxtà aliam superiorem explicationem D. Aug., tunc verificatur neminem per illam ab eadem excludi adhunc sensum, ut vidimus, non quod omnes ordinet ad ejus consecutionem; sed quia nullus eam consequitur, qui per ipsum non consequatur. Ex quibus solum infertur, quòd non reprobet secundum quòd nos diligit, idest reprobationa opposita dilectioni inefficaci secundum quam diligit omnes, non tamen quòd non reprobet, reprobatione opposita dilectioni efficaci, qua solum diligit electos.

Sed instas. Quos Deus semel diligit in ordine ad bonum naturæ omnes efficaciter diligit, nemine exclusa ad consecutionem hujus boni. Et quos similiter diligit in ordine ad bonum gratiæ, omnes pariter diligit efficaciter, nullo excluso ad consecutionem hujus boni, ergo quos etiam semel diligit in ordine ad bonum gloriæ, omnes diligit efficaciter ad illius consecutionem, neminem reprobando.

Explic. hoc. Dilectio Dei in ordine ad bonum naturæ, vel in ordine ad bonum gratiæ non partitur in efficacem, & inefficacem, itaut non detur duplex voluntas, altera antecedens, qua inefficaciter velit bonum naturæ nobis, & gratiæ; & altera consequens, quæ velit utrumque efficaciter, ergo nec debet dari duplex similis voluntas, vel dilectio in ordine ad bonum gloriæ.

Resp. primò quoad 1. par. antec. de bono naturæ, quòd si teneremus oppositam sententiam, (de qua supra, quòd etiam circa possibilia dari potest simplex amor Dei, non effectivus, nec extractivus ab illo statu, sed per modum simplicis complacentiæ, patet

argumentum non habere vires imò posse retorqueri, quòd sicut circa illa in ordine ad bonum naturæ, vel existantiæ datur duplex voluntas, altera in efficax, vel non communicativa alicujus bonitatis de eodem ordine, altera verò communicativa illius, sive efficax, ità dari similiter poterit in ordine ad bonum gloriæ, cum non sit minor contingentia, aut defectibilitas in creaturis rationalibus circa istud, quàm in cæteris creaturis circa illud, cum de nullius essentia sit bonum existantiæ, præcipuè quoad ordinem, vel exercitium existendi extrà causas.

Sed prætereà in alia etiam communi sententia inter Thomistas, quòd reduplicato eodem statu non sint capacia terminandi simplicem volitionem ob defectum bonitatis per modum exercitii, ut ostensum est, facilis est disparitas; nam si ob hunc defectum nequeunt terminare simplicem amorem, non possunt aliter diligi à Deo, nisi voluntate extrahente ab illo statu, & consequenter nisi voluntate efficaci, seù præparante illis existentiam ab æterno, & communicante illam in tempore, unde in ordine ad hoc bonum naturæ distingui nequit voluntas antecedens, & consequens respectu illorum. Cæterum in ordine ad illud gloriæ supposita jam productione, & communicatione prioris boni sunt capacia non tantum consecutionis illius, sed etiam sufficientis ordinationis ad illam, & ideò terminare possunt non solum voluntatem consequentem, qua illam consequantur, sed etiam antecedentem, quoad sufficientem ordinationem ad illam, sive quoad posse eam consequi.

Ex his etiam, & superioribus aliud discrimen assignari potest, (per quod urgentiùs roboratur præcedens sententia negans simplicem illum amorem, vel inefficacem circà possibilia:) nam si semel daretur circa illa communia voluntas inefficax in ordine ad bonum naturæ, vel existantiæ, sicut datur respectu creaturarum rationaliū in ordine ad illud gloriæ; ità ut Deus vellet alia voluntate efficaci, vel consequente aliqua ex illis excludere ab eodem bono, seù quasi reprobare, deberet permittere aliquem in illis defectum, ut sic reprobaret, vel excluderet, sicut permittit in istis, ut excludat, vel reprobet à bono gloriæ, nam sic reprobare, vel excludere pertinet, ut dictum est, ad providentiam versantem circa defectibilia. Constat autem purè possibilia non esse capacia reduplicato eorum statu alicujus mali, per quod mereantur excludi à tali bono, sicut sunt capaces creaturæ rationales postquam creatæ sunt, mali exclusivi ab illo gloriæ, scil. operationis malæ, vel peccaminosæ, & ideò optimè potest in ordine ad istud distingui præfata duplex voluntas in ordine ad istud respectu hominum, vel Angelorum jam existentium, non tamen in ordine ad illud respectu possibilium. In forma, ergo concesso ant. quoad 1. p. nego cons. ob utrumque assignatum discrimen.

Quoad secundam verò par. de bono gratiæ, nego ant. nam cum etiam in ordine ad istud, (ut multiplici experimento constare potest, & sæpè etiam ut supra innuitur in Scripturis,) desectibiliter se habeat, ad eandem Dei providentiam pertinet permittere, ut plures ab illo deficiant, ac proindè non esse assignandam respectu illius solam voluntatem efficacem, vel consequentem, qua semel dilectis illud communicet, sed etiam antecedentem, vel communem, qua omnes sufficienter ordinet ad illud, & velit illud omnibus, quantum est ex se, qua ratione omnes vocat, ad bonum hortatur, & ad pœnitentiam inclinat, licet, ut dictum est, juxtà suavem sui dispositionem, ne earum naturas invertat in manu consilii sui relinquendo, plures moraliter ex propria malitia deficiant, & ab illo excludantur; Unde licet omnes diligat, non tamen omnes justificat conferendo bonum gratiæ, sed solum, quos diligit efficaciter, aliis relictis, vel reprobatis, quos scil. diligit tantum sufficienter in ordine ad illud) ex propria eorum permissa malitia.

Secundò arg., & potest esse replica. Si Deus positivè aliquos reprobaret, perditio eorum non tantum esset ex ipsis, sed etiam ex Deo, consequens est contra illud supra relatum ex Osea, ergo non datur talis reprobatio. Prob. ma. si positivè reprobaret, ità se haberet hæc ad reprobatos, sicut prædestinatio ad prædestinatos, sed prædestinatio est causa salutis prædestinatorum, ergo reprobatio esset causa perditionis reprobatorum.

Urg. hoc. Ut aliqui intelligantur reprobati satis est, quòd alii sint electi, vel prædestinati, ergo non est necessaria superaddita reprobatio ad prædestinationem. Prob. ant., quia eo ipso, quòd aliqui intelliguntur prædestinati aliis relictis, intelliguntur isti à numero eorum exclusi, nulla alia superaddita exclusione, ut per se patet, sicut sufficienter ille exclusus est à cœna, per hoc quòd non habuit vestem nuptialem, sive per solam carentiam charitatis, ergo per solam hujus carentiam contractam per propriā culpam sufficienter intelliguntur reprobi à gloria exclusi, & ejiciendi in tenebras exteriores: Ut etiam colligitur ex illo Matt. 25. *Nescio vos*. Et Luc. 13. *Nescio unde sitis. Discite à me operarii iniquitatis*, & alibi, ubi verbis negativis exprimitur hujusmodi exclusio. Per quod magis videntur rejici eorum excusationes in peccatis, si ad propria tantom demerita refundatur talis ajectio nullo superaddito decreto de illorum damnatione.

Ad hoc nego ma. Ad prob. dist. ma. Ita se haberet, quantum ad aliquid, vel cum distributiona accommoda, conc. sine ista, vel quantum ad omnia, nego. Dicimus ergo ita se habere quantum ad causandum præmium, vel pœnam in futura vita, quia nempè sicut prædestinatio est voluntas efficax dandi gloriam propter merita hujus vitæ, ita reprobatio est voluntas inferendi pœnam propter peccata hîc commissa. Cæterū est disparitas, quòd cū merita, & gratia, ex qua proveniunt omnia hujusmodi bona conducentia ad vitam æternam, sint intra ambitum causalitatis divinæ, de facto efficiuntur à prædestinatione; demerita verò, vel peccata sunt omninò extra illam, & ideò effici nequeunt ex vi reprobationis, sed tantum ex vi illius provenit derelictio, idest gratiæ, & auxiliorum efficaciam subtractio, quæ non est peccatum, sed magis pœna illius, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 79. ar. 3. ad 1., ubi ait. *Dicendum, quòd cum excæcatio, & induratio ex parte subtractionis gratiæ sint quadam pœna, ex hac parte eis homo non fit deterior, sed deterior factus per culpam, hac incurrit, sicut & cæteras pœnas.* Unde homo, ut supra etiā dictum est, cū sit prima causa culpæ, est per consequens prima suæ perditionis, & gehennæ, ac proindè rectè dicitur non ex Deo esse, sed ex se ipso propriam perditionem.

Sed instas. Quamvis reprobatio non sit causa demeriti, sicut prædestinatio est causa meriti, est tamen causa conjunctionis mortis temporalis cum illo, sive cum peccato, sicut prædestinatio est causa ejusdem conjunctionis in electo cum gratia, sed hac ratione præ-

prædestinatio est causa salutis æternæ: in isto ergo reprobatio ob eandem rationem erit causa perditionis æternæ in reprobo.

Resp. nego ma., quia ut dictum est, totum quod est de linea prædestinationis, est de linea boni, & ideò potest esse, vel effici à prædestinatione, sed totum, quod cadit sub reprobatione, non est de linea effectibilis à Deo, & ideò non potest hæc esse causa, ut cuncunque, conjunctionis mortis temporalis cum peccato, sicut prædestinatio est causa illius cum gratia, sed tantum physica, sive quoad id, quod physicè ingreditur intra hanc lineam, non moralis, sive quoad id, quod pertinet ad lineam moris, vel defectibilem, sive est causa physica, vel effectiva ejusdem conjunctionis cum peccato, non ut commisso ex vi alicujus influxus divini, sed in pœnam illius, ut commissi ex malitia reprobi: unde sicut ait D. Thom., quòd Deus à peccatore subtrahit vitam gratiæ in pœnam culpæ commissæ, ita subtrahit vitam temporalem conjunctivè cum punitione æterna in pœnam finalis perseverantiæ illius ex malitia reprobi: si enim non præcessissent peccata in illo, nec finaliter idem persisteret in propria malitia, vel peccato, Deus non conjungeret mortem cum isto, & ideò justissimè dicitur perditio tua ex te Israel.

Sed adhuc instas. Nam perseverantia finalis in gratia respectu electi, sive conjunctio mortis cum illa, non refunditur in meritum illius, aliàs eadem perseverantia caderet sub merito ejus, quod tamen negat D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 9., ergo nec finalis perseverantia in peccato respectu reprobi, sive conjunctio mortis cum illo refundenda est in ejus demeritum. Conseq. videtur tenere à paritate rationis; quia homo naturaliter habet liberum arbitrium utroque flexibile, scil. ad bonum, & ad malum, qua ratione negat ibi prædictam perseverantiam in gratia cadere sub merito.

Respond. nego conseq., & disparitas est, quia cum homo in ordine ad peccatum sit primum deficiens, se ipso potest se conservare in illo, & finaliter tandem cadere, sive conjunctivè cum termino, sed in ordine ad gratiam solus Deus est primum efficiens, unde sicut illam primò ei confert sine illius merito, ita pariter eam conservat sine eodem usque ad finem vitæ: & ideò ibi rectè dicit D. Thom., quòd cum homo naturaliter habeat liberum arbitrium flexibile ad bonum, & malum, à solo Deo stabiliri potest in gratia usque ad finalem perseverantiam; hæc enim ut ibidem prosequitur, non se tenet ex parte termini, sicut gloria, sed ex parte principii moventis, & stabilientis in bono, unde sicut hac ratione gratia primò collata non cadit sub merito, sed unicè magis prout sic se tenet ex parte principii influentis, sive infundentis illam, ita nec perseverantia finalis in illa cadere potest sub eodem, sed tantum habetur ex motione Spiritus Sancti conservantis eam usque ad conjunctionem cum termino: Ex quo fit, quòd licet hæc non sit in præmium alicujus meriti respectu prædestinati, potest tamen in reprobo conjunctio mortis cum peccato esse in pœnam demeriti illius.

Ad confirmat. principalis argumenti dist. ma. claritatis gratia; satis est, quòd alii sint electi, salvo conceptu perfecto præsentis providentiæ, nego, secundum conceptum imperfectum, conc., quia, ut supra diceban us, supposito quòd Deus secundum præsentem providentiam ordinaverit creaturam rationalem ad finem vitæ æternæ, cum ad illam pertineat creaturam defectibilem, (qualis est creatura rationalis;) dirigere eam defectibiliter ex parte illius, scil. permittendo, ut aliquæ cadant à tali fine; ut perfectè, & completè habeatur hæc providentia in Deo, est necessaria reprobatio consistens in eadem permissione plurium deficientium ab illo fine, & consequenter decretum reprobativum istorum.

Unde quamvis in Scriptura sæpè exprimatur vocibus negativis, non per id tollitur, quòd in positivo non consistat; eò vel maximè, quòd negativis interdum ibidem præponantur positiva: ut dum dicitur Ezech. 20. *Dedi eis præcepta non bona.* Scil. Ceremonialia, *quæ dicuntur non bona, quatenus gratiam non conferebant*, ut explicat D. Thom. 1. 2. q. 98. ar. 1. ad 1. Et levit. 20. *Offerentes ceram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat*, idest, quod eis erat prohibitum: Et psal. 42. *De gente non sancta*, idest peccatrice: unde iterum D. Thom. hic art. 3. ad 1. ait. *Quòd Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, in quantum vult omnibus aliquod bonum, non tamen quodcunque bonum vult omnibus.* (Et deinde ad rem concludit.) *In quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita æterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare, ubi licet reprobationem exprimat per negationem, scil. per ly non vult: non tamen in ea consistere intendit, cum expressi in fine corp. illam in positivo constituat dicens. Sicut prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* §. Ex his etiam fit satis ad id, quod subditur de exclamationibus, vel querelis reproborum, nam dum sic providentur, vel reprobantur, ut tamen eos relinquat in manu consilii sui, non nisi ex propria malitia cadunt, quibus etiam dat posse, ut dicetur infra ad consecutionem finis, & præsto est dare efficaciam, si impedimentum non poneret, ut dictum est.

Tertiò arg., & potest esse replica. Posita reprobatione, scil. positiva, licet reprobus ex propria malitia cadat in culpam, fit tamen ei impossibile, quòd non pereat, cum decretum reprobativum frustrari non possit, sicut nec prædestinativum, ergo non ex se tantum erit perditio, sed etiam ex Deo, ergo cum hoc posterius juxta superius illud Oseæ dici non possit, nec dici poterit esse admittendam talem reprobationem. §. Urg. hoc. Quia nemini est imputandum, quod vitare non potest, aliàs obligari possemus ad impossibilia, sed posita eadem reprobatione, non potest reprobus vitare sui interitum, nisi velimus posse frustrare illam, quod est impossibile, ut dictum est; Et patet ex illo, Ecclesiast. 7. num. 14. *Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem Deus despexerit*, ergo non datur.

Ad hoc patet ex superioribus, quòd hujusmodi decreta non inferunt necessitatem, vel impossibilitatem absolutam, sed solam infallibilitatem, vel necessitatem conditionatam, quæ est necessitas illationis, vel consequentiæ, quæ explicatur per hos terminos, si Judas reprobus est, damnabitur: In forma ergo dist. ma., fit ei impossibile, quòd non pereat; impossibilitate absoluta, nego, conditionata solam inferente necessitatem consequentiæ, vel solius illationis, conc. Ad prob. verò annexam, nego suppositum, quòd ut dicatur interitum non esse sibi impossibilem absolutè, necessè sit posse ab illo frustrari decretum

cretum reprobativum, sed satis est, quòd retineat potentiam ad oppositum, ita ut salus sit illi possibilis absolutè, vel ex terminis, licet non compossibilis cum illo, ut latè ostensum est; unde sicut in superioribus dicebamus, hæc propositio. Impossibile est prædestinatum mori in peccato, aut damnari, vera est, si consideretur secundum ordinem, quem dicit ad prædestinantem, secus verò, si consideretur potentia ipsius prædestinati, quia nempè talis ordo non compatitur secum hunc eventum, benè verò hanc potentiam; ita similiter hæc, impossibile est præscitum salvari, aut decedere in gratia finali; verificatur in priori sensu, non tamen in posteriori, quia decreta Dei non tollunt potentiam utriusque ad oppositum, licet non compatiantur secum eventum illius: de quo D. Thom. ubi supra q. 6. de veritate ar. 3. ad 7., & ar. 4 ad 4., & 1. Cont. Gent. cap. 67. in fine, & infra 2.2. q. 24. ar. 11., & hic ar. 3. ad 6.. Ubi expressè docet, posse ex his tantum inferri necessitatem ex suppositione propter immutabilitatem Divinæ voluntatis, non tamen absolutè, quia absolutè considerando potest prædestinare, & non prædestinare, vel reprobare; & dum prædestinat, vel reprobat, non excludit à prædestinato, vel præscito potentiam ad oppositum, sed tantum eventum illius; unde ut ibidem ait Cont. Gent. In omnibus, quæ argumentatur impugnantes Dei scientiam circa contingentia: (& idem est de decreto;) secundum compositionem, & divisionem falluntur: quia scil. à sensu composito arguunt ad divisum, idest ab impossibilitate in priori sensu importante incompossibilitatem eventus, arguunt ad impossibilitatem in posteriori appellante supra potentiam ad oppositum.

Ex his ad confirm. dist. ma. Quod vitare non potest absolutè, vel impotentia absoluta, conc., tantum conditionata, vel ex suppositione, nego, nam aliàs non imputaretur ad culpam omissio surgendi ad matutinum, obligato ad illud, si diù indebitè vigilans fiat impotens ad surgendum. Reprobus ergo ex suppositione reprobationis non fit absolutè, sive absoluta impotentia ad vitandum interitum mortis æternæ, sed tantum conditionata, & illationis, idest nequit facere, quòd ex reprobatione non inferatur damnatio, scil. propter immutabilitatem Divinæ voluntatis. Quia tamen hæc, ut vidimus, adhuc relinquit eum in manu consilii sui, sive propriæ voluntatis, secundum quam fit voluntariè rebellis lumini, sive voluntariè recedit à Deo, culpabiliter, sive imputabiliter eam incurrit: unde utrumque sine ulla ex parte sui legitima excusatione, & sine injuria ex parte Dei non conferentis donum indebitum, verificatur, nempè quòd infallibiliter, & imputabiliter damnatur; licet id non intelligant, vel potius intelligere nolint, qui excusant excusationes suas in peccatis. §. Sed instas. Præscitos posita sui reprobatione nequit destruere præfatam consequentiam, sive impedire illam, ut dicit solutio, scil. Judas est reprobus, vel præscitus, ergo damnabitur, ergo eadem posita salvari non potest, ergo non imputabitur illi damnatio. Hæc posterior conseq. tenet. Prima verò prob., quia si illa posita salvari posset, existente antecedente reprobationis vero, posset dari consequens damnationis falsum, ergo posset destruere bonitatem prædictæ conseq., scil. Judas est reprobus, ergo damnabitur, ergo si reprobatione posita nequit hanc bonitatem destruere, eadem posita non poterit salvari.

Resp. eodem modo, vel nego absolutè loquendo primam conseq., vel dist., eadem posita non potest salvari, absolutè, vel ex terminis, sive in sensu diviso, nego, facta suppositione, vel in sensu composito, conc. Ut verò possit absolutè salvari, vel in priori sensu, non est necessarium, quòd destruere possit, vel falsificare prædictam consequentiam, aut bonitatem illius, sicut nec necessarium est, quòd possit frustrare decretum reprobativum, sed satis est, quòd salus sit ei possibilis ex terminis, vel ex vi auxiliorum sufficientium, vi quorum, ut explicatum est, salvatur sincera voluntas salvandi omnes, licet plures sibi ipsis relicti juxtà suavem Dei providentiam, ut dictum est, voluntariè deficiant ab illo fine, & ideò illis meritò imputatur damnatio etiam posita reprobatione. Hac igitur posita adhuc optimè salvatur possibilitas salutis ejus, & utrumque sine ullo inconveniente sequitur, scil. infallibilis, & inexcusabilis damnatio; hoc quidem posterius, quia sua culpa, & sine ejus injuria, imò juxtà exigentiam suæ naturæ relicti: primum verò, quia sola possibilitas salutis non tollit infallibilem connexionem damnationis cum reprobatione. Nam actualis damnatio impediri nequit per salutem tantum possibilem, (sicut nec actualis assecutio gloriæ per solam possibilem damnationem, cum nulla sit inter illas prout sic oppositio;) sed tantum per salutem, ut conjungendam cum reprobatione; sicut consecutio gloriæ per damnationem tantum ut conjungendam cum prædestinatione, quæ tamen conjunctio utrobique est de subjecto non supponente, ut dictum est; cum non possit præscitus supposita sui reprobatione conjungere salutem cum illa, sicut nec electus supposita sui prædestinatione, conjungere cum illa damnationem, & ideò neuter potest falsificare, aut destruere bonitatem utriusque conseq. scil. Judas est reprobus, ergo damnabitur: vel Petrus est prædestinatus ergo salvabitur; juxtà illud Christi: Jo. 10. v. 28. *Ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisque de manu mea.* Unde ut ait ubi supra D. Tho., omnes hujusmodi instantiæ falluntur secundum compositionem, & divisionem.

Sed adhuc instas; nam ex his saltem sequitur, quòd possit uterque absolutè destruere illationem utriusque, ergo. Prob. ant. Quamvis posita reprobatione, vel prædestinatione non possint extremum oppositum conjungere cum illis, sicut nec destructionem illarum cum eisdem, possunt tamen alter absolutè salvari, & alter damnari, ergo saltem possunt absolutè destruere earum illationem. Prob. cons. Qui potest absolutè ponere oppositum consequentis, alicujus consequentiæ, potest absolutè destruere bonitatem istius; ergo si alter posita reprobatione potest absolutè salvari, & alter potest absolutè damnari posita prædestinatione, cum per hoc habeant posse absolutè ponere oppositum consequentis, poterunt absolutè destruere illationem, vel bonitatem utriusque præfatæ consequentiæ quod tamen, ut insinuavimus, admitti nequit, aliàs frustrare possent Divinum Decretum, quod est alienum.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. conseq. ad illius prob. dist. ant.; potest destruere, si possit oppositum consequentis ponere, ut subest antecedenti ejusdem consequentiæ, conc., si solum posse ponere illud ex vi præcisè terminorum, sive absolutè sumpti, nego; nam solum potest ponere eo modo, quo est possibile, constat autem, ut vidimus, solum esse possibile ex terminis, vel absolutè, non compossibile cum

antecedente reprobationis, unde ex eo, quòd possit ponere illud priori modo; sive ut possibile ex terminis, non infertur quòd possit ponere ut compossibile, quod erat necessarium, ut patet, ad destruendam illationem, vel bonitatem prædictæ consequentiæ: optimè ergo componuntur hæc duo, quòd nempè præscitus potest absolutè salvari; & quòd non potest ponere carentiam damnationis utcunque; quia ad primum sufficit, quòd possit eam ponere ut possibilem ex terminis, quod non tollitur, ut dictum est, per reprobationem; ad secundum verò erat necessarium, quòd posset illam ponere, ut compossibilem cum reprobatione, vel decreto antecedente, illius, quodtamen est ei impossibile, nisi velimus posse frustrare decretum, ut innuit instantia. Et quod dicimus de præscito in ordine ad salutem, proportionabiliter discurrimus, ut supra, de electo in ordine ad damnationem.

§. III.

Expeditur difficultas de quiditate reprobationis statuendo secundam Conclusionem.

Circa quiditatem reprobationis suppono ex D.Th. ubi supra, q.6. de Veritate ar.1. ad ult., quòd si attendamus ad vim nominis, magis videtur importare actum voluntatis, (quo aliquis rejicitur, vel excluditur à Regno Cœlorum) quam intellectus, quo Deus ordinet, vel providet de his, qui sunt ab eodem exclusi: unde ait ibi D.Tho., quod reprobatio directè non opponitur prædestinationi, sed electioni; quia qui eligit, alterum accipit, & alterum relinquit, vel rejicit, quod dicitur reprobare: cæterum attendendo ad eius conceptum quiditativum secundum usum Scholasticorum, nomine reprobationis intelligitur id, quod directè opponitur prędestinationi, unda sicut hęc ut vidimus, essancialiter consistit in actu intellectus connotante, vel supponente actum voluntatis, ut axplicatom est, ita pariter reprobatio, scil. in dispositiene, sau ordinatione, vel providentia Divina circa æternaliter exclusos à gloria. Sicut ergo prædestinatio consistit in actu imperii præsupponans voluntatem electivam aliquorum ad gloriam, ità in eodem consistit reprobatio præsupponens voluntatem rejectivam, val reprobativam ab illa.

Hoc supposito dicimus secundò reprobationem rectè definiri, quòd sit præscientia, sau providentia de his, qui à vita ęterna excluduntur cum volontate permittendi culpam, & inferendi damnationis pœnam. Ita Cajet. hic art.3. Et sumitur ex D. Tho. ibidem in corp. ubi ait. *Sic igitur, sicut prædestinatio est pars providentiæ respectu eorum, qui divinitùs ordinantur in æternam salutem, ita reprobatio est pars providentiæ respectu illorum, qui ab hac fine decidunt, unde reprobatio non nominat præscientiam tantum, sed aliquid addit secundum rationem sicut & providentia: sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.*

Hoc ipsum insinuat ad Rom.9. lect.2. in fine ubi id ulteriùs explicat, & simul assignat discrimen inter media conducentia ad gloriam, scil. merita, & media conducentia ad damnationis pœnam, scil. demerita: quòd licet tam ad prædestinationem, quàm ad reprobationem concurrat uterque actus, nempè intellectus veloti in recto, & voluntatis velut in obliquo, out præsuppositivè, aliter tamen concurrunt merita, & damerita ad finem otriusque comparativè ad Deum, quòd illa non se habent ut motivum, ut latè ostensum est, benè verò ista, ut explicabitur infra, undè utramque ait partim convenire, partim differre; nam de reprobatione expressa ab Apost. nomine odii Inquit. *Quæ quidem quantum ad aliquid convenit cum dilectione, vel prædestinatione, quantum ad aliquid differt: convenit quidem, quantum ad hoc, quòd sicut prædestinatio est præparatio gloriæ, ita reprobatio est præparatio pœnæ. Differt autem quantum ad hoc, quod prædestinatio importat præparationem meritorum, quibus perveniunt ad gloriam, sed reprobatio importat præparationem peccatorum, quibus pervenitur ad pœnam: & ideo præscientia meritorum* (quod etiam confert ad superiores, & sequentes resolutiones) *non potest esse aliqua ratio prædestinationis, sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis: inquantum scil. Deus proponit se puniturum malos propter peccata, quæ à se ipsis habent, non à Deo: Justos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ à se ipsis non habent. Osea 13. Perditio tua ex te Israel., tantum in me auxilium tuum.* Ita D.Th. Quibus non solum confirmat superiora de liberali electione prædestinatorum, & prævenit etiam postariores difficultates de objecto, & motivo reprobationis, sed fusiùs quoquè exponit precedentem illius definitionem, quam hic breviùs tradit juxta expositionem Cajet.

Eidem consonat, quam priùs tradiderat sub aliis verbis Mag. in 1. dist. 40. dicens; *Quod reprobatio est præscientia malitiæ in quibusdam non finiendæ, & præparatio pœnæ non terminandæ.* Non immoror in ulteriori explicatione, aut confirmationa illius, nam ex his, quæ dicta sunt de quiditate prædestinationis, facilè percipi potest, & defendi, unde transeo ad graviores difficoltates de objecto, vel motivo.

QUÆSTIO SECUNDA.

De objecto, vel motivo reprobationis secundum se.

INqoirimus primò de objecto, vel motivo illius veluti in generali, aut secundum se, dicturi q.seq. in particulari de peccato originali. Difficultas ergo est in assignando objectum, vel motivum prædicti actus volontatis, an sit exclusio à gloria, & quomodo, cum possit eadem considerari, vel per modum beneficii indebiti, vel per modum pœnę peccatorum, ut proximè innuit D.Tho., unde oritur difficultas, an scil. prima voluntas sit tantum permissiva culpæ in aliquibus, qua prævisa Deus propter illam velit aliquos damnare.



§. PRI.

§. PRIMUS.

Quibuſdam præmiſſis referuntur ſententiæ.

SEd ad pleniorem hujus intelligentiam adverto ex D.Tho.in 1.ad Hannibal.diſt.41.quæſt.unica art.3. duas includi voluntates in reprobatione, ut reprobatio eſt. Una eſt voluntas denegandi gloriam, ut rem indebitam, & ad quam nullum dicuntur homines habere jus etiam ad illam ordinati per voluntatem antecedentem,& per providentiam generalem ordinis ſupernaturalis,utpotè ab eiſdem emiſſum per peccatum primi parentis: altera eſt voluntas puniendi, & infligendi pœnam damnationis æternæ propter peccata commiſſa. Priorem appellat de contradictorio ſecundum quòd vult non ſalvare: poſteriorem verò de contrario ſecundum quòd vult punire, vel damnare: illam Recentiores vocant reprobationem negativam, non quia in pura negatione prædeſtinationis conſiſtat,ſed quia terminatur ad carentiam gloriæ, ut eſt negatio beneficii indebiti: alteram verò poſitivam, quia poſitivè reſpicit pœnam damni, & ſenſus à reprobo promeritam.

Dixi ut reprobatio eſt, quia hæc ut talis importat aliquod poſitivum, & ſiſtere nequit in aliquo purè negativo, ſive in pura non electione, nam hæc purè negativè accepta,nec poteſt obtinere rationem reprobationis, prout opponitur prædeſtinationi, cum reprobatio ut ſic, ut dictum eſt, ſit pars providentiæ, qua Deus vult permittere, quòd aliqui deficiant à conſecutione gloriæ, & pura omiſſio electionis merè negativè ſe habeat ad illam, nihil ordinando, vel diſponendo de non electis, ut per ſe patet, aliàs pura omiſſio non eſſet. Neque etiam prout opponitur electioni ad illam, (quidquid ſit ad ſonum literæ, vel grammaticaliter,prout non eligere ſecundum vocem opponitur ipſi eligere, non tamen theologicè, ſeu ſecundum theologicam conſiderationem.) Nam reprobatio ſub munere reprobationis apud Theologos, (ſi propriè, vel ſtrictè de illa loqui velimus,) importat quandam contrarietatem per modum rejectionis, unde eſt veluti quædam improbatio oppoſita approbationi, conſtat verò ex terminis, quòd mera ſuſpenſio voluntatis circa non electos, non ſe habet ut rejectio,vel improbatio,ſed magis indifferenter prout ſic reſpicit illos.Unde rectè D. Th. loquens ibidem de his, quæ opponuntur prædeſtinationi, duo tantum aſſignat, ſive duas voluntates, aliam de contrario, & aliam de contradictorio.

Sic enim ait. *Dicendum, quòd voluntati Divinæ de ſalute hominum duplex voluntas opponi videtur, ſcilic. voluntas de contradictorio, ſecundùm quòd vult aliquem non ſalvare, & voluntas de contrario. Prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti, cum ſalus gloria non ſit debita humanæ naturæ, ſed voluntas damnationis reſpicit rationem voliti in damnato, cum damnatio ex debito inferatur, quia finis damnationis eſt Dei juſtitia. Detrimentum autem damnationis non ſolum ſunt opera mala hujus, vel illius, ſed etiam natura infectio. Reprobatio ergo, quæ utramque voluntatem includit habet cauſam quaſi finem, Divinam juſtitiam. Habet verò quaſi rationem voliti, non de neceſſitate, præſcientiam operationum, ſed ad hoc ſufficit præſcientia infectionis naturæ.* Hæc Div. Tho. in quibus non tantum limitat hujuſmodi oppoſitionem ad aliquod poſitivum,ſcil. ad duas prædictas voluntates, ſed iterum aſſignat ſuperius illud diſcrimen inter prædeſtinationem, & reprobationem ex parte motivi, nempè liberalitatis ex parte illius, & juſtitiæ ex parte iſtius, de quo infra.

Quòd ſi dicas prædictam omiſſionem, vel ſuſpenſionem eligendi, comprehendi ſub altero membro diſtinctionis, ſcil. voluntatis de contradictorio, cum ſe habeat tanquam virtualis voluntas non ſalvandi, eò vel maximè, quòd cum Deus ad extra, vel in ordine ad creaturas, non ſe habeat, ut vidimus, purè ſuſpenſivè,neque etiam incipiat velle aliquid in tempore, quod ab æterno non voluit, & ideò hoc ipſum quod eſt non eligere, eſt virtualiter rejicere.

Contra hoc eſt. Tum quia ſuſpenſio non eligendi purè negativè ſumpta, (niſi velimus abuti terminis,) diſtinguitur à toto genere volitionis, ergo nequit tanquam virtualis voluntas comprehendi ſub prædicto membro, conſeq. tenet, quia voluntas de contradictorio importat poſitivam volitionem, qua Deus vult non ſalvare. §. Tum quia ſola eadem ſuſpenſione intellecta, ſive præciſè intellecto, quòd Deus merè ſe habuit non eligendo, adhuc poteſt ſalvare ſic purè negativè relictos, non enim amiſit libertatem ſalvandi eos ex eo præciſé, quòd nondum elegerit, aut purè negativè ſe habuit ad illos, ſed poſita voluntate virtuali, aut æquivalente non ſalvandi aliquos, non ſtat voluntas oppoſita ſalvandi eos, niſi velimus Deum eſſe virtualiter mutabilem, ergo. §. Nec obſtat, quod ſubditur, non poſſe ampliùs Deum velle in tempore, quod ab æterno non voluit. Nam etiamſi id eſt, quòd non poſſit incipere velle in tempore, quod ab æterno non voluit,ſive quòd ſemel vult, ſolum incipiat velle in tempore,ac proindè quòd non poſſit ſalvare, ſeu decernere ſolum in tempore ſalutem aliquorum,quem ab æterno non decrevit, aliud verò, quòd poſt puram ſuſpenſionem negativam à nobis confictam in ſigno veluti à priori à *quo* non eligendi aliquos, non poſſit in poſteriori ab æterno intelligi ut volens eligere illos. Primum eſt verum, ut ſupra explicatum eſt, ſed poſterius, falſum, ut patet ex ſuperioribus,cum optimè poſſimus, ut dictum eſt, diſtinguere in Deo hujuſmodi ſigna, & prioritates in illis ſine imperfectione, ergo poſt eandem puram ſuſpenſionem non eligendi, adhuc poteſt ſalvare ſic relictos, vel non electos.

Explic., & urg. hoc. Nam ſignum, quod imaginamur antevertere omnem liberam determinationem Dei de eligendo, vel non eligendo, aut etiam de producendo, vel non producendo de creaturis poſſibilibus, nullam dicit repugnantiam, ut deindè eligat, aut determinet producere de illis, quas ſibi placuerit, nam ſi ſemel non eligens, aut non determinans illas producere, non poſſet ampliùs eligere, aut determinare eaſdem producere,teneretur omninò,aut neceſſitaretur ad illas eliciendū,aut decernendum de productione earum,quod eſt alienum, utpotè derogans libertati Divinæ reſpectu creaturarum ad extra. Tum quia pura ſuſpenſio, ſive in ordine producendi, ſive in ordine prædeſtinandi relinquit eas eo modo, quo erant antea, ergo ſicut in priori ſigno poterat de illis pro ſui beneplacito diſponere eligendo, & determinando de productione earum poterit pro eadem ſui libertate, & beneplacito diſponere, & decernere in poſteriori.

Sed objicies ulteriùs contra hoc ſuppoſitum, vel

haoc doctrioam, nam expresè D. Thom. hic, ut vidimus) ar. 3. ad 1. docet, quòd Deum non velle præcisè aliquibus bonum est reprobatio. Ait oamque. *Quòd Deus omnes diligit, in quantum omnibus vult aliquod bonum, non tamen quodcunque bonum vult omnibus. In quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita aterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare.* Ergo manifestè sentit, quòd purum ooo velle, (quòd idem est, ac porum oon eligere) est reprobatio.

Explic. hoc, & simul affertur ratio veluti à priori, nam sicut electio ad gloriam, quæcunque sit in aliquo sensu est prædestinatio, ita non electio ad illam quæcunque sit, erit io aliquo sensu reprobatio, cum oppooator illi immeditè, otpotè respiciens idem objectum secundum affirmationem, & negationem.

Explic. ulteriùs totum hoc. Nam ideò electio ad gloriam, quæcunque sit, in aliquo sensu est prædestinatio, quia potest ex illa Deus immediatè inferre voluntatem dandi gratiam, & merita, ob quæ velit io exercitio dare gloriam, sed ex pura etiam non electiooe negativa potest Deus permittere peccatum, ob quod velit damnare, ergo pura hæc oon electio erit reprobatio.

Resp. ut supra, ex his tantũ convinci de noo electione per modũ rejectiouis, vel improbationis positivæ, qua nempè vult non eligere, vel positivè rejicit aliquos à gloria, seu non de pura negativa, vel indifferenter se habente ad illos, quia ut dictum est, prior tantum, & noo hæc spectat ad Divinam providentiam, ad quam solum pertinet prædestinatio, vel reprobatio propriè sumpta, cum purè negativa nullam adhuc importet dispositionem Divinam, aliàs purè negativa, vel indiffereos noo esset.

Ad D. Thom. ergo dicimus intelligendum esse de priori noo electione, non de posteriori, ut patet ex posterioribus verbis relatis in fioe corp., nam sic concludit. *Sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* Quibus manifestè indicat, quòd priora illa verba. *In quantum non vult quibusdam dare hoc bonum dicitur reprobare*, non sunt intelligenda de non velle dare purè negativè, sed positivè. Quod iterum apertè constat, dum post eadem verba, *non vult dare hoc bonum, quod est vita aterna*, non præcisè subdit. *Quod dicitur reprobare.* Sed præmittit illa alia verba, *scil. eos odio habere, quibus disjunctivè addit illud postremum, vel reprobare.* Ergo non loquitor de reprobatione, ut dicit puram suspensionem eligendi, sed sumpta pro odio, quod planè non se habet merè oegativè, vel indifferenter, aut purè suspeosivè ad oon electos, ut per se patet, vel ex terminis.

Ad 1. expl., vel confirm. nego ant. à toto genere non electionis, ideò eoim electio in aliquo sensu est prædestinatio, io quantum importat voluntatem efficacem dandi infallibiliter gloriam aliquibus, & est dispositio, quantum attinet ad voluntatem, ut isti illam io tempore consequantur; pura autem non electio oullam determinationẽ dicit, sive ex parte Dei ad oon dandum, vel dandum, sive ex parte non electi ad non recipieodom., vel recipiendum, ut dictum est., (aliàs pura suspensio oon esset respectu illorum,) sed relinquit utrobique omnimodam indifferentiam, unde nequit in illa constitui aliqua oppositio respectu prædestinationis, sed tantum indifferentia ad illam, & ad reprobationem. Unde ad prob. aonexam oego suppositum, quòd respiciat idem objectum, sive gloriam secundum affirmationem, vel negationem per modum exclusionis, sed solum per modum indifferentiæ. Per quod etiam patet ad secundam, ad quam oego. mi., sed magis indifferenter se habet ad utramque voluntatem, unde sicut ex illa nequit immediatè inferri voluntas dandi gratiam, & merita, nec potest immediatè inferri voluntas permittendi peccata.

Ex his infertur haoc oon electionem in hoc differre ab utraque reprobatione, scil. negativa, seu de contradictorio, & positiva, seu de contrario, quòd utraque in primis respicit positivè exclusivè gloriam ut explicatum est, cum prior etiam positivè excludet ab illa tanquam à beneficio iodebito.) Et ulteriùs posterior non solum habeat terminum à quo, scil gloriam positivè exclusam, sed etiam terminum ad quem, nempè pœoam, sive damni, sive sensus, ad quam prior negativè se habet, & solum habet terminum à quo, scil. carentiam gloriæ, seu exclusionem ab illa, ut beneficio indebito. At verò pura non electio, neutrum determinatè respicit.

Supponimus deindè specialiter hic sermonem esse de motivo, seu objecto reprobationis in ordine ad motivum demeritorum personalium, seu peccatorum actualium, quæ à reprobis committuntur, nam de origioali dicemus qu. sequenti. Et iterum prætterimus errorem Calvini, aliorumque Recentiorum Hæreticorum, (de quo supra,) asserentium Deum ante omnem prævisionem bonorum operum decrevisse aliquos non solum excludere à gloria, sed etiam æterna pœna punire, ac in eum finem illos impellere ad peccandum, & ad omnia flagitiorum genere perpetraoda, quod damnatur in Trid. sess. 6. can. 6. ubi dicitur. *Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, itaut bona Deum operari non permissivè solum, sed etiam propriè, & per se, adeò ut sit proprium eius opus non minùs proditio Juda, quàm vocatio Pauli: anathema sit.*

His suppositis. Prima sententia extrema inter Catholicos asserit utramque reprobationem tam positivam, quàm negativam præsuppouere præscientiam peccatorum, & ab ea tanquam à causa motiva dependere. Ita plures extra Scholam D. Thom. Scotus in 1. dist. 41. q. 1., Gabriel, Henricus, Valentia, & aliis existimantes exclusionem à gloria, ita esse de secundaria intentiooe Dei, ut solum detur in pœnam, & ita quæcunque sit, sive per modum punitionis, & damnationis, sive per modum simplicis denegationis beneficii indebiti, supponit io Deo prævisa demerita, si semel est reprobatio, & oon pura non electio, vel pura suspensio, ut dictum est. Unde omnis reprobatio in hac sententia habet punitionem, vel illationem pœnę propter culpam prævisam. Referuntur etiam pro illa uterque Soto, Dominicus super Epistol. ad Rom. cap. 9., & Petrus Soto major, quem dicunt eam docuisse Salmanticæ, ubi erat primarius professor, & alibi, existimans probare illam ex D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 159. ex eo, quòd asserat non immeritò imputari ad culpam ei, qui impedimentum præstat Divinæ gratiæ receptioni, ex quo inferebat, quòd homioes reprobaotur propter hoc impedimentum, quia paratus est Deus omnibus subvenire. Deindè ex August., quia nempè asserit peccatum originale fuisse causam reprobationis, ex quo inferebat, quod à fortiori id affirmaodum erat de actuali.

Sed de hac utraque consequentia coostabit inferius

Iulum

solum posse convincere de positive, seu de contrario, non de negativa, vel de contradictorio, sicut & de mente utriusque SS. Doctoris, & præcipuè D.Aug., qui expressè negat actuale peccatum fuisse causam, vel motivum reprobationis Esau. Unde præcedens Soto in fine lib.4. sent. loquens de opposita sententia inquit. *Nescio si calamum iterum quæstioni ad moverem, an mentem mutarem, ut in hanc sententiam irem.*

Secunda distinguit inter utramque reprobationem, & de positiva affirmat habere pro objecto punitionem, sive supponere præscientiam demeritorum, negat verò de negativa, & asserit hanc oriri ex puro Divinę voluntatis beneplacito, ita jam communiter Thomistæ. Salmantic. tract.6. disp.8. dub.1. A S.Th. disp.10. art.1. Gonet. hic disp.5. art.2. Mag. Ferre tract:2. q.9. concl.1., & 3., & favet etiam Illustriss. Godoy hic disput.69. concl.1., & 2. quoad 1. illius partem, in qua asserit voluntatem efficacem exclusionis à gloria antevertere demerita personalia respectu illius, ut beneficii indebiti.

Tertia extrema extendit hanc prioritatem voluntatis ad eadem demerita respectu exclusionis etiā ut est pęna, unde de utraque reprobatione asserit antecedere præscientiam illorum. Pro hac referuntur plures antiquiores Thomistæ Ferrara 3.cont. Gent.cap. 161. Capreol., Zumel, Bannez hic ar.5. dub. principali circa 2., & 3. concl. D.Tho. in solut. ad 3., & adhæret idem Illustriss. in 2. p. ejusdem concl.2. loquendo de exclusione ut est pœna non reduplicativè, sed specificativè. Unde hæc sententia similiter discurrit de reprobatione, sicut de prædestinatione, nam sicut hæc non tantum respicit gloriam, sed omnia etiam conducentia tanquam effectum, ita reprobatio non solum exclusionem ab illa, sed etiam permissionem culpę, (quę est primus effectus illius,) & quidquid in reprobo potest ad illam conducere in toto vitæ decursu, ac proindè sicut illa incipit à bono misericordię manifestando in electo, ita ista à bono iustitiæ manifestando in reprobo, itaut sicut finis prædestinationis est ostensio Divinæ misericordiæ, ita finis reprobationis est ostensio Divinæ justitiæ vindicativæ.

§. II.

Statuitur prima Conclusio.

ANte prævisionem omnis demeriti voluit Deus aliquibus denegare gloriam, vel excludere ab illa tanquam à beneficio indebito, itaut in Deo detur actus positivus Divinæ voluntatis, quo in ordine intentivo independenter ab omni motivo demeriti voluit aliquos ab eadem excludere per modum beneficii indebiti, motus ex eo, quòd non tenetur dare gloriam. Sumitur conclusio tum ex celebri illo Apost. ad ad Rom.9. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni, vel mali egissent non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Quod esse intelligendum in ordine ad hæreditatem æternam, sive gloriam, supra ostensum est, ne eadem repetamus.

Secundò ex D. Tho. locis relatis. Nam ad Annibal. præmissa duplici illa voluntate in reprobatione, scil. de contradictorio, qua vult aliquem non salvare, & de contrario, quo vult aliquem damnare subdit. *Prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti, cum salus hominis non sit debita natura humana, non enim requiritur ratio, cur non dem alicui, cui dare non debeo. Sed voluntas damnationis respicit rationem voliti ex parte damnati, cum damnatio ex debito inferatur.* Quibus expressè priorem voluntatem reducit ad rationem indebiti. Et hæc est voluntas intentiva, qua Deus intendit reprobare aliquos non respiciendo ad eorum demerita, ut motivum reprobandi, sed ad sui plenissimum sui dominium, & independentiam, que non tenetur dare. Id confirmat, vel repetit hic ar.5. ad 3. dicens, *In his, quæ ex gratia dantur potest aliquis pro libito suo dare cui vult, vel minus, (dummodo nulli subtrahat debitum) absque præjudicio iustitiæ, & hoc est, quod dicit Pater familias Matth.20. cap. Tolle quod tuum est, & vade, an non licet mihi, quod volo facere.*

Deindè hic etiam ar.3. ad 2. inquit. *Reprobatio non est causa ejus, quod est in præsenti scil. culpa, sed est causa derelictionis à Deo;* hoc est permissionis peccati, ubi videtur manifestè sentire, quòd si semel reprobatio est causa derelictionis, vel permissionis peccati debet, ante istam supponi voluntas reprobandi, cum autem hæc nequeat esse voluntas reprobandi per modum punitionis, cum hæc sit propter culpam, (ut asserit in priori authoritate, & poterit constare infra,) erit per modum simplicis exclusionis ex carentia debiti, sive quia non tenetur dare. Quod etiam præmittit in fine corp. dum ait. *Reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam.* Hæc autem voluntas permittendi culpam non oritur ex voluntate damnandi, sed prævenit, vel est ab illa independens, ut patet ex eodem ibidem ad Annibal., ergo oritur ex voluntate, qua non debet dare, vel non tenetur ex supremo sui dominio, sicut ex eodem oritur voluntas, que non vult aliquibus dare primam gratiam, vel gratiam congruam, ut tenentur fateri contrarii, ut statim ulteriùs constabit.

Dices nihilominùs his authoritatibus, in eo præcipuè, quòd fundantur in eodem supremo dominio. Quòd licet ex vi istius potuisset absolutè excludere ab illa, non tamen facta suppositione elevationis naturæ humanæ in finem supernaturalem, & voluntatis antecedentis, qua vult omnes homines salvos fieri. Tum quia ex vi ejusdem ordinationis manent homines ordinati ad gloriam, unde fit illis aliquomodo debita; velle autem denegare alicui, quod est illi debitum absque illius culpa, videtur injuriosum. Tum denique, quia istæ duæ voluntates. Velle omnibus gloriam, & ante prævisam culpam velle illam aliquibus negare, videntur inter se repugnantes, & unam alteram excludere.

Dices deindè, ad hanc ultimam ex ar.3. quòd cum D. Thom. dum diffinit reprobationem quoad omnem voluntatem, quam includit, solum exprimet voluntatem permittendi culpam in præsenti, & inferendi damnationis pœnam, non videtur ullo modo agnoscere voluntatem exclusivam à gloria, quia non debet dare illam ante prævisionem omnis demeriti, nam valdè distincta est hujusmodi voluntas ab utraque priori, cum precisè sistat in motivo indebiti fundato in prædicto sui supremo dominio, & præscindat ab habitudine ad culpam inferentem damnationis pœnam. Quod videtur etiā innuere in corp. ar. in prioribus illis verbis. *Unde cum per Divinam providentiam in vitam æternam ordinentur, pertinet etiam ad Divinam providentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere, & hoc dicitur reprobare.*

Qui-

Quibus iterum non leviter insinuat ad Divinam providentiam pertinere reprobationem prout importat voluntatem permissivam defectus ab ultimo fine, quæ longè distat à purè exclusiva ut beneficio in debito, in qua nos ordine intentivo statuimus reprobationem ut spectat ad voluntatem.

Sed contra utramque solutionem, & primo contra primam, cui videntur satis confidere contrarii, multipliciter instari potest. Nam in primis. Si ex vi ejusdem elevationis, vel eadem supposita, esset debita gloria, essent etiam debita media, scil. auxilia efficacia conducentia ad illam, cui enim est debitus finis, sunt etiam debita media conducentia ad illum, aliàs asset debitum veluti idæale, aut platonicum, unde sicut dari nequit assecutio finis sine executione mediorum, ità nec debitum illius sine debito istorum, sed prædicta auxilia non sunt debita, sicut nec prima gratia congrua, ut suppono etiam ex contrariis, aliàs supposita eadem voluntate absque injuria, vel culpa negari non possent, ergo ex vi illius non est debita.

Tum quia si esset debita ex vi illius, prædestinatio non esset intra ordinem gratiæ, specialis providentia, nec donum perseverantiæ esset speciale donum, quod non solum est contra D. Thom. infrà 1. 2. quæst. 114. ar. 9. sed etiam damnatum in Trid. sess. 6. cap. 13. ergo. §. Tum quia admissa etiam hac ratione debiti non tamen eam teneremur extendere ad singulos in particulari, quidquid sit de aliquibus vagè, & in communi, ergo saltem aliquos potuit sic excludere intentivè à gloria, ut à beneficio indebito.

Secundò impug. Quia, ut jam insinuavimus, non obstante eadem elevatione, juxtà adversarios potest illis esse indebita, gratia congrua, ergo poterit etiam esse indebita gloria, vel assecutio ejus, ergo sicut nullis prævisis demeritis, potest gratiã illam negare, nullis pariter prævisis poterit negare gloriam, vel ab illa excludere. Utraq; cons. tenet. Tũ quia non minùs est supremus Dominus gloriæ, quàm gratiæ. Tum quia, ut dictum est, non stat esse debitum finem sine debito mediorum, sive eorum, quæ conducunt ad illũ, ergo si gratia non est debita prædicta, ità ut possit eam negare non prævisis demeritis, nec erit debita gloria, vel ejus assecutio, sed poterit ab eodem excludere independenter ab eorum prævisione.

Quod verò subditur de incompossibilitate utriusque voluntatis, laté in superioribus solutum est: quamvis enim dicantur versari circa idem objectum, non tamen secundum eamdem rationem, vel motivum, ut explicatum est. Tum quia iterum ad hominem, & in omnium sententia instatur in eadem gratia efficaci, vel congrua, nam etiam Deus voluntate antecedente in eadem sibi complacet omnibus danda, & tamen ante omne prævisum demeritum vult eam aliquibus, ergo sine ulla pariter repugnantia poterit similiter Deus habere utramque voluntatem circa gloriam. Unde sicut ipsi tenentur utramque componere secundum diversitatem rationis, vel motivi circa eandem gratiam, ita nos componimus circa gloriam.

Contra verò solutionem ad posteriorem autoritatem instatur sic. Nam eo ipso quòd mentionem facit de voluntate permittendi peccatum, tenemur asserere, quòd etiam agnoscat alteram exclusivam à gloria, ergo, prob. ant. quia ab ista oritur prior permissive culpæ, cum permissio peccati, ut expressè dicit ad 3. sit effectus ejusdem voluntatis exclusivæ, ut patet illis verbis relatis. *Reprobatio verò non est causa ejus, quod est in præsenti, scil. culpæ, sed derelictionis à Deo*, ergo licet in corp. tantum mentionem faciat de voluntate permittendi peccatum, semper tamen supponit aliam priorem reprobandi, ex qua oritur ipsum velle permittere illud.

Ex his prob. 1. ratione concl. Deus non minùs est supremus Dominus gloriæ, quam sit supremus gratiæ efficacis, vel congruæ, etiam facta suppositione elevationis hominum in finem supernaturalem, nec minùs ast indebita gloria, quàm gratia, ergo sicut absque omni injuria, vel nota crudelitatis potest efficaciter decernere quibusdam gratiam efficacem, & præcipuè finalem conferre, & quibusdam negare, etiam facta eadem suppositione, poterit similiter ità decernere in ordine ad gloriam. Ant. constat ex superioribus replicis: conseq. etiam tenet, quia in hoc consistit ratio supremi dominii, posse scil. facere de re sua, quidquid voluerit absque alterius injuria, quia in dando, & negando de re non debita nulli injuria derogatur; ut insinuatur superiori illo Matth. *An non mihi licet, quod volo facere*.

Secundò. Prob. etiam principaliter. Omne agens intellectuale ordinatè procedens incipit à fine, ità ut ex intentione illius moveatur ad electionem mediorum, (ex quo supra ostendimus, Deum priùs eligere prædestinatos ad gloriam, quàm prædestinet media efficacia ad illam,) sed ut etiam patet, finis à Deo intentus in reprobatione est excludere reprobos à gloria ad ostensionem suæ justitiæ in illis, & suæ misericordiæ in electis, ergo sicut in prædestinando incipit à liberali voluntate gloriæ independenter à motivo meritorum, pariter in reprobando incipit à simplici voluntate excludendi ab illa independenter à motivo demeritorum, ac proindè sicut electio meritorum, seu mediorum efficaciter conducentium ad gloriam est veluti effectus prioris voluntatis intentivæ finis, ità voluntas permissiva demeritorum sit veluti effectus prioris voluntatis exclusivæ ab illa. §. Explic. hoc. Nam hic est ordo, vel modus connaturalis cujuslibet agentis intellectualis ordinatè procedentis, ut in superioribus explicatum est, quòd sicut priùs intendit finem, & deinde procedit ad electionem mediorum, ità in præparando media excludentia à fine, priùs incipiat à voluntate defectus à fine, & deindè procedat ad volitionem, vel permissionem mediorum excludentium ab illo, ergo sicut hac ratione Deus, ut probavimus, præparans gratiam electis cum effectu conducentem ad gloriam, debet priùs efficaciter istam intendere, ità præparens reprobis permissionem peccati, & gratiæ efficacis denegationem conjungendam cum ultimo effectu reprobationis, scil. cum exclusione à gloria, debet hanc prius intendere, quàm prædictam permissionem, & denegationem, & consequenter permissio peccati efficaciter excludentis, vel aliquando permittendi supponit voluntatem efficacem excludendi ab illo.

Tertiò Prob. prosequendo sub aliis terminis precedentem rationem, vel eam magis urgendo. Nam permissio peccati efficaciter conducentis ad interitum, vel damnationem æternam est effectus reprobationis, at non reprobationis ut punitivæ, ergo ut exclusivæ à gloria tanquam beneficio in debito: mi. constat ex superiori replica, & statim ulteriùs declarabitur, ma. etiam patet ex dictis, & præcipuè ex D. Tho. solutione illa proximè relata ad 3. Tum quia

quie licet eedem permissio non dicatur per se connecti cum reprobatione ut punitive, per se tamen connectitur, vel infallibiliter infertur ex voluntate exclusive illius à regno, cui peccatum permittitur. Tum quia, ut dictum est, præparans, seu volens media ad finem infallibiliter connexe cum illo, præsupponitur velle efficaciter finem, sed permissio peccati est veluti medium infallibiliter connexum cum exclusione gloriæ, ergo præsupponit voluntatem exclusivem eb illo.

Dices permissionem pecceti esse quidem effectum Divinæ voluntatis, sed non simplicis, que Deus vult præcisé excludere à regno, (hæc enim magis est ostensiva supremi ejus dominii, nec spectat ad reprobacionem, cum posset homo ut vidimus, excludi ab illo, & non esse reprobus,) sed elterius voluntatis, qua vult ostendere justitiam, & potentiam suam in eliquibus; ex hoc enim habet permittere peccatum.

Sed contre hoc est, & in primis ut vidimus ex D. Thom., electioni ad selutem non sola opponitur voluntas de contrario, sed etiem voluntes de contradictorio, ergo non sola voluntes punitive, sed etiam exclusiva est reprobativa saltem inadæquete, ut explicatum est: Queinvis ita sit, quòd præscindendo à stetu elevationis, vel sumpta puré negativè, nolitio eligendi per exclusionem elterius voluntetis punitivæ non dicetur ut vidimus, pertinere ad reprobationem. Pro statu temen elevetionis, & ut illativa punitivæ, & permissiva pecceti ed illam pertinet. Quia cum pro hoc statu salus hominum proponatur ut finis essequibilis, & præcipuum objectum Divinæ prædestinetionis, voluntes quomodolibet adverse huic fini, eut voluntati, debet necessariò pertinere ad providentiem oppositem, sive reprobativem. In elio verò stetu, qui puré negativè se haberet ed gloriam, non pertineret ed illam, cum nec esset capax status ille prout sic, vel reduplicativè sumptus ejusdem providentiæ.

Deindè Impug. sic. Voluntas ostendendi ettributum justitiæ non infert immedietè voluntatem permittendi peccatum, propter quod quis damnatur, sed potiùs voluntetem excludendi à regno, ergo nequit eadem permissio esse immediatè effectus voluntetis punitivæ, sed tentum exclusivæ. Prob. ent. superiori paritate voluntetie prædestinetivæ. Nam voluntas ostendendi Divinam bonitatem, & libetalitatem in prædestinendo non infert immedietè voluntatem dandi merita, vel medie ad salutem, sed tantum dandi gloriam his, vel aliis, ut sic servetur, ut dictum est, debitus ordo ab agante intellectueli in procedendo, & præcipuè à supremo ordinetissimè procedente, ergo pariter voluntas ostendendi ettributum justitiæ non infert immedietè voluntetem permittendi demeritum, vel peccatum, sed tentum voluntetem excludendi à regno, ut sic servetur idem ordo proportionabiliter in reprobando. Et ratio etiem utriusque est. Quia volens finem salvo eodem debito ordinetè procedendi, tenetur priùs velle id, quod immedietiùs connectitur cum illo, quàm quòd mediatè tantum, vel remotè, ergo sicut hac retione Deus in prædestinando volens ostensionem suæ bonitatis, & liberalitetis, tenetur priùs velle gloriem, quàm merita, quia iste tantum medietè, illa immedietè connectitur cum tali fine, præcipuè in ordine intentivo, quidquid sit in executivo, ita pariter in reprobendo volens ostensionem suæ justitiæ, priùs debet velle exclusionem à gloria, utpotè immediatiùs connexam cum hoc fine, quàm permissionem peccati mediatè tantum connexam cum illo in eodem ordine.

Dices esse discrimen, quòd cum merita conducant ad gloriam, ut coronam, voluntas dandi illa tenetur omninò supponere voluntatem dandi gloriam ut talem, & cum voluntes ostendendi suam bonitatem, & liberelitetem in prædestinando sit ed ostendendem illam non utcunque, sed respectivè ad gloriam dandam per modum coronæ, ideò debet priùs velle eandem gloriam, quàm merita. Cæterum voluntas permittendi peccatum non est voluntas permittendi eliquid, ad cujus positionẽ sequetur exclusio à regno per modum beneficii indebiti, sed magis per modum pœnæ, & non quia præcisè non debetur illud, & sic non est necessarium, quòd hæc voluntes oriatur ex voluntate intentiva excludendi eb illo ut beneficio indebito, sicut voluntas dandi merita oriri debet è voluntate intentiva gloriæ.

Quod etiam potest urgeri ex dictis, quia permissio peccati, propter quod quis damnatur, non conducit se ipse ad eandem exclusionem, sed mediante peccato permisso, constet eutem non conducere præcisè ad illam sub retione, vel intra lineam indebiti, sed magis intre illam pœnæ, vel punitivem, ergo hæc permissio nequit essignari ut effectus voluntatis permissivæ, sed megis punitivæ.

Sed contra hoc est. Quie Deus non permittit peccatum, ut illo præcisè in re posito sequetur exclusio à regno per modum damnetionis, ut patet in tot electis semel, atque iterum peccantibus, sed permittit finale peccatum, ut posita permissione quis sine finali gretia discedat, cum non teneatur dare illi gloriam, cum que hæc gratie infallibiliter connectitur, nem cui non tenetur dare gloriem, nec tenetur dare eandem gretiam, ergo ex fine reprobandi, sive excludendi aliquem à glorie ob retionem, vel motivum indebiti potest permittere peccatum. Quod autem polita permissione illius ponatur idem ex melitia voluntetis, id non cedit sub intentione reprobantis, ut patet ex dictis, nem juxta suevem Dei providentiam relinquitur homo in menu consilii sui, secundum quòd voluntariè cadit, Deo non volente, vel non intendente peccatum, sed permittente illud: unde voluntas punitiva non est intentive reprobetionis ente prævisionem peccati à Deo habita, sed magis occesionate ex eodem prævisio, ut supra explicatum est: & ita sicut ex voluntate intentiva gloriæ per modum coronæ oritur voluntas dandi merita ad essecutionem illius, ita ex voluntate intentiva excludendi à regno ob rationem indebiti, sive ex eo, quòd Deus nulli debet illud, potest oriri tanquam medium voluntas permissiva peccati, idest volitio non dandi gratiem finelem, que concessa non damneretur, sed salvus fieret. Sed quia ut dictum est, non tenetur dare gloriam, nec tenetur dare talem gratiam.

Ex his etiam manet impugneta confirmatio. Nam licet permissio peccati non conjungatur immediatè ratione sui cum exclusione à glorie, sed mediante culpa, hoc temen non est per se, quasi non sufficiat ad hanc exclusionem secum conjungendem, sed contingit per accidens, ut subtiliter explicat M. Ferre, quia nempè permissione posite, voluntas epponit peccatum, ex quo fit, quòd sequetur ex parte Dei volanteeexcludendi à regno per modum damnationis; unde nunquã cõcluditur, quòd voluntes permittendi peccatum oriri non possit, aut non orietur à voluntate excludendi à gloria sub retione indebiti, sive ex

eo,

eo, quod est beneficium indebitum, vel quia Deus non tenetur dare illam.

Vel poterit etiam cum eodem dici, quòd dum Deus vult peccatorem excludere à regno per modum pœnæ prævisso peccato, duo ibi inveniuntur, nempè substantia exclusionis ab illo, & formalitas pœnæ, sive ratio exclusivi, & ratio punitivi. Ad primum tantum concurrit permissio peccati; ad secundum verò culpa ex malitia creaturæ commissa. Cum ergo Deus voluntate intentiva tantum intendat excludere aliquem à regno, & ad hoc ut ostensum est, verè concurrat ut medium permissio peccati ratione sui verè poterit hæc præparari ex eadem voluntate exclusiva ab illo.

Ultimò tandem. Quia quòd prima illa voluntas sit exclusiva à gloria ut beneficio indebito, ob manifestandum supremum sui dominium, & non ex motivo demeritorum magis favet veritati Evangelicæ, qua Jo. 9. ad interrogationem de cæco nato, & postea illuminato, quis scil. peccasset, ut cæcus nasceretur: responsum est. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo*. Ergo ita tenemur asserere. Conseq. tenet, quia ad id tenemur, quod magis favet eidem veritati: antec. autem prob. Quia juxta illam etiam in adversis non semper procedit Deus ex motivo demeriti, sed magis liberalitatis, & clementiæ ad manifestandam gloriam, & bonitatem suam, ergo magis illi favet, si dicamus Deum habuisse primam illam voluntatem ex motivo alicujus boni Divini, sive supremi dominii, quàm demeriti creaturæ.

Expl., & urg. hoc. Nam fuit opinio, sive error Judæorum adversa omnia peccatis tribuentium. In quo errore cum amici quoque Job versarentur longissima contra Virum sanctum instituta disputatione, gravissimis eum calumniis, & contumeliis lacerarunt: cum idem igitur error tunc discipulos teneret, & cæcum nec suo scelere priusquam nasceretur hanc pœnam promeruisse, nec par esse, ut ie parentũ lueret pęnam, persuasom haberent, ideò quærebant, cujus peccati merito factum esset, ut is cæcus fuisset natus. Hujus itaque rei gratia respondit Salvator. *Neque hic peccavit &c. Sed ut manifestentur opera Dei in illo.*

Ex quibus sic arg. Absque omni injuria potuit Deus nullo prævisso peccato sive parentum, sive cæci nati permittere, aut disponere ejus cæcitatem à nativitate, quia Dominus supremus est, (& non tenebatur ei dare visum), ad manifestandam gloriã suam, vel operum suorum, ergo pariter in casu, quia Dominus supremus est, & non teneatur dare gloriam, potuit aliquos excludere ab illa, non prævisis eorum demeritis absque omni injuria ex eodem motivo indebiti ad manifestandum idem supremum sui dominium.

Urg. ulteriùs. Si dicamus eos sic voluisse excludere, magis elongamus à prædicto errore Judæorum, & magis accedimus ad veritatem responsi Christi, quòd non omnia adversa sint ex motivo peccati, sed magis gloriæ, vel Divini attributi manifestandi, & jure præferendi cuicunque bono creaturæ, ac proindè absque omni injuria illius, & absque nota crudelitatis, ut per se patet, ergo iterum tenemur asserere, quòd sic primò decreverit in reprobando aliquos, scil. per exclusionem à regno, quia non debet dare, ad manifestandum præfatum sui dominium.

§. III.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem ex authoritate Sacrarum Scripturarum, & Patrum.

PRimò arg. ex Scripturis. Nam sæpè dicitur in illis, nolle Deum animarum interitum, nec mortem hominum, sed ut vivant. 2. Reg: 14 *Non vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitùs pereat, qui abjectus est*. Sap. 1: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*. Et infra. *Impii manibus, & verbis accersierunt illam*. Scil. mortem, & perditionem æternam, de qua præcipuè est sermo, utpotè majoris, vel maximi ponderis, & non præcisè temporalem. Et demum superius illud Oseæ 13. *Perditio tua ex te Israel, tantummodò in me auxilium tuum*. Sed non videtur ex his salvari posse voluntatem efficacem excludendi à vita æterna antecedenter ad omne demeritum prævisum ergo.

Resp. primò solum ex his probari posse de voluntate punitiva, aut de contrario; non de priori exclusiva, aut de contradictorio, ut patet ex dictis. Secundò ad singula resp. Ad primum quidem quoad priora verba intelligendum esse vel de morte peccati, quam Deus non vult, sed tantum permittit; vel si de morte æterna per carentiam visionis, vel inflictionem pœnæ damni, quoad illam non vult voluntate illa generali, vel omninò antecedenti, qua nempè vult juxta Apost. omnes salvos fieri: vult tamen intentivè exclusionem ab illa, & potest jure hanc sic velle ante demeritum prævisum, quia supremus Dominus est, & sine omni injuria, & crudelitate, ut ostensum est, & sine ulla contradictione ad omnem aliam sui voluntatem, ut etiam patet ex dictis, & ulteriùs etiam constabit infra, licet non velit executivè, aut voluntate consequente, non solum defectibilitatem naturæ; (quam etiam supponit prior voluntas exclusiva, & propterea ad suavem sui providentiam spectat permittere, ut ab illa deficiant, ut dictum est:) sed etiam actualem defectum, nam cum sit punitiva supponit culpam. §. Quoad posteriora verò verba; *Sed retractat cogitans &c.* dicimus significari per illa, quòd Deus expectare vult peccatores, ut pœnitentiã agant non quidem voluntate efficaci pœnitentiæ eorum in omnibus, aliàs omnes agerent illam, cum voluntas ejus efficax semper impleatur, sed inefficaci, vel omninò antecedente, qua vult omnes, ut supra, salvos fieri, quam vidimus optimè componi, & cum exclusiva à Regno supponente solam defectibilitatem naturæ, & cum punitiva supponente etiam culpam; quod tenentur perpatuò ipsi etiam fateri respectu gratiæ efficacis, vel congruæ, quam simplici complacentia vult omnibus, & tamen efficaci voluntate pluribus negat. De quo adhuc infra. §. Præterquam quòd, ut rectè opponit Illustriss. Godoy; si quid probatur ex eodem testimonio, probatur etiam, quòd non solum non detur efficax voluntas excludendi à Regno ante prævisam culpam, sed nec etiam post illius prævisionem, quia cum ibi sermo sit de homine jam peccatore, & illius prævisis peccatis, semper verum est, quod asserit idem, sive ante, sive post illa prævisa, Deum non velle animam perire.

Ad

Ad 2. dicimus, vel esse intelligendum de morte corporali, quam dicitur Deus non fecisse, tum quia creavit illum conferendo donum justitiæ originalis, per quod poterat non mori. Tum quia si in eadem perseveraffet fine morte media translatus fuisset ad vitam spiritualem, five ad gloriam Animæ, & corporis, ut innuit D.Tho. infra qu.97. ar.4.: sed eadem per peccatum de perdita, mortem in illius pœnam subjit. Et ideo dicitur, quod impii manibus, & verbis accerfierunt illam. §. Quòd si intelligatur de morte per carentiam visionis beatæ tunc dicitur eam non velle; vel quia non vult illam voluntate executiva, vel punitiva ante culpæ prævisionem: vel quia ut dictum est, non vult illam voluntate adhuc exclusiva ante defectibilitatem naturæ, quæ quia à Deo non est, sed ex ipsa creatura, quatenus ex nihilo est, potest ad hunc seosum dici non voluisse, aut non fecisse illam, quatenus non voluit sine attento aliquo ex parte nostri, quod ab ipso non est, sed à nobis ut ex nihilo conditis, sive quia eam voluit occasione alicujus à se non facti, scil. potestiæ peccandi, & defectibilitatis naturæ. De quo 12. infra.

Ad 3. patet ex dictis, & ex D.Tho. hic ar.3. ad 2., quòd cum sermo sit ibi de perditione per culpam, quæ à Deo non est, sed magis à libero arbitrio ut primo deficiente per recessum ab illo parato auxiliari, ideò jure dicitur perditio tua Israel ex te, in me tantum modo auxilium tuum. §. Quòd si intelligere velint de perditione per damnationem æternam, explicandum est ut supra, nempè non esse ex Deo ex se, nec executivè, quia prout sic supponit culpam, quæ à Deo non est, sed à nobis; nec iterum intentivè præscindendo ab omni defectu ex parte sui, sive ab eadem defectibilitate naturæ nobis prout ex nihilo competente.

Secundò arg. ex PP. Et primò ex illo Aug. Ep.105. *Cujus vult miseretur, non justitia, sed misericordia gratia: & quem vult obdurat non iniquitate, sed veritate vindictæ*: nomine autem obdurationis, reprobationem intelligit, ergo si afferit esse ex vindicta, quæ omninò supponit culpam, reprobatio erit juxta Aug. ex prævisione istius, ac proinde ante hanc non dabitur voluntas efficax excludendi homines à gloria. §. Paulò etiam infra subdit. *Quærimus namque meritum obdurationis, & invenimus: merito namque peccati universa massa damnata est, nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam: quærimus autem meritum misericordiæ, nec invenimus*. In quibus assignat discrimen inter reprobationem, & prædestinationem, quòd ad hanc non supponuntur merita ex parte nostri, bene verò demerita ad illam, & consequenter non est admittenda voluntas semel reprobativa, vel exclusiva spectans ad reprobationem sine istis prævisis. §. Idem docet Prosper ad Capita Gallorum c.3. ubi de reprobis ait. *Non ex eo necessitatem pereundi habuerunt, quia prædestinati non sunt, sed ideò prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione sunt præsciti*. §. Hoc ipsum tradit D. Fulgent. lib.10. ad Monimum c.23. dicens. *Quos præscivit Deus in peccato terminatos, prædestinavit supplicio interminabili puniendos*.

Denique D.Th. ubi supra ad Rom.9. lect.2. assignet, ut vidimus, præcedens discrimen inter prædestinationem, & reprobationem, quòd hæc habet motivum sui, scil. demeritum, non verò illa, scil. meritum: nec videtur posse glossari de voluntate executiva, dum ait. *Sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis*. Quasi velit esse solum præparationem secundum hanc voluntatem, non secundum purè intentivam, vel exclusivam. Quia aliàs non salvatur discrimen intentum inter utramque prædestinationem ad gloriam, & ad pœnam, sive prædestinationem, & reprobationem, nam etiam gloriæ ut exequendæ, & voluntatis executivæ illius datur ratio ex parte nostra, scil. meritum, ut dictum est. §. Idem discrimen tradit q.6. de Veritate ar.2. ad 9., ubi ait. *Dicendum, quòd electio Dei, qua unum eligit, & alium reprobat, rationabilis est, nec tamen oportet, quòd ratio electionis sit meritum; sed in ipsa electione ratio est Divina bonitas*: ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale, ut dicit Aug. Et 22.q.2. ar.5. ad 1. de auxilii negatione ad credendum, quæ est primus effectus reprobationis, dicit dari causam in nobis, scil. idem originale: *Quod quidem auxilium* inquit *quibuscunque divinitùs datur misericorditer datur; quibus autem non datur ex justitia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis peccati, ut Aug. dicit in lib. de Corrept., & Gratia*, scil. c.5., & 6. tom.7. antiquæ impressionis. Et qu.10. art.1. de infidelitate purè negativa, sicut in illis, qui nihil audierunt de fide, inquit; *Non habet rationem peccati, sed magis pœnæ*, quia tali ignorantia divinorum ex peccato primi parentis consecuta est: ergo sentit primos effectus reprobationis habere in nobis causam; quod est idem, ac dicere, quòd illam habeat reprobatio.

In 1. tandem dist.40. q.4. ar.2. postquã in princ. corp. distinxit de obduratione, & sumitur pro actu voluntatis obstinatæ in malum, cui adhæret pertinaciter, cujus pro formali malitiæ Deus causa non est, sed homo; & de eadem accepta pro ipsa privatione gratiæ, quæ etiam excæcatio dicitur, quia nempè gratia est quoddam lumen Animæ, & perfectio quædam habilitans ipsam ad bonum. Sic prosequitur. *Istum autem carere gratia ex duobus contingit Tum quia ipse non vult recipere. Tum quia Deus non sibi infundit, vel non vult sibi infundere. Horum autem duorum talis est ordo, ut secundum non fit nisi ex suppositione primi, Cum enim Deus non velit nisi bonum, non vult ipsum carere gratia, nisi secundum quod bonum est: sed quod iste careat gratia non est bonum simpliciter: unde hoc absolutè consideratum non est volitum à Deo. Est tamen bonum ut careat gratia, si eam habere non vult, vel si ad eam habendam negligenter se præparat; quia justum est. Et hoc modo est volitum à Deo: patet ergo, quod hujus defectus absolutè causa prima est ex parte hominis, qui gratia caret: sed ex parte Dei non est causa hujus defectus, nisi ex suppositione illius, quòd est causa ex parte hominis*. Quibus videtur apertè docere, quòd Deus nunquam velit, aut velle non possit carentiam gratiæ in homine, nisi præsupposita culpa, quia prout sic solum bona est, utpotè justa. Et hinc etiam videtur idem manifestè dicendum de carentia gloriæ, quæ nec etiam bona est absolutè, sed supposita tantum culpa ob identitatem rationis.

Ad hoc dico in primis non probari his authoritatibus contra voluntatem exclusivam à Regno ut à beneficio indebito ante omnem prævisam culpam personalem, sed solum de punitiva, vel saltem non prævifo originali, de quo infrà, & conceditur ab Authoribus nostræ sententiæ. §. Sed deinde ad Augost.

gust., & D.Prosp. patet loqui ibi de eodem originali, quod etiam in illis, in quibus remissum est, fuisse causam reprobationis in illius sententia, poterit constare infra: non autem de personalibus comparativè ad eandem voluntatem præcisè exclusivam, de qua modo est quæstio: unde si loquamur de hac præcisè dicimus causam reprobationis, vel derelictionis in culpa ex parte nostri, vocare carentiam debiti, quasi dicere velit, hoc esse discrimen inter prædestinationem, & reprobationem, quòd illa ex parte nostri solum supponit capacitatem, vel non repugnantiam, ut eligamur: hæc verè ut dicit voluntatem derelictionis in culpa supponit carentiam debiti illius gratiæ, qua liberemur à culpa finali, pro qua damnamur, ut dictum est. §. Cæterum conformiùs ad literam intelligendi sunt vel de eadem punitiva, vel damnificativa relativè ad originale; vel si etiam ad personalia, quòd loquuntur de executiva, cum nullus de facto damnetur nisi propter peccata sua, & nullus salvetur nisi per gratiam Dei; & ideò verissimè dicit Prosper. *Quòd multi pereunt, pereuntis est demeritum; quod multi salvantur salvantis est donum.* Nam quamvis salus in executione non detur nisi habenti merita, sicut nec datur exclusio nisi cadenti finaliter, tamen quòd ista finaliter cadet à se ipso est, ut à primo deficiente; quod verò ille stet, donum Dei est: & per hæc etiam fit satis ad D. Fulg. Nam similiter intelligendus est de voluntate punitiva, cum exprefsè loquatur de reprobatione per modum supplicii.

Quòd si contra priorem solutionem de peccato originali instes dari etiam juxta August. Epist. 106, tom.2. antiq. edit. causam reprobationis, in quibus tamen non est tale peccatum, ac proindè juxta illum recurrandum erit ad eorum personalia prævisa, & consequenter idem affirmari debeat de hominibus. §. Resp. primò quòd est similiter respectu eorum explicandus de voluntate punitiva; vel quòd dum dicit ibidem; *Si hac massa generis humani ita esset media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam.* Intelligendus pariter est ad hunc sensum, quòd si taliter natura humana esset media, ut esset immunis ab omni demerito actuali, vel possibili, sive nec mali aliquid mereretur, nec posset mereri, videretur injustum illam damnare, quia licet adhuc Deus tunc, ut dicebamus, posset excludere à gloria ob rationem indebiti, quia supremus Dominus est; hæc tamen exclusiva voluntas non haberet prout sic rationem punitivi, nec talis exclusio rationem pœnæ: unde talis damnatio tunc non videretur volibilis absque apparentia, vel specie injustitiæ.

Quòd verò sic intelligendus sit Aug. constet manifestè ex his, quæ tradit lib.2. de Prædestinat., & Gratia c.16. (sive Author illius tom.7. in appendice antiq. iterum edit. ubi loquens de reprobatione non prout de facto contingit in hominibus, sed ut possibili in alia rerum serie, sive rebus taliter dispositis, quòd peccatum originale non contraxissent sic ait versus medium, *Si humanum genus; quod creatum primitus constat ex nihilo, non cum debito mortis, & peccati origine nasceretur, & tamen ex eis Creator Omnipotens in æternum non nullos damnare vellet interitum: quis Omnipotenti Creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim cum non essent, esse donaverat, quo fine essent, habuit potestatem: nec dicerent cæteri, cur paribus omnium meritis Divinum discreparet arbitrium? Quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam: nunc autem cum damnatis pœna justa reddatur, salvatis autem gratia donetur indebita, quis adeò humanæ conditionis oblitus Divini sensus Arcana discutiat, ut cum ipse pœnam meritò fuerit consecutus, queratur cur alius gratiam, quæ non debebatur, acceperit?* Ex quibus satis colligitur, quòd licet juxta D.Aug. peccatum originale dicatur causa reprobationis, ut de facto contingit, potuit tamen Deus adhuc illo non supposito, nec ullo alio prævisio demerito damnare, sumpta pro voluntate de contradictorio, non prout de contrario, cum nulla supposita culpa, vel demerito supponi possit contrarium, sed tantum contradictorium pro non salvare, seu pro voluntate exclusiva à Regno sub ratione indebiti, quia supremus Dominus est, ut satis exprimitur in litera, quæ ad hoc videtur potissimùm tendere scil. ad manifestandum supremum ejus Dominium, quòd sicut ex eodem potuit homines creare, seu ex nihilo producere, ita potuisset ad nihilum gloriæ redigere, sive ab illa excludere, nullo ad hoc urgente motivo demeriti, sed ob hoc solum, quia illius supremus Dominus est, sine ulla rationabili querela, vel injuriæ ex parte nostri; unde dum superiùs ait, quòd si nihil boni; vel mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas velle eam damnare, intelligendus est de voluntate damnandi, ut est pœna, & consequenter de demerito non prævisio ut antecedente ad illam, sed viso ut dictum est, ut possibili, & ut futuro cum prioritate ad executivam, & posterioritate ad intentivam exclusivam, seu spectantem ad ordinem intentionis, & terminantem ad gloriam, ut præcisè bonum indebitum.

Ad priores authoritates D. Thom. primò similiter dicimus loqui de voluntate punitiva, vel damnandi, seu de contrario, de qua semper fatetur esse ex præscientia demeritorum. Et quidem ad 2., & 3. ex disp.& 22. patet etiam exprefsè loqui de peccato originali, de quo jam dictum est, & ex profesò dicetur infra. §. Deindè specialiter ad hanc 3. dicimus denegationem auxilii ad credendum non esse primum reprobationis effectum in his, qui damnantur propter originale, cum jam supponant permissionem istius propter quod damnantur. Hæc autem permissio, ut dictum est, non est effectus voluntatis punitivæ, sed magis exclusivæ à gloria, solam supponens defectibilitatem naturæ, & rationem indebiti, seu carentiam debiti ad gratiam remissivam peccati originalis. §. Idem similiter dicendum est de infidelitate purè negativa, quia cum hæc pariter supponat originale, & derelictionem in illo nequit esse primus reprobationis effectus, sed magis in pœnam præcedentis peccati aliquando infligitur. Unde nullo ex his locis excludi potest voluntas efficax excludendi à regno ante prævisionem cujuscunque demeriti personalis, sed sola punitiva, vel damnativa.

Ad ultimam ex sent. resp. loqui ibi D. Thom. de obduratione præsupponente carentiam habitualis gratiæ, quæ est pœna peccati, & consistit, ut rectè explicat Illustriss. Godoy non in carentia primæ gratiæ efficacis, seu prima permissione peccati. Hæc enim nequit esse pœna illius, sed potiùs antecedit, aliàs prima peccati permissio non esset, ut patet; Obduratio autem, ut vidimus ex Div. Thom. 1. 2. q.79.

q.79. ar.3. pœna illius est. Tum quia aliàs etiam Ademus primò peccans obdurationem statim incurrisset, quòd nullus dixit;) sed magis in subtractione, vel auxilii sufficientis, vel continua subtractione gratiæ efficacis in pœnam præcedentium peccatorum, cum autem pœna, ut pœna reduplicativè non sit bona, nec à Deo volibilis, nisi supposita culpa, utpotè tunc habens rationem justi, ut ait D. Thom., hinc solum fit Deum non voluisse hanc, nec potuisse velle, neque etiam exclusionem ut pœnam, eadem culpa non supposita, aut non prævisa, non tamen potuisse velle ante personalie demerita ut beneficium indebitum, nam prout sic habet rationem boni ante illa, ut docet ibidem de veritate quæst.6. ar.2. ad 9.

Sed adhuc instas contra hujusmodi solutiones iterum urgendo superius discrimen inter reprobationem, & prædestinationem, quia non videtur eisdem sufficienter salvari. Nam sancti ita illud assignant inter utramque, quòd illa fiat ex præscientia demeritorum, hæc verò ante præscientiam meritorum, at si semel admittitur voluntas efficax intentiva in reprobando ante prævisum demeritum, non salvatur sufficienter hoc discimen ad mentem eorum, ergo. Prob. mi. nam etiam in prædestinando voluntas remunerativa, & executiva est ex motivo meritorum, cum sit ex justitia, ergo si in reprobando sola voluntas punitiva, & executiva est post prævisionem demeritorum, non salvatur hoc eorum discrimen. Conseq. patet, quia jam utrobique convenirent, nam sicut punitiva, & executiva est post prævisionem, ita remunerativa, & executiva gloriæ est pariter post prævisionem, & sicut intentiva exclusiva est ante, ita pariter intentiva electiva, ergo non salvatur discrimen intentum à PP. inter utramque.

Explic. hoc. Nam si ut dicebamus, in reprobatione datur duplex voluntas, efficax altera intentiva, & purè exclusiva à gloria ante prævisa demerita, ex qua oriatur permissio peccatorum, & altera post hæc prævisa, quæ velit damnare, vel punire eadem exclusione tanquam pœna infligenda propter ille, nullum super est discrimen distinctivum à prædestinatione, quia etiam in ista prior voluntas intentiva gloriæ præcedit motivum meritorum, posterior verò remunerativa supponit illud, ergo in utraque conveniunt, quod est contra eorum intentum.

Respond. discrimen in eo consistere, quòd licet utrobique voluntas intentiva præcedat motivè, tam meritum, quàm demeritum, itaut sicut intentiva exclusiva non movetur à prævisis demeritis, ita nec intentive electiva à prævisis meritis, hæc tamen posterior in prædestinatione est etiam remunerativa meritorum, & non sole executive, quamvis hæc ulterius moveatur ex meritis prævisis, utpotè procedens ex justitia ad remunerandum, & non ex pure liberalitate; cæterum intentiva in reprobatione est purè exclusiva ut à beneficio indebito ad manifestationem sui supremi dominii, & quia non tenetur dare illam creaturæ rationali, ut dictum est, sed magis pertinet ad suavem sui providentiam permittere, ut aliqui utpotè defectibiles, ab illa deficiant, unde nullo modo prout sic punitiva sit, sive ex parte motivi, sive ex parte objecti, quia nec movetur ad excludendum è demeritis, nec etiam vult ex parte objecti punire propter illa, sed tantum hos, vel illos excludere ob eandem ostensionem dominii, & quia non tenetur dare, quod summoperè deindè commendat suam liberalitatem, & beneficentiam in electis, ut dictum est. Et hoc est, quod potissimùm intendunt Sancti in præfato discrimine, nempè quòd intentiva reprobativa nullo modo sit punitiva, sed purè exclusive, quia nullum est debitum, & quia supremus dominus est, intentive verò prædestinativa sit maximè liberalis, ex qua parte excludit omne motivum exterius; & simul etiam beneficentissime, quatenus ex eodem fonte suæ bonitatis vult, vel intendit remunerare merita, seu coronare dona sue, licet ex illis non moveatur ad eligendum. Unde dum negant omnem punitivam in reprobando fieri adhuc intentivè ante prævisionem demeritorum; fatentur verò de intentive in prædestinando fieri ante merita prævisa, optimè salvant discrimen intentum inter utremque, quòd reprobatio fiat post prævisionem demeritorum, prædestinatio autem præcedat merita.

Quòd si adhuc instes, esse probabile inter Thomistas, non dari intra ordinem intentivum prædictam voluntatem remunerativam, ergo tunc nullum erit inter utramque, cum utraque tunc in hoc ordine præcedat omne motivum extrinsecum, & in exequutivo supponat illud.

Respond. quòd sicut probabile est illam non dari, ita etiam probabile est non dari voluntatem efficacem reprobativam, quæ sive executivè, sive intentivè præcisive sit ab omni demerito personali, itaut sicut alii negant in prædestinatione voluntatē intentivam esse remunerativam; alii verò affirment, ita alii pariter negent in reprobatione dari duas voluntates, quarum altera præcisè habeat pro objecto exclusionem à gloria, ut à beneficio indebito, alii verò affirmant; quem prosequuti sumus, unde non tenemur explicere Sanctorum Patrum secundum oppositam licet probabilem, sed satis est secundum nostram.

§. IV.

Solvuntur alia Argumenta ex Authoritate Conciliorum, & simul ex ratione.

Tertiò arg. ex duobus Conciliis Valent., & Trident. Nam primum sub Benedicto 3., & Lothario cap.3. asserit, quòd in electione bonorum misericordia Dei præcedit omne meritum bonum, in damnatione autem malorum, meritum malum præcedit judicium, ergo non agnoscit voluntatem aliquam efficacem in reprobatione ante demeritum, cum de hac loquens contrapositivè ad prædestinationem asserat meritum malum præcedere illam. §. Posterius verò sess.6. cap.11. versus finem ait. *Deus sua gratia semel justificatos non deserit nisi priùs deseratur.* At hoc non videtur subsistere admissa eadem voluntate efficaci excludendi à gloria ante prævisa demerita, cum tunc priùs desereret hominem Deus, quam desereretur ab illo, ut patet, ergo.

Ad primum respond. ut supra loqui ibi expressè de reprobatione per modum damnationis, quæ dicitur judicium, in quo profertur sententia secundum reltatem judicandi, ac proindè cognita causa.

Ad secundum respond. nec Tridentinum loqui ibidem de derelictione per modum exclusionis purè intentivæ, vel intra hunc ordinem, sed magis intra exe-

executivum. Unde vel sensus illorum verborum est, quòd Deus non deserit subtrahendo suam gratiam, scil. habitualem, nisi deseratur per culpam eb habenta illam, nam dona Dei sunt sine pœnitentia, quia non revocat illa, aut non sobtrahit, nisi abjicientur. Vel possunt etiam explicari da gratia, sive auxilio sufficienti, quod nec executivè denegare dicitur, nisi ob culpam præcedentem, sive in pœnam illius saltem original. m, ut insinuavimus ex D. Thom., & D. Aug. §. Vel deniqua etiam extendi possunt ed denegationem gratiæ efficacis, in pœnam pariter peccati, quòd licet dicetur esse cum illa in eodem instanti temporis, præcedit tamen prioritate à quo, seu naturæ in genere causæ materialis dispositivæ, sicut in eodem genere, ut vidimus, supernaturalis operatio nostræ voluntatis dicitur præcedere oppositam infusionem ejus, qua ratione dicitur idem esse in nostra potestate, ut explicatum est, & ut nobis imputetur habere, vel non habere illud, ut perpetuò verum sit illud Job. Ipsi fuerunt rebelles lumini; licet aliàs eadem infusio, prior sit in genere causæ efficientis operatione prædicta. Quibus addimus cum laudato Illustris. negari posse Deum aliquem gratiam scil. efficacem auxiliantem ante culpam prævisam homini denegare, & consequenter ante illem prævisam tali gratia deserere, cum prima peccati permissio consistene in carentia gratiæ, pœna peccati non sit in irequenti Theologorum sententia.

Ex his, & superioribus fieri potest satis aliis authoritatibus, quas multiplicant Contrarii. Nam quòd dicitur 2. Petri 3. *Deum non velle mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat*. Et Isaiæ 30. *Quòd expectat Dominus, ut misereatur vestri*. Et 2. ad Tim. 2. *Quod non vult aliquem perire, sed ad pœnitentiam reverti. Sive quòd vult omnes salvos fieri, & ad agnitionem venire &c.* Dicimus intelligendas esse de voluntate antecedenti, qua vult omnes salvari, non de efficaci exclusive, aut de punitiva, quasi sensus sit. Deum nolle mortem peccatoris per modum supplicii ante prævisionem peccati: aut velle etiem omnes salvari attenta hominum salute secundum se, seu præcisivè à circunstantiis particularibus, defectibilitatis, scil. naturæ humanæ, manifestationis suorum attributorum &c. Et quia illam vellet, nisi tales considerationes obstarent. Vel quia etiam non vult excludere à gloria, aut negare punitivè salutem non prævisa, aut supposita culpa, cum quo optimè stet altera efficax voluntas purè exclusiva ab illa, ut à beneficio indebito, sive ob præfatum motivum ostensionis supremi dominii. E quidem adhuc culpa prævisa expectat Deus, ut misereatur, & temen eadem visa vult ob illam excludere à glorie voluntate efficaci. Unde poterant ferè omnes retorquari. Sed ad ampliorem horum explicationem,

Quartò arg. præcipuo fundamento oppositæ sententiæ, & est replice. Deus sincero, & non irrisorio affectu vult ex se ante prævisa reproborum demerita omnibus salutem, ut fatemur omnes ex Apostol. proximè relato, sed non videtur cum hac voluntate posse componi altera efficax excludendi aliquos à glorie ante eandem prævisionem, ergo non datur hæc efficax voluntes exclusiva. Prob. mi. 1. Quia prædicta voluntas selvandi omnes, ut constat ex dictis, explicatur conditionetè sic; nempè si per ipsos non steterit, aut eorum peccata indignos non effecerint, ergo nequit componi cum voluntate efficaci aliquos excludendi omissis demeritis, vel illis non visis, Consequ. tenet ex terminis, aliàs esset, & non esset sic conditioneta, si secum admitteret voluntatem efficacem excludendi omninò præscindantam à demeritis, siva antecedentem omnem eorum prævisionem, ut per se patet. Unde magis videretur irrisoria, quàm sincera voluntes.

Secundò. Volens efficaciter aliquos excludere ab aliquo fine tenetur velle, aut quærere media efficaciter exclodentie ab illo, sed cum hac voluntate non videtur ullo modo posse stare voluntas, qua candidè, & sincerè velit illis eundem finem, ergo cum hæc posterior affirmetur ab Apostolo, erit omninò negenda prior, præcipuè ante omne eorum prævisum demeritum.

Explic., & urg. hoc. Nam voluntati inefficaci selvandi omnes magis opponitur voluntas efficax negandis salutem aliquibus, quàm simplex affectus, vel complacentia de eadem negatione; at simplex hæc complacentia de negatione respectu aliquorum non stat ante prævisa demerita cum voluntate inefficaci dandi illam omnibus, ergo minùs stabit cum illa, efficax voluntas negandi salutem, vel excludendi ab illa ante eandem prævisionem.

Tertiò prob. eadem mi. Quia iterum videtur repugnantia in terminis, quòd prædicta voluntas salvandi omnes sit conditionata, ut nos dicimus, nempè dependens a consensu, & determinatione liberi arbitrii, ut à conditione; hoc est si ipsi velint, vel si per ipsos non steterit; & quòd nullo habito respectu ad eorum pravum consensum, vel demeritum, velit efficaciter à salute excludere, ergo nequit omninò cum illa stare hæc posterior.

Urg., & expl. hoc. Nam ambæ illæ voluntates versantur circa idem objectum nulle circumstantia immutatum, scil. circa hominem secundum se, & nullo crimine infectum prævisum, & circe eandem salutem, ergo licet Deus possit aliàs attendens ad suâ bonitatem velle omnibus conferre illam, & sine ulla simul repugnantia prævisis aliquorum demeritis velle efficaciter illam eisdem denegare, non tamen in eadem prioritate ad prævisionem, manente ob ecto sub eisdem omninò circumstantiis; quia tunc simul vellet idem secundum idem, qua ratione nec potest simul habere utremque superiorem complacentiam, vel voluntatem inefficacem, scil. de volendo illam omnibus, & de negando illam aliquibus ante merita prævisa.

Quartò. Denique prob. prædicta mi. & simul iterum urgentur hæc omnia. Nam ut supra insinuavimus, ex vi voluntatis, qua Deus illam vult omnibus, gloria sit homini debita. Tum quia ex vi illius manet ordinatus ad illam. Tum quia ex vi illius dantur, vel offeruntur auxilia sufficientia, quibus possit proximè, & expeditè eam consequi, qua ratione docent plures 1. 2. quæst. 109. art. 2. etiam ex nostris, homini lapso dei ari auxilium efficax ad aliquando benè operandum, quia nempè non obstante infectione naturæ habet expeditam potentiam ad aliquod opus bonum morale. Sed licet Deus ante omne prævisum demeritum possit negare formam non debitam, secus verò debitem, cum talis voluntae respiciat pœnam, & consequenter prævisam culpam, vel supponat illam, ergo perpetuò incompossibiles sunt prædictæ voluntates.

Huic arg. satis petet ex dictis. Et in primis dicimus plus nimiò aidem confidere adversarios, cum habeat, ut sæpè dictum est, manifestam instantiem in denegatione

tione gratiæ congrua, vel efficacis, quem etiam Deus dans auxilium sufficiens homini ad aliquem actum vult illam simplici complacentia, vel voluntate antecedente, & tamen ente culpam prævisam vult efficaciter illam denegare, cum prima gratiæ negatio, seu primæ peccati permissio pœna non sit peccati præcedentis, cū sit illud da subjecto non supponeote.

Unde in forma nego mi. Ad 1. prob. nego ant. ad eorum intentum, quòd nempè sit conditionata, quia dependeat tanquam à conditione à consensu, vel determinatione liberi arbitrii, ut ipsi dicunt; nam si ità esset conditionate de danda gloria, si per ipsos non steterit, sequeretur, (ut eisdem reponit Illustriss. Godoy) quòd ex vi solius voluntatis purificandi conditionem, scil. dendi auxilia hominibus, quibus gloriam mereantur, tranliret gloria ad statum futuritionis absolutæ sine alia voluntate efficaci absoluta illius ante prævisa merita, quod plures ex contrariis admittere nequeunt, cum ut supra insinuavimus, admittant electionem efficacem ad illam ante illorum prævisionem. Dicitur ergo conditionata, ut vidimus ex D. Thom. in 1. proximè relato, non formaliter, sed virtualiter, sive ut est simplex quædam complacentia, secundum quam gloria, vel salus omnium placet Deo secundum se inspecta, seu *ex parte valiti*, ut ait idem, *quatenus non accipitur cum omnibus circumstantiis, quæ exigantur ad rectum ordinem in salutem*, ut explicatum est. Unde dicitur talis virtualiter ad hunc sensum, nempè. Vellem omnibus gloriam, nisi obstaret defectibilitas naturæ suaviter gubernandæ, & nisi ad majus bonū universi, & ad majorem attributorum meorum ostensionem, aliquibus eam denegare magis conduceret. §. Quòd si hinc inferas sequi Deum non solum non voluisse, sed nec potuisse valla efficaciter omnibus salutem, cum particulare bonum in detrimentum boni communis, & præcipuè divini non sit appetibile.

Resp. dist. consequens. Nec potuisse, de potentia absoluta, vel in alia rerum farie, nego: non potuisse, ideft non ità decuisse suavitati divinæ providentiæ, conc., quia, ut dictum est, ad hanc pertinet gubernare secundum id, quod est magis contenteneum naturis rerum, ac proindè ex defectibilibus permittere, ut aliquæ deficiant à fine, vel cadant. Cœterum hoc non diminuit Divinam Omnipotentiam, ut non possit aliter operari, ubi nulla est assignabilis contradictio, nec oppositio contra aliquod sui attributum in hoc, quod est velle omnes salvere, cum si id voluisset contra nullam virtutem peccaret, nec deesset illi ratio, propterquam sapienter id faceret. Vel iterum ad ostendendum alia vie suum supremum dominium, & plenissimam libertatem, & misericordiam erga omnes, vel ob alios fines sibi notos: Sicut in simili circa mysterium Incarnationis dicebamus ex D. Thom. in 3. dist. 20. quæst. 1. art. 4. quæstiunc. 2. in corp. Quòd licèt pro redemptione hominum non potuerit aligere medium naturæ humanæ magis convaniens, quàm Incarnationem; potuit tamen, si solum ettendemus ejus Omnipotentiam, & Sapientiam medio convenientiori liberare homines à peccato, quia nempè, ut docet ibi D. Thom., potuit statuere alium ordinem, in quo præcipuè intenderet ostendare se ipsum esse supremum Domnum, ac Judicem, cui liberum esset peccata ex sola misericordia sine satisfactiona condigna remittere; hoc autem ordine statuto conflat fini intento convenientiorem modum liberandi homines à peccato esse liberalem, & gratuitam omninò remissionem peccatorum. §. Nequa enim tenetur id semper efficere, quod in aliquo ordine majus bonum est, val perfectius, nec semper majori bono consulere, cum nunquam definant alii rectissimi fines, ob quos aliter operari potest, licet nunquam possit malè operari. Nec etiam bonum particulare cum detrimento boni universalis est ineligibile, val malum morale, nisi solum respectu illius, qui aliqua lege tenetur ad consulendum bono universali, fecus verò respectu Dei, qui nulli subjicitur.

Ad secundam prob. nego mi. ut patet utroque familiari exemplo projicientis merces in mari ad salvandam vitam, & Judicis alicujus Civitatis volentis homicidas perdi, in quibus nihilominùs salvatur verè, & sincerè voluntas conservandi merces, & vivendi omnes cives, quia nempè in illo terminatur ad merces secundum se non attenta circumstantia periculi vitæ, & in isto similiter ad cives secundum se non attenta circumstantia homicidii: sic optimè poterit salvari vera, & sincera voluntas salvandi omnes, etiam si aliquos efficaciter velit excludera à gloria, quia nempè terminatur ad salute n secundum se, non attentis circumstantiis prędictis, defectibilitatis naturæ, & ostentionis sui supremi dominii, ob quas illos vult efficaciter axcludere.

Ad expli. nego ma., quia utraque simplex complacentia, vel voluntas inefficax terminatur ad salutem, & negationem illius secundum se, sive secundum eandem rationem, unde sicut hac ratione in eodem Judice, val mercatore componi nequit voluntas inefficax, vel antecedens conservendi merces, & vivendi cives cum voluntate inefficaci, vel antecedente projiciendi illas, vel perdendi aliquem civem, bene verò projiciendi illas urgente periculo vitæ, & conservandi easdam secundum se, & similiter perdendi aliquos cives patratis homicidiis, & vivandi omnes secundum se; ità similiter in Deo, nequit componi utraque inefficax bene verò antecedens inefficex salvandi omnes, & efficax excludendi aliques attentis circumstantiis enumeratis.

Ad tertiam patet ex solutiona ad utramque præcedentem. §. Ad 4. etiam patet ex dictis. Tum quia ab initio ut dicebamus, post Adæ lapsum non habent homines jus ad gloriam, etiamsi ad illam sint ordinati, sed amiserunt illud, unde nequit dici debita illis. Tum quia ex vi illius voluntatis non ordinatur ad gloriam efficaciter, ac proindè nec potest eam exigere, ut sibi debitam. Unde in forma nego ant. Ad 1. prob. dist: manet ordinatus efficaciter, nego inefficaciter, vel conditionatè modo explicato conc., ex quo tamen non infertur jus, vel debitum, cum sit solum volita illis salus non attentis circumstantiis requisitis ad illius consecutionem.

Ad secundam, de qua infrà ex professo dicimus ex his, quæ jam insinuata sunt, solum posse ad summum inferre debitum respectu aliquorum vagè, non tamen respectu alicujus determinatè. Tum quia doctrina illa 1. 2. solum admittitur respectu alicujus actus non respectu totius eorum collectionis, quia ut non dicatur frustranea, potentia expedita, satis est posse reduci, vel exire in aliquem actum, non in omnem; sive non requiritur, quòd aplicetur ad omnam, quem potest; sufficientia autam, quam dicitur homo habere ex vi illius voluntatis ad consequendam salutem, extenditur solum ad plures actus im-

implendi præcepta, & ideò nec fundat debitum ad omnes, sed tantum ad aliquos, quod non sufficit ad constituendam gloriam sibi debitam, quia ad hoc requiritur debitum totius collectionis, sicut requiritur observantia omnium ad illius consecutionem.

Præterquamquòd, ut etiam innuimus, si adhuc aliquibus esset debita vagè, prædastinatio non esset specialis providentiæ, nec donum perseverantiæ actualis esset speciale beneficium, quod est alienum.

Quintò Arg. (& potest iterum esse replica) Exclusio à gloria, quæcunque sit, est maximum malum creaturæ rationalis, cum non sit imaginabile majus ex inferibilibus illi à Deo, ergo non videtur decere Divinam bonitatem, imò potiùs sapere crudelitatem, inferre illud ante prævisionem totius demeriti, etiamsi fiat ad ostensionem sui supremi dominii, aut ex alio motivo, quod demeritum illius non sit. Prob. consequ. quia velle alicui malum nulla attenta illius indignitate, vel demerito est contra rationem boni; nam illud secundum se exclusio omni obice demeriti, vel nisi impediatur per istud, est communicativum, & diffusivum sui, ergo si exclusio à gloria quæcunque sit, est maximum malum inter inferibilia homini à Deo, non videtur omninò admittenda in illo ante omne prævisum demeritum.

Urg. hoc. Quia modus sic excludendi non solum videtur repugnans Divinæ bonitati, sed etiam hac in re contra modum connaturaliorem operandi Dei, ergo non est admittendus. Prob. ant. modus connaturalior operandi illius est, ut homines ad gloriam ordinatos non velit ab illa efficaciter excludere ante prævisionem finalis perseverantiæ in malo, quàm velle excludere ante prævisa demerita, ergo pugnat contrà utrumque, ac proinde rejiciendus.

Urg. ulteriùs totum hoc. Nam Deo sive in prædestinando, sive in reprobando homines tenemur attribuere connaturaliorem modum operandi, & magis consentaneum suæ Divinæ bonitati, nisi oppositum sit revelatum, at Deum aliquos excludare à gloria ante prævisa eorum damerita, nullibi revelatum apparet, imò magis oppositum, ut constat ex relatis Scripturis, & PP., & expectare hanc prævisionem ad habendum talem voluntatem est connaturalior modus operandi, utpotè magis consentaneus suæ bonitati, quia vult omnibus se communicare, ergo non sic vult excludere, sed magis expectare.

Urg. ulteriùs. Quia nequit dici, quòd sic velit excludere in ostensionem suæ justitiæ; Tum quia hæc ostensio non est justitiæ ut sic, vel in communi, sed determinatæ, & in particulari, scil. justitiæ vindicativæ, & punitivæ, sed hæc ut nos etiam fatemur, supponit demeritum. Tum quia videtur alienum ab eadem Divina bonitate, quæ magis prona est ad miserendum, quàm ad puniendum, quòd velit priùs efficaciter supplicium, & deinde permittat culpam, ut idem justificetur, ergo cum exclusio à gloria sit omnium supremum damnum non videtur admittenda hujusmodi exclusio efficax ante omnem culpam prævisam. Cui consonat illud Damasc. lib. 2. de fide cap. 20. *Non supplicii causa Deus nos fingit*. Et illud. Sap. *Deus creavit, ut essent omnia*.

Ad hoc, (cui iterum videtur satis confidere Contrarii;) vel conc. antec., vel claritatis gratia dist. ex dictis; est maximum malum, privativè, vel negativè, quatenus importat carentiam summi boni debit, vel indebiti, conc., semper privativè, scil. debiti, nego, licet autem dicatur non decere Divinam bonitatem, velle Deum aliquod malum, prout importat carentiam alicujus boni debiti ante omne prævisum demeritum, non tamen ut dicit præcisè carentiã boni indebiti, ut contingit in casu, ut dictum est. Et tunc etiam nego conseq. Ad illius prob. dist. antec. eodem modo, velle malum, ut dicit carentiam boni debiti, transeat, vel conc., indebiti nego, nam licet dicatur contra rationem boni, velle hujusmodi malum, idest non se communicare, si teneretur, vel haberet debitum se communicandi, non tamen si pro sui summa liberalitate sine ullo omninò debito se communicet, aliàs fuisset contra rationem summæ suæ bonitatis, si Deus noluisset incarnationem Verbi, aut ullo alio modo se communicare ad extra. Unde ad prob. annexam dist. illam. Bonum est diffusivum sui, quantum est ex sua natura, sive ex natura bonitatis, conc., semper exercitè, vel in actu secundo, nego, vel subdist., si teneatur pro debito se communicare, conc., si non teneatur, sed omninò liberè, vel gratuitò, aut liberaliter se habeat ad sa communicandum, ut in casu, nego, tunc enim potest cessare à communicatione sui absque omni sui ipsius præjudicio, aliàs liberum non esset ad se communicandum; & absque omni etiam alterius injuria, & consequenter sine ulla crudelitate, cum nulla sit debita talis communicatio; imò negatio istius, ut sæpè dictum est, sit valdè consentanea in casu, suavi Dei providentiæ, & creaturæ rationali, utpotè defectibili, quòd permittatur deficere ab hoc bono, & excludi ab illo, ut explicatum est, supposita hac sola ejus defectibilitate ante omnem prævisionem demeriti. §. Præterquamquòd id etiam juvat ad commendandam sui universalem providentiam, qua se explicat in bonum universale, quod per se intenditur ab eadem provisore, quia ut istud magis elucescat, requiritur necessariò, quòd aliqui non consequantur illud, nam ex hoc ostenditur, quòd ex sua mera gratia, & bonitate, vel vel liberalitate beneficat Deus, siquidem dat, quod aliquibus eorum absque injuria negat. Quod totum perpetuò patet in superiori instantia, (quam ipsi negare non possunt,) scil. de negatione primi gratiæ congruæ, vel efficacis, sive in permissione primi peccati ante omnia prævisa damerita, quæ consistit in eadem denagatione gratiæ, quam nemo etiam negabit esse magnum malum illius, cui præparatur. Unde tenentor & ipsi resolvere argumentũ, & recurrere ad solutionem, & doctrinam datam, vel eidem succumbere.

Ad primam confirm. nego ant., ad probat. nego iterum ant., quia ut patet ex superioribus, & ex proximè dictis, connaturalior modus cujuslibet agentis intellectualis ordinatè procedentis est, ut incipiat à fina, sive ab inteotione ejus, quàm à voluntate mediorum, & præcipuè in casu, in quo sic incipere à voluntate exclusiva gloriæ summoperè pertinet ad suavitatem ejus providentiæ, ut dictum est, & ad commendum supremum illius dominium, undè sicut in volẽdo media consecutiva finis, connaturaliùs incipit ab intentione istius, ita in volendo media defectiva ab illo, incipiat connaturaliùs à voluntate exclusiva illius. §. Et per hæc etiam patet ad secundam. Tum quia etiam connaturalior est modus operandi juxta suam bonitatem, qua in exercitio, & juxta eandem sui providentiam creatoris rationalibus, sive defectibilibus, & ad intantum boni universalis, & ad ostensionem ejusdem dominii, & majoris misericordiæ in electis se ipsum communicat, ut probatum est. Undè retorqueri poterant,

Ad

Ad tertiam pariter dicimus voluntatem sic exclusivam à gloria præcisè ut à beneficio indebito non esse formaliter prout sic in ostensionem justitiæ punitivæ, sed magis ob motiva proximè, & supra relete, si semel eatevertit, ut nos dicimus, prævisionem meritorum, quidquid sit, quòd ex illa oriatur permissio peccati liberè à reprobo, & ex sui malitia perpetrandi, ob quod habeat voluntatem puniendi, & in pœnam illius damnendi, ut explicatum est.

Sed instes, Nam Deus non minùs amat suam justitiam, quàm suam misericordiam, nisi velimus, quòd plus amet unum bonum Divinum, quàm aliud; sed quia in prædestinando specialiter amat suam misericordiam incipit à voluntate gratuita conferendi aliquibus gloriam, & vult illis prævisam suam gratiam, ergo quia in reprobando amat specialiter suam justitiam incipiet ab exclusione punitiva illius, ac proindè permittet illis peccatum prævisum.

Resp. dist. ma. Non minùs amat suam justitiam secundum se, & veluti absolutè sumptam, sive secundum quòd quedam perfectio intrinseca est, conc., sumptam respectivè, sive prout se explicat in creaturas, nego, & ad probat. annexam, quòd Deus non plus amet unum bonum Divinum, quàm aliud, sive quòd utrumque æqualiter amet, dist. ut bonum Divinum, vel perfectio intrinseca Dei est, conc., secundum aliquem respectum ad creaturas, nego. Sicut enim ut supra dicebamus de constitutivo actus liberi Dei, secundum aliquem hujusmodi respectum potest hic modo explicato deficere, pariter potest illud non tam amari, quàm consideratum secundum se, aut ut bonum Divinum est, vel perfectio intrinseca Dei, aut aliud quodcunque bonum Divinum. Undè etiam dicimus, quòd Deo magis proprium est misereri, quàm punire, quia illud convenit illi secundum se, punire verò, sumpto motivo, vel illo præsupposito, scil. culpæ ex parte nostra, nam justitia vindicativa, vel ponitive se explicat in creaturas inferentes supplicium, quod supponit culpam, & ideò prout sic justitia Dei in ordine ad illas non dicitur absolutè amabilis, sed tantum conditionatè, sive supposita eadem culpa.

§. V.

Solvuntur alia duo Argumenta.

Sextò arg. Nam voluntas efficax excludendi aliquos à gloria per modum beneficii indebiti videtur omninò frustranea, & otiosa, ergo non est admittenda. Prob. antec. Quia nunquam est sic exequenda, sed titulo tantum justitiæ punitivæ, & exclusionis damnativæ, ergo est frustranea. Prob. conseq. Nam frustrà efficaciter intenditur, quod in re non est ponendum, ergo.

Urg. primò, Istæ duæ voluntates, altera scil. efficaciter exclusiva aliquorum à regno per modum beneficii indebiti, & altera non sic efficaciter exclusiva, sed titulo opposito per modum pœnæ, non minùs pugnant inter se, quàm simplex inefficax, vel antecedens salutis omnium, & simplex complacentia, vel inefficax denegationis illius respectu aliquorum; sed utraque ineffi ax per nos est incompossibilis respectu ejusdem salutis, ergo pariter duæ priores efficaces erunt incompossibiles respectu illius. Prob. ma. Tum quia non minùs utraque est efficax, & versatur circa idem, quàm sit inefficax utraque posterior, & versatur circa eandem salutem. Tum quia utraque utpotè efficax versatur circa objectū, vel gloriā, ut exequendam, ergo si hæc uno tantum titulo ponitur in re, non minùs videntur illę pugnare inter se, & una efficaciter destruere, quod altera efficaciter intendit.

Urg. secundò, Si prior voluntas efficax tantùm respiceret exclusionem à gloria per modum beneficii indebiti non posset Deus efficaciter moveri ex illa ad permittendum peccatum, ob quod sic à Deo exclusus, est damnandus, ergo non est admittenda. Prob. antec. Quia permissio illius non est medium ad ostendendam exclusionem ab illa sub ratione indebiti, sed magis pœnæ justè, vel debitè infligendæ, ergo nequit ex illa moveri ad permissionem illius. Conseq. tenet. Nam prudenter intendens aliquem finem movetur solum ad volitionem mediorum conducentium ad illum ut intentum, ergo si permissio peccati non conducit ad ostendendam exclusionem à gloria, ut à beneficio indebito, nequit moveri Deus ex hac voluntate exclusiva ad volitionem ejusdem permissionis.

Tertiò urg. Nam quia hæc voluntas exclusiva non conducit ad ostensionem justitiæ punitivæ, dicimus nos non oriri ex voluntate ostensiva hujus justitiæ, ergo quia pariter voluntas permissiva non conducit ad ostendendam exclusionem à gloria, ut à beneficio indebito, non poterit ab hac voluntate exclusiva oriri voluntas permissiva peccati.

Ad hoc etiam patet ex dictis, undè nego ant. Ad prob. dist., & explico claritatis gratia ant. Nunquam est sic exequenda, scil. sub eodem motivo, conc., ut manifestativa ex vi illius, finis à Deo intenti, nego. Nam licet exclusio à gloria non sit ponenda in re sub illo motivo, sed sub alio justitiæ punitivæ, non tamen superfluit idem motivum, vel gloria sub illo efficaciter intenta, quia adhuc potissimùm deservit ad alios enumeratos fines à Deo efficaciter intentos, scil. supremi dominii totius liberalitatis, & misericordiæ in aliis gratuitò eligendis, & suavitatis providentiæ Divinæ in inferendo deindè ex hac sui voluntate voluntatem permissivam peccati, utpotè ostensivam hujus providentiæ: undè etiam nego conseq. Ad illius probat. similiter dist. Quod in re non est ponendum, idest nullo modo, transeat, vel conc., præcisè sub eo titulo, quo est intentum, nego. Nam aliàs nec dari posset prædestinatio, vel electio ad gloriam ante prævisionem meritorum, vel his non prævisis, ut motivis, cum sub hoc titulo gratuito non sit ponenda in re, vel exequenda.

Ad primam confirm. jam dictum est utramque inefficacem voluntatem, vel simplicem complacentiam versari circa idem objectum secundum se non inspectis circumstantiis, quod non contingit in utraque posteriori efficaci, ut ostensum est, & nullam in his esse oppositionem, sicut reperitur in illis.

Ad secundam pariter constat ex dictis, quomodo permissio peccati conducat ad ostensionem magnæ misericordiæ in electis, ac proindè pleni dominii, & carentiæ totius debiti in intendendo illis tantum bonum, & in excludendo alios ab eodem; licet ad ostensionem etiam suæ justitiæ consequenter deserviat. Priùs tamen erat manifestandum supremum ejus dominium in permittendo illud. Undè nego ant. Ad prob. nego iterum ant., & conseq. Ad hujus prob. nego suppositum, quòd eadem permissio non conducat ad quæ manifestandum, ut dictum est.

Ad tertiam nego pariter suppositum consequentis, quòd peccati perm[illegible] conducat ad ostendendam exclusior[illegible] præs[illegible] ut à beneficio indebi-

to, imò per se, & ut est à Deo ad hoc potissimùm, & ad nihil aliud dicitur deservire, quia cum Deus volens permittere peccatum, non velit ipsum peccatum, propter quod quis damnetur, non potest proinde sic esse volita ex voluntate damnandi, ergo cum aliàs sit volita ex voluntate excludendi à gloria, manifestè infertur, quòd sit volita ad ostendendum, quòd gloria, à qua Deus ante prævisa demerita excludere vult, sit beneficium indebitum; licet deinde ut conjungitur ex malitia creaturæ cum peccato illius ostendat, ut dictum est justitiam punitivam.

Ultimò tandem arg. ex pluribus Inconvenientibus. Nam primò sequitur reprobum necessariò damnari, quia post tali voluntate efficaci excludendi à gloria, vel negandi illã, non potest exclusus eam amplius consequi, nam hæc voluntas in nostra sententia antevertit libertatem, ergo necessariò damnabitur, vel absque libertate peribit, quod est hæreticum. §. Secundò quòd æquè curat perdere hominem, ac salvare; nam sicut ex intentione gloriæ, procurat electis media conducentia ad illam, ita ex intentione exclusionis ab illa, procurat exclusis media ad illam implendam, scil. permissionem peccati, quod videtur derogare ejus bonitati, qua, ut dictum est, sibi magis proprium est misereri, & parcere, quàm punire. §. Tertiò quia sequitur utramque prædestinationem, sive ad mortem, sive ad vitam factam esse ex mero beneplacito sine ullo habito respectu meriti, vel demeriti, quod iterum est hæreticum, ut Calvinistarum error dicentium patrem esse electionem, & reprobationem in ipsorum causa, itaut sicut prædestinavit Jacob non ex operibus, sed ex prædestinantis gratia, ita reprobavit Esau, non ex operibus, sed ex libera odio persequentis, & reprobantis voluntate, inquit Zanchius Calvinista lib.5. de Natura Dei c.2. ex suo Antesignano lib. 3. Institut. c.21. §. Quartò quia tollitur solicitudo ad benè operandum, nam facilè poterit quisque sibi persuadere, quòd si semel est exclusus independenter à motivo meritorum, vel demeritorum, poterit etiam independenter ab illis infallibiliter salvari; quod tamen est contra illud 1. Petri 2. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis.

Quintò denique quia infertur fallaces esse, & irrisorias promissiones Divinas de danda scil. conditionatè, aut neganda hominibus gloriæ, sub conditione perseverantiæ finalis in gratia, aut finalis decessus in statu peccati, ut monemur fieri à Deo juxta Tridentin. sess.6.de justif. can.20., & c.13. & Matt.19. *Si vis vitam ingredi serva mandata*: Et Lucæ 13. vers.5. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis*. Nam promissiones conditionatæ, ut veræ sint debent esse conformes voluntati promittentis; ergo ad veritates illarum debet potiùs statui voluntas conditionata de danda illa, vel non danda, non verò efficax absoluta ante prævisionem meriti, vel demeriti, ut nos defendimus, aliàs magis erunt fallaces, & irrisoriæ; ut si quis alteri promitteret alteri dare aliquid, vel non dare sub conditione operis implendi, ante cujus prævisionem jam efficaciter determinasset dare, vel non dare, videretur illum potiùs decipere, & irridere, & non veraciter promittere.

Urg. hoc. In Deo est voluntas efficax dandi omnibus hominibus gloriam etiam reprobis sub conditione bonorum operum [illegible] lus in [illegible], sed cum hac voluntate non videtur componibilis altera voluntas efficax, & absoluta excludendi illos ante prævisa eorum demerita, ergo non datur hæc voluntas in Deo: mi. constat, & ma. prob. Tum quia illam promittit sub tali conditione, sed promissio conditionata est signum voluntatis conditionatæ, sicut absoluta absolutæ: tum quia hoc futurum conditionatum est verum. *Si omnes homines in gratia decesserint, consequentur gloriam*: Sed ut dictum est, veritas futuri conditionati dependet ex decreto Dei, subjectivè absoluto, & objectivè conditionato, ergo datur in Deo tale decretum de danda omnibus gloria sub prædicta conditione.

Ad hæc omnia patet etiam ex superioribus. Unde ad primum neg. sequelam. Ad prob. annexam patet ex D.Tho. ubi supra, & præcipuè hic ar.6.ad 2. impotentiam reprobi ad consequendam salutem, esse in sensu composito, non in diviso, ut explicatum est, unde non infert necessitatem simpliciter, sed secundum quid, vel ex suppositione, quod non tollit potentiam, vel indifferantiam ad oppositum, ac proinde nec libertatem. Unde ut dicebamus ex eodem q.6. de veritate ar.3.ad 7.sicut hæc propositio, prædestinatus potest in peccato mori, vera est, si consideretur potentia ipsius, licet non secundum ordinem, quem habet ad Deum prædestinantem, quia hic ordo non compatitur secum istum eventum, quamvis compatiatur secum istam potentiam; ita similiter dicimus de præscito, quòd potest decedere in gratia, si consideretur ejus potentia, licatsi de illo loquamur secundum ordinem, quem habet ad Deum reprobantem, verificari nequeat ille eventus, quia hic ordo secum istam non compatitur, quamvis compatiatur secum potentiam: & sicut hoc (inquit ibidem, ut vidimus, art.4.) quod est prædestinatum non esse habiturum finalem gratiam est incompossibile ei, quod est esse prædestinatum, quamvis sit in se possibile, ita esse habiturum finalem gratiam est incompossibile ei, quod est esse præscitum, quamvis in se sit possibile.

Nec obstat, quod dicitur de voluntate Divina, quod antecedat libertatem nostrorum actuum, vel demeritorum, nam licet dicatur antecedere, illam tamen connotet, & infert, & si pro formali non causet, sed solum pro materiali, loquendo da illa demeritorum, quod satis est ad salvandam libertatem, aut ut eidem non præjudicet, ut latè patet ex dictis.

Ad 2. patet 1. ex dictis, quomodo dicatur Deus habere æqualiter curam de omnibus in ordine ad salutem, & disponere da media in ordine ad illam, explicando illud sap.6. Pusyllum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus, quantum scil. ad al qua auxilia moralia extrinseca, & Sacramenta, & Scripturam Sacram, & alia, quæ quantum est ex parte sua pro omnibus instituit in Ecclesia; licet non quantum ad auxilia intrinsece moralia, aut physica, ut sunt speciales revelationes, inspirationes &c. Adhuc etiam quoad ram est discrimen inter media, quæ conducunt ad salutem, ut sunt merita &c. & quæ ad perditionam, ut peccate, quòd illa sunt positivè causata à Deo, & ex speciali affectu volita prædestinato; hæc verò tantum permissa, non positivè procurata, nec volita, aut causata, unde non eodem modo se habet ad interitum, & ad vitam, vel gloriam: unde in forma neg. ant., & ad prob. annexam, neg. pariter illam, quòd sic procuret, aut velit media ad perditionem, sicut ad salutem.

Ad 3. dist., & explico claritatis gratia ant. Nullo habito respectu ad meritum, vel demeritum, ad intentum, vel sensum prædictorum Hæreticorum, neg. Catholicorum, conc. Igitur ut colligitur ex dictis, & rectè etiam explicat Illustriss. Godoy, duo asseruit Calvinus; alterum, quòd prædestinatio, & reprobatio antecedant prævisionem meriti, & demeriti; secundum quòd ex hoc tollatur nostra libertas, ac proindè homines inexecutione necessariò absque ullis meritis, & demeritis salvari, & damnari, quia ut vidimus supra ex D. Thom., absque libertate non subsistit meritum, nec demeritum, ut etiam constat ex proscriptione tertiæ ex 5. damnatis ab Innoc. X. In primo non damnatur Calvinus, sed est problema apud Theologos, an præcedant, vel non, & utrumque sine ulla censura defenditur ab illis: secundum verò est, quod pessimè intulit, & hæreticè lib. 3. relato c. 13. n. 8. ibi. *Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter fateri per summam tamen injuriam:) voluntatem Dei esse rerum necessitatem, atque id necessariò futurum, quod ipse voluerit*: Idque etiam docuerat lib. 2. c. 23., num. 9., & lib. 1. c. 18. Ex quo ulteriùs intulit super Epist. ad Rom. c. 1. vers. 24. Deum esse causam non solum permittentem, sed etiam efficientem peccatum his verbis, ut refert idem Illustriss. *Certum est non sinendo tantum, & connivendo Deum permittere homines prolabi, sed justo judicio sic ordinari, ut tum à propria concupiscentia, cum à Diabolo in hujusmodi rabiem agantur, ideo tradendi voce utitur Paulus, illis scil. verbis; TRADIDIT EOS IN REPROBUM SENSUM; quam vocem nimis violenter torquent, qui sola Dei permissione in peccatum agi nos putant.* Ex quibus colligitur in tribus damnari Calvinum ab Ecclesia, scil. quia dixit, electos absque libertate salvari, & reprobos absque eadem damnari: deinde quòd impiissimè voluit Deum esse Authorem peccati; & tandem quòd ex his infertur, ut dictum est, utrosque salvari, & damnari absque meritis, & demeritis; unde juxta ejus doctrinam prædestinatio, & reprobatio, nec antecedenter supponunt merita, aut demerita ut motiva; nec ille ex consequenti inferre, ob quæ in executione salventur homines, & damnentur, quæ longissimè, vel è regione distant à nostra sententia, ut latè constat ex dictis, nam licet dicamus non præcedere ut motiva, saltem tamen inferuntur, vel permittuntur, ut nunquam verificari possit, salvari aliquem, aut damnari sine illis, ac proinde liberè, & non necessariò, ut idem blasphemabat: de quo videri potest Gonet hic disp. 5. §. 3. contra Hericè acriter, sed immeritò invehentem contra nos.

Ad 4. nego ex his pariter sequelam, & præter superiora dicimus, quòd licet utraque voluntas electiva, & exclusiva non supponat merita, & demerita, ut motiva, decretum tamen executivum supponit illa, & ab eisdem ut à causa motiva movetur Deus in puniendo, vel præmiando, unde non est cur torpere debeant homines, ut perperàm contra Aug. objiciebant Semipelagiani apud Prosperum, & Hilarium in suis Epistolis, sed magis sollicitari, vel urgeri ad bona opera exequenda ut ibidem ait Divus Petrus.

Ad ultimum iterum ex his respond. negando adæquatè sequelam, nam licet utraque eadem voluntas præcedat merita, & demerita modo explicato, non propterea promissiones ejus sub conditione meritorum, & demeritorum sunt fallaces, quia licet antecedant, inferunt tamen illa, ut dictum est, causando, vel permittendo, & ut liberè implenda in ordine executivo, & tanquam motiva in eodem ad inferendam, vel exequendam salutem, vel damnationem, undè non sunt quasi purè conditionatæ, sive speculativè tantum, sed practicè, & executivè, ideò non sunt tales sub conditione nunquam ponenda in re, sed exequende: neque etiam ex vi illarum promittuntur merita, sed gloria sub conditione illorum liberè ab illis implende, licet non sine influxu, & auxilio Dei, unde nullo modo argui possunt de fallacie, aut irrisione. §. Itaque hic est ordo, ut vidimus, quòd voluntas dandi, aut negandi hominibus gloriam est sub conditione meritorum, aut demeritorum, non antecedanta voluntatem intentivam sed illata ex eadem, & antecedente voluntatem executivam, nec purè abstractivè, vel otiosè proposita, sed ut implenda, vel exequenda liberè à nobis, licet dependenter à Deo, ut causanta vel permittente, non ita fariò, ac veraciter sic promittit, vel comminatur, non fallaciter, & irrisoriè, quamvis aliqua ejus voluntas dandi, vel negandi motivè præcedat eadem merita, vel demerita, quia supremus Dominus est; sed quia simul est justus, executivè non glorificat, aut punit illis non positis, & prævisis: in quo nulla est fallacia, sed summa magis sapientia, bonitas, & justitia juxta suavem sui providentiam exercenda, ut dictum est: neque est etiam necessarium, quòd omnia, quæ ad hanc spectant, in sui promissionibus exprimat, quia licet promissio, ut vera sit, tenetur non excedere voluntatem promittentis, non tamen tenetur adæquare illam; & hoc in casu opportuit sic fieri, ne homines, quibus sua damnationis fieret absoluta promissio, vel revelatio in desperationem abirent, ut supra insinuavimus ex D. Tho. §. Et per hæc patet ad cætera, quæ subduntur ibidem; longè enim alienæ sunt promissiones nostræ à promissionibus illius, non minùs, quàm viæ ejus à viis nostris unde quidquid sit, quòd sic promittens inter nos magis illuderet, quàm seriò, aut veraciter promitteret, utpotè non habens in manu sua seriem, aut providentiam rerum exequendarum respectu promissionis implendæ, sicut habet Deus ut explicatum est; non tamen ipse illudit, aut decipit in suis promissionibus.

Ad confirmat. dato transeat ad ma. neg. mi. Nam licet in nobis, utpotè limitatæ, & imperfectæ providentiæ non possint similes voluntates intra lineam efficaciæ componi, cum ob eandem limitationem, & imperfectionem intra hanc lineam se extendere nequeant ad omnia quæ desiderantur ad utramquè componendam, secus verò in Deo ob rationem oppositam suæ amplitudinis, & universalitatis, ac supremi dominii, ut dictum est; nam cum omninò liberaliter decernat sit conditionem, & conditionatum sub tali conditione promissum, sicut potest incipere à negatione conditionis, pariter incipere potest à negatione rei sub conditione promissæ, imò connaturalius est ut vidimus, sic incipere à voluntate defectus ab illa, quàm à voluntate defectus à mediis, sicut connaturalius est in consequendo finem, incipere ab intentione illius, ut velit media consecutiva; unde admissa eadem voluntate conditionata salvandi omnes sine ullo præjudicio veritatis suarum promissionum, quibus sub conditione meritorum promittit gloriam hominibus, rectè adhuc datur alia voluntas efficax absolute dandi illam eli-

quibus, quibus pro sua liberalitate daturus est meritum, & alios excludendi, quibus permissurus est demeritum juxta idem supremum dominium, & suæ meritum providentię, ut sæpè dictum est.

Quòd si dicas ex vi prioris voluntatis conditionatæ salvandi omnes constitui gloriem aliquomodo, sive sub tali conditione futuram, sed cum hac futuritione non videtur posse componi posterior voluntas absoluta nagandi illam ante demerita prævisa, ergo non videtur hæc postetior posse cum prieri componi. Prob. mi. Quia hæc posterior constituit nagationem gloriæ absolutè futuram, sed hæc absolute futuritio negationis non videtur stare posse cum priori futuritione gloriæ ergo. Prob. mi. Tum quia absoluta futoritio negetionia gloriæ includit negationem cujuscunque futuritienis gloriæ; sicut efficax, & absoluta effirmatio unius includit negationem cujuscunque oppositi, aliàs efficax, & absolute affirmatio illius nun esset, ut patet ex terminis. Tum quia non stat gloriam esse futuram sub conditione, quòd homo mereatur, & in gratia decedat; & simul absolutè non esse futuram licet in eadem decedat, vel antevertendo omne prævisum demeritum, ut iterum videtur constare ex terminis, ergo non stat futiritio gloriæ sub cooditione meritorum, & decessus in gratia; & absoluta futuritio negationis illius independenter à maritis, & decessus in peccato, sive quasi indifferenter decedat, vel non decedat in gratia.

Huic instantiæ pa et ex dictis posse optimè utramque futuritionem, & voluntatem componi ob eminentiam Divinæ efficaciæ, ac providentię, & suavitatis ejus, quę cum in nobis, vel in creatura quamlibet excellenti deficiat ex quibus sæpe imaginamur posse in similibus sic ascendere in arguendo, vel discurrendo ad Divina, nequeunt hæc duo verificari, sicut in Deo. Prior ergo voluntas, vel conditioneta solum constituit futuritionem glorię inchoatam, vel incompletam, ant quantum est ex se ax parte Dei, posterior verò completam negationis illius, quia licet sit, ut dicebamus, intentivè ante prævisum demeritum, ut motivum, infert tamen permissionem illius prævisi ut motivi respectu voluntatis punitivæ, ob quod scil. ut liberè commissi, & ex malitia reprobi, executivè vult deinde damnare, vel damnat, unde non sunt futuritiones, vel voluntates oppositæ, sive ejusdem secundum idem, vel sub aisdem circunstantiis, ut dictum est, §. In forma ergo dist. claritatis gratia mi. Non stat hæc postetior voluotas in sui executione conc., in intentione, vel quoad suum esse oego: nec aliud convincuut ejus probationes.

§. VI.

Statuitur secunda Conclusio.

PRæter superiorem voluntatem excludendi à gloria ut à beneficio indebito ente prævisa demerita, ut motiva datur voluntas damnandi, vel puniendi propter eadem prævisa, ac proinde reprobatio, ut dicit voluntatem puniendi, vel infligendi pœnam, non est ante, sed post eadem prævisa, ut motiva. Conclusio satis colligitur ex dictis, & videtur expressa D. Tho. ubi supra ad Hanoibel., dum ait: *Voluntas damnationis respicit rationem validi, cum damnatio ex debito inferatur* & hic art. 3. verbis illis relatis ex fine corp. *Ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* Et ad 2. subdit *Reprobatio verò non est causa ejus, quod est in præsenti, scil. culpa, sed est causa derelictionis à Deo, est tamen causa ejus, quod redditur in futuro, scil. pœna æterna.* Constat autem volontatem damnandi, vel infligendi pœnam æternam sopponere culpam, ergo juxta D. Th. præter superiorem voluntatem exclusivam, datur hæc posterior punitive ob culpam prævisam, ut motivum pœnæ. Idem docet aliis locis relatis ne eadem repetamus.

Ratione deinde prob. desumpta ex illis verbis ad Hennibal. *Sed voluntas damnationis respicit rationem validi in damnato, cum damnatio ex debito inferatur, quia finis damnationis est Dei justitia.* Ex quibus fit argumentum. Voluntes puniendi, vel damnandi est ex justitia vindicativa, ut etiam suppono ex eodem ex. qu. 108, ergo præsupponit præscientiam demeriti, sed reprobatio includit voluntetem damnendi, sive puniendi pœne æterna damnationis, sive exclusionis à regno per hanc pœnam ergo paritar includit voluntatem damnandi propter prævisa demerita: hæc mi. sub sumpta patet ex dictis: prior verò cons. constat; quia justitie non inclinat in actus suos, nisi ex pręsuppositione debiti, ut iterum latè patet ex superioribus, & ibidam innuit D. Tho., unde pœna infligenda ex eadam justitia supponit peccatum, ac proinde etiam prævisionem ejus, nisi valimus à casu, aut pręter intetionem infligi. De quo videri etiam potest D. Aug. lib. 1. retract. c. 9. tom. 1. antiq. editionis, & lib. 3. de libaro arbitr. c. 17.

Expl., & urg. hoc. Externa punitio per damnationem æternam supponit demeritum temporalites executum, ergo reprobatio, seo voluntas ab ęterno Deo convaniens de exequenda temporaliter eadem punitiona pręsupponit ab ęterno demeritum pręvisum. Prob. ant. Tum quia aliàs ut dictum est, esset valuti execute à casu in ratione punitionis, sicut enim aliquid, (& præcipuè respectu Dei rectissimè procedentis) nequit esse intentum, vel volitum, ut tale, non priùs cognitum, ut tale, aliàs esset ut tale, volitum à casu, ita nec poterit esse executum, ut tale non priùs aliquo modo intentum, & consequenter non cognitum, aut prævisum ut tale, ergo cum punitio supponat demeritum, non poterit esse executa temporaliter à Dao, non supposita prout sic prævisione demeriti ab æterno, cum Deus, ut dictum est, non incipiat in tempore velle, aut cognoscere. §. Tum quia punitio temporalis, & voluntes puniendi conveniens Deo ab æterno comparantur, ut actus internus, & externus ejusdem virtutis justitiæ vindicativæ, vel punitivæ ergo si externa punitio supponit demarita executa; æterne voluntas puniendi præsupponit eadem prævisa.

Dices hanc conseq. manifestè instari in sententia (de qua supra) quòd permissio peccati in prædestinatis sit affectus prædestinationis præparata ei ex voluntate actualis. Nam sicut in eodem non benè valet: executio præsupponit peccata temporalis pœnitentię in prędestinato de necessitate commissa, ut supra ostēsum est, ergo volūtas ęterna Deo conveniens de denda illi temporeli pœnitentia pręsupponit prescientiam peccati committendi; ita nec valebit hęc: externe punitio pręsupponit peccata executa, ergo ęterne voluntas Deo conveniens de puniendo temporaliter præsupponit eadem pręvisa.

Sed contra hoc est. Nam licet dicamus voluntatem præcisè intentivam pœnitentiæ non esse ex pręvisione

ne

ne peccati, nullus tamen dicit, quòd voluntas Dei de temporali executione illius ex eodem prævisio non sit, ergo pariter licet dicamus voluntatem præcisè intentivam exclusionis à regno non esse ex prævisione demeriti, non tamen, quòd voluntas Dei de temporali executione illius per modum punitionis ex eodem prævisio non sit, unde poterat retorqueri in favorem utriusque nostræ conclusionis.

Explic., & urg. hoc. Nam quamvis pœnitentia, ut sic, aut per modum virtutis, quia non præsupponit peccatum commissum, aut committendum, sed solam non repugnantiam ex natura rei, vel ab intrinseco ex parte subjecti ad illum committendum (qua ratione dicitur fuisse in B. Virgine, licet ex speciali privilegio præservata sit, ut nec mortale, nec veniale committere potuerit,) intendi possit non prævisio eodem, secus tamen executio illius, quia per se, & essentialiter respicit illud, ut à pœnitente commissum, & ut recompensabile proprio actu, ut docet D.Thom., in 4.dist. 1. q. 1. ar. 1. quæstiunc. 3. & 3. p. qu. 85. ar. 2., unde actus illius, ut vidimus, modo in via est satisfactio pro peccato proprio, aut benè affici ad satisfaciendum pro illo; in Patria verò, vel in beatis est gaudere de satisfactione pro peccato proprio, & ideò peccatum proprium per se ingreditur objectum formale ejus, in quo distinguitur, ut dictum est, ab aliis virtutibus moralibus, quia respectu illarum passiones inordinatæ magis se habent ut terminus, à quo recedunt, quàm ut terminus ad quem specificans, ut docet idem quæst. 4. de virtutibus ar. 4. ad 5., & infra q. 95. ar. 3. ad 1., qua iterum ratione admittuntur aliæ hujusmodi virtutes morales in Christo, non tamen pœnitentia: sed etiam exclusio actualis à regno per modum punitionis, utpotè actus justitiæ vindicativæ, præsupponit demeritum, vel culpam, ergo licet voluntas præcisè intentiva de excludendo ab illo non præsupponat illud, aut prævisionem ejus, secus tamen voluntas de temporali exclusione punitiva.

§. VII.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. argumento jam insinuato ad evertendam præcedentem doctrinam. Deus per nos habet ab æterno voluntatem exequendi temporaliter exclusionem punitivam, sive damnationem ex prævisione demeriti, ergo debet ab æterno pariter habere aliquam voluntatem intentivã illius, & inferente, aut veluti radicantem hanc posteriorem executivam, ergo si non est hæc admittenda ante prævisionem demeriti, nec erit aliqua admittenda intentiva ante illud prævisum. Utraque conseq. tenet ex proximè dictis, quia nihil est executum, non priùs intentum ut tale nisi velimus, ut dictum est, evenire à casu. §. Explic., & urg. hoc. Deus volens ab æterno exequi temporaliter ex prævisione demeriti punitionem æternam, seu damnationem operatur propter aliquem finem intentum, sed iste non est præcisa exclusio ut à beneficio indebito, cum sit punitiva, ergo erit necessariò voluntas intentiva punitionis, & consequenter ex prævisione demeriti.

Urg. 2. Voluntas qua Deus ab æterno vult exequi temporaliter gloriam, ut coronam, oritur ex voluntate intentiva illius, ut talis, sive per modum coronæ, ut fatentur plures ex nostris, ergo pariter voluntas, qua ab æterno vult Deus exequi in tempore punitionem externam oriri debet ab illa voluntate intentiva istius punitionis ob idem inconveniens, quòd non detur aliquid executum ut tale, non priùs intentum, ut tale.

Adhoc, (quòd placuit proponere ad ma. explicationem superioris doctrinæ, ne videamur nobis contradicere, resp. dist. 1. consequens, intentivam damnationis ante prævisa demerita nego, post eorum prævisionem, conc., & nego deindè 2. consequentiam, quia aliud est, quòd Deus habere possit aliquam voluntatem intentivam exclusionis à regno ut à beneficio indebito ante prævisa demerita, aliud verò, quòd possit habere illam, ut intentivè exclusivam per modum punitionis æternæ, aut damnationis ante eandem prævisionem. Primum asserimus in priori conclusione; secundum verò negamus in hac posteriori, quia licet Deus volens manifestare suum supremum dominium habeat priorem voluntatem independenter à demeritis, vel prævisione eorum, dum tamen simul vult manifestare suam justitiam punitivam, & vult consequenter exequi illam in tempore suppositis, & prævisis demeritis, necessè est, quòd etiam intendat sic exequi illam ex eadem prævisione ad manifestandam eandem justitiam, sic ista exigente, ut dictum est, immò ex hac voluntate intentiva ejusdem manifestationis oritur voluntas exequendi in tempore damnationem. Neque hoc ipsum negamus, scil. voluntatem intentivam damnationis ex demeritis prævisis ob idem motivum, vel finem justitiæ manifestandæ, immò consequenter asserimus, dum in hac secunda conclusione dicimus voluntatem punitivam procedere ex prævisione illorum, quia sic petit justitia vindicativa, vel punitiva ex præsuppositione debiti: sicut ex opposito, quia dominium supremum est omninò independens ab illo, dicimus in prima, quòd voluntas præcisè exclusiva ut à beneficio indebito, non tenetur supponere illud, ac proindè antevertit prævisionẽ demeriti. Et sic omnia consonant. Per quod patet ad 1. confir.

Ad 2. potest eodem modo proportionabiliter resp. Sed prætereà ex dictis patet ex una voluntate intra lineam prædestinativã non posse aliam eodem modo inferri intra reprobativam, quia quòd electio ad gloriam etiam ut coronam dicatur gratis fieri, & ante prævisa merita, nulli infertur injuria benè, autem si decretum infligendi pœnam antecederet præscientiam peccati. Secundò, quia corona in ordine intentivo, non ita dicitur dependere à meritis, sicut pœna à demeritis, sed magis causare illa, nam cum sit bonum per se, & non occasionatum, intendi potest independenter ab alterius prævisione. E contra verò pœna, cum bonum occasionatum sit, nec exequi, nec intendi potest nisi occasione culpę, ut dictum est, & ideò etiamsi daretur ad voluntatem executivam glorię ut coronę, non præexigi voluntatem illius ex prævisis meritis, adhuc tamen forè necessariam voluntatem intentivam punitionis ex demeritis prævisis ad voluntatem excutivam illius. A fortiori a item erit necessaria, si neque voluntas executiva gloriæ, ut coronæ, stare nequit sine intentiva illius ex prævisione meriti.

Sed instas contra hujusmodi solutionem, (& simul iterum impugnatur prima conclusio. Nam juxta superiorem doctrinam, & probabilem modum dicendi sequitur, quòd in reprobatione sufficiat voluntas in-

intentiiva punitionis, & altera axecutiva illius nulla alia supposita præcisè exclosiva ante de norita prævisa, ergo non cohærent cum priori conclusione, Prob. ant. nam juxta illam, & iosinuatum modum dicendi salvatur integrè prædastinatio cum sola voluntate intentiva gloriæ, ut coronæ, & executiva illius ut talis in tempore, ergo paritar salvari intagrè poterit reprobatio cum sola voluntate intentiva exclusionis punitivæ ex prævisis demeritis, & executiva illius in tempora sine alia voluotate præcisè exclusiva ante eorum prævisionem, Cons. tenet, quia eadem suffi ere videntur ad reprobationem, quę ad prædastinationam.

Respond. iterum ex dictis nego ant. Ad prob. nago conseq., & ad illius prob., nego quòd eadem sufficiant ad reprobationem, quia cum non damnetur aliquis nisi propter peccatom permissum, debet ad damnationem præcedere permissio ejus, ac proindè voluntas permittendi illud, hæc verò non est voluntas ostendendi jostitiam punitivam, sicut nac permissio est effectus istius voluntatis ostensivæ ejusdem jostitiæ, sed magis alteriùs ostansivæ supremi dominii Dei, ex quo nulli tenetur dare gloriam, ut ostansum est, & ideò reprobatio incipare debat ab hac voluntate exclusiva à gloria, ut à beneficio indebito, & non immediatè à voluntata intentiva punitionis præsupponentis demaritum prævisum, nam solum ab ista oriri potest voluntas damnandi, sive exequendi punitionam, ut dictum est, & ideò præter utramque hanc volontatem, quæ sunt ad manifestandam justitiam Divinam per modum puoitionis, seo vindicativam, admittenda est prior voluntas præcisè exclusiva sub ratione indebiti. Cœterum ex voluntate intentiva gloriæ, ut coronæ, (quæ dicitur Deo gratis conveni.e,) oriri potest voluntas dandi merita, & exequendi gloriam, ut coronam in tempora, & ideò ab eadem voluntate intaotiva gloriæ, ut coronę incipere potest prædestinatio.

Sed instas: si ita est, qood permissio peccati non est ex voluntate damnandi non est necessè, quòd Deus incipiat in reprobando à voluntata permittendi illud ergo. Prob. ant., nam ideò in prædestinandn incipit à voluntate dandi marita, quia vult dare illa ax voluntata prædestinandi, ergo si voluntas permittendi peccatum non est ex vnluntate damnandi, non erit necassarium, quòd in reprobando incipiat à voluntata permitrendi illud. §. Urg. hoc. Nam semel admissa voluntate intentivs exclusionis à regno, & permissionis peccati superflua videtur alia voluntas intentiva justitiæ vindicativæ, ex qua oriatur voluntas executiva punitiunis, ergo. Prob. ant. quia ex priori illa voluntate potest sufficientar oriri hæc posterior voluntas, argo. Prob. ant. ex voluntate samel intantiva glorię, & maritorum sufficienter oritur voluntas executiva illius ad ostensionem justitię remunerativę, argo paritar ex voluntate semal intentiva exclosionis à regno sufficienter atiam oriri potest voluntas executiva illius ad ostensionem justitię vindicativę,

Urg. ultariùs, Post prævisa demerita non ast necessaria voluntas intentiva ostensionis justitię vindicativę in punitione exclusionis à regno, ex qua nriatur voluntas executiva illius in tempore, ergo vel sufficiet voluntas semel intentiva exclusionis ad hujusmodi voluntatem executivam per modum punitionis, vel si tenemur admittere aliam intentivam illius, superflua erit alia prior intentiva, Prob. antec. Post prævisa merita non est necessaria voluntas intentiva justitiæ remunerativæ, ex qua oriatur voluntas axecutiva gloriæ ut coronæ meritorum, ergo nec post prævisa demerita erit necessaria voluntas intentiva ostensionis justitiæ vindicativæ, ex qua oriatur voluntas executiva punitionis, vel exclusionis à regno per modum pœnæ.

Ad hæc patet etiam ax dictis, unde ad instantiam nego ant. Ad prob. nego conseq. ax discrimine adducto inter reprubationem, & prædestinationam, in qua omnia sunt positivè à Deo, non tamen in reprobatione, nam licet permissio à Deo sit, non tamen peccatom positivè, cujus aliàs prævisio tanquam motivi ast necessaria ad voluntatem damnandi, ut dictum est. Cum ergo permissio sit effectus reprobationis, nec possit esse effectus voluntatis damnandi, ut ostensum est, reduci debet ad voluntatem non salvandi antecedentem prævisa demarita, & veluti radicantem aliam intentivam justitiæ vindicativæ manifastandæ in executinne punitionis. Cœterum media, sau merita in prædestinatione, quę conducunt ad manifastationam jostitię remunerativæ, cum oriantur, vel fiot positivè à voluntate liberali dandi illa, rectè potest ex hac voluntate oriri voluntas exaquendi gloriam, ut coronam, etiam antecedenter ad eadem prævisa, ut motiva, Per quod patet ad primam confirmatinnem.

Ad 2. similiter respond. ex eadem radice discriminis inter utramque, nam in prędestinstione, cum liberalis voluntas, vel gratuita Dei, seu qua primò muvetur ad prędestinandum, positivè omnia respiciat, quæ pertinent ad hanc lineam, eadem, qua primò ex sua sola gratia motus vult dare gloriam propter merita, intentivè etiam respicit manifestationẽ sną justitiæ remunerativæ, unde post prævisionam meritorum non est sic necessaria alia voluntas intentiva ostensionis illius in temporali axecutione retributionis præmiorum, sed statim post eadem prævisa vult ex justitia exequi illam; at in reprobatione ante prævisionem demeriti, ut dictum est, nequit asse intentin justitiæ vindicativæ, vel ostensionis ejus, sed tantum exclusionis manifestativæ supremi dominii, & ideò præter hanc voluntatem sic excludendi, est necessaria post illius prævisionem alia voluntas intentiva ejusdem justitię, ex qua oriatur voluntas executiva punitionis, aliàs ut supra dicebamus, esset executio non priùs intenta, quod repugnat. Ex quibus etiam colligi potest definitio reprobationis. Quòd nempè sit pars providentię circa creaturas rationales deficientes ab ultimo fine cum voluntate denegandi gloriam, permittendi peccata, & intendendi ostensionem justitiæ vindicativæ, & volendi eam exequi in tempore in punitione demeritorum per damnationem æternam,

Secundò arg., & potest asse replica. Deus nullum adultum statuit excludere à regno, non simul statuens illum æternis cruciatibus mancipere, ergo si semel voluit excludere ab illo ante prævisa demerita, pariter voluit ante prævisa damnare, aliàs simul vellet, & non vellet damnare illum ante illorum prævisionem, unde videntur hæ duæ voluntates de manifesta contradictione convinci.

Ad hoc patet ex dictis nullam esse contradictionem, ubi non est omnimoda identitas, sive ejusdem de eodem secundum idem, ut contingit in casu ob diversitatem motivi, vel finis, ut ostensum est. Unde parum refert, quòd velit simul, si simultas

ad

ad idem referatur, §. Sed præterea ex superioribus dist. antec. volt simul, simultate reali, vel ex parte actus, conc., simultate signi, vel ex parte objecti, nego, licet enim ex parte Dei, vel ex parte suorum actuum dari nequeat prioritas realis, cum hæc sine reali distinctione imaginabilis non sit, nihilominus, quia simplicissimus actus Dei ad plura inter realiter distincta se extendit, eminenter, virtualiter, aut fundamentaliter, ut dicebamus, est multiplex, & ideò nostro modo concipiendi eundem Dei actum ut terminatum ad unum objectum, vel etiam ad idem, sub diverso motivo, vel sine distinguimus à se ipso, ut terminatur ad aliud, vel etiam ad idem sub motivo, vel sine diverso, & priùs ratione concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, vel priùs ad idem sub uno motivo, vel sine, quam sub alio, & penes hunc modum concipiendi distinguunt Theologi diversa signa, & instantia prioritatis, & posterioritatis rationis in actu Divini intellectus, & voluntatis circa res ad extra, vel producendas, vel prædestinandas, aut reprobandas, ut in casu, sumpto fundamento ex prioritate, & dependentia objectorum inter se, quam habent, aut ex natura rei, aut ex Divino beneplacito secundum infinitam sui sapientiam, ac suavem providentiam, qua disponit id, quod est magis consentaneum naturis rerum, & sibi magis connaturalius, ut hac in re explicatum est, unde nulla est contradictio, quòd velit simul excludere à regno, ut à beneficio indebito ante prævisa demerita, & damnare solum post illa prævisa, quia licet utrumque velit simul, simultate reali, & durationis, non tamen simultate instantis, & signi rationis, nec sub eodem motivo, & sine, sed diverso, & sic omnia consonant.

QUÆSTIO TERTIA.

An peccatum originale sit motivum reprobationis.

HActenus ostensum est demerita personalia, seu peccata actualia non fuisse motivum reprobationis negativæ, sive sumptæ pro voluntate præcisa non salvandi, seu excludendi à regno, itaut ab hac voluntate efficaci exclusivois ab illo ante eorum prævisionem inceperit reprobatio hominum. Difficultas modo est etiam inter Thomistas an præcesserit etiam motivè prævisionem peccati originalis, nam pro utraque sententia urgent gravissimæ authoritates D.Thom., ondè affirmativam probabiliter sustinet Illustriss. Godoy hic §.6.concl.7., quem sequitor Gonet ar. 3. §.1. & eildem favet M.Lemos ab eodem relatos. Negativam verò tuetur M. Farre q.10. hic §.1. concl.1. cum M. Bannez ar.5. Serra, ar.7. dub.3. Salmantic. disp.8. dub.1., Philippo à SS.Trinitate, & alii.

§. PRIMUS.

Statuitur Conclusio.

QUamvis utraque sententia valdè probabilis sit; negativa tamen videtur magis conformis doctrinæ D. Thom., ac proindè probabilior. De priori parte non est dubitãdum, tum ob autoritatem DD., qui eam sustinent, tum ob urgentia motiva, sive ex authoritate utriusque SS. D. August., & D.Tho.desumpta, sive etiam ex ratione, de quibus infra, unde non immoramur circa illam. Secunda ergo de qua est præcipua difficultas, sumitur 1. ex celebri illo superiori loco ad Hannibal., ubi ut vidimus q. ant.conclus. 1., expressè distinguit D.Th.in nostra reprobat, duas voluntates, alteram de contradictorio, scil. de non salvando aliquos, & de hac asserit nullam præsupponere causam, vel debitom ex parte creaturæ, sed solam rationem indebiti ex parte gloriæ, ut explicatom est. Aliam verò de contrario, seu punitionem æternam, quæ supponit in nobis, vel peccata personalia, vel infectionem naturæ per peccatum originale, ergo juxta D. Thom. in reprobatione nostra priout de facto contingit datur ante omnem prævisionem demeriti, sive porsonalis, sive originalis efficax voluntas excludendi à gloria, ut à beneficio indebito.

Deindè 3. cont. Gent. cap.161., & 163., & ad Rom.9. lect. 2., & hic ar.3., ut vidimus, expressè docet, quòd ad Divinam providentiam pertinet homines non solum ordinare in vitam æternam, sed etiam permittere aliquos ab isto fine deficere, quod est reprobare, quia semper ut toties dictum est, unamquamque creaturam respicit secundum earum conditionem, scilicet deficienter ex parte illius, si deficiens sit, vel incorruptibiliter, si incorruptibilis sit. Et sicut prædestinatio est pars providentiæ respectu illorum, qui divinitùs ordinantur ad vitam æternam consequendam, ita reprobatio est pars illius respectu eorum, qui ab isto fine deficiunt; & sicut prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationem pro culpa. Et ar.5. ad 3. inquit; quare hos, & nõ illos reprobaverit non habet aliã rationem, nisi Divinam voluntatem. Unde videtur perpetuus in hoc, quòd à beneplacito illius incœperit reprobatio. Quoad verò originale remissum constabit infra favere etiam D. August.

Ex his prob. 1. principaliter conclus. ratione, qua suprà respectu peccati personalis, præcipue loquendo de peccato originali remisso, quamvis etiam militet de utroque. Si peccatum originale asset motivum, aut ratio reprobationis nostræ, asset etiam motivum, aut ratio totius effectus illius, sed hoc à D.Th. hoc non subsistit, ergo. Ma. videtur de se manifesta, quod enim antecedit reprobationẽ, ut tale debet antecedere etiã omnem illius effectũ, & ratio est, quia quod antecedit ut motivũ voluntatis reprobativæ, debet etiã ut tale antecedere respectu mediorũ conducentium ad finem illius: Mi. etiam est expressa Div. Thom., nam dum ait, quòd reprobatio includit voluntatem permittendi aliquam cadere: apertè insinuat solam voluntatem Divinam esse caulam totius effectus reprobationis. Sed præterea prob. quia permissio peccati actualis, propter quod aliqui damnantur, non habet causam sui peccatum originale, præcipuè loquendo de originali jam remisso, quia aliàs istud asset causa damnationis illius, quod videtur expræssè contrà Trident. sess.5. ubi ait. *In renatis nihil odit Deus, quia nihil est damnationis iis, qui verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem. Unde etiam explicans Apostolum, quando concupiscentiam in illis remanentem appellat peccatum, subdit*. Sancta Synodus *declarat Ecclesiam Catholicam nunquàm intellexisse peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum sit, sed*

quia

quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Et ratio est, quia pœna æterna non respondet peccato jam remisso, ergo.

Dicas 1. ad D.Thom. Quòd non loquitur locis relatis, & præcipuè in præsenti, in sensu absoluto, vel simpliciter, dum ad solam Dei voluntatem, vel beplacitum reducit aliquorum reprobationem, sed magis in comparativo, dum scil. fit quæst. in speciali cur potiùs hunc reprobet Deus, quàm illum, sive cur, cum homines per peccatum originale, vel primi parentis nascantur obnoxii eidem damnationi, aliquos ab hac massa, & damnatione liberet, & ad vitam æternam aligat, alios verò in eadem derelinquat, & non eligat ad gloriam; in hoc quidem sensu rectè assignatur juxtà D.Thom. sola Divina voluntas cum non sit alia assignabilis, juxtà illud, quod adducit in fine ejusdem solutionis ad 3. ex D.Matt. An non mihi licat, quod volo facere. Cœterum absolutè loquendo, vel dũ in generali quæ it, cur aliqui à Deo reprobetur, & quæ sit aliquorum reprobationis causa, nulla facta comparatione cum eis, qui eliguntur, tunc non recurrit ad solam Dei voluntatem, sed etiam ad justitiam, quæ ex parte hominis aliquam semper causam supponit. Quod etiam colligitur ex his, quæ ibidem præmittit dum de illa in generali loquendo inquit. Voluit igitur Deus *in hominibus quantum ad aliquos, quos prædestinat, suam repræsentare bonitatem per modum misericordiæ, parcendo; & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum justitiæ, puniendo; & hæc est ratio, quare Deus quasdam elegit*, & quosdam reprobat.

Id etiam expressiùs tradit cap. illo 9. ad Rom. lect. 4. dicens. *Circa electionem bonorum*, & reprobationem malorum, duplex quæstio moveri potest. Una quidem in generali, quarè velit Deus quosdam indurare, & quorundam misereri. Alia verò in speciali, quare velit hujus misereri, & hunc, vel illum indurare. Et potest quidem ratio hujus quæstionis assignari, secundæ autem quæstionis non potest assignari ratio, nisi simplex Dei voluntas. Cujus *exemplum patet in rebus humanis &c.* Et deindè ostendit cur vult quosdam reprobare, & indurare esse justitiam, quæ demeritum ex parte hominis supponit, quod ad peccatum originale refert.

Idem docet in cap.6. Jo. lect. 5. ad illa verba. *Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me traxerit eum. Quarè autem*, inquit; *non omnes aversos trahit, sed aliquos, licet sint omnes aequaliter aversi. Ratio quidem in generali potest assignari, ut scil. in illis, qui non trahuntur, appareat, & refulgeat ordo Divinæ justitiæ. In illis autem, qui trahuntur immensitas Divinæ Misericordiæ. Quare autem in speciali trahat hunc, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitum Divinæ voluntatis. Unde dicit D. Aug. quem trahat, & quem non trahat: quarè illum trahat, & illum non trahat*, *noli velle* judicare, si vis non errare. *Et paulò infrà subdit. Si ergo Deus ad complementum universi, quosdam quidem trahit, ut in eis appareat sua misericordia, quosdam verò non trahit, ut ostendatur in eis sua justitia*. Ità D.Thom. In quibus satis clarè videtur exprimere mentem suam, quòd licèt ad complementum universi, quod requirit, ut uniformitas graduum conservetur in rebus, quosdam eligat, & quosdam relinquat, & reprobet; quosdam trahat, & quosdam non trahat; tamen cum quosdam relinquit, & non trahit hoc facit ex justitia, proindeque causa est ex parte hominis, cur hoc faciat, licet ad complementum universi hoc faciat.

Sed contrà hanc solutionem, vel explicationem (cui videtur opposita sententia satis confidere) prout innixam autoritatibus relatis patet primò ex dictis, solum militare posse (ad mentem D. Thom. in aliis claré expressam, vel à se ipso declaratam in primò loco ad Hannibal: sine ulla contradictione ad posteriores adductas in solutione; de reprobatione positiva, vel de contrario, non de præcise negativa, vel de contradictorio, siva loquamur de illa in generali, sive in speciali; hac enim maximè in re, & in tota sua doctrina ad hoc perpetuò tendit, ut ostendat supremum Dei dominium, independentiam, & immensam sui bonitatem, & liberalitatem erga creatu as præcipuè rationales, (de quibus est illi principalis cura ad plenam earum subjectionem ad illum. Ad hoc autem patet summopere conferre, quòd sicut in prædestinando intentivè incipit ad eligendum pro sui beneplacito sine ulla ratione debiti, ità pariter incipiat in reprobando ad excludendum, quia non debet dare: quidquid sit, quòd punitive deindé, vel executivè supponat debitum ex parte exclusi juxtà meritum, vel exigentiam justitiæ vindicativæ, ut dictum est. Unde tenemur conformius ad mentem illius dare primam exclusionem sine aliqua suppositione debiti ad ostensionem ejusdem supremi dominii, quia nempè non tenetur dare. Ubi autem non est ratio debiti, nec potest esse ratio justitiæ, & consequenter nec præcedere ad talem exclusionem motivum aliquod demeriti sive personalis, sive originalis.

Ex his, ergo impugnatur 1. prædicta explicatio, vel solutio, & est veluti ratio à priori conclusionis. Conformius est ad mentem, & doctrinam D.Thom. asserere, quòd detur in Deo efficax exclusio à regno sine ulla ratione debiti ad ostensionem supremi ejus dominii sola supposita infirmitate naturæ ad pleniorem hominum subjectionem, & humiliationem ad illum; sed ubi non est ratio debiti, nec potest esse ratio justitiæ, ergo nec potest esse motivum demeriti sive personalis, sive originalis: conseq. tenet; mi: est certa, & ma. patet ex præcedente doctrina.

Secundò. Nam D. Thom. locis relatis ex professo inquirens de causa, vel motivo prædestinationis in eo sensu (specialiter loquitur, de quo debuit principaliter disputari, aut esse principalis quæstio, sed hæc est in sensu absoluto, non comparativo, & in illo etiam potissimum dissentiunt, nam in isto, vel modica, vel nulla ferè est legitima difficoltas, ut patet ex dictis, ergo dum utramque reducit ad solam voluntatem, absolutè loquitur, & non præcisè comparativè: quidquid sit ad pleniorem tanti mysterii intelligentiam, quòd hic, & alibi locis in solutione relatis illud etiam explicet, & resolvat in utroque sensu.

Tertiò quia posteriori loco à nobis adducto in eo itatum sensu assignat causam reprobationis Divinam voluntatẽ, in quo assignat prædestinationis, sed hujus assignat in absoluto, ut suppono ex communi consensu ergo. Tum quia videretur valdè diminutè procedere, dum consultò tractans de illis, earum causam absolutè non assignaret, vel magis principaliter, quàm comparativè, ergo.

Dices, ut suprà eam assignare hic ar. 5. & aliis locis citatis, §. Sed contrà hoc est, & in primis jam dictum

ctum est, id non obstare, quòd ad plenam explicationem de illa in utroque sensu mentionem faciat, non tamen ad principalioris difficultatis resolutionem. Deindè instn, ut supra, nam eisdem lucis, & præcipuè hic ar. 5. non præcisè loquitur de reprobatione negativa, sed magis positiva, vel punitiva, ergo non sunt ad inteotum contrà relatas à nobis. Prob. ant. quia manifestara per modū justitię puniendo, ut ait hìc, (& similiter aliis locis) non est reprobatio negativa, sed positiva, vel punitiva, sive sompta pro affectu, vel executiva, ut patet ex terminis, & ex eo quod subdit ex Apost. Nempè, & hanc *causam assignat Apost. ad Roman. 7. dicens Valens Deus ostendere iram idest vindictam justitiæ, & notam facere potentiam suam, sustinuit, idest permisit in multa patientia vasa iræ apta in interitum.* Quod sine dubio referendum ast ad actum punitivum, sive ad reprobationem exacutivam, vel sumptam pro effectu requirente causam demeritoriam, ut explicatum est: quæ est expressa doctrina ejus quæst. 6. de varitate ar. 2. ut constat ex dictis, & adhuc potarit constare infrà. Ex quibus etiam impugnari possunt aliæ solutiones, vel explicationes, quas adducit Gonat ubi supra.

Ad rationem ergo factam dices primò, peccatum originale solum posse ex eadem excludi à ratione causæ adæquatæ, non tamen ab omnimoda ratione ejus, ità ut verè causa, aut motivum, sive radix non sit reprobationis nostræ: Dicunt enim quòd duplici titulo Deus hominea reprobavit, scil. indebiti beneficii, & titulo debitæ justitiæ punitivæ propter peccatum originale, ità tamen ut iste sit veluti primarius, & radicalis: Unde remisso originali jam finita est ejus causalitas. Tunc verò primi effectus reprobationis, scil. permissionis peccati actualis causa est alius titulus, nempè indebitæ gratię, qui sicut fuit simul à principio causa reprobationis, pariter causa est permissionis peccati, sive etiam negationis auxilii efficacis, quod debitum non est.

Id aliter explicat Mag. Lemos cap. 13. apud eundam Gonet, scil. peccatum originale in baptizatis esse culpam, aut primam radicem reprobationis, & consequenter permissionis peccati, stare dupliciter. Uno modo formaliter, sic quòd habeat aliquam influxum formalem, aut virtualem in baptizato. Alio modo quasi materialiter; quia cum ab initio esset proxima causa demeritoria, ob quam Deus posuit decretum reprobativum, manet quodammodo conjunctum, (licet non influxivè) cum tali decreto: Et quia hoc decretum ex vi suæ immutabilitatis adhuc perseverat, & influit, licet ex meritis modo defacto alterius tituli, scil. indebiti beneficii, hoc modo verificatur originale jam remissum esse primam radicem, aut causam permissionis peccati, & aliorum effectuum reprobationis.

Clariùs fortè, & magis ad rem suam, hoc ipsum iterum explicat idem Mag. Nampè, quòd etiam in baptizatis retinet influxum saltem virtualem, & mediatum ratione effectus relicti, quorum præcipuus est, quòd homines justificati in accepta justitia stabiles esse non possint, nisi ex fortiori dono gratiæ conservantur, ut jam patet in homine mortuo, qui dicitur pater filii posthumi ratione seminis ab eo decisi, & in utero matris relicti.

Dices secundò eidem rationi, nullam esse illius consequentiam, nempè quòd ex eo quòd peccatum sit prima causa, vel motivum decreti exclusivi, & istud sit causa permissionis peccati actualis in baptizato, debeat idem originale esse causa, vel radix ejusdem peccati: manifestè enim instatur in decreto prædestinationis Christi; nam etiam peccatum originale fuit prima causa, vel saltem occasio, ut Christus prædestinaretur, vel incarnaretur, ut dictum est, & tamen supposita hac ma. non sequitur; sed Christi prædestinatio, vel incarnatio est causa nostræ prędestinationis, & gratiæ, ergo peccatum originale est prima causa, vel motivum nostræ prædestinationis, & gratiæ. Sicut ergo hæc posterior consequentia nulla est, quia permissio originalis cum nostra prædestinatione, & justificatione ordinem non habet, ut sit illius causa vel ratio; ità nulla erit nostra, quia licet peccatum originale fuerit prima causa, vel radicale motivum, ut Deus habuerit hoc decretum, scil. Volo ob originale hos excludere à gloria, ibi tamen totaliter cessavit eius influxus, sicut cessavit in prædestinatione Christi; licet postea idem decretum ob suam firmitatem, & immobilitatem, & secundum quòd in illo perseverat titulus in debiti beneficii, habeat permittere, quòd tales baptizati cadant in actuale peccatum, ob quod damnantur. Unde negatur prima ma. argumenti facti. Hæc sunt in summa, & præcipua, quibus conantur solvere Contrarii præcedentem rationem, quæ tamen satis efficax est, ut vel ipsi fatentur, & adhuc his non obstantibus subsistere ejus efficaciam statim constabit.

Sed contrà hæc omnia patet ex proximè dictis, & superiùs etiam ad mentem D. Thom. specialiter militare de reprobatione positiva, non de negativa, à qua tenemur asserere, quòd incipiat Deus antevertendo omne debitum ad ostensionem sui supremi dominii, ut probatum est, unde licèt facta suppositione videantur aliqualiter salvare, quòd esto peccatum originale sit prima causa, vel radix reprobationis, adhoc non teneatur extendi ad peccatum actuale, quod permittitur in reprobo baptizato, & ob quod deindè ita damnatur, tamen procedere primò contrà meritum divini beneplaciti, à quo magis incipit Deus ad extrà, sive in prædestinando, sive in reprobando, ut dictum est. Et deindè nec apparet in eisdem solutionibus, cur prædictis duobus titulis concurentibus, scil. debiti originalis, & indebiti beneficii, magis ab illo, quàm ab isto incipere debeat, quod supponunt in aifdam, & hoc supposito conantur ostendere, quomodo idem originale se extendat, vel non se extendat ad actuale peccatum, vel lapsum in illud. Fateor quidem non esse incongruas ad vim argumenti præcedentis ex vi prædictæ sequelæ, nihilominus monitum volo, quòd procedunt ex suppositione non admittenda, & quam probare tenentur, nec ità facilè suadere poterunt in præferendo unum alteri titulo.

Sed contrà singulas, & 1. contrà primam deindè instatur sic. Remisso originali extinguitur omnis ratio demeriti, & indignitatis, ergo nequit in baptizato denegatio gratię esse in pœnam originalis remissi: ant. constat, tum ex Concil. relato. Tum quia homo per gratiam fit simpliciter dignus, & objectum congruum divinæ dilectionis, ac si peccatum non fuisset, juxtà illud, omnium iniquitatum eorum non recordabor, quia nempè gratia misericorditer ei collata tollit culpam, & reatum, sive debitum habendi Deum inimicum, & ultorem, & consequenter carendi auxilio divinæ gratiæ: cons. verò prob. quia pœna præcipuè spiritualis dicit intrinsecè relatio-

nem

nam ad demeritum proprium, vel culpam, vel supponit illam, ut ait D. Thom. 22. quæst. 108. in fine corp., *non punitur aliquis in spiritualibus bonis sine propria culpa, sive in præsenti, sive in futuro*, ergo si remisso peccato tollitur omnis ratio indignitatis, & demeriti, nequit talis denegatio esse in pœnam. §. Quid si dicas non obstante eodem remisso adhuc irrogari tot mala; cur non poterit etiam irrogari denegatio gratiæ.

Contrà hoc militat idem discrimen inter malum in bonis spiritualibus, & temporalibus, quòd cum pœnalitates præsentes magis sint de hoc posteriori genere malorũ, non supponunt necessariò demeritum proprium, ut explicat in eodem ar. D. Thom. licet supponant causam, ut præmittit ibidem, idque tantum eleganter prosequitur in solut. ad 1.

Ex quibus etiam impugnatur sic. Licet remisso peccato originali remaneant pœnalitates in nobis, non tamen ut irrogatæ de novo propter idem remissum, nec ut pœnæ personæ, sed magis ut pœnalitates naturæ, ergo nec gratiæ denegatio erit in pœnam originalis remissi: Ant. patet. Tum quia si irrogerentur propter idem remissum, esset eadem difficultas, ac de gratiæ negatione. Tum quia omnes hujusmodi pœnalitates habent ab initio consequi in puncto contractionis peccati: Quòd autem illo remisso permaneant, ex eo provenit, quia gratia sanctificans non restituit donum justitiæ originalis, nec extrinsecam protectionem Dei debitam illi statui, quæ impediebant omnes hujusmodi calamitates, ut docet D. Thom. 1. 2. quæst. 85. ar. 5. ad 1., ubi ait. *Sic igitur remota justitia originali, natura corporis humani relicta est sibi*. Ex quo etiam infert, quòd licet æquale sit in hominibus peccatum originale, nihilominus, *Secundum diversitatem naturalis complexionis, quorundam corpora pluribus defectibus subjacent, quorundam verò paucioribus*. Et deinde ad 3. in fine subdit. *Gratia datur homini ad rectificandum animæ actus, non autem ad cohibendum defectus corporales, sicut originalis justitia cohibebat*: Conf. verò prob., nam ideò hujusmodi pœnalitates non incurruntur de novo ob originale remissum, quia prout sic supponitur extinctum quoad omnem rationem demeriti, & indignitatis, ergo nec poterit ob eandem rationem irrogari denegatio gratiæ per modum pœnæ: Tum à fortiori ob superiorem doctrinam D. Tho., quia est malum in bonis spiritualibus. Tum quia hæc irrogatio de novo advenit, & non supponitur priùs incursa, vel inflicta, aut contracta sicut illa aliarum pœnalitatum, ut dictum est, unde minùs attribui possunt originali primò contracto, & jam remisso tanquam causæ illius, sicut nec attribuerentur aliæ pœnalitates, si de novo irrogarentur, Videatur ibidem D. Thom.

Secunda verò solutio impug. sic. Ut originale esset causa etiam inadæquata reprobationis, deberet perseverare manente decreto, ergo si non perseverat non erit causa illius. Prob. ant. nam quia titulus beneficii indebiti est causa, estò inadæquata, manente decreto perseverat, ergo pariter &c. Et ratio utriusque est. Quia quælibet causa in universum præcipuè efficiens, ad quã reducitur moralis ut in superioribus explicatum est:) aliquo modo manet in effectu, sive virtualiter, licet in se entitativè transeat, ergo si originale remissum totaliter extinguitur tam formaliter, quàm virtualiter nequit dici, vel esse causa etiam inadæquata.

Secundò, & simul urg. ratio facta. Si Deus moveretur propter merita ad eligendum, teneantur ista perseverare in executione dandi gloriam, vel consecutionis illius, ergo si ab initio moveretur ad excludendum ab illa propter originale, teneretur istud manere in exercitio exclusionis ab illa saltem virtualiter. Et ratio utrinsque iterum est. Tum quia videtur alienum, quòd velit Deus aliquem perpetuò ad consortium suæ gloriæ, vel perpetuò ab illa excludere propter motivum, quod in ipsa executione nullo modo, utpotè extinctum, influat ad consecutionem, vel exclusionem. Tum quia sicut repugnat aliquid esse efficaciter executum, & nullo modo, vel non priùs efficaciter intentum, ita pariter esse efficaciter intentum, & nullo modo exequendum, sive ante executionem omninò esse extinguendum, vel extinctum, & nullo modo influxurum. Tum quia ex eo colligere possumus aliquid ab initio esse intentivè causam alicujus affectus ponendi, vel non ponendi, quia postea videmus in executione, quòd influit ad illius positionem, vel non positionem, ut patet in eodem motivo beneficii indebiti, nam si in executione nullo modo influeret, sed esset omninò extinctum, affirmari non posset, quòd antea fuisset efficaciter intentum, ut causa etiam inadæquata.

Urg. hoc ex his, quæ dicebamus in 3. p. ad probandum Christum non venturum adhuc in carne impassibili ex vi præsentis decreti, non solum quia impassibilitas cum non esset connaturalis, nec debita naturæ humanæ indigebat distincto decreto à præsenti, & innixo suavi Dei providentiæ, secundum quam operatur id, quod est magis consentaneum naturis rerum; sed quia etiam si efficaci, vel absoluto Dei decreto fuisset prædestinatus, vel intentus ut impassibilis, fuisset ut talis executus, aliàs mutatio, inquiunt Thomistæ, esset admittenda in Deo, de quo argumento vid. M. Alvarez ibid. q. 1. ad ar. 3., ergo si semel originale esset efficax motivum ad reprobandum, itaut ex vi illius moveretur efficaciter Deus ad excludendum à gloria, esset pariter executum, sive teneretur in executione influere ad exclusionem ab illa, & actu ex vi illius excluderet Deus, nisi similiter velimus mutationem in illo.

Dices huic replicæ quantum attinet ad paritatem meritorum, quòd hæc in eo casu essent causa, vel motivũ adæquatum, nec esse inconveniens præcipuè loquendo de inadæquata, ut est originale, quòd solùm desideretur ad primam rei productionem, aut positionem decreti, non tamen, ut sic dicamus, ad conservationem, vel continuationem illius, ut sæpè etiam videmus in creatis, eò vel maximè, si altera concausa permaneat.

Sed contra hoc est eodem argumento. Nam ex eo tunc colligere possumus merita se habere ut causam adæquatam, quia ut talem postea videmus operari ad consecutionem illius, ergo ut originale esset causa saltem inadæquata, debebat similiter in exercitio influere ad exclusionem ab illa, ergo si solus titulus indebiti beneficii in exercitio operetur, hic potiùs erit causa, vel motivum adæquatum, & non tantum inadæquatum, vel posterius. Per quod patet ad id, quod subditur, nam licet aliqua causa solum desideretur in prima productione rei, tamen quòd ita sit causa, debet relucere in aliquo sui relicto, & manente in effectu, ac supplente vices ejus, argo si peccatum originale remissum ita cessat in decreto, ut omninò juxta Trident. in baptizatis, vel renatis extinguatur,

sive

sive nihil damnationis remaneat, sive formaliter, sive virtualitèr influens ad illam, affirmari nequit, quòd ab initio fuerit causa, vel motivum reprobationis, vel decreti, aut voluntatis exclusivæ. Et per hæc etiam rejicitur prior explicatio M. Lemor. Tum quia si nihil omninò influit tam formaliter, quàm virtualiter asserere non possumus, quòd ab initio influat etiam inadequatè, ut iterum patet in posteriori titulo beneficii indebiti. Tum quia contra id militant cœtera, quæ subduntur in superiori replica.

Rejicitur etiam ex his posterior illius explicatio. Tum quia videtur esse contra idem Concilium; nam si virtualiter influeret, id esset ratione alicujus relicti in baptizato, ut patet in exemplo, quod subjungitur patris mortui, & influentis ratione seminis relicti, sed asserit Concilium nihil damnationis remanere in illo: remaneret autem aliquid ergo, si ita influeret, sicut remanet semen in utero matris ergo. Tum quia ut maneret ratione instabilitatis in gratia, deberat hæc instabilitas esse effectus illius; sed ut ostensum est, hujusmodi pœnalitates non irrogantur de novo, sed supponuntur antiquæ, & consecutæ in puncto contractionis peccati, & magis ut explicatum est, tribuuntur naturæ, quàm personæ, ergo. Per quod etiam patet ad idem exemplum patris mortui, quod poterat adhuc retorqueri.

Tertiò impugnatur eadem principalis solutio. Nam voluntas perpetuò excludendi propter originale, & voluntas perpetuò remittendi videntur contradictoriæ saltem illativè, ergo si in Deo est hæc posterior, non poterit esse prior. Prob. antec. Voluntas perpetuò excludendi propter illud est voluntas perpetuò non remittendi, ergo. Prob. antec. Voluntas perpetuò excludendi propter originale, est voluntas veluti perpetuò habendi odio illum, nam etiam nomine odii appellatur, ut vidimus, hujusmodi reprobatio; unde non videtur intellegibile, quòd sic velit, aut intendat Deus excludere propter demeritum, nisi quia odio habet illum.

Quòd si dicatur velle quidē excludere propter originale, non tamē exclusione exequenda propter illud, sed ex alio titulo. Jam sufficienter impugnatū est; id debebat enim aliquomodo perseverare, ut probavimus. Imò hoc est, quòd non videtur posse subsistere, nempè quòd sit præcisè motivum ex parte actus, ut dicit hic Gonet ad 1., & nullo modo ex parte objecti, sic quòd talis exclusio nullo modo exequenda sit ob idem motivum, sed ex alio titulo, scil. indebiti beneficii, ut latè ostensum est.

Denique contra tertiam, qua instatur conseq. argumenti facti, retorquetur eadem instantia, vel eorum doctrina. Nam ideò non tenet posterior consequentia, quam objiciunt, quia originale peccatum non est motivum prædestinationis Christi, secundum quòd est causa nostræ; at si esset causa reprobationis, esset causa illius, secundum quòd est causa suorum affectuum, ergo ex nullitate posterioris non licet inferre nullitatem prioris, sive nostræ. Ma. constat, quia etiam ipsi dicunt non habere ordinem cum nostra prædestinatione, & justificatione, & hæc ratione non tenere præfatam consequentiam. Mi. verò prob. Tum quia si præcisè esset causa talis decreti exclusivi, & non secundum quòd aliquomodo influit in suos effectus, jam non esset causa illius, ut reprobativum est, ut etiam advertit hìc Mag. Jo. à S. Thom. num. 38. Nam mera negatio non importans aliquem influxum in effectus reprobationis, & in permissionem peccati, nequit propriè dici reprobatio, quia homines per illam ut sic, non intelliguntur efficaciter ejecti, & consequenter nec discreti ab electis per reprobationem, sed magis est continuatio status eligibilitatis ad gloriam, quàm reprobatio, licet nondum de facto electi sint.

Tum quia non stat Deum velle efficaciter excludere à gloria propter originale, & illud non dicere ordinem ad conducentia ad hanc exclusionem, aliàs videretur inordinatè procedere assumendo motivum veluti disparatum: sicut si vellet aliquem propter merita eligere ad illam sine ordine istorum ad ea, quæ tendunt, vel ad eandem conducunt. Undè consequentia fundata in illo axiomate, quod est causæ causæ, est causa causati, optime est, quando est per se ordo in causando, & unum est causa alterius, secundum quòd est causa causati, & hoc modo etiam verificatur idem axioma. Sic autem contingit in nostra, & non in opposita consequentia.

Ultimò prob. concl. extendendo ad originale etiam non remissum. Peccatum originale non fuit causa permissionis sui, ergo nec reprobationis. Antec. est certum, aliàs eadem permissio esset pœna ejusdem peccati, quod est incredibile, cum Deus non puniat peccatum futurum, sed præteritum, permissio autem antecedit peccatum. Conseq. verò prob. Si originale esset causa reprobationis, esset causa etiam permissionis sui, cum hæc sit effectus reprobationis, ergo cum, ut probavimus, id, quod est causa reprobationis, sit etiam causa effectuum illius, si semel esset causa reprobationis, esset etiam causa permissionis sui. Huic argumento nequeunt aliter respondere, nisi negando permissionem originalis esse effectum reprobationis, sed hoc ipsum constabit q. seq. Omitto aliam rationem iterum militantem de utroque, nam sufficienter insinuavimus superiori illa replica, qua ostendimus Deum in reprobando incipere à voluntate ostensiva sui supremi dominii antecedendo omne debitum.

§. II.

Solvuntur Argumenta ex authoritate Divi Augustini, & Divi Thomæ.

PRimò arg. ex D. Aug. Nam epist. 105., & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. explicans illud Apost. *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*: Sic ait priori loco. *Quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali nisi originale peccatum*. In posteriori v. r. *Cur Jacob dilexit, nunquid peccatur non erat, sed dilexit in eo non culpam, quam delebat, sed gratiam, quam donabat*. Et in Enchiridion. cap. 96. *Jacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per judicium debitum*. Idem repetit cap. 107., & lib. de bono perseverantiæ cap. 14., ubi de reprobis inquit. *In massa perditionis justo Dei judicio relinquuntur*. Idem sæpè alibi docet reducendo ad motivum originalis ipsam reprobationem.

Ad hoc dico in primis, quòd videntur omnes hujusmodi auctoritates solvendæ à Contrariis. Nam stando præcisè in persona Esau, loquuntur de originali jam remisso; (supponimus namque illum utpotè filium Isaac Viri fidelis fuisse die 8. circumcisum, sicut & Jacob, & consequenter fuisse illi remissum

 origi-

originala,) constat autem ex eodem S. P. lib. 3. ad Marcellinum tom. 7. edit. antiq. cap ultimo, istud ut remissum non esse motivum reprobationis; nam expresse ibidem inquit in baptismo ita remitti omne peccatum, *ut totum aboleatur, ac velut factum non fuerit, habeatur*. Ergo sicut si factum non fuisset, causa non esset, nec erit ut remissum.

Ulterius infero, quòd cum non tantum loquatur ibi de originali, sed universim de omni, (ut patet aliis præcedentibus, nempè. *Sed ut quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concupiscentia subjecta mente serviret, totum aboleatur &c.*) Sicut de aliis fatetur Gonet cum aliis, non fuisse motivum reprobationis negativæ, seu voluntatis non salvandi, de qua loquitur, tenetur ad mentem August, fateri cum eisdem de originali remisso.

Sed pro omnibus resp. intelligendas esse non de hac reprobatione negativa, quæ juxta D. Thom. ut supra ad Hannibal., non supponit debitum, nec relucet in ea ratio justitiæ, sed solius beneplaciti pro sui supremo dominio, sed de punitiva, & executiva, de qua libenter fatemur cum eodem fuisse ex motivo originalis in his, in quibus remissum non est; quæ est etiam generalis solutio tradita à D. Thom. q.6. de veritate ar. 3. ad 10., nempè esse hujusmodi, aut similes auctoritates intelligendas pro effectu, qualis est præcipuè ipsa damnatio: & specialiter ad auctorit. Aug., (quam sibi objicit) dicentis, quòd voluntas ista Dei, qua unum elegit, (scil. Jacob) & alium reprobavit, (scil. Esau) non potest esse injusta, venit enim ex occultissimis meritis. Respondet *vel esse retractatam in suo simili ab eodem Aug., vel id referendum est ad effectum reprobationis, vel prædestinationis*.

Et hæc quidem explicatio valdè confert ad ejus intentum, nam tenebatur præcipuè satisfacere hæreticis volentibus in Deo esse acceptionem personarum, si unum eligit, & alterum relinquit pro sua voluntate. Ad hoc autem rejiciendum potissimùm juvat, (ut patet ex superioribus, & ex D. Thom. hìc ar. 3. ad 5.,) si dicamus Deum esse supremum Dominum, & nulli debitorem, ac proindè potuisse ab initio eligere, & excludere absque omni injuria pro sui beneplacito, nec tamen velle punire, aut executivè damnare, aut coronare, non supposito merito, vel demerito, per quod plenè evacuatur ad intentum ejusdem S. P., illorum objectio, sive excluditur omnis personarum acceptio. Loquendo tamen de reprobatione negativa, & in ordine intentivo, & de tota collectione effectuum respectu illius, non apparet, ut hic ponderat laudatus à S. Tho., quòd pro ejus motivo, & causa ponat originale peccatum. Pero quod etiam explicari possunt, & solvi omnia loca statim referenda Div. Thom.

Ex his juxta eandem etiam explicationem Angelici Præcept. ad D. August. sumi potest efficax argumentum ad mentem utriusque pro concl., & solutione data. Nam juxta D. Tho. ad intentum D. August. contra eosdem hæreticos, ita Deus se habet in eligendo, & excludendo à gloria, ut alios eligat, alios excludat sine omni acceptione personarum, tam intentivè, quàm executivè procedendo, at in priori ordine loquendo de prima voluntate eligendi, & excludendi, nisi id referatur ad rationem indebiti pro sui supremo dominio, & in posteriori ad suppositionem debiti pro merito justitiæ, non videtur fieri satis illorum objectioni de acceptione personarum, ut dictum est, ergo ita tenemur asserere, & explicare ad mentem, & intentum utriusque, itaut in præcisa voluntate non reluceat ratio justitiæ, vel motivum debiti, sed solius beneplaciti, quia nulli tenetur dare.

Ex quibus iterum videtur retorquendum argumentum, ut præcipuè fundatur in doctrina, quam tradit D. Aug. exponens illud ipsum Malachiæ de duobus fratribus Jacob, & Esau. Nam S. P. ibidem prout contra se eundem opponit S. Thom., non solum id affirmat de reprobatione, quòd fuerit ex motivo demeriti, sed etiam de prædestinatione, quòd venerit ex occultissimis meritis, ergo attendendo ad literam ipsius, vel tenemur utrobique affirmare, (quòd tamen de prædestinatione communiter negant Thomistæ, ut vidimus,) vel explicare cum D. Thom. de reprobatione sumpta pro effectu, vel executivè, & non intentivè, vel negativa pro præcisa voluntate non salvandi.

Sed instas primò. Nam August. explicans illa verba Apost. *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Dicit non odio habuisse Esau hominem, sed Esau peccatorem. Ex quo arg. sic. Vel ibi loquitur de Esau peccatore quantum ad originale, vel quantum ad actuale; hoc secundum est contra Apost. dicentem, *Cum nihil boni, vel mali egissent*. Ergo pariter originale odio habuit. Sed originale in illo fuit remissum, ut nos fatemur, ergo juxta solutionem propter originale remissum aliquis damnatur.

Secundò. Nam si solum loqueretur August. de reprobatione pro effectu, vel in executione non magis intelligendus esset de originali, quàm de actuali, nam etiam pro actualibus puniuntur, & damnantur homines; imò principaliùs esset intelligendus de istis, loquendo de eodem Esau, cum originale fuit in illo remissum, ut dictum est, ac proindè poterat intelligi, quòd in executione esset pro eodem puniendus, vel damnandus, ergo.

His replicis patet primò esse, ut supra à Contrariis solvendas: sed deindè ad primam dicimus loqui indefinitè non determinatè pro originali, vel actuali, & fieri seorsum, quòd odio habuerit ut peccatorem, non quasi causaliter, vel motivè, sed consecutivè, sicut in simili explicat D. Tho. 1. 2. q.98. ar. 1. ad 2. illud ad Rom. 6. *Lex subintravit, ut abundaret delictum. Ut ly ut,* inquit, *teneatur consecutivè, non causaliter*; undè odium illud sumptum pro reprobatione præcisè excludente à gloria respicit quidem Esau peccatorem, peccato non motivè præsupposito ut influente ad illud, sed consecutivè ut permittendo, cum ab eadem voluntate sic excludente oriatur permissio peccati, ut originaliter contrahendi; vel actualiter, aut personaliter ex propria malitia committendi, propter quod deindè damnatur, ut explicatum est; & ideo in priori sensu nego conseq.

Ad mi. subsumptam, quæ potest esse replica, & videtur aliquomodo difficilis, M. Serra hic exponit eo modo, quo D. Thom. 3. par. quæst. 88. ar. 1. ad 1., eundem Aug. asserentem redire peccata dimissa, ubi fraterna charitas non est, explicat esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in se consideratum, *Quia* scil. (inquit D. Thom.) *post pœnitentiam peccans incurrit reatum pœnæ æternæ sicut & priùs, non tamen omninò propter eandem rationem. Unde subdit Aug. in lib. de responsionibus Prosperi, cum dixisset, quòd non in id, quod remissum est, recidit, nec pro originali* peccato damnabitur. (*notetur hic iterum quòd pro originali remisso juxtà August. non damnabitur:*)

sub-

subdit qui tamen; *propter postrema crimina ea morte afficitur, quæ ei propter illa, quæ remissa sunt, debebatur, quia scil. incurrit mortem æternam, quam meruerat, per peccata præterita*. Ità D. Th. Sicut ergo originale remissum hoc modo redit, ità & pro illo, ait damnatum fuisse Esau, quia scil. incurrit mortem æternam, quam per illud meruerat, & quæ per illud, antequam dimitteretur debebatur ei. §. Solutio est subtilis, sed sanè intelligenda est, ne videamur contradicere non solùm superiori doctrinæ, secundum quam propter peccatum originale remissum incurrenda non est æterna damnatio, sed etiam relato Trident; quòd in renatis nihil damnationis remanet, undè dicitur redire, & propter illud quis damnari, vel incurrere pœnã æternam, quatenus, ut explicat D. Th. in corp. post remissionem prioris peccati graviùs peccat, & actus sequens peccati virtualiter continet reatum prioris propter majorẽ contemptum Divinæ bonitatis, quia majus beneficium est peccatum remittere, quàm peccatorem sustinere; Ex quo infert, *quòd redit quodammodo reatus peccatorum priùs dimissorum, non in quantũ causabatur ex peccatis* priùs dimissis, *quia nempè ut præmiserat*; opus Dei, non potest irritari per opus creaturæ: sed in quantum *causabatur ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, in quantum scil. in peccato sequenti continentur*. Ità D. Thom.

Ex quibus claritatis gratia dist. consequens etiam admisso quòd sit sermo de originali. Propter originale remissum aliquis damnatur, formaliter ut remissum, nego ut virtualiter contineatur in sequentibus post remissionem perpetratis, conc. Hoc autem juxtà explicationem D. Tho. nec derogat superiori doctrinæ, nec menti Tridentini, cui præsens erat hæc ejus explicatio, & doctrina sine ulla vel minima repugnantia, imò cum maxima conformitate ad illud:

Secundò ad eandem mi. sub sumptam admittendo iterum, quòd loquatur D. Aug. specialiter de originali, responderi potest. Quòd dum asserit Esau esse damnatum propter originale, quod tamen in illo fuit remissum, non esse intelligendum de illo præcisè personaliter sumpto, sed magis repræsentativè, quia ut superiùs dicebamus, isti duo fratres repræsentabant cœteros prædestinatos, & reprobos, unde quæ de illis dicuntur, non semper intelligenda sunt de eorum propria persona, sed mysticè, vel figuratívè, ut monet D. Thom. 22. quæst. 110. ar. 3. ad 3., aliàs quandoque inveniretur in Sac. Scriptura aliquid mendaciter dictum de illis. Dicitur ergo propter originale damnatus, quatenus repræsentabat, aut vicem gerebat omnium, qui in massa perditionis sunt relicti; & tunc licet originale respectu sui fuerit remissum, non tamen quoad omnes ab ipso figuratos, vel repræsentatos, unde respectu eorum, quibus remissum non est, potuit motivè influere ad eorum positivam, vel punitivam reprobationem, aut damnationem. Quòd autem iste sit sensus D. Aug. videtur expresse colligi ex eo, quòd in Enchirid. (quem locum vocat celebrem Gonet. §. 1.) loquitur de Jacob, & Esau pro statu, in quo intelligebantur nati ex Adam, & filii iræ: certum est autem, quòd post circumcisionem status iste peccati non permansit, solum ergo poterat loqui de illis non præcisè in se ipsis, vel in persona propria, sed ut gerentibus vicem eorum, aut repræsentantibus illos, qui permansuti erant in eodem statu. Per quod etiam patet a 2.

Secundò Arg. ex aliis authoritatibus D. Thom. Nam quæst. 6. relata de veritate ar. 2. ad 9. expresè ait, ut vidimus, *quod electio, qua unumeligit, & alium reprobat, rationalis est; nec tamen oportet, quod ratio electionis sit meritum, sed in ipsa electione ratio est Divina bonitas, ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale*, ut Aug. dicit. Idem docet ad Rom. 9. lect. 2., & 4., ut etiam constat ex dictis. Et 2. 2. quæst. 2. ar. 5. ad 1. ubi docet auxilium gratiæ ad diligendum Deum, & proximum, & ad credendum articulos fidei, quibusdam denegari in pœnam præcedentis peccati saltem originalis. *Hoc autem*, inquit, *auxilium* quibuscunque divinitùs datur, misericorditer datur. Quibus autem non datur, ex justitia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis peccati, ut Aug. dicit. *In lib. de corrept., & gratia*, scil. cap. 5., & 6. tom. 7. antiq. edit. Idem innuit qu. 10. & seq. ar. 1.

Urgentiùs videtur docere hoc ipsum hic ar. 1. ad 3., ubi explicans definitionẽ Augustini de prædestinatione dum ait, quòd prædestinatio est propositum miserendi, hoc statuit discrimen inter prædestinationem hominum, & Angelorum, quòd illa hominũ est à statu miseriæ, non verò illa Angelorum, ex quo evidenter infertur reprobationem esse eorum relictionẽ in miseria, in quam per peccatum originale inciderunt: *Dicendũ*, inquit, *quòd prædestinari* convenit Angelis, sicut in hominibus, licet nunquam fuerint miseri. Nam motus non accipit speciem à termino à quo, *sed à termino ad quem*. Quibus expresè docet prædestinationem Angelorum non præsupponere miseriam peccati ex parte termini à quo, bene verò illam hominum, & cum reprobatio hominum sit facta post prædestinationem, (cum reprobi sint veluti de secundaria intentione ad manifestandam, ut dictum est, misericordiam in electis,) sequitur à fortiori sentire D. Thom. reprobationem hominum præsupposuisse peccatum originale prævisum.

Ad 1. dicimus primò, quòd dum D. Thom., ut proximè vidimus, in solut. immediatè seq. ad 10., explicat Aug. de reprobatione sumpta pro effectu, vel executiva, non videtur ad rem nostram adduci, dum sit quæstio de reprobatione negativa, vel præcisè exclusiva, ut à beneficio indebito.

Sed deindè dicimus 2., quòd si fuisset integrè adducta eadẽ authoritas invenissent etiam solutionem. Nam statim post eadem verba sic prosequitur. *Vel in futuro* per hoc ipsum, quod est non habere debitum, quòd eis gratia conferatur. Rationabiliter autem possum velle denegare aliquid alicui, *quod sibi non debetur*. Ubi duo motiva adducit disjunctivè, nempè peccatum originale, vel non habere debitum, quod satis est ad nostrum intentum de mente illius; sufficit enim ad rationem disjunctivæ, quòd altera pars sit vera, unde non excludit motivum indebiti, ità ut reprobatio præcipuè negativa juxtà mentem illius affirmati nequeat ante omne debitum, vel demeritum. Hoc ipsum etiam advertens idem Gonet, qui priùs §. 2. diminutè retulerat locum illum, posteà §. 5. in fine integrè eundem referens, inquit utramque sententiam nobis D. Th. probabilem reliquisse.

Ad alia loca ex cap. ad Rom. & 22. Resp. esse intelligendum pro effectu, sicut ipsemet ut supra, explicat D. Aug., & de his, quibus peccatum originale remissũ non est, quod expresè etiam patet ex eodem ibidem,

dem, dum loquitur posteriori loco de his, quibus non est proposita fides, & consequenter, nec originela remissum, cum fides, ut alibi explicatur, præsupponatur ad baptismum. §. Sic etiam explicandus ast alter ex cont. cap.159., in quo fundatur Patrus Soto major, ut vidimus, ad affirmandum etiem de actuali; nam dum ait D. Thom. ibidem relinqui hominem à Deo propter impedimentum, quod præstat gratiæ, non assignat illud tanquam motivum raprobationis, de qua loquimur, sad solum vult denegari gratiam à Deo propter illod saltem concomitans.

Ad ultimam, (quæ videtur difficilior, præter superiora, quæ circa illam dicte sunt,) resp. D. Thom. non loqui de prædestinationa sumpta pro voluntate jotentiva dandi gloriam ante merita; (Hæc enim ut ostensum est, sive in Angelis, sive in hominibus incipit motivè à sua bonitate anta omne debitum;) sed sumpta pro voluntata executiva affectuum prædestinationis, in qua relucet prædictum discrimen, nam in hoc ordine executivo ad huc non supposuit in Angelis miseriam culpæ, benè verò in hominibus, quia Angeli prædestinati, ut explicatur infra, statim in secundo instanti post convarsionem sui ad Deum ante omne peccatum (cum non possent in primo peccare, ut ostenditur ibi, nec illum haberent originale) fuerunt in termino, & beati, quod non contingit in electis hominibus, qui nascuntur filii iræ, & post lapsum personalem possunt resurgera, & tandem consequi gloriam, unde executio illius, sive voluntas executiva in hominibus supponit miseriam peccati, & ideò rectè dicitur incipere ab illa, quidquid sit, an hic status deindè in reprobis comparetur etiam ut motivum respectu reprobationis eorum, seu alterius voluntatis præcisè exclusivæ à glorie, an potiùs ut effectus, sicut & permissio ejus, de quo modo est quæstio.

Præterquamquòd ex hac euthoritate poterat convinci de actuali, nam sicut quidam prædestinati sunt à misteria peccati originalis, ut parvuli decedantes in gratia baptismali, ità alii ab illo etiam actualis, ut adulti, unde ne fateri teneantur etiam de illo, tenantur nobiscum asserere, quòd ibi incipit tanquam à primo effectu reprobationis, non tanquam à motivo.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

Tertiò arg. Peccatum originale ast vera, & sufficiens causa reprobationis, si anta illam prævideatur à Deo, sed de facto sic est provisum, ergo. Ma. patet, quia ponit in hominibus indignitatem, & positivam Dei inimicitiam, reddiditque totam posteritatem exosam Deo, ac proindè exhibet illi sufficiens motivum, ut velit aliquos efficaciter excludere à glorie, ergo si antecedenter prævidetur, erit causa, vel motivum reprobationis. Mi. verò prob., nam ut sepè dictum est, peccatum originale antecessit prædestinationem Christi, ergo & nostram, & consequenter reprobationem. Utraque consaq. tenet, prior quidem, quia nostra facta est per Christum, posterior varò, quia ut proximè, & suprà insinnatum est, reprobatio vel est postarior, vel concomitans prædestinationem Christi ergo.

Huic argum. solet responderi culpam originalem præcessisse quidem reprobationem, sic quòd poterat esse sufficiens causa, vel motivum illius, de facto tamen non fuisse à Deo assumptum, ut causam. §. Sed contra hoc est, quia gratis omninò, & voluntariè videtur dici non fuisse assumptum, si semel prævisum est anta reprobationam: unde instant sic. Si homines prævisi essent in gratia ante illorum prædestinationem, per gratiam dicerantur motivè prædestinati, ergo si ante reprobationem sunt prævisi cum originali, propter illud erunt motivè reprobati. Vel sicut sine fundamento diceretur in priori casu, gratiam non fuisse assumptam, ut motivum, illa semel prævisa ante prædestinationem, pariter in posteriori dicitur originale non fuisse assumptum ut motivum, illo semal præviso ante prædastinationam.

Ad hoc iterum dico in primis esse solvandum à contrariis in gratia collata Adamo in statu Innocentiæ, quæ etiam ut explicatum est, præcessit ejus prædestinationem, cum non fuerit prædestinatus nisi per Christum, ut suppono, & tamen à nullo Thomistarum ponitur, ut motivum prædestinationis ejus, imò valdè probabiliter defenditur, ut dictum est, nec fuisse prout sic illius effectum. Quid ergo de hac dixerint, ut salvent non fuisse motivum, esto prævisam ante utriusque prædestinationis præscientiam, dicemus & nos de originali sic præviso, & non assumpto, ut motivo.

Sed deinde probabiliter sustinendo solutionem datam, respond. ad replicam primò neg. ant., instando iterum in gratia Adami; sed prætarea dato transeat ad ant. neg. conseq., & disparitas ast, quia ut benè advertit M. Farre tract. de Fide qu.5. §.11., peccatum originale non est solum motivum ad damnandum, sed etiam ad miserendum, siquidem maxima miseria est subjacere hominem peccato originali, unde ex eo quòd possit assumi, ut motivum, non sequitur, quòd sit assumptum ut tale ad reprobandum, eò vel maximè, quòd ut sæpè dictum ast, præponderat aliud motivum ostendendi suum supremum dominium ante omnem rationem debiti, respectu reprobationis nagativæ, de qua loquimur; quod quidem potarat saltem assumi, licet negant fuisse assumptum. Unde utrobique peccare vidatur argumentum à superiori ad inferius affirmativè. Cæterum gratia, si samel est motivum potast solum movere ad prædestinandum, & non ad odio habendum, & excludandum ab illa, cum importet amicitiam cum Deo, & sit semen gloriæ tribuens jus ad illam.

Tertiò respond. evidentiùs iterum retorquendo in peccato actuali: nam ut communiter traditur 3.p. q.1. art.4, licet Christus principaliùs venerit ad delendum originale, utpotè majus malum extensivè, & simpliciter, nihilominùs etiam venit propter actuale, ita ut utrumque ingrediatur motivum Incarnationis, quia etsi in reprobis non deleatur ob eorum culpam, quia dilexerunt magis tenebras, quàm lucem, ut habetur Jo.3., tamen Christus, quantum est ex se, ut supra insinuavimus, exhibuit quod sufficiens erat ad omnia delenda, ac proinde venit, ut quoad sufficientiam deleret omnia. Ex quo retorquatur argumentum. Nam prioritas, quam habet originale in mente divina, habet etiam actuale respectu Christi; sed hoc non obstante de actuali fatentur contrarii non esse motivum ad reprobandum, ergo vel ex sola prioritate non rectè infertur de originali, vel tenentur inferre de utroque fuisse motivum.

Pro omnibus argo ulteriùs resp., quòd ut argumentum vaneret, debebat præcedere in eodem ge-

nere,

nare, in quo præcedit prędestinatio Christi; sic anim continueretur influxus motivi usque ad reprobationem. Quia verò discontinuatur, & cessat in illjus prædestinetione respectu prędestinetionis nostrę cum sit sola præcedentie in generę causę materialis, ut explicatum est, quæ non trensit, nec est reflexive, ut etiam in superioribos, & statim iterum constabit;) ita etlam cessat in illa respecto reprobetionis, quod patet in influxo materię, qui hac ratione cessat in forma, & non trensit, aut reflectit ed se ipsam, ite ot noo valeet; materia est causa formę, sed forma est causa materię, ergo mataria est causa materię, val soi ipsius. Per quod etiam meliùs percipitor superius idem axioma; quòd est causæ causę, est causa cansati, scil. intra idem genus.

Ex his in forma dist. ma. est vera causa sofficiens si prævideatur &c. præcisè in genere causæ materialis, neg., in alio genere, in quo præcedit Christi prædestinatio, conc., & deinde transeat mi. Ad probat. verò ma. dist. ut supra: ponit iodignitatem, redditqoe posteritatem exosam, & simol eam subjacet maximæ miseriæ conc., raddit præcisè ex osam neg., unde esto edmittatur præcedera, non tamen est determinatè inferendum, ut dicebamus, fuisse assumptum ut motivum, tum quia eliàs, ut probavimus, deberet influere in permissionem sui: ad illam autem mi. præter id, quod proximè dictum est; poterat etiem dici, ut supra, quòd peccatum originale, aut permissio ejus quamvis præcedat decretum Iocarnationis, si consideratur Chistus, ut in exercitio redimens, sive executivè sumpta Incarnationa, non teman intencivè, sive si idem coosidetetur ut finis omniom creaturarum; sic enim magis est effectus ejusdem decreti, & posterior illo. Sed adhoc admisso antec., negari poterat id, quod sub infertur, nempè pręcedere reprobationem ex eo, quòd pręcadat prędestinationem, qoia ut dictom est, prædestinatio hominum supponit miseriam peccati, ut tarmioum à quo, non verò reprobetio, sed ab ejus permissione incipit.

Quartò arg. prosequendo pręcedens sub ellis terminis, nem eidem videntur pręcipuè confidere, & satis gravem proculdubio ingerit difficultatem, & potast etiem esse replica. Christos Dominus promeruit bominibus prędestinetis non solum exequutionem prędestinationis, siva voluotatem executivam dendi gloriem in tempore, sed etiam intentivam dandi illam his prę aliis, ergo bęc etiam voluntas præsupponit merite ejus his prę eliis eplicata, ergo præsupponit pręvisionem existantię Christi, & meritorum ejus; sed hæc prævisio Christi, ut execoti supposuit prævisionem peccati originelis, ergo de primo ad ultimum voluntas intentiva dandi gloriam pręsupposoit scientiam peccati originalis, & consequanter præsupposuit eandem voluntas intaotiva reprobandi, cum hæc ut dictom est, supponat intentivam prædestinandi.

Huic argumento patet ex solutione ad præcedens; & ex ordine in superioribus exposito circa prædestinetionem, vel decretum illius, non concludi, aot rectè inferri ex præcisa eadem prioritate rationem motivi in peccato origioali respectu reprobationis nostræ in ordine intentivo, sad solum qoòd veniat coonexivè respectu ejusdem decreti, & ut quid illetum ab eadem voluntate præcisè ut exclusiva à gloria, non temen motivè ut explicetum ast. §. Sed præterea juxta ordinem, qoem similiter exponit M. Feria hic, & supra de prædestinatione ad idem intentum connaxionis insarendæ, non tamen prævisionis originalis respectu reprobatioois negativę: potest cum eodem distingui primum consequens; præsupposuit merite Christi his præ aliis aplicata, intentivè conc., executivè, nego, & disting. secundom, pręsupposuit pręvisionem existentię Christi, & meritorum ejus, ut intentę, conc., ut axecutę neg., & simul io eodem seosu nego etiam mi. subsumptam. Itaque, inquit, primò voloit Deus Christum cum gloria Redemptoris à peccato origioali, Redemptiona facienda cum his meritis aplicandis pro his, & non pro aliis: deinde voluit propter Christum, & ajus merita intentivè pro his, & non pro aliis dare gloriam his, & non aliis: deinda voluit propter electos prodocare ordinem naturæ, & gratiæ: deinda permisit lapsum Adæ, & omniom posterorum in ipso, & in hujus remedium voluit in executione mittere Christum, & post prævisionem Christi, ut exacuti voluit in executiona dare gloriam intempore his, quibus antea ioteotivè decreverat dare. Ex quo deinde infert, quòd cum Christus intentus ut Redemptoe cum his meritis aplicandis pro his, & non pro aliis connectatur cum peccato originali, oon tamen prævisum supponat, fit inde, quòd prædestinatio horum præ aliis sit connexa cum peccato, non tamen præsupponit prævisum. Io executione autem Christus præsupponit peccatum, & sic voluntas executiva gloriæ in his præ aliis etiam supponit peccatum. Unde (concludit) nunquam seqoitur reprobationem ordine intentivo, idest sumptam pro voluntate uon salvaodi supponare prævisum peccatum originala, sed solum in ordine executivo, vel sumpta pro voluntete illative damoationis.

Ultimò arg. Illud est causa reprobationis, quod est causa primi effectus illius, sad peccatum originale est causa primi effectus reprobatioois, scil. denegationis primæ gratiæ ad credendum, & diligendum Deum, ergo alt prima causa reprobatioois: ma. constat, quia prædestinatio, & reprobatio ex parte actus divioi intellectue, & voluntatis nullem possunt habere causam, sed solum ax parta effectuum, qui ad illos consaquuntur; unde D. Tho. hìc ar. 5. in corp. ait. *Nullus fuit ita insana mentis dicens meritũ esse causam prædestinationis Divina ex parte actus prædestinantis*: mi. atiam sumitur ex eodem proximè relato 2a, ubi axpressè ait cum D. Aug., quòd denegatio gratiæ est io pœnam præcedeotis peccati saltam originalis, argo sentit esse effactum illius.

Ad hoc, quod ex eadem authoritata conficit Gonet hìc §. 2. io fine, dicimus primò, quòd poterat ax illa similiter probare de actuali, quia ibidem D. Th. non solum affirmat denegari io pœnam originalis, sed etiam actualis, ot patet ex verbis illis; *Quibus autem non datur, ex justitia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis*, ubi magis adhuc videtur refundere in actuale, quàm in originale; & tamen de actuali, vel personali oegat jam frequentiùs, aut communiter cum aliis ar. 2. concl. 1.

Rasp. ergo cooseqeuenter loquendo iotelligeodum esse da reprobatiooe positiva, seù punitiva, & axecutiva, sic enim utrumque comprehendimus juxta literam ibidem. Unde io forma dist. mi. Originale est causa primi effectus in ordine exacutivo, val loquendo de reprobatione positiva, vel puoitiva transeat, val conc., in intentivo, vel de negativa pro præcisa voluntate, non salvandi, oego, sic enim ut di-

dictum est, magis est effectus, quàm motivum, & de hec non intuitur ibi D.Th., sed de priori, ut tenentur ipsi fateri, nisi velint etiam contendere de actuali contra mentem illius,& contra propriã sui ipsorum.

QUÆSTIO ULTIMUA.

De effectibus reprobationis.

PRæcipua difficultas reducitur ad denegationem auxiliorum, vel mediorum sufficientium ad salutem, an denegentur omnibus reprobis, & quomodo; nam de aliis effectibus, & præcipuè de permissione peccati sive actualis, sive originalis, facilè ex dictis resolvi potest. Pro omnibus verò adverto easdem proportionabiliter conditiones, quas assignavimus ad hoc ut aliquid sit effectus prædestinationis, servari debent pro effectu reprobationis, unde sicut tres ibi requiruntur nempè ex parte causæ efficientis, quòd sit à Deo: ex parte verò finis, quòd ad illius consecutionem conducat, & ex parte subjecti, quòd sit capax beatitudinis, scil. creatura rationalis, vel intellectualis; ita pariter in præsenti requiritur hujusmodi capacitas in reprobo, & quòd conducat ad exclusionem à gloria, & quòd sit à Deo, & à voluntate non salvandi: unde ea, de quibus dubitari potest, sunt substantia reprobi, mors in peccato, denegatio auxiliorum efficacium, (quę permissio peccati dicitur;) denegatio auxiliorum sufficientium, (quę in illo contingit in pœnam aliorum peccatorum,) derelictio, & excæcatio, & exclusio à Regno in supplicium peccatorum, de quibus successivè resolvendum est.

§. PRIMUS.

Expeditur prima difficultas de substantia reprobi.

PRima conclusio. Substantia reprobi est effectus reprobationis negativæ, seu voluntatis non salvandi. Oppositum sentit Illustriss. Godoy hic §:ultimo corol.3., sed sustinet Mag. Ferre quæst.11. & videtur conformior ad superiora. §. Prob.1. nam de ea verificantur prædictæ conditiones. Est enim à Deo ut subjectum capax, conducit, & conjungitur, cum fine reprobationis, ergo est ab illo ex vi voluntatis reprobandi, vel non salvandi. Ant. constat. Sicut enim substantia prædestinati, quia est subjectum gloriæ, (quæ est finis prædestinationis,) conducit, & conjungitur cum illo, ita substantia reprobi, quia est subjectum exclusionis ab illa, (quæ est finis reprobationis,) habebit conducere, & conjugi cum illo. Conseq. verò prob. nam hac ratione substantia prædestinati sit à voluntate prædestinandi, quia per se conducit, ergo si pariter illa reprobi conducit ad effectum, vel finem reprobationis verè erit ex voluntate reprobandi, vel non salvandi.

Dices ad effectum reprobationis ulteriùs requiri, quòd non sit aliquod beneficium collatum gratis à Deo, ut per se patet, cum esse effectum illius sit maximum malum respectu creaturę rationalis, constat autem quòd substantia reprobi est beneficium pertinens ad gratiam creationis, unde licet dicatur aliquomodo conducere ad finem illius, & cum illo conjungi, non rectè infertur esse ejus effectum.

Sed contra hoc est invertendo solutionem. Ex eo quod eadem substantia aliquomodo pertineat ad gratiam creationis, non rectè excluditur à ratione effectus reprobationis, ergo solutio est nulla. Prob. ant. In tantum pertinet ad creationis gratiam, in quantum exequitur à providentia naturali, sed hoc non impedit esse effectum reprobationis, ergo. Major supponitur: mi. verò prob., quia hoc non obstante potest subjici providentiæ supernaturali, & prout sic referri, & ordinari ad finem reprobationis, sed prout subjecta, & ordinata verè est effectus illius, ergo. Ma. constat ex dictis, quia sicut ordo naturalis subjicitur supernaturali, ita quæ spectant ad providentiam prioris ordinis, subjiciuntur providentiæ superioris, vel supernaturalis: sed prout sic subjecta potest referri, & ordinari ad finem reprobationis intra illum ordinem contentum, aliàs non subjiceretur illi ergo: mi. verò prob., quia sic referri, & ordinari non est gratia, ut patet, ergo ex motivo prædicto gratiæ non impeditur à ratione effectus reprobationis.

Explic., & urg. hoc. Nam in substantia reprobi sunt duo, alterum est conceptus substantiæ creaturæ rationalis, secundum quem est capax beatitudinis; & hoc proculdubio est gratia. Alterum verò ut dicebamus, quòd illi adhuc prout sic non est debita beatitudo, & hoc non est gratia, unde prior gratia non impedit, ut possit ab illa excludi, & ordinari ad finem oppositum, ergo nec impedit esse effectum voluntatis excludentis à gloria, vel reprobativæ.

Explic., & urg. ulteriùs. Quia nulla est repugnantia in eo, quòd velit alicui conferre beneficium de ordine naturæ ex voluntate excludendi illum à beneficio de ordine gratiæ, ergo nulla erit, quòd producendo aliquem capacem gloriæ, conferat ei hoc beneficium creationis, quod est de ordine naturæ ex voluntate excludendi illum à beneficio gloriæ, quod est de ordine gratię. Prob. ant. tum quia sicut natura, ita & beneficium de ordine illius indifferenter, vel negativè se habet ad ordinem, & beneficium gratiæ sine ulla connexione, vel exigentia illius, ergo potest esse collatum ex voluntate perducendi, vel excludendi à beneficio gratiæ. Tum quia sicut non est injustia in conferendis beneficiis uni præ alio, ubi non est debitum, nec pariter est pugna, ubi est diversitas rationis in illis, & respectu diversorum, sed ita contingit in casu, cum diversæ rationis sit beneficium de ordine naturæ ab illo de ordine gratiæ, & respectu diversorum pensatur, ut patet; qua ratione, ita de facto contingere videmus sine ulla oppositione, quòd Deus peccatorem amet ratione naturæ, quam condidit, & odio habeat ratione peccati, quod abominatur, & ratione illius ad damnationem ordinet illum, ergo sine ulla oppositione poterit similiter amare hominem conferendo ei per productionem substantiæ beneficium de ordine naturæ, & simul eam velle producere ex intentione excludendi eam à beneficio de ordine gratiæ, scil. à gloria.

Secund. ex his prob. conclus., & urg. præcedens ratio. Non minus Deus est supremus Dominus in reprobando, quàm sit in prædestinando, nec minùs substantia reprobi indifferenter, aut negativè se habet ad finem gloriæ, quàm illa prædestinati, sed quia est supremus Dominus in prædestinando, potest hanc velle producere ex vi voluntatis perducendi efficaciter ad finem vitæ æternæ, ergo quia pariter est supremus in reprobando potest illam reprobi producere ex vi intentionis efficaciter excludendi ab eodem fine,

Ex-

Explic., & urg. hoc, Sicut prędestinatio ast pars providentiæ, que Deus pro sui supremo dominio, & beneplacito ordinat efficaciter creaturam rationalem ad consecutionem gloriæ indifferenter, vel negativè se habentem ad illam, & solum capacem illius, ac proindè sicut illa convenit Deo ex se ante omnem prævisionem meritorum, sola supposita capacitate ex parte prædestinati, ita reprobatio est pars providentię, que Deus ex eodem supremo dominio, & beneplacito efficaciter ordinat, ac suaviter permittit aliquas illarum negativè ex se, vel indifferenter se habentes ad eundem finem, (utpotè excedentem excessu ordinis,) deficere, ut explicatum est, ac proindè sola supposita ratione indebiti ex parte illarum, id convenit Deo ex se, ergo sicut producere potest ex intentione prędestinandi substantiam prędestinati, pariter producere poterit illam reprobi ex voluntate non salvandi ad ostensionem, ut dictum ast, sui supremi dominii.

Quòd si iterum dicas esse discrimen, quòd cum voluntas prędestinandi sit voluntas benefaciendi, possunt ex vi illius produci, & ordinari, quę sunt de genere beneficii, vel boni in prędestinato, at verò voluntas reprobandi est potius voluntas negandi beneficium, & ideò nequeunt ea, quæ sunt de hoc genere ordinari ex vi illius ad exclusionem à gloria, & consequenter nec produci, aliàs ordinarentur, aut producerentur in ordine ad aliquid contrarium propriæ naturæ, sive naturę beneficii, quod videtur pugnare in terminis, quia magis producerentur, vel vel ordinarentur in destructionem sui, quod videtur alienum, cum Deus non sit simul condens, & destruens creaturam, quam producit.

In contra hoc ast eodem argumento, & superioribus replicis. Quamvis substantia reprobi sit secundum se, (utpotè de linea boni,) de genere beneficii, est tamen de ordine naturæ, sine ulla exigentia superioris boni, vel de ordine gratiæ, & sine ulla omninò repugnantia ad manifestationem boni divini, ac proindè ordinabilis, vel non ordinabilis pro beneplacito Dei ad hunc finem per consecutionem, vel exclusionem à beneficio supernaturali, vel ultimo ipsius gloriæ sine ullo prejudicio proprii conceptus, vel beneficii. Ant. est certum, & conseq. prob. quia licet hujusmodi exclusio respectu illius precisà secundum se, non sit beneficium, sed potiùs negatio summi beneficii, est tamen maximum bonum ut est manifestativę supremi dominii Dei, cui tenetur subordinari, & cedere, immò deservire omne bonum creatum, unde contra nullius ex his naturā est, sic ad illud manifestandum concurrere. Ad hoc enim creata sunt omnia nostra bona, ut Creatoris gloriæ deserviant, qualis est manifestatio suorum attributorum, ergo.

Urg. hoc, Nam sicut non est beneficium exclusio à gloria, si consideretur secundum se, sed magis negatio beneficii, ita nec est beneficium negatio gratiæ efficacis ad vitandum peccatum, si pariter consideretur secundum se, sed magis negatio beneficii, at nihilominùs Deus ex voluntate benefaciendi multoties denegat hanc gratiam efficacem ad illud vitandum, ut patet ex dictis de permissione peccati in electis, ut humiliores, frequentiores, & cautiores resurgant, ergo sicut intra ordinem prædestinativam possunt hæ duæ voluntates componi, & una esse ex alia, poterunt similiter componi intra reprobativum, & una esse ex intentione alterius, sive oriri ex illa. Conseq. tenet, quia licet intra hunc ordinem negatio ultimi beneficii, sive exclusio à gloria non conducat ad bonum reprobi, sicut negatio gratiæ efficacis intra illum conducit ad bonum prædestinati, conducit tamen, ut dictum est, ad majus bonum, scil. ostensionis supremi dominii Dei, cui tenetur cedere, & deservire omne aliud creatum.

Ex his omnibus probari potest ultimò conclusio à posteriori. Quia providentia Dei in reprobando esset minùs universalis, quàm sit in prædestinando, itaut intra hanc lineam providentiæ Deus ut prædestinans excederet se ipsum, ut reprobantem, sed repugnat hic excessus in Deo, sicut & omnis inæqualitas, ergo sicut prædestinans se extendit ad substantiam prædestinati, ut ad effectum prædestinationis, debet ut reprobans se extendere ad illam reprobi ut ad effectum reprobationis.

Quòd si dicas iterum, ut supra, substantiam reprobi non esse ordinabilem repugnante conceptu beneficii,) ad finem reprobationis, sicut est ordinabilis illa prædestinati ad finem prædestinationis, unde non est refundendus defectus ex parte Dei reprobantis, vel providentiæ ejus in hac linea, sed ad repugnantiam ex parte termini. Jam sufficienter id impugnatum. Quia cum sit aliquid de linea volibilis, immò volitum à Deo, utpotè bonum, vel beneficium illius, sine ulla indigentia, ut dictum est, superioris boni gloriæ, & productum, sicut & quodlibet aliud bonum creatum ad manifestationem boni Divini, cui essentialiter subordinatur, & tenetur deservire, nullo modo impediri potest à prædicto conceptu, ut deserviat huic fini, & consequenter, ut producatur ex voluntate exclusiva illius à gloria, per quam manifestatur supremum illud bonum divini dominii.

§. II.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

Primò arguunt ex illo Sap. 1. *Creavit*, (scil. Deus) *ut essent omnia*, ergo non est creata hujusmodi substantia, ut excluderetur à regno Dei §. 2. Ex illo Damasc. lib. 2. de fide cap. 29. *Non supplicii causa Deus nos finxit*. Ergo non est iterum facta ex intentione reprobandi §. 3. ex D. Thom. hic ar. 3. ubi numerans effectus reprobationis solum dicit, *quòd reprobatio includit voluntatem permittendi culpam, & inferendi damnationis pœnam*.

Ad hæc patet ex superioribus, & ad 1. dicimus, quòd Deus creavit omnia, ut essent, scil. eo modo, quo voluit esse, & quia aliqua voluit esse ad interitum alia ad salutem, omnia hoc modo sortiuntur esse ab illo; sicut in simili, ut aidimus explicat D. Thom. 1. 2. qu. 98. ar. 2. ad 2. illud Eccles. 3. *Didici, quòd omnia opera, quæ facit Deus, perseverent in æternum*, scil. ut ait D. Tho. *quæ sic Deus fecit, ut in æternum perseverent*. Ex quo non infertur, quòd substantia prædestinati fieri non possit ex voluntate exclusiva illius à gloria: sicut lex vetus, ex eo quòd omnia, quæ fecit Deus perseverent in æternum, non rectè infertur, quòd dari non potuerit ex voluntate reprobandi illam tempore gratiæ, sive excludendi illam ut sic dicamus à perfectione ejus, licet in se bona fuerit, ut docet ibidem D. Tho. Sicut ergo non omnia perseverent, sed plura cessant, & pereunt, quamvis dicatur ibi, quod omnia fecerit, ut perseverent,

ita

ita plures funt ed interitum, vel ad exclufionem à glorie, licet dicentur omnia effe creata, ut fint, fi famel id velimus ed rem noftram, vel ad præfens myftsrium extendsre, quie utrobique creantur, vel fiunt iuxta illius beneplecitum, & fuavem foi providentiem, qua defectibilia, ut dictum aft, defectibiliter refpicit; & indefectibilia, val incorruptibilia indefectibiliter, fivs in ordine naturæ, fiva in ordins gratiæ.

Præterquàmquòd fi femel ex eo loco inferre licet negationem effectus à fubftantia reprobi, pariter Inferra licebit ab igne inferni refpectu dæmonũ,& Angelorum ejus,cum et am hic ignis contineetur feb voce illa *omnia*. Senfus igitur legitimus eft,quòd creavit omnia ut effent, comparativè ad finem intrinfecum providentiæ naturalis, à qua exequuntur, non ed extrinfecum fuperiotis reprobativæ, per quam non tollitur illud effe,fed ordinatur ed eltiotsm finsm,cui tenetur defervire, ut dictum eft.

Ad 2. Damefceni refp. ita effe, Deum non fsciffe nos fupplicii caufa, potuit tamen facere ex volunteta non felvandi, quæ non eft voluntas intentiva fupplicii, feu punitiva, ut vidimus, fed præcisè exclufiva à beneficio gloriæ pro fui benaplacito ex vi fui fupræmi dominii, unde non videtur ed rem prædicte auhoritas, in qua fit fermo de reprobatione pofitiva, feu damnetiva, non ds negativa pro præcifa volnntere non falvandi, de qua loquitur conclufio. §.Ad 3. D.Tho. fimiliter refp.loqui ibi de effectu execuro, vel elicito, quelis eft permiffio peccati, propter quod damnetur reprobus, non de purè intento, vel imparato à reprobetione, ut in fuperioribus proportionabiliter dictum aft de aliis fimilibus effectibus à prædsftinatiene imperatis.

2. Arg. à priori, ut ait Illuftrifs. Godoy. Nam exclufio à gloria,finis non aft fubftantiæ reprobotum, nec per illum perficiuntur, quin potiùs illorum maximum malum, præter melum culpæ, in hac exclnfione confiftit, ergo nullum eft fundamentum, ut efferemus Deum ex intentione excludendi reprobos à glorie, illos produxiffe, & confaqusnter nec ut dicemus eorum fubftantiam effe effectum fuæ reprobationis, ed quod nscefferium eft, quòd ex efficeci intentione exclufionis à gloria fuerit producte.

Explic. hoc. Subftantia reprobi non perficitur ipfa exclufione gloriæ, quæ eft finis reprobationis, immò petitur maximum detrimentum, cum privetur per illem fummo omnium bono, ergo nequit fieri ax fins hujus exclufionis, five reprobationis. Prob. confeq. Tum quie finis eft perfectivus rei,cujus gretia fit, eliàs producens rem, fimul intenderet producere, & deftruere illam, fi femel finis, ob quem producit illam, non effet ed ædeficationem, vel perfectionam illius,unde communiter dicimus,quòd nemo intendens ed malum, rem fuam operatur. Et fimiliter, quòd unequæque res eft propter finsm,tanquam propter fui perfectionsm.

Tum quia quælibet res ex conjunctione ad fuum finem perficitur. Tum quia hec retione fubftantia prædeftinati produci poteft ex fine glotificandi, quia perficitur per ipfam gloriem,ergo fi ex oppofito ille reprobi non perficitur per exclufionam ab illa, non poterit produci ex fine hujus exclufionis.

Refpond. ex dictis dift.antec. quoad primem pertem. Non eft finis, ed quem ex nature rei, vel ex principiis intrinfecis inclinatur, conc., ed quem dirigi, vel ordinari nequeat ex altioti providentia, vel à Deo operante intra fupariorem ordinem, nego, & concsffo, vel trenfeat, quoed 2.p., quòd non perficiatur per telem exclufionem, nego confeq., nam exclufio à gloria non eft finis, veluti connaturalis, vel ed quem ex natura rei, vel ab intrinfeco ordinatur fubftantie reprobi, fad ad quam liberè poteft à Deo ditigi ob fui gloriam, five ad manifeftationsm fui fupremi dominii, ut dictum eft: & licet prior finis, qui dicitur finis operis, teneatur perficere rem, cujus eft finis, vel ad quem fic ex propriis,aut ab intrinfeco ordinatur, vel inclinatur, five in ordine naturæ, five in ordine gretiæ, non temen pofterior, qui dicitur finis operantis, fed quandoque ab ifto magis patitur detrimentum, ut à fimili patet in nobis in eleemofyne exhibita ob finem inanis gloriæ, quæ licat perficietur ex fine operis, ed quem ex propriis virtutis mifericordiæ ordinetur, (qui eft fublevatio pauperis à miferia,) ex eltero tamen extrinfeco venę gloriæ,ad quem dirigitur ab operante, non folum non perficitur, fad vitiatur, etiam tota actio juxta fetis probabilem fantentiam, ut latè infra,1. 2. explicatum eft.

Ex bis etiem fit fatis ad explicat.,cui fimilitsr conceffo entec. nego confeq., & ad omnes ajus probationes, dicimus eodem modo folum probare de priori fine, vel operis, non de extrinfeco, vel ex parte operantis. Unde ed 1. dift. Finis eft perfectivus, loquendo de intrinfeco, vel operis, ed quem ex fei naturs, vel ab intrinfeco ordinatur, conc., extrinfeco, vel operantis,fub dift., femper, nego, eliquando, conc., & fimiliter dicimus ad utremque illius prob. annexem.

Ad 2. dift. eodem mode. Ex conjunctione ad fuum finsm perficitur, intrinfecum, vel ad quem ex principiis intrinfecis ordinatur, conced., extrinfecum, vel operantis, femper, nego. Ad 3. nego præcisè illius caufelem, fed quie ad Deum univerfaliffimum provifore̅m pertinet in quacunque linea dirigere, & refpicere omnia, elicitivè, vel imperetivè, quæ fpectent ed illam in ordine ad illius finem. Unde cum fubftantie prædeftinati meximè conducat ad finem prædeftinetionis, & fit à Deo volibilis, hac ratione à priori fit ex voluntate prædeftinandi; Quie verò hoc ipfum periter militet de fubftantia reprobi, utpotè conducente, ut dictum eft, ed finem exclufionis à glorie, five reprobetionis, quæ non eft minùs univerfalis providentia in fua linea, quàm fit prædeftinatio in fua circa ea, quæ conducunt ad fuum finem, & cum illo conjunguntur, optimè poterit aadem fubftantia effe effectus illius.

Adde non folum effe infubfiftentem prædictem caufalem, fed etiam falfum effe, quòd omne id, quod eft affectus prædeftinationis hebeat perfici ex fine illius, ut patet ex dictis in denegatione gratiæ efficacis in electo ad vitandum peccatum ob majorem illius humilitetem, fervorem,& cautelem,quæ proindè ponitur effectus prædeftinationis illius. Alia argumente folvi poffunt ex fuperioribus, & adhuc ex dicendis, ne eadem repetemus.



§. III.

§. III.

Statuitur secunda Conclusio de morte in statu peccati, & de damnatione æterna.

Mors etiam in statu peccati, & damnatio æterne ad illud secuta sunt effectus reprobationis. Prima pars sumitur ex illo Job. 20. versic. 28., & 29. *Detrahetur in die furoris Dei. Hæc pars hominis impii, & hæreditas verborum ejus à Domino*, ubi expressè detractio de hac vita, quæ fit per mortem, dicitur pars impii, & hæredites ejus, & consequentar effectus suæ reprobationis. Unde D. Tho. ibidem lect. 2. in fine subdit. *Detrahetur, scil. de hac vita, in die furoris Domini, idest, in die vindictæ Divinæ.* Constat autem id fieri per reprobationem.

Id etiam exprimitur psalm. 33. versic. 17. *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam earum.* Ubi iterum D. Thom. *Ostenditur*, (inquit, *providentia Domini circa malos &c.* Hæc autem est reprobatio, per quam in morte deperditur memoria eorum de terra, & deducuntur in infernum, quod confirmat ax illo prov. 15. *Infernus, & perditia caram Domino. Et dicit vultus. Quia designat cum quadam ira respicere in ipsos malos. Sed ad quid* subdit *si per eas respicit, certè ut perdat de terra memoriam eorum. Hoc autem* (prosequitur *patest dupliciter intelligi. Vel quia potest referri ad terram præsentem, & sic dupliciter perditur memaria eorum de terra. Uno modo, ut omninò non sit. Alio modo, ut malè.* Prov. 10. *Nomen impiarum putrescet. Multi mali quæsierunt, ut nomen eorum maneret, & tamen perits. Sed si aliquamodo permanet memoria, tamen periisse dicitur, quia putrida est mala.* Psalm. 9. *Periit memoria eorum cum sonitu.* En quomodo mala eorum mors, sive in malo statu, cum præfata etiam circunstantia æternæ oblivionis, vel putridæ memoriæ tribuitur eidem providentiæ juxta D. Tho., sive reprobationi, qua respicit impios, sive perditos homines per separationem eorum ab hac terra, vel vita.

Ad hoc etiam tendit illud Matth. 24. vers. 50., & si in fine. *Veniet Dominus servi illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypochritis.* Postquam, scil. servus iste, vel impius manducaverit, & biberit, (ut præmittitur ibidem,) cum ebriosis tune, sive in statu illo malo dividitur per mortem subeundo judicium damnationis, quod plenè fit per reprobationem. Unde D. Thom. ibidem. *Ponitur*, inquit,) *primò judicium ex insperato* 1. ad Thessal. 5. *dies Domini, sicut fur veniet.* Esa. 30. *Subitò dum non speratur veniet contritio ejus. Secundò pœna & dividet eum à Societate bonorum*, infra 25. *Et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis, & hæc est maxima pœna.* §. Idque etiam traditur Luc. 12 vers. 20. ibi. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Ubi iterum indicatur insperatus adventus Domini, & particulare ejus judicium seperantis animam reprobi à corpore ejus per mortem, ut datur intelligi, quòd ex vi judicii, & sententiæ, quam includit reprobatio, Deus infert mortem impii in statu peccati.

Ratione deindè prob. Ita se habet mors impii, seu reprobi respectu suæ reprobationis in statu ejus malitiæ, vel peccati, sicut perseverãtia finalis in gratia respectu suæ prædastinationis in electo, sed hæc est effectus suæ electionis, ergo illa est effectus suæ reprobationis. Ant. cõstat, quia sicut perseverantie finalis, vel mors in gratie connectitur, & per se conducit ad gloriam, ita finalis impœnitentia, sive opposite mors in peccato connectitur, & per se conducit ed damnationem. Hinc verò prob. cons. Nam hac ratione perseverãtia finalis est effectus prædestinationis, quia ite connectitur, & conducit, ergo ob eandem rationem impœnitentia, vel mors in peccato erit effectus reprobationis. §. Dices ut supra esse discrimen, quòd finalis perseverantia, & cœtera, quæ pertinent ad lineam prædestinationis, cum sint de linea boni, & volibilis à Deo, possunt eb eadem effici, & gratis præparari: at verò mors in peccato, & alia hujusmodi, quæ pertinent ad illam reprobationis per modum demeriti, & præcipuè finalis eadem derelictio in paccato, quæ est maximum malum, & pœna gravissima reprobi, nequeunt sic à Deo gratis præparari, & consequentar neque esse reprobationis effectus. Et vel maximè, quòd justitia vindicativa, qua ab illo infligitur pœna æterna, præsupponit eandem finalem impœnitentiam, undè nec ex vi illius esse potest præparativè, sed ex sola prævisione mortis cum peccato Deus vult damnare: & ita conjunctio mortis cum peccato, naque fit à reprobatione, proot spectat ad ordinem intentivum, quæ fit, ut dictum est, ante demeritum; nec ut spectat ad executivum, quæ præsupponit illud conjunctum cum morte.

Sed contra hoc est. Quia ut alibi insinuavimus, & suppono ex communi consensu, licet non possit à Deo effici malum culpæ, ac proindè nec positivè præparari, potest tamen supposita ejus permissione velle, quòd sit pœna alterius, sed ut vidimus ex voluntate non salvendi oritur permissio peccati à Deo non remittendi, sive quòd Deus potest nunquam remittere, ergo in homine sic prævito morituro in statu peccati continuati, & non remissi, mors in hoc statu, sive finalis ajus impœnitentia potest asse volita, ut pœna ejusdem peccati, & ut effectus suæ reprobationis.

Explic. hoc. Nam potest contingare, quòd Deus ex hoc præcisè, quòd velit aliquem non salvare permittat ejus peccatum, quia hoc etiam consentaneum est, ut vidimus, suavi ejus providentiæ respectu creaturæ defectibilis, sed potest iterum ex eo, quòd non teneatur velle non remittere aliquando illud, ergo prævidens in hoc statu peccati moriturum potest velle, quòd tale peccatum sic continuatum, & conjunctum cum termino, vel morte sit pœna illius supposita ejus permissione, & quòd propter idem sic continuatum velit damnare illum. In quo casu, ut patet, conjunctio mortis cum peccato erit effectus suæ reprobationis intentivè sumptæ pro voluntate non salvandi. §. Explic. ulteriùs. Nam potest etiam contingare, quòd volens Deus damnare aliquem propter peccatum in illo prævisum, velit primò infligere mortem temporalem, ut deindè puniat morte æterna; est enim supremus Dominus, suavis Provisor, & justus Judex, ex quo lagitimè hæc sine ulla repugnantia, & injuria inferuntur:, sed in hoc iterum casu non solum derelictio in peccato usque ad instans mortis inclusivè erit effectus reprobationis, sed etiam mors ut conjuncta cum peccato arit pœna præperata peccatori ex vi suæ reprobationis ergo.

Ex his impug. secunda principalis solutio, & ulteriùs explicatur præcedens replica. Nam conjunctio

mortis cum peccato potest esse pœna alterius peccati, sed licet nequeat istud, ut dictum est, esse volitum, aut effici à Deo, potest tamen ab illo esse volitum hoc, quòd sit pœna alterius, ergo potest esse quid volitum, & præparatum ab eodem ex vi, vel intentione justitiæ vindicativæ. Conseq. tenatimi, verò est communis doctrina: ex qua etiam prob. ma. Nam si supposita permissione peccati potest esse volitum hoc, quòd sit pœna alterius, pariter poterit esse volitũ hoc, quòd sit pœna alterius, conjunctio mortis cum illo. Tum quia quodlibet peccatum mortale, quantum est ex se, meretur pœna æterna puniri, imò & quòd peccator annihiletur, ergo in pœnam ipsius poterit Deus relinquere peccatorem in illo usque ad instans mortis inclusivè. §. Itaque supposito, quòd peccatum mereatur sic in æternum puniri, potest Deus illo præviso velle peccatorem damnare eadem pœna, & ex hac volontate relinquere illum in suo peccato, non collata illi gratia remissiva, ex quo infallibiliter eveniet, quòd sit moriturus in illo, & consequenter quòd mors in hoc statu sit effectus reprobationis suæ.

Secunda pars conclusionis de damnatione æterna sumitur ex D. Thom. hic ar. 3. ubi, ut vidimus, inquit, *Reprobatio includit voluntatem permittendi culpam de præsenti, & inferendi damnationis pœnam*. Ex quo prob. 1. Id est effectus reprobationis, quod infertur ex voluntate reprobandi, sed ut ait D. Tho., hujusmodi est pœna æterna, ergo est effectus illius. §. Secundò. Æterna damnatio est positiva exclusio à gloria per modum pœnæ inflictæ à Deo, sed hujusmodi exclusio in reprobo est ex voluntate reprobandi, ergo est effectus reprobationis.

§. IV.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. contra 1. p., & militat etiam cont. 2. ex illo Sap. 1. *Quoniam Deus non fecit mortem, nec lætatur in perditione vivorum, creavit enim, ut essent omnia*. Ubi Glossa interlinealis sub lit. *Ut non perirent*. §. Urg. hoc ex D. Ansel. lib. 2. Cur Deus homo, ubi ait. *Non est justum, ut Deus creaturam, quam fecit ad beatitudinem, omninò perire sinat, ergo cum qualibet creatura rationalis creata fuerit ad beatitudinem, videtur non esse justum, ut omninò perire permittatur*. §. Deinde Apost. ad Rom. 11. ait; *Quòd Deus conclusit omnia sub peccato, ut omnium misereretur*. Cui consonat illud Sap. iterum 11. *Misereris omnium Domine, quoniam omnia potes*. Ergo non videtur decere Divinam bonitatem, ut aliquos permittat sic peccare, ut etiam finaliter perseverant, vel decedant in illo.

Ad hoc patet ex dictis esse intelligendas hujusmodi auctoritates, quòd Deus quantum est ex se, & attenta capacitate creaturæ rationalis, velit omnes vivere, & salvos fieri, cum quo tamen stat, quòd supposita ejusdem naturæ defectibilitate ad suavem Dei providentiam pertineat permittere aliquos à fine vitæ æternæ deficere, ac proinde mortem eorum in peccato, propter quod positivè, & punitivè excluduntur, esse effectum reprobationis eorum, quia cum hæc sit pars ejusdem providentiæ, qua Deus efficaciter disponit, & ordinat de eo, quòd aliqui vitam æternam non consequentur, ad ipsam pertinet ordinare, & causare ea, quæ per se connectuntur cum ipsa exclusione à prædicto fine, ut explicatum est.

Ex his ergo ad 1. respond. Deum non fecisse mortem ad hunc sensum, quòd voluit omnes vivere, vel esse immortales, si præcisè attendamus ad ejus benignitatem, vel pietatem, qua etiam Christus quantum erat ex se voluit Judam iterũ bibiturũ secum in regna de illo geminine, ut vidimus ex D. Th., secus tamen attenta ejus justitia, vel aliquorum indignitate, qui illa repudiavit, & repudiant isti tale convivium æternum. Undè idem Angelicus qu. infra qu. 59. art. 2. ad 1. in addit. ad illud postremò relatum ex Sap. 11. inquit, *Dicendum, quòd Deus quantum in ipso est, miseretur omnibus*, (scil. ut perpetuò vivant, seu mortem in peccato, & consequenter mortem æternam non incurrant.) *Sed quia ejus misericordia Sapientiæ ordine regulatur, inde est, quòd ad quosdam non se extendit, qui se misericordia fecerunt indignos*. Scil. qui in malitia perseverant, vel sunt obstinati. Cui consonet illud Greg. lib. 4. Dialog. c. 44. *Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur; quia autem justus est ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur*. Per quod etiam confirmatur 2. p. concl.

Ad 1. ex D. Ansel. resp. cum eodem D. Thom. ibidem ad 3. Solum velle non esse justum, quantum ad decentiam Divinæ bonitatis, & loquendo de creatura secundum genus suum. *Non enim est conveniens* (inquit D. Th.) *Divinæ bonitati*, ut totum unum genus creaturæ deficiat à fine, propter quem est factum. Undè nec omnes homines, nec omnes Angelos dãnari cõvenit. Sed nihil prohibet, quin aliqui ex hominibus, vel ex Angelis in æternum pereant. *Quia Divinæ voluntatis intentio impletur in aliis, qui salvantur*. Ad quorum etiam beneficium, vel utilitatem confert aliorum damnatio, ut subdit D. Thom. ar. 1. ad 4. dicens, *Secundò ad hoc sunt utiles*, (*scil. damnati*) *ut de his electi gaudeant, dum in his Dei justitiam contemplantur, & dum cognoscunt se evasisse*. Undè in psal. 57. *Lætabitur justus, cum viderit vindictam*. Et Isa. ultimò. *Erunt*, (*scilicet impii*) *usque ad satietatem visionis, scil. sanctis, ut Glossa dicit*.

Ad 3. ex Apost. resp. idem ar. 2. ad 2. *Quòd ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, ut intelligatur auctoritas de hominibus secundum statum viæ, qua scil., & Judæorum, & Gentilium misertus est, sed non omnium Gentilium, vel omnium Judæorum*. Ad id, quod subditur ex Sap. 11. jam dictum est.

Secundò arg. Si mors in peccato esset reprobationis effectus, vel esset quia mors, vel quia conjuncta cum illo, sed neutrum dici potest ergo: ma. patet, quia non est aliter assignabilis tanquam effectus: mi. etiam quoad 1. par. constat, quia mors in omnibus est effectus vel pœna peccati originalis, at non omnes reprobantur propter peccatum originale. Tum quia mors ut sic est quid commune prædestinatis, & reprobis, nã propter originale ab utrisq; contractũ facti sumus mortales: quòd verò aliqui moriantur in peccato, post remissũ originale aliundè provenit, scil. propter personalia, itaut qui moritur in originali, propter illud mori dicitur, qui verò cum aliis sine illo, propter alia ab eodẽ commissa, ut contingit in adultis baptizatis. §. Quoad 2. verò p. prob. quia ut conjuncta cum peccato, nequit esse volita à Deo, sicut in simili dicebamus de materiali peccati, ut conjuncto cum formali malitiæ, vel ut fundante illam; et si esset effectus prout sic reprobationis, deberet esse vo-

lita

lita à Deo, & amari ab illo, quod repugnat, cum naqueat prout sic essa volita ab illo, non volito peccato, ut patet eodem exemplo materialis ejus, ut conjuncto cum formali, nam si esset volitum materiale à Deo,ut conjunctum cum formali, istud etiam deberet esse volitum ab illo, ergo neque, ut conjuncta potest assa affectus;mi. cum conf. patent ax dictis, quia ad rationem effectus requiritur,quòd sit aliquid effectibile, & consequenter volibila.

Ad hoc, nego mi. quoad 2. par. Ad prob. dist. ma. ut conjuncta cum peccato nequit esse volita; ly *ut* sumpto redoplicativè transeat, vel conc., specificativè nego, & distiocta eodem modo mi., ejusque repugnantia aonexa, nego conf. nam quidquid sit, quod reduplicativè ut conjuncta vel conjungenda cū peccato ex malitia peccatoris, voluntariè perseverātis in illo, & pro sui benaplacito à Deo absque omni injuria non remisso, nec remittendo, non sit volibilis ab illo, benè tamao specificativè, sive prout in tali conjunctione, ut similiter de eodem illius materiali, ut in superioribus explicatum est, quod proindè poterat retorqueri. Et poterat etiam exemplificari in alio simili hujus propositionis, Christus ut homo est caput Ecclesiæ, quæ ut dicebamus, licet reduplicativè sumpta admitti nequeat, ut potè faciens sensum hæreticum, nempè quòd omnis homo esset caput illius, si ipse, quia homo esset ejusdem caput, quem sēsum reddit reduplicativè accepta, sive sensum causalem, benè verò si sumatur specificativè, scil. prout in humanitate assūpta, sic enim verissima est,& Catholica. Aliam explicationem tradit hic M. Ferre §.4.ad 2., quæ licet subtilis sit, videtur tamen aliqualiter in discrimen per illam adduci communis nostra doctrina de eodem materiali peccati respectu formalis, cui conformior est præcedens distinctio.

Tertiò arg. contrà 2. par. de damnatione æterna. Quia hæc non procedit à reprobatione,ut spectat ad ordinem intentivū, ergo nequit esse effectus illius,ut dicit voluntatem non salvandi.Conf. tenet quia hæc prout sic præcisè spectat ad hunc ordinem:ant.etiam constat ex dictis,quia æterna damnatio, utpotà ultimum in linea reprobationis pertinet adordinē executivū,ergo nequit esse ab illa,ut spectante ad intētivū.§.Expl.,& urg.hoc.Quia id nequit esse reprobationis effectus, quod non causatur ab illa, ut spectat ad ordinem intentivum, cum ut læpè dictum est, nihil possit esse ab illa executum, quod non fuit ab eadem intentum, sive non procedens ab illa intentivè sumpta,sive pertinenta ad ordinem intentivum, (nisi velimus illud executum à casu,) sed æterna damnatio non causatur à reprobatione, ut pertineote ad hunc ordinem, cum in isto non admittatur voluntas damnandi aliquam pœna æterna, sed sola voluntas non salvandi, sive excludendi à gloria. Tum quia voluntas sic damnandi, cum sit punitiva, supponit culpam prævisam, voluntas autem non salvandi, ut dictum est, est ante illius prævisionem, argo nequit æterna damnatio esse effectus illius.

Ad hoc ex superioribus resp. nego ant. ad prob. dist. ant. pertinet ad ordinem executivum,non priùs intenta,nego ant., & suppositum ejus, quòd aliquid exequatur à Deo, non prius intentum, ut rectè subditur in confirmatione, & supra explicatum est: Et priùs intenta, conc. & dist. consequens: nequit essa ab illa, ut spectante ad ordinem intentivum, nec proximè,nec mediatè,aut radicaliter,nego:proximè, vel immediatè transeat.Itaque, ut superiùs insinuavimus, dupliciter id dici potest, primò quòd sola admissa voluntate intentiva excludendi à gloria, seù non salvandi pro sui beneplacito, & supremo dominio, adhuc oriatur ex ista permissio peccati, propter quod voluntariè, & ex malitia commissum, nec retractatum, nec remissum exequitur damnatio. Secundò quòd licet non ad sit in ista prio i voluntate præcisè intentiva exclusionis à regno, ut à beneficio indebito, & non per modum supplicii; adest tamen alia voluntas, qua Deus intendit, & amat viis demeritis suam justitiam vindicativam, vel punitivam, & ex hoc amore, vel intentione movetur exequi prædictam exclusionem per modum supplicii, & pœnæ æternæ. Secundum priorem voluntate n præcisè exclusivam dicitur damnatio, intenta, veluti radicaliter, aut mediatè, secundum posteriorem verò proximè, vel immediatè, unde nunquam verificatur exequi eadem exclusio etiam per modum pœnæ, vel supplicii, nisi fuerit priùs intenta, ac proindè quòd non solùm sit à reprobatione, ut pertinet ad ordinem executivum, sed etiam ad intentivum.

Ex his ad confirmat. nego mi., & ad 1. prob. annexam, dist., sola admittitur voluntas non salvandi, ante prævisa demerita conc., (quamvis ex ista sola adhuc intentivè admissa, ut dictum est, oriatur permissio peccati propter quod quis damnatur:) post eorum prævisionem nego: Per quod etiam patet ad 2.

Quartò Arg. Eterna damnatio est finis reprobationis, cum omnia ordinentur ad illam,ut ad ultimum, in quo consumatur, ergo non est effectus illius;conf. tanat, quia effectus reprobationis sunt per modum viæ, & tanquam media ordinata ad finem. §. Ad hoc dist., & explico ant. Est finis secundum propriam rationem illius, nego secundum præcisam rationem ultimi in sua linea, transeat, vel conc. Dicitur enim finis quatenus in linea effectuum est ultimus, ad quē cœteri ordioantur, & consumantur; non quatenus ex illa movatur Deus ad excludendum à regno, sive negativè, sive positivè, vel punitivè; nam priori modo movetur, ut vidimus, ex amore sui supremi dominii, vel ostensionis illius, posteriori verò ex affectu suæ justitiæ vindicativæ viis demeritis, ex quo movetur, ut dictum est, ad illam exequendam per inflictionem damnationis æternæ.

§. V.

Statuitur tertia Conclusio de permissione peccati.

PErmissio peccati non remittendi, sive propter quod, quis damnatur, seu in quo reprobi moriuntur, est effectus reprobationis eorum. Consultò addimus, in quo reprobi moriuntur, nam si ante obitum illius esset remissum, permissio ejus non diceretur effectus reprobationis, sed magis providantiæ generalis,de quo adhuc infra. Sumitur ex D.Th. hic ar. 3., sæpe relato, ubi inquit. *Reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in peccatum, & inferendi damnationis pœnam pro culpa*. Et idem ait ar. 5. ad 3., ubi, ut etiam vidimus, exponens illud Apost. ad Rom. 9. *Volens Deus ostendere iram; subdit, idest, vindictam justitiæ*. Et deindè vocem illam *sustinuit*. Explicat pro eadem, quòd *permisit*, ac si dicaret; patienter permisit Deus peccata reprobis semel, atque iterum usque ad finem vitæ, ut ostenderet suam justitiam erga illos, & mi-

fericordiam erga prædestinatos,

Ratione deinde prob. Permissio peccati non remittendi oritur ex voluntate non salvendi, ergo est effectus illius conf. tenet, & ant. constat ex dictis; & præterea prob., quia per se connectitur cum illa, connexione medii in ordine ad finem illius, ergo oritur ex illa, & non ex præcisa providentie generali, ad quam reducunt illam Suarez, & alii Recentiores. conf. iterum tenet, & ant. prob. Quia, ut sæpè dictum est; non minùs ad suavam Dei providentiam pertinet efficax voluntas permittendi aliquos cadere à fine gloriæ, seù non salvandi, quàm efficax perducendi alios ad illam, sed cum hæc posteriori voluntate per se connectitur voluntas dandi merita per se connexa cum gloria, argo cum priori pariter connectitur per se voluntas permittendi peccatum non remittendum per se connexum cum exclusione à gloria, vel damnatione: ma. ut vidimus, ex D. Thom. hic ar. 3., Tum quia cum exclusio reproborum à regno potissimùm deserviat ad ostensionem Divinæ misericordiæ in electis, (qua ratione, ut explicatum est, dicitur hac in re esse de secundaria intentione,) non minùs prout sic ad eandem providentiam pertinere debet talis voluntas permittendi aliquos cadere ab eodem fine, quàm efficax perducendi alios ad illum: Mi. verò prob. Quia ideò in prædestinatione una voluntas per se connectitur cum alia, quia nequit una exequi sine alia, sed neque in reprobatione exequi potest voluntas damnandi sine voluntate permittendi peccatum non remittendum, ut patet, ergo una est per se connexa cum alia,

Explic. & urg. hoc. Sicut assecutio gloriæ est de facto executa cum executione meritorum, ità exclusio ab illa, vel damnatio est executa de facto cum executione peccati permissi non remittendi, sed quia prædicta assecutio ait sic executa, voluntas dandi merite est per se connexa cum voluntate dandi gloriam, ergo quia pariter exclusio est sic executa, voluntas permissiva peccati non remittendi erit per se connexa cum voluntate excludendi, vel damnendi, §. Explic., & urg. ulteriùs præoccupando solutionem: Nam quia eadem assecutio est sic executa, non solùm efficax voluntas dandi merita ait per se connexa cum efficaci dandi gloriam, sed merita etiam sunt efficaciter intenta, ut media per se connexa cum gloria tanquam cum fine, seù ut per se ad illam ordinata, argo quia pariter exclusio, vel damnatio est sic executa, non solum voluntas permittendi peccatum non remittendum, erit per se connexa cum voluntate excludendi, vel damnandi, sed etiam permissio erit per se intenta ut medium per se connexum cum damnatione tanquam cum fine, seù ut per se ad illam ordinata: Et ratio utriusque est, quia aliàs esset ordinatè executum à Deo, ut supponimus, non ordinatè intentum, quòd esset ordinatè executum à casu, quod est alienum ab illo. Sicut enim, ut sæpè etiam dictum est, repugnat esse aliquid ab eodem, & à quocunque agente intellectuali ordinatè, & à consilio procedente executum, non prius intentum, aliàs esset executum à casu, ità pariter repugnat esse ab eisdem executum ordinatè, non priùs ordinatè intentum, aliàs esset prout sic executum similiter à casu.

Dices id totum non sufficere, ut prædicta permissio per se connexa cum damnatione sit effectus voluntatis non salvandi, quia cum hujusmodi voluntas per nos non sit punitiva, sed primò incipiat ab exclusione à gloria, ante prævisionem demeritorum, nequit respicere permissionem sic connexam cum damnatione tanquam sui effectum, aliàs esset etiam punitiva, quia permissio peccati propter quod aliquis damnetur, pertinet ut petet ad lineam punitivam, §. Sed contra hoc est. Nam ideò Deus sic incipit, ut dicebemus, à voluntate non salvandi ante prævisa demerita, quia non tenetur, utpotè supremus Dominus dare alicui gloriam, sed neque tenetur dare alicui gratiam efficacem ad vitandum peccatum, propter quòd quis damnatur, ergo sicut hæc denegatio oriri potest ex voluntate non salvandi, & esse effectus reprobationis, pariter ab eadem voluntate oriri poterit permissio peccati non remittendi, & esse effectus ejusdem reprobationis. Conf. tenet, quia in hac denegatione, ut dictum est, consistit permissio peccati.

Explic., & urg. hoc. Nam licet prædicta voluntas sic præcisè exclusiva non sit formaliter punitiva, sed præveniet prout sic demeritorum prævisionem, ut explicatum est; consistit tamen, vel fundatur in hoc, quòd Deus non tenetur alicui dare gloriam, & non minùs est supremus Dominus respectu gratiæ efficacis ad vitandū peccatū, propter quòd quis damnatus, quàm sit respectu gloriæ, ergo sicut hac ratione potest ex voluntate non salvandi oriri denegatio hujus gratiæ, quæ sit effectus reprobationis, pariter oriri poterit permissio peccati, quæ sit effectus ejusdem; conf. iterum tenet, quia in tali denegatione, consistit hæc permissio. §. Expl., & urg. ulteriùs. Quamvis iterum voluntas illa non salvandi, à qua ordine intentionis incipit Deus, non sit punitiva, sed præveniat demerita prævisa, est tamen efficax, ac proinde aliquando exequenda in re, ergo secùs ab illa, ut supra explicatum est, oriri potest permissio peccati, propter quod quis damnetur, ac proinde quòd hæc sit intenta, ut effectus, vel medium conducens ad ipsam damnationem: ant. ait certum, nam efficacia intentionis divinæ utpotè infinita à nemine impediri, vel frustrari potest: conf. etiam tenet, quia eò ipso quòd prima illa voluntas efficax est, & aliquando exequenda, cætera ordinis executivi ad illam consequuntur, velùti ad radicem, licet non sub eodem titulo ponenda sint in re, ut dictum est,

§. VI.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. Nulla permissio peccati est ex intentione efficaci damnandi, ergo nulla est effectus reprobationis; conf. tenet ex dictis, quia effectus reprobationis debet ex hac voluntate procedere, & non sufficit, quòd utcunque conjungatur, aut condocat ad illam, nam aliis permissio etiam peccati remittendi esset effectus illius, cum aliquando etiam condocat ad eandam, ut poterit cogitare iosea. Ant. verò prob. quia voluntas damnandi nequit esse prior voluntate permittendi, nam sicut pœna, ut dictum est, antecedit culpam, ita voluntas infligendi illam, debet antecedere voluntatem permittendi istam, ergo non potest permissio peccati esse volita ex voluntate damnandi.

Urg. hoc: nam omnis effectus reprobationis debet esse pœna, cum reprobatio sit actus justitiæ vindicativæ, vel punitivæ, sed prima permissio peccati nun-

nunquam remittendi, nequit esse pœna, cum non possit esse pœna præcedentis, quod supponitur dimissum; nec etiam subsequentis, cum illud antecedat, ergo non est effectus illius. §. Expl. hoc ipsum. Permissio culpæ non supponit culpam, ut patet, sed effectus reprobationis supponit illam, cum pertineat ad justitiam vindicativam, sive indictivam pœnæ supponentis culpam ergo non est effectus illius.

Denique urgentur hæc omnia; nam supposito, quòd permissio peccati, (si semel velimus eam effectum reprobationis) pertineat ad lineam justitiæ vindicativæ, & propter illud reprobus damnetur, vel damnari possit; Deus liber est omnibus prævisis ad damnandum illum propter istud, vel propter illud; propter pauciora, vel propter plura, vel etiam propter omnia, itent ex parte illorum habeatur tantum sufficientia demeriti ad illius damnationem, non efficacia; ex parte verò Dei mera libertas ad damnandum propter unum, vel propter aliud, ergo vel tenemur affirmare de omnibus, si semel affirmatur de aliquo (quod tamen non admittitur, cum plura supponantur remissa,) vel de nullo.

Ad hoc patet ex dictis, solum probare posse non esse effectum reprobationis ut punitivæ, non pro voluntate præcisè non salvandi, à qua incipit reprobatio ut dictum est. Unde nego suppositam ant., quòd eadem incipiat è voluntate damnandi, sed magis à voluntate excludendi, quia supremus Dominus est, & ideo non tenetur dare alicui tale beneficium: & ad suavem sui providentiam pertinet supposita defectibilitate naturæ rationalis, permittere, ut aliqui deficiant ab illo, in quo, ut toties dictum est, nulla est injuria, sed ostenditur idem supremum sui dominium, suavitas ejusdē p ovidentiæ, summe deinde liberalitas, & misericordia in electis, & justitia in reprobis ex propria voluntate, & malitia cadentibus ab eodem fine. Per quod patet ad utramque prob. conseq. scil., & ant., supponunt enim Deum in reprobando incipere ab eadem voluntate damnandi.

Ad 1. confirm. similiter dist. ant. omnis effectus reprobationis positivæ, vel punitivæ transeat, vel conc. ant., negativæ, seu sumptæ pro voluntate non salvandi, nego, hanc enim antecedit, licet redicet, vel originet eandem permissionem peccati, ex malitia reprobi perpetrandi, & à Deo non remissi, propter quod deinde damnatur, ut dictum est, unde est veluti radix, ut sic dicamus, eorum, quæ deinde intrant, vel pertinent ad lineam justitiæ vindicativæ. §. Ad 2. eodem modo dist. mi. effectus reprobationis punitivæ, conc., præcisè exclusivæ, nego, aliàs eadem permissio deberet supponere se ipsam, quod repugnet.

Ad 3. neg. iterum in primis suppositum, quòd effectus ejusdem voluntatis intentivæ non salvandi pertineat ad justitiam vindicativam. Deinde etiam nego antec., quod formetur ex hoc eodem supposito, quia ut proximè, & supra insinuatum est, ex hac voluntate non solum originatur permissio peccati, sed etiam voluntas non remittendi illud, quia, cum sit efficax exclusiva, licet illa motivè non sit ex prævisione peccati executivè excludentis, seu non remittendi, quia tamen ob sui efficaciam, ut vidimus, implenda est, & impleri non possit sine hac voluntate non remittendi, si velimus impleri, vel exequi intra lineam vindicativæ justitiæ, quæ exercetur ob peccatum ex malitia commissum, & non remissum, ideò ex illa oritur hæc posterior voluntas non remittendi: ex quo sequitur non omnia peccata permitti in reprobo ex vi ejusdem voluntatis, quæ prævidentur ante voluntatem damnandi, sed tantum, quæ Deus non vult remittere, ex eo quòd non teneatur, ut dictum est, dare veniam peccatori, & ideò falsum est, quòd Deus sic liberè procedat ex eadem voluntate ad damnandum ob quodcunque peccatum, sed tantum ob prævisum non remittendum.

Sed instas. Quia sequitur ex his, quòd denegatio gratiæ efficacis, seu derelictio in peccato usque ad finem vitæ non sit effectus reprobationis punitivæ, vel damnativæ; conseq. est falsum ergo: mi. constat quia peccator sæpè fit indignus ejusdem gratiæ, ex qua cessaret à peccando, ac proinde multoties promeretur perseverantiam in peccato usque ad finem vitæ, ergo non remissio talis peccati, propter quod quis damnatur est pœna alterius, ac proinde ex justitia ei non remittitur, quod est esse effectum voluntatis punitivę, vel vindicativę, & non purè exclusivę, quia hæc per nos est ex motivo in debiti: ma. verò prob. Quia juxta solutionem, & superiorem doctrinam ex voluntate non salvandi non tantum oritur permissio peccati, sed etiam peccati non remittendi, seu voluntas non remittendi illud, sive non remissio ejusdem in hac vita, ergo non est hæc effectus voluntatis punitivę, vel damnativę, sed antecedit illam.

Resp. nego ma. Ad prob. dist. ex dictis, & explico ant. oritur ex voluntate non salvandi, proximè, & formaliter, sub ratione motivi vindicativi comparativè ad se ipsam, neg. sub ratione indebiti, conc., quia licet dicatur ex illa oriri, ex eo quòd ob sui efficaciam exequenda est, & ab illa incipiat Deus in reprobando, prout tamen sic intentivè incipit excludere non movetur titulo justitię, sed sub motivo indebiti, unde priori titulo est formaliter effectus reprobationis punitivę, & solum virtualiter, aut originativè, vel radicaliter dici potest effectus voluntatis non salvandi. Ex quo utrumque legitimè infertur, quòd sicut stat benè, quòd voluntatē punitivem, sive excludendi à gloria per modum damnationis, præcedit voluntas præcisè exclusiva sub ratione indebiti, sive hoc solo motivo, quòd Deus non debet dare illam, ita etiam stet benè, quòd voluntatem denegandi gratiam, seu relinquendi in peccato inclusivè usque ad mortem per modum punitionis alterius peccati, præcedat voluntas non remittendi aliquod in hac vita sub eadem ratione indebiti, seu hoc solo motivo, quòd Deus non debet dare illam, & ità etiā stat benè, quòd voluntatem denegandi gratiam efficacem, seu relinquendi in peccato inclusivè usque ad mortem per modum punitionis alterius peccati, præcedat voluntas non remittendi aliquod in hac vita sub eadē ratione indebiti, seu hoc solo motivo, quòd non teneatur remittere illud, sed possit dare veniam cui voluerit, cum non sit minùs supremus Dominus in excludendo à gloria, quàm sit in excludendo à venia, vel remissione peccati: & ita benè etiam componitur, quòd reprobus sibi pro mereatur eandem denegationem, vel derelictionem in peccato inclusivè usque ad instans mortis, & per illam puniatur quoque in hac vita per reprobationem positivam, vel punitivam; & quòd nihilominùs Deus ante prævisa demerita velit ex motivo non salvandi, quia pariter supremus Dominus est, velit permittere aliquod peccatum, & simul velit in hac vita non remittere illud.

Secundò arg., & potest iterum esse replica. Juxta supe-

superiora, & ut ab initio quæst. insinuavimus, permissio peccati remittendi, vel remissi non est effectus reprobationis, vel voluntatis non salvandi ergo nec permissio alterius non remittendi. Prob. conseq. Ex eo potissimùm prob. de isto, quia cum effectu conducit ad finem reprobationis, eique coordinatur; sed hoc etiam verificatur de peccato remisso, ergo vel de neutra affirmandum est, quòd sit effectus, vel de utraque. Prob. mi, nam licet sit remissum, potest tamen ad memoriam revocatum elicere, & conducere ad novum perpetrandum, ut patet in recidivis, & consequenter ad permissionem alterius noviter commissi, & puniendi damnatione perpetua influere, ergo etiam remissum conducere potest ad finem reprobationis, eique coordinari.

Urg. hoc ex his, quæ supra insinuavimus ex Div. Thom., nam licet peccata remissa non redeant in se ipsis, redeunt tamen virtualiter, itaut aggravetur peccatum sequens ex peccatis prioribus, ut inquit D. Thom. q. illa 88. 3. p. ar. 1. in fine corp., & majori pœna in inferno punitur, quàm puniretur, si illud non præcessissent alia dimissa, quia ob ista dimissa magis contemnitur Dei bonitas, quantò majus beneficium est peccatum remittere, quàm peccatorem sustinere, ut ibidem præmittit D. Thom., ergo verè peccata remissa conducunt ad damnationem.

Urg. ulteriùs iterum ex superioribus circa effectus prædestinationis nam ex eo prob. ibidem de vocationibus inefficacibus, gratia interrupta, & similibus, quòd sint effectus, quia prout revocantur ad memoriam, inclinant, vel inducunt ad actus salutares, humilitatis, gratiarum actionis, & alios hujusmodi, ergo si etiam peccata remissa in reprobis inclinant sæpè, vel inducunt ad novos lapsus, vel ad eorum permissionem perpetuò puniendorum, aut etiam de illis afferendum est esse effectus, aut negandum, non obstante eadem ratione, de omnibus, sive de nullius permissione, tam remissi, quàm non remissi.

Ad hoc facilè respond. ex verbis illis D.Tho. ibidem. *Sic igitur per peccatum sequens puniendum redit quodammodo reatus peccatorum priùs dimissorum non in quantum causabatur ex illis peccatis priùs dimissis, sed in quantum causabatur ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, in quantum scil. virtualiter in peccato sequenti continentur.* En quomodo influxus in damnationem, vel reatum illius non refunditur in peccata dimissa, sed in ultimum perpetratum, quod quidem aggravatur ex illis, non quia simpliciter redeant, sed quia peccans post beneficium remissionis magis contemnit Divinam bonitatem, ut præmittit ibidem, quod de nde est esse reditum illorum secundum quid, quatenus in ultimo perpetrato ratione sequentis ingratitudinis dicuntur virtualiter contineri. §. Ex his in forma nego conseq. Ad prob. vel nego mi., vel dist., verificatur de peccato remisso ratione sui, nego, ratione sequentis, conc. Ex quo non infertur, quòd permissio peccati remissi concurrat per se ad finem reprobationis, sed solum per accidens ex parte subjecti peccantis, vel reprobi, qui ex propria malitia noviter peccans, & abutens Divina bonitate convertit beneficium remissionis in sui damnationem, quod non satis est, ut eadem permissio dicatur effectus reprobationis, sed ulteriùs requirebatur, quòd sic conducere esset ex voluntate reprobandi, ut contingit in permissione alterius non remittendi, vel non remissi: per quod patet ad illius prob.

Sed instas. Nam reprobus sic noviter peccans ex motivo remissi in memoriam revocati, sic pecc. at Deo permittente, ut iterum cadat ex hoc motivo, nam si Deus non ita permitteret, non secundò caderet ex illo, ergo permissio lapsus remissi est etiam permissio de eo, quòd lapsus remissus verè inclinet reprobum ad secundum lapsū, ergo verè Deus vult ita permittere, quòd lapsus remissus verè cōcurrat in lapsum secundum, ac proinde si propter istū non amplius remittendum damnatur, permissio etiam remissi verè in ejus damnationem, & finem reprobationis conducit.

Resp. eodem modo nos non negare, quòd aliquomodo permissio peccati remissi conducat, sed quòd non per se, sive ex fine reprobandi, sic enim diceretur redire simpliciter, quod neget D. Tho., unde ut dicatur effectus reprobationis, non satis iterum est, illam influere ad hoc, quòd Deus permittere velit posteriorem lapsum ex motivo remissi in memoriam revocati, sive quòd permissio lapsus remissi, sit etiam permissio de eo, quòd idem remissus, sic ad mentē revocatus verè inclinet ad novum lapsum, sed ulteriùs, ut dictum est, requirebatur, eam fuisse ex intentione reprobandi, quod etiam tenentur fateri contrarii, nam hac ratione negant, ut etiam insinuavimus, de permissione non remissi, quia putant non esse ex hac intentione, estò alias ad damnationem conducat. Patet autem ex ista non esse inclinendā alterā, remissi, nisi velimus Deum simul velle remittere, & damnare, si ex permissione remissi adhuc damnationem intendat, quod satis derogare videtur infinitæ ejus bonitati, ac misericordiæ.

Sed adhuc instas. Quia non videntur hæc duo componi, sed magis repugnare, quòd permissio peccati remittendi, vel remissi prædicto modo influat, vel permissivè etiam se extendat ad posteriorem lapsum conducentem ad finem reprobationis, & non sit ex intentione reprobandi: nam medium assumptum ad aliquem finem, aut verè influens, & conducens ad illum, debet ab eligente esse volitum ex intentione ejusdem finis, aliàs videretur à casu esse electum ad consequutionem illius, ergo si semel permissio peccati remittendi, vel remissi, sic permissivè in fluit ad posteriorem lapsum, ob quem reprobus damnatur, verè erit ex intentione damnandi.

Resp. neg. ant. Ad prob. annexam dist. Si medium assumptum sit tantum ex uno motivo, vel sine eligibile, transeat, vel conc., si ex pluribus, nego. Vel iterum dist. ut supra, si per se influat ad illum, iterum transeat, vel conc., si per accidens, vel ratione alterius, nego, quia tunc cum possit eligi ex diverso motivo non est necessarium, quòd ob intendente finem eligatur ex eodem, ex quo eligitur istud, ratione cujus dicitur influere. Peccatum ergo remissum, ut vidimus ex D.Th., non dicitur per se conducere ad reatum æternæ damnationis, sed tantum per accidens, sive ratione alterius, vel ultimò perpetrati, unde permissio ejus licet prædicto modo, vel ratione istius ultimi, ut virtualiter in illo contenti, dicatur influere, seu aliquomodo prout sic influat ad damnationem reprobi, vel reatum illius, non tamen debet esse volita ex eadem intentione, vel motivo, quo intenditur permissio ultimi non remittendi, vel non remissi, scil. damnandi, ac proindè nec esse effectus

repro-

bationis; quia ea, quæ sic per accidens influunt in aliquem finem possunt poni in se ex voluntate alterius finis, ad quem habeant per se conducere; & ideo nunquam peccatum remissum verificari potest, quòd sic ex hoc fine, scil. ut influat in damnationem; & per hæc etiam patet ad 1. confirm.

Ad 2. de vocationibus &c. Similiter dicimus esse effectus prædestinationis, non ex eo præcisè quòd influent ad finem illius sic revocatæ in memoriam, sed quia dantur prædestinato ad sic influendum ex vi voluntatis prædestinandi. Undè nego causalem ut adæquatam, sed quia ad hoc dantur, ut sic in memoriam revocatæ ad finem prædestinationis conducant.

Sed iterum instas. Quia videntur hujusmodi solutiones petere principium. Nam ex eo colligimus hujusmodi vocationes esse ex voluntate prædestinandi, sive ad hoc dari, ut ad finem prædestinationis conducant, quia videmus illas ut in memoriam revocatas ad hunc finem cum effectu conducere, ergo si peccata remissa ut menti similiter objiciuntur, ad finem reprobationis influunt, tenemur afferere, quòd prout sic influent ex fine reprobandi.

Resp. nego conseq. Quia est quoad hoc latum discrimen inter effectus prædestinationis, & reprobationis, quòd cum omnes priores sint beneficia Dei, & prædestinatio ut vidimus, sit præparatio beneficiorum ipsius, omnia, quæ ad illam concurrunt, rectè dici possunt concurrere ex fine prædestinandi. Cæterum reprobatio non est præparatio omnium, quæ ad sui finem concurrunt, aliàs esset etiam præparatio peccatorum, quæ potissimùm concurrunt ad illum, sed tantum est præparatio permissionis peccati, propter quod quis damnatur, scil. non remittendi, vel non remissi. Solutio est D. Thom. hic ar. 5. in corp., ubi hac ratione, quòd effectus prædestinationis sunt de genere beneficiorum, hoc statuit discrimen inter utriusque effectus, quòd unus prædestinationis est causa alterius, & est ex intentione efficaci illius, ut finis intermedii, & consequenter omnes sunt deindè ex intentione prædestinandi; at verò unus reprobationis non est alterius causa, nec posterior finis prioris; non enim permissio peccati est causa derelictionis in illo, nec ista est finis illius; aliàs Deo permittente semel aliquem cadere, derelinqueretur in tali lapsu, quod est alienum, undè nō est causa demeritoriæ alterius, (cum sit à Deo,) sicut unus effectus prædestinationis est causa alterius meritoria, & ideò ex eo præcisè, quòd eadem permissio, vel unus effectus reprobationis aliquomodo conducat, non illicò infertur esse ex intentione reprobandi, sicut infertur de illo prædestinationis, quòd sit ex fine prædestinandi, sive ad hoc, ut ad hunc finem conducat.

§. VII.

Statuitur quarta Conclusio de collatione auxiliorum sufficientium quibusdam præmissis ad illam, & superiores necessariis.

NOmine auxilii sufficientis id intelligi suppono apud Theologos, ut in superioribus insinuatum est; quo homo constituitur potens ad salutem consequendam, sive ad rectè, vel salutariter operandum, & ad præcepta supernaturalia implenda, & non prout vox hæc *sufficiens*, grammaticaliter sumpta, comprehendit omnia, quæ ad hæc sunt necessaria, aliàs sub eodē comprehenderetur etiam efficax, quod est alienū à bona Theologia, nā istud ad hoc est necessariū ut, vidimus, & latè alibi in materia de gratia explicatum est; scil. ad prædicta de facto exequenda, vel salutem consequendam, & non præcisè ad posse exequi, vel consequi, undè admittimus contra Jansenium gratiam actualem interiorem tantum sufficientem, vel inefficacem cui resisti potest, vel de facto resistatur, ut contra eundem definivit Innoc. X, damnans illius secundam propositionem, quæ asserebat, *Interiori gratia nunquam resistitur*. Imò in hoc tota ferè origo suorum errorum consistit, quòd negare voluit hujusmodi auxilium sufficiens, prout cæteri Theologi admittunt contradistinctum ab efficaci, contendens nullam dari gratiam propriè, & strictè sufficientem in actu primo intrinsecè completo tribuentem posse, volens imò, & concursum quemcumque Dei correquisitum ad actum secundum complere simul intrinsecè actum primum, & consequenter completè tribuere posse, de quo latè ibidem dictum est. Nam quidquid sit, quòd auxilium efficax in illis, quibus datur, fortè non solum applicet actum primum ad operationem, sed etiam compleat illum, tamen illis, quibus non datur efficax, tribuitur per sufficiens completa virtus in actu primo ad operationem secundum totam suam actualitatem, & perfectionem, undè sit homo prout sic perfectè, vel completè potens operari, itaut nihil illi deesse dicatur, ut actualiter agat, nisi applicatio ad actum secundum. §. Suppono secundò juxta ea, quæ paulò superiùs innuimus, ita Deo æqualem esse curam de omnibus, ut dicitur Sap. 6., ut quantum ad aliqua auxilia moralia extrinsece, & Sacramenta, & Scripturam Sacram, & alia hujusmodi, omnibus tam parvulis, quàm adultis providisse remedia sufficientia ad salutem: & quantum etiam ad intrinseca moralia, aut physica, ut sunt speciales revelationes, illuminationes, inspirationes, & pii effectus ex parte utriusque potentiæ, scil. intellectus, & voluntatis saltim in causa sufficiente, & remota, & quantum est ex parte medii. Quod patet primò, Nam Deus generaliter, ut sæpè dictum est, *Vult omnes homines salvos fieri* 1. ad Timot. 2., sub qua voluntate non solum adultos, sed etiam parvulos comprehendi fatentur communiter Theologi, & constat ex superioribus, & adhuc poterit constare infra, sed hæc generalis voluntas salutis omnium salvari nequit in Deo, non supposita saltam tali providentia de eisdem remediis pro omnibus ad illam sufficientibus, ergo est admittenda.

Secundò. Nam etiam Christus pro omnibus mortuus est, & ut omnes redimeret, suaq; merita pro omnibus obtulit, ut ibidem ait Apost. *Unus enim Deus, unus, & mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus nobis*. Et præmittit ad Rom. 5. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in condemnationem vitæ*. Et 1. Jo. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nobis autem tantum, sed etiam totius mundi*. At passio Christi oblata pro omnibus causa est sufficiens salvationis omnium quantum est de se, continens omnia media necessaria ad salutem illorum, ergo Deus dat omnibus etiam reprobis prout sic, sive in causa saltem remota, & mediata, hujusmodi

modi media omnia sufficientia ad salutem.

Dixi passionem Christi, sive satisfactionem ejus quantum est de se, vel ex se fuisse sufficientem; (& hoc obiter dictum sit, tum ad excludendum quorumdam antiquorum Theologorum placitum asserentium non fuisse ex natura sua condignam, sed fuisse sufficientem ex acceptatione extrinseca Dei, quia, nempè eadem fuit contentus: nam aliàs non videretur indigere satisfactione nostra, ut omnibus remittantur peccata, & eorum pœna, ut hinc passimè infertur haeret ci. Tum ad hanc hæreticorum blasphemam illationem rejiciendam, qui propterea excludunt cum Luthero pœnitentiam, & opera bona satisfactoria plùs nimiò fidentes satisfactioni Christi, in cujus injuriam convertunt eorum necessitatem, quam Catholici omnes confitemur: nam licet dicatur indigere satisfactione nostra, non tamen ut tribuanta valorem, & virtutem satisfaciendi, vel satisfactioni Christi, sed tantum ut nobis aplicetur ejus virtus, undè ejus satisfactio quantum ait ex se, ut causa universalis, sufficiens fuit, & condigna pro universis hominum peccatis, & pro universis fuit oblata, & acceptata quoad sufficientiã, (ut iterum statuit laudatus Pontifex contra alium ex damnatis à se quinque erroribus;) noluit tamen Deus, ut in adultis haberat affectum, nisi ipsi ut partiales causæ cooperando per fidem, & observantiam præceptorum Christo incorporarentur ut membra suo capiti, ut egregiè pro more explicat M. Catalam 3. p. q. 1. ad ar. 2. dub. 5. ad 1. ex doctrina D. Tho. q. 2c. ibidem ar. 1. ad 3., & ar. 3. in solutionibus argumentorum. Undè quod pretium indigeat aplicatione ad hoc, ut excludat debitum, non infert non esse ex natura sua condignum, quia præcisa aplicatio non confert, sed supponit valorem illius.

Adde hanc etiam cooperationem, quæ ex parte nostra requiritur, ut nobis aplicatur satisfactio Christi conferri nobis propter meritum, & satisfactionem ejus, ab eodemque, qui est caput nostrum, provenire, sicut omnis motus membrorum corporis naturalis provenit ex influxu capitis. §. Ex quibus etiam obiter iterum colligi potest recta intelligentia celebris illius dicti ad Colos. 1. *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* Nam omissis variis expositionibus, quas refert M. Vincentius relectione de gratia Christi q. 5. ad ar. 2. dub. 3. ad 1., faciliùs ut supra cum Theodoretto ibidem, & nostro Porelio super Isa. c. 49. num. 8., & amplectitur laudatus Mag. in eadem sonum. lat. satis consonè ad doctrinam D. Thom. locis relatis, nempè sensum esse, quòd tribulationes, & labores, quas Paulus patiebatur per prædicationem Evangelii, & conversionem Gentium in carne sua deerant, & requirabantur, non quasi Christi passio non esset in se sufficiens. vel condigna, sed ut hominibus aplicaretur. Decreverat enim Deus per prædicationem Pauli, & aliorum Apostolorum trahere Gentes ad recipiandam Christi fidem, & gratiam. Cœterum quidquid Apostoli cooperabantur Christo ad salutem hominum ex meritis Christi accipiebant eique tribuabant. Aliam etiam habet ibi D. Th. lect. 6., & aliam Cajet., quæ apud ipsos videri possunt, ne diutiùs immoremur, & præoccupemus, quæ spectant ad 3. p.

Tertiò. Etiam suppono ad vitandos alios hæreticorum errores, & ne fiat æquivocatio, vel confusio inter eorum damnatam doctrinam præcipuè Calvini, ejusque assertorum, & Catholicam Thomistarum hac in re tria ab illis proferri, ut jam proximè, in superioribus insinuavimus, & eruditè refert Gonet hìc §. 4. ad ultimum. Primum est non non dari in Deo voluntatem antecedantem de salute omnium, nec generalem in Christo Redemptionem, per quam omnibus media ad salutem sufficientia præpareotur. Ex quo inferunt Christum pro solis electis esse mortuum, & pro illis solis media ad salutem necessaria præparasse. Secundum. Nullam in statu naturæ lapsę dari gratiam sufficientem, & moraliter excitantam, sed solum gratiam efficacem, & physicè prævenientem. Ex quo etiam inferunt Deum in hoc eodem statu impossibilia hominibus præcipere, eosque peccare in eo, quod vitare non possunt, & justis interdum deesse gratiam, qua præcepta implere possint. §. Tertium denique gratiam non omnibus hominibus indifferanter, & promiscuè esse expositam, nec illam esse ita communam, sicut naturam, multisque eam denagari præsertim illis, quibus Christus nunquam est annunciatus.

Duo priora sunt hæretica, & damnata à Tridant., & proximiùs, ut dictum est, ab Innoc. X. Tertium verò relinquitur disputationi Theologorum, & pro utraque parte militant plures ex illis, ut statim constabit, unde fallitur quidam Recentior existimans etiam in hoc tertio convenire omnes contra eosdem hæreticos, nam est expressa doctrina D. Aug., & Div. Thom., ut vidimus, quibusdam denegari in pœnam præcedentis peccati, saltem originalis. Ita docet D. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 5. ad 1. ex D. August. lib. de corrept., & gratia c. 5., & 6. Et Epist. 107. ad Vitalem, ubi inter duodecim præcipua fidei dogmata, quæ recenset, hæc tria tanquam certa fide tenenda statuit contra Pelagianos, nempè. *Scimus gratiam Dei non omnibus hominibus dari. Scimus eis quibus datur misericordia Dei gratuita dari. Scimus eis, quibus non datur justo Dei judicio non dari.* Quod quidem intelligi nequit præcisè de gratia efficaci, nam Vitalis, & alii alii Pelagiani non solum non dicebant hanc esse communem, sed eam omninò rejiciebant non valentes eam conciliare cum libero arbitrio. De quo tamen alibi de auxiliis.

His ergo præmissis. Alii generaliter affirmant dari omnibus reprobis media sufficientia ad salutem, ut Suarez, & alii frequenter Recentiores. Alii verò concedunt de adultis, & negant de parvulis ut Vasquez cum aliis. Alii verò distinguunt vocem hanc *dare*, vel *dari*, quòd si intelligatur pro eodem, quòd actu infundere, vel conferre, vel actu recipere, non omnibus illis dat, vel datur, quidquid sit si sumatur pro offerre in communi, vel paratum esse, quantum est ex se ad dandum illa. Ita plures ex nostris Bannez hic ad ar. 3. dub. 3., Albelda, à S. Tho., Nunno, Alvarez, & alii antiquiores, quos ex eisdem suppresso nomine refert, & sequitur Illustriss. Godoy hìc tract. 8 disp. 70. §. 2., & 4., & Gonet ar. 5. §. 1., & 2., & adhæret. M. Ferre q. 11. §. 7. concl. 1.

Quarta concl. Probabile est aliquibus reprobis saltè juxta priorem modum auxilia sufficientia ad salutem non dari. Sumitur ex D. Thom. de parvulis in 4: dist. 6. quæst. 1. art. 1. quæstiunc. 1. ad 1., ubi ait. *Dicendum, quod non est ex defectu Divinæ misericordiæ, quod in maternis uteris existentibus remedium non exhibeatur, sed quia non sunt capaces illius remedii, per quod secundum legem communem participes passionis Christi efficiantur, à qua est remissio peccatorum, quia non possunt subjici operationibus mi-*

niſtrorum Eccleſiæ, per quos talia remedia miniſtrantur. Quibus manifeſtè docet, non ſolum illis non deri tale remedium, ſed quòd etiam pro illo ſtatu ſunt incapaces, ut illis explicetur.

Urg. hoc. Nam parvulo pro eodem ſtatu, ſive in utero materno exiſtenti, & intra illum morienti non eſt baptiſmus humana diligentia eplicabilis, cum capax prout ſic illius non ſit, antequam naſcatur, vel ex utero egrediatur, ut frequenter docent Scholaſtici cum Mag. in 4. diſt. 6., & Theologi cum D. Thom. 3. part. q. 68. ar. 11., ſed quòd ſic moriatur in utero matris, licet poſſit quandoque provenire ex defectu aliquo humano, non tamen ſemper provenit ex illo, ut certum ſuppono, ſed ſæpè, ut dicunt, vel ex ſterilitate fæminis, aut ex naturali matris, vel fæminis infirmitate, quæ ab humana diligentia non dependent. Immò hoc ipſum quandoque etiam contingit in recenter nato, quòd ſine baptiſmo decedat, abſque parentum culpa, ut expreſsè tradit D. Aug. ſtatim referandus, & in ſuperioribus relatos etiam, ergo citra omnem culpam deeſt illis, aut non detur remedium, vel auxilium ſufficiens ad ſalutem.

Audiatur D. Aug., ubi ſupra de dono perſev. c. 12. *Nunquid res humanas in parvulis non Divina providentia, ſed fortuitis agi caſibus opinabimur, cum rationales, vel damnandæ, vel liberandæ ſint animæ, quando quidem nec paſſer cadit in terram ſine voluntate Patris noſtri, qui in Cœlis eſt? Aut parentum negligentiæ ſic tribuendum eſt, quòd parvuli ſine baptiſmo moriuntur, ut nihil ibi agant ſuperna iudicia, tanquam ipſi, qui hoc modo malè moriuntur, parentes ſibi negligentes voluntate propria, de quibus naſcerentur, elegerint? Quid dicam, quòd parvulus aliquando antequam illi per miniſterium baptizantis ſuccurri poſſit, expirat. Plerumque etiam feſtinantibus parentibus, & paratis miniſtris, ut baptiſmus parvulo detur, Deo nolente non datur, qui eum parvulum in hac vita non tenuit, ut daretur.*

De natura etiam, & gratia cap. 8. de eodem parvulo ſic decedente ſine eodem baptiſmo ait. *Ego autem dico parvulum natum in eo loco, ubi ei non potuit per Chriſti baptiſmum ſubveniri morte præventum, id circo talem fuiſſe, id eſt ſine lavatro regenerationis exiſſe, quia aliud eſſe non potuit.* Et infra, *Rectè ergo ea damnatione, quæ per univerſam maſſam currit, non admittitur in regnum Cœlorum, quamvis Chriſtianus non ſolum non fuerit, ſed nec eſſe potuerit.*

Dices Auguſt. non excludere omnem poteſtatem etiam antecedentem ad eſſendum Chriſtianum, ſed tantum moralem, vel conſequentem. §. Sed contra hoc eſt. Nam S. Pater non præcisè ait, quia non fuit Chriſtianus, ſed quia non potuit eſſe, ergo non tantum excludit, vel non tantum loquitur de eo, qui Chriſtianus eſſe non potuit poteſtate morali, vel conſequente, ſed etiam antecedente. Prob. conſeq., quia non poſſe eſſe Chriſtianum tantum poteſtate morali, vel conſequenti non eſt præcisè non eſſe, quia non potuit, ſed quia noluit, ergo ſi aſſerit non eſſe, quia non potuit, de poteſtate etiam antecedente loquitur.

Explic., & urg. hoc ex eodem. Nam c. 7. ibidem refert ex Pelagio ſic. *Prius diſtinguit Pelagius, aliud eſſe, quærere, an poſſit aliquid eſſe, quod ad ſolam poſſibilitatem pertinet. Aliud utrum ſit.* De quo idem S. Pater ſic ait. *Hanc diſtinctionem, veram eſſe nemo ambigat, conſequens enim eſt, ut quod eſt, eſſe potuerit, non eſt autem conſequens, ut quod eſſe poteſt, etiam ſit, quia etiam Dominus Lazarum ſuſcitavit, ſine dubio potuit, quia verò Judam non ſuſcitavit, nunquid dicendum eſt non potuit? Potuit ergò, ſed noluit.* Et ſtatim. *Nos de ſola poſſibilitate tractamus.* Et ad hæc conſequenter loquens de præfato parvulo ait ut ſupra. *Non admittitur in regnum Cœlorum non ſolum, quia Chriſtianus non fuit, ſed etiam quia Chriſtianus eſſe non potuit.* En quomodo apertè loquitur non ſolum de poteſtate conſequenti, ſed etiam antecedente.

Secundò prob. concluſio etiam de adultis, & primò ex utroque eodem S. D., nam generaliter D. Th. q. illa 5. proximè relata ex 2. 2. ar. 2. ex D. Auguſt. affirmat. Quibuſcunque dari ex miſericordia dari, & quibus non datur ex juſtitia non dari in pœnā præcedentis peccati ſaltem originalis. Ubi expreſsè ſupponit non omnibus dari, & loquitur etiam, ut vidimus de ſufficiente ſine ulla exceptione adultorum. Ex quo etiam funditùs evertitur ad mentem utriuſque, doctrina Janſenii, & Molinæ, Suarez, & aliorum. Illius quidem, quia in ſtatu naturæ lapſæ negat dari auxilium ſufficiens diſtinctum ab efficaci, & propterea dixit in ſecunda ſui propoſitione damnata ab eodem Innoc. *Gratiæ interiori nunquam reſiſtitur*, cum tamen D. Tho. apertè affirmet ex Auguſt. aliquibus miſericorditer dari. Aliorum verò, quia volunt in hoc eodem ſtatu aliquod auxilium omnibus commune, & omnibus generaliter conceſſum. Quod negat ex eodem S. P. D. Tho., dum ait aliquibus non dari ex juſtitia. Unde etiam de veritate q. 24. ar. 15. docet. *In nullo homines convenire, niſi in aliquo naturali.* Quòd etiam priùs docuerat D. Aug. ſerm. 11. de verbis Apoſt. c. 4. dicens. *Communis eſt omnibus natura, non gratia.*

Deindè D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 1., ut ſupra quoque retulimus expreſsè inquit. *Infidelitas purè negativa non eſt peccatum, ſed pœna peccati, quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis conſecuta eſt.* Quod priùs iterum D. Auguſt. docuerat Epiſt. 105. *Ipſa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, ſine dubitatione peccatum eſt. In eis autem, qui non potuerunt, pœna peccati.* Conſtat autem non fore infideles purè negativos, ſi haberent ſufficientia exci antia ad credendum. Nam duo ad hoc dicuntur neceſſaria, ſcilicet ſufficiens propoſitio veritatum divinarum, & ſupernaturalium, & ſubmiſſio, ſeu pia motio voluntatis ad earum aſſenſum, quibus manifeſtum eſt carere infideles purè negativos, nam ex eo dicuntur, quia nihil audierunt, nec intùs, nec extra.

Præterea hoc ipſum etiam docet D. Tho. de peccatoribus excœcatis, induratis 3. cont. Gent. c. 165. ubi num., vel ratione 4. explicans plura loca Scripturæ, quæ videntur apparenter aſſerere Deum eſſe cauſā peccati, inquit. *Secundum hoc intelligenda ſunt quòd Deus aliquibus non confert auxilium ad vitandum peccatum, quod aliis quibuſdam confert. Hoc autem auxilium eſt non non ſolum infuſio gratiæ, ſed etiam exterior cuſtodia, per quam occaſiones peccandi homini ex Divina providentia tolluntur, & provocantia ad peccatum comprimuntur.* §. Id aſſeveret antea D. Greg. 11. moral. cap. 5. Ubi de Cain inquit. *Hinc eſt enim, quod Cain, & Divina voce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ jam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium verba faciebat.*

Ex his omnibus prob. rationa. Nam de facto datur in aliquibus adultis carentia auxilii supernaturalis. ergo. Prob. ant. 1. de infidelibus negativis, nam plures dantur, qui nihil audiarunt de fide Christi, Sacramentis &c. ergo isti non habent auxiliū sufficiēs: ant, constat experientia, & conseq. etiam tenet; Nam prima sufficientia ad salutem est per fidem, qua quis cognoscit ea, quæ pertinent ad illam, sine hac enim cognitione objectum salutis, sive Christum, vel Deum amare non possunt, & propterea dicitur, quòd sine fide impossibile est placere Deo, quia primus accessus ad Deum, & ad salutem ab illo conferendam est per fidem, nec possit aliquid amari, quod non cognoscitur, ergo si dantur plures, qui non audierunt, plures sunt, qui non habent auxilium sufficiens. §. Ex quibus manat impugnata solutio ad hanc primam probationem, nempe quòd licet his infidelibus negativis non dentur auxilia sufficientia proxima ad credendum, & ideò non credendo non peccent, dātur tamen remota, quibus si benè utantur, infallibiliter Deus donabit ulteriora ad credendum, unde nullus datur, qui omnibus sufficientibus privetur. §. Manet inquam impugnata, quia primum auxilium sufficiens salutare est quid supernaturale, vel fides, ut etiam innuit Concil. Trid. sess. 6. c. 8., ubi explicans illud Apost. ad Rom. 3., & 5. scil. homines justificari ex fide. Ait. *Intelligendum esse in eo sensu quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit, & expressit, ut scil. per fidem ideò justificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis.* Ergo eo ipso, quòd careant omni motu fidei, carent omni auxilio sufficienti salutari, de quo specialiter loquimur, unde est de subjecto non supponente recursus ad aliud remotum intrà hunc ordinem salutarem, vel supernaturalem.

Secundò prob. idem principale ant. De amentibus in pœnam peccatorum præcedentium interdum privatis usu rationis, & in hoc statu peccati, & amentiæ decedentibus. Nam isti sic privati tali usu, in hoc statu sunt in capaces omni auxilio sufficienti, utpotè incapaces omnis operationis humanæ, & consequenter sunt impotentes ad benè moraliter operandum, quod sine auxilio sufficiente haberi non potest, ergo si decedant in hoc statu defectus usus rationis humana industria non recuperabilis, & à Deo in pœnam suorum peccatorum non restituti, decedunt omni auxilio sufficiente destituti.

Explic., & urg. hoc. Quia non magis homo per peccatum demeretur privationem usus rationis, quàm demereatur privationem auxiliorum sufficientium ad salutem, nec magis hæc debentur homini sano secundum illam, quàm homini existenti expedito usus illius, imò multò minùs ob illorum excessum suprà totam naturam, ut dictum est, ergo si in pœnam præcedentium peccatorū potest privare usu rationis necessario ad convictum humanæ vitæ, poterit à fortiori privare, vel denegare auxilium sufficiens necessarium ad convictum vitæ æternæ.

Quòd si dicant esse discrimen, quòd expeditio usus rationis non ità debetur titulo connaturalitatis, sicut debetur auxilium sufficiens titulo obligationis ad implendum præcepta supernaturalia, quæ sine illo, ut dictum est, impleri non possunt, unde nec absque illo imponuntur implenda, aliàs imponeretur implendum aliquid impossibile. §. Contrà hoc est, & in primis quid dicendum sit de illo comparativè ad observantiam eorundem præceptorum constabit infrà. Deindè quia non semper constat hæc obligatio ut patet in prædictis infidelibus negativis, nam est necessaria aliqua promulgatio ad obligandum, ut alibi explicatur t. 2., aliàs perpetuò peccarent iidem infideles etiamsi nihil audierint, quod ut vidimus, est contrà D. Aug., & D. Thom., & contra communem consensum, vel conceptionem. Nullus enim dicet, aut concipiet aliquem peccare, vel damnari ob transgressionem præcepti, vel legis invincibiliter ignoratæ. Undè rectè ait D. Thom., qui illa 10. 2. 2. Quòd *Qui sic sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. Unde Dominus dicit* Joann. 15. *Si non venissem, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent, quod expenens Aug.* (*scil. tract.* 89. *in Joann. inter princip., & med. tom. 9. antiq. edit.*) *dicit, quòd loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum*, ergo cessante obligatione præcepti, non est cur justè denegare non possit auxilium sufficiens in pœnam peccatorum præcedentium, sicut denegat usum rationis. §. Denique prob. idem ant. Nam auxilium sufficiens, ut dictum est, vel consistit in sanctis aliquibus cogitationibus intellectus, & piis affectionibus voluntatis, ut cum Vasquez, & Suarez dicunt plures recentiores, vel in aliqua qualitate supernaturali, & gratuitò à Deo concessa, ad illos alliciendos, ut dicunt Thomistæ, sed experientia constat plures peccatores carere hujusmodi auxilio, ergo non datur omnibus: ma. constat ex superioribus, & ex alibi dictis in materia de auxiliis: mi. autem traditur ubi suprà à D. Greg., & D. Th., & patet in iisdem sæpè peccantibus sine ullo stimulo conscientiæ, & in aliquo etiam per formalem cōtemptum juxtà illud, peccator cum in profundum venerit contemnit: sed de his nihil de Deo cogitantibus, & contemnentibus, non videtur affirmari posse, quòd hujusmodi sanctas cogitationes, & pias affectiones, vel qualitatē supernaturalem excitantem, vel applicantem potentias ad illas habeant, ut videtur manifestum, quia non sic ruerent sine obice in profundum peccatorum, & aliquem saltem stimulum conscientiæ prodarent, ergo signum est, quòd sic imperterritè peccantes careant præfato auxilio.

Ex his etiam rejicitur solutio dicentium habere quidem hoc auxilium, sed ad illud non advertere, nec percipere. §. Nam planè mirabile videtur, quòd habeant hujusmodi sanctas cogitationes, pia desideria, & motiones, vel affectiones voluntatis à Deo sibi ipsis immissas non purè passivè se habentibus, sed aliquomodo, saltem motu imperfecto se movētibus, (si velimus esse suo modo vitales licet indeliberatos, vel imperfectos,) & nullum sentiant, vel prodant conscientiæ stimulum, nec sensum? §. Deindè ex eo à Deo immittuntur hæ sanctæ cogitationes, & piæ affectiones, ut excitent ad rectè operandū, & caveant à peccato, ergo nisi iterū velimus quòd se habeant, ut inanimè quodam in illis recipiendis, (quod tamen rejicitur à Trident., ut in superioribus explicatum est) non videtur ità se habere, quòd nullo modo advertant, aut eas non percipiant, aliàs etiam possent excusari, vel non accusari de earum neglectu, vel potiùs contemptu, si perpetuò Deus stat ad ostium, & pulsat, vel nunquam desit à pulsando, & nihilominùs contingere potest, quòd ipsi non advertant, vel non audiant, aut non percipiant sonum pulsationis, sive divinam vocationem,

Hinc

Hinc Eminentiss. Bellarminus (cui satis displicet hæc solutio) lib. 2. de gratia, & liber. arb. cap. 6. cõtrà sic illam invehit. *Dicunt aliqui Deum quidem perpetuò pulsare ad ostium cordis, & vocare peccatores, sed eos aliis rebus intentos non percipere vocationem Dei. Sed hæc responsio cum ipso experimento apertissimè pugnat, nam cum vocatio, pulsus, tractus, excitatio illa Dei sit actio nostra, quamvis non libera, nimirum bona cognitio, & bonumque desiderium repentè, ac divinitùs immissum, quomodo potest fiare, ut non sentiatur à nobis, si fit non solum in nobis, sed etiam à nobis*. §. Denique auxilium sufficiens, ut etiam in superioribus explicatum est, licet dicatur inefficax respectu operationis perfectæ, sive effectus correspondentis gratiæ efficacis, non tamen quasi careat omni effectu, at si omninò non percipitur à peccatore, caret omni, ut patet, ergo perindè est, ac si non esset, & omninò otiosè videtur immitti in illo, præcipuè ut ponitur à contrariis, scil. per modum actionis vitalis, ut dictum est.

§. VIII.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arg. præcipuo fundamento oppositæ sententiæ, & militat specialiter de parvulis decedentibus sine baptismo in utero matris. Deus, ut dictum est, habet voluntatem generalem salvandi omnes, at licet ex vi hujus voluntatis non conferantur omnibus media efficacia ad salutem, benè tamen sufficientia, aliàs non esset omnibus possibilis, cum ex vi horum auxiliorum habeatur hujusmodi possibilitas ad illam, ergo omnibus conferuntur etiam parvulis, & consequenter præparatur baptismus pro omnibus tam parvulis, quàm adultis ut humana diligentia applicabilis, cum ille sit unicum remedium pro illis à Christo institutum.

Explic., & urg. hoc. Nam Deus per voluntatem antecedentem dat media sufficientia ad salutem, alioquin talis voluntas non videretur sincera, & vera, sed fictitia, & simulatoria, unde D.Thom. in 1.dist. 46. quæst.1. ar.1., ut vidimus inquit. *Quòd hujus voluntatis effectus est ordo in finem salutis, & promoventia in finem omnibus communiter proposita tam naturalia, quàm gratuita*, ergo si vult omnes salvari, nulli negat auxilium sufficiens, §. Vasquez hujus argumenti difficultate pressus, vel eidem succumbens fatetur voluntatem illam antecedentem, quam Deus habet de salute omnium, parvulos illos non comprehendere, subindeque Deum illis media ad salutem necessaria denegare. §. Sed præterquamquòd oppositum doceat D. Aug. lib. 4. contrà Julian. cap. 8. comprehendens sub illa eosdem parvulos; militat universalis redemptio Christi oblata pro omnibus etiam parvulis, quod non verificaretur, cum eadem redemptio non excedat objectivè prædictam voluntatem, utpote ex eadem, vel per illam imperata, ergo si semel ab illa essent excipiendi parvuli, quia illis prout sic in utero matris non est applicabilis baptismus, pariter excipi deberent à redemptione exhibita per sui mortem, & passionem, quod tamen nullus asserere audebit, præcipuè post decretum Innoc. X.

Alii ergo, & id obiter dicimus, vel ad vitandum hoc inconveniens exclusionis à redemptione Christi, vel ne videatur in lege evangelica, arctata via ad salutem admittunt quidem comprehendi sub eadem voluntate, & redemptione, sed ut salvent hoc ipsum, recurrunt ad baptismum, vel susceptum in ea per ablutionem matris, si adhuc sunt in utero ejus; vel ad susceptum non in ea, nec in voto proprio, sed in voto parentum suscepto cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deum cum invocatione Trinitatis, sive adhuc sint intrà, siva extra in casu impotentiæ ad eos baptizandum, vel per defectum amquæ, vel aliter imminenta morte ejus. Ita plures Recentiores probabiliter tenent cum Cajet. 3. par. quæst. 68. ad ar. 2. præcipuè loquendo de hoc posteriori remedio. In quo etiam inclinarunt alii antiquiores Joann. Garson in sermone de Nativitate B. M. V. habito in Concil. Constantiensi, & Gabriel in 4. dist. 4. quæst. 2. ar. 3. dub. 2.

Neutrum tamen hoc remedium, (quod non solum favet argumento facto, & eidem succumbit, sed magis etiam apparenter redolet pietatem, quàm veritatem) admittendum est. Cum sine illis subsistere possit prædicta generalis voluntas de salute omnium comprehendens etiam parvulos, ut statim dicemus. Et primum quidem rejicit D.Thom. ibidem ar. 11. Tum quia, ut ablutio facta ad corpus matris redondaret in prolem, oporteret hanc esse aliquid matris per continuationem, ac unionem partis ad totum, puer autem est aliquid matris solum per quandam colligationem corporum distinctorum, unde licet baptizata exteriùs matre, baptizetur quidquid est priori modo unitum intra cum ipsa, non tamen intelligitur baptizatus puer, ut dicit ad 4. Tum quia de necessitate baptismi est, quòd corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur, ut constat perpetua praxi Ecclesiæ, & ostenditur ibidem q. 66. art. 1.; quod verificari nequit respectu corporis pueri adhuc in utero matris existentis, ut patet.

Quòd si instes in baptismo flaminis, nempè quòd infantes adhuc in utero matris, hac subeuntè martyrium, sive trucidata, vel aspersa sanguine propter Christum, intelliguntur, & ipsi baptizari, sive ablui sanguine matris, itant dicantur consequi laureolam martyrii non minùs, quàm cœteri, qui exclusi ab utero ejus pro Christo interficiuntur, ut suppono ex communi consensu, ergo similiter intelligi poterunt baptizari, vel ablui baptismo fluminis baptizato, vel abluto corpore matris, non obstante, quòd non sint aliquid ejus priori modo, sed posteriori tantum.

Resp. esse latũ discrimen. Nam cũ baptismus flaminis, ut dictum est, juxta communem praxim Ecclesiæ de necessitate importet aliquam ablutionem immediatam corporis baptizandi, proindè debet istud aliquomodo immediatè, sive secundum aliquam partem (quidquid modo sit de qualitate partis) contingi ab aqua, sive subjici operationi ministrorum, vel Ministri Ecclesiæ per aquam cõtingentis, vel abluentis, quod fieri nequit puero adhuc intrà matris uterum clauso. Et propterea dicit August. in epist. 57. ad Dardanum tom. 2. antiq. edit. relatus à D. Tho. in argum. sed contrà ejusdem ar. 11, quòd nemo renascitur (baptismo fluminis) nisi primò nascatur: Cœterum mors propter Christum illata potest contingere illum adhuc sic clausum, & licet etiam prout sic subjici nequeat eidem ministerio Ecclesiæ, bene tamen foro hostium illius, & Christi.

Secundum etiam remedium rejicitur ab eodem

D. Thom. Quodlib 6. ar. 4. ubi præoccupet fundamentum jam insinuatum Contrariorum, scil. quòd aliàs in lege gratiæ, vel Evangelica videretur arctata via salutis, & reddita difficilior, quàm in lege naturæ, vel Mosaica, essentque modo parvuli deterioris conditionis, quàm illi, cum in antique lege si puer ante octavum diem periclitabatur, sufficiebat illi ad salutem remedium, seù Sacramentum in lege naturæ ordinatum pro salute parvulorum, nimirum fides parentum aliquo signo exteriori, & sensibili manifestatum juxta illud Gregorii, *Quod apud nos valet aqua Baptismi, hoc egit apud Veteres pro parvulis sola fides*. §. Respondet enim D. Thom. oppositum potiùs esse inferendum; undè ad 1. ait. *Nec tamen nunc diminuita est fidei virtus, sed augmentatur gradus salutis, quia nunc, qui salvantur per Christum statim introducuntur in regnum Cælorum, quod tunc non erat, unde non est inconveniens, si ad hoc ampliùs aliquid requiratur, scil. Baptismus*, ut dicitur Jo. 3. *Nisi quis renatus &c.* Quasi diceret cum finis, & ea, quæ sunt ad finem, debeant proportionari, ampliato fine salutis, ut dicitur Jo. 10. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiùs habeant,) debent quoque ampliari ea, quæ sunt ad hunc finem, ac proindè ultra fidem, vel votum parentum debet aliquid ampliùs requiri, scil. Baptismus. Quid clarius?

Deindè ad 2. subdit, *Dicendum, quòd per Christum in hoc ipso est ampliata hominibus via salutis, quia nunc per eum aperta est eis janua vitæ æterna, quæ antea clausa erat per peccatum primi parentis. Nec propterea reddita est difficilior, quia (ut dicit in eadem solutione ad 1.) secundum hoc nihil differebat id, quod tunc requirebatur ab eo, quod nunc requiritur ad salutem, nisi quòd nunc illud signum sensibile est determinatum, tunc erat indeterminatum, & pro vate adhibebatur*. §. Cui adde, quòd plures modo infantes salventur in lege gratiæ toto orbe diffusa, quàm in Mosaica, & naturæ, quo tempore vera fides in paucis inveniebatur. Tum quia Baptismus uberiorem gratiam confert, & citiùs ut dictum est, ad gloriam perducit. Tum quia aqua, quæ est materia Baptismi, est valdè communis, & faciliùs est abluere, & quædam verba proferre, quàm signo sensibili adjungere actum fidei supernaturalis, qui requirebatur ad remedium legis naturæ. Tum denique quòd tunc non poterat tam multis subveniri parvulis, sicut modo, quia tunc non nisi à fidelibus Sacramentum pro parvulis institutum adhiberi poterat, nunc verò etiam ab hæreticis, paganis, & infidelibus Baptismus subministrari potest. Undè absolutè, & per se loquendo conditio parvulorum non est facta deterior, sed melior, quidquid sit, quod per accidens, & secundum quid dici possit deterior respectu eorum, qui statim ab ortu ità subitò moriuntur, ut nulla parentum diligentia possint Baptismum recipere.

His omnibus, (quæ obiter ut supra, seù disgressivè aliquantulum occasione hujus argumenti, & gravissimæ ejus difficultatis pleniùs explicandæ, ac resolvendæ placuit interponere:) subdimus prædictam opinionem de parvulis in maternis uteris existentibus, & periclitantibus, ita differentem, & affirmantem praxim præfati remdii, jussu Pii V, fuisse expunctam à Commentariis D. Thom. in Romana impressione, & contra illam satis invehit Mag. Soto in 4. dist. 5. q. unica ar. 2. Unde etiam D. Thom. ibidem dist. 4. q. 3. ar. 3. quæstiunc. 2. ad 3. de illis inquit, *Quòd si salvari debeant, oportet, quòd in eis aliqua causa salutis sit, & quia per proprium motum liberi arbitrii salvari non possunt, oportet, quòd per Sacramentum baptismi salventur. Plus enim valet adulto fides propria, quàm parvulo fides aliena. Quòd enim aliquando fides aliena puero ad salutem sufficiebat cum aliqua protestatione, hoc erat, in quantum illa protestatio habebat vim Sacramenti, quam nunc habet Baptismus aqua*. Nam cum in lege Mosaica prohibitum esset circumcidi pueros ante octavum diem, oportebat, ut illis ante illud tempus periclitantibus aliud remedium relinqueretur aplicandum nimirum Sacramentum legis naturæ, nunc verò quia sic Sacramentum Baptismi instituit, ut sine ulla prohibitione possit statim aplicari parvulis in lucem editis, non mirùm quòd aliud remedium pro illis relictum non sit, & sine ullo etiam inconvenienti, ut dictum est.

Aliter ergo ad argum. dist., & explico mi. Ex vi voluntatis antecedentis conferuntur omnibus media sufficientia, quantum est ex se, itaut omnibus offerantur, & pro omnibus instituantur, vel instituta sint, conc., itaut ab omnibus recipiantur, nego. Et ad prob. annexam, quòd aliàs salus non esset illis possibilis, dicimus, quòd ad salvandam hanc possibilitatem satis est, quòd dentur priori modo, itaut Baptismus, (& sic de aliis) sit universaliter pro omnibus institutus, omnibus oblatus, & præparatus, & per merita Christi quoad sufficientiam obtentus, & non est necessaria eorum intrinseca receptio, vel actualis aplicatio. Non ergo eodem modo omnibus exhibentur auxilia sufficientiæ ex vi ejusdem voluntatis; nam aliquibus exhibetur idem Baptismus cum actuali aplicatione, qui scil. de facto, lavacro regenerationis abluuntur; aliis autem ut proximè aplicabilis per humanam diligentiam, ob cujus tamen defectum non fuit aplicatus; aliis denique, quibus nec fuit aplicatus de facto, nec proximè aplicabilis per eandem diligentiam, sed tamen pro illis quantum est ex parte Dei institutus, & per prædicta Christi merita quoad sufficientiam obtentus, scil. qui adhuc ablui non possunt, vel operationi Ministrorum Ecclesiæ subjici, & consequenter nec renasci, cum nequeat renasci, nisi jam natus, ut sunt existentes intra uterum matris. Sicut autem ut dictum est, & fatemur omnes, ad illos etiam se extendit meritum passionis Christi, & redemptio ejus saltem quoad sufficientiam, quia quantū est ex parte sui pro omnibus prout sic oblata est, itaut de nullo dici possit impossibilis salus illius, esto fructus ejusdem passionis ad omnes quoad efficaciā nō perveniat, ita similiter dicitur se extendere ad omnes voluntas Dei antecedens, qua vult omnes salvos fieri, & dat omnibus auxilia, & media sufficientia ad salutem, quia quantum est ex se pro omnibus illa offert, licet ad omnes non perveniant.

Quòd si instes, hinc sequi meritum Christi minùs esse, vel minùs efficax demerito Adami, cum iste mediante propagatione seminali de facto sic clausos in utero matris inficiat, eisque maculam peccati originalis communicet, Christus verò in lege nova nullum pro illis sic clausis remedium præparaverit ad illud delendum, §. Resp. ex D. Thom. ad Rom. 5. lect. 5. §. Deindè cum dicit ad illa verba, *Igitur sicut per unius delictum &c.* Ubi primò dicit id esse intelligendum. *Quòd sicut homines, qui nascuntur carnaliter ex Adam incurrunt condemnationem per ejus peccatum, ita omnes, qui renascuntur spiritualiter per Christum, adipiscuntur justificationem vitæ.*

Quam-

Quamvis possit dici, quòd iustificatio Christi transit in iustificationem omnium hominum quantum ad sufficientiam, licet quantum ad efficientiam procedat in solos fideles. Undè dicitur 1. ad Tim. 4. *Qui est Salvator omnium hominum, maximè autem fidelium.*

Sed quia contra hanc utramque responsionem videtur militare præcedens instantia, nempè quòd peccatum Adæ non solum se extendit ad omnes quoad sufficientiam, sed etiam quoad efficaciam, ac proindè minus sit meritum Christi, Hujus etiam solutionem præmisacat ibidem, §. *Iterum, Cum deinde dicit ad illa verba. Si enim unius delicto &c.* Ubi primò ostendit donū gratiæ, vel meritū Christi excedere delictum Adæ, tum quia se extendit ad plura, scil. ad ampliora bona superaddita præter remissionē peccatorum. Tum quià habet vim se extendendi ad plures, vel ad omnes si opus fuisset. *Quia quantò aliquid est potentius,* inquit) *tantò magis se potest ad multa extendere, Nam quantò potentior est causa, tantò plures habere potest effectus, & ad plura se extendere.* Quòd verò donum Christi potentius, & efficacius sit delicto Adæ, prob. §. ant. *Postquam Apostolus &c.* in fine. *Quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humanæ, gratia autem procedit ex immensitate bonitatis Divinæ, quam manifestum est voluntati humanæ præsertim infirmæ praferri, & ideò virtus gratia excedit omne peccatum, Et idcircò dicebat David: Miserere mei Deus secundum magnam Misericordiam tuam: & propter hoc iustè reprobatur verbum Cain. Gen. 4. Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear,*

Hinc §. 3. *Non tandem est autem &c.* infert iterum excessum gratiæ supra idem delictum. *Quia non solum* (inquit) *gratia Dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda.* 2. Corin. 9. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* Inter quæ maximum est illud Incarnationis, per quod modo aliquid habemus superans donum status Innocentiæ, ut tradit idem 1. 2. q. 109. ar. 10. ad 3. Ubi inquit, *Dicendum quòd sicut Aug. dicit in lib. de Natura & Gratia,* (& iterum in lib. de Corept., & Gratia cap. 12. tom. 7. antiq. edit.) *Homo in prima statu accepit donum per quod perseverare posset; non autem accepit, ut perseveraret: nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt & donum gratia, quo perseverare possunt, & ulteriùs eis datur, quòd perseverent, & sic donum Christi est majus, quàm delictum Ada.* Ex his in forma ad instantiam dist., & explico ant. minus esse secundum quid, vel extensivè quoad aplicationem transeat, vel conc., absolutè, & simpliciter, vel quoad efficaciam, & vim se extendendi nego: tum quia vis, & efficacia ad plures se extendere potest, & ad plura se extendit, ut dictum est.

2. Arg. (& est replica) prosequendo idem medium, cui satis confidunt contrarii. Pueri in utero matris clausi possunt salvari, seu est illis possibilis salus, ergo pro illis etiam reduplicato eodem statu tenemur assignare concessum aliquod auxilium sufficiens, vel remedium actu aplicabile. Ant. constat ex dictis, quia comprehenduntur sub prædicta voluntate Dei antecedente de salute omnium, & consequenter sub universali Redemptione Christi. Conseq. etiam tenet, quia ex vi ejusdem auxilii, ut dicimus, dicitur possibilis, ergo nequit verificari illius possibilitas non concesso eodem auxilio. §. Dices ut supra satis esse ad hoc fuisse tale remedium institutum pro omnibus nullo excluso ex vi ejusdem voluntatis, licet in pœnam originalis noluerit illud, & alia sufficientia remedia actu illis aplicari, vel esse etiam aplicabilia.

Sed contra hoc est. Eodem argumento; quia repugnat voluisse Deum eadem voluntate illos etiam salvare, & quòd non possint salvari, sed sine auxilio sufficienti verificari nequit, quòd possint salvari, ergo vel non comprehenduntur sub eadem voluntate, vel concedenda sunt illis auxilia, vel remedia sufficientia. §. Urg. hoc. Nam voluntas illa ut etiam insinuavimus in superioribus, non est purè sterilis, sed aliquomodo effectiva, aliàs esset per modum simplicis complacentiæ, quam contendunt adversarii posse dari respectu purè possibilium, ergo si semel se extendit ad prædictos pueros, debet ad illos ab eadem descendere aliquis ejus effectus, sive sufficiens auxilium,

Dices iterum ut supra, ad id salvandum sufficere, quòd Deus quantum est ex se præparaverit talia remedia, non tamen esse necessarium, quòd actu omnibus conferantur, vel aplicentur, aut sint aplicabilia secundum legem communem. §. Sed contra hoc est, nam redit idem argumentum, vel replica, Nam licet sint instituta à Deo ex vi ejusdem voluntatis quantum est ex se, actu tamen non conferuntur, nec aplicantur, imò sunt nolita ab illo ut aplicabilia illis sic in utero clausis, ergo p. out sic non respicit illos Deus ex vi illius, nisi purè affectivè, & per modum simplicis complacentiæ, & secundum possibilitatem purè speculativam, non practicam, aut aliquomodo intra lineam futuritionis, si nullum omninò bonum ad salutem conducens per talem affectum, vel affectivam dilectionam illis confertur.

Respond. rectè ibi dictum esse usque ad hanc ultimam replicam. Ad quam nego conseq. Quia ut respectu illorum dicatur salus possibilis non purè speculativè, vel metaphysicè, sed etiam practicè satis est, quòd ad illos aliquomodo practicè perveniat, licet intrinsecè idem remedium vel auxilium (per quod habetur hæc possibilitas) ab illis non recipiatur, vel nolit Deus in pœnam originalis ab illis recipi. Id autem sufficienter verificatur per hoc, quòd fuerit pro omnibus institutum, & perventurum ad omnes quantum est ex parte Dei ex vi ejusdem voluntatis; nam revera ex vi illius sic instituti varificatur minùs elongare à salute, quàm si institutum non esset, quod plenè non verificaretur, si solum respectu illorum se haberet ut purè speculativè possibile, & nullo modo practicè. Tum quia hac ratione Redemptio Christi ex eadem voluntate imperata, ad omnes, ut dictum est, dicitur pervenire, etiò ad reprobos nolit Deus quoad efficaciam finaliter saltem se extendere, quia quantum est ex parte Christi, vel affectu ejus practicè quoad sufficientiam pro omnibus oblata est, unde non est purus affectus per modum simplicis complacentiæ, ut volunt esse, qui versatur circa possibilia, sed aliquomodo practicus, vi cujus sicut reprobi minùs elongantur ab efficacia Redemptionis, quàm si nullo modo esset exhibita, ita pueri in utero clausi ex vi ejusdem minùs elongari dicuntur à propria salute, quàm si nullo modo esset tale remedium institutum. Quod poterat etiam exemplificari repetito illo exemplo Judæ, de quo etiam ut vidimus ex D. Tho., quòd iterum erat cum

aliis

aliis discipulis bibiturus in convivio cælesti, quamvis eliàs esset eb eodem in pœnam suæ proditionis, vel rebellionis à Deo exclusus, quia quantum erat ex parte Christi, vel effectu ejus pro omnibus fueret præparatum, ut subtiliter juxta ec piissimè explicet ibi D.Tho. 3.p. qu.81. ar.2. ed 1. dicens. *Et ideo Christus quantum est in se etiam cum Juda vinum bibit in regno, sed hoc convivium ipse Judas repudiavit.* Quod satis etiam juvere potest ed improbandum præfetum errorem damnetum eb Innocentio contra extensionem Redemptionis Christi, ed omnes, nemine excepto, & ed stabiliendam nostrem conclusionem, Et quidem id esserit ibi D. Tho. secundum mentem D.Dionys., & D.Aug.

Sed ut hæc pleniùs percipientur placet iternm instere sic. Non videntur hæc duo posse componi scil., quòd pueri sic in utero clausi ex vi talis institutionis remedii universalis percipient aliquod bonum, practicè eliquomodo conducens ad salutem, nempè minùs elongari eb illa, & quòd aliàs dicatur nullum iilis prout sic conferri à Deo euxilium sufficiens, nam ante istud nequit intelligi aliquod bonum coodeucens ad illam; ergo vel ex vi ejusdem institutionis nullum omninò bonum salutare percipiunt, & consequēter nullo modo pro illis salvetus practicè possibilis salus non obstante eadem institutione; vel tenemur fateri, quòd aliquod euxiliū sufficiens illis confertur.

Dices ut supra, intentum conclusionis esse de auxilio intrinsecè recepto, de quo est præcipue difficultas, (qua ratione recurrunt, ut vidimus ed alia remedie,) non de omni etiam extrinseco, vel pro omnibus salutaliter instituto, & ad illos etiam practicè pervenienie, modo explicato.

Sed contra hoc est, Nam supposito tali remedio omninò illis inaplicabili secundum legem commonam, estò quantum est ex se sit sufficiens ad selvendum, nullum tamen verificeri potest ex illo conferri bonum eis, sive intrinsecum, sive extrinsecum, ergo edhuc non salvatur, quòd practicè aliquomodo ad illos perveniat sufficienter ad verificandum possibilitatem salutis eorum non purè speculetivè, sed etiam practicè, reduplicato hoc eorum statu. Consequenet, quie per ooe etiam admittitur euxilium saltem extrinsecum ad id verificandum en:ec. vesò prob. in damnatis. Nem licet idem remedium, sit institutum à Christo, (& sic de aliis,) pro omnibus, & sint ed salvandum omnes, quantum est de se sufficientia, quia tamen secundum eendem legem sunt inaplicabilia damnatis, reduplicato eorum statu damnationis, nullum bonum est in eis, sive intrinsecum, sive extrinsecum, ut tuoc, vel sub eedem lege, & statu dici possit practicè illis possibilis salus.

Expl.,& urg. hoc præoccupando solutionem, Sicut demnati per mortem sunt in termino simpliciter, & egressi extra statum salutis, ita pueri edhuc in utero clausi ente nativitatem nondum sunt ingressi viam illius, sed quie illi sic sunt egressi, non censentur præfata remedia pro eisdem instituta, nec eliquod salutare bonum illis conferre ad verificendem practicè possibilem eorum salutem, ergo eadem ratione id erit asserendum de pueris sic clausis.

Resp. benè ibi dictum esse ed præcedentem replicam. Et ad hanc ultimam sesp. nego ent. Ad prob. nego causelem ut edæquatam, sed quie sunt etiam adæquatè extre viam, & consequenter extra spem omnem salutis, utpotè in termino simpliciter, quod non militat de puero ante sui nativitatem præcisè, vel intra uteru matris, nam licet illis prout sic non sit eplicabile remedium, quia reduplicato hoc statu non potest subjici operationi ministrorum Ecclesiæ, post sui tamen conceptionem est in tendentia quantum est ex meritis hujus status conceptionis, ad hanc aplicabilitatem, & consequenter ed viam salutis, nec est extra spem istius sicut damnatus, unde rectè adhuc potest practicè aliquomodo verificari possibilis salus respectu illius, & non purè speculativè, vel metaphysicè, sicut in simili dicebamus de possibili semel præparato in causa, quòd licet prout sic, sive intra illam non sit capax habendi existentiam, est tamen in teodentie ed illam habendam, & quamvis daremus nunquam esse illam habiturum, adhuc tamen quantum est ex vi ejusdem præperetionis diceretur el eliquomodo esse possibilis practicè, & non purè speculativè, vel metaphysicè, unde sicut istud ex vi præparetionis in eadem causa exit statem possibilitetis, & ingreditur illum existentiæ saltem per ordinem positivum ed illem edhuc reduplicato hoc statu, ita pues ex vi conceptionis, & animetionis exit statum puræ possibilitatis, & ingreditur illum nativitatis saltem per positivam tendentiam ad illam, & consequenter ed statū salutis, quidquid sit quòd nunquam sit perventurus ad illam, nam satis est, quòd non sit edæquatè extra, vel per sui repugnantiam, aut ratione status ed illam, ut contingit in damnatis. Qua etiam ratione, ut supra insinuavimus explicando D.Aug. posset orare Ecclesia pro eliquo edhuc existente in via, estò sciret esse damnetum, quie cum ex meritis status viæ, vel quantum est ex merito illius nondum esset extra statum spei, vel salutis, posset quantum est ex se hunc sui effectum per orationem ostendere de ejus salute, licet non ex efficaci voluntate impetrandi illi fructum illius, supposita revelatione damnationis illius, in quo sensu diximus Div. Aug., dum eit non tam pro illo esse osetnram si sciset esse damnatum, quàm pro aliis demnatis, scil. ex eadem voluntate efficaci salvandi illum. Et per hæc patet ed explicationem.

Tertiò arg. generaliter de omnibus. Nem omnis homo quantumvis infidelis, & gentilis saltem post Christi edventum, & jam factam legis ejus, vel Evangelii sufficientem promulgationem tenetur credere, sed sine auxilio sufficiente dante posse ed credendum, subsistere nequit hoc debitum, vel obligatio, ergo omnibus datur. §. Dices iterum ut supra dist. mi. sine auxilio sufficiente, oblato, & parato ei à Deo, conc. intrinsecè recepto, nego.

Sed contra hoc est 1. Quia Deus positivè vult omnes ad hanc agnitionem veritatis venire, ergo omnibus tribuit, & non solum offert, Prob. conseq. nam quia sic vult omnes venire, saltem aliquibus confert, & non solum offert, ut suppono, nisi velimus hanc voluntatem esse omninò sterilem, cum effectus illius, ut dictum est, sint hæc euxilio sufficientie, ergo si vult venire omnes, omnibus confert, & non tantum præparat, vel offert, prob.conseq., quie in eodem voluntate omnes sunt æquales, ergo.

Secundò, & urg. præcedens replica, quia ite vult omnes venire, ut semper stet ed ostium animæ, & pulset interius illuminando, & inspirendo, sive immittendo ex parte intellectus piam eliquam, vel sanctam cogitationem, quæ proponens voluntati objectum eam excitet ed operandum, & ex parte voluntatis affectionem aliquam timoris, vel amoris ex tali excitatione intellectus consurgentem in volun-

tate,

tata, quæ affectiu sancta inspiratio dici solet, quidquid deindè sit, an in nudis istis actibus nostris indeliberatis, & non liberis consistat integrum auxilium ad eliciendum liberum consensum supernaturalem, & liberum, ut volunt extra aliqui Scholam D.Th., vel ulteriùs requiratur aliud auxilium physicum sufficiens, præcedens, vel subsequens tales actiones nostras vitales non liberas, quòd non sit actus noster, sed à solo Deo infundatur, ut dicunt Thomistæ, de quo alibi, ergo non tantum omnibus offert, sed aliquid interiùs confert, vel immittit de linea auxiliorum sufficientium.

Tertiò. Quia faciliùs prout sic scil. per collationem, & non per solam oblationem salvatur contra hæreticos possibilitas implendi hujusmodi præcepta supernaturalia, quæ dicunt isti esse impossibilia, cum salvetur tunc posse intrinsecum, & non tantum extrinsecum.

Respond. benè ibi dictum esse. Ad 1. replicam nego conseq. ad prob claritatis gratia dist., & explico antec., seu causalem illius ex dictis, quia sic vult omnes, cum discrimine tamen ex parte rei volitæ pro sui occulto, seduste judicio, conc., sine isto, nego ant., & conf., ad cujus prob. similiter dist. ant. Sunt omnes æquales ex parte voluntatis, conced., ex parte rei volitæ, nego, nam auxilia sufficientia tribuit Deus prout ipse vult, non autem vult omnibus de facto dare, sed aliquibus justè negat in pœnam præcedentis peccati, ut vidimus ex D. Thom., & D. Aug., licet nulli neget, cum ipsum ad credendum, vel ad observantiam præcepti obligat, ut dicetur infra.) Nec tamen censentur omnes pro singulis generum obligati adhuc post promulgationem Evangelii, ut intendit argumentum principale, quia adhuc post illam, admittitur casus, in quo existans aliquis in parte aliqua remota, vel in sylvis, invincibiliter non audiat, vel non audierit vocem Ecclesiæ, ac proindè nondum obligetur ad credendum, & consequenter sit in illo infidelitas tantum negativa, quam admittit D. Tho., & dicit non esse peccatum.

Igitur ex parte voluntatis dicuntur omnes æquales, sed non ex parte rei volitæ sicut in simili D.Tho. 1.2. q.112.ar.4. ad 1.explicat superius illud dictum sap.6., quòd Deo æqualiter est cura de omnibus, scil. ex parte actus Divini non ex parte donorum, quæ distribuit. Unde ait, *Dicendum, quòd cura Divina dupliciter considerari potest. Uno modo quantum ad ipsum actum Divinum, qui est simplex, & uniformis*, (nampè intellectus, & voluntatis.) *Et secundum hoc æqualiter se habet ejus cura ad omnes, quia scil. uno actu simplici, & majora, & minora dispensat. Alio modo potest considerari ex parte eorum, quæ in creaturis ex Divina cura proveniunt. Et secundum hoc invenitur inæqualitas, in quantum, scil. Deus sua cura quibusdam majora, quibus minora providet bona*: ut evidenti experientia constat, pro sui beneplacito. Et patet iterum in morte Christi per eandem voluntatem imperata, quæ licet, ut dictum est, pro omnibus omninò exhibita sit, sic quòd nullus sit, pro quo Christus mortuus non sit, non tamen ex illa omnes eundem proventum, vel fructum percipiunt, nam ex vi illius alii de facto salvantur, alii tantum salvari possunt, & ex his alii accipiunt de facto ea, ex quibus possunt salvari; aliis tantum offeruntur, pro eodem sui justissimo beneplacito, ac judicio.

Ad 2. Quæ videtur difficilior, dico in primis non tantum inferri posse ex eodem loco conferri omnibus auxilium sufficiens, sed etiam efficax, nam cap. illo 3. Apocal. non solum dicitur, *Sto ad ostium, & pulso*. Sed subditur etiam; *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum &c.* Constat autem, quòd ad actu audiendum, & aperiendum, scil. per actualem consensum salubriter ad vitam æternam, (qui verbis illis innititur,) sive ad ingressum, vel infusionem gratiæ, & non solum ad posse sic audire, & aperire, requiritur auxilium efficax, à quocunque proveniat ejus efficacia, & non satis est sufficiens.

Sed prætereà dist., & explico antec. Stat ad ostium, & pulsat interiùs illuminando &c. eodem genere illuminationis indifferenter respectu omnium, nego, diverso juxta sui beneplacitum, conc., & nego consequ., nam sicut, (ut proximè vidimus ex D. Thom.) non obstante, quòd alio loco dicatur esse Deo æqualiter curam de omnibus, adhuc tamen est inæqualitas ex parte rei provisæ, ita licet dicatur hic stare ad ostium illuminando &c. non tamen esse eandem illuminationem, vel auxilium sufficiens salutare, (de quo specialiter hic loquimur) indifferenter respectu omnium, itaut verificetur esse omnibus indifferenter concessum, vel nulli denegatum: nam Deus, (ut alibi explicat M. Ferre tom. 1. in 22. tract. 11. de oppositis fidei q. 1. §. ad 2., & supra etiam insinuavimus,) aliquando pulsat, & inspirat auxilio suo non proponendo aliquod objectum supernaturale intellectui, sed tantum afficiendo voluntatem, ut tendat in bonum sibi naturaliter cognitum; aliquando proponendo eidem intellectui aliquod objectum supernaturale credibile, & instigando hominem ut credat, & salutariter operetur, quod adhuc dupliciter contingit, primò tantum quoad sufficientiam, quando hominem sic illuminat de credendis, & voluntatem sic afficit ad credenda, quòd homo possit acceptare, si velit. Aliquando verò sic illuminat, quòd de facto fidem infundat, & de nolentibus credere, faciat volentes, & credentes, sicut similiter de contradicentibus, & impiis facit consentientes, & pios. Ex his, qui tantum primo modo pulsantur, negativè, inquit, se habent ad credendum, & sic adhuc non tenentur credere. Secundi tenentur, quia jam sunt de credendis instructi. Tertii de facto jam credunt: unde ex eo quòd Deus semper pulset ad ostium animæ, non sequitur, quòd omnibus conferat auxilia sufficientia ad credendum, vel ad implendum supernaturalia præcepta, sed solum quando tenetur credere, & implere, ut dicetur infra. Quod tamen non semper contingit, ut dictum est, replica

Ultimò arg. (& est replica impugnando hoc præcipuum fundamentum conclusionis de infidelitate negativa. Nam juxta doctrinam D. Tho. 1. 2. q. 89. ar. 6. Puer perveniens ad usum rationis, ita tenetur se convertere in Deum, ut si se non convertat peccet mortaliter, & si se convertat, per gratiam consequatur remissionem peccati originalis, ergo de nullo verificari potest, quòd postmodum in vitæ decursu careat debito credendi, sed quòd purè negativè se habeat ad ea, quæ sunt fidei, ac per consequens sine auxilio sufficiente dante posse ad credendum. Antec. est expressum D. Thom. ibidem, ubi volens ostendere non posse peccatum veniale esse cum solo originali, (ut videbatur posse contingere in eodem puero respectu illius instantis,) si semel non esset debitū tunc se convertendi sub mortali, & solum peccaret venia-

liter

liter omittens hanc conversionem;inquit. *Cum verò usum rationis habere inceperit, non omninò excusatur à culpa venialis, & mortalis peccati. Sed primum, quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de se ipso, & si quidem se ipsum ordinaverit ad debitum finem per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si verò non ordinet se ipsum ad debitum finem, secundum quòd in illa ætate est capax discretionis peccabit mortaliter, non faciens, quod in se est; & ex tunc non erit peccatum veniale sine mortali, nisi postquam totum fuerit per gratiam remissum*. Utraque autem conseq. constat, posterior quidem quia debitum, vel obligatio implendi præceptum supernaturale sine auxilio supernaturali sufficiente, vel damna posse salvari non potest,ut dictum est. Prior verò quia talis conversio ad Deum remittentem peccatũ originale nequit haberi sine illuminatione de illo, ut authore supernaturali, vel gratiæ, quia prout sic remittit peccatum, ac proindè nequit puer sic ad illum accedere, vel se convertere, nisi illum cognoscat ut talem, aliàs tenderet voluntas ad objectum non cognitum, ergo si fuit sic ab initio illuminatus, & instructus de his, quæ sunt fidei, nunquam poterit postea verificari, quòd purè ad illa negativè se habeat, aut sit in primo statu infidelitatis negativæ respectu illorum, ac proindè quòd careat debito credendi, & auxilio sufficienti.

Ad hoc omissis variis solutionibus, vel explicationibus ad doctrinam D.Thom., tum locis relatis 1., & 2.2., & etiam in præsenti, resp. admisso antec.ad integrum argumenti,nego utramque conseq., & suppositum illarum, quòd talis illuminatio ità perseveret, ut nunquam possit excusabiliter, vel invincibiliter ignorari possint ea, quæ pertinent ad fidem, & consequenter, quòd nunquam possit cessare possit debitum, vel obligatio credendi, & ità nunquam postea reperiri possit homo cum sola infidelitate negativa sine auxilio sufficiente. Nam licet dicamus tunc ita illuminari de Deo anthore supernaturali, ut teneatur credere in eum, qui justificat impium, ac proindè quòd in nullo tunc sit infidelitas purè negativa; nihilominus, quia dantur, vel dari possunt plures ità in remotis degentes, ut nihil ampliùs audiant de objecto talis illuminationis, possunt postea ità se habere, ut per invincibilem oblivionem illud ignorent, ac proindè possit tunc cessare debitum inexcusabile credendi, quia sic ignorantes ità se habent, ac si nunquam habuissent talem illuminationem,remanente prout sic in illis sola infidelitate negativa.Nam si in adultis potest talis oblivio peccati plene deliberatione in hac ætate commissi, contingere quòd nullo modo prout sic teneatur illud confiteri, cur non poterit quis antiquam illius illuminationis, vel instructionis in primo illo instanti, sive in diluculo rationis habitæ, taliter oblivisci progressu temporis, quòd remaneat excusabiliter infidelis, saltem in hoc sensu admittenda sit infidelitas negativa, quæ peccatum non sit? quidquid sit quòd supposita eadem doctrina D. Thom. admitti non possit ad hunc sensum, quòd nunquam habuerit aliquam illustrationem de his, quæ spectant ad fidem; de quo alibi locis relatis.

* * * *

§. IX.

Statuitur ultima Conclusio.

INstante obligatione præcepti adimplendi per vires supernaturales, nulli Deus denegat auxilia sufficientia supernaturalia. §. Prob. ex dictis. Nam si tunc denegaret hujusmodi auxilia obligaretur homo ad aliquod impossibile, conseq.est alienum, (ut constat ex dictis,) tum à Trident., tum à PP., tum novissimè à relato decreto Innoc. X., præcipuè contra primam propositionem ex quinque ab eodem damnatis ergo ant ma.etiam patet ex ex dictis in principio q.& ex aliis superioribus, quia ex eo dicuntur, quia dent posse ad illorũ observantiam, ut explicetũ est, ergo sine illis essent impossibilia. Unde rectè: it D. Aug. lib. de gratia, & libero arb. cap. 16. *Non juberet Deus, quod sciret ab homine fieri non posse, quis hoc nesciat? Sed ideo jubet aliqua, quæ non possumus, ut noverimus, quid ab eo petere debeamus. Quam doctrinam prædictum Concil. sess. 6. cap. 11. statuit tanquam definitionem Ecclesiæ ibi* Deus impossibilia *non jubet, sed jubendo monet, & facere quid possis, & petere, quod* non possis.

Hinc ad vitandos errores solicitè monet M. Porrecta 2.2. quæst. 2. ad ar.5. super illa verba D. Tho. in solut. ad 1. ubi tangitur hæc difficultas. Nempè *Quid si in potestate hominis esse dicatur aliquid excusso auxilio gratiæ, sic ad multa tenetur homo, quæ non potest sine gratia præparante, sicut ad diligendum Deum, & proximum; & similiter ad credendum* articulos fidei &c. *super quæ idem Mag. §. Corolarium subdit*. Ergo omnia sunt possibilia *homini, quæcunque sibi à Deo mandantur, sicut modo intelliguntur, quo à Deo mandantur. Verissimè namque in mea potestate est, auxilio Omnipotentis correlative, quidquid implendum mihi præcipitur, si non nisi eius auxilio implendum, præcipi subintelligatur. Quod in omnibus mandatis Divinis semper propter vitandum inconveniens prædictum, sub audiri necessum est*. Inconveniens autem est, quòd aliis, ut dictum est, obligaremur ad aliquod impossibile, sive ad id, quod non est in nostra potestate, sive ad quod non supponeretur posse in nobis non habito auxilio. §. Urg. hoc. Nam ut transgressio, vel non adimpletio præcepti imputetur alicui ad culpam requiritur, quòd teneatur, & possit, itaut primum indispensabiliter supponat hoc secundum, ergo nequit aliquis obligari ad aliquem actum sub culpa mortali, ad quem eliciendum non habet vires, sive qui sit ei impossibilis, ut revera est observantiæ præcepti, (ad quem requiruntur vires superiores,) sine auxilio sufficiente dante posse ad illum.

Dices non posse Deum absolutè obligare aliquem ad actum sibi impossibilem, posse tamen ex suppositione alicuius peccati præcedentis, quia hoc supposito potest in pœnam illius ei denegare auxilia sufficientia, quibus posset illum elicere, his autem justè denegatis, imputabitur ei ad culpam, quòd non eliciat,quia voluntariè se illis privavit,per quæ haberet posse ad talem actum.

Sed contra hoc est.Quamvis posset Deus in pœnam præcedentis denegare ei auxilium sufficiens, non tamen hoc ei denegato ei imputanda transgressio ad culpam, ergo. Prob. antec. ex superiori doctrina D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 1. Quamvis Deus possit in pœ-

pœnam originalis denegata auxilium sufficiens ad credendum, non tamen hoc denegato, sive nondum audito Evangelio, vel non habita notitia ejus, imputatur ei ad culpã non credere, ergo nec imputabitur in casu, non elicere actum in absentia auxilii. Ant. cõstat ex dictis, consequ. verò prob., quia intantum non imputatur illi non credere, quia sub carentia auxilii sufficientis estò in pœnã peccati præcedentis sublati, est ei impossibile credere, & Deus ad impossibilia, non obligat, sed hoc etiam militat in posteriori casu, ut patet ex dictis, cum sina eodem auxilio, non habeat posse, ergo.

Urg. hoc. Nam ex Trident., & PP., ut constat ex dictis Deus impossibilia non præcipit, ergo in statu impossibilitatis ortæ ex quocunque capite, nullus tenetur culpabiliter ad observantiam præcepti. Prob. conseq. Tum generali ratione, quòd præcepta non obligant nisi secundum intentionem legislatoris, vel præcipientis, cum ab ejus intentione pendeat obligatio illius, ergo si Deus non præcipit, & consequenter non intendit obligare ad impossibile, nullus in statu impossibilitatis erit culpabiliter transgressor. Tum quia denegatio auxilii sivè oriatur ex hoc, vel illo capite semper tamen ejus carentia veram infert impossibilitatem implendi, nisi velimus ad Pelagianismum declinare, ergo juxtà Concil., & PP., eadem supposita nequit quis imputari ad culpam si non impleat, quia non videntur hæc duo posse ad eorum mentem contra recentiores hæreticos componi. Quòd Deus impossibilia non præcipit nullo excepto impossibilitatis casu, & quòd aliàs adhuc peccet in aliquo casu illius.

Urg. totum hoc. Quia juxtà D. Tho., & August. ut vidimus. Quibuscunque non datur in pœnam præcedentis peccati saltem originalis non datur, ergo non solum in aliquo casu, sed semper peccarent omnes in absentia auxilii, quacunque impossibilitate non obstante, quod videtur omninò alienum à mente ejusdem Concilii, & PP., eam ad hoc videntur tandem scil. ad commendandam bonitatem, justitiam, & clementiam Dei, quòd nolit ad impossibilia obligare, & consequenter, nec propter in observantiam ex impossibilitate provenientam damnare.

Secundò rationi factæ, & his omnibus respondari potest, nullum ex his sequi inconvenientibus, nempè quòd Deus præcipiat, aut obliget ad impossibilia, aut quòd quis culpabiliter transgrediatur in statu impossibilitatis, nam ad verificandum, quòd habeat posse non requiritur, quòd actu intrinsecè habeat auxilium, sed satis est quòd possit habere à Deo, juxtà illud Philos. in 3. Ethic. c. 3. quoad hoc ipsum utitur D.Th. 1. 2. q. 109. ar. 4. ad 2.) nempè quod per amicos possumus aliqualiter nos possumus; unde licet in carentia auxilii intrinsecè recepti, non possit potentia intrinseca, potest tamen potentia extrinseca, scil. per auxilium divinum, quòd licèt Deus non det, potest tamen dare.

Sed contrà hoc est. Nam solutio dissimulat, vel æquivocat vim illius dicti, Philosoph. seu axiomatis, quo ubi utitur D.Thom., & frequenter alii Theologi cum ipso, sed sana intellecto, scil. quòd per amicos efficaciter, seu voluntate consequenti volentes dare auxilium, non de facto denegantes; nullus enim tunc dicet se posse potentia extrinseca per amicum, qui licet possit dare, actu tamen, vel de facto denegat. Unde instatur sic: licet ità sit, quòd verificetur per nos posse, quod per amicos potentes, & efficaciter, sive voluntate consequenti volentes dare auxilium dans posse, non tamen de facto negantes dare illud, ergo Deo de facto negante, vel nolente dare auxilium sufficiens verificari nequit, quòd homo tunc possit, sive potentia intrinseca, sive extrinseca.

§. X.

Solvuntur Argumenta contra præcedentem Conclusionem.

PRimò arguitur authoritate sæpè relata ex D.Th., & D.Aug. nam 22. q. illa 2. ar. 5., ubi inquirit de obligatione præcepti urgenter obligantis, scil. an teneatur homo aliquid explicitè credere. Ad 1. post verba proximè adducta, subdit *Sed tamen hoc potest cum auxilio gratiæ.* (scil. hujusmodi præcepta implere) *quod quidem auxilium*, quibuscunque divinitùs datur, misericorditer datur; quibus autem non datur, ex justtia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis peccati, ut Aug. dicit in lib. *de corrept., & gratia* cap. 5. & 6. tom. 7. ædit. antiq. ergo sentiunt non dari etiam imminente præcepti obligatione.

Urg. hoc ex doctrina ejusdem D. Thom. suprà etiam tradita ex 3. Cont. Gent. cap. 159., & simul avertitur fundamentum concl. Nam ut dicatur præceptum non esse nobis impossibile, satis est, quòd sit aliquomodo in potestate nostra auxilium, quo fit nobis possibile, sed juxtà D. Thom. ibidem, id salvatur per hoc, quòd potest homo se ipsum impedire, vel non impedire ad habedũ juxtà illud Job. 24. Ipsi fuerũt rebelles lumini, ergo juxtà D.Th. salvari potest illius possibilitas, adhuc ei denegato auxilio in pœnã peccati, seu rebellionis antecedentis, qua se ipsum impedivit ad illud recipiendum.

Ad hoc resp. quòd cum alii explicent prælictam authoritatẽ de auxilio sufficiente, alii vero de efficaci. In priori acceptione, (quã supra etiam adhibuimus, ad ostendendum, quòd non omnibus datur,) dicimus esse intelligendam, quando non urget præceptum; & quamvis illud credendi aliquid explicitè, de quo, ibidem inquirit D. Thom., videatur semper urgere non tamen omnes, ut vidimus à tota collectione infidelium, nam purè negativè se habentes ad fidem non tenentur prout sic ad credendũ, unde nullum sequitur inconveniens, si illis negetur in pœnam præcedentis saltem originalis. Juxtà verò alteram interpretationem, quòd loquatur de auxilio efficaci, (quæ videtur conformior menti D. Thom., & August. prout eo utitur ad intentum ibidem argumenti, & solutionis ejus;) tunc minùs sequitur inconveniens impossibilitatis præcepti, ex eo quòd illud denegetur, quia supponitur collatum sufficiens imminente obligatione præcepti implendi.

Ad confirm. quæ videtur difficilior, respond. quòd non loquitur præcisè ibi in casu denegationis auxilii, (de quo modo est quæstio; sed magis projectionis illius, ut oblati, vel collati ut patet ex authoritate Job; quam primò adducit ex cap. 21. *Recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.* Et deindè ex 24. relato. Tunc verò etsi illo projecto, vel contempto non possit, non excusatur à peccato si non impleat, quia tunc impossibilitas implendi magis oritur ex illiùs malitia, quàm ex carentia auxilii. Unde ait D. Thom. *Quod licet aliquis perma- um liberi arbitrii Divinam gratiam nec promereri,*

nec acquirere possit, potest tamen se ipsum impedire; ne eam recipiat; dicitur enim de quibusdam Job.21. & 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini, & cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire Divinæ gratiæ receptionem, vel non impedire, non immeritò in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni*. En quòd expressè loquitur in casu, quo quis eam respuit. Et quidem secunda pars negativa; scil. *vel non impedire*, intelligenda est per auxilium sufficiens, ut explicatum est, & referendo ad auxilium efficax, quod Deus pro sui beneplacito potest dare, vel non dare se non impedienti; Sed de hac re iterum redibit sermo in solut. ad aliam similem authoritatem Augustini.

Secundò arg. ex eodem S. P. lib. de perfectione justitiæ cap.6. Ubi respondens Cœlestio intendenti non imputari homini peccata ex defectu gratiæ inquit, *Peccatum est, aut cum non est charitas, quæ esse debet, vel minor est, quam debet, sive hoc voluntate vitari possit, sive non possit, quia si potest præsens voluntas hoc facit, si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit*. En quòd juxta D. August. imputatur homini ad culpam etiamsi non possit, quando denegatur ei auxilium in pœnam præcedentis peccati.

Huic authoritati respond. primò juxta priorem solutionem, & doctrinam D. Thom., quam etiam indicat idem S. P. illis verbis. *Si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit*, nempè quòd ideò non potest, quia à se projecit, ut dictum est, (& innuit Job. lucis relatis,) ipsam gratiam sufficientem, unde cum carentia tunc auxiliorum sufficientium per se voluntaria sit, non excusatur à peccato transgressionis per hujusmodi carentiam, quia volens se ipsum privare ipso posse, voluit quoque præceptum non servare. Unde tunc etiam sine eisdem auxiliis imputatur ei transgressio præcepti. Ex quo non infertur, quòd peccet, quando non potest, sed magis, quando non vult: licet ad implendum requiratur auxilium.

Secundò, & totius resp. juxta superiorem illam, & frequentem distinctionem sensus compositi, & divisi, sive absolutè loquendo, quòd dum ait, *sive vitari non possit*, non loquitur in hoc posteriori sensu, quasi velit, quòd etiamsi absolutè loquendo vitare non possit, adhuc imputanda sit transgressio præcepti, (hoc enim manifestè contradicit, ut vidimus, doctrinæ ejus,) sed in priori, nempè, quòd ei imputetur, si solum non possit, scil. in sensu composito pravitatis ejus, quia non potest simul observare, & habere pravam voluntatem contra observantiam, quòd non tollit posse absolutè. Sicut in simili dicitur, quòd omnia opera infidelium sunt peccata, sive quòd non possunt bona opera facere, scil. quando fiunt, vel operantur ex influxu infidelitatis, non absolutè; quia possunt etiam in eodem statu plura facere moraliter bona, licet non perfecta, vel meritoria in absentia gratiæ, & charitatis. Hanc esse legitimam mentem August. constat ex eo, quod ait, tract.53. in Jo. ad illud Jo.12. *Non poterant credere, quia dixit Isa. excæcavit oculos eorum*. Quod explicans, inquit. *Dicit illos non potuisse credere durante cæcitate mentis, tamen potuisse removere cæcitatem*, scil. per auxilium sufficiens, quæ est ferè eadem locutio cum superiori D. Thom., scil. quòd possunt se impedire, vel non impedire. §. Hoc ipsum etiam clarè asserit post verba ibidem relata in argumento, dum subdit, *Et tamen vitari potest, non quando superba voluntas laudatur, sed quando humilis adjuvatur*. En quòd non excludit posse absolutè, sed tantum in sensu composito, quando voluntas superba resistit, vel laudatur.

Sed instas. Quia hæ explicationes non videtur ad intentum difficultatis Cœlestii, cui nititur satisfacere S. P. Nam Cœlestius hoc intendebat, nempè quòd in defectu gratiæ non erant imputanda peccata, sed ad hoc ut patet, neutra explicatio confert, immò videretur diminutè respondere, dum restaret explicandum, quomodo in absentia illius imputari possint, si tunc non possunt vitari. Et quidem secundum utramque explicationem, si sentiret omnes homines præcipuè urgente præcepto habere auxilium sufficiens, quo possent vitare peccatum absolutè, & converti ad Deum, licet ex suppositione alicujus pravæ voluntatis antecedentis, vel cupiditatis regnantis non possent, facillimè potuisset respondere adversario, quòd adhuc hominibus imputandum erat, quia acceperunt auxilium ad vitandum illud, ergo cum non recurret ad hoc, sed concedat adhuc esse peccatum, etiam quando vitari non potest propter præcedentem voluntatem, signum est negare, quòd ad sint aliquando auxilia sufficientia etiam ad absolutè vitandum illud.

Respond. unam difficultatem oriri ex alia, quòd cum in absentia gratiæ deficiat posse vitare, insurgebat difficultas, quomodo sit imputandum in absentia illius, si non adest posse vitare; cui egregiè, & subtiliter respondet juxta utramque explicationem, & præcipuè juxta secundam, (quæ tamen aliquomodo coincidit cum priori,) distinguendo duplex non posse, ut explicatum est, quia licet altero tantum modo non possit; scil. reduplicata pravitate voluntatis, cum ut dictū est, non possint hæc duo componi, quod adsit prava voluntas, & peccatum vitetur, absolutè tamen potest, quia per auxiliū gratiæ Dei potest voluntas pravam cupiditatem deponere. Undè supponitur sufficiens, quando peccatum imputatur.

Tertiò arg. ex eodem, nam aliis etiam in locis videtur hoc ipsum docere, nempè, quòd desit auxilium, & nihilominùs imputetur transgressio; nā lib.1. retract. cap.13. inquit. *Quia verò cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, & ideò fecit contra præceptum justitiæ, jam hoc ita peccatum est, ut etiam sit pœna peccati*. §. Et lib. corrept., & gratia cap.11. ait, *Si autem hoc adjutorium, vel Angelo, vel homini, cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine adjutoria Divino posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidisset. Adjutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adjutorium jam pœna peccati est. Quibus autem datur, secundum gratiam datur*.

Et denique lib. de dono perseverantiæ cap.9. ait. *Ex duobus ætate jam grandibus, impiis, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur: ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, inscrutabilia sunt judicia Dei*.

Ad hæc iterum patet ex superioribus, & ex proximè dictis, Ad primum respond., quòd ideò, qui bona voluntate cogenti cupiditati resistere non possunt, transgrediendo nihilominùs peccant, quia licet non habeant auxilium efficax, quo cupiditati cogenti resistant, & præceptum impleant, possunt tamen subsistere per auxilia sufficientia, & aliàs etiam duplici titulo, ut explicatum est, dicuntur ha-

bere

bere in sua potestate, unde quia impedimentum præstant ad habendum illud, justè illis impotatur transgressio.

Ad 2. patet ex superiori doctrina D. Thom. 1. 2. q. illa 39. relata art. 10. quòd licet in priori illo statu antecedente omnem culpam non posset lapsus sic imputari, si deesset adjutorium, cum carentia istius (corpore non supponens culpam, sicut modo,) non sit consequenter imputabilis prout sic, nec ad culpam, nec ad pœnam, in præsenti tamen statu si careant, hoc ipsis imputabilis est, ut etiam ex eodem alibi 2. 2. quæst. a. art. 5. ostendimus, & in culpam, & in pœnam, unde etiam in hoc in statu, ut ait priori loco fortius habent auxilium, quo non solum stare possunt, sed quo plures etiam stant, licet aliàs, ut in tiou solutionis ad idem 3. inquit. *Facilius homo per gratiæ donum perseverare poterat in statu innocentiæ, in quo nulla erat erat rebellio carnis ad spiritum, quam nunc possumus, quando reparatio gratiæ Christi, & si sit inchoata quantum ad mentem, non dum tamen est consumata quantum ad carnem, quod erit in patria, ubi homo non solum perseverare poterit, sed etiam peccare non poterit.*

Quartò arg. ratione. Nam ex eo Deus non omnibus à tota collectione hominum, sive fidelium, sive infidelium dat suam gratiam, ut eam ostendat veram esse gratiam, & ne videatur esse donum naturaliter debitum, sed auxilium sufficiens aut vera gratia per Christum, ergo ob utrumque motivum pluribus denegat in pœnam præcedentis peccati;

Respond. concessis præmissis dist. consequens, pluribus deneget, non imminente obligatione præcepti implendi, concedo, imminente nego, quia quos obligare vult ad servanda præcepta, est necessariam, ut det illis posse observare, quod habetur per auxilium sufficiens. Neque hinc sequitur non esse illud veram gratiam, aut donum naturaliter debitum, quia ad hoc satis est, ut gratis detur, idest nullis præcedentibus meritis, ut insinuat D. August. lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 4. dicens. *Nemo potest habere voluntatem justam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est gratuitam de super gratiam.* Ex quo obiter infertur non esse idem, auxilium supernaturale, & gratuitum, quia ut sit gratuitum, non sufficit, quod sit supernaturale, sed oportet, quòd gratis detur, idest sine aliquo merito ex parte nostra, dicente Apostolo ad Rom. 4. *Nam si gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.* Unde si auxilium supernaturale gratiæ detur aliquibus Sanctis hominibus ex meritis, non erit omnino idem hoc auxilium, ac gratuitum. Neque è contra in rigore loquendo auxilium gratuitum est idem, quòd supernaturale, quia etiam intra ordinem naturæ potest aliquod auxilium gratis dari ad opera naturalia.

Sed instas. Nam si ex obligatione præcepti implendi est necessaria collatio auxilii sufficientis non oportebat Christum, ea nobis promereri ad illa servanda, nam etiam merito ejus non existente, esset debitum dandi, supposita voluntate obligandi ad eorum observantiam, sed ell alienum excludere hujusmodi meritum Christi, ergo.

Secundò. Quia aliàs non habentes eadem auxilia ad servanda mandata essent melioris conditionis, quàm habentes, quia his, & non illis est imputabilis transgressio, ergo. §. Tertiò. Quia de facto dæmones, & damnati adhuc peccant sine illis, ergo potest Deus obligare etiam non habentes, vel sine eorum collatione.

Ad primam nego suppositum ma. Quòd volentis Deus obligare ad observantiam præceptorum sine collatione auxiliorum promeritorum à Christo, nam decrevit hæc omnia esse exequenda dependenter à merito ejus, nam sicut per observantiam mandatorum pervenimus ad regnum, quod nobis promeruit Christus; ad meritum quoque ejus refundendum est, quod concurrit, vel juvat ad eandem observantiam juxtà præsens decretum Incarnationis.

Ad 2., quæ militat in pluribus aliis difficultatibus theologicis, vel mysteriis etiam fidei in favorem hæreticorum. Respond., quòd licet hæc, & similia videantur deteriorare ex una parte, vel secundum judicium vulgi, aut corruptum eorundem fidei hostium, summoperè tamen favent ad promotionem magnorum bonorum, vel cumulum meritorum, juxta illud fœlix necessitas, quæ te ad meliora compellit. De quo latè alibi in materia de Religione, & similibus.

Ad 3. ex proximè dictis juxta superiorem doctrinam D. Tho. ex contra Gent., resp. quòd cum dæmones, & cæteri damnati constituantur in termino simpliciter per impœnitentiam finalem, ad quam sequitur carentia hujusmodi auxiliorum tanquam effectus per se connexus, & volitus, justè omnis imputantur in culpam, quæ contra legem committunt, etiamsi hanc implere tunc non possint, quia hæc impossibilitas est voluntaria in causa, quando poterant; sicut in simili proportionabiliter explicat D. Thom. ibi de illis rebellibus apud Job. adhuc in via, dum impedimentum præstant gratiæ; quam rejiciunt. Cæterum quia in viatoribus eadem carentia non est affectus per se secutus, neque etiam regulariter ad peccatum sive personale, sive originale, sed Deus aliquando infligit pro suo beneplacito, supposito tamen demerito, ut dictum est, impossibilitas orta ex tali carentia ad observanda præcepta potest aliquando excusare, quia cum per se, vel saltem regulariter non oriatur ex peccato, non potuit sic prævideri à peccante; nodè non est sic volita, quæ semper transgressionem faciet voluntariam in causa, ut contingit in damnatis, nam ante finalem discessum cum possent, prævideri debuit, quòd talis status erat conjunctus cũ impossibilitate ad benè operandum, & ideò transgressiones in illo statu imputantur damnato ut volitæ in causa, ex qua per se sequuntur, & consequenter in culpam. §. Sumitur hujus, & præcedentis replicæ solutio ex D. Thom. quæst. 16. de malo, fere de dæmonibus ar. 5. ad 11. quod sic procedebat. *Diabolus non reportavit commodum ex suo peccato, sed ante peccatum tenebatur converti in Deum, ergo etiam, & post peccatum tenetur converti in Deum, sed nullus tenetur ad impossibile, ergo non est impossibile diabolum converti ad Deum.* Cui respondet, *Dicendum, quòd sicut ebrius tenetur non peccare, non quidem considerato præsenti statu, sed considerata ebrietatis voluntaria causa, secundum quam imputatur ei aliquid ad culpam. Ita etiam potest intelligi, quòd diabolus tenetur converti ad Deum, quamvis hoc sit ei impossibile secundum præsentem statum, quia in hunc statum ex voluntaria causa devenit.* Ita D. Thom. In quibus juxta paritatem assumptam apertè confirmat discrimen adductum inter peccatores adhuc in via, & damnatos, quòd licet isti sint in statu impossibilitatis se convertendi in Deum, vel adimplendi ejus præ-

præcepta ob carantiam aoxiliorum, nihilomious imputatur eis transgressio ad culpam, ex ao, quòd voluntariè ſa constitueront in tali caso quando poterant, quod tamen non militet da quolibet saltem peccante in vis, quia non teoetur avitare nisi ea mala, quæ per se, vel regulariter sequuntur ex tali peccato, sicut oec tenetur ebrius, nisi quæ sequuotur ex ebriatate. Constat autem non omnia sequi par sa, vel regnlariter ex quolibet peccato, sicut nec omoia ex eadem abrietate, sicut sequuotur in damnatis ax volūtaria impœnitentia fioali, ut dictū ast, cum tooc habereot posse.

Quiotò arg. (& potest essa raplica) Quamvis subtractio, vel carantia aoxiliorum sufficiantium noo sequatur ax quelibet peccato mortali; quilibet tamen peccans mortaliter constitoit se ioimicum simpliciter Dei, & suppliciis æterois digoissimum, ergo cuilibet semel peccanti mortaliter potest Daus eadam denegara, itaut eidem imputetor, si oon observet adhuc illis denegatia. Prob. conseq., quia ex inimicitia voluntariè contracta sequitur justa deoegatio, ergo si per quodlibet mortale contrahit hanc ioimicitiam; impotet sibi, si non observet deoegato, vel ablato auxilio. §. Urg. hoc. Quia infallibilis collatio illorum debet fundari, vel in aliqua lege, vel in aliquo merito hominis, vel in debito humanæ naturæ; sed in nullo horum, ut per se patet, fundari potest, argo sine fundamento videtur affirmari.

Ad hoc patet ex superiori illa doctrina D. Thom., quòd potest aliquis ob culpam etiam originalam carere auxiliis sufficientibus, & nihilominùs illis deficientibus, quòd non teneatur ad observantiam præcepti, ot patet de iofideli negativo, da quo ait essa quidem damnaodum ob alia peccata, quæ commisit, sed non propter illud infidelitatis. Undè in forma nego conseq. Quia licet quodlibet mortale importet inimicitiam simpliciter cum Deo, ac proindè constitoat peccantem suppliciis æternis dignissimum, qoia taman impossibilitas implendi præcepta deficientibus auxiliis, siva orta ex carantia eorum, non ita prævidetur, aut prævidari potuit à quolibet peccante mortaliter, ut dictum est, noo ast statim ei imputanda transgressio in absentia illorom, undè si velit Daus illum obligare ad observantiam præcepti excedentis vires naturæ, necesse est dare illi auxilium sufficieni, sive daos posse, ne dicatur velle obligara eundam ad impossibile sine sui culpa.

Par quod patat ad confirmat., oego enim aotec., quòd teneamur recurrara ad aliquod ax anumeratis capitibos, sed ad hoc, quòd creatura rationalis obligari nequit ad aliquid sibi impossibila, et obsarvare præcepta, vel vitare peccata sine auxilio danta possa, nisi illod voluntariè abjecerit, vel in sa, val in causa, ut explicatum ast.

Sextò arg. Si omnibus orgaota præcepto datur auxilium sufficiens, non erit necassarium petare illud à Deo, sad hoc non est admittendum, ut patet ex Trident. ubi supra, argo non datur. Prob. ma. Quia noo est necessarium petere illud, quod est io nostra potestate, cum videator irrisorium, vel otiosum petara, quod jam habetur, vel jam est ie potestate petentis, argo si omnes urgente præcepto habent illud, ne dicatur præceptum impossibile, oon erit necessarium, ut petant ad illud implandom.

Urg. hoc ax D. August. lib. de natura, & gratia cap. 53. Ubi redarguens Pelagium, inquit. *Fideles omnes dicunt, & ne nos inducas intentationem, sed libera nos à malo, Si adest possibilitas, ut quid orant?* Ascotit ergo, quòd ubi ast possibilitas, quæ ra vara est, ubi adest auxilium sufficiens, non erit necassaria oratio ad illud petaodum pro impleodo præcepto; cum tamen certam sit ex eodem Concil. noo solùm teneri ed petendom efficax, sed etiam sufficiens. Et patet ax dictis, cum utrumque sit supernaturale, & gratuitum, ac proiodè pro baneplacito dandum.

Dices ex superioribus, quòd sicut prædestinatio nostra quamvis gratuita sit, & indepandans motivè à meritis, vel precibus Sanctorum, non taman impleatur sina illis, qoia sic statuit Daus essa implendam, ita quamvis auxilii collatio gratuita sit, non tamen confertur sine orationa recipiantis, quia sic pariter statuit essa conferendom dapendaoter ab illa. Quòd verbis ralatis docet idem Concil. *Scil. Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adjuvat, ut possis.* Undè sicut non rectè infertor esse irrisorias, vel otiosas preces Sanctorum raspecto prædestioationis oostræ, nec pariter inferendum est esse irrisoriam, vel otiosam petitiooam, val orationam respectu auxilii.

Sed contra hoc est. Quia videtur solutio de subjecto non suppooeuta. Nam nisi valimus declioare in errorem Palagii, oullus potast in nobis esse motua salutaris ante superoaturale aoxilium, argo nec videtur posse essa oratio, vel petitio ad obtinendum illud pro salutari observantia præcepti: undè sicut non habetur posse implera sioe illo, uec habetur sioe eodem posse petara, val salutaritar orare ad impetrandum illad: & consequentar si sine oratiooe non datur, non accipieot homines sufficiantia auxilia ad implenda præcepta, & vitanda peccata.

Resp. benè ibi. Ad replicam nego cooseq., vel suppositum ajus, quòd oratio, vel petitio auxilii fiat sine illo, ant aotecedenter ad illud per solas vires naturæ; nam sicut dem Deus pulsat ad cor, ut aperiatur sibi, noo frustrà pulsat, licet sine illo, vel sine auxilio ejus, namo aperire possit, cum ipsum pulsare, ut dictum est, nihil aliud sit, quàm cooferra aoxiliom sufficiens ad aperiendom, & se convertendum, ita d um jubeodo monet, & facere, quod possis, & petera, quod oon possis, ot ait Coocilium, coofart idem aoxilium, & dat posse salubriter petara; semper auim Deus in hoc præcipuè ordina salotari, vel supernaturali iocipit; licet in Scripturis, quandoqua exprimatur aliqua prioritas ex parte nostre, ut in soperioribus axplicatum est; quia oon fit sensua, quòd per easdam vires oaturæ ante omnam influxum Dai supernaturalem homo incipiat, vel incipere possit, sed quia Deos vocaos, & excitans per suam gratiam exigit à nobis, ut dictum ast, nostrum libe. consansum; sed oon qui fit in nobis ex nobis, sed qui fit etiam dooum Dei juxta illud Paralip. 29. *Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* Sic atiam proportionabiliter dicimus de prædicta petitione, vel oratione, quòd est à oobis, vel in nobis, sad non ex nobis, sed dunum Dei.

Ex his etiam rasp. ad coofir. ex D. Aog. Nam S. Predarguit ibi Pelagianos valuti ad hominem, quatenus contendebant non tantum assa in nobis possibilitatam ad sarvanda præcapta, & vitaoda peccata; sed etiam ex nobis, idest ax nostri liberi arbitrii viribus, & non ax doou Dei superoaturaliter auxiliantis; solum enim agooscabant hanc possibilitatem esse gratiam creationis: contra illos argo sic efficaciter arguit. *Si adest possibilitas, ut quid orant?* Idest

si in

si in nobis est talis possibilitas, quam contenditis, scil., quæ non tantum sit in nobis, sed ex nobis, sive ex viribus liberi arbitrii, sicut non oratio pro habendo libero arbitrio, nec erit à vobis orandum pro habenda hac possibilitate, quia ut dicitis, est nobis congenita, sicut idem arbitrium: unde non intendit S.P. excludere à nobis talem orationem, sed redarguere illos, scil. quomodo supposita possibilitate in sensu eorum hæretico, sive ut nobis ingenita, possint eam promovere.

Cœterum accipienda illam in sensu catholico, nempè quòd per solum auxilium supernaturale haberi possit, justissimè movemur ad petendum, & orandum pro eodem habendo, ut explicatum est. Unde infideles, & peccatores ex Fide, & Spe, & aliis sufficientibus auxiliis communiter concessis, & præcipuè Deo pulsante, & vocante, possunt sufficienter orare. Quòd si urgente præcepto, vel tentatione negligant salubriter orare, sua culpa non accipient reliqua auxilia sufficientia adimplendum præceptum, & ad illam vitandam, & illis imputabitur transgressio, vel consensus in illam, quia impedimentum præstant gratiæ, ut dictum est, & nolunt implere illud; *Petite, & accipietis*.

Quòd si dicas posse contingere, quòd aliquis tempore tentationis propter invincibilem ignorantiam, vel inadvertentiam non cogitet de orationis necessitate ad eam vincendam, ergo tunc non erit illi imputandus prædictus consensus, vel lapsus. §. Resp. quòd in eo casu si ad victoriam illius sint necessariæ vires sufficientes supernaturales, Deus illas dabit, quibus possit vincere juxta illud Apost. 1. Corint. 10. *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis*. Ubi D. Tho. *Vere fidelis Deus, qui dat potentiam, ne vincamur, gratiam, ut mereamur, constantiam ut vincamus*. Isa. 40. *Dat lasso virtutem*. Unde Aug. in Psal. 61. *Qui dat diabolo tentandi licentiam, seu potestatem, ipse dat tentatis misericordiam*.

Ultimò tandem arg. impugnando præcipuum fundamentum conclus. Ut præcepta non dicantur impossibilia satis est ex parte Dei, quòd possit dare gratiam sufficientem intrinsecam, & ex parte hominis, quòd possit eam recipere, sed Deus perpetuò est potens dare, & homo est potens recipere, ergo adhuc erunt possibilia etiam si non det, & homo non recipiat, & consequenter poterit adhuc ei imputari transgressio, licet careat illo; hæc posterior conseq. tenet, quia ut imputetur, sufficit, quòd observentia sit possibilis, ergo si hæc salvatur, per posse dare, & recipere, erit adhuc imputabilis, licet careat illo; prima etiam cum mi. per se constant; & ma. prob. Nam per nos salvatur possibilitas alterius extremi etiam in sensu composito determinationis infallibilis ad oppositum, per hoc præcisè, quòd illud sit possibile exterminis, licet incompossibile cum opposito, ergo à fortiori salvabitur præsens possibilitas per utrumque posse, scil. ad dandum, & recipiendum sine ulla incompossibilitate ad oppositum.

Explic. hoc. Eò ipso quòd observentia sit possibilis, statim insurgit debitum, vel obligatur quis ad illam, ergo si sit possibilis per idem posse dare, & recipere, non erit necessarium dare, ut obligemur ad illam.

Resp. dist. ma. Ut non dicantur impossibilia, remotè, conc.. proximè, & quoad vim obligandi, nego nam aliàs, ut dicebamus, infidelis purè negativè non excusaretur à peccato infidelitatis contra illud Christi relatum: *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent*, scil. infidelitatis, juxta Aug., ut dictum est. Ad illius prob. resp. similiter convincere de possibilitate remota, sicut est illa alterius extremi in sensu composito ejusdem determinationis ad oppositum, non proximè: per quod patet ad confirmat: quia ut insurgat debitum, & obligatio ad inferendam imputabilitatem non sufficit quæcumque possibilitas, ut iterum patet in eodem infideli negativo, sed est necessaria practica, seu proximè exercenda, quod sine auxilio intrinseco impleri non potest. §. Imò ut in superioribus insinuavimus, nec sufficit ad id, quodcunque intrinsecum physicum, ut egregiè, innuit D. Aug. lib. de Gratia Christi cap. 45., ubi explicans illud *Respexit Dominus Petrum*, inquit, *Non oculis corporeis visibiliter admonendo respexisse Dominum, Petrum, sed intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est, misericordia Dominus latenter subvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiori gratia sua visitavit Petrum, interioris hominis usque ad exteriores lacrymas movit, & perduxit affectum*. Quibus verbis expressè docet non solum intus in mente, memoriam revocendo, (quod pertinet ut vidimus, ad sanctam cogitationem, vel auxilium intrinsecum morale,) sed etiam in voluntate, interiori gratia causando effectum doloris perduxisse Petrum ad pœnitentiam, quod pertinet ad intrinsecum physicum.

Ratio est, quam, sæpè aliàs, & supra pariter innuimus (& id obiter dictum sit, ad alia gravissima exponenda in materia de gratia,) quia voluntas saltem de lege ordinaria nequit elicere actum supernaturalem sola virtute propria naturali sine aliquo auxilio supernaturali ipsi inhærente, ut latè eisdem locis ostensum est, ergo præter morale intrinsecum, sive sanctam cogitationem existentem in intellectu, indiget alio auxilio intrinseco. Prob. cons. Quia actus unius potentiæ nunquam est ex se principium quo proximum physicum actus alterius potentiæ supplens defectum virtutis activæ in illa. Tum quia non est in eadem; tum quia sunt virtutes diversarum rationũ: unde etsi admittatur actum intellectus ex parte objecti quasi proponentē objectū movere efficienter voluntatem, non tamen potest supplere vim requisitam in voluntate ex parte potentiæ ad agendum supernaturaliter.

Deinde ut dicebamus, morale istud auxilium intrinsecum in sancta cogitatione, & affectione consistens, vel sunt quid naturale; idest vel sunt actus non libari naturales, vel supernaturales; si primum, patet non posse esse integrum sufficiens, ut principium quo proximum elevans potentiam, vel voluntatem ad eliciendam supernaturalem volitionem liberam. Si secundum, etiam constat talem affectionem sufficere non posse; tum quia est imperfectior illa. Tum quia hujusmodi actus immanentes non solent esse principium quo efficiens alterius actus etiam in eadam potentia, nisi quando sunt per se subordinati, ut sunt assensus conclusionis, & principiorum, intentio finis, & electio mediorum; sed inter hos actus non liberos supernaturales non est talis subordinatio per se, sed potest aliquis ex his esse sine priori, ut attritio v.g., vel contritio sine tali affectione non libera: sed ne eadem semel atque iterum repetamus, videantur superiora circa necessitatem hujus auxilii inhæ-

Inhærentis, vel physici ad eliciendam supernaturalem operationem sive voluntatis, sive etiam intellectus.

Ex dictis inferimus; quòd licet respectu culpæ reprobatio sit tantum certa certitudine præscientiæ, (quia Deus nullo modo causat illam sicut gratiam, sed tantum permissivè se habeat ad eam, ut tradit D.Tho. q.6. de veritate ar.1. ad ultimum,) quoad effectum tamen derelictionis in culpa, & punitionem æternam propter culpam, est certa utraque certitudine scil. præscientiæ, & causalitatis. Quia quoad hæc duo importat voluntatem Dei efficacem sic derelinquendi, vel negandi pœnitentiam finalem, & damnandi, ut tradit hìc D.Th. ut vidimus., ar.3. ad 2. Et hæc de hoc tractatu. De posteriori verò potentiæ Dei plura dicta sunt tum de Cœlo, & Mundo. Tum supra etiam de scientia Dei, Unde ad difficiliores de Trinitate, & de Angelis pertransimus. Omniaque ad laudem Dei B. Virginis, D.Dominici, ac S.Thomæ Aquinatis, atque omnium Sanctorum, & in plenam correctioni S. Matris Ecclesiæ Catholicæ subjectionem.

FINIS.



INDEX

INDEX SECUNDI TOMI.

§. VI.

FINIS INDICIS.

REGESTRUM.

✝ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sfff

Omnes ſunt Duerniones.



ROMÆ, MDCCXIII.

Ex Typographia Pauli Komarek in Via Cursûs.

SUPERIORUM PERMISSU.